SI neget, [g] qui maritus fuisse dicitur, matrimonium esse contractum, eò quòd eam, quæ se vxorem fuisse dicit, ancillam [h] esse probare paratus sit: alimenta † quidem liberis præstare interim compellendum: [i] si autem cōstiterit eam seruam fuisse: nihil [k] ei, qui pascēdos curauit, ex hoc [l] præiudicij generari respondi.

Descendentes per lineam masculinam coguntur alere ascendentes: secus si per fœmininam, nisi in subsidium, Bart.

Marcellus lib. 3. ad l. Iul. & Pap. VIII.

NOn quemadmodū [m] masculorum liberorum nostrum liberi ad onus nostrum pertinēt, ita & in fœminis est. Nā manifestum est, id quod filia parit, nō auo, sed patri suo esse oneri: nisi pater aut non sit superstes, aut egens [n] sit.

Patronus non habet ius in bonis liberti, nisi pro alimentis in casu necessitatis.

Paulus lib. singu. de iure patrona. IX.

IN bonis superstitū [o] libertorum, nullū omnino ius patroni liberiue patronorum habent: nisi si tā infirmos se esse, tamq; pauperes præsidibus [p] pbauerint, vt meritò menstruis alimentis à libertis suis adiuuari debeāt: idq; ius ita plurimis principum constitutionibus manifestatur.

TITVLVS IIII.

DE INSPICIENDO ventre, custodiendoque partu.

Hic dicitur, quòd in nouo facto, nouo consilio opus est. Bart. Vel sic, Post diuortium si mulier negat se esse prægnantem, & maritus dicat eam prægnantem, debent vocari ad locum honestum tres obstetrices, vt mulierem inspiciant, & si duæ, vel omnes dicant eam grauidam,

[a] Impositarum. Vt operarum: ad quod est infra de bon. libe. l. si patronus non aluerit, & de iure patron. l. diuus. in fi.

[b] Etiam si potest. Scilicet si vult hæc iura perdere: alij dicunt, si libertus potest sibi sufficere, ad quod ī. l. prox. §. alimenta.

[c] Relictos. A libertis: qui liberti non dabant eis aliquid.

[d] Potestate. Id est, dominio. sed cōtra C. de liber. causa. l. solo. Solut. vt ibi. & adde distinctionem, quę est C. de liber. & eo. libt. l. 2. in fin. notulæ. Accur.

[e] Admoneantur. Aliàs commoneantur, aliàs admoneantur, id est, corrigantur: ad quod est. ī. de offi. præfect. vrb. l. 1. §. cū patronus. & j. de iure patron. l. 1. Acc.

[f] Vel à præside. Vel, pro saltem. Azo. & facit ī. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. l. 2. Sed quid vendetur? Respon. libertus factus seruus per ingratitudinem prædictam. Alij dicunt libertū hoc casu propter sanien vendi, vt & filius: vt C. de patri. qui fili. distr. l. 1. & 2. Alij dicunt quòd ius quod habet in eum patronus, non ipsum libertum, cū sit liber, sicut in sepulchro dicitur, vt C. de relig. l. monumentorum.

SI neget. CASVS. Habui filium ex quadā mea vxore, & ipse petit à me alimenta, & ego dico mater tua est ancilla Titij: vnde Titius, cuius seruus es, debet te alere, & non ego, & talia verba superflua dicebat pater, si ipsa fuit ancilla: non valuit matrimonium inter me & eam. Certè dicitur hic, quòd bene tenetur ille, qui non diffitetur se patrem, alere filium, donec probet matrem filij ancillam fuisse: & si probauerit hoc. non fiet præiudiciū ei, eo quòd aluit: quod autem dixi in filio meo ex aliena seruo, idem est in nepote meo ex filia mea. nam ego non teneor alere eum. imo pater eius: nisi pauper esset pater. & hoc dicit cum l. sequen. Viuianus.

[g] Si neget. Scilicet de iure. Acc.

[h] Ancillam. Quod si esset, non matrimonium, sed contubernium dicitur: vt C. de incest. nupt. l. cum ancillis. Accursius.

[i] Compellendum. Præsuminit enim libera. & sic matrimonium: & facit j. de ventre in posses. mit. l. 1. §. sed & si I certum. & de Carb. edic. l. sed & si is. §. cum maior. & quod no. C. de ordi. cog. l. finali.

[k] Nihil. Id est non. vel nihil præiudicij. Hug.

[l] Ex hoc. Quod curauit ali. & facit ad hoc ī. eo. l. si quis. §. si vel parens.

[m] NOn quemadmodum. Ano. Scilicet materno, & facit in Auth. vt liceat ma. & auię. §. illud quoque. colla. 8.

[n] Aut egens. Simile est supra eod. titu. l. si quis a liberis. circa princ.

IN bonis. CASVS. Viuo liberto patronus non habet aliquod ius in bonis eius, nisi hoc scilicet vt libertus teneatur eū alere egentem vel infirmum. Viuianus.

[o] In bonis superstitum. Sed mortuorum sic, scilicet contra tabu. vt Institut. de succes. libe. per totum.

[p] Præsidibus. Vt supra de offic. præfect. vrb. l. prima. Accursius.

† Nec ei debebitur honor à liberto. qd no. Bal. in l. fi. de bo. lib. C. ex quib. causis perdatur patronat' liberti, vide eū dē in præd'cto tit. & gl. magnā in d. l. fin.

† Propter eorum fauorem & priuilegium. & nota p Bart. 22. casus priuil. pet cuin enumeratos l. l. Mela. in prin. versi. uli: i. j. de alim. & ci bar. legat. & allegat iura quib' probātur prædicta priuilegia.

DE

DE INSPICIENDO VENTRE. &c.

Emporibus. CASVS. Valerius Priſcianus prætor vrbanus habuit coram ſe talem quæſtionem de facto: Rutilius enim Seuerus habuit vxorem Domitiam: & postea ſeparati ſunt: mulier negabat ſe prægnantem uolēs forte iniuriari viro: & vir dicebat eam prægnantem, & ideo voluit facere inſpici corpus eius ad ſciendum, vtrum eſſet prægnans, vel non: & nō permittebat mulier ſe inſpici, dictus prætor ſuper hac quæſtione habuit conſilium à duobus imperatoribus, qui fratres erant, vnde ipſi ita reſponderunt ei. Iſta quæſtio noua eſt, vnde neceſſarium eſt nouum cōſilium, & illud dare volumus: dicimus enim, quod tu prætor facias eligi domum vnius honeſtæ fœminæ: & eā debet intrare mulier. & ibi debent eſſe tres obſtetrices bonæ fidei, & eius corpus debent inſpicere, vtrum ſit prægnans vel non: & ſi omnes obſtetrices, vel maior pars earum renuntiauerint tibi prægnantem eam eſſe, tunc debes facere apponi cuſtodes iuxta dictam Domitiam, ſi maritus vult. Si autem renuntiauerint tibi eā non eſſe prægnantem, non habet locum cuſtodia: in hac ergo quæſtione non habet locum ſenatuſconſultum Plautianū de liberis agnoſcen. nec illud quod [illegible] eſt temporibus diui Adriani. de quibus dictum eſt ſupra titu. 1. l. 1. & l. 3. §. 1. nec illud de liberis exhibendis: quia partus in ventre exiſtens, vt fuit in noſtra quæſtione dicitur pars mulieris. Sed quid ſi mulier prædicta pariat poſtea? certè poterit maritus petere filium ſuum ab ea per interdictum de liberis exhibendis, vel per officium iudicis. Sed quid ſi maritus antequam faciat prætor adhiberi obſtetrices ad eam inſpiciendam, velit eam reſpondere coram prætore, vtrum ſit prægnans vel non? nunquid tenetur venire coram prætore mulier, & reſpondere? Et dicitur quod ſic: & ſi non veniat, vel non reſpondeat cum venerit, debet eam cogere prætor captis pignoribus, vel etiam mulcta ei indicta. & ſi conſtricta reſpondere dixerit ſe prægnantem, habebit ſenatuſconſultum Plautianum locum, de quo dictum eſt ſupra titul. 1. l. 1. non autem hoc reſcriptum, quod habet locum ea negante ſe prægnantem eſſe. notare ergo potes per verba ſupradicti reſcripti, quod domus honeſtæ fœminæ, & etiam obſtetrices, de quibus ſupra dictum eſt, debent eligi, & adhiberi per prætorem, & non per mulierem, vel maritum. Item ſcias, quod ſi omnes obſtetrices, vel maior pars earum renuntient prætori non eſſe mulierem prægnantem, ipſa poterit agere contra maritum actio. iniuria. ſi animo iniuriandi fecit eam inſpici maritus, quamuis autem in ſupradicto reſcripto non apponatur terminus, intra quem poſſit maritus facere inſpici mulierem, tamen eum debemus apponere, ſcilicet xxx. dies, ſicut appoſiti ſunt in ſenatuſconſulto Plautiano: vt ſupra titul. 1. l. prima, in principio, cauſa tamen cognita poſt xxx. dies audietur maritus.

debent apponi cuſtodes pro partu. ſi autem mulier non parias, præſumitur maritus iniuriam feciſſe vxori apponendo cuſtodes. ſi autem obſtetrices dicant non prægnantem, non eſt opus cuſtodibus: quia nil eſt quod cuſtodiatur.

Vlpianus lib. xxiiii. ad edictum. I.

Temporib[a], diuorum fratrū cū hoc incidiſſet, vt maritus quidam prægnātem mulierem diceret, vxor autem negaret: [a] conſulti, [b] Valerio Priſciano prætori vrbano reſcripſerunt in hæc verba, Nouam rem deſiderare Rutilius Seuerus [c] videtur, vt vxori, quæ ab eo diuertit, & ſe non eſſe prægnantem profiteatur, cuſtodes apponat. [d] Et ideo nemo mirabitur, † ſi nos quoque nouum conſilium & remedium ſuggeramus. Si igitur perſeuerat [e] † in eadem poſtulatione: commodiſsimum eſt, eligi honeſtiſsimæ fœminæ domum, in quam Domitia [f] veniat: & ibi

De inſpiciendo. Hucuſque dictum eſt per Imperatores, quando viuo marito tractatur de partu, & mulier negat ſe prægnantem: nunc vult dicere prætor, quando mortuo marito mulier dicit ſe prægnantem, vt alij agnati non habeant hæredit. defuncti: & durant verba prætoris vſque ad §. quamuis. bene per vnam columnam, & plus: primo ergo dicit prætor, quid habeat facere mulier prædicta in illo menſe, quo moritur maritus: vſque ad §. mulier autem ante &c. ibi dicit, quid habeat mulier facere illis xxx. diebus cū eſt iuxta partum, vſque ad §. mulier cū &c. ibi dicit quid habeat facere mulier, quando eſt in ipſo actu pariendi. vſque ad §. quod natum &c. ibi dicit quid habeat facere nato partu, & apud quem partus debet ali, & quid habet facere ille apud quē alitur: vſque ad §. ſi cui &c. ibi dicit. quod ſi mulier non obſeruet prædicta, nocebit partui. nam cum fuerit natus, non habebit bonorum poſſeſſ. Carbonianam, nec contra debitores paternos mouere poterit actiones.

Quamuis. A §. de inſpiciendo, vſque huc locutus eſt prætor, nunc loquitur Vlpian. exponens quædam, quæ continentur in edicto prætoris: & eſt leue vſque ad §. quod autem. ibi autem exponit illud quod dicit prætor. ſupra eadem l. §. ſi cui. dicit enim cauſa cognita ſe denegaturum poſſeſſio. Carbonian. partui mulier non obſeruet, quæ in edicto ſuo continentur: certe in cauſæ cognitione verſatur, vtrum mulier ſit ſapiens ſicut aliæ mulieres: & tunc habet locum quod dixit prætor, an ſit quædam ruſtica ſimplex: & tunc non, quamuis autem dixerit prætor quædam obſeruanda circa partum per mulierem: tamen ſi alia eſt conſuetudo in ciuitate, non tenetur mulier obſeruare prædicta: eſt ergo prædictum edictum prætoris derogatorium Carboniano edicto: quia ſi non obſeruet mulier ea, quæ in eo continentur, vt dictum eſt, non habet partus Carbonianam: imperitia autem mulieris excuſat eam, vt dictum eſt: & hoc dicit cum l. ſequenti. Viuianus.

[a] Negaret. Porro in contrario caſu, id eſt, vbi mulier fatetur, prætor ſtatuit: vt infra eodem. §. de inſpiciendo, & ordo ſenatuſconſulti Plautiani eſt ſeruandus: vt infra eodem. §. ex hoc. ibi, quid ergo ſi interrogata &c. & ſupra titul. 1. l. prima, in principio. Hugo.

[b] Conſulti. Diui fratres.

[c] Seuerus. Scilicet maritus quondam.

[d] Apponat. Scilicet maritus. H. Et nota. nouum factum nouum habet conſilium: vt C. de ve. iu. enucle. l. 2. §. ſed quia diuinæ. & C. de leg. & con. l. leges: & ſupra de præſcrip. verb. l. naturalis. & ſupra de interrog. actio. l. de ætate. §. ea cauſa. ſed vetus factum habet vetus conſilium: vt C. de iudicijs. l. rem non nouam. Accurſius.

[e] Perſeuerat. Sic ſupra de vſuris. lege mora. §. primo.

[f] Domitia. Proprium nomen vxoris.

† Cōcor. e. cæterū. cum gloſ. 1. in ſi. cætera. de iu. calum. & in proœ. decretal. in glo. ſuper verb. noua litigia. in fi.

† Perſtat.

tres[a] obstetrices probatæ & artis & fidei, quæ à te[b] assumptæ fuerint, eam inspiciant. & si quidẽ vel omnes, vel duæ[c] renũciauerint[d] prægnãtem videri: tunc persuadendum[e] mulieri erit, vt perinde custodes admittat, atque si ipsa hoc desiderasset.[f] Quod si enixa nõ fuerit: sciat maritus ad inuidiam[g] existimationemq;[h] suam pertinere, vt non immeritò possit videri captasse hoc ad mulieris iniuriã. Si aũt vel omnes vel plures non esse grauidã renũciauerint: nulla causa custodiendi erit.

Hoc rescriptum locum habet ante partum editum, non post: nam post partum locum sibi vendicat edictum de liberis exhibendis. Bartolus.

Ex hoc rescripto euidentissimè apparet,[i] senatusconsulta de liberis agnoscendis locum non habuisse, si mulier dissimularet[k] se prægnantem, vel etiam negaret: nec immeritò.[l] partus enim antè quàm edatur, mulieris portio[m] ẽ vel viscerum. Post editum planè partum à muliere, iam potest maritus iure suo filium per interdictũ desiderare, aut exhiberi[n] sibi, aut dicere, permitti extra ordinem. Igitur princeps in causa necessaria subuenit. Secundum, quòd rescriptum euocari mulier ad prætorem poterit, & apud eum[o] interrogari, an se putet prægnantem: cogendaq; erit respõdere. Quid ergo si non responderit, aut non veniat ad prætorem? nunquid senatusconsulti[p] pœnam adhibemus, scilicet vt liceat marito non agnoscere? Sed finge non esse eo contẽtum maritum, qui se patrem potius optet, quàm carere filio velit. Cogenda igitur erit remedijs prætoris[q] & in ius venire: & si venit, respondere: pignoraque[r] eius capienda, & distrahenda, si contemnet, vel mulctis coercẽda. Quid ergo, si interrogata dixerit se prægnãtem? Ordo senatusconsulti[s] expositus sequetur. Quod si negauerit: tunc secundum hoc rescriptum prætor debebit obstetrices adhibere. Et notãdum, quòd non permittitur marito, vel mulieri obstetrices adhibere: sed oẽs à prętore adhibendæ sunt. Item prætor domum honestæ matronæ eligere debet, in quã mulier veniat, vt possit inspici. Quid ergo si inspici se non patiatur, vel ad domum non veniat? Aequè prętoris authoritas[u] interueniet.

Si maritus custodes adhibeat mulieri non prægnanti, poterit mulier actione iniuriarũ agere, si maritus hoc facit animo iniuriandi. aliàs non. hoc dicit. Bart.

Si omnes vel plures[x] renuntiauerint prægnantem non esse: an possit

[a] Tres. ĩ. eo. §. de inspiciendo. contra. Sol. vt ibi.

[b] A te. Marito, uno à te Valerio prętore: vt & ĩ. eo. §. & notandum.

[c] Vel duæ. Sic C. de fid. instru. l. cõparationes. in ore enim duorum &c. vt extra de iud. c. nouit. circa prin. Item not. stari assertioni pluriũ. sic Instit. de satisd. tut. §. 1. & supra de testa. l. vbi numerus. & infra §. si omnes. & de credulitate etiã sine iuramento fortè: alias contra C. de testi. l. iusiurandi.

[d] Renunciauerint. Id est, retulerint.

[e] Persuadendum. Hæc persuasio imponit necessitatem: vt ĩ. eodem. §. quid ergo si non &c.

[f] Desiderasset. Quo casu loquitur ĩ. titu. 1. l. 1. in principio.

[g] Ad inuidiam. Scilicet reprimendam, sic supra de offic. proconsul. nec quicquam. §. pen.

Inuidiã hic accipe pro odio emanante ob sinistrã opinionẽ.

[h] Existimationẽ. Id est, famam bonam: vt ĩ. de varijs cog. l. penul. videtur enim calumniatus: vt C. de aduo. diuer. iudic. l. 1. vnde etiã iniuriarum tenetur, quando facit animo iniuriandi: vt infra eod. §. si omnes.

[i] Apparet. Patet enim hoc ex verbis ipsorum: vt ŝ. eo. l. 1. in prin. & ŝ. titul. 1. l. 1. & l. 3. §. quia.

[k] Dissimularet. Id est, diceret se non prægnantem, cum esset, & hoc sciret, vnde dicitur: Quod non est simulo, dissimuloq; quòd est: vt ĩ. de concus. l. 1. Accursius.

Simulo & dissimulo differunt.

[l] Nec immeritò. Non habet locum senatusconsultũ: sed nec rescriptum: nec immeritò rescriptũ, quia cessat interdictum & omne auxilium. & vere, partus enim, &c. Azo.

[m] Portio est. Sic infra, de ven. in poss. mit. l. curator ventris. supra, de rei uend. l. fructus pendentes. & infra quæ in frau. cre. l. e. si. §. non solũ. & §. fructus. & ĩ. ad leg. Falcid. l. in lege §. fi. Sed contra ĩ. de vsuca. l. si aliena. §. fin. & ĩ. de verb. sig. l. partum. Sol. secundum quid est portio, vt non competat interdict. de liberis exhibend. sicut nec pro aure, vel manu matris: vt hic. Azo. Sed quo ad hoc, vt sit furtiuus sicut mater, non: vt hic, vel sol. vt ibi. Accursius.

[n] Exhiberi. Interdicto de exhibendis: vt infra de liberis exhibendis. l. 1. in principio. sed de ducendis est in 3. l. eodem titu. & quod subijcit extra ordinem, id est, cognitione prætoria, seu officio iudicis: quod habet locum, quando filius à nemine detinetur: vt dicta l. 1. §. 1. nisi in casu: vt eodem titulo. l. si eum. & plenè dic vt nota. supra de rei vendic. l. 1. §. 1. Sed in eo quod hic videtur agi contra matrem, est contra infra de liberis exhibendis. l. 1. §. in hoc interdicto. Solutio. hic habebatur suspicio de matre: ibi non.

[o] Apud eum. Nam alias non nocet: vt supra de interrogato. actio. l. prima, in fine.

[p] Senatusconsulti Plautiani, vt hic subijcit, & ŝ. tit. 1. l. 1. §. illud.

[q] Remedijs prętoris. Quæ hic sequuntur.

[r] Pignoraque. Sic Institut. de satisdat. tut. §. 2. & ŝ. si quis ius dicẽ. l. 1. & ŝ. de interrogato. actio. l. de ætate. §. qui tacuit.

[s] Vel multis. Id est aliquibus bannis extraordinarijs, sed pęna dicitur certa: vt infra de verborum significat. l. aliud. & l. si qua.

[t] Senatusconsulti. Scilicet Plautiani: & alterius quòd factum est temporibus diui Adriani: & vtrunque loquitur de custodia ventris: vt supra tit. 1. l. 1. in princip. & l. 3. §. quia.

[u] Authoritas. Quod supra dixit remedia prætoris.

[x] Si omnes vel plures. Sic supra eadem l. in princ.

a Experiri.

mulieri iniuriarũ experiri ex hac cã? Et magis puto agere eã iniuriarũ posse: sic tamẽ, si iniuriæ faciendæ cã id maritus desiderauit. Cæterũ si nõ iniuriæ faciendæ animo, sed quia iustè credidit, vel nimio voto liberorũ suscipiẽdorũ ductus est, vel ipsa eum illexerat, vt crederet, quòd [d] constante matrimonio hoc fingebat, æquissimũ erit, ignosci marito. Meminisse autẽ oportet, non esse præstitutum tẽpus rescripto: quamuis in Senatusconsultis [f] de liberis agnoscẽdis triginta dies præstituantur mulieri. Quid igitur est? Semper ne dicemus, maritò licere vxorẽ ad prætorẽ euocare, an verò & ipsi triginta dies præstituimus? Et putẽ, prætorem causa cognita debere maritũ & post triginta dies audire. [g] De inspiciendo ventre, custodiendoque partu sic prætor ait. ¶ Si mulier mortuo marito prægnantẽ se esse dicet: iis, ad quos ea res pertinebit, procuratoriue eorum bis in mense [h] denunciãdum curet, vt mittant (si velint) quæ ventrem inspiciant. Mittantur autem mulieres liberæ duntaxat quinque: [i] hæque simul omnes inspiciant, dũ nequa earum dum inspicit, inuita muliere ventrem tãgat. Mulier in domo honestissimæ fœminæ pariat, quã ego constituam. Mulier ante dies triginta, quàm pariturã se putet, denunciet iis, ad quos ea res pertinet, procuratoribusue eorum, ut mittant, si velint, qui ventrem custodiant. In quo conclaui mulier paritura erit, ibi ne plures aditus sint, quàm vnus: si erunt, ex vtraque parte tabulis præfigantur: ante ostium eius conclauis liberi tres, & tres liberæ cum binis comitibus [k] custodiant. Quotiescunque ea mulier in id conclaue, aliudue quod, siue in balneum ibit: custodes, si volent, id antè prospiciant: & eos qui intro ierint, excutiant. Custodes, qui ante conclaue positi erũt, si voluerint, omnes qui conclaue, aut in domũ introierint excutiant. Mulier cũ parturire incipiet, iis, ad quos ea res pertinet, procuratoribusue eorũ denũciet, vt mittant, quib. præsentibus pariat. Mittãtur mulieres liberę dũtaxat quinque: ita vt p̃ter obstetrices duas in eo conclaui, ne plures mulieres liberæ sint, quàm decem: ancillæ, quàm sex, hæ quæ intus futuræ erunt in eo conclaui, excutiãtur omnes, ne qua prægnans sit. Tria lumina, nec minus ibi sint: scilicet quia tenebræ ad subiiciendum aptiores [l] sunt. † Quod natum erit, iis, ad quos ea res pertinet, procuratoribusue eorum, si inspicere volent, ostendatur. Apud eũ educatur, apud quem parens iusserit. [m] Si autem nihil parens iusserit: aut is, apud quem voluerit educari, curam non recipiet, apud quem educetur, causa cognita constituam. Is apud quem educabitur, quod natum erit, quoad trium mensium sit, bis in mense [n] ex eo tempore, [o] quoad sex mensium sit, semel in mẽse: à sex mensibus, quoad anniculus fiat alternis mensibus: ab anniculo, quoad fari

Experiri. Scilicet contra maritum.

Iniuriæ faciendæ. Non alias: vt dicit, & C. de iniurijs, l. si non conuicij. & infra de iniurijs. l. illud.

Illexerat. Aliàs illexerat, & alias illuserat. q. d. induxit eum ad credendum quod esset prægnans dum vellet forte placere: vel vellet pellem, vel vestem. Acc.

[d] Quod. Id est, quia.

[e] Rescripto. Vltra quod vir non denunciet: vt supra in principio huius legis.

[f] Senatusconsultis. Supra titul. 1. in principio. Accursius.

Audire. Idem quod supra, sed non nisi causa cognita: vt supra titul. 1. l. 1. §. si mulier. hæc autem est causa eo ipso, quod petit: nisi eundẽ appareat malitia.

In mense. Sed none hoc superuacuum est: per hoc, quod habuimus supra titul. 1. l. 1. vel ei contra. cum ibi præstituat xxx. dies ad denunciationem uoam: hic nullum præfigit tẽpus huic denunciationi bis in mense faciendæ? Respondeo nec est contra, nec superfluum: quia ibi loquitur facto diuortio, hic autem loquitur mortuo marito. Item ibi denunciat se ex eo prægnantem. hic aliud, scilicet vt mittant hæredes viri mulieres quæ ventrem inspiciant. Postea autem cum est prope partum p triginta dies denunciat, vt mittant qui vẽtrem custodiãt, postea cum parit denunciat, vt mittant, quibus præsentibus pariat: & in prima denunciatione mittunt quinque: in secunda tres liberti, & tres liberæ cum binis comitibus: in tertia quinque, præter duas obstetrices.

Quinque. Supra eod. l. 1. §. 1. contra. Solu. ibi negabat se prægnantem, & ita tres confitebatur, & hic quinque: quasi enim se ingerẽs reddebat se suspectam hic: vt supra de procur. l. quæ omnia.

[k] Binis comitibus. Id est quatuor: sicut & dena, non x. sed xx. dicuntur: ut ff. de legat. 1. l. si quis testamento.

[l] Aptiores. Inde est, quod dicitur furtum a furuo, id est, nigro quia clam & occulte fit, & maxime de nocte: ut instit. de obli. quæ ex delic. §. 1. & illud, Qui malè agit, odit lucem.

[m] Iusserit. In testamento, nisi parens causæ diuortij præstitisset: quãdo apud matrẽ expensis patris educari debet: vt in Authent. ut liceat matri & auiæ. §. illud. collat. 8. Vel forte hic habet locum, quando nulla altercatio est, an fuerit ex eo prægnans vel non, nec aliqua suspicio est de muliere. Item ibi loquitur patre viuo, hic mortuo eo. Azo.

[n] Bis in mense. Scilicet ostẽdat ubi uolet, si uolet ostendere: ut infra dicit. Azo. vel dic: est in arbitrio ubi, sed nõ an ostendatur. Acc.

[o] Ex eo tempore. Id est, a tribus mensibus. Azo.

In P. F. quibusdã exẽplar. manu scr. nõ est dũ inspicit.

Furtum unde dicatur.

Ioan. 3.

† Vnde Dominus in euang. Vide ergo ne lumẽ, quod in te est, tenebræ sint. Item, qui malè agit odit lucẽ. ut in e. cõsuluit. ex. de usu. de leg.

posſit, ^a ſemel in ſex mẽſibus vbi volet, oſtendat. Si cui ^b vẽtrem inſpici, cuſtodiri, adeſſeve ^c par tui licitum non erit, factumve quid erit, quò minus ita ea fiant, vti ſuprà comprehẽſum eſt: ^d ei, quod natum erit, poſſeſsionem ^e cauſa cognita ^f nõ dabo. Siue quod natum erit, vt ſuprà cautum eſt, inſpici ^g nõ licuerit: quas vtiq; actiões me daturũ polliceor ijs, quibus ex edicto meo bonorũ poſſeſsio ^h data ſit: eas (ſi mihi iuſta cã eſſe videbit) ei nõ dabo. ^i §

Hic declarat, quibus perſonis ſit denuntiandum: & intellige ſemper hoc ſecundum edictum mortuo marito, nam in primo edicto quod eſt à principio tituli vſque ad §. de inſpiciendo, denunciatur marito.

Quamuis ſit maniſeſtiſsimum edictum prætoris: attamen non eſt negligenda ^k eius interpretatio. † Denuntiare igitur mulierem oportet ^l ijs ſcilicet, quorum intereſt ^m partum nõ edi, vel totam habituris hæreditatem, vel partem eius, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento. ^n Sed & ſi ſeruus hæres inſtitutus fuerit, ſi nemo natus ſit: ^o Ariſto ſcribit, huic quoque ſeruo, quamuis non omnia, ^p quædam tamẽ circa partum cuſtodiendũ arbitrio prætoris eſſe concedenda, quã ſententiam puto veram. † Publicè enim intereſt, partus non ſubijci, vt ordinum ^q dignitas, familiarumq; ^r ſalua ſit. Ideoq; etiam ſeruus iſta, cum ſit in ſpe conſtitutus ſucceſſionis, qualis qualis ſit, debet audiri, ^ſ rẽ & publicam & ſuam gerens. ^t Denuntiari autem oportet ijs, quos ꝓxima ſpes ſucceſsionis contingit: ut puta primo gradu ^u hæredi inſtituto, non etiam ſubſtituto, ^x & ſi inteſtatus ſit paterfamiliàs, ijs, qui primum locũ ab inteſtato tenent: ſi verò plures ſint ſimul ſucceſſuri, oĩbus denũciãdũ eſt.

Omiſsio modicæ ſolemnitatis non uitiat. Bart.

Quod autem prætor ait, ^y cauſa cognita ſe poſſeſsionem ^z non daturum, vel actiones denegaturum, eò pertinet, vt ſi per ruſticitatem ^a † aliquid fuerit omiſſum ex ijs, quę prætor ſeruari voluit, non obſit partui. Quale eſt enim, ſi q̃d ex ijs, quæ leuiter obſeruanda prætor edixit, non ſit factum, partui denegari ^b bonorum poſſeſsionem? Sed & mos ^c regionis inſpiciendus eſt: & ſecundum eum & obſeruari ventrem, & partum, & infantem oportet.

Mulier propter imperitiam excuſatur. Bart.

---

x Fari poſſit. Id eſt, ſeptem annos habeat: vt C. de iur. deliber. l. ſi infanti.

b Si cui. Subaudi deſideranti, cuius interſit: vt agnato defuncti.

c Adeſſe. Hęc tria facienda ſunt: vt ſ. ea. l. §. de inſpiciendo vẽtre. & dic licitum de facto, aliàs refertur ad ius: vt ſ. de ritu nupt. l. ſemper.

d Comprehenſum eſt. in §. de inſpiciẽdo.

e Poſſeſſionem. Scilicet Carbo. vt j. l. proxim. vel dic vt ibi not.

f Cauſa cognita. Hoc dic vt j. §. fin.

g Inſpici. Bis in mẽſe, vel aliàs: vt ſ. §. is autem apud.

h Bonorum poſſ. Scilicet Carboniana.

i Non dabo. Ideo quia nec Carboniana datur, vt prædixit, & ſic not. factũ matris uel aliorum nocere partui, ſcilicet i in poſſeſſorio: ſed in petitorio quo probat ſe filiũ, hæc non nocerent: ut ſ. de iureiuran. l. 3. §. cum de poſſeſſione & infra tit. a. l. 1. in prin. & arg. ſ. ti. e. l. ſi quis. §. ſi vel parens. uidetur enim quaſi nõ filius. Item not. quòd qui habet Carb. intentat actiones hęreditarias, ſed contra. j. de Carbo. edicto. l. 3. §. emiſſũ. ſed plenè dic vt nota. ſ. de inoffi. teſtam. l. qui de inoffi cioſo. quæ hic concordat. Item facit j. de uentre in poſſeſ. mitten. l. 1. §. ſi ea. & l. ubicunque. §. 1.

† Cõcor. in c. bonę memoriæ l. cum gl. ſuper uerbo, recipit. extra. de elect.

k Negligenda. Ne in dubietatem reuocetur: ut in Auth. de tabu. §. 1. collat. 4. & ne uideatur negligi: ut j. de iniu. l. itẽ apud. §. hoc edictom. ſed ar. cõtra. j. de dote præleg. l. 3. in fin.

l Oportet. Vt mittant, quæ uentrem inſpiciant: vt ſupra ead. l. §. de inſpiciendo. Acc.

m Intereſt. Quia uolunt ſuccedere, ut ſubijcit. Accu.

n Ex teſtamento. Cum poſthumi præteriti agnatione rumperetur teſtamentum: ut infra. de iniuſt. rup. teſta. l. t.

o Natus ſit. Id eſt, ſi nemo naſceretur, & dic à domino inſtitutus cum libertate: quia tamen ſub conditione eſt inſtitutus, ſcilicet ſi nemo naſcetur, non eſt interim liber.

p Non omnia. Fortè quia non procuratoribus, cum eos habere non poſſit: cum non propriè dicatur adminiſtratio, alias poſſet: ut ſupra, de procura. l. ſeruum.

q Ordinum. Sunt enim ordines procerum, uaſallorum, & ſimiles. Itẽ ordines decurionum & ſenatorũ & ſimiliũ: eſſet enim abſurdũ, ut alienæ ſordidæ ſtirpis ſplendidis & ingenuis natalibus audeant ſurrogari: ut C. de quæſtion. l. ſuper ſtatu. & facit ſ. de poſtula. l. 1. in princ.

† Huc pertinẽt exempl. quæ Vale. Maxi. lib. 9. c. 18. refert de ijs qui infimo loco nati, mendacio ſe clariſſimis familijs inſerere conati ſunt.

r Familiarumque. Id eſt, agnationum: ut j. de uerb. ſign. l. pronũciatio. §. cõi.

ſ Debet audiri. Licèt alias non: ut arg. contra j. de reg. iur. l. quòd attinet.

t Gerens. Gerit enim ſuum negotiũ, cum ad eum hęreditas debeat pertinere, ſi ei nemo naſcatur, gerit enim negotium publicum: quia publicè intereſt, ne partus ſubijciantur, & ne falſæ agnationi hæreditas deferatur. Azo. & eſt ſic j. de aqua pluui. arcen. l. apud. in fin. Acc.

u Primo gradu. Sic j. de ſecund. tabu. l. 2. §. deſertur. Sed ar. contra. C. ubi publ. edu. deb. l. fi.

x Subſtituto. Niſi quando uentri eſt ſubſtitutus: ut j. eo. l. qui uentri.

y Quod ait prætor ait. Supra. §. ſi cui.

z Poſſeſſionem. Scilicet Carbonianam.

a Ruſticitatem. Sic C. de teſta. l. fin. cum concor.

† Cõcor. cap. ſuper literis. cũ glo. ſuper uerb. ſimplicitatẽ. extra. de reſcri.

b Denegari. Interrogatiuè. q. d. nõ debet denegari. Sed ar. cõtra. ſ. de tranſ. l. cũ hi. §. ſi prætor. & de in integ. reſti. l. diuus. ſed quę ſunt hæc leuia? Reſpond. numeros paulo maior, uel minor fœminarũ: at grauia ſunt, & non omittenda hæc quatuor: ſcilicet inſpectio uentris, & cuſtodia, & præſentia ad partum, & poſſe inſpici natum: ut ſ. §. ſi cui. niſi ruſticitatis cauſa, uel ſimili: uel ſecundum morem regionis: ut dixit hic, & j. l. prox.

c Sed & mos. Sic ſupra de legat. pri. l. ſi ſeruus plurium.

plurium. §. fin. Accursius.

a E Dictum. Quod est s. l. proxim. §. de inspiciendo. vsque ad §. quamuis & dicas quòd Carbonianum edictum dat possessionem pueto, cui sit quęstio status, vt infra de Carboniano edicto, l. 1. in principio, sed hoc facit quandoque denegari, scilicet si mater non obseruat, quæ in isto edicto continentur: vt supra l. proxim. §. si cui. & §. fin. Sed quomodo, cum factum matris non debet nocere filio: vt infra de Carbonia. edict. l. 1. §. fina. & infra titu. a. l. 1. circa princip. & supra de iureiurã. l. 3. §. fina. & l. sequen. Respond. non nocet in principali causa filiationis, qua probabit se filium. nam propter matrem præsumitur non filius: si saltem modicum pro se non habeat vt infra de Carboniano edicto l. 3. §. cante. & argumentum infra de ventre in pos. sess. mitt. l. 1. §. si ea. Item oppo. quare dicit ad exemplum, cum directo Carbonia. locum habeat? Respond. ad exemplum antiqui solennis datur hodie vtile, cui hic derogat: sic. C. qui. ex cau. ma. l. fi. Vel dic hic loqui de edicto de ven. in pos. mit. cui hic derogat, vt mulier non possit mitti, nisi seruauerit solennia huius edicti. illud enim est ad exẽplum Carboniani: vt infra de ven. in poss. mitt. l. 1. §. si ea. & secundum hoc intellige supra l. proxima. §. si cui. & §. fin.

b Sed imperitia. vt supra l. proxima.

Julianus lib. xxiiij. Digestorum. II.

EDictum a de custodiendo partu derogatorium est eius: quod ad Carboniani decreti exemplum comparatum est: sed hoc aliquando remittere prætor debet: si non malitia, sed imperitia b mulieris factũ fuerit, ne uenter inspiceretur, aut partus custodiretur.

Paulus lib. xiiij. ad Plautium. III.

QVi ventri substitutus c est, vel institutus: si ventrem seruare d velit, audiendus est.

Fideicommissarius vniuersalis. cuius conditio deficit propter natiuitatem posthumi, admittitur ad custodiendum partum. Bartol.

Scæuola lib. xx. Digestorum. IIII.

IS à quo, e si sine liberis decessisset quicquid ad eũ ex bonis peruenisset, sorori fideicommissum f relictum erat, decessit posthuma g hęrede instituta, & substitutis alijs. Quæsitum est, cũ vxor defuncti h prægnantem se dicat, an sorori procuratoriue eius secũdum formam edicti vẽtrem inspicere, & partum custodire permittẽdum sit? Respõdi, in huiusmodi specie, de qua quæreretur posse videri ad eius, cui fideicommissum datum esset, solicitudinem prospiciendũ, i idque causa cognita statuendum.

QVi ventri. CASVS. Titius fecit testamentum & instituit sibi filium hæredem, quem vxor in ventre habebat: & ei ventri substituit Sempronium & sic decessit. postea Sempronius vult facere custodiri partum: certe bene potest hoc facere.

c Substitutus. Scilicet directo. si nemo nascetur: vt s. ead. l. §. sed & si seruus, vel etiam per fideicomm. vt j. l. proxi. Item quòd subijcit substitutus, id est, pupillariter ventri substitutus: quo casu est hæres ventris, vt Insti. de pupil. sub. §. 1. quo casu interest eius propter tacitam vulgarem, quæ intelligitur in expressa pupillari: vt j. de pupil. subst. l. iam hoc iure.

d Seruare. Id est inspicere, non vt natus apud eum alatur. vt in argum. contra. j. vbi pupi. edu. l. 1. in princip. Accursius.

IS à quo. CASVS. Titius instituit Sempronium hæredem: & rogauit eum, vt si sine liberis decederet, restitueret hæreditatem sorori suæ, scilicet Titij, decessit Sempronius hæres relicta prægnante vxore sua, posthumam nascituram instituit sibi hæredem, & quosdam ei substituit. vxor Sempronij hæredis dicit se prægnantem, soror Titij testatoris quæ substituta fuit Sempronio hæredi, vult custodire ventrem vxoris Sẽpronij hæredis. Et dicitur, quòd bene potest facere hoc, causa tamen cognita. Viuia.

e Is à quo. Scilicet hæres. Accur.

f Fideicommissum. Subaudi, per si non habes, vel sub. hic quicquid &c.

g Posthumo. Quã credebat esse in vtero: & sic erat futura hæres hæredis. Acc.

h Defuncti. Hæredis, qui & testator fuit instituendo posthumam.

i Prospiciendum. Scilicet. In eo quòd petit inspicere & custodire partum, sed secundum Azo. & hoc ad substitutos pertinet propter cætera bona fideicommissaria, quæ habituri sunt ꝓpter substitutionem posthumæ factam: fortè sic, si posthuma nõ nasceretur. Sed quæ sunt cętera cum generale fuit? Respõ. fortè propter quartam Trebellianicã, & facit supra l. prox.

TITVLVS V.

SI VENTRIS nomine mulier ĩ possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur.

Primò commendat edictum, & eius rationem ponit. Secundò ponit mentem edicti. Tertiò exponit edictum vsque ad fin. Secunda ibi, idcirco. Tertia ibi, Interest autem. hoc dicit. Barto.

Vlpianus libro xxxiiij. ad edictum.

HOC edi--

SI VENtris nomine mulier in &c.

HOc edicto. CASVS. Titia dicens se esse prægnantem ex viro suo mortuo: fuit missa in possessionem bonorum viri, causa ventris, ipsa autem dictam possessiõnem in alium transtulit dolo malo. Certe tenetur actione in factum ex hoc edicto: & non solum ipsa tenetur, sed etiam pater eius, si & ipse dolum in hoc commisit, & dicta actio datur illis, quorũ interest dictã possessionem in aliũ non esse trãslatam, inquãtum eorum interest: & nihilominus habẽt actionem contra illum qui iussu mulieris vel patris eius accepit dictam possessionem, scilicet interdictum vti possi. vel vnde vi. dixi ergo agendum contra patrẽ mulieris, vel mulierẽ ad interesse. Sed quo potest interesse illius, qui experitur contra eos? Respõ puta quia ille qui accepit possessionẽ dolo malo mulieris, accepit eam bonã fide: & fructus inde perceptos bona

fide consumpsit: vnde de his nõ tenetur: vel etiam si mala fide accepit possessionem non est nunc soluendo, vt possit satisfacere de fructibus. Et scias, quod dicta actio in factum competit contra mulierem, & patrem eius, etiam post annum continuum: si autem pater non fuit in dolo, non tenetur nisi in quantum ad eum peruenerit. Et scias quod dolo fecit mulier, si non prohibet venientem in dictam possessionem siue facit eum venire. Sed pone, quod patris & filiæ dolus interceßit, ille cuius intereſt, põt agere si vult contra patrem, vel contra filiam, vnde si filiam elegit, & ipsa satisfecit ei in toto intereſſe prætetquam in sumptibus litis, quia non habebat plus in bonis, non poterit redire ad patrem, nisi pro illis sumptibus hoc dicit vsque ad finem titu. Vivianus.

[a] Hoc edicto. Cuius verba non habemus, nisi dicas de titulo.

[b] In fauorem. Cui plus fauetur quàm nato, & est ratio infra de uentre in pos. mit. l. 1. §. si ea in fin.

[c] Possessionem. Causa uentris ex edicto illo de uentre in possessio. mit.

[d] Prædæ. Id est, iniustæ acquisitionis considerata re ipsa, uel etiam proposito tradentis, non accipientis qui bonæ fidei est quandoq;: unde lucratur fructus: ut infra eadem l. §. intereſt. & facit C. de usucap. pro emp. l. fi. & ibi not.

[e] Actionem. Not. in factum dari ex edictis: sed ex l. ciuili, & condictio. ex lege: ut supra de condictio. ex lege. l. 1.

[f] Alium. Patrem. Accur.

[g] Ipsorum. Id est mulieri: & eius, in cuius potestate est, uel dic, id est, dolo eius, in cuius potestate erat: & sic trãsit de singulari ad pluralem: sic C. de in ius uoc. l. fi. & bene: quia sufficit alterius tantum dolus ad hoc ut ipse teneatur, qui dolum adhibuit: ut infra l. proxima. §. 1.

[h] Necessariò. Quia prima parte non continebatur: & dic in edicto quod non habemus.

[i] Cogatur. Ab eo, cuius intereſt alium non esse admissum in poss. à muliere.

[k] Decedere. Alias discedere.

[l] Vel manu ministrorum. Pro eodem: & dic: id est, ministris iudicis: sic ponitur supra de rei uen. qui restituere, uel dic, id est, suis ministris, scilicet agentis. nam & suis etiam authoritate sua uidetur hoc facere posse, quia ille non est mitti iussus. & iste habet possessionem ciuilem & naturalem, qui ante erat in possessione: cum mulier scilicet non possidebat: ut ĩ. de acq. poss. l. 3. §. fin. & l. si id quod. §. si & de ui & ui arma. l. 1. §. eum qui. Sed secundum primam expositionem est contra ĩ. ne uis fiat ei qui in pos. missus. l. si quis. Sol. auxiliũ manu militari datur. ibi expulso: hic domino seu hæredi denegatur. Itẽ ibi cõtra prædonem: hic cõtra bonæ fidei pos. forte agitur. Vel ut prius dixi: hic

> In P. F. nõ est, in factum.

> Auxilium manu militari quãdoq; dat.

... cto [a] rectisſimè prætor prospexit, ne dum in fauorem [b] partus possessionẽ [c] polliceatur, alijs prædæ [d] occasionem præbeat: Idcirco constituit actionem [e] in factum in mulierẽ, quæ in aliũ [f] hanc possesſsionem dolo malo transtulit. Nec solùm mulierẽ prætor coercet, verum eum quoque, cuius in ptãte ea fuerit: scilicet si dolo ipsorũ [g] alius in possesſionẽ fuerit admissus: actionemq; in tantùm pollicetur in eos, quanti interfuerit eius, qui experitur. Necessariò [h] prætor adiecit, vt qui per dolum venit in possesſionẽ, cogatur [i] decederẽ. [k] Coget autem eum decedere non prætoria potestate, vel manu ministrorũ: [l] sed melius, & ciuilius faciet, si eum per interdictum [m] ad eius ordinarium remiserit. Intereſt autẽ eius, qui experitur admissum alium in possesſionem non fuisse, cũ fortè bona fide [n] fructus perceptos consumpserit: aut si prædo venerit in possesſionem à quo fructus consequi non posſit, quia soluendo non est. [o] Hæc actio [p] etiam post annũ dabitur, quia rei habet persecutionem. [q] Et si filiafamiliàs sit, quæ dolo fecit

verus hæres non desinit possidere per missionem mulieris. vt ĩ. de acquiren. possesſ. l. 3. §. fin. vnde agit vti possidẽ. nec mulier plus dedit quam haberet: vnde ille non possidet, cum interdicto vti possidetis succubuit, sed hodie cum incipit scire, videtur facere vim subaudi, vel dolum vt ĩ. de doli. exce. l. 2. §. item quæritur. Sed secundum hoc dic non prætoria potestate, scilicet tantũ, ciuilis tamen sit per ius ordinarium.

[m] Per interdictũ. Vti possidetis, vel vnde vi: & hoc si primò possidebat: vel per hoc interdictum: quod prætor in isto adiecit: vt q per dolum &c. alij per illud, ne vis fiat ei &c. sed malè. quia illud non datur ei, cui in factũ ex hoc edicto, sed mulieri quæ ventris nomine missa est in possesſionẽ, si quis eam non admittat, vel reijciat. vel per se vel per alium: ut ĩ. ne uis fiat ei per totum. Sed posset sic defendi: vt quod dicitur, cogatur decedere. scilicet ab ipsa muliere: cum sine dolo eius ingreditur aliquis: Et quod subijcit intereſt autem &c. sic continua. uerum est, quòd mulieri ita subuenitur, quia eius intereſt. sed etiam intereſt eius, qui experitur, & pone autem, pro sed: & quod dicit experitur, scilicet actione in factum ex hoc edicto contra ipsam mulierem, cum dolo eius alius est admissus in possesſionẽ: sed hæc lectura nõ est bona: quia statim dicit bona fide, & sic non competit mulieri illud interdictum, ne vis fiat ei. &c. sed si velis tueri probabiliter, dicas hic esse. §. intereſt autem &c. & mutet casum: sed prima verior est, vt agat dominus non mulier: quia eius intereſt, ut subijcit. sed contra quem agit dominus, quia intereſt eius? Respon. si dicas contra possidentem pro possesſione: non uidetur: quia cum possit mulierẽ conuenire, non intereſt sua: sed fortè non est soluendo & ipsa, & sic autem, ponitur pro quia. Vel dic agi contra mulierem, quia intereſt. & sic est. §. intereſt &c. & autem ponitur exceptiue, uel causa ornatus sic ŝ. de inst. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur. & placet quod sit. §. & mutet casum.

[n] Bona fide. Cum ti. uel sine ti. ut ŝ. si. rep. l. 4. §. 1.

[o] Non est. Et sic actio est inanis, quam excludit inopia debitoris: ut ŝ. de dolo. l. nam is.

[p] Hæc actio. In factum: ut ŝ. in prin.

[q] Persecutionem. Datur enim ad intereſſe ut ŝ. §. nõ solum. & est bona ratio: ut ĩ. de act. & obl. l. in honorarijs. Sed contra ĩ. tit. 1. l. 1. §. hanc autem. Sol. ut ibi.

ADDITIO. Dic secundum Bartolum hic, quòd quandoque actio pœnalis succedit in locum actionis persecutoriæ, & tunc est perpetua: ut patet in utili rei uendicatione, quæ datur contra eum, qui dolo desijt possidere, ita loquitur hic, & in l. 2. §. hoc interdicto. de tabu. exhiben. & infra, ne quid in loco public. l. secunda. §. final. sed quando actio ex sui natura & ab ipso initio est pœnalis & prætoria, tunc non datur nisi intra annum: ita loquitur ibi secundum eundem Bartolum.

> Actio inanis ẽ, quã inopia debitoris excludit.

a In pe-

a In patrem. Doli inscium.aliàs insolidum: ut s̄.§. 1.& ṗtur.1.l.fi.§.fi.
b Peruenerit.Vel dolo fecit, quo minus perueniret: vt s̄. rerum amo.l.1.§.fi.& l.seq. Accur.

DOlo. Non. Subaudi tantum, si non habes. Et not. differentiam, inter procedere & tradere: 1 ut & C.de acq. pos. l.fi.Item no. viriliter resistendū,alias ēi dolus fit: vt hic. & in Auth. de non alie. §. œconomus. colla.2.& s̄. loca.l. itē quęritur.§.eaer citu. & l. si fundus. & facit s̄.mā.l.dol°.
d Si & pr̄is. Quod esse potest: ut s̄. eo. l.1.§.1.
e Et ideo.Bona ratio:lic° est si ad pœnam: vt s̄. de eo per quē.fac.est.l.1.§.si plures.& ad l.aquil. item Mela.§.si plures. & de iur.om.iudi.l.adeo. & inf.ne quis eū qui I ius uoca.l.pe.in fi. & l.fi.
f Sumptus. Hæc verba possunt determinare sequentia, iutilis &c.& sic est contra C.de eui ctio.l.1. : uel præcedentia, & tūc cōcordat, & est sensus secundus cōtrarius primo. Sed de quo sumptu dicit? Resp. dicunt quidā de eo, qui factus est in litigando cōtra admissum a muliere. Alij de isto, qui fit litigādo contra mulierē, vel patrē. Sed nonne per l. properandum. victus victori &c. Respond. iusta ignorantia eacusat a cōtumacia: vt in ea.l.properandū. §.sin autem.& de leg.a.l.qui solidum.§.etiam.

in patrem a dabitur actio, si quid ad eum peruenerit. b

Paulus lib. xxxvij. ad edictum. II.

DOlo facit mulier, non c quæ in possessionem venientē non ṗhibeat, sed q̄ circunscribendi alicuius cā, clam, & ṗ quandā machinationē in possessionem introducat. Si & patris d & filiæ factum arguetur: in alterū, quem actor velit, reddenda est actio: quia in id, quod agentis interest, datur. Ideo e si id, quòd ei abest, ab eo, * q̄ in potestate est, seruari possit (ṗter sumptus f litis causa factos) inutilis erit ei hæc actio.

TITVLVS VI.

SI MVLIER ventris nomine in possessione calumnię causa esse dicatur.

Iuramentum mulieris excusat eā à calumnia: & partui non prodest, nec nocet. Bar.

Vlpianus lib. xxxiiij. ad edictum. I.

SI de posses sione ventris nomine quæratur, & deferente hærede mulier iurauerit se prægnātem esse: seruandum est iusiurandum: g nec tenebitur mulier, quasi calumniæ causa fuerit ī possessionem missa, nec uis ei facienda est post iusiurādum. Si tamen peperit: quæretur veritas, an ex eo prægnans fuerit. Alteri enim nec prodest, nec nocet iusiurandum inter alios factum, nec partui igitur nocebit. Et hoc edictum ex eadem cā h proficiscit, qua superius. Debet enim prætor, quē admodū facilis est circa bonorum possessionem mulieri dādā ventris nomine: ita calumniā eius impunitam nō relinquere. Per calumniam autē in possessionem fuisse videtur, q̄ sciens prudensque se prægnātem nō esse, i voluit in possessionē venire. Hāc autem k actionē prętor intra annum l vtilē pollicetur

Adde te xtum ī c. plerunq;. §. de his. 2.q.7.no. Cardi. in cle.1.quia verò. de sta.mona.

* Sic in P. F. Halo.ā. tamē scripsit, qui I possessiōe est.

2 Dic q̄ ubi actio de euictione nō fuit nata propter principale, iō nō durat pro expēsis hæc fuit nata propter, principale iō ṗ expēsis, durat secundum Bar. hic.

Ignorātia iusta à cōtumacia, eacusat.

SI MVLIER VENTRIS &c

SI de possessione. CASVS. Mortuo viro Titia uxor sua dicit se ex eo prægnātē: & ideo petiȝ se mitti in pos.bon.eius causa uentris, hæres dicit, tu nō es prægnās:& iō nō debes mitti in pos.bo. sed tū defero tibi sacramentū si uis iurare te prægnantē, ipsa iurauit se prægnantē ex dicto suo uiro quōdam: certè si verè non est prægnans, uel est, sed non ex uiro sicq; calumniæ causa petijt se mitti in pos.quia tū iurauit, seruandum est iuramentum, & stabit in poss. donec erit tempus: quo deberet parere, si prægnās esset, & si quidem peperit, nihilominus hæres poterit probare natum nō esse genitū ex uiro mortuo. Si autem non detulit mulieri sacramentū hæres: sed quia videbatur prætori eam esse prægnantē, missa fuit in pos. ipsa nanq; sciebat se non esse prægnantē: tenetē illis, quorum interest, puta cohæredi separā·i partum, vel substituto ipsi ventri: vel illi qui haberet hæditatē ab intesta. si venter non nasceretur, actione in factū ex hoc edicto ad interesse eorū: & intra annū utilē tm. Sed quomodo potest eorum interesse? Resp. propter alimenta capēsa in uentrem nō plenū sine causa. Item & propter hæditatem quam amisit hęres hæredis: quia cum hæres nō posset eā adire, dubitās utrū illa esset prægnās, vel non, decessit: & eā non aditam nō transmisit ad hæredem, petet ergo hæres hæredis æstimationem hęreditatis à muliere. Item potest eorum interesse propter illa, q̄ diminuta sunt in hæreditate muliere in pos. stante. Et quòd dixi in hærede hæredis, ut possit à muliere petere pretiū hæreditatis amissę propter calum. mulieris. idē est in hærede substituti, sed pretium legatorum ab hærede quibusdam relictorū per testatorem non ṗstabit mulier: quia ipsa tenetur illud dare legatarijs, sed pretium seruorum, quibus dedit testator libertatē fideicommissariam benè pręstabit mulier dicto hæredi substituti: ideoq; ipse tenet dare dictis seruis libertatem, pro illis autem seruis, quib. fuit data directa libertas, non dabit pretium mulier. & licèt illi serui non possint habere libertatem de iure stricto, quia hæreditas non fuit adita per hæredem: tamen prætor debet ei tueri libertatem. Sed quid si mulier fuit missa in posses. hære. causa ventris per suam calumniam, & per calūniam patris, in cuius erat potestate? suo nomine tenetur etiam pater. hoc dicit vsq; in fi.tit. Viu.
g Iusiurandum. Nec ergo etiā si iurauit ipsa uel alius se deferente prægnantem non esse: ut ī. de iureiur.l. 3.§.pe. & facit s̄.de alie.iud.mut.cau.fa.l.1. in princ. & C.de an na. excep.l. ut perfectius. & ī. de reg.iur.l. non debet. Sed contra.s̄.tit.2.l.1.§. si cui.Sol. ut ibi. Item contra.ī.de Carb.edict.l.1.§.fi.Sol. vt ibi.
h Ex eadem causa. ut mulieris calumnia puniatur.
i Prægnantem non esse. Vel ex alio: vt sup. de iur qui no.in fa.l.cum non prægnans.
k Hāc autem actionem. Scilicet in factum, cum non specificatur: ut no.s̄.tit.1.l.1. in princ.
l Intra annū. Cur ergo non, vt superior vltra annum datur?

datur:ut s̄.ti. 1. l. 1. §. fi. quę est contra. cum ex eadem causa proficiscatur: ut s̄. § & hoc edictū? Respon. fortè & illa ut hæc non dat ultra annum utilē. & quod ibi dicit dari ultra annum sub audi continuū: nā utilis ultra annum extendi potest, vel hic est pœna ex parte mulieris. argu. s̄. ne quis eum qui in ius. l. 1. §. fi. & argu. contra. s̄. de eo per quē fac. est. l. 1. §. fi. secundum Azo. & H. sed certè i illa est magis pœnalis: nam hic adest mulieri. quia percepit fructus, ibi non: unde magis debet dici contra.

a Simili autem modo. Vt & illa s̄. titu. 1. l. fi. in fi.

b In parentem. Infrà eod. l. fi. in fi.

c Substitutus. Si partus non nascat̃.

d Sine causa. Satius est enim ali, non alēdum, quam fame necari alendum, ut infr. de uen. in pos. mit. l. 1. §. sed si certum. & l. 3. §. 1. & C. de Carbo. edic. l. fin. & infr. pro suo. l. hominem. Sed argumen contra sup. de condictio. indebi. l. pen.

e Exclusus sit. Quia decessit non adita hæreditate, quam adire non potuit: ut infrà de bonor. pos. secundum tab. l. 2. in prin. & de acquiren. hæredit. l. cum quidam. §. quod dicitur. & ad Sylle. l. 3. §. fi. & l. qui posthumos. sed certè non videtur per hoc excludi: ut infrà de Carbo. edic. l. scriptus. Solu. sui hæredes uel emancipati liberi non excludun tur: nec eorū hæredes, si non adierint: ideo quia uxor defuncti erat prægnans: sed aliud est in extraneis: ut infra de acquiren. hæreditate. l. uentre. Azo. hic ergo in ex

i Dic aliter & melius ut ibi scripsi secūdū Bar. in l. cōtraria §. fin.

Ali non alendum. satius est quā alendum necari.

ultra nō uidelicet quasi pœnalem. Simili autem modo a & hic quanti agentis interfuit, prætor actionē pollicetur. In parentem etiā b prætor actionem pollicetur. si modò per eum factum sit, vt in possessionē per călumniam veniret. cōpetit autē hæc actio ei, cuius interfuit ī possessionem missam non esse: ut puta uel cohęredi spe ranti partum, uel ei qui substitutus c fuit, vel qui ab intestato, si partus non fuisset, succedere potuit. Interesse autem videtur primùm de alimentis, quæ in ventrem sunt erogata. Nec enim aliàs hęc repetuntur, nisi per calumniā in possessionem uenit. Cæterum si res calumnia caret: nihil præstabit mulier, quasi sine causa d alita sit sub prætextu uētris.

In hoc interesse non potest venire æstimatio totius hæreditatis: si propter uētrem alius successurus, est ab hæreditate exclusus. Bart.

Nonnunquam augetur quod interest, si quis fortè dubitans, an prægnans sit, exclusus sit, e hæreditate. Nam hæredi eius, qui exclusus est, dandā f hanc actionem Iulianus ait: si quidē eius quoq; interfuit, non fuisse calumniæ causa in possessionem mulierem: quia si hoc non fuisset, adeundo g hæreditatem institutus, hęredi suo locupletiorem hæreditatem suam relinqueret. Sed & hoc imputatur mulieri, quòd deminuta sunt multa in hæreditate, dum hic contemplatione h ventris non attingit hęreditatē.

Contra mulierem succurritur hæredi substituto defuncti: & cōseruantur legata et libertates.

Iulianus lib. xix. Dig II.

LEge duodecim tabularum. CASVS. Lex iſta cum ſequent. dicit tria. Primum eſt, quod parentes poſſunt dare tutores liberis ſuis, quos in poteſtate habẽt. Secundò dicit, quòd poſſunt dare tutores etiam illis liberis, qui non ſunt adhuc nati, dumtamen duo concurrant. Primum, ut ſi naſcituri eſſent uiuo eo forent in eius poteſtate: quod quidem in filijs nondum natis planũ eſt: ſed in nepotibus, & pronepotibus, & alijs deſcendentibus nõ eſt ita planum. unde quòd dico in nepote poſthumo, intelligas & in cæteris deſcendẽtibus. Filius me⁹ in mea poteſtate cõſtitut⁹ deceſſit relicta uxore ſua prægnante, certè illi nepoti meo poſthumo bñ poſſum dare tutorẽ: quia ſi naſcatur me uiuente, bene eſt futurus in mea poteſtate. Secũdum eſt, quod debet interuenire, quòd poſthumus dictus me⁹ nepos nõ ſit rupturus meum teſtamẽtum cum naſcetur: ueluti quia non eſt præteritus à me, imò inſtitutus, uel exhæredatus. ſi autẽ eſſet prę teritus, ſicque rumperet teſtamentum: nõ ualeret datio tutoris prædicta. Tertiò dicit, quòd ſi habeo filiũ in poteſtate, & ex eo nepotẽ: & do tutorem dicto nepoti: certè pendet dicta datio tutoris, donec ego, uel filius prædictus decedat, ut ſi quidem filius decedat, ualeat dicta datio tutoris. Si autem ego decedã, ſicque dictus nepos meus recidat in poteſtatem patris ſui, eiuſdemque filij mei nihil ualet datio: etiã ſi ego auus eram miles. h. d. cum l. ſeq. Viu.

m Parentibus. Maribus P. quod patet: quia ſubijcit, ſi modò &c. 1 nam mulier nullum habet filium in poteſtate ut Inſtit. de adop. §. fœminæ. & argumen. infra ad Tertyl. l. penul. uerum & mater quandoque dat filijs tutorem: ut infra eod. l. pater. de naturali filio dic quod poteſt dari, ſi modo is confirmetur: ut C. de confir. tuto. l. fin. ſpurio nullo modo, cum nec filius dicatur 2 ut in Auth. quibus modis nat. efficiantur ſui. §. fin. colla. 6. Acc.

n Teſtamento. Vel codicillis teſtamento confirmatis: ut infra eo. l. 3.

o Vel nepotibus. Scilicet poſthumis.

p Vel cæteris. Liberis ſcilicet poſthumis.

q Rupturi. Id eſt, eo caſu quo ruptum non fuit teſtamentũ ſuccedendo ex l. Velleia: ut cum hæredes inſtituuntur, uel exhęredantur: ut ĩ. eo. l. ſi hæreditas. §. 1. & Inſtit. de exhęred. lib. §. poſthumorum. & ĩ. de lib. & poſth. l. Gallus. Si enim rũpitur teſtamentum, nulla eorum quę ibi relicta ſunt, ualent iure ueteri: ſecus hodie, ut C. de lib. præte. authen. ex cauſa. Acc.

r In poteſtate. Natum, ut differat à præcedenti, uel hoc determinat illud. Acc.

1 Mater nõ habet filios i poteſtate. 2 Limita bis hanc gl. & l. ea alleg. ãt. per textũ in l. generaliter. §. cum aũt. & qd ibi not. Bald. C. de inſtit. & ſub ſti. vt procedat i fauorabilibus tantũ quia in odioſis eſt ſecus. cui cõcor. gl. in c. ſtatutũ de hæreticis, li. 6. & in ca. in præſentia. & ibi Panor. extra de ꝓha. de quo uide l. cũ acutiſſimi. C. de fideicom.

a. Filius.

a Filius. Scilicet media persona.
b Desierit. Non dignitatis occasione, vt in Authent. consti. quæ de dig. §. illud. colla. 5. & Institu. de tut. §. permissum. & ff. de regu. iur. l. quo tutela alias incipit, Quintus Mutius. & ff. de ijs qui sunt sui, vel alie. iuris. l. nepotes. Acc.

§. certè. & Insti. de excu. tut. §. datus. sed videtur quòd etiam tunc non potest: vt ff. de lega. 2. l. peto. §. mater. quæ est contra. Solu. non tenet, vt ibi: nisi confirmetur. vt hic. & no. C. eo. l. 4. & facit ff. tit. e. l. 2. & 3.
h Inquisitione. Diligentiori. Hug.

... statore filius a in potestate eius esse desierit. b

Vlpianus libr. xxv. ad Sabinum. II.

Nec militem liberis recasuris in potestatem c tutorem dare posse, à diuis fratribus rescriptum est.

Testamento uidentur dati, qui sunt dati in codicillis testamento confirmatis Bart.

Idem libr. xxxv. ad edictum. III.

Testamento datos tutores accipere debemus etiam eos, qui codicillis testamento cõfirmatis d scripti sunt. Sed eos demum testamẽto datos accipere nos oportet, qui iure dati sunt. e

Pater dat tutorem filio instituto uel exhæredato: mater in filiuto tantum: & tunc cum inquisitione confirmatur. Bart.

Modestinus lib. vij. differentiarum. IIII.

Pater hæredi f instituto filio uel exhæredato g tutorem dare potest, mater autem non, nisi instituto: quasi g in rem potius: quàm in personam tutorem dare videatur. Sed & inquiri in eum, qui in matris testamento datus est tutor, oportebit.

Tutor datus a patre non legitimè, confirmatur sine inquisitione, nisi noua causa superueniat. Bart.

Cùm à patre datus, quamuis minus iure datus sit: tamen sine inquisitione h confirmatur: nisi si causa, propter quam datus uidebatur, in eo mutata sit: ueluti si ex amico, inimicus, uel ex diuite pauperior i esse ctus sit.

Appellatione filiorum conti nentur posthumi filii, non nepotes: sed appellatione liberorum etiam nepotes continentur: appellatione uerò posterorum omnes descendentes continentur. Bar.

Vlpianus libr. xv. ad Sabinum. V.

Si quis filiabus suis uel filijs tutores dederit, etiam posthumæ k videtur dedisse: † quia filiæ appellatione etiam posthuma continetur. l

Idem lib. xxxix. ad Sabinum. VI.

Quid si m nepotes sint, an appellatio ne filiorum † & ipsis tutores dati sint videndum est. Et magis est, vt ipsis quoq; dati videantur, si modò liberos dixit. Cæterum si filios, non continebuntur. Aliter enim filij, aliter nepotes appellãtur. * Planè si posthumis dederit: tam filij posthumi quàm cæteri n liberi continebuntur.

Dies tutelæ cedit ab adita hæreditate, & immediate illa potestas transit à testatore in tutorem. Bart.

Paulus lib. iij. ad Sabinum. VII.

Tutores non ab hærede, sed à testatore protinus proficiscuntur, o simulatque p aliquis hæres extitisset. *

c Nec militem. In potestatem. Scilicet mediæ personæ. & facit ff. de mil. test. l. cum filius. & ff. l. proxi.
d Testamento. Cõfirmatis: alioqui secus esset: vt infra, de confir. tuto. l. 2. & idem in libertatibus directis: licèt secus sit in fideicom. vt ff. de manu. testa. l. libertates. & sic de hæreditate dicitur, Institu. de codicill. §. codicillis. & est ratio. ff. de hæredi. insti. l. asse. Vel potest dici aliud esse bodie, quasi semper vi deantur esse confirmati: vt Institut. de codicil. §. non tantum. Accur.
e Dati sunt. Aliàs nec propriè tutores dici possunt: vt ff. de verb. sign. l. Paulus. & facit ff. de te iudi ca. l. 4. §. condemnatum. & ff. de fide iuss. l. 3. & de cond. & demon. l. hæc cõ ditio. & de secun. tabu. l. hi demum. Arg. cõtra ff. de cõdi. insti. l. mulier. §. fi.
ADDITIO. Tu dic, quod ibi in conditionibus, quæ sunt facti: præterea & ibi valet de iure secundum Bart.

Pater. CASVS. Pater siue instituat filium suum, siue exhæredet: potest ei dare tutorem non autem mater, nisi filium instituat: & etiam inquisitio debet fieri in tutore dato a mre, licèt nõ fiat in dato à patre.
f Exhæredato. Sic & pupillariter substituere: vt Instit. de pupil. substit. §. non solum. quandoque tñ potest quis filio suo substituere, & non tutorem dare: vt ff. de milit. testa. l. cũ filius. Hug.
g Quasi. Bene dicit quasi: quia personæ principaliter secundario rebus dati dicitur: vt in Insti. qui dari tu. pot.

i Pauperior. Sic ff. titu. e. l. 7. & l. pen.

Si quis. CASVS. Cũ filiis, siue filiabus do tutorem: etiam posthumæ videor dedisse. Item si de di tutores liberis, cõ tinẽtur etiam nepotes. Item si dedi posthumis: non solum filij sed etiam nepotes posthumi continentur, & hoc dicit cum. l. seq. Vlpian.
k Posthumæ. Nomine filij, mares & fœminæ, nati & nascituri continẽtur. Sed ecõtra, nomine filiæ nõ cõtinentur mares: vt ff. eod. l. si quis. & de lega. 3. l. si ita, & ibi not. & de captiuis ab hostib. †, vt ff. e. l. si quis. §. 1.
l Cõtinetur. Aliud in legatis, nisi in ali qua parte testamenti mentionem posthumi fecerit: vt ff. de leg. 1. l. qui filiabus. & cõtinua l. seq.
m Quid si. Non continebũt. Imò videtur quòd sic: vt ff. de ver. sign. l. filij. & l. iusta. & l. liberorum. quæ sunt contra. Sol. vt Insti. eo. §. pe. Et not. secundum Ro. quod talis dicendi varietas nõ cadit in Idiotam.
n Quam cæteri. Scilicet nepotes, & alij nascituri, non nati: ne sit contra. ff. de verb. sign. l. nomen filiarum.

Tutores. CASVS. Tutoris datio proficiscitur a testatore principaliter, licèt secundariò proficiscatur ab hærede: quia non aliter valebit datio, nisi hæres hæreditatem adeat, vt infra in l. 3. quam hic coniũgas: & est plana. Viuia.
o Proficiscuntur. Vt cætera quæ relinquuntur. H.
p Simulatque. Id est, postquam H. & facit infra, eo. l. si nemo.

† Amplia bis hãc l. per l. a. §. filius ff. ad Tertul. vt possit stel ligi in nõ dũ natis: de quo in l. precib. C. d imp. & aliis sub sti.
† An filij appellatio ne nepos veniat, pulchrè Alci. libr. para. 3 ca. 14.
* In P.F. planè si posthumis dederit.
* Extiterit.
* P.F. hærede.

Nam & ipſe hæres tutor dari poteſt: & poſt mortem hæredis tutor rectè dari poteſt.

Vnumquodque per id quòd ligatur, per cõtrariũ diſſoluitur.

Vlpianus lib. xxiiij. ad Sabinum. VIII.

Tutor datus, vetari tutor eſſe poteſt vel teſtamẽto, [a] vel codicillis. [b] Sed ſi ſub cõditione fuerit tutor datus: deficiente conditione tutor non erit. Tutorem autem * in teſtamẽto: & à certo tempore dari, & vſque ad certum tempus [c] licèt, & ſub cõditione, [d] & vſque ad conditionem.

In tutelæ datione attenditur etiam nouiſſima ſcriptura. Bart.

In tutoris datione vtrum leuiſsima [e] conditio, an nouiſsima [f] vt in legato ſpectãda eſt? [g] vt puta § Titius cũ poterit, tutor eſto. Titius, ſi nauis ex Aſia venerit, tutor eſto. § & Iulianus lib. xx. Digeſtorum rectè ſcripſit, nouiſsimam ſcripturam eſſet ſpectandam.

Non valent diſpoſita in teſtamento, niſi adeatur hæreditas ſaltem per vnum ex pluribus Bart.

Pomponius libro iij ad Quintum Mutium. IX.

Si nemo hęreditatem adierit: nihil valet ex ijs, quæ teſtamento ſcripta ſunt. Si verò vnus ex pluribus adierit: tutelæ ſtatim valent: [h] nec expectandum erit, vt omnes hęreditatem adeant.

Pendente aditione hæreditatis poteſt dari tutor pupillo. Barto.

Vlpianus libr. xxxvj. ad Sabinum. X.

Si hæreditas [i] nondum adita ſit, ex qua tutor ſperatur: veriùs eſt alium tutorem dari poſſe: [k] quaſi nondum ſit, nec ſperetur.

In tutelis attendimus nouiſſimam ſcripturam. Bart.

In tutelis teſtamentarijs id ſequimur, qđ nouiſsimum eſt: & ſi ſæpius tutor [l] datus ſit: nouiſſimam ſcripturam intuemur.

Si nepos viuo auo incipit tenere locum ſui, ſicut confirmatur teſtamentum per legem Velleiam, ita tutelæ datio. Ba.

Qui filiũ, † & ex eo nepotem habebat, ſi nepoti tutorem dederit, habet diſceptationem, * an aliquo caſu ſit vtilis datio: vt puta, ſi proponas filium viuo patre deceſ-

Tutor datus. CASVS. Filio meo tutorem dedi: poſtea vetui in teſtamento, vel codicillis, ne tutor eſſet. certè non eſt amodo tutor. ſed & ſi dedi eum ſub conditione, ea deficiente non erit tutor. & poſtea ponit quatuor modos, quibus poteſt tutor dari. poſtea dicit, quod in datione tutoris nouiſſima ſcriptura valet. Viuianus.

[a] Teſtamento. Alias ſecus: vt ſ. tit. i. l. muto. §. i.

[b] Vel codicillis. Teſtamento confirmatis: vt Inſtitu. de codic. §. i. Vel fortè aliud in hæreditate, cum tractatur de ademptione.

[c] Certum tempus. Tranſit igitur ad tẽpus in poteſtate tutoris, ſed non in poteſtate patris: vt ſ. de adop. l. quæſitũ. ſed alia eſt poteſtas vnius, quã alterius: nam multis modis dicitur: vt j. de ver. ſignifica. l. poteſtatis.

[d] Et ſub conditione. Dic teſtamento: vt Inſtit. quibus modis tu. fin. §. ſed ſi ad certam.

[e] Leuiſſima. Hoc in libertate.

[f] Nouiſſima. Hoc fit in legato: vt j. de condi. & demonſtr. l. quod traditum. & l. ſeq. & dic, vt ibi.

[g] Spectanda eſt. Sic j. eo. l. ſi hæreditas. §. i. hoc niſi prima deroget alij: vt j. de leg. i. l. ſi mihi, & tibi. §. interdum. & de le. 3. l. ſi quis. in princi. licèt ſit argu. contra. j. de codicil. l. diui. §. licèt. & facit C. de pact. l. pacta nouiſſima.

[h] Si nemo. Statim valent. Id eſt, tutor ſtatim eſt tutor: niſi fuerit datus poſthumo, quoniam incipit eo edito: vt j. eodem, l. ſi nemo. §. fina. Item not. hic inſpiciendum tempus aditæ hæreditatis, an quis poſſit eſſe tutor: & ſic regula Catoniana non pertinet ad tutoris dationem: ſicut nec ad legata vel hæreditates: quorum dies cedit ab adita hæreditate: vt infra, de regu. Catonia. l. antepenultima. Sed quid ſi ſolus pupillus eſt inſtitutus, cui eſt tutor datus? Videtur perplexio, ſiue inſolubile. Sed poteſt dici quòd authoritate iudicis adeat. argum. C. de iure deliberan. l. ſi infanti. in fin. Vel dic, quòd dabitur curator ad hæreditatem adeundam: vt C. de admini. tu. l. cum quædam. vel dabitur ſibi alius tutor: vt habes expreſsè ſtatim j. l. prox. vbi ponitur hic caſus, & facit ad l. iſtã j. de bo. lib. l. 3. §. ſi patronus. & j. de manu. teſt. l. teſtamento. & l. ſi legato. & j. ad Treb. l. ita. §. i. & ſi quis teſt. liber eſſe. l. i. §. ante aditam. & j. de contra tab. l. illud. in prin. & j. l. proxi. in prin.

[i] Si hæreditas. CASVS. In teſtamento, in quo inſtitui mihi hæredem, dedi tutorem filio meo. hæres differt adire hæreditatem, & ſic non poteſt interim adminiſtrare tutor. certè alius tutor dari poterit à iudice. Secundò dicit, quòd nouiſſima ſcriptura in tutoris datione inſpicienda eſt. Tertiò dicit, inſtitui mihi hæredem filium meum in mea poteſtate conſtitutum, & filium ſuum ei ſubſtitui, qui etiam erat in mea poteſtate: & ei meo nepoti tutorem dedi, certè ſi filius prædictus me viuo exeat de mea poteſtate, valebit tutoris datio & confirmatur ex lege Velleia. & quòd dixi in nepote ſubſtituto, idem eſt in eo qui inſtitutus eſt, vel exhæredatus. Si furioſus. Dedi tutorem filio meo quondam qui erat furioſus, cum deſierit furere, certè valet datio. Si autem do eum ſimpliciter, erit tutor cum furere deſierit: licèt quidam dixerint nõ valere dationem. Seruus. Seruum alienum ita dedi tutorem filio meo: Stichus ſi liber erit, tutor ſit filio meo. certè bene valet datio. ſi autem ſimpliciter eum dedi intelligitur cum liber erit, & hæres meus tenetur luere, & manumittere. Viuia.

[k] Dari poſſe. A iudice, & ſic datiua hic præcedit teſtamentariam: cum teſtamentaria ſoleat omnes præcedere: vt infra, eo. l. ſi quis ſub conditione. § dicã. & facit Inſt. de Atil. tuto. §. itẽ ſi purè.

[l] Tutor datus. Vnus idemque, ſi primò purè, poſtea ſub conditione, vel econtra: vt ſ. eo. l. tutor. §. fin. Vel dic vnus atque alius. ſed in vltima ſcriptura prior ſit reprobatus, alioqui vterque erit tutor: & C. eod. l. 2. licèt ſecus ſit in datione procuratorum: vt ſ. de procu. l. ſi quis eum. §. fin.

ADDITIO. Tu dic ſecundum Bartol. quòd licèt fuit ſcriptus primo vnus, poſtea alius: tamẽ quia eodem tempore confirmatur, ideo valet datio vtriuſque, quæ ratio ceſſat in procuratore: vt not. per doct. in d. l. 2. C. eo.

* In P.F. nõ eſt in teſtamento.

Tempus hæreditatis aditæ in tutoribus conſideratur.

† Vide § ſcripſit in hũc. §. Alciatus lib. diſpũctionum I. c. xx.

* In P.F. itẽq; in quibuſdã exẽpla manuſcri. an aliquo caſu nõ ſit vtilis datio.

Succeſſiſſe.

fisse, & nepotẽ ex eo successisse [a] viuo auo. [b] Et fortius dicendum est, tutelam quoque ex lege Iunia Velleia cõfirmatam. Nam & Pomponius lib. xvj. ex Sabino scripsit, valere tutoris dationem. Cum enim confirmatum sit [c] testamentum: consequenter tutoris quoque datio ualebit in eo testamento scripto, quod valet: id est, vbi nepos vel hæres institut[us] sit, vel nominatim [d] exhæredatus sit.

Inhabilis datus tutor intelligitur datus, cum fuerit habilis.

Si furiosus testamẽto tutor detur, si quidem cũ furerẽ desierit: rectè tutorem esse datũ, Proculus existimat. Quòd si datus sit purè: negat Proculus ualere dationem. Sed est uerius (quod & Pomponius ait) rectè uideri datum: & tunc fore tutorẽ cum sapere cœperit.

Seruus alienus potest dari tutor sub conditione libertatis: & si simpliciter datur, in dubio videtur ei data fideicommissaria libertas. Bart.

Seruus alienus ita dari tutor potest; Si liber erit, [f] tutor esto. Quin imò & si purè datus sit: uideẽ inesse hæc cõditio cũ liber erit. [g] Potest autem quis & extraneo seruo defendere ex hac causa fideicommissariam libertatẽ. Quid enim interest, suũ seruũ, an alienum tutorẽ scripserit: [h] cum pupilli fauore, & publicæ utilitatis assumpta libertas sit in persona eius, qui tutor scriptus est? Potest igitur & huic fideicõmissaria libertas defendi: si uoluntas apertissimè non refragetur.

Spes testamentariæ tutelæ facit cessare legitimam, & locus erit datiuæ. Idem si testamentarius desiit esse naturaliter vel ciuiliter iudice hoc principaliter agẽte. Secus si desiit esse naturaliter vel ciuiliter iudice principaliter hoc nõ agente: quia tunc legitimus succedit, sed non succedit ibi, si aliquis ex testamentariis superuiuit. Bart.

Idem libr. xxxvij. ad Sabinum. XI.

SI quis sub conditione uel ex die tutorẽ dederit, medio tempore alius tutor dandus est: [i] quamuis legitimum tutorem pupill[us] [k] habeat. Sciendum est enim, quã diu testamentaria tutela speratur, † legitimam cessare. Et si semel ad testamentarium deuoluta fuerit tutela, deinde excusatus sit tutor testamẽtarius, adhuc dicimus in locũ excusati alium dandum, non ad legitimum tutorem redire tutelam. Idem dicimus, & si fuerit remotus. Nam & hic

SI quis sub. CASVS Si do tutorẽ sub cõditione, interim alius dandus est à iudice: nec vẽdicat sibi locũ legitimus. nã & si testamentarius attingit tutelã, & postea captus sit ab hostibus, vel remotus vel excusatus a tutela, nõ venit legitimus: secus si mortuus sit testamẽtarius: q̃a tũc bene hẽt locũ legitimus. Viuia.

a Successisse. Id est, in locum sui patris deuenisse, vt incipiat esse suus.

b Auo. Vt Insti. de exhære. liber. §. posthumorum. dic viuo auo, scilicet tempore mortis filij. Sed post mortem ipsius aui.

c Cõfirmatum sit. videt hoc stare nõ posse. nã aut hic filius & nepos ex eo fuit institutus, vel alter tantum. si vterque, malè videẽ poni, cum enim confirmatum &c. cum statim teneat quod hic dicit in fine, id est, &c. nam videtur idem repetere cum dicit, idem est &c. si autem alter tantum, aut filius tantum: & tunc nepos siue sit exhæredatus, siue nõ: mortuo filio, & viuo testatore deficit testamẽtum: cum nullus inueniatur in eo hęres, qui adire possit: ergo & tutela deficit, vt s. eod. l. si nemo. aut nepos tantum. & tunc aut filius fuit exhæredatus: aut non. si exhęredatus, statim valuisset datio tutoris, & male diceret nepotem ex eo successisse. & confirmatum testamentum, si fuit præteritus: ergo ab initio nullũ fuit testamentum: nec confirmatur: licèt filius decedat uiuo auo: vt Insti. de exhære. lib. in princ. licèt secus sit in posthumo præterito: vt infra de iniu. test. l. posthumus. Si verò neuter, ergo non valuit testamẽtum: cum nec alius fuerit institutus: & malè omnia ponerẽtur, quæ dicuntur in litera. Ad hoc resp. quod filius fuit institut', & nepos ei substitutus, & quod dicit confirmatũ, sub. ex l. Velleia. scilicet, nõ quòd ab initio nullum fuit: sed quia nisi esset legis Velleiæ consilium obseruatum, ruptum esset. vnde dic confirmatum, id est, non ruptum: vel dic cõfirmatum, id est, conseruatum. Azo. Item contraria hæc videntur regulæ Catonianæ: vt infra de regu. Cato. l. 1. Sed non est: quia reg. Cato. nõ pertinet ad nouas leges: vt j. de reg. Cato. l. fi. lex autem Velleia, noua est: vt infra de libe & posth. l. Gallus. §. si eius qui filium habebat.

d Vel nominatim. Debebant autẽ mares nominatim exhæredari: fęminæ poterant inter cæteros: vt Insti. de exhæred. lib. §. 1. sed hodie nulla est differentia: vt Insti. de exhære. lib. §. nostra. secundum Azo. Et dicas idem: sed non per omnia idem, nam si fuit nepos institutus vel cum filio, vel filius exhęredatus, non confirmatur: sed statim valet mortuo postea auo. Item si fuit exhæredatus vterque, & extraneus institutus, mortuo postea auo, statim valet tutela: vt j. eo. l. si pater. si autem filius tantum fuit exhæredatus, tũc testamentum aut nullũ est, si præmoriatur filius auo: vt s. dixi & facit supra eod. l. 1. & j. de libe. & posthu. l. filius a patre. & l. si quis. Sed arg. contra, infra de reg. iur. l. pen.

e Ceperit. Dic vt s. ti. 1. l. furiosus. no. & facit insti. eod. §. furiosus. & supra de iudi. l. cum furiosus.

f Si liber erit. Sub eadẽ cõditione potest hęres institui: vt j. de cond. insti. l. seruus alienus. Itẽ quod dicit dari, die a testatore: a iudice autẽ non: nec purè, nec cũ libertate: ut C. qui da. tu. pos. l. in seruili. Acc.

g Cũ liber erit. Ergo tenet. Sed cõtra Insti. eod. §. seruus. vbi dicit nõ valere. Solut. non valet vt statim administret, vt ibi: sed cum liber erit, sic, vt hic dicit.

h Scripserit. Quasi dicat, nihil: & hoc quãtum ad ipsam libertatem & tutelã finaliter sed tamen in suo seruo directã, si fuerit sciens, si ignorans, fideicom. in alieno semper fideicom. vt C. de fideicomm. lib. l. & si non adscripta. & Insti. e. §. seru'. & facit C. eo. l. si pupillorũ.

i Dandus est. Vt Insti. de Atil. tut. §. 1.

k Pupillus habeat. Id est, habere potest. sic infra de

† Cõcor. ca. episcopũ nõ debere ĩ alienam irruere ciuitatẽ, 9. q. 2. & vide gl.

ſtatu lib.l.Labeo.
a Abijt. Scilicet à tutela: aliàs abijcit, ſcilicet iudex eũ. & dic abijcit, id eſt, remouet, vel excuſat. ſic j.de legi. tut.l.tutela.§.quæri.& facit.§.ſi duo.l.inteſtato.& j.eo.l.idem fiet. Accur.

idcircò abijt, [a] vt alius deť. Quòd ſi tutor teſtamento datus deceſſerit, ad legitimum tutela redit: quia hic Senatuſconſultum [b] ceſſat. Planè ſi duo, pluresúe fuerint tutores teſtamentarij: in locũ eius, qui deceſsit, vel ĩ ciuitate eſſe [c] deſijt, poterit dari alius. [d] Cæterũ ſi nullus ſuperſit, vel in ciuitate ſit: legitima tutela ſuccedit.

Tutor non põt dari certæ rei: ſed perſonæ vel vniuerſitati. hoc dicit cum duabus ll. ſeq q. Bar.

Idem libr. xxxviij. ad Sabinum. XII.

Certarum rerum vel cauſarum teſtamento tutor dari non pòt, [e] nec deductis [f] rebus.

Pomponius libr. xvij. ad Sabinum. XIII.

Et ſi dat⁹ fuerit: tota datio nihil valebit.

Martianus lib. ij. Inſtitutio. XIIII.

Quia pſonę, nõ rei [g] vel cauſæ datur.

Vlpianus libr. xxxviij. ad Sabin. XV.

b Quia hic ſenatuſconſult. Scilicet innominatũ: vt & ſ. tit. t.l. complura. & dicebat quod quandiu locus eſt teſtamētariæ, ceſſat legitima. Acc.
c In ciuitate eſſe. Not. æquiparatur mors ciuilis naturali. Item nota qđ habēti tutorem datur tutor. ſic j.de excu. tut.l. propter.§.1.& no.ſ.ti.t.l.ſolet. Itē not. quod teſtamentaria ſi eſt, excludit legitimam & datiuã: ſed ſi ea non eſt, legitima excludit datiuam. Tertiò ſuccedit datiua deficiēte legitima. Sed qd ſi fuit teſtamentarius, & deſijt? Reſp. refert, an remaneãt reliqui: vt quia excuſatus eſt, vel remotus, & tunc datiua, an non: vt quia eſt mortuus naturaliter vel ciuiliter: & tũc aut aliquis alius teſtamētarius remanet: & datur datiu⁹, aut non. & tũc legitimus: vt hac l. Item quid ſi fuit legitimus, & deſijt? Reſp. ſequens legitimus erit quocunque modo deſinat primus: vt infra de legi. tut. l.tutela.§.fi.& l.ſeq. nam & datiuus iam datus reijcitur ſuperueniente legitimo, qui prius non erat: vt infra de tut. & rat.diſtrahē.l.ſi tutor.§.1. multo magis impeditur dari, dum eſt legitimus. Item quid ſi datiuus deſijt? Reſpond. venitur ad legitimum, ſi eſt: vel ad alium datiuum: vt argu. dicta l.ſi tutor.§.1. Sed quid ſi mater deſiit quæ tutrix fuit? Reſpon. ſiue teſtamentariam, ſiue legitimam, ſiue datiuam dicas: habes reſponſionem ex præmiſſis: ſed qualis ſit, nota. C.quando mul.tu.offic.fun.authen.matri. ſed hodie videtur quòd ipſa poterit petere quem vult, ſi ſecundò nubat: vt in Auth. de nup.§. ſi autem tutelam.colla.4. & C. ad Tertyl.l. omnem. & C.qui pe.tut.l. matris. & facit j. de admi. tut.l.Lucius.§.pen.
d Dari alius. Vt enim hæredibus hæreditas non defertur ex teſtamento, & ab inteſtato: ita teſtamentaria & legitima non ſe compatiuntur, ſed teſtamentarius cum datiuo ſic: vt hic.

Certarum. CASVS. Ad vnum prędiũ non põt dari tutor, vel ad certam cauſam vel cauſas, & eſt ratio: quia perſonæ datur. tamen bene põt dari ad vniuerſitatem rerum certarum, & eſt ratio quia perſonæ datur. & hoc dicit cum tribus legibus ſequentibus. Viu.

e Non poteſt. Quantum ad hoc, vt ita ſit tutor, ſicut diſpoſuit teſtator, ſed integrè ad omnia erit tutor: vt ſ.titu.1.l.qui habet.§.ſi. Azo.& Hugo. Sed lex j.proxim. dicit contra. & in l.qui habet. eſt alius caſus. Itē quod dicit cauſarum, eſt contra. C. de in lit.dan.tut. l.ad litē. Solu. ibi tutor, id eſt, curator de quo cõſtat: vt j. de tut. & cur.da. ab ijs.l.7.

Si tamen tutor detur rei Aphricanæ, [h] vel rei Syriacæ: vtilis datio ē: hoc enim iure vtimur.

Indefinita in ſingulari, vel etiam in plurali prolata in tutelis æquipollet vniuerſali: non tamen comprehendit eos, de quibus conſtat teſtatorem non ſenſiſſe. Bart.

Idem lib. xxxix. ad Sabinum. XVI.

Si quis ita dederit, {Filijs [i] meis tutorē do:} in ea conditione eſt, ut tã filijs, [k] q̃ filiabus dediſſe videatur. Filiorum enim appellatione, & filiæ continētur. [l] Si quis filio [m] tutorem dederit, & plures filios habeat: an omnibus filijs dediſſe videať? & de hoc Pomponius dubitat. Magis eſt autē, vt oĩbus [n] dediſſe videatur. Si quis liberis tutores dederit, vel filiis, & hēat quoſdã apud hoſtes: ēt ipſis dediſſe videbiť, [o] ſi nõ aliud apertè probetur teſtatorem ſenſiſſe. Si quis

f Nec deductis. Sic ſupra de vſu & habitatio.l.plenum.§.s. & infra de liberis & poſthumis.l.cũ quibuſdam. Accur.
g Quia pſonæ. Non rei: Vt Inſti. eo.§.certè. Sed contra Inſti. de excuſa. tutor.§.datus: & j. de admin.tu.l. cum plures.§.cum tutor. Solutio. ibi ſecundariò, principaliter non, vt hic. in curatore econtra: vt C. de nupt. l. in copulandis.
h Si tamen. Rei Aphricanæ. Hic datur cuidam vniuerſitati. & ſic non obſtant leges præcedentes.

Si quis ita. CASVS. Quinque dicit. Primo, ſi dedi filijs meis tutorem, videor dediſſe & filiabus. Secundò dicit, ſi dedi filio meo tutorem non adiecto nomine filij, & plures habeo filios: omnibus videor dediſſe. Tertio dicit, q̃ quãdo filijs meis tutorē do, videor etiã dare illi filio, qui eſt apud hoſtes. Quartò dicit, credebam filium meum Titium mortuum eſſe cum viueret, & dedi tutores filiis meis, certè illi non videor dediſſe. Quintò dicit, ſi do tutores poſthumis, & ipſi poſtea me viuo naſcantur, nihilominus valet datio. Viuia.
i Filijs. Secus ſi dixiſſet filiabus, quia fœmininum nõ concipit maſculinum: vt j.de leg.2.l.ſi ita ſcriptum.
k Tam filijs. Natis, & naſcituris: vt ſ.eod.l.ſi quis. ſed ſi poſthumis dixerit, non continentur iam nati: vt j. de ver.ſig.l.nomen filiarum.
l Continentur. Sicut fratrum appella. continetur ſoror: vt ſ.de pact.l.tres fratres. Azo. & facit j.de verb. ſigni.l.ſi quis mihi.& l.filij appellatione.
m Si quis filio. Non expreſſo proprio nomine. Azo.
n Omnibus. Sic j.de ver.ſig.l.Seruius ait.& j.de leg. 1.l.qui filiabus.§.ſi quis. & de le.3.l.ſi plures.& de le. 2.l.ſi ita legetur. in prin.& j.ad Trebel.l.ſi. Sed contra j.de lib. & poſth.l.nominatim. Sed non obſtat, quia exhæredationes odioſæ ſunt: vt eo.tit.l.cum quidam. Hug. Item facit in Authē. vt lic.matri. & auiæ. §.ad hoc.colla.8.

Exhæredationes odioſæ ſunt.

o Videbitur. Si redeant, & hoc propter ius poſtliminij, vt

nij, vt arg. ff. de adop. l. si pater. circa prin.
a Credat. Facit ad hoc ff. de iis, quæ in testa. delen l. 1. §. & ideo. & ff. de contrah. emp. l. fundi. & de transact. l. cū Aquiliana. & ff. de lib. & posth. l. Titius. in princi. & C. de test. mili. l. sicut. & l. si eum. & ff. de suppellec. leg. l. Labeo.
b Nascantur. Videbatur cōtra, quia mentione posthumorū facta non cōtinetur iam natus, vt ff. de ver. sig. l. nomen filiarum. & facit ff. de li. & posth. l. commodissimè. & C. de posth. hære. l. si. Accur.

* Hæc in P. F. adiecta sunt in margine.

T Estamento. CASVS. Tutores testamentarij nō debent satisdare rem pul. sal. fo. in ea su tamen habet locum satisdatio: s. n. vnus de testamentarijs tutoribus vult solus administrare, debet offerre satisdationem contutoribus: & si contutores nolunt satisdare in bonis, sicut & ipse eis offert, solus administrabit satisdando. Si autem volunt satisdare, sicut ipse, administrabunt cū eo. quandoque tamen etiam alijs nolentibus satisdare non admittitur ille solus, qui offert satisdationem: veluti quando turpis persona est, & male habuit se in tutela. Itē & quandoque licèt ipse satisdet, administrabunt alij cum eo non satisdantes: veluti quando alij sunt honestæ personæ. Sed pone, quod omnes tutores concordauerūt: vt vnus solus administraret: venit vnus, & offert satisdationem. Itē venit alius, & venit tertius: certè ille debet admitti, qui est magis idoneus. Sed quid si quidam extraneus offert satisdationem prædictā? certè non debet audiri. Dixi ergo, quòd testamentarij non satisdant nisi sicut dictum est: idem est in datis a iudice ex inquisitione hoc dicit vsque ad l. si nemo. §. fin. qui incipit, testamento. Viuia.

† Cōcor. gl. in verbo, & testimonio. i. hi, tutori dato in testamento sufficit testimonium patris. ca. episcopū. 9. q. 2.

c Certius est. Vt C. de tu. vel. cur. qui satis non de. l. pe. & Insti. de satisda. tut. §. 1. & C. de epis. audien. l. de creationibus. Hug.
d Cauetur. Sed hæc facultas oblationis satisdandi nō est in patronis, ne spes successionis diminuatur: vt ff. de le. tu. l. legitimos. §. pe.
e Debeat. Vt & infra de suspe. tu. l. suspectus. & l. quia.
f Admisit. Sic ff. de suspe. tut. l. 3. §. finautē, & de re. mi li. l. non omnes. §. à barbaris.
g Duplex. Sic supr. de arbitr. l. Celsus. Hugo.
h Existimationis. Id est famæ, sic ff. de var. & extraor. cog. l. pen.
i Q Vod si plures satisdare parati sint, tūc idoneor. Sic ff. de le. t. l. huiusmodi. §. fin. & de ae cus. l. si plures. & de lib. homi. exhi. l. 3. §. hoc interdictum. & C. cōmu. de leg. l. fi. in princi. & ff. de collatio. do. l. fin. sic ff. de dam. infec. l. in reficiendo. Sed arg. contra ff. de iudic. l. in tribus. & de vsufruc. l. æquissimum. in prin. & l. quoties. & ff. de admini. tut. l. 3. in fi.
ADDITIO. Dic secundū Bart. quod ibi nemo. offerebat satisdationem.

cùm ignoraret se Titium filium habere, filijs tutores dederit, vtrum ijs solis dedisse videat quos in potestate scit: an ei quoque, quem ignorauit se habere? Et magis est, vt huic dedisse non videatur, licèt nomen filiorū admittat & ipsum. sed quia de ipso non sensisset, dicendū est, cessare in personam eius dationem. Proinde & si credat a filiū decessisse, qui supererat: idem erit dicēdum. Nec enim videtur ei dedisse, quē obijsse credebat. Sed si posthumis dederit tutores, hique viuo eo nascantur, b an datio valeat? Et magis est, vt vtilis datio fiat, etiam si viuo eo nascantur.

Testamentarij nō cogantur à iudice satisdare: sed quāuis possint afferre, vt soli administrent, ad quod admittitur, nisi alij et esse vāt idonei, vel iudici cognoscenti alij videat. quod si plures simul offerūt: idoneor eligitur. B.

Idem libr. xxv. ad edictum. XVII.

T Estamento datos tutores non esse cogē dos satisdare † rem saluam fore, certo certius est. c Sed nihilominus cùm quis offert satisdationem, vt solus administret, audiēdus est, vt edicto cauetur. d Sed rectè prætor etiam cæteris detulit hanc conditionem, si & ipsi velint satisdare. Nam & si ipsi parati sint satisdare, non debent excludi alterius oblatione: sed impleta videlicet ab oībus satisdatione, omnes gerent; vt qui contentus est magis satis accipere, quàm gerere, securus esset. Non omnimodo autem is, qui satisdat, præferendus est. Quid enim si suspecta psona sit: vel turpis, cui tutela committi nec cū satisdatione debeat? e Vel quid, si iam multa flagitia in tutela admisit? f Nónne magis repelli & reijci à tutela, quàm solus administrare debeat? Nec satis non dātes temerè repellūtur: quia plerunque bene probati & idonei atque honesti tutores, etiā si satis non dent, non debēt reijci: quinimò nec iubendi sunt satisdare. Duplex g igit causæ cognitio est. Vna ex persona eius, qui obtulit satisdationē, quis & qualis sit. Alia contutorum, quales sint. num fortè eius existimationis, h vel eius honesta tis sint, vt non debeant hanc contumeliam satisdationis subire.

Callistratus libr. ij. edicti monit. XVIII.

Q Vòd si plures satisdare parati sint, tunc idoneor i præferēdus erit: vt & tutorū psonæ * inter se & fideiussorū compārētur.

Extraneus volens satisdare non repellit tutores ab administratione Bar.

Vlpianus lib. xxxv. ad edictum. XIX.

S I nemo tutorum pro uocet ad satisdationem, sed existat quidam qui tutor non est, desiderets; * vt aut satisdēt tutores, aut si non satisdēt

S I nemo. CASVS. In hac l. patet ex casu pcedēti vsq; ad §. testamento. Testamēto. Institui mihi posthumū meum hæredē: & ei substitui Titiū. Itē dedi ei tutorem Sēpronium: certè Sempronius non erit tutor, antequā posthumus nascatē: & si postea non nascatur, & sic habeat substitut hæreditatē: de ijs quæ administrauit Sēpronius, tenet substituto vtili act. neg. ges. Quid si posthumis nascatur, & hēat substitutū: postea hic tutor, q gesserat añ natiuitatē posthumi fuit remot* à tutela antequam

* In P. F. persona.

* In P. F. desiderentque.

tequàm inciperetgerere post natiuitatē eius.certè adhuc tenetur pupillo vtili actione prædicta: si autē administrauit, & ante natiuitatem & post de vtraq; gestione tenetur actione tutelę: quod est mirabile. Vi.

a Non est audiendus. Ar.cōtra. C.cōmu.diu.l.3.in fi.

i Tutor incertus testamento. Etiam subaudi. Et not. quòd certus debet esse tutor: vt Insti.de lega.§.tutor. & j.eo.l.duo.& certus ille, cui datur: vt j.eod.l.tutor. Item certus procurator: vt s. de procur.l.dūmodò. Et certus qui instituitur hæres: vt j.de hære. inst. l.in tempus. §. quoties. Et iste, cui legatur: vt Insti.de leg.§. in certis. Nec obst.infra de reb. dub.l.quidam. quia ibi bene certus intelligitur legatarius. Item nec obst. C. de epis. & cler. l.id quod, & l. nulli. & l. si quis ad declinandum. quia specialia ibi fauore pauperum: & captiuorum.

parato sibi satisdare committant tutelam: non est audiendus. a Neq; enim aut extero committenda est tutela: aut testamento dati tutores contra ius satisdationi subijciēdi sunt. Hoc edictū b de satisdatione, c ad tutores testamentarios pertinet. Sed & si ex inquisitione dati sint tutores, Marcellus ait, & ad hos pertinere hoc edictū: d & id etiam oratione Diuorum fratrum significari. Ideoque & illi clausulæ e sunt subiecti, vt si cui maior pars tutorū decernat, is gerat quem maior pars *eligat: quā uis verba edicti ad testamentarios pertineant.

De eo quod quis gerit, antequàm nascatur posthumus, tenetur actione nego.gest. si verò post eum natum gerat, in actionem tutelæ deuoluitur. Bart.

Testamento datus posthumo tutor, nondum est tutor, nisi posthumus edatur. datur tamen aduersus eū substituto pupilli negotiorum f gestorum actio. Sed si partus editus fuerit, deinde hic tutor prius, quàm quicquam gereret, remotus à tutela fuerit: & hic eadem actione g tenebitur: si quid planè gessit post editum partum: de eo quoque, quòd antè gessit, tutelæ iudicio tenebitur: & omnis administratio in hanc actionem veniet. h

Paulus libr.xxxviij.ad edictum. XX.

TVtor † incertus testamento i dari nō potest. Quemlibet possumus tutorē dare: siue is prætor, siue consul sit: k quia lex duodecim tabularum id confirmat.

Idem libr.viij.ad breuium. XXI.

TEstamento l tutores ij dari possunt, cum quibus testamenti factio est. m

Qui relinquit tutorem seruum, quem putabat liberum, non videtur libertatem ei dare. Bartolus.

Vlpianus lib.xlv. ad edictum. XXII.

SI quis tutorem dederit filio suo seruū, n quē putabat liberum esse, o cū esset seruus: is neque tutor, neq; liber erit.

Incertitudo circa personas, quibus datur tutor, vitiat dationem. Item datio certa potest conferri in voluntatem eius, cui datur. Bar.

Aphricanus li. viij. quæstio. XXIII.

TVtor ita rectè non datur, Illi aut illi filijs meis vtri eorum p volet, Titi* tutor esto. Quid enim dicemus, si Titius constituere nolit, vtri ex filijs tutor esse velit? Ita autem rectè tutor dabit, Titius si uo-

ADDITIO. Dic quòd hic fuit electa industria personæ: quæ ratio ibi cessat, secundum Bar.

b Hoc edictum. Cuius verba non habemus.

c De satisdatione. Scilicet non exigenda: vt & s.l.testamēto.t.tesp.

d Hoc edictum. Nam & hi non satisdant: quia idonei sunt electi: vt Insti. de satisd.tu.§.1. soli ergo legitimi: & datiui sine inquisitione satisdant.

e Clausulæ. Eiusdem edicti: vel alterius, & facit ad §.j. de leg.1. l. 14.& s. & infra de administratione tut. l.1.§. penult.

f Negotiorum. Vtilis: vt j.de tut.& ra. dist. l. pen. & de eo qui pro tut.neg.gest. l.1.§.si quis. & s.de nego. gest. l.neque. §. in hac. & l. cum pater.

g Eadem actione. Nego.gest. & vtili. Hug.

h Veniet. Sic j. de rebus dub. l.quædā. & s. si certum pet. l.proinde.

* In P.F. elegerat. Haloand. elegerit.

TVtor incertus. CASVS. Primò pone exemplum. vt j.eo.l.duo sunt. Secundò dicit, quòd non solū prætor, sed etiam consul potest tutor in testamēto dari. Tertio dicit, quòd illi demum possunt tutores in testamento dari, qui ex testamento capere possunt. Quartò dicit, quod si testator tutorem seruum dedit, quē liberum putauerat, nihil agit. Quintò dicit, quod incerto pupillo nō potest dari tutor, certo autem sic: & ponit exempla. Sextò dicit quòd si pupillus habeat plures tutores, & cum vno eorū vult agere, potest autoritate alterius: & non est necesse, quòd detur curator. Septimò dicit, quod tutor duorum pu. potest se exonerare ab vnius tutela, & alterius erit tutor. h. d. vsque ad Litere nostro. Viuia.

† Sic etiā nō potest fieri compromissū de incerta psona, vt in c. innotuit. in fi. cum gl. 2. post prin. extra de arbi.

k Consul sit. Possunt tamen se excusare: vt Insti.de excu.tut.§. & qui potestatem. at iudex non posset dare, nisi sibi subiectū: vt no. s.de tut.l.etiam.

l TEstamento. Alias incipit, si quidem. & alias testamento.

m Factio est. Passiuè hoc intelligas, id est, qui capere possunt ex testamēto, alioqui cōtra: vt Institu. qui da. tut. pos. in princip. vbi filiusfa. pōt esse tutor, nō tn pōt testari actiuè. sed quo tē pore erit hoc attendendum? an obseruabitur quod in hæreditate, vel etiam quod in legato dicimus attendendū: vt Insti.de hęr.qua. & diffe.§. in extraneis. vel tēpus aditæ hæreditatis tm̄? quod magis videtur: vt s. eo.l. si nemo. & C. de cadu.tollend.l.1. §. in nouissimo. & argum. eius, quod dicitur de hęreditate, & legato, & conditionibus: vt infra de reg. Caton. l.Catoniana.

n SI quis. Seruum. Etiam. suum.ad quod est j. de mil.test.l.neque. §.si seruum.

o Putabat liberum esse. secus si sciret: quia tunc vel directam si esset suus vel fideicōmissariam, si esset alienus, haberet libertatem: vt s.eo.l.si hæreditas.in fi.& Insti.eo.§.1. & facit j. de fideicom.lib.l. generaliter. §.si quis tutorem.

p TVtor. Vtri eorum. Videbatur cōtra: quia nō posuit in sua potestate: sed cui.ad quod s.tit.1.l. qui habet.

qui habet. §. si pupillus. sed incertitudo hoc hic facit. vt & no. s. eo. l. tutor incertus. & facit inf. de noua. l. si Stichum. §. si decem. & de stip. ser. l. sed & si ita stipuletur. & de leg. a. l. unum. §. rogo. Sed argu. contra j. de noua. l. si is. in fine.

Solue vt ibi secũdum Bar.

ler, illi filio meo [a] tutor esto.

Iabolenus lib. v. ex Cassio. XXIIII.

SI plures [b] tutores sint, à prætore curatorem posci litis causa superuacuum est: quia altero authore cum altero agi potest.

Excusatus à tutela unius, propter hoc non excusatur à tutela alterius. Vel aliter, In separatis de uno ad aliud non infertur. Bartolus.

Modestinus lib. iiij. Pandecta. XXV.

DVobus [c] pupillis tutor datus, & si alterius [d] tutela se excusare potest cùm res separatæ [e] sint: attamen alterius tutor manet.

Mater non potest esse tutrix testamentaria: nec à iudice confirmatur. Bart.

Papinianus lib. iiij. responso. XXVI.

IVre nostro tutela cõmunium liberorum matri testamento patris frustra mandatur. [f] Nec si prouinciæ præses imperitia lapsus patris uoluntatem sequendã decreuerit: successor eius sententiam, quam leges nostræ non admittunt, rectè sequetur. [g]

Non videtur tutor honorarius qui ab aliis rationes exigere debet. Bart.

Honoris [h] causa tutor datus non uidebitur, quẽ pater [i] à cæteris tutoribus, quibus negotia gerenda mandauit, rationes accipere uoluit.

Datus tutor in testamento de cuius uiribus dubitatur, à prætore confirmatur: & interim erit tutor: sed qualis sit, declarabit euentus. Bar.

Propter litem inofficiosi testamenti ordinandã, exhæredato filio, cui tutorem pater dedit, eũdem à prætore confirmari oportet. Euentus [k] iudicatæ rei declarabit vtrum ex testamento patris, an ex decreto prætoris authoritatem acceperit.

Triphoninus lib. xiiij. disputa. XXVII.

[a] Filio meo. Et sic omnibus filiis videtur dedisse. licèt in singulari numero fuit locutus: vt s. e. l. si quis. §. 1. & j. de ver. sig. l. Seruius ait, sed certè bñ hoc admitto. sed lex ista nõ facit istam vim: sed an valeat tutoris datio facta sub hac cõditione, si volet: vel sub illa: utri eorũ uolet. Ax. & primò ꝓpter incertitudinẽ ꝑsonæ cui datur, nõ valet. in secundo est certa, & ideo ualet. at in legato dic, ut j. de leg. 1. l. Senatus. §. legatũ. & l. si sic. In stipulatione, dic: vt j. de act. & ob. l. sub hac. & de verb. oblig. l. centesimis. §. fi. & dic quòd dictio si, facit hic conditionem, quandoque non: ut inf. de conditio. institut. l. verba.

[b] SI plures. Secus si unus tãtũ: ut. C. de i lit. dã. tu. l. 1. & inf. de tu. & ra. distra. l. si tutor. §. si testamen. in fin. §. & Insti. de auto. tuto. §. fi. & s. de tut. l. qui habet. §. si pupillus.

[c] DVobus. Vel diuersi fuerunt testatores. & tunc plana. vel unus, sed filij habebant bona materna, vel alia separata: nec enim exigo, quòd bona eius pater diuiserit, cum etiam ex hæredatis potest dari tutor: ut infr. l. proxim. §. fin.

[d] Alterius. Fortè liberti: cum iste sit ingenuus: ut C. de excu. tu. l. excusatum. vel etiam propter numerum tutelarum secundum primum casum, & etiam secundum alium: ut C. de lib. cau. l. si multis.

[e] Separatę. Alioqui una tutela intelligeretur, nõ duę: ut inf. de exc. tu. l. tria. & Inst. de exc. tu. §. itẽ tria. sed quid ? tunc forte erit, ut dr̃ C. qui tut. nu. l. fi. in fi.

IVre nostro. CASVS. Non possum in testamento meo committere uxori meæ tutelam filiorũ cõmunium: & si confirmata fuerit uoluntas mea ꝑdicta a præside, successor præsidis non tenetur illã sententiã præsidis sequi. Secundò dicit, quod si do tutores duos filio meo, & postea do ei tertiũ, cui volo reddi rõnẽ ꝑ alios quolibet mẽse fortè: certè iste tertius non dr̃ tutor honorarius. Tertio dicit, exhæredaui filiũ meũ impuberẽ in test° meo, & dedi ei tutorem, & institui mihi hæredẽ extraneũ, filius uult agere q̃rela inofficiosi testamenti contra insti. certè authoritate prætoris datus tutor ei ꝑstabit authoritatẽ in agendo: & si succũbat in querela pupillus, dictus tutor erit tutor testamẽtarius: si obtinebit, erit datiuus: quia ruptum fuit testm̃ eo uiuente, & quod dixi qñ agitur q̃rela p filiũ pup. habet locum si pup. dicat patrẽ intestõ decessisse, vel dicat falsum esse testm̃ quod monstrat institutus: nã authoritate prætoris authorabitur ei tutor in testõ falso ei datus, licèt habere possit pup. tutorẽ legitimũ, puta patruũ. nec proderit hæc cõfirmatio tutoris illi, qui ostendit testm̃: allegabit enĩ ipse fortè hoc mõ, tutor pup. habet authoritatem à tutore q datus est ĩ testõ quod monstro: ergo debet eẽ firmum testm̃. Sed pone, q dictus pup. non habuit tutorẽ in testõ: sed habet patruum, quẽ dicit esse suũ legitimum tutorẽ: ille aũt patruus uult habere hr̃ditatẽ, dicens q pupillus nõ fuit legitimus filius defuncti: certè alius tutor debet dari à iudice. ponuntur ergo hic vsq; ad l. qui tutelã. tres casus, ĩ quibus nõ habet locũ l. tu. imm testamẽtaria, licèt super ipso testõ sit qõ. Ita ponẽ quartus, in quo hẽt datiua locũ, & non legitima. Viu.

[f] Mandatur. Sed cõsilio eius geri rectè mandatur: ut inf. de admi. tu. l. quidã decedens. §. Papin. & repete hic qđ nn. s. de tute. l. fi. & C. quando muli. tut. offi. fun. l. 1. & auth. matri. & s. de neg. gest. l. qui aliena. §. quanquam. Itẽ videtur cõtra j. ad Tertyl. l. a. §. si mater. ibi, quid tamen si pater &c. sed dic: ut ibi.

[g] Sequetur. Vt inf. de rebus eo. l. quamuis.

[h] Honoris. Honorarius dr̃, quia honor est ei cui datur: si alicuius dignitatis sit cui datur. Alij qui ꝓ prore datur: quod nõ placet: ut no. j. de sol. l. q si forte. §. 1.

Honorarius quis dicitur.

[i] Quem pater. Hoc ipso quod eum prę posuit aliis: sed ita si alios uoluit gerere sine isto: ut inf. de adm. tut. l. 1. § 1. quæ est contra. Vel dic: ut ibi.

[k] Euẽtus. Quia si succumbat in querela pupillus, erit tutor testamentarius: si obtineat, erit datiuus. quia cũ rumpitur testamentum per querelam: & cætera quæ ibi sunt, rumpuntur: ut legata, & tutelæ: ut supra de inoffi. testa. l. qui repudiantis. §. fi. & l. Papinianus. §. fi. & s. eo. l. iij. hodie secus: ut C. de lib. præte. auth. ex cau & continua leg. seq. cum ista.

ADDITIO. Ex hac gl. no. quod per auth. ex causa. conseruatur illud, quod est relictum filio rumpenti testamẽtum. nam ei erat datus tutor ut sibi cõseruetur, quod etiam tangit gl. in l. maximum uitium. C. de lib. præter. secundum Bart. hic.

[a] Idem

IDem fiet, [a] si intestatum decessisse patrem pupilli nomine defendatur, falsumve testamentum nomine pupilli dicatur: & si patruus extet legitimus [b] tutor futurus ab intestato: quia tutorem habenti tutor dari non potest. [c] Nam commodius ipse, qui scriptura continetur, à prætore dabitur: vt sine ullo litis præiudicio [d] iustus tutor, author pupillo ad eam litem fiat.

Propter causam status receditur à legitimo, et locus est datiuo. Bar.

Cùm autem ipse patruus, [e] quem tutorem legitimum sibi dicebat pupillus esse, subiectum filiũ criminaretur, [f] & ad se legitimam hæreditatẽ pertinere contenderet: alium tutorem petẽdum Iulianus respõdit.

Qui se à tutela excusat, perdit quod sibi, suisque est ea contemplatione relictum. Bartolus.

Papinianus lib. iiij. responso. XXVIII.

QVi tutelam testamento [g] mãdatam excusationis [h] iure suscipere noluit [i] ab ijs quoq; legatis submouendus [k] erit, q̃ filijs eius relicta sunt: modò si legata filij nõ affectione [l] propria, sed in honorem patris meruerũt.

Seruus datus tutor non erit liber incontinenti: sed eius libertati aliter prouidetur. Bart.

Verbis fideicommissi manumissus, [m] non iure tutor testamento [n] datur: post libertatem itaq; redditam, ex voluntate testatoris ad tutelã vocatur.

Patronus non potest dare liberto tutorem, sed confirmatur. Bartolus.

Impuberi [o] liberto patronus frustra tutorẽ

---

[a] IDem fiet. Scilicet quòd confirmatur testamentarius.

[b] Extet legitimus. Extet dico scriptus in testamento. nã confirmabit: ut datus in testamento, nõ ut legitimus. Vel dic secũdo, quòd nõ erat scriptus patruus, sed alius qui confirmatur excluso patruo legitimo: quia donec speratur testamentaria, nõ est locus legitimæ: ut ĩ. eo. l. si quis sub conditiõe: & hæc lectura est aptior literæ, quæ sequitur. quia tutorẽ habenti, &c. Accursius.

[c] Non potest. Nisi ut ĩ. titu. 1. l. quæsitum, & l. si quis. & nisi creuerit patrimoniũ. ut C. in qui. cau. tu. habẽ. l. licet. Azo. & j. de excus. tuto. l. propter. §. 2. Hug. & facit Instit. de curat. §. interdũ.

[d] Præiudicio. Si n. alius daretur, videretur testamentum non valere, & fieri ei præiudiciũ. quod hic non est, quando idem confirmatur. Accur.

[e] Cum autem ipse. patru⁹. Scilicet scriptus in testamento tutor. Vel dic secundum aliam lecturam, quod non erat scriptus, nec etiam alius scriptus erat tutor, & facit j. de excusa. tutor. l. si pupillum.

[f] Criminaretur. Id est, accusaret.

QVi tutelam. CASVS. Institui filium meũ impuberem hæredem, & ei Titium tutorem dedi, & legaui dicto Titio: & etiam filus Titij: postea ipse mortuo me excusauit se à tutela pdicta. certè non solũ legata sibi relicta amittit, sed etiã relicta filijs suis, si cõtẽplatione ipsius tutoris legaui filijs eius. Secundo dicit, institui hæredes: & per fideic. eos rogaui, ut manumitterent Stichum seruum meũ: postea dictum Stichũ dedi tutorẽ filio meo impuberi uolens recedere ab eo, quod dixi manumittendũ per fideic. certè non erit incontinenti tutor: sed tunc demũ cũ fuerit manumissus. Tertio dicit, si patronus dedit tutorẽ liberto impuberi nõ ualet, sed confirmatur. Viu.

[g] Qui tutelam testamento. Secus si a iudice: ut j. de excu. tut. l. Nesennius. & j. de ijs quib. ut indig. l. post legatum. §. amittere. argu. contra. j. de leg. 2. l. cum filius. §. non iure.

[h] Excusationis. Aliud si ideo quia de iure esse non potest: ut quia miles: ut C. de leg. l. ab administratione. uel minor: ut j. eod. l. quarto. §. fi. Item idem est, si remotus est, ut suspectus, ac si excuset. Item idem si non administrauit, sed cæteros administrare permisit: ut inst. de excu tut. l. quid autem.

[i] Noluit. In totum vel in partem: ut j. de legat. 1. l. etiam si. Azo.

[k] Submouendus. Cum alias testator legaturus nõ fuerit: ut j. de excu. tut. l. Nesennius. sed alias distinguit, an emolumẽtũ legati esset peruenturum ad patrem, vel nõ: ut j. de iis quib. vt ind. l. post legatũ. §. si pater. quam dist. hic nõ admitto, cũ & si ipsi eẽt relictũ, posset cõsequi. si aliàs relicturus esset: vt d. l. Nesennius.

[l] Non affectione. Sic j. de leg. 3. l. si tibi legatũ. Item not. q̀ isti filij perdunt per aliũ q̀ ex sua persona habere possunt. Arg. cõtra. j. de le. 3. l. fi. §. Seio. & de leg. 2. l. si Titio. & l. qui capere. Itẽ cõtra. huic l. j. de excu. tut. l. tutor. §. 1. sed expone ut ibi. Item facit j. ubi pup. edu. l. 1. §. fi. & de admi. tut. l. ita ãt. §. Papinian⁹.

ADDITIO. Dic quòd in illis legibus cõtra erat pro parte relictũ in persona vtriusq;, hic ãt erat totũ relictũ cõtemplatione patris: vt j. de vulg. & pu. substi. l. si plures. §. Iarrugato. Bar. hic.

Consequens est, vt videamus q possint suspectos postulare. [c] Et sciendum est, quasi publicam esse hanc actionẽ, [f] hoc est omnibus patere. [g] quinimò & mulieres admittuntur: sed ex solæ, quæ pietate necessitudinis ductæ ad hoc procedũt: vt puta mater: [h] nutrix quoque, & auia possunt: potest & soror. nam in sorore & rescriptũ extat diui Seueri. Et si qua alia mulier fuerit, quam prætor propẽsa [* i] pietate intellexerit sexus verecundiam non egredientem. [* k] sed pietate ꝑductam nõ sustinere [*] iniuriam pupillorum: admittet eam ad accusationẽ.

Ob facta atrocia tutor non solùm remouetur, sed etiam punitur. Bar.

Si quis de plebeijs [l] ob facta atrociora [m] in tutela admissa, fuerit apud prætorem accusatus: remittitur ad ꝑfectũ [n] vrbis grauiter [o] puniẽdus.

Idem lib. ... de omnibus tribunalib. II.

Libertus quoque, si fraudulenter gessisse [p] tutelam filiorum patroni probetur, ad præfectũ vrbis remittetur puniendus. [q]

Tutor potest accusare contutorem suspectum, etiam si fuerit remotus. Bartolus.

Idẽ lib. xxxv. ad edi. III.

Tutor quoq; contutorem potest suspectum facere, siue duret adhuc tutor, [r] siue iam desierit [f] ipse, cõtutor [t]

---

est iurisdict.l.1.§.finali.

a In prouincia. Si dicas in præside. & eius legato, est contra j. ad Turp. l.1.§.suspecti. Sol. ibi nomen præsidis est generale, vt etiam delegatos præsidis comprehendat: vt s. de offic. præsid. l.1. Vel potest cognoscere delegatus præsidis, & prætoris, vt hic, non remouere: vt ibi, & ad hoc s. de offi. eius cui mãd. est iurisdic. l.4. & sic remotio non potest delegari. Tu dic in legato proconsulis esse speciale, ut de omni crimine cognoscat ut s. de offi. proconsul. l. solẽt. Item et de suspecto cognoscat & remoueat: ut hic, & Instit. eod. in prin. idem potest dici in legato prætoris: ut hic. Nec obst. quod dicit in prouincia: quia dicit à proconsule, uel suo legato. nam & procons. regit prouinciam remotam: ut no. s. de offi. præsid. l.1. & secundum hoc præses ad cognoscendum non delegat: ut in contrario.

b Omnes tutores. Id est, cuiuslibet generis tutores, siue testamentarij, siue legitimi, siue datiui & idẽ in curatoribus: vt j. l.3.§. non tantum, & dicas malè gerentes, non benè: & sic comprehendit genera singulorum: & non singula generum: sic j. de ui & ui arma. l.1.§. priuatũ & Instit. quib. mod. tut. l. fi.§. simili modo. & Instit. de fideiuss.§.1. & s. de pecu. l. quam Tuberonis.§. in peculio.

c Legitimus. Imò uidetur adiungẽdus curator: & idem in patrono dicitur: ut j. eod. l. si tutor. Sed dic, quòd illud est cõsilium magis quam præceptum. Et eodem modo respond. j. eo. l.3. circa prin. ibi, sed si patronum &c.

d Parcendum est. Quia eum remotum non sequitur infamia: quæ alias sequeretur: vt hic, & C. eo l. fin. Alij quod non remoueatur, sed curator adiungatur. vt j. eod. l. si tutor. sed illud est consilium, vt dixi: non præceptum.

c Postulare. Id est, accusare: aliter ponitur s. de postu. l.1.§. postulare. Accur.

f Hanc actionem. Id est, accusationem, sic ponitur C. si tut. non gest. l. 1. & j. de sepul. vio. l.3.§. pen.

g Patere. Alias competere. & ita in libro domini Azo.

h Mater. Secus in iuramento in litem: vt supra de in litem iurand. l. videamus.

i Propensa. Id est, moderata, imò procliui.

k Egredientem. Quod esset, quando faceret, vt cœtibus virorum posset interesse: arg. C. de procu. l. maritus. Admittitur ergo mulier quælibet ad accusationẽ istam, dummodo ex honesta causa moueatur: & hoc fauore pupillorum: alias mulieres non admittuntur ad accusationem, nisi suam, uel suorum iniuriã prosequantur: vt C. qui accusa. non pos. l. de crimine. & j. de accusa. l. qui accusare, & facit Instit. eo.§. consequens. & s. de proc. l. fœminis.

l Si qs de plebeijs. Nam nõ omnes sic puniuntur, sed humiliores tantũ: ut infra eo. l.3.§. tutores qui. Accurs.

m Atrociora. Puta quia præsena alimenta denegauit, & probatum est eius mendacium: uel si data pecunia tutelam redemerit, uel si inuẽtarium nõ fecit, uel si pecuniam deponere, vel in emptionẽ prædiorum conuertere noluit iussus à iudice, uel euidenti fraude bona pupillorum alienauerit. Item si libertus fraudulenter gessit tutelam filiorum patroni: ut Instit. eod.§. sed si quis. & §. libertus & s. de offic. ꝑfe. urb. l.1.§. item. & s. de tu. l. in eos. & s. de admin. tut. l. tutor q.§. itẽ solẽt. & infr. l.3.§. tutor q. & §. tutores. & infr. l. ꝓx. & C. de adm. tu. l. nisi.

n Præfectũ. Quia ad eũ spectabat hæc iurisdictio, siue cura ut s. de offi. præf. ur. l.1.§ item solent.

o Grauiter. Suo arbitrio: ut C. de administrat. tutor. l. nisi.

p Libertus quoque. Gessisse. Secus si nullo modo gessit: quia ingratus redigitur in seruitutem: vt j. de iur. par. l. ingratus. At contra C. de lib. cau. l. solo.

q Puniendus. Et de suspecto accusari potest: vt C. qui pe. tu. l.1. & facit Inst. e.§. libert'. & C. de ad. tu. l. nisi.

r Tutor quoque. Adhuc tutor. Qui alium accusat contutorem.

f Desierit. Finita tutela per capitis diminutionem, qui est postea restitutus, Azo. Vel dic quod fuit datus ad certam conditionem, vel diem: vt Instit. quib. mo. tut. fi.§. sed & si. & §. præterea.

t Contutor. Scilicet accusatus, & qui nunc remoue-

l a bitur

Mulier an ad accusandũ admittatur.

* In P. Fl. perpẽsam pietatem.

* In P. Fl. egredientis.

In P. Fl. non continere.

Tutor in multis casibus non solum remouetur, sed etiam punitur.

aũt maneat tutor. & ita diuus Seuerus reſcripſit. Plus diuus Pius Cæcilio Petino reſcripſit, poſſe tutorem ſuſpectum [a] remotum contutores ſuos ſuſpectos facere.

Liberti poſſunt tutores patronorum ſuorum, ſiue filiorum patroni ſui accuſare de ſuſpecto: ſed libertus non accuſans patronos ſuos crimine ſuſpecti tutoris. Itẽ omnis curator nõ tantũ adoleſcentiũ poteſt ſuſpectus accuſari. h.d. uſque ad fi.l.

Liberti quoque pupillorum gratè [b] facient, ſi tutores, uel curatores eorum malè gerentes rem patronorum, uel liberorum patronorum ſuſpectos fecerint. Sed ſi patronũ ſuum [c] ſuſpectũ in tutela facere uelint: melius eſt, libertos ab accuſatione repelli, ne ĩ ipſa cognitione grauius [d] aliquid emergat: cũ hoc alijs omnibus pateat. Nõ tantũ autem adoleſcentis curator, ſed etiam furioſi, uel ꝓdigi, ut ſuſpectus, remoueri põt. Sed & ſi quis curam uentris, bonorumve [e] adminiſtrat: non carebit huius criminis [f] metu.

Tutor poteſt remoueri ex officio iudicis ſine accuſatione. Bar.

Præterea [†] uidẽdum, an & ſine accuſatiõe poſſit ſuſpectus repelli. Et magis eſt, ut repelli debeat, [g] ſi pτori [h] liqueat ex apertiſsimis [i] rerum argumentis ſuſpectum eũ eſſe: quod fauore pupillorum accipiendũ eſt.

Tutor remouetur ob dolum in tutela commiſſum: ſecus ſi extra tutelam. Item ſecus ſi in alia tutela ſi eſt qui eum actione tutelæ conueniat. h d uſq; ad S. ſi tutor inimicus. Bartolus.

Nũc uideamus, ex quibus cauſis ſuſpecti remoueãtur. Et ſciendũ eſt aut ob dolũ in tutela admiſſum ſuſpectũ licere poſtulare, ſi fortè graſſatus [k] in tutela ſit, aut ſordidè [l] egerit vel pnicioſè [m] pupillo, vel aliquid interceperit [n] ex rebus pupillaribus iam tutor. Quòd ſi quid admiſit, antè tñ q̃ tutor [o] eſſet (q̃uis in bonis pupilli, vel in tutela) non poteſt ſuſpectus tutor poſtulari: quia delictum tutelã pręceſsit. Proinde ſi pupilli ſubſtãtiam expilauit, ſed ante quàm tutor eſſet, accuſari debet expilatæ hæreditatis crimine: [p] ſi minus, furti.

Quæri poteſt, ſi tutor

---

bitur propter accuſationem contutoris quondam: & ſecundum hoc manet quando ille deſijt, ſed non manet poſt finitam accuſationem de ſe factam.

[a] Suſpectum. Id eſt, dicere, non ſolum ſi alia cauſa deſijt, ſed etiam quando per accuſationem ſuſpecti: tunc enim deſinit: vt Inſti. quib. modis tut. fi. §. fin. quo caſu videbatur, quod nihil doloſus doloſo.

[b] Gratè. Ergo ſi omittant, committunt ingratitudinẽ: vt ĩ. de iure patr. l. ingratus, & C. qui pet. tut. l. 2. licèt ſit arg. cõtra C. de lib. cau. l. ſolo.

[c] Suũ. Scilicet pupilli. & bene dico, & melius eſt: quia optimum conſilium eſt adiungi curatorem: vt infra eodem. l. ſi tutor. & ſecundum hoc libertus impuberis accuſat patronum pupilli impuberis. Vel dic ſuum, ſcilicet iſtius accuſantis, & ideo melius dicit, quia incurrere poſſet patroni ſui offenſam, quia ob hoc ſolum poſſet eum in ſeruitutem reuocare, vel petere caſtigari, vt C. de ll. & cor. lib. l. 2. & ĩ. de iure pat. l. t. nam licèt famoſam accuſationem poſſit libertus contra patronum nomine alterius proponere, etiã ſine veniæ impetratione: vt ĩ. de in ius voc. l. quæ ſitum. licèt lex iſta aliter intelligi poſſit: nõ iã accuſat, etiam ſi ſuã iniuriam proſequatur: ut ĩ. de accuſa. l. hi tamen. §. 1. & ſic intelligitur lex illa C. ſi tu. non geſ. l. 1. licèt aliter quidam intelligant: vt ibi no. Vel tertio poteſt intelligi, quod erat libertus communis pupilli, & eius tutoris. Accurſi.

[d] Grauius. Quia fortè inter eum, & patronũ, & liberum magna diſcordia orireiur: & magna verba etiam ad accuſandum procederent. Et quod dicit omnibus alijs, ſ. libertis. q. d. ſi conceditur iſtis, conceditur omnibus alijs libertis accuſare patronos, arg. ĩ. de re mil. l. officium. §. ſed ſcio. vel dic alijs, ideſt, dicere, non nocet pupillo ſi libertus repellatur: quia omnibus alijs de pupillo competit hoc ius. ut ſ. l. 1. §. conſequens.

[e] Bonorumve. Aliorum quàm ventris. Vel dic bonorum & ventris. nam quandoq; ijdem, quandoq; diuerſi conſtituuntur curatores vẽtri, & bonis: vt ĩ. de uentre in poſ. mit. l. 1. §. hoc iure utimur. & facit ĩ. ea. l. §. ſi curator ventri. & ſ. de adm. tu. l. inter bonorum.

[f] Criminis. Id eſt, accuſationis de ſuſpecto.

[g] Debeat. Et ideo forte non erit tunc infamis: ut C. ſi tu. non geſ. l. 1. Accur.

[h] Si prætori. Qui & præſes dicitur, vt ſ. de offic. præſid. l. 1. & ſic non obſt. ĩ. ad Turpil. l. 1. §. ſuſpecti. & de offici. præſid. l. 1. item prætori: vt in du. i: vt not. ſ. de officio præſid. l. illicitas. §. veritas. Itẽ liquet ſine alicuius accuſatione, puta fraudoloſè videt eum agere cauſam pupilli corã ſe: vel aliter per officium Inquiſiuit: vt ĩ. eo. l. fi. & ĩ. ea. l. §. ſi tutor inimicus. & ĩ. vbi pup. edu. l. fin. & ad idem. ſ. de ꝓc. l. non ſolum. §. fi. ſic eſt in lenocinio, & quibuſdam alijs: vt no. ĩ. de adult. l. 2. §. ſi publico. ſi verò alius poſtulet tutorẽ remoueri, principaliter hoc inſtituendo, nunquam ſine accuſatione admittitur: ut nota. ſupra ead. l. §. 1.

[i] Apertiſſimis. Sic C. de prob. l. ſciant.

[k] Graſſatus. Id eſt ſtudioſè malè geſſit. Accurſius.

[l] Aut ſordidè. Per pretium. Accur.

[m] Pernicioſe. Per gratiam alienando.

[n] Interceperit. Sibi accipiendo.

[o] Tutor. In bonis pupilli, & in tutela dicitur tutor.

[p] Crimine. Cum ſubtraxit res hæreditarias ante aditam hæreditatẽ, vel poſt aditam hæreditatẽ, ſed ante apprehenſam poſſeſſionẽ. Et quod ſubijcit, ſi minus, ideſt, cum ſubtraxit poſt aditam hæreditatem & apprehẽſam poſſeſſionem. ſ. ab hærede pupillo: tunc enim conueniri poteſt furti: quia rei hæreditariæ non fit furtum niſi in caſibus: ut infra de fur. l. rei hæreditariæ. & l. ſeq. & infra de cri. expil. hæred. l. 2. & l. fin. Vel dic ſi minus, ideſt, ſi non poteſt accuſari crimine expilatę hæreditatis: quia non habet locũ: quod eſt ut dixi: innuit ergo hic, quod pro ante geſtis nõ poteſt accuſari ut ſuſpectus: & ſic eſt contra. Inſti. eo. §. ed & antequam. Sol. ut ibi.

Quæri poteſt. CASVS. Titius fuit tutor cuiuſdã pup. & male adminiſtrauit: illo pupillo pubere facto idem fuit datus ei curator cum quibuſdã alijs. nũquid ob malam adminiſtrationẽ tutelæ poteſt ſuſpectus poſtulari in cura exiſtens? Et dicitur q̃ non: quia poteſt conueniri act. tutelæ a concuratoribus: & idem poteſt dici in eo, qui bis fuit tutor: ut exiſtens in ſecũda tutela

---

* In P. Fl. vt ſuſpectum.

† Facit gl. in c. venerabili. circa me. ibi, & etiã iudex. extra de off. del.

fuerit pupilli, idemq́; sit curator confirmatus [a] adolescenti: an posit ex delictis tutelæ [b] suspectus postulari? Et cũ possit tutelæ [c] a contutoribus [d] conueniri: consequens erit dicere, cessare suspecti accusationem: quia tutelæ agi posit deposito officio, [e] & alio sumpto. [f] Item erit quærendum: si proponas aliquem desijsse esse tutorem, & rursum cœpisse (ut puta usque ad tempus, uel ad conditionem erat datus: [g] deinde iterum, uel superueniente conditione testamentaria, [h] uel etiam a prætore postea datus) an suspectus posit postulari? Et quia duæ tutelæ sunt: si est qui eum tutelæ iudicio conueniat, [i] æquissimum erit dicere, cessare crimen suspecti. [k] Si autem [l] ipse tutor est solus: nunquid quia tutela cessat, [m] remouendus sit ab hac administratione, quasi in hac suspectus ex eo, quòd in alia malè uersatus sit? [n] Ergo & in eo, qui curator solus post finitam tutelam confirmatus est, idem dici pót. [o] Quòd si quis tutor ita datus sit, Quo ad in Italia erit, tutor esto: uel, Quo ad trans mare nõ ierit: an posit suspectus postulari [p] ex eo gestu, quẽ administrauit antè q̃ trãs mare abesset? Et magis est, ut postulari posit: quasi una tutela [q] sit, habens interualla.

Si quis absuturus rei publicæ causa, desiderauerit in locum suum constitui alium tutorem: [r] an reuersus ex antè gesto suspectus postulari possit? Et quia põt ex priore gestu utili actione [s] conueniri, cessabit postulatio. Si curator uentri bonisve [t] datus fraudulenter uersatus sit, deinde tutor datus, an postulari suspectus propter fraudes in cura admissas possit, dubitari potest. Et si quidem habet contutores, non poterit postulari: quia conueniri po-

tela non possit postulari suspectus de eo, quod malè in prima administrauit, si in secunda habet contutorem, qui eum possit conuenire tutelæ de eo, quod in prima administrauit male. si autem in secunda tutela nõ habet contutorem, bene remouetur vt suspectus à secunda tutela ex eo qđ male administrauit in prima: & idẽ est in curatore, de quo dictũ est in prin. §. Sed quid si ita fuit datus tutor pupillo donec in Italia eris, tutor esto: vel donec vltra mare nõ ieris, tutor esto. & hic tutor antequã exiret Italiam, uel iret vltra mare, administrauit tutelã: & male. & postea exiuit Italiam, vel vltra mare iuit, deinde reuersus administrauit iterum: nunquid potest postulari suspectus de eo qđ male administrauit, antequam exiret Italiam, uel vltra mare iret? Et dicitur quòd sic: nõ enim potest conueniri tutelæ: quia non est finita: vna enim fuit tutela, & non plures. Secus autem esset si ita dixisset ille qui tutorem dedit, cum Reipubl. causa non aberis, tutor esto, cum aberis, tutor ne esto: cum reuersus fueris, tutor esto. Nam si tutor taliter datus malè administret antequã vadit causa Reipubli. & postea reuersus adhuc administret, nõ poterit ex priori malè gestu postulari suspectus, quia potest conueniri tutelæ: duæ enim tutelæ fuerunt. Item quid si Titius fuit datus curator ventri, vel bonis, & malè curam administrauit, & postea puero nato fuit tutor datus: nunquid existens in tutela potest suspectus postulari de eo, quod malè administrauit in cura? & aut habet contutorem, qui eum possit conuenire de eo, quod male in cura administrauit, aut non. Primò enim non posset postulari suspectus: secundo sic, & hoc vsque ad §. si tutor inimicus. Viu.

a Confirmatus. Sponte: nec enim cogitur: vt supra, de adm. tut. l. cum hæreditas.

b Ex delictis tutelæ. Id est, admissis in tutelatibus negotiis, dum erat tutor.

c Tutelæ. Scilicet, actione.

d A contutoribus. Id est, a concuratoribus.

e Deposito officio. Scilicet tutelæ, alias non posset agi actio. tutelæ: vt j. de tut. & ratio. distra. l. nisi.

f Sumptio. Scilicet curæ.

g Datus. A testatore.

h Testamentaria. Hoc ideo dicit, quia a iudice nõ potest dari sub conditione: vt supra, de tut. l. muto. §. 1. licèt a testatore liceat hic, & s. de testa. tut. l. tutor datus. & Inst. de Attil. tut. §. 1.

i Conueniat. De facto, puta alius tutor: vt j. ea. l. §. si curator. Et sic not. quod vt accusatio suspecti locum non habeat, oportet q́ de iure, & de facto possit agi tutelæ: ut no. C. eo. l. 1. Itẽ cõtra s. de admin. tut. l. cũ plures. Sed ibi pro eadẽ tutela tutor & curator conueniri nõ possunt, hic ex alia.

k Crimen suspecti. Nec remouebitur ob hoc solũ, quod in alia male versatus est, nisi vbi non est, qui eũ ex priori conueniat tutela, ut subijcit: si autem aliũde quam ex eo quod male gessisse dicatur in prima, suspectus dicitur: dicunt quidam indistinctè, quod põt: nec obstat q́ agi potest tutelæ, quia ex hac causa agi nõ potest. Sed certè satis potest respõderi ad contrarium, s. quòd non possit remoueri. quid enim si cã illa suspitionis remota est vt j. de adm. leg. l. 4.

l Si autẽ. Facit j. ead. l. §. si curator.

m Tutelæ cessat. Id est, qui tutelæ eũ conueniat.

n Versatus sit. Sub. & certè sic. Et sic not. qđ qui in vno malus est, & in aliis &c. sic j. de re mil. l. non omnes. § a barbaris. & s. de transf. l. cum hi. §. in persona. & supra, de testam. tut. l. in testamento. § non omnino. & j. de accu. l. si cui. § iisdem.

o Idem dici potest. Scilicet quòd possit remoueri.

ADDITIO Vide gloss. in c. accepimus. super ver. reputare. circa me. quæ ponit casum huius §. extra de ætat. & qualit. ord.

p Suspectus postulari. Quia durat tutela: non ergo concurrit actio tutelæ, & postulatio de suspecto: ut hic, & superioribus §§. & j. proxi.

q Vna tutela. Durat enim eadem: nisi & testator dixisset contra: vt j. tit. 1. l. Titius. & facit j. de milit. testa. l. quod dicitur. § miles.

r Tutorẽ. Id est, curatorẽ: ut dixi s. de tu. l. quæ situm.

s Vtili actione. Ergo finita fuit tutela per excusationem, ut & j. de tu. & ra. dist. l. si tutor. in prin. & Insti. de excu. tu. § item qui rei. & not. j. tit. 1. l. pen. in prin.

t Bonisve. Aliquando idem datur, aliquando diuersi dantur ventri & bonis vt not. s. ea. l. §. nõ tãtũ. & no. curator: quia tutor uentri dari nõ potest a iudice: vt s. de tu.

* In F. Fl. a concuratoribus.

t Facit gl. in c. venerabili. super verbo, suspectus. post prin. ibi: hodie verò sec'. extra de offi. dele.

de tuto.& curat.dat.ab ijs.l.ventri. sed a testatore sic: vt supra.de testa.tut.l. si quis filiabus. Accur.

a Potest. Vide neg.gest.& est arg.supra,ead.l.§. si autem & quod ibi nota.

Si tutor inimicus. CASVS. Dedi tutorem filio meo,& ipse tutor ante mortem meã factus est meus inimicus, vel pupillo me mortuo: certe bene debet reijci a tutela. Secundo dicit, Si tutor vẽdat res, quæ sine decreto nõ possunt alienari, nihil agit: quin & si id fecerit per fraudẽ, remouetur vt suspectus. Tertio dicit, Quidam tutor non dabat pupillo suo alimenta: vnde vocauit eũ prætor coram se volens pupillo constituere alimenta, & ipse non venit, vel venit, & dicit pupillum non habere, vnde ei alimenta constitueret, & postea repertum est contrarium: certe hic tutor potest puniri eo modo quo punitur, qui corrumpit notarios prætoris per pecuniam, vt ipse tutor constituatur. nam & iste, & ille remouentur vt suspecti: & etiam remittuntur ad præfectum vrbis, extra ordinem ab eo puniendi. Quartò dicit, quod tutores qui inuentarium non faciunt, vel qui nolũt deponere pecuniam pupillarem ad prædiorum comparationem, vel qui per pecuniam per se depositam nolũt post ea prædia emere: si sunt plebeij, duas pœnas sustinent: quia in vinculis ponuntur, donec inueniatur idonea emptio: & etiam remouentur ut suspecti: si autem non sunt plebeii, remouentur tantùm ut suspecti. hoc dicit vsq; ad §.is tutor. Viu.

teſt: a si non habet, amoueri poterit.

Propter inimicitias cum pupillo, uel cum parentibus remouetur tutor ut suspectus. Bar.

Si tutor inimicus. b pupillo parẽtibusve c eius sit, & generaliter si qua iusta causa prętorem mouerit, d cur non debeat in ea tutela versari, reijcere eum debebit.

Propter res male uenditas, potest tutor ut suspectus remoueri. Bart.

Seuerus & Antoninus rescripserunt Epicurio: tutores, q res vetitas sine decreto distraxerunt, nihil quidẽ egisse, e verùm si per fraudem f id fecerunt, remoueri eos oportere.

Tutor qui denegat alimenta indebitè, potest ut suspectus remoueri, & etiam puniri. Bar.

Tutor, qui ad alimẽta pupillo præstanda copiã g sui nõ faciet, suspectus est: poteritq; remoueri. Sed si nõ latitet, sed præsens nihil posse decerni contendit, quasi inopi: si datis pupillo aduocatis * de mendacio conuincatur, ad præfectũ vrbis

* In P.Fl. in mendacio conuincatur.

Recõcilia tio inimicitiam tollit.

b Si tutor Inimicus. Inimicitia capitali, nec interuenit reconciliatio: vt Instit. de excusat. tuto.§. inimicitiæ.

c Parentibusve. Ex linea ascendenti, in infinitum: vt supra, de in ius voc.l.quique.§.parentem, secus si cum fratre, vel aliis transuersalibus: & facit supra, de arbit.l. licet.& de procur.l.filius.in fi.

d Mouerit. Videtur, quòd per officium hic inquirat: quod dic vt supra, ead.l.§. præterea. idem tamen si aliquo accusante.

e Egisse. Scilicet quo ad alienationem: vt C. de præd. min.l.4.& l.si quidem. Acc.

f Per fraudem. Vt totam pecuniam, partemve sibi usurpet.

g Copiam. Infra.eo. l.impuberibus. in fi.& Institu.eo.§.si quis tutor.& j.vbi pup.edu.l.fi.

h Fide inquisitionis. Quia corrupit iudicem, qui debebat inquirere de eius moribus, & sic approbatum dare. Accur.

remittendus est: neque enim interest id agere quenquam, vt corrupta fide inquisitionis h tutor constituatur, an bona fide constitutum i velut prædonem bonis alienis incumbere: hic ergo k quasi * suspectus remouebitur, l sed remittetur puniendus ea pœna, m qua solent affici, qui tutelam corruptis ministerijs n prætoris redemerunt.

* In P.Fl. non quasi.

Tutor qui non facit inuentarium, uel pecuniam ad comparationem non deponit pertinaciter, in uinculis est ponendus, nisi fuerit positus in dignitate. Bart.

* Tutores, qui repertorium o non fecerunt, p vel qui pecuniam neque ad prædiorum comparationem q conferre, neq; deponere peruicaciter s perstant, quoad emptionis occasio inueniat: vinculis ſ publicis iubentur contineri, t & insuper pro suspectis habẽtur. Sed sciendum est, non omnes hac seueritate tractari debere, sed utique

* In P.Fl. desũt hęc, tutores q repertoriũ non fecerunt. & q subsequuntur, connexa sunt fini præcedentis §.

i Constitutum. Tutorem.

k Hic ergo. Qui per mendaciũ dicit se non posse alere.

l Remouebitur. Ergo nec ille qui corrupit, remouetur: ut hic euidenter probat: nam & supra dixit, neque enim interest &c. alii subaudiunt tantum, quasi dicat non tantum remouebitur &c. vel etiã fiet alterum, quod iudex volet secundum H. arg. ĩ. ea.l.§. si tutor. Et sic no. ex mẽdacio quem puniri: vt not. supra, quod eum eo.l.3.§.j.

Mendaciũ puniri debet.

m Pœna. Extraordinaria: vt supra, de tut.l. in eos.

n Ministeriis. Id est ministris, non vt inquireretur de moribus, & punitur hic secũdum Azo. quia pupillo fecit iniuriam corrumpendo officiales: vt j. de iniur.l. idem apud.§. idem ait eũ. Sed certè secundum H. imò ibi fecit iudici, vt ibi dicit. & facit ĩ. de offic. præfec. vrb. l.j.§. item solent.

o Tutores qui repertoriũ. Id est, inuentarium: vt supra de administra.tut.l. tutor qui.

p Non fecerunt. Mox subaudi: vt C. de admi.tut.l. tutores. quod expone vt ibi, & hoc nisi iustã causa fuerit, quare nequiuerint: vel nisi remissa fuerit inuentarii confectio a testatore: vt supra, de administ.tut.l. tutor qui. in princ.& C. arbit.tut.l.fi.§.fin.

q Comparationem. Alias emptionem. hoc dic, ut supra, de admin.tut.l.ita autem. in prin.

s Peruicaciter. Alias pertinaciter, a per, id est, valde & tenax: alias peruieaciter, quia fortiter resistit cum iudex ei præcipit quod debet: vt supra, de adm.tut.l. tutor qui.§. si deponit. item alias præstant, alias præstat.

ſ Vinculis. Hoc est cum inopia 3 dignoscitur laborante: vt supra, de adm.tut.l. ob ęnus.& arg.ĩ.de pœn.l.3.§.fi.& j.de iniur.l.fi.& supra de offi.præsid.l. illicitas.in fi. Item & infamia notantur, & grauioribus pęnis subiiciuntur: vt C.arb.tu.l.fi.& s.de adm.tut.l. tutor qui.§. si deponi.& §.sequenti.

3 Sic not. deterioris conditionis pauperem quam diuitem. Bal. in l. ob fœnus. hic alleg.

t Suspectis. Idemque & si vnus tutor non communicet contutori in administratione: vt s.de admini.tutorum.l. actus.

Humi-

humiliores. [a] Cæterùm eos, qui sunt in aliqua dignitate positi, non opinor vinculis publicis contineri oportere.

Is tutor, qui inconsideratè, [b] vel dolo pupillũ abstinuit hæreditate: suspectus postulari põt.

Remotus propter culpam non est infamis, idem in eo, cui alius adiungitur. Bar.

Qui ob segnitiem, vel rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam [c] remotus fuit: [d] in hac causa est, vt integra existimatione tutela, vel cura abeat: sed & si quis ob fraudem [e] non remouerit aliquem, sed ei adiunxerit, non erit famosus: quia non est abire tutela iussus.

Remotus absque dolo, non est infamis: & si in sententia causa non exprimatur, non intelligitur ex causa famosa damnatus, seu remotus. Bar.

Idem lib. j. de omnibus tribuna. IIII.

HAe enim causæ [f] faciunt, ut integra existimatione tutela, vel cura quis abeat. [g] Decreto igitur debebit causa remouendi [h] significari, vt appareat de existimatione. Quid ergo, si non significauerit causam remotionis decreto suo? Papinianus ait, [*] debere dici, hunc integræ esse famæ, & verum est. [i]

Idem est prohibere gerere, & remouere. Bar.

Si prætor sentẽtia sua non remouerit à tutela, sed gerere prohibuit, dicendum est magis esse, ut & hic desinat [k] tutor esse. Qui nihil [l] gesserũt, non possunt suspecti postulari: verùm ob ignauiam, uel negligentiam, uel dolum, si dolo fecerunt, possunt remoueri.

Satisdatio non impedit, quin tutor possit, si malè gerat, ut suspectus remoueri. Bar.

Idem lib. iij. disputat. V.

SVspectus fieri is quoque, qui satis dederit, [m] uel nunc offerat, po-

---

[a] Humiliores. Vt s. eo. l. 1. in fi. nanq; maiores nostri &c. vt j. de pœn. l. capitalium. in fi. & de iniur. l. fin. & de incen. rui. naufr. l. Pædius.

Is tutor. CASVS. Tutor qui dolo vel lata culpa abstinet pupillum suum ab hæreditate sibi delata, remouetur vt suspectus, & efficitur infamis, subaudi: si autẽ remoueatur à tutela ob leuem culpam, vel negligentiã, non efficitur infamis. Sed quid si fraude in tutore reperta non remouit eum prætor, sed alium ei adiunxit? nõ est infamis. Bonum est ergo, q prætor qui remouet a tutela tutorẽ, exprimat in remotione causam, vt videre possimus vtrum sit infamis, vel non: si autem non exprimit causam remotionis, nec in iudicio fuit probata, nõ erit infamis remot[us]. hoc dicit cum prin. l. sequent. Viu.

[b] Inconsideratè. Id est, lata vel leui culpa: vt j. prox. §.

[c] Ineptiam. Alias inopiam, & alias imperitiam, & hæc adnumeratur culpæ: vt s. de offi. præsid. l. illicitas. §. sicut.

[d] Remotus fuit. Scilicet ob negligentiã vel culpam non latam: omnia enim ista ferè idem significant, & vnum est expositio alterius: & est quasi verborum inculcatio. Sed quid si remouetur ob latam culpam? videtur quod sit infamis: vt j. eod. l. impuberibus. §. 1. & s. depo. l. quod Nerua. Vel fortè quantum ad infamiam lata culpa non comparatur dolo, vt in criminibus: vt j. ad legem Cornel. de sic. l. in lege si aũt ob fraudem, vel dolum, constat quòd famosus est: vt Insti. eo. §. suspectus. & C. de tut. & curat. qui sat. non dede. l. 2. cũ damnatus de dolo sit infamis: vt s. de his qui not. infam. l. 1. §. qui furti.

Remotus à tutela infamatur.

[e] Fraudem. Quam inuenit eum commisisse, & hoc fecit iudex, quia erat agnatus vel patronus: vt j. eo. l. si tutor. vel fortè emendatus. nam suo arbitrio est. vt supra eadem l. §. si tutor.

HAec enim. CASVS. in prin. continuatur cũ præceden. casu. Si prætor. Siue prætor corã quo est accusatus tutor suspectus, dicat in sententia, remoueo te à tutela: siue dicat, prohibeo ne geras: semper videtur remotus. Qui nihil. Si tutor non administrat tutelam, non potest ob hoc ipsum solum suspectus postulari: si autem gerat & male, vel per dolum suum, vel alio modo. bene potest remoueri, vt suspectus: & hoc dicit, verum ob ignauiam &c. Viu.

[f] Hæ enim causæ. Scilicet rusticitas, & similes.

[g] Abeat. Id est, recedat.

[h] Causa remouendi. Sic s. de his qui not. infa. l. 2. §. ignominiæ. arg. contra j. de re milit. l. milites. §. missionum. in fi. illius. §.

[i] Et verum est. Distingue tamen: obijciebatur ei culpa. & tunc obtinet quod hic dicit: an dolus: & tunc fit infamis, quasi ex ea causa remotus, quæ in iudicio erat deducta: vt j. de except. rei iud. l. si ex testamento. si autem nulla causa expressa, tunc in dubio propter culpam videatur remotus: vtpote in benigniorem partem: vt j. de pœ. l. si præses. & l. interpretatione. & hic.

[*] In P. Fl. debuisse dici.

[k] Desinat. Imo uidetur non desinere vt j. de admi. tuto. l. 3. §. 1. & fin. Sed dic, quod aut accusabatur de suspecto: & Iudex prohibuit administrare, & videtur remouere: quia hoc petebatur, & agebatur: aut cũ contentio esset futura inter tutores plures, præses vel prætor alijs concessit administrationem, & alijs denegauit: ut ibi, vel hæc secundum illã: vt. s. desinat quo ad administrationẽ, non quo ad alia.

[l] Qui nihil. Potest ita intelligi, vt si nõ gesserint, non possint accusari: sed remoueri per officium iudicis: vt s. eod. l. tutor. §. præterea. si dolo, vel ignauia fecerunt. i. cessauerunt: vt hic. & Insti. eo. §. sed & antequam. & C. eod. l. 2. & l. 3. in fin. quæ est contra. Sed & potest cogi gerere captis pignoribus: vt C. e. l. præses. in prin. Vel dic, q antequam gerat, ex dolo tantùm siue contumacia potest accusari vt suspectus: vt in contrarijs. Et quod hic subijcit, verum ob ignauiam, mutat casum, quando administrat: & dic fecerunt. i. administrarunt. Et secundum hoc quod dicit, si dolo, sub. vel ignauia, vel negligentia, vt s. posuit. sed secundum primum casum non repetuntur, sed notabiliter ponit, si dolo &c. Alij dicunt ob hoc solum quod non gessit, non remouetur: sed propter fraudem sic, vt hic. Vel non potest remoueri ex verbis. s. l. 12. tab. ut in princ. §. sed ex mente sic: ut hic in fi. & in contrarijs. & facit j. eod. l. impuberibus. §. fi.

SVspectus. CASVS. Siue satisdederit tutor, siue satisdare paratus sit, nihilominus suspectus põt postulari, & remoueri: quia hoc utilius est pupillo. Scdo dicit, q tutor tenetur contutorẽ suũ malè gerentem suspectũ postulare: & si non faciat, succedaneus est periculi: nec habet excusationẽ, eo q cõtutor suus malè gerens cauerit pupillo. & l. seq. reddit rationem. Viu.

[m] Satisdederit. Alias satis non dedit, & est postea: uel non offerat &c. sed malè, quia non conueniret

 sequen-

sequentia: sed & satis legi potest: illud autē uerum est, quod qui non satisdat cum debet, ob hoc ipsum potest remoueri vt suspectus & si ob dolum, cum infamia, si inopia, non: ut not. C. de tut. & cur. qui satis non de. l. 2. & hic. Et est hoc verum de inope, si magis expedit pupillo habere cautum, vel remoueri, quam bonos mores tutoris: alias non remouetur, sed curator adiungitur. vt Insti. eo. §. fin. & C. eo. l. pietatis. & l. in postulandis. in eo autem qui non debet satisdare, solū inspicitur si sit fidelis, an nō: ut ita vel administret adiuncto curatore, uel repellatur.

[a] Collegam. Quem potest, & debet accusare: ut s. eod. l. 3. in prin. Sed arg. contra s. de admin. tut. l. actus.

† Ad hūc locū vide Ant. Aug. lib. 4. c. 9.

teſt. Expedit. n. pupillo rē suā saluā fore [b], quā tabulas rē saluā fore cautionis habere. Nec ferendus est contutor, qui ideo collegā [a] suū suspectum non fecit, quoniam cautum erat pupillo.

Callistratus lib. iiij. de cognitio. VI.

Quia satisdatio [b], propositū tutoris maleuolum non mutat, † sed diutius grassandi [c] * in re pupillari facultatem præstat.

Q Via satisdatio. Sic Institu. eod. §. nouissime.

[c] Grassandi. Id est malè agendi. & facit j. de appel. l. Imperatores. §. fi. & s. de testa. tute. l. testamento. §. 2.

† Hęc uerba ponit gl in c. venerabili. super verbo, suspectus. post med. ibi, nec admittendus. extra de offic. deleg.

* In P. Fl. in re familiari.

Adulti possunt accusare curatorem de suspecto cum consilio consanguineorum, secus in pupillo.

Vlpia. lib. j. de omnibus tribunal. VII.

Impuberibus quidem non permittitur [d] suspectos facere, adolescentibus planè uolentibus suspectos facere curatores suos permittitur, dū modo ex consilio necessariorum [e] id faciant.

I Mpuberibus. CASUS. Impuberes per se non possunt tutores suos suspectos postulare, puberes autem sic, cum consilio tamen amicorum, & consanguineorum suorum. Secundo dicit, quod et per latam culpam remouetur tutor a tutela. Tertio dicit, quod si tutor a prætore uocatus ut constituātur pupillo alimenta, non ueniat: mittitur pupillus in possess. bon. eius, & potest uendere pupillus de dictis bonis curatore sibi dato ea quæ sunt futura deteriora propter moram. & ipse tutor vt suspectus remouetur ab eius pupilli tutela. Quartò dicit quod si tutor datus alicui pupillo non compareat, debet citari, & si non veniat, debet remoueri vt suspectus, si prætori placet: istud tamē raro euenit, id est, euenire debet, vt aliquis non gerens remoueatur suspectus. Vin.

[d] Non permittitur. Per se, sed alii pro eo possunt: ut C. eo. l. pietatis. in fi.

[e] Necessariorum. Amicorum, vel consanguineorum: vt s. de iureiur. l. fi. unde Iob, Necessarii mei uenerūt ad me. Azo. & facit Instit. eo. §. impuberes. Et no. differre adultum curatorem habentem a pupillo: vt s. de in lit. iur. l. videamus & sic arg. contra C. de in integr. resti. mi. l. si curatorem habens.

Adultus curatorē habēs, differt a pupillo.

Tutor potest remoueri propter latam culpam. Bart.

Si fraus non sit admissa, sed lata negligentia: quia ista [f] prope fraudē accedit, remoueri hunc quasi suspectū oportet.

Ex sola contumacia quis suspectus efficitur, & ut suspectus remoueri potest. Bar.

Præterea † accesserūt quædam species ex epistola Imperatoris nostri, & diui Seueri ad Atrium Colonium: nā aduersus eos, qui ne alimenta decernantur, sui copiā perseuerant non facere: vt suis rebus [g] careāt, præcipit: reiq; seruandę causa pupillus in possessionem mittatur eius, q suspectus sententia sua [h] factus est: quæq; mora deteriora futura sūt, curatore dato [i] distrahi iubētur.

Tutor qui copiam sui pupillo agere volenti non præstiterit, tanquam suspectus remouebitur. Bart.

Item si quis [k] tutor datus non compareat, solet edictis [l] euocari: nouissimeq; si copiam sui non fecerit, vt suspectus remoueri, ob hoc ipsum [m] quòd copiā sui non fecerit: qđ & perrarò, & diligenti habita inquisitione [n] faciendum est.

Suspectus dicitur tutor ex moribus, non ex diuitiarum defectu. Bart.

Idē lib. lxj. ad edi. VIII.

Suspectum tutorem esse putamus, qui moribus talis est, vt suspectus sit. Enim verò tutor

[f] Quia ista. Scilicet lata culpa: nā lata negligentia dolo comparatur: ut infra de reg. iur. l. negligentia. & j. si men. fal. mo. dix. l. 1. §. ideo. & deposi. l. quod Nerua. & de act. & oblig. l. 1. §. is quoque apud quem. ibi, magna tamen negligentia &c. fallit tamen in criminibus. vt j. ad l. Corne. de sica. l. in lege. & facit C. de athe. prępo. pręt. l. si quos. & s. eo. l. tutor. §. fi. & l. hæ enim. in fi. ADDITIO. Ex hac gl. no. secundum Bart. hic, quod lata culpa æquiparatur dolo: quod intellige quantum ad remouendum, non quantum ad infamandū, per eundem Bart. in l. 3. §. fi. s. eo.

† Concordat cum hoc §. gl. a. post med. in c. at si clerici. extra de iudiciis. Lata negligentia, an dolo comparetur.

[g] Suis rebus. Dicunt quidam pupillorum, ut ita tutoribus auferatur administratio. sed certè imò tutoris cessantis, ut statim innuit, eius qui &c. Sed ad quid hoc fiet? Resp. vt cautum sit pupillo si quid eius interest pro malè gestis, vel neglectis, nō quod ea eis alatur, sed de suo: vt infra tit. 2. l. fin. in fin.

[h] Sententia sua. Per fugam enim vel per cessationem se condemnat: ut in Auth. de exhib. re. §. si uero. colla. 5. & remouetur ut suspectus: ut s. eo. l. tutor. §. tutor. & Instit. eod. §. si quis.

Fuga fugiētē condemnat.

[i] Curatore dato. Ad cuius officiū pertinet talia distrahere: ut s. de adm. tut. l. inter. & facit C. de adm. tu. l. tutor. §. 1.

[k] Item si quis. Supra eratur ut alat, hic ut administret.

[l] Edictis. Scilicet tribus, vel uno pro omnibus: ut s. de iudic. l. ad peremptorium, & l. sequenti.

[m] Ob hoc ipsum. Ergo hoc regulare, quod ille qui accusat, probat dolum vel negligentiam tutoris: vt supra de probationibus. l. quoties. §. qui dolo. sed in casibus præsumitur: vt hic, & argumentum C. de iudiciis. authentica, iubemus. Item in aliis: vt s. eod. l. tutor. §. si autem ipse tutor. & §. si tutor inimicus. & §. tutor qui. & §. tutores qui. sed posset etiam ille cogi administrare: ut C. eo. l. præses.

[n] Inquisitione. Nā causa cognita fit tutoris remotio iudice sedente pro tribunali. vt j. ad Turp. l. 5. §. suspecti. Itē videtur contra s. eo. l. hæ enim. in fi. sed potes dicere, quod hic administrabat. vel dic vt ibi not.

S Vspectū. CASUS. Quāuis tutor sit pauper, non remoue-

remouetur propter hoc à tutela ut suspectus, sed ita demum si malè gerat. Viu.

a Non est. Sed curator adiungitur: ut Insti. eo. §. fi. & C. eo. l. pietatis. Nec ob. contra C. de tut. qui satis non de. l. a. & s. eo. l. suspectus. ut ibi no. Itē facit j. l. prox. item & C. de tnce. nu. l. humilē. & j. de pri. cre. l. si credi torem. & C. eo. l. in postulandis.

quamuis pauper est, fide lis tamen, & diligens re- mouendus non est a qua si suspectus. 1

Si tutor. CASVS. Quidā sunt tuto res quos nominat, qui si propter dolū accusentur de suspe ctu nō debēt remo ueri, imo curator eis debet adiungi. Viuianus.

Nota fidei. Nota infamiæ tutis: vel nota apud bonos, & graues: & potest dici hoc esse consi lium: sed benè pos set remouere: ut ta men non infesatur causa doli quæ irro gat infamiā ut s. e. l. t. §. ostendimus. in fi. uel dic secun do quod nullatenus est remouēdus, sed curator adiungitur: ut hic. Vel tertio di stinguit an propter dolum: ut tūc non remouetur: an verò culpa ei obijciatur, & tunc sic: quia tunc nō timet infamiā: & sic loquitur dict. §. ostendimus. Item uidetur contra C. arbi. tu. l. fi. §. fi. ubi indistincte remouetur: sed ibi speciale, qā ob inuentarium nō fa ctum: hic ob aliam causam. Vel ecōtra illa determinatur p istā, ut in aliis tutoribus intelligatur, non in istis. Et no. ratione consanguinitatis aliqua fieri, quæ alias non fierent: sic j. eo. de receptatoribus. l. iij. & s. de pact. l. an tep. & j. de leg. t. l. si domus. §. qui confitetur. & s. de viuif. l. si extraneo. & j. de mino. l. si in emptione. & supra, solu. matr. l. Caius. in fi. & s. de iis qui deiec. vel effu. l. si vero. §. hæc autem.

Huc pertinet lepidissimum Aristo. problema, lectiōe tā insignia que, & imprimis sci tu digna exempla apud Valer. Max. lib. 4. c. 4.

In P. F. factum. In P. F. alias, quā eundē cū notata fide & existimatione remoueri.

Cōsanguinitatis rō ne aliqua fiunt, quæ alias non fierent.

Suspecti cā quis p procuratorē defenditur.

Pretium & Pœnā quis ex eo dē facto consequi potest.

Si tutor coniunctus per remotionem infamaretur: melius est sibi curatorem adiungi. Bart.

Modestin. li. sing. de euremáticis. IX.

SI tutor aliquo vinculo necessitudinis vel affinitatis pupillo coniun ctus sit, vel si patron° pu pilli liberti tutelā gerat, & quis eorū tutela remo uendus videatur: optimū factū a est, curatorem ei potius adiungi, quā a eū dē cū nota fidei b & existimationis remoueri.

Post remotionem non spectat ad tutorem periculum tutelæ. Bartolus.

Papinianus lib. xij. quæstionum. X.

DEcreto prætoris ut suspectus remotus, periculum futuri tempo ris nō timet. c Iniquum enim videtur remoueri quidem à tutela, vel cura, in futurum autem nō esse securum.

Finita causa litis 1 finitur infamia. Bar.

Idem libro v. responsorum XI.

Decreto. CASVS. Remotus à tutela nō tenetur plus gerere: & non sunt res periculo eius. Viuia.

Non timet. Quia ab eo tempore quo cœpit causa suspecti moueri, Interdicitur ei administratio: vt Insti. eo. §. si quis autem. Et no. quod in duobus casibus defendit quis se in causa suspecti per procuratorē: ut s. de proc. l. non solum. §. fi. quod est contra regulā: ut j. de publ. iud. l. pen. §. ad crimen. cōstat autē hoc esse publicum iudicium: ut s. eod. l. t. §. consequens. Item no. hic q consequitur quis ex eodem facto præmium & penā. sic C. de iis qui sibi adscri. in test. l. t. arg. cō tra s. de nego. gest. l. siue hæreditaria. & hic no la.

ADDITIO. Pro solutione uide distinctionē, quā ponit Dyo. in c. quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6.

Post finitā. CASVS. Si instituta accusatione de suspecto finiatur alio modo tutela, illa accusatio de suspecto soluitur Viuianus.

POst finitam tutelam cognitio suspecti tu- toris, quamuis pridē cæ- pta a soluitur. d

A seruis pupilli potest inquiri & inuestigari de fraude tutoris. Bart.

Iulius Aquila lib. respon sorum. XII.

NIhil proponi, cur præscribere e cura- tor possit, quo minus in cognitio- ne suspecti, quo minus re ligio prætoris à pupilla- ri seruo detegente frau- des instruatur.

Pater cogitur se obligare pro filio tutore, si est necesse. Bartolus.

a Imperator Adrianus f Britatio Pollioni legato Lugdunēsi in hęc verba rescripsit, Si Isidorus Ma cer quamuis filiusfamilias sit, tutor tamen idoneus esse videtur: pater autem eius idcirco cauere non vult, ut filium suum tutelæ eximat, & in hoc artificio perseuerauerit: existimo te huic fraudi rectè occursurum: ut & filius, & ipse ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur.

d Soluitur. ut Insti. tu. eo. §. sed si suspe cti. & C. eo. l. t. quia agi potest tutelæ: ut j. de tut. & ratio. di stra. l. nisi. & l. si tu tor. in fi. & l. seq. & oportet quod agi possit de iure & de facto ad hoc ut cesset accusatio su specti: ut s. eo. l. 3. §. nūc videamus. & §. quæri. & §. si quis absentis. & §. si cu rator. Itē not. quod desistens ab accu satione non incidit in turpill. ut infra ad Turpilli. l. t. §. su specti. Item no. nō refert qualiter fiat accusatio, dūmodo fiat remotio. sic C. de instit. & substit. sub condit. fac. l. 3. ubi de hoc dixi.

Nihil. CASVS. Adultus accusauit curatorem suum de suspecto: benè potest introducere in testem seruum suum proprium. Imperator. Quidā qui vocabatur Clemens, dedit tutorē filiis suis Isidorum Marcum filiumfa. mil. Titij, & ipsum Titium patrem Isidori Marci. Titius pater cogitauit, ego non satisdabo pro filio meo contutore meo tem pupilli fallam fore: & sic nō erit tutor: certè ista fraus nihil ei proderit: imò ipse, & filius suus Isidorus erunt tutores etiam inuiti. Viuianus.

In P. F. recepta.

Hoc θεμα non habetur hoc loco in P. F. positū est autem ad verbum, sub l. si qs inter tres. j. ti. prox.

e Præscribere. Id est, excipere. sic ponitur j. de a. dult. l. si maritus. §. præscriptiones.

f Possit. Scilicet cum effectu: quia non potest, vel quia non possit, id est, debeat ex necessitate: nam hic non habet necesse facere: quia si opponat, parū prodesset: ut argumento supra de administratione tutorum, l. ad instruendam. & inf. de tutelis, & rationibus distrahendis. l. t. §. de seruis. & C. de administratione tutorum. l. lex quæ. §. t. argum. contra. C. de testibus. l. seruos. Sed hic speciale fauore pupillorum. sic s. eo. l. tutor. §. prætere a.

Imperator Adrianus. Quamuis &c. quidam habent hanc legem hic, sed est in tex. in l. iij. j. l. si quis inter tres. §. imperator.

De

Digeſtorum Liber VIGESIMVS-ſeptimus.

TITVLVS I.

* DE EXCVSATIONIBUS tutorum, & temporibus earum.

* Modeſt. lib. j. excuſ. I.

Ἑρέννιος Μοδεστῖνος Ἰγνατίῳ Δέξτρῳ, Συγγράψας σύγγραμμα (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ) χρησιμώτατον, ὅπερ παραίτησιν ἐπιτροπῆς καὶ κουρατορίας ὠνόμασα, τοῦτό σοι πέπομφα. Ποιήσομαι δὲ ὡς ἂν οἷός τε ὦ τὴν περὶ τούτων διδασκαλίαν σαφῆ, ἀπηγούμενος νόμιμα τῇ τῶν Ἑλλήνων φωνῇ. Εἰ καὶ οἶδα δυσφραστα εἶναι αὐτὰ νομιζόμενα πρὸς τὰς τοιαύτας μεταβολάς, προσθήσω δὲ τῇ τῶν λεγομένων διηγήσει αὐτὰ τὰ τῶν νόμων ῥήματα, εἴπου καὶ τοῦτο δεῆσειεν, ἵνα τήν τε τῶν λεκτέων καὶ τὴν τῶν ἀναγνωστέων χρῆσιν ἔχοντες τὸ ὁλόκληρον τοῖς δεομένοις καὶ τὴν ὠφέλειαν παρεχώμεθα. Λεκτέον τοίνυν πρῶτον, τίνας οὐ δεῖ χειροτονεῖσθαι. ἀπελευθερικοῖς ὀρφανοῖς εὐγενεῖς οὐ δώσουσιν οἱ ἄρχοντες ἐπιτρόπους ἢ κουράτορας, εἰ μὴ παντελῶς ἀπορία κατὰ τὸν τόπον ἀπελευθέρων ἐστίν. ἀπελευθερικοῖς γὰρ ἀπελευθέρους μόνους δεῖν δίδοσθαι τοὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ὄντας, θεῖου Μάρκου ὁρατίων κελεύει. ἐὰν δὲ δοθῇ, θειότατος Σεβῆρος τῶν ἀφηλίκων προνοούμενος, ὑπεύθυνον αὐτὸν εἶναι τῇ ἐπιτροπῇ, ἐὰν μὴ ἐμπροθέσμως δικαιολογήσηται, αὐτὸς γράφει. Οὐκ ἔξεστιν κουράτορα εἶναι μνηστῆρα μνηστῆς, ὡς ἡ σύγκλητος λέγει, χειροτονη-θεὶς δὲ ὁ τοιοῦτος ἀπολύεται.

Tutor vel curator liberto dari niſi in ſubſidium ingenuus prohibetur: datus autem ſe excuſare debet, aliàs ad rationum redditionem ſe obligat: libertus verò non poteſt ſe à dicto onere excuſare. Nuol. de Neapol.

Vulgaris.

Herennius [a] Modeſtinus Ignatio Dextro. Conſcribēs librum (vt mihi videtur) vtiliſſimum, quem de excuſatione tutelæ & curæ vocaui, [b] hunc tibi miſi: faciā autem, quo ad poſſibile erit de his doctrinam manifeſtam enarrās legalia [c] Græcorum voce. & ſi cognouero inepta [d] ea ad transferendum eſſe, apponam dicēdorum [e] narrationi etiā ipſa legum verba, [f] ſi neceſſe erit: ut dicendorū ſimul & legendorū uſum habentes integritatem indigentibus, & utilitatem præbeamus. Dicendum igitur primum eſt, quos creari nō oporteat. Libertinis pupillis ingenuos [g] tutores, vel curatores Præſides non dabunt: niſi omnimodo libertinorum penuria [h] ſecundum locum illum ſit. Libertinis enim libertinos ſolos oportere dari, qui ex eodem loco ſint, oratio diui Marci iubet. Si autem dabitur: [i] diuus Seuerus impuberum curam habens, [k] obligatum eum eſſe tutelæ, niſi iuſtè rationes reddiderit reſcripſit. Non poteſt curator eſſe ſponſæ [l] ſponſus, ut Senatus dicit: creatus autem talis abſoluitur.

DE EXCVSAtionibus, &c.

[*] In P.F. hic tit. ſic ſcript' ē, De excuſationib'. alia q̄ ſequunt hic non ſunt ibi.

[*] Hui' reſponſi ac reliquorū Græcè ſcriptorū, q̄ ſub hoc tit. continētur, verā & germanā interpretationē ex uerſione Ant. Auguſtini q̄re ſub fine huius operis.

Herennius. CASVS. Herennius Modeſtin' miſit quandā epiſtolā Ignatio Dextro, in qua dicit qualiter ipſe Herennius fecit librum de excuſationibus tutorū: & hunc librū uult ita aptare, quod de excuſationib' tutorū ſit manifeſta doctrina: dicit ergo prius qd' ingenui nō debēt dari tutores pupillis, qui ſunt libertini, & ſi dentur, habent excuſationē: ſi autem nō excuſent ſe cū poſſint: bene erunt obligati tōnibus tutelæ. Itē ſponſus non poteſt eē curator ſpōſæ ſuæ. Viuian.

a Herennius. Subaudi ego. Et nota q̄ noſtri doctores, intelligunt, quod ex legibus Latinis antiquis, Herēni' fecit librū trāſferēdo in Græcū: & quia benè cōpilauit, reaſſumptus eſt in Latinū: ut hic, & facit pro eis quod eſt infra, Græcorum voce. Sed certe benè pōt dici econtra, q̄ ex Græco in Latinum tranſtulit Herennius & dices in Græco, id ē, ea Grecorum voce. Acc.

b Vocaui. Ego Herennius Modeſtin.

c Legalia. Id eſt, leges ipſas. Et no. q̄d innuit q̄ primo fuerunt leges in Latino, quia dicit voce Græcorum, & dicit tranſferendum: ſed certe aliquæ prius ī Latino, & aliquæ prius ī Græco. Hoc tamen eſt, quod a Græcis habuerunt originem: vt Inſti. de iure nat. §. & nō ineleganter. ſicut ī qualibet arte: ut in principio ſui tractatus dicit Priſcian'. tamē cōſtat hāc legū compoſitionē ī Latino prius fuiſſe conſcriptā: ut C. de ve. iu. enucl. l. 2. §. hoc etiā qd' ab initio. in fi. 1. col. ſecūdum Azo. & H. eſt ergo melior alia expoſitio: & dic ad transferendum, de Græco in Latinū.

d Inepta. Quia ſæpe nō pōt benè fieri tranſlatio de una lingua in aliam.

e Dicendorum. Id eſt eorum, quæ ſunt dicturus. H.

f Verba. Latina, ut dicunt: melius dic Græca. nam & alias hoc frequēter fit, q̄ verba Græca ponūtur in legibus Latinis: ut patet ī. de cōtrah. emp. l. 1. §. pe. & in multis aliis locis, vt inſti. de cōtrah. emp. vbi habemus Græcum. Acc.

g Ingenuos. Nec illos q̄ habent ius aureorum anulorum: ut ī. eod. l. cum ex oratione.

h Penuria. Neceſſitas legem non habet. ſic no. ī. de offi. conſu. l. 1.

i Dabitur. ſ. ingenuus libertino tutor. ſ. de facto, tenet de iure: vt hic, niſi ſe excuſet: vt C. e. l. 3. & ī. de tut. & cu. da. ab his. l. pupillo. §. 1. nam multa q̄ fieri nō debent, facta tamen tenent: ut & ī. qū app. ſit l. 1. §. biduū. & ſup. de ſe. l. 1. & ibi no.

k Impuberū curā habens. nam multa tractauit iſte de vtilitate ipuberū, & de off. tut. & cur. ut ī. de rebus eorū q̄ ſub tutele uel cura ſunt. l. 1. Acc.

l Sponſæ. Nec uxoris maritus: ut Inſti. eo. §. pe. & ipſo iure nulla eſt datio: & ipropriè ibi ponit verbū excuſationis: ut & in eo. tit. §. item maior. & ſi quidem prīo, erāt contracta ſponſalia, vel matrimoniū: verū eſt: q̄ dari nō poteſt: & ſi detur forte abſtinere ignorans,

ignorāte, peret olium loco sui constitui. ut C. eo. l. amplissimi. & l. licet. & de interd. matri. l. cū proponas. si autem primo sit datus, nō potest postea cōtrahere cum illa vel sponsalia vel matrimonium: ut C. de interdi. matri. per totum & supra, de rit. nup. l. si quis tutor in prin. & §. quā uis. Procuratorē autem constat maritū posse esse suæ uxoris vel sponsæ: vt C. de procu. l. 2. & l. maritus.

Maritus uxoris suę procurator eē potest.

EXcusantur. CASVS. Illi qui habēt lxx. annos, possunt excusari a tutelis, si eos annos excesserunt eo tempore, quo tutores creātur a iudice, vel à lege, vel dentur in testamento, debēt excessisse dictos annos tēpore quo incipit tut. test. i. tempore aditę hæreditatis illius, q dedit tuto. si dedit eum pure: vel si dedit eum sub cōdi. debet excessisse tempore existentis conditionis. qualiter autem probetur dicta ætas, dicit litera planè.

Senes. n. ab oībus publicis munerib. vacare, tradit Aristo. lib. 3. Poli. c. 1. a Huius respōsi verā & germanā interpretationē ex versione Ant. Augu. quære sub fine huius operis.

nis huius, neque emptionis actio iudicio tutelæ continebitur.[a] Et est verum: ea quæ cõnexa sunt uenire in tutelæ actionẽ. Sed & illud est verum, si cœperit negocia administrare post tutelã finitã: deuolui iudicium tutelæ in negociorum[b] gestorum actionem. Oportuit enim eum a semetipso tutelam exigere. Sed & si quis cùm tutelam administrasset, idem curator adolescenti fuerit datus: dicendum est, negociorum gestorum eum conueniri posse.

Caius lib. xij. ad edictum Prouinc. XIIII.

SI post pubertatem tẽpore aliquo[c] licèt breuissimo intermiserit administrationem tutor deinde cœperit gerere sine vlla dubitatione tam tutelæ, quàm negociorum gestorum iudicio cum eo[d] agendum est.

Duobus tutoribus dolum in tutela committentibus, unius transactio facta cum pupillo nõ prodest alteri, secus si unus eorum totum interesse præstiterit pupillo.

Vlpianus libro j. disputationum. XV.

SI ex duobus tutoribus cum altero quis transegisset, quamuis ob dolum cõmunem: transactio nihil proderit[e] alteri, nec immeritò: cum vnusquisq; doli sui pœnam[f] sufferat. Quòd si conuentus alter præstitisset:[g] proficiet id quod præstitit ei, qui conuentus non est. Licèt enim doli ambo rei sint: tamen sufficit unum satisfacere: ut in duobus, quibus res cõmodata est,[h] uel deposita,[i] quibusque mandatum est.

Sicut durante tutela tutor non potest conueniri actione tutelæ, ita nec tutor, nec fideiussor eius possunt conueniri durante tutela ex stipulatione rem pupilli saluam fore, secus in curatore.

Idem libro lxxiiij. ad edictum. XVI.

SI adhuc cum[k] tutore ex stipulatu[l] agatur, vel cum ijs, qui pro eo interuenerunt: erit dubitatio, an quia tutelæ agi non potest,[m] nec ex stipulatu agi posit. Et pleriq; putant, etiã hanc actionem propter eandẽ vtilitatẽ[n] differẽdam.[o] Cum curatore pupilli siue adolescentis agi poterit,[p] & si vsq; adhuc cura perseueret.

Tutor finita tutela uel non, non tenetur ministrare sumptus pupillo causa litis exercendæ contra se.

Idem libro iij. de officio consulis. XVII.

IMperatores Seuerus & Antoninus rescripserunt in hæc verba. Cum hoc ipsum quæratur, an aliquid tibi à tutoribus, vel curatoribus debeatur non habet rationem postulatio tua,[q] volentis in sumptũ litis[r] ab his tibi pecuniam subministrari.

rum eo. & supra de administr. tut. l. tutorem. & ĩ. titu. 1. l. quid ergo. §. iudicio.

a Continebitur. Alias computabitur.

b In negociorum. Sic s̃. de neg. gest. l. si pupilli. §. fin. & l. si autem. Sed arg. contra. in eod. titu. l. duorum. §. cæterum. Sed dic, quod hic remiserat vsuras in actione tutelæ.

c SI post. Tempore aliquo, alio qui pro utroq; aget tutelæ etiam in cõnexis. Accurs.

d Cum eo. Tutelæ pro prima gestione, neg. ge. pro secũda, quæ tutelę deuoluitur in neg. ge. si interest, non alias ut s̃. l. proxi. no.

SI ex duobus. CASVS. Duo tutores in tutela dolũ commiserunt: pupillus cum uno eorum transegit, certè non prodest alteri, secus si unus tutorum prædictorum præstitisset pupillo totum suum interesse: quia tunc ambo liberantur, sicut liberantur duo commodatarij, si unus eorum commodatum restituat: & duo depositarij, si unus eorum rem apud eos depositã restituat: & sicut liberantur duo dolum committentes in re eis mandata, si unus satisfaciat mãdatori de toto interesse suo. Viu.

e Proderit. Subaudi ex ui pacti, sed quia solutum est: ut ĩ. dicit lo. & sic nõ ob. cõtra ĩ. de fideiusso. l. si stipulatus. §. 1. & facit C. de transac. l. 1.

f Pœnam. Vt s̃. l. 1. §. nunc tractemus. ibi, planè &c. Acc.

g Quod si præstitisset. Ex sententia, nõ ex transactione: ut differat à superiori casu, uel dic ex transactione, & facit s̃. de eo per quem fac. erit. l. 1. §. si plures. & s̃. si men. fal. mo. dix. l. 3. in princi.

h Commodata est. Vt s̃. commod. l. si ut certo. §. si. Acc.

i Vel deposita. Vt s̃. deposi. l. 1. §. si apud. & l. si duo.

SI adhuc cum. CASVS. Tutor datus sine inquisitione uel legitimus promisit rem pupil. sui sal. for. & fideiussores super hoc dedit: postea malè administrabat, quæritur utrum ex dicta stipulatione durante tutela possit conueniri ipse, vel fideiussores eius prædicti? Et respon. quod non, sicut nec potest conueniri tutelæ, secus in curatore, qui ita promisit ut dictum est in tutore: quia ipse bene conueniri poterit ex dicta stipulatione etiam durante cura. Viu.

k Si adhuc cum. Alias si cum uno.

l Ex stipulatu. Scilicet ex stipulatione rẽ pupil. sal. fo.

m Non potest. Vt ã. eo. l. nisi. in prin.

n Vtilitatem. Propter quam differtur actio tutelæ scilicet quia absurdum est &c. ut s̃. eod. titu. l. si tutor. §. & generaliter.

o Differendam. Vt hic, & ĩ. rem pupil. sal. fo. l. non quasi. §. hãc stipulationẽ. & §. si tutor. & §. generaliter. secus autem in curatore et impuberis: ubi agitur etiam ante finitam tutelam: ut hic subijcit, & ĩ. rẽ pupil. sal. fo. l. non quasi. §. illud sciẽdum.

p Agi poterit. Ex prædicta stipulatione: ut ĩ. rem pupil. sal. fo. l. non quasi. §. illud sciendum. secus in generali act. neg. ges. ut C. de admin. tuto. l. 2. ubi de hoc not. & supra de administratione tutorum. l. actus. Alii dicunt hic datũ ad litem, uel ad aliquã aliam speciem, ibi de generali. Vel tertio posset intelligi: ut s̃. de admini. tut. l. cum curatore.

IMperatores. CASVS. Tutor finita tutela restituit res suas pupillo suo quondam: nunc dicit pupillus quondam tutori: Tu debes adhuc mihi decem: unde ea peto: & peto ut facias mihi sumptus in hac lite de decem. Certe non debet audiri à iudice talis postulatio, imo apportare debet adultus denarios secum causa faciendi expensas in dicta lite. Viu.

q Tua. Id est, tui. Accur.

r Litis. Quæ uertitur inter te, & eos, siue finita sit

administratio, siue non: dummodo agi possit. Sed arg. contra. ff. de inoffic. testa. l. si instituta. §. de inofficioso. & C. de or. cog. l. fi. ADDITIO. Dic quod ibi erat quæstio de bonis, de quibus debebat viuere ille agens: & iam vicerat in causa principali: vnde ex illis bonis debet habere sumptus, & victum: hic erat quæstio de quodam debito particulari secundum And. de Pisis. vel dic quod ibi erat quæstio status, & bonorũ omniũ. nec habebat vnde se posset alere aliunde: hic vero sic secundum Dyn. Vel dic, quod ibi erat præsumptio pro illo qui petit sibi administrari sumptus ratione possessionis, vel quasi libertatis: vt ibi patet in litera: quę rationes hic cessant, & per ista patet responsum ad legem istam in quæstiõe de monacho: quia monachus ante alebatur à monasterio: quia non habebat aliunde vnde se aleret, secundum Bartolum hic.

Papinianus lib. xxv. quæstionum. XVIII.

CVm tutor negocijs impuberis administraris, a pupillum paterna hæreditate abstineat: bonis patris venditis b tractari solet, vtilis actio pupillo relinqui an creditoribus concedi debeat. Et probatur, actionem c inter pupillum, & creditores patris esse diuidendam: scilicet, vt quod rationi bonorum per tutorem d deerit, creditoribus reddatur: e quod autem dolo, vel culpa tutoris in officio pupilli perperam abstenti contractum est, f puero relinquatur, g quæ actio h sine dubio non prius cõpetet, quàm pupillus ad pubertatẽ peruenerit. i sed illa confestim creditoribus datur.

CVm tutor. CASVS. Tutor Titij pupilli administrauit negocia eius aliquo tempore: inter quæ negocia erant bona patris dicti pupil. qui pater pup. habuerat multos creditores: dictus tutor in dicta sua administratione diminuit aliquo malo modo de dictis bonis paternis. Item abstinuit dictus tutor dictũ pup. patris ab hæreditate, cum vtile esset pupillo eam retinere. nunc veniunt creditores patris, & non inuenientes aliquem hæredem patris, faciunt vendi bona patris authoritate iudicis, vt eis satisfiat: & non inueniunt ibi aliquam integram satisfactionem, eo quia tutor malo modo diminuit, vt dictum est. quæritur vtrũ pupil. tantùm habeat act. tut. contra dictum tutorẽ. eo quod eum abstinuit a patris hæreditate contra commodum suum, vt dictum est: an vero etiam creditores habeant contra eum act. nego. gest. eo quod ipse malo modo diminuit de bonis patris pupilli. Et dicitur quod pup. habet suam act. tut. contra eum, & creditores habent contra eum act. neg. gest. sed illa pupilli nõ intentatur nisi finita tutela: ista auctoritate creditorum intentatur etiam incontinenti. Viu.

a Administratis. Adiuit, & administrauit, & postea per in integrum resti. abstinuit, & postea vẽdidit. Vel dic quod administrauit non adeundo, puta cũ protestatione: & tandem abstinuit, & vendidit postea: & malè fecit vtranque. s. abstentionem, & rerum venditionem: vtroque casu pro primo malè gesto, pupillo: pro secundo, creditoribus tenetur. Acc.

b Venditis. A tutore nomine creditorum, vel pro soluendo eis.

c Actionẽ. Idest, cõmodũ agendi. nam alia pupillo datur. s. vtilis. i. efficax tutelæ: alia creditoribus. s. neg. gest. similis diuisio ff. de fur. l. inter omnes. §. si seruus. Alij dicunt quod actio tutelæ diuiditur: & dicunt cessam à pupillo eis. & sic apparet quod adiuerit: prima placet.

d Per tutorem. Malè vendentem.

e Reddatur. Per actio. neg. gest.

f Contractum est. Vt quia hæreditas erat bona in c. omni ære alieno deducto. ADDITIO. Ex hac gl. no. secundum Bal. hic quod quando dr, Ista hæreditas est bona pro centum, tantum est dicere, quod centũ sunt in hæreditate vltra omne æs alienum.

g Puero relinquatur. Per act. tut. Nec hoc quod habebat pupillus à tutore, obligat eum creditoribus: ut C. arb. tut. l. eũ. & facit ff. de cond. inde. l. tutores. & ff. de bo. autb. iud. pos. l. si non expedierit. §. 1.

h Quæ actio. s. tutelæ, quæ datur pupillo.

i Peruenerit. Vt ff. eod. l. nisi. sed illa. s. quæ datur creditoribus, quæcunque sit, confestim datur, vt hic subijcit.

Vlpianus libro primo respon. XIX.

SI probatum k est nomen debitoris à nouissimo curatore, frustrà tutorem l de eo conueniri. m

SI probatũ. CASVS. Tutor pecuniam pupilli mutuauit: postea finita tutela fuit datus curator dicto pupillo quondam: qui curator approbauit illud quod fecit tutor in pecunia mutuanda: certè amodo propter hoc non tenetur tutor pupillo, imo curator. Viu.

Minoribus in integrum restitutis contra maiorem, sibi restituitur actio contra tertium minoris beneficio liberatum.

Papinianus lib. ij. responsorum. XX.

ALterius n curatoris hęredem minorem,

k Si probatum. Idest approbatum ut idoneum: quod facere non babet necesse: ut si non erat bonum: vt ff. de adminis. tut. l. tutor siue. & fuit factum nomen à tutore de pecunia pupilli.

l Tutorem. Qui contraxit nomen.

m Conueniri. A minore, vel ab alio eius nomine, bonum enim fecit &c. vt ff. man. l. inter causas. §. abesse. nisi per in integrum restit. vt arg. ff. de admini. tu. l. si minoris. Accur.

ALterius. Casum In prin. l. ponit hic gl. Non idcirco. Titius administrauit tutelã Seij pupilli, finita tutela habuit Seius curatorẽ: qui curator conuenit dictum tutorẽ act. tu. & cũ deberet tutor cõdemnari in xx. culpa curatoris fuit condẽnatus in x. tantum, vnde dictus Seius petit in integrum restitui cõtra tutorẽ minore pecunia condemnatũ, cũ ipse Seius sit adhuc intra tẽpus quo pt dari restitutio, id est, intra quadriennium: quamuis transiuerint xxv. anni. Item potest dictus Seius agere contra dictum curatorem, qui fuit in culpa vt dictus tutor minus condemnaretur, egit ergo Seius contra dictum curatorem: & fecit eum propter hoc condemnari: nunquid propter hoc quod condẽnatus est curator, liberatus est tutor de his quæ supra dixi? Certè non. si ergo agat dictus Seius contra curatorem acti. iudi. repellet eum curator excep. doli, si Seius non cedat ei actionẽ, quã habet cõtra tutorẽ. Viu.

n Casum ponit. Titius adultus babuit duos curatores, qui ex mala gestione tenebantur in xx. decessit vnus Seio relicto hærede: qui Seius erat minor: nunc Titius factus maior, & sic finita cura egit contra Seium & habuit x v. Item egit contra curatorem viuum, & habuit v. & de reliquo fuit absolutus viuus: nunc restituitur Seius contra Titium in v. quia in tantum fuit læsus per sententiam, certè restituetur Titius de æquitate contra curatorem viuum absolutum pro illis quinque. Vel dic secundo, quod Seius læsus restituitur contra curatorem viuum cui proficit Seii læsio. & secundum vtrunque dic de æquitate, non de rigore. Maiore.

a Maiore. Quam deberet.
b Non dabit. De iudicio stricto: sed de æquitate secus: vt subijcit.
c Et.s.Titio facto maiori, & est not. quod hic Titius maior non tantum contra minorem potest restituiut C. si aduet. transac.

*P.Fl.nō est in.

l.t. & a. sed etiā in aliū restituitur antiqua actio: vt hic & C.de tep. quæ si. in iudi.l.1. Vel dic secūdū alium casum ei, id est, Seio in maiori pecunia damnato: quia nō repetit, uel non potest propter inopiā repetere a Titio, certè restituetur contra curatorem uiuum.

d Nō idcirco actio. Pone casum: vt s. de administ.tut.l. si mi noris. & incipe con structionem, actio quæ potest &c.

e Consequi potetunt. Et sine cessio ne habent utilem: vt C. de contra.iud. tut.l.a. & argum. supra proxi.

Casum ponit.

f Cvm pupillus. Pupillus egit contra unum de tu toribus insolidū & condēnatus est inso lidū: puta in centū, quæ soluit insolidū facta prius cessione contra alium non condemnatum, cer tè tutor condemna tus soluendo nō ex tinxit actionem sibi cessam, p parte: quia non hoc soluit ut extingueret, sed ut pretiū cessionis: ut hic & infrà de fi deiuss. l. cum is. & infrà de sol. l. Mode stinus.

g Iudicatū. Id est solutio condemnationis à cōdēnato.

h Pro parte. Hic punctua: & dic, tutela condemnati tu toris, scilicet insolidum, non videtur reddita pro vna par te, scilicet pro parte non condemnati: quia sic actio esset extincta, & non valetet cessio facta, vel quæ fieret: sed nominis &c. Et sic est arg. quod pro parte non insolidum fit cessio vni de duobus reis conuento insolidum: vt supra de administr.tut.l. si plures. & de pec.l. quæsitum. §. sed si velit. Si autem diceres pro parte condemnati non videri satisfactum, sed nec pro parte non condemnati, ut constat: ergo solida actio remaneret: & ita insolidum cederetur: quod quidam dixerunt per hanc legem, quod non placet.

i No tutela reddita. Et ita actio cessa nō est extincta.

vt in a maiore b pecunia condemnatum, in integrum restitui placuit. Ea res materiam litis aduersus alterum curatorē instaurandæ non dabit, b quasi in minore pecunia condemnatum: si non sit eius ætatis actor, cui subueniri debeat: sed æquitatis ratione suadente, per vtilem actionem ei c subueniri inquantum alter releuatus est, oportet.

Conuento curatore nomine illius contra quem potest in integrū restitutio postulari, illius iuris beneficium debet cedi, h.d. secundum Ray.

Non idcirco actio, d q̄ post xxv. annos ætatis intra restitutionis tēpus ad uersus tutorē in minore pecunia tutelę iudicio cō demnatum redditur, inutilis erit, q adolescēti curatores ob eam culpā cōdemnati sunt. Itaque si non iudicatum à curatori bus factum est: per doli exceptionē curatores cō sequi poterunt, e eam actionem sibi præstari.

Cessione actionis à pupillo facta contra collegam, tutor insolidum condemnatus secuta solutio ne debiti non excusatur. h.d. secundum Ray.

Idem libro primo definitionum. XXI.

Cvm pupillus f tutelæ actione contra alterum tutorem tutori, quē iudex insolidum con demnauit, cessit: quāuis postea iudicatum g fiat, tamen actio data non intercidit, quia pro parte h condēnati tutoris, nō tutela reddita, i sed nomi nis pretiū solutū videtur.

Priuilegium tutelæ pupillo competens non perimitur nouatione necessaria per sententiam condemnatoriam lxxm in tutoris præ iudicium contingentem.

Paulus libro xiij. quæstionum. XXII.

Defensor tutoris con demnatus k non au feret priuilegiū l pupilli: neq; enim sponte cum eo pupillus contraxit. m

Idem libro x. responsorum. XXIII.

Conuento hęrede tu toris iudicio tutelæ, curatorē eiusdē n neque ipso iure liberatum videri, neq; exceptionem rei iudicatæ dandam. Ideq; in hæredibus magistratuum obseruandum est.

Idem libro ij. sententiarum. XXIIII.

Posthumo tutor dat*, non nato posthumo, neq; tutelæ, quia nullus pupillus est: o neq; protutelæ, qa nulla significatio est: p neq; negociorū gestorū p iudicio tenet: qa administrare negocia

Defensor. CASVS. Pupillus quondam fecit vocari ad ius tutorem suum quondam, volens eum conuenire act. tute. Titius obtulit se ad tutoris defensionē: nunquid aufertur propter hoc pu. priuileg. quod habet vt alijs creditoribus præferatur? Et certe non: & est ratio vt dicit litera. Viu.

k Condemnatus. Pupillo agenti contra eum.

l Priuilegiū. Quod habet in personali actione tutelæ, vt præferatur alijs.

m Contraxit. Idest, quasi contraxit. nā tātū in iudicio quasi contrahitur: vt s. de pecu.l.3.§. idem Iulianus. & est bona ratio: nā secus si voluntariè nouasset animo nouādi: ab aliquo stipulando: vt infra de nouat. leg. aliam.

Conuento. CASVS. Titius habuit tutorem Seiū: qui Seius decessit te licto hærede: nunc autem Titius factus adultus habet curatorem: & cum cura tore conuenit hære dem tutoris: & fecit eum condēnari in eo qd debuerat tutor: nunqd p hoc q cōdemnatus est hæres tutoris, est liberatus ipso iure, vel per except. curator ab eo quod tene batur adulto? Certe non: tenetur enim curator non solum facere condemnati tutorem quondam, sed etiam ab eo exi gere quod debet. & quod dixi in curato re, idem dico in ma gistratibus, qui detentunt tutorem, & in hæredibus eorum. Viu.

n Eiusdem. Scilicet pupilli quondā, nūc autem adulti. Item cōuento. nō autem exacto. Aboqui inquantum esset exactum ab hærede tutoris, liberatur ipso iure curator minoris, & hæres magistratus: vt s. eo.l. alterius. §. si. & de admin. tut.l. si minoris.

Posthumo. CASVS. Quidam in testamento dedit tutorem posthumo suo, qui tutor administrauit: & posthumus non est natus postea: qua actione te netur dictus tutor de eo quod administrauit? Et certè act. nego. gest. vtili, non autem act. tut. vel protutelæ, vel neg. gesto. directa. Viuianus.

o Significatio est. Qua possit dici protutelæ.
p Negociorum gestorum. Scilicet directa.

e Nouatio.n. fieri debet expresse, nisi in tribus casib. qb. tacitè præsumitur facta ipso iure, vide l. fi. C. de no. & ibi gl. Bat. in l. Valerianus. s. de præt. stip.

*In P.Fl. neq; pro tutore.

a Vtilis. Neg. geſt. ni & ſic intelligitur ↄ.tit.2.l.1.§.ſi quis.& ſ.de teſt.tut.l.ſi nemo.§.ſi. & ſ.de neg.geſt.l. cum pater.

NOn ſolum. CASVS. Non ſolum pupillus habet priuil. in bonis tutoris ſui quondam, ut præferatur aliis creditoribus, ſed ēt in bonis eius, qui geſſit tanꝗ tutor, cū tutor non eſſet: quemadmodū & in bonis eius qui aliqd debet ex curatione pupilli, vel pupillæ, & furioſi, vel furioſæ, & hoc eſt verum, ſi non eſt ſatisfactū. Viuianus.

b Priuilegium. Scilicet quod datur in actione perſonali: & ſic concordat ↄ. de priuileg. cred.l. dabimus.§. ſi quis. & l.ſeq. & l.ſi negotium. ſed heredi nō datur, vt ſ.de adm. tut.l.ſi ex pluribus. Sed quid erit de tacita hypotheca? vr detur idem, vt not. C.de adm.tut.l.pro officio. & hoc videtur velle. Acc.

c Cautum. Id eſt, ſatisfactum.

eius, qui * natus non eſſet, nō vr: & ideo vtilis [a] in eum actio dabitur.

Hermoge. libro v. iuris epitom. XXV.

NOn ſolū tutelæ priuilegium [b] datur in bonis tutoris, ſed etiam eius, * qui pro tutore negocium geſſit, vel ex curatione pupilli pupillæ ve, furioſi furioſæve * debebit, ſi eo nomine cautum [c] non ſit.*

TITVLVS IIII.

DE CONTRARIA tutelæ & vtili actione.

Vlpianus libro xxxvi ad edictum. I.

COntrariam tutelę actionem prętor propoſuit, induxitq; in vſum, vt facilius tutores ad adminiſtrationem accederent, ſcientes [d] pupillum quoque ſibi obligatum fore ex ſua adminiſtratione. Quanquam enim ſine tutoris authoritate pupilli non obligentur, [e] nec in rem ſuam tutor obligare pupillum poſsit: [f] attamen receptum eſt, ut tutori ſuo pupillus ſine tutoris authoritate ciuiliter obligetur, [g] ex adminiſtratione ſcilicet. Etenim prouocandi erant tutores, ut promptius de ſuo aliquid pro pupillis impendant: dum ſciunt ſe recepturos id quod impenderint. Hæc actio [h] non ſolum tutori, uerùm etiam ei, qui pro tutore negocia geſsit, competere debet. [i] Sed & ſi curator ſit, uel pupilli, uel adoleſcentis, uel furioſi, uel prodigi: dicendum eſt ēt his contrarium dandum * iudicium. [k] Idem in curatore quoque uentris probandum eſt. Quæ ſententia Sabini fuit, exiſtimantis, cæteris quoque curatoribus ex iiſdē cauſis dandum contrarium iudicium. Finito autem officio [l] hanc actionem competere dicemus tutori. Cæterùm quandiu durat, [l] nondum competit. Sed ſi pro tutore * negocia geſsit, vel curam etiam adminiſtrauit: locus erit iudicio etiam ſtatim: quia hoc caſu [m] in ipſum quoque

DE CONTRARIA tutelæ & vtili &c.

De duabus actionibus dicit.ſ.de contraria tut. Item de vtili neg. geſt. contraria.

COntrariam. CASVS. Si tutor adminiſtret tutelam pupilli, & adminiſtrādo aliquid de ſuo impendat, dat ꝑtor tutori contrariā tutelæ actionem cōtra pupil. & ideo dat vt tutores inuitentur præmiorum exhortatione ad accipiendam tutelam, quamuis alias pupillus non obligetur ſine tutoris authoritate, nec pupillum ſibi obligare tutor ſe authore poſſit: & ſcias quod actio contraria datur non ſolum tutori, ſed etiam ei, qui pro tutore adminiſtrauit, & curatori pupilli, uel adoleſcentis, vel furioſi vel prodigi, & ventris, & ubicunque poſſit alibi inueniri aliquis curator, ſed tutori competit dicta actio demum tutela finita. ſed ei qui pro tutore adminiſtrauit, & curatori competit ſtatim cum aliquid impenderint, & ſi pupillus conueniat tutorem actione tutelæ, eſt in arbitrio tutoris, utrum compenſet cum pupillo id quod debet recipere a pupillo, an petat directe contrario iudicio, & ſi non opponat tutor compenſationē, ſi finita cauſa actionis tutelæ velit tutor agere contrariam, bene poteſt, ſecus ſi oppoſuit compenſationē, & iudex eā reꝓbauit: nā nō poterit poſtea agere cōtraria. An in hoc iudicio. Nunquid veniūt in hac cōtraria actione ēt ea, quæ pater pupilli debuit tutori? Et dicitur qđ nō, ſed ſi diſtulit petere id quod pater pupilli ei debebat, amore pupilli. & ꝑꝑ hoc dānum paſſus eſt: certè relationē illius dāni ꝑt cōſequi contraria actione: vnde ſi pater pupilli tenebatur tutori aliqua temporali actione, & diſtulit agere, vt dictū ē, ita qđ periit dicta actio: certè habebit cōtrariā actionē ad id conſequendum, quod debebat cōſequi tꝑali actione. Hac actionē. Quęſiuis pupillus nō agat cōtra tutorem act. tut. tñ tutor ꝑt agere contra pupil. cōtraria act. Sed qđ ſi pupillus agat cōtra tutorē act. de rationibus diſtrahēdis? Certè contra eum poterit agere tutor contraria act. ēt ſi plus impendit tutor in vtilitatem pupil. quā ſit in facultatibus pupil. ſed ſi nō expēdit tutor in vtilitatē pupil. illud qđ expendit ultra quā ſit in facultatibus pup. non repetet cōtrario iudicio. h. d. cum duabus leg. ſeq. vſque ad §. contrarium. Viu.

d Scientes. Hac ratione eſt inuēta ne. geſt. cōtraria: vt Inſtitu. de obl. quæ ex quaſi con.§.1.

e Non obligētur. Vt ſ. de auth. tut.l. obligari.

f Poſſit. Vt ſupra de autho. tuto.l.1. in princip.

g Ciuiliter obligetur. Sub. etiam, non ſolum naturaliter: & hoc quia venit obligatio ex re: ut ↄ. de act. & oblig.l. furioſus. alias naturaliter tantum, quod dic ut not. ſ. de auth. præſtanda l. ſi pupillus.

h Hæc actio. Scilicet contraria in genere accepta, nā dicit poſtea de contraria neg. geſt. actione.

i Debet. Vt ↄ.tit.1.l.fin.

k Contrarium dandum iudicium. i. actionem neg. ge.

l Durat. ſ. officium vel tutela: & ſic eſt in actione tutelæ: vt ſ. titul.1.l. niſi. ſecus autem in contraria pro tu. & contraria vtili neg. geſt. ut ↄ. prox. Sed cur tam varie? ſtatim reſpon. quia &c.

m Quia hoc caſu. Hæc eſt bona rō ad act. ꝓ tut. ut ↄ. tit.1.

* P. Flo. quia.

* In P. Fl. qui pro tutela.

* Debebitur, in Pā. Flo.

* In P. Fl. non eſt iudicium.

† Quid in actore ſeu procuratore per curatorē iudicis decreto conſtitutis, an finiatur authorizatio ēt lite cōteſtata? vr ꝙ ſic: qa tutela finita, finitur officium actoris. ut voluit gl. quā ſeqt Saly. in l. neq; C. de procur. tñ in caſu noſtro cōcluſum fuit qđ non ꝑ dños de Capella Thol. allegātes pro ſe textu ī l. item eorū. §. pen. ſ. quod cuiuſq; vni. & l. nulla. C. de pro.

* In aliqbus codicib. proc.

statim actio competit. Præterea si tutelæ iudicio quis conuenietur: reputare[a] potest id, quod in rem pupilli impēdit: sic erit arbitrij eius, utrū compēsare, an petere uelit sumptus. Quid ergo si iudex compensationis eius rationem non habuit? an contrario iudicio experiri possit? Et utique potest. Sed si reprobata[b] est hęc reputatio, & acquieuit: non debet iudex contrario iudicio id sarcire. An in hoc iudicio non tantùm quæ pro pupillo, uel in rem eius impēsa sunt, ueniāt: uerum etiam ea quoque, quę debebantur aliàs tutori (ut puta si quid à patre pupilli debitū fuit) quæritur. Et magis puto, cū integra sit actio[c] tutori, non esse in cōtrarium iudicium deducendum. Quid tamen si ideo expectauit, quia tutor erat, & ideo non exegit? Videamus, an contrario iudicio tutelæ indemnitatē consequatur. Quod magis probandū est. Nam sicuti quodcunque aliud gessit pro utilitate pupilli, id contrario iudicio consequitur: ita etiam id, quod sibi debetur, consequi debet, uel eius securitatē. Ergo * & si ex causa, quæ tempore finitur,[d] obligatio aliqua fuit: tutelæ contrarium iudicium ei esse opinor.

Licèt quis aduersarium non aggrediatur, tamen quandoque aggreßionē patitur. h. d. cū l. seq.

Hanc actionē dandam placet, & si tutelæ iudicio non agatur. Etenim nonnunquam pupillus idcirco agere tutelæ nō vult, quia nihil ei debetur: imò plus in eum impensum est, quàm quod ei abest, nec impediendus est tutor contrario agere.[e]

Iulianus lib. xxj. Digestorum. II.

Longè magis dandū est,[f] & si de rationibus distrahendis actio intendatur.[g]

Vlpianus lib. xxxvj. ad edictum III.

Quid ergo si plus in eum impendit, quā est in facultatibus?[h] Videamus, an possit hoc consequi. Et Labeo scripsit, posse. Sic tamē accipiēdum est, si expediat pupillo ita tutelam administrari. Cæterùm si non expedit, dicēdū est absolui pupillū oportere. Neq; enim in hoc ad ministrantur tutelæ, ut mergātur pupilli. Iudex igitur, qui cōtrario iudicio cognoscit, vtilitatem pupilli spectabit: & an tutor ex officio[i] sumptus fecerit.

Finita tutela tutor non potest agere hoc iudicio, ut pupillus eū liberet ab actione tutelæ: sed tantum agit pro pecunia, quæ

* P. Flo. Ego.

tit. t. l. t. §. cum eo. & neg. gest. cōtra. cæteros: ut ī. ti. 1. l. nisi. §. fi. Sed in adulti curatore uidetur secus: ut C. de admi. tut l. 2. quæ est contra. Sol. dic. ut exponitur ī. de admin. tut. l. cum curatore.

a Reputare. ut sup. de condi. indeb. l. cum indebitū. & l. fi. §. tutor. & ar gu. ī. cōmo. l. in rebus. §. quod autē. & C. eo. l. fi. Acc.

b Sed si reprobata. Sic sup. de neg. ges. l. si autem. §. si rationem. & de compen. l. quod ī diem. §. fin.

c Integra sit actio. Quæ contra patrē pupilli cōpetebat. & est ad l. C. de in litem dand. tut. l. 3. Accur.

d Tēpore finitur. Vt redhibitoria q̄ nō exercuit nec sibi exegit propter utilitatem pupilli.

e Cōtrario agere. Sic ī. cōmodati. l. 1 commodato. §. t. & l. i rebus. §. fi. & C. eo. l. fi.

f Longè. Dādū est. Scilicet contrarium iudiciū tutelæ. Acc.

g Intendatur. Contra tutorē: & dicit magis ideo, quasi liceat sibi uindicare se: ad quod est infrà de bon. liber. l. qui cum maior. §. si libertus. Acc.

Quid ergo. Casus in princi. huius l. positus est in fine casus præcedentis. Cōtrariū iudiciū. Finita tutela uult agere tutor cōtra pu. act. contraria, ut pu. liberet eum ab act. tut. qua ei tenetur. Certè non pōt, sed tm̄ potest agere de his, quę ei tutori absunt propter admini. tu. & si ei abest pecunia: eam repetet cum usuris: de quibus dicit litera satis planè: & si pu. debeat tutori usuras propter prædictam causam, & tutor debeat usuras pup. q̄a nō fœnerauit pec. pupillarem, cōpēsabitur una usura cum alia: & idē si alio modo debeat tutor usuras pup. quia semper debebit compēsare cum usura sibi debita a pu. puta quia in usus suos conuertit pup pec. & sic ad usuras tenetur pu. & posteà in utilitatem pup. impēdit de sua pec. quo casu tenetur ei pu. ad usuras: & idē ecōtra si prius impendit, & posteà in suos usus cōuertit: quia semper cōpensabitur una usura cū alia. Vsuras utrū. Suprà prox. §. dictū est, q̄d tutor qui impendit pecuniā suam in utilitatem pup. pōt eam repetere cōtraria actione cū usuris: nunc quęrit, cuius temporis usuras consequi possit tutor: utrum eius tēporis tantum quo durauit tutela, an ēt eius tēporis q̄d currit post finitam tutelam, an ex mora tm̄ cōmissa post finitam tutelam: & certe totius temporis quod cucurrit antequam restitueretur sibi pecunia, cōsequi debebit tutor usuras: & hoc q̄n non potuit sibi soluere tutor durāte administratiōe, secus aut si potuit, & nō fecit: & sciaa q̄d semp pōt repetere tutor illud quod impēdit in rem pu. benè ac diligenter administrādo, ēt si contrarium euentū res habuit. Iudicio tutelę cōtrario. Non solum q̄d impendit tutor in utilitatē pupilli durante tutela, pōt cōtrario iudicio repetere, ut dictū est, sed ēt id q̄d impendit antequā esset tutor puta quia pro tutore gerebat antequā esset tutor vel erat curator ventris, vel alio quocunq; modo bona fide impēdit: sed & id quod post finitam tutelā impendit, pōt repetere, & hoc si id quod administrauit post tutelam, & in quo impendit, erat connexum his, quę durante tut. administrauit. Hanc actionē. Hæc actio contraria quæ datur tutori contra pup. est perpetua, & competit hæredi tutoris, & contra hæredem pup. datur. Viu.

h In facultatibus. Id est, facultate soluendi, alias quō pupillus redderet ? sic exponitur ī. de uerb. sig. l. nepos Proculo. Vel dic. q̄d licèt plus expendat, condemnabitur pupillus, & exigetur quando erit soluendo.

i Ex officio. Id est, ex pietate: ut ī. eo. l. pen. & facit sup. de pig. act. l. si seruos. Accur.

Libera-

el abest, & hoc cum usuris.

Contrarium iudicium an ad hoc quoq; competat, vt quis à pupillo exigat liberationem [a] videndũ est. Et nemo dixerit, in hoc agere quem contrario posse, vt tutelæ iudicio liberetur: sed tantum de ijs, quę ei pp tutelã absunt. Cõsequitur aũt pecuniã, si quam de suo [b] consumpsit, ẽt cũ vsuris: sed vel trientibus [c] vel ijs, q̃ in regione obseruantur, vel iis [d] qbus mutuatus est (si necesse habuit mutuare, vt pupillo ex iusta causa ꝑrogaret) vel iis à qbus pupillum liberauit, vel quibus caruit tutor: si nimiũ [e] profuit pupillo, pecuniam esse exolutã. Planè si tutor fortè aliquid [f] pecuniæ debuit fœnerare, & aliquid ipse ꝓ pupillo soluit: nec ipse vsuras cõseqt̃, nec pupillo præstabit. [g] Quare & si in vsus suos conuertit, deinde aliquid impendit in rẽ pupillarem: quã [h] impendit vertisse definit [h] & exinde usuras nõ prẽstabit, & si ante impendit in rem pupillarem, mox in vsus suos [i] vertit: non videbitur vertisse quãtitatẽ, quæ concurrit cum quãtitate sibi debita, ut eius summæ non ꝑstet [k] usuras. Vsuras verũ tandiu consequetur tutor, quãdiu tutor est, an ẽt post finitam tutelã, an ex mora tantum, videamus. Et magis est ut quoad ei reddatur [k] pecunia, cõsequatur. Nec enim debet ei sterilis esse pecunia. Si tamen fuit in substãtia pupilli, [l] vnde cõ sequeretur: dicendũ est nõ oportere [m] eum vsuras à pupillo exigere. Quid ergo si de re pupillari non potuit sibi soluere, q̃a erat deposita ad ꝑ diorum cõparationẽ? Si quidem non postulauit à prætore, ut promatur pecunia vel hoc minus deponatur, sibi imputet. Si vero hoc desiderauit, nec impetrauit: [n] dicẽdum est, non deperire ei vsuras in contrario iudicio. Sufficit tutori benè & diligẽter negotia gessisse, etsi euentum [o] aduersum habuerit, quod gestum est. Iudicio tutelæ contrario ꝑstatur, & id, quòd in rem pupilli ante tutelam, [p] vel post tutelam [q] versum est, si negotiis tutelę tempore gestis connexum probatur: & quod ante [r] impẽsum est, siue ꝓ tutore negotia gessit, & posteà tutor constitutus est, siue venteri erat curator. Sed & si nõ pro tutore negotia gerebat: debet venire, quòd ante ĩpensum [s] est. Deducuntur enim in tutelæ iudiciũ sumptus, quoscunque fecerit in rẽ pupilli: sic tamen, si ex bona fide [t] fecit. Hanc actionem perpetuam [u] esse palam est: & hæredi, [x] & in hæredem dari: cęterisq; successoribus, [*] & ad quos ea res pertinet, & in eos.

Tutor remotus à tutela tanquam suspectus potest agere cõtrario iudicio ad repetendum, quod in rem pupilli impendit, quia in eo statu est, ac si pubertate pupilli finita esset tutela, et hæc actio datur hæredi tutoris, si creditoribus pupilli pro pupillo soluit. h. d. cum l. seq.

Iulianus lib. xxj. Digesto. IIII.

A Tutela remotus, [y] eo loco haberi debet, quo esset finita [z] tutela: & puber-

---

[a] Liberationem. Finito officio, quã multi hodie extorquent cum iuramẽto: quæ sine fraude tenet: ut C. si aduer. ven. auth. sacramenta puberum. Accursius.

[b] De suo. Sic sup. de nego. gest. l. 2. & s. manda. l. si vero non remunerandi, §. si mihi.

[c] Trientibus. Si ita les secundum conditionem iiuæ persone ei debentur: vt C. de vsur. l. eos. §. super.

[d] Obseruantur. Si sint minores legitimis: ut d. l. eos. C. de vsuris. §. cęteros. Accursius.

[e] Si nimium. Id est, plusquam colligant hæ vsuræ: vt s. de vsur. l. & in contraria alias nimium. Accur.

[f] Aliquid. De sua propria pecunia.

[g] Præstabit. Ipso iure facta compensatione: ut sup. de compensa. l. cum alter. Acc.

[h] Definit. Sic s. de in rẽ verso. l. si pro patre. §. versum. Accursius.

[i] Vsus suos. De pecunia pupilli.

[k] Reddatur. Et ita durante tutela, & postea.

[l] In substantia pupilli. Durante officio.

[m] Non oportere. Vt & s. de admini. tuto. l. quoties. §. sicut.

[n] Impetrauit. Id est obtinere nõ potuit. Sed quare iniuriam sibi factã vertit in pupillum? Respondetur, quia pupillo fuit facta: nec tutor præbuit causam: vt j. de fideius. l. exceptione.

[o] Euentum. Quia non potuit perfici, vel dic euentũ perseuerãtem: ut s. de neg. gest. l. sed an vltro. §. 1. Acc.

[p] Ante tutelam. Scilicet finitã. Acc.

[q] Vel post tutelã. Scilicet finitam. Si negotiis &c. ut sup. tit. 1. l. si tutor pro. Accur.

[r] Quod ante. Scilicet tutelã inchoatam, quod esse põt, si neg. &c.

[s] Ante impensum. Id est, ante tutelam inchoatam: nec sub te distinguitur, con nexum sit vel nõ, licèt post eam finitam distinguat: qa & qđ ante debuit, vertitur in actionẽ tutelę directam, sic ecõtra, quod et debetur, vertitur in contrariam: sed qđ scipit deberi ex negotio non connexo post finitã tutelã, non venit in directã, ergo & si quid impendit in tali negotio non connexo, non venit in cõtrariã: ut hic dicit.

[t] Bona fide. Hoc s. eo. circa princ. dixit ex officio.

[u] Hanc actionem perpetuam. Quia sic est indirecta: ut C. eo. tit. l. tutores. Accur.

[x] Hæredi. Quia sic est indirecta: vt s. titu. 1. l. 1. §. hanc actionem.

A Tutela. CASVS. Tutor si it remotus à tutela tanquam suspectus, nuquid potest agere cõtrario iudicio ad repetendum id qđ impẽdit in rẽ pupilli dutãte administratione? Et dicitur quod sic: quãuis pupillus non sit adhuc factus pubes: quia perinde est, ac si esset finita tutela pubertate pupilli. nam & pupillus potest eum conuenire act. tut. ac si esset finita tutela pubertate. Viuia.

[y] A tutela remot. vt suspectus. Acc.

[z] Finita. Scilicet

---

[f] Triens vsura, centesimę vsuræ tertia pars ẽ, qua. l. qua tuor in cẽ tenarium vsuræ nomine singulis annis pẽdũtur.

[*] In quibusdam libris quantum.

[*] Rectè non ꝑster Ant. Augu. lib. 1. emenda. cap. 2.

[*] F. ceterosque successores.

pubertate pupilli. nā & hic finita est: ut ī. de suspec. tut. l. decreto. & Instit. quib. mod. tu. fi. in fi. secus vbi de suspecto est adiungendus curator: ut sup. tit. t. l. si tutor. §. pe. & facit sup. eo. l. t. §. finito.

HAeredem. CASVS. Hæres tutoris soluit ꝓ pupillo illā pecuniā, in qua erat obligatus pupillus: certe habet ad eā recuperādam à pupillo. contrariam actionem. Viuian.

a Hæredem tutoris. Sic suprà manda. l. hæredem.

SI tutor. CASVS. Tutor obligauit se pro pupillo cuidam creditori pup. aut pupilli obligationē aio nouandi in se suscepit, certè finita tutela habet contrariam actionem contra pupillum: vt eum faciat liberari etiam antequam soluat creditori. Viuia.

b Ante, quam soluat. Quia videtur ei abesse: quia est obligatus: ut ī. de neg. gest. l. si quis mādante. & l. t. & 2. & ī. mand. l. si mādato. in prin. secus in fideiussore: vt C. man. l. si pro ea. & quæ est rō, dixi ī d. l. si quis mādante.

sicut actiones patiȓ perinde, ac si pupill' pubes factus esset. ita contrario iudicio, si qd ei aberit, persequi debebit. Nihil enim prohibet suspectū tutorē esse, quamuis complura in rem pupilli impenderit, quæ eum amittere non oportet.

Vlpianus lib. j. responsorum. V.

HAeredū tutoris a si eam summā soluerit, in qua obligati pupilli fuerunt, actionem contrariā aduersus eos habere posse, respondi.

Paulus lib. v. ad Plautium. VI.

SI tutor pro pupillo se obligauit, habet cōtrariam actionem, & ante, quàm soluat. b

TITVLVS V.

DE EO QVI pro tutore, prove curatore negotia gessit.

DE EO, QVI ꝓ tutore prove curatore negotia gessit

Vna pars est pro tutore, alia ꝓ curatore: ut C. de neg. gest. l. qui pupillæ. sicut bon poss. ut ī. de bono. poss. l. 2. §. hæreditas.

Vlpianus lib. xxxvj. ad edictum. I.

PRotutelæ. CASVS. Vlpianus primò rationē dedit, quare inuēta est a ꝓtore actio protutelæ. Secundò dicit, quis videtur gerere pro tutore: nēpe is qui credit se tutorem cum nō sit: & ille qui scit se non esse tutorem, fingit tamē se esse, & administrat: vnde si seruus Titij administret tutelam Sempronij quasi tutor, dabitur in dominum utilis actio protutelę de peculio. Tertiò dicit, quod ille qui administrat tanquam tutor cū non sit pot conueniri ēt ante pubertatē pupilli. vnde si aliquis fuit datus tutor ad tempus, & post tēpus administret: de illa administratione tanq̄ tutor tenetur actione protutelæ. Item si antequā esset tutor, administrauit ut tutor: de illa administratione tenetur actione protutelæ. Quartò dicit, quod si aliquis administret tanquā tutor negotia eius qui non pōt habere tutorē: quia nondū natus est, vel alio modo non pōt habere tutorē: non habet locum actio protutelæ, sed neg. gest. Quinto dicit, quod actio protutelæ non datur contra curatorē impuberi datū, sed benè datur contra illum, qui compulsus est per iudicem vt administret tutelam, cum non sit tutor. Sextò dicit, ꝙ in actione protutelæ veniunt usuræ, & tenetur protutor non solum de iis, quæ gessit, sed etiam de iis quæ non gessit, si alius gessisset isto non incipiente gerere. pōt tamē dimittere gestionem, cum primū cognoscit se non esse tutorem, dū tamē ꝓpinquos pupilli certioret, vt petant ei tutorem, alias teneȓ.

PRotutelæ actionē necessariò ꝓtor proposuit. Nā cū plerunq; incertum sit, c vtrū quis tutor, d an verò quasi tutor e ꝓ tutore administrauerit tutelā: idcirco ī vtrūq; casū f actionē scripsit, g ut siue tutor sit, siue non sit qui gessit, actione tñ teneatur. Solent. n. magni errores intercedere, vt discerni facilè non possit, vtrū qs tutor fuerit, & sic gesserit: an verò non fuerit, pro tutore tamen munere functus sit. Pro tutore autem negotia gerit, qui munere tutoris fungitur h in re impuberis: siue se putet tutorem, siue sciat non esse, fingat tñ esse. Proindè & si seruus quasi tutor egerit: diuus Seuerus scripsit, dandū in dominū utile iudiciū. i Cum eo, qui pro tutore negotia gessit, etiam ante pubertatem agi posse, nulla dubitatio est: k quia tutor nō est. Quare si qs finita l tutela, pro

c Incertum sit. Pupillo quondam nūc adulto.

d Quis tutor. s. verè existens.

e Quasi tutor. s. cū non sit tutor.

f In vtrunq; casū. id est, siue verè fuerat tutor, siue verè non fuerat.

g Actionē scripsit. Non aperit quā, vnde dic, quādo tutor verè fuerit, distinguitur an sciuerit, & tunc tutelæ, an ignorauerit, & tūc protutelæ: vt ī. eo. l. quæro. & ī. ead. l. §. si curator. si verò non erat tutor, tūc indistinctè sciuerit vel nō, dūmodo gesserit ut tutor, hēat locū actio protutelæ: ut ī. ea. l. §. pro tutore. & qd' subijcit, actiōe tamē &c. ab eo casu eū distinctiōe tutelæ & protutelæ, altero indistinctè protutelę ut dictū est, & hoc secundum Azon. Vel dic hoc principium loqui quādo adult' est incertus, an administrauerit uer' tutor existens, aut non existens. Et quod dicit in utrunque casum, id est, quicunq; casus sit: dum tamen dubium est. & dic dari tantum protutelæ, si autē certus est de ueritate, habeat locum prædicta distinctio. & ad hanc literā facit quòd sequitur, solent enim &c. Item quod dicit, siue tutor est, siue non subaudi, dū tamen dubium est.

h Fungitur. In hoc casu datur ei actio negotiorum gesto. in eum qui sponte gerit: sed cum dicat pro tutore agere: ergo neg. gesto. habet locum, ut hic, & C. de test. tute. l. 4. in fi.

i Vtile iudicium. Id est, actionem protutelæ: utilem de peculio: ut supra de pecul. l. ex facto. Item argum. contra. infra eodem. §. si quis quasi. Item facit C. eod. l. t.

k Nulla dubitatio est. Vt suprà titulo t. l. a. §. finito. & infra rem pupil. salu. fore. l. non quasi. §. sed & à a eo. Accur.

l Finita. Ad tempus fortè datus erat.

Deinde

tutore negotia ĩpuberis gesſit tenebitur. Sed & ſi prius pro tutore administrauerit, deinde quaſi [a] tutor: æquè tenebitur ex eo, quòd ꝓ tutore administrauerit: quamuis deuoluatur [b] hic geſtus in tutelæ actionem. Si quis quaſi tutor negotia geſſerit eius, qui iam pubes eſt, neque tutorẽ habere poteſt: [c] protutelæ actio ceſſat. [d] Simili modo & ſi eius qui nondum natus eſt. [e] Nam ut ꝓ tutore quis gerat, eam eſſe perſonam oportet, cui⁹ ætas recipiat tutorem: id eſt impuberem eſſe oportet. Sed erit negotiorũ geſtorũ actio. [f] Si curator impuberi à prætore [l] datus negotia geſſerit: an quaſi pro tutore geſſerit teneaẽ, quæritur? Et eſt uerius, ceſſare hanc actionem: [g] quia officio curatoris [h] functus eſt. Si quis tamẽ cùm tutor non eſſet, cõpulſus à prætore, uel à præſide, dum ſe putat tutorem, geſſerit tutelam, uidendum, an pro tutore teneatur. Et magis eſt, ut quamuis compulſus geſſerit, teneri tamen debeat [i] quia animo tutoris geſſerit, cum tutor nõ eſſet. At iſte. [k] curator non quaſi tutor, ſed quaſi curator geſsit. In protutelę iudicio uſuræ quoque ueniunt. Sed utrùm ſolummodo in id quod geſsit, tenebitur: an uero in id etiã quod gerere debuit? Et ſi quidẽ omnino non attigerit tutelam: nõ tenebitur. [l] Neq; enim attingere debuit, qui tutor non fuit. Quòd ſi quædam geſsit: uidendum, an etiam eorum quę non geſsit, teneatur. Et hactenus tenebitur, ſi alius [m] geſturus fuit. Sed & ſi cognito, quod tutor nõ fuit: abſtinuit ſe administratione: uideamus, an teneatur, ſi neceſſarios [n] pupilli nõ certiorauit, ut ei tutorem peterent: quod uerius eſt. [o]

Celſus lib. xxv. Digeſtorum. II.

SI is, q pro tutore negotia gerebat, * cum tutor non eſſet, rẽ pupilli uẽdidit, nec res * ea uſucapta eſt: [p] petet eã pupillus: quanq̃ ei [q] cautum eſt. Nõ enim eſt eadẽ huius, quæ tutoris, rerũ pupilli administratio.

Iabolenus lib. v. epiſtolarum. III.

QVæro, an is, qui cũ tutor teſtõ datus eſſet, & idipſum ignoraret, ꝓ tutore negotia pupilli geſſerit, quaſi tutor, an quaſi ꝓ tutore negotia geſſerit, teneaẽ? Rñdit: Non puto teneri quaſi tutorem: qa ſcire quoque ſe tutorẽ eſſe [r] debet, ut eo affectu ne-

[a] Deinde quaſi. Id eſt, verè tutor: hoc enim quaſi, eſt veritatis expreſſiuum.
[b] Deuoluatur. Vt & ſ. tit. 2. l. ſi tutor poſt. §. fi.
[c] Habere poteſt. Vt ſupra de tuto. & cura. da. ab iis. l. Seiæ.
[d] Actio ceſſat. Cur ergo ſimiliter non ceſſat, vbi quis ſe putat tutorem, cũ eſſe non poterat: ut ſ. eo. §. proinde. quæ eſt at. contra. Reſp. quia ſeruus aliquando põt tutor dari. ſ. teſtamentarius: vt Inſtitu. qui da. tut. poſ. §. 1. & 2. ſed puberi nõ põt dari vllo modo, ſed ſi datum inuenias aliquẽ qui nullo mõ poſſit dari: dic idẽ, ut ceſſet ꝓtutelæ: ut ĩ milite: ut C. q da. tut. poſſ. l. armatæ. ſed certè ſeruus exiſtẽs ſeruus nunquam poteſt eſſe tutor. Vnde dic fauorem pupillis debitum notare differentiam.
[e] Natus eſt. Vt qa adhuc eſt in utero, nec naſcitur uiuus: vel nullo modo naſcatur: & ita nullus omnino videẽ fuiſſe: ut j. de verb. ſig. l. qui mortui. & ita cũ nullo tẽpore appareat tenuiſſe dationẽ tutoris: nõ ꝓtutelæ agit, ſed neg. geſt. vtili, vt ſubijcit. & ſ. ti. 2. l. poſthumo. & de ne. geſ. l. cum pater. & ſ. de teſta. tut. l. ſi nemo. §. fin.
[f] Actio. Vtilis. Accurſius.
[g] Hanc actionem. Scilicet protutelæ: ſed datur actio nego. geſt.
[h] Curatoris. Verè enim erat curator: & hoc ſciebat, & ſic gerebat ut j. e. l. quęro. Accur.
[i] Debeat. Actione protutelæ. Acc.
[k] At iſte. De quo ſ. proxi. §. dixi. qui verè erat curator. Alii dicunt, quòd nõ tutor gerens ut tutor teneaẽ protutelæ, ſed nõ curator gerens, vt curator nõ tenetur protutelę. Quòd hoc verum ſit, hęc litera nõ patiẽ. An aũt cõcurrat actio neg. ge. cum iſta actiõe? quidã dicunt qđ ſic: quia geril ſuſpicione neceſſitatis. tu dic quod nõ: vt no. ſ. de ne. geſ. l. 3. §. hac actione.
[l] Non tenebitur. Vt C. de teſt. tut. l. 1.
[m] Alius. Accedẽs protutor quaſi omnia geſturus tenetur in duobus caſibus, de gerendis. ſ. ſi alius erat geſturus omnia ut hic. Item & tunc quando incipit ſcire ſe nõ eſſe tutorem, & perſeuerauerit, aliàs non, qa eũ error excuſat: ut hic innuit, aliud eſt in ſpontaneo geſtore: qui ab initio acceſſit omnia geſturus: quia tenetur etiam ſi alius geſturus non erat: ut ſup. de neg. ge. l. ſi pupillus. §. fin. & facit ſup. de neg. ge. l. 5. in fi. Acc.
[n] Neceſſarios. Id eſt cognatos: ſic ponitur ſup. de iuſt. & iu. l. fi. & facit ſup. de admi. tut. l. tutores q. §. qui ſe. Acc.
[o] Quod verius eſt. Ergo ſi certiorauit non tenetur, niſi alius erat geſturus: aliud in ſpõtaneo geſtore, qui acceſſit vt omnia geſturus, vt modo notaui.

SI is qui. CASVS. Titius tanquam tutor, cum nõ eſſet, adminiſtrabat negotia Seij: & ſic administrando equũ Seij pupilli vẽdidit Caio, certè pupillus poteſt eum vendicare a Caio, ſi Caius adhuc non uſuceptt, quamuis habeat pupillus ob hoc obligatum dictum protutorem. Viuian.
[p] Vſucapta eſt. Scilicet poſt pubertatẽ pupilli: quia nõ vſucapitur res pupilli ante pubertatem: ut j. de acq. re. do. l. bonæ fidei. Vel uerius dic, quia nec potuit: vt d. l. bonę fidei. ſecus ſi nõ erat pupilli, licèt eius putaretur: ut j. de exce. do. l. apud Celſum. §. ſi quis non tutor. & ſic nõ ob. l. illa quæ videbatur contraria.
[q] Ei. Scilicet pupillo, qui ſatiſdat rem pupilli ſaluam fore, ſic & j. ti. 1. l. pupilli. & facit j. de re. e. l. qui neque.

QVæro an is. CASVS. Titiũ I teſtamẽto meo dedi tutorem meis filiis. Hic Titius neſciens ſe datum tutorem adminiſtrauit tutelam filiorum meorum. Certe tenetur eis actione protutelæ, & non tutelæ, nam ad hoc vt tutelæ teneatur, neceſſe eſt, quod ſe tutorem eſſe ſciat: hic autem neſciebat. Viu.
[r] Tutorem eſſe. Scilicet vt teneatur tutelæ actione: igitur tenetur hac actione protutelæ. Accur.

Aliqñ ſeruus pt tutor dari.

† Circa hoc dubitareẽ, an talis deberet ſatiſdare. & videtur ꝙ nõ: quia datus a iudice p inquiſitionẽ: ut C. de tutori. & curato. q ſatis nõ dede. le. 1. hodie tamẽ ſecus. vide gl. in d. l. 1.

* Sic in P. Fl. Hal. aũt ſcripſit, cũ tutor eſſet. ſed non recte.
* In P. Fl. non ẽ res.

Pupilli res ante pubertatem non vſucapitur.

Vi pro tutore.[a] CASVS. Ille qui administrat tutelam pupilli tanquam tutor, cum non sit, debet præstare in administratione fidem & diligentiam, sicut facit tutor verus, & si aliquid impēdat in negotiis pupilli, ad illud reputādum habet cōtrariā protutelæ actionē. & h. d. cū l. seq. Viu.

Tutor. Quā autē pstat tutor, dr ꝭ. de tute. & rō. distr. l. I. in prin. & C. arbit. tute. l. quicquid. & ꝭ. de admin. tot. l. à tutoribus. in princ.

Et qui. cōtrarium. Id est, contraria actio pro tutelæ: & statim: vt ꝭ. ti. j. l. j. §. j. & a.

...gotia gerat, quo tutor gerere debet.

Vlpianus libr. xvi ad Edictum. IIII.

Qui pro tutore negotia gerit, eandem fidem & diligentiā præstabit, quam tutor præstaret.

Vlpianus libr. x. ad edictum. V.

Ei, qui pro tutore negotia gessit, contrarium judicium competit.

TITVLVS VI.

QVOD FALSO tutore auctore gestum esse dicetur.

Quid differt hic titulus a superiori? Respon. hic consulit contrahenti cū pupillo falso tutore authore: vt ꝭ. l. I. §. fi. ille ipsi popillo. Item ille habet locum siue sciat se nō eē tutorē, siue credat se esse cū nō sit, vt ꝭ. tit. I. l. I. §. protutelæ. hic autem tm̄, quando scit se non esse: ut ꝭ. eo. l. nouissimè. in prin.

tur: vt j. de adi. le. l. 3. §. fi. & l. alũnæ. §. ab hæredibus. in fi. § igitur magis expressa: vt s. loc. l. q. ad certũ. quin imo & hæreditas adimit per epistolã: vt C. de ijs quib. vt in di. l. hæreditas. Quod ergo hic di. obtinet quoad institutiones hæredũ. quæ siue cancellẽtur post factum testamentũ, siue alijs modis dicat eos esse hæredes, nihilominus sunt hæredes: licet quandoque eis, vt indignis hæreditas auferatur: vt si eos indignos testa. nõ vocauit: vt j. de mili. test. l. milites. §. veteranus. & de iis quibus vt indig. l. cum quidã. & C. eo. l. nostrã. Nec obst. j. de adi. lega. l. alũnæ. §. j. quia magis conuenit prædictis. vel ibi ex donatione inter viuos petit Seia. & adde quod no. Inst. de adim. leg. §. legatorum.

In P.F. nõ est, nũcupare.

Instrumẽto an potius credẽdũ sit quã septem testibus.

Facit ad hunc §. c. literæ. in glo. j. prope fi. extra de donation.

P. Flo. explanasse.

Licebit ergo testanti, hæredes vel nuncupare,[a] vel scribere. Sed si nuncupat: palam debet[b] nuncupare.[b] Quid est[c] palam? Non vtique in publicum, sed vt exaudiri possit. exaudiri autem non ab omnibus, sed à testibus: & si plures fuerint testes adhibiti: sufficit solẽnem numerum[d] exaudire.

In mutando, vel addendo requiritur eadem solemnitas, quæ in construendo: secus in declarando. Barto.

Si quid post[e] factum testamentum mutari[f] placuit: omnia[g] ex integro facienda sunt. Quod vero quis obscurius in testamento vel nuncupat,[h] vel scribit an post solẽnia[i] explanari[k] possit, quæritur? vtputa, Stichum legauerat,[k] cũ plures haberet, nec declarauit, de quo sentiret.[l] Titio legauit, cum multos Titios amicos haberet: & errauerat in nomine,[m] vel prænomine, vel cognomine, cum in corpore nõ errasset, poteritne postea declarare, de quo senserit? Et puto posse.[n] nihil enim nunc dat, sed datum significat. Sed[o] & si notam[p] postea adiecerit legato, vel sua voce, vel literis, vel summam, vel nomen legatarij, quod non scripserat, vel numorum qualitatem: an rectè fecerit? Et puto, etiam qualitatem numorum posse postea addi. nam & si adiecta non fuisset: vtique placeret coniectionem fieri eius, quod reliquit, vel ex vicinis scripturis, vel ex consuetudine patrisfamilias,[q] vel regionis.

In testamento debent esse testes rogati, hoc est certiorati.

a Nuncupare. Quando sine scriptis.

b Nuncupare. Alias non habetur in textu, sed intelligitur.

c Quid est. Et sic istud quod palam debent nuncupare, locum habet in nuncupatiuo, nõ in testamento in scriptis: quia in illo potest iubere, vt clam stet nomen vsque post mortem suam.

d Numerum. Sic infra de sec. tab. l. cum tabulæ.

e Si quid post. Si ante consummatũ testamentũ quid immutet. videtur neque datũ. sed si post, tunc datum, sed ademptum: vt j. de leg. j. l. si ita sit scriptum. & de iis quæ in testa. delen. l. j. §. fi. & infra de hære. insti. l. si inæqualibus. & tunc quando post factum.

f Mutari. Addendo, adimendo, transferendo. & facit C. eo. l. hac consultissima. §. pe.

g Omnia &c. Vt hic et legata, cum cassata institutione cętera singularia cassent. ex hoc ergo dixit Py. quod legatum in testamento relictum adimi non põt, nisi et in testamento alio, vel codicillis testamento confirmatis. & pro hoc j. de re. iur. l. nihil tam naturale. Sed io. cõtra tã expressa voluntate, vt in Auth. de test. ndeic. colla. 9. §. manifestum. & j. de ali. lega. l. libertis. t. respon & Insti. de adem. leg. §. legatorum. & de vulga. substitu. §. si quis cum. & j. de liber. lega. l. non solu. §. liberatio. & C. de testa. tut. l. 2. & Insti. de act. §. si quis agens. sed Py. has intelligebat codicillis testõ cõfirmatis. Sed contra eũ est: quia etiã tacita voluntate adimi-

h Nuncupet. In testamento nuncupatiuo dico.

i Solẽnia. Id est. testamentũ cõpletũ.

k Stichum legauit. circa institutionem debuit exemplũ ponere: sed idem ibi erit.

l Sentiret. Adeo est obscurũ, vt non valeat: vt j. de reb. dub. l. si fuerit. Accursius.

m In nomine. Alio casu quã supra: quia s. in nomine non errauit.

n Posse. s. sine aliqua solennitate secundum Azo. et coram duobus testibus: vt infra de assi. lib. l. j. §. assignare. Sed ad quid fit, cum et sine ea valeat: cum de corpore constet, vt C. eo. l. si quis? R. ñ. vt sit clarius: vt infra eo. tit. l. si is. Itẽ quid si in corpore errasset: vt in Lau. vbi est in corpore erratũ: licet secus ibi fuerit seruatum. R. ñ. non valet: vt infra de hære. insti. l. quoties. & ideo solemniter oportet quod fiat: sed superiori casu valebat. Itẽ an idẽ in iudice: vt possit declarare? Arg. quod sic: vt infra de re iu. l. Paulus. & s. de in integ. rest. l. diuus. & C. de fruct. & lit. expẽ. l. terminato. & infra de app. l. ab executione. in prin. Item facit infra de leg. j. l. si quis a filio. §. j. & C. de fideicom. l. voluntatis. & infra de hære. insti. l. asse. & de legatis primo, lege, vnum ex familia. & de præto. stip. l. in prætoria.

o Significat. Sic s. si cer. ven. l. si cui. §. sed si quæritur. & j. de cond. & demon. l. filiæ. §. a Titia. & s. de don. inter vi. & vx. l. si donatæ. §. j. Sed arg. cõtrà j. de ver. sig. l. lege. & facit s. de arbi. qui tamen. & C. de leg. l. si Fortidianum. in fi. & infra de leg. 1. l. ille aut ille. §. j.

p Sed & si notam. Id est signũ, vel indicium aliquod, quare legatum, vel legatarius agnosci possit. H.

q Patrisfamilias. Habita in loquendo, vt hic: non in vtendo, vt j. de vi. tri. & oleo leg. l. iiij. quæ est cõtra. & facit ad hoc j. de leg. 3. l. numis. & de reg. iur. l. semper in stipulationib. & l. sp in obscuris. & de leg. j. l. si seruus plurũ. §. fi. s. de vsu. l. q semisses. & de pig. act. l. vel vniuersorũ. & C. de epis. aud. l. nemo. & j. de hæ. insti.

insti.l.qui non militabat.§.1.in fi.§.& ĩ. de eden l. si quis ex.§. initium.

a Rogati. sic in auth.de testi.§.sed licet.quæ est C.de test.auth.rogatis. Item sic ĩ.de diuor.l.nullũ. Sed sr. cõtra C.de cod.l.fi.in fi.Sed aliud est in codicillis.Itẽ arg. cõtra ĩ.de testibus.l.ad fidẽ. ut ibi no. Hug.

ADDITIO. Dic quod hic est de casibus.in quibus debẽt esse testes rogati,licet regulariter contra: ut in auth. rogati.C. de testi. sm Bart. hic.

b Idoneos. Sic ĵ.de mili.test.l.diuus.

c Actionis. Id est, actus:ut l auth. hoc ius porrectũ.in prĩci.C.de sac.san.ecc.

d Alienũ. Nisi ex necessitate:ut C.eo. l.casus.& l.cũ antiquitas. & nisi ad abundantiam. abundans enim cautela non nocet:ut C.eo. l.testamentis. calefactio ergo ceræ non est extraneus actus vel similis. & hoc subiicit. quod pro sed.& facit ĵ.de uerbo.obli.l. cõtinuus. & de duobus reis. l. duos.in fi.& de adul. l. quod ait.& de usu cap.l. possessio. Itẽ quid si in testamento dicam: vẽdo uel dono tibi rem talem pro centum: & tu consentis? Rñ. ualet uenditio? ut infrà de assig. lib.l. assignare.

e In P. F. actus.

A D testium. CASVS. Ad testamẽtũ Titij possunt esse testes ego & pater meus, & etiam fratres mei, qui sumus in potestate patris nostri cõis. Secundo dicit,quòd si testes sunt liberi eo tẽpore quo testa. signant,in scriptis factum ualet testa.etiam si efficiantur testes serui, postq̃ signauerunt ante mortẽ testatoris. Tertio dicit, qđ si testator det mihi testi anulum, cũ quo signare debeãt testm̃ suũ,ualet qđ sgn,ac si alieno anulo signassem:de quo qdẽ nõ est dubium, quin possim cũ alieno signare. Quartò dicit,testa.in scriptis inceptũ signauerunt testes, ut moris est:& sñ illud testa. cõpletũ testator turbauit signa. certe non videtur signatum:& ita nõ ualet. Quintò dicit qđ in test.in scriptis oportet, qđ quilibet testis apponat ibi nomen suũ,qđ signet test. & si alterum tãtũ facit nil agitur. Sed nunqđ tãtũ cũ anulo debet signare testis, an & cũ quodã sigillo,uel alia re, ubi sit signũ impressum? & uidet, quod sufficiat signum testis cum quo testa.signat esse impressum in quacunq; re:quia uarie hoĩes signãt. sed tñ.hic in contrariũ: ut tm̃ anulo signare dẽat testis.s. q anulus habeat characteres. i. signum testis in se anulo formatũ. Sextò dicit,qđ etiam de nocte põt signari test.per testes. Septimò dicit, q̃ nõ solũ valet testa.inscriptis factũ,si signa testiũ sunt apposita sup ipsa charta,ubi est scriptum test. sed etiam si sunt impressa super panno,in quo sunt inuolutæ tabulæ.id est charta,in qua est testa. scriptum. Viuia.

quod ad hoc sunt adhibiti. Bart.

In testamentis (in quibus testes rogati [a] adesse debent, ut testamentum fiat) alterius rei cã fortè rogatos, ad testandum non idoneos [b] placet. qđ sic accipiendum est, ut licèt ad aliam rem sint rogati, uel collecti: si tamẽ antè testimonium certiorentur ad testamentũ se eẽ adhibitos, posse eos testimonium suum rectè perhibere.

Vno contextu debet fieri testamentum. Bar.

Vno contextu † actionis [c] testari oportet. Est autem uno contextu, nullum alienum [d] actuum testamento intermiscere. Quòd si aliquid pertinẽs ad testamentum faciat: testamentum non uitiatur.

Idem libr. xxxix. ad edictum. XXII.

AD testium numerũ simul adhiberi possumus ego, & pater: & plures, qui sumus in eiusdem potestate. [e]

Tempore testamenti inspicitur, cuius conditionis sit testis.

Bartolus.

Conditionem [f] testiũ tunc inspicere debemus, cum signarent, non mortis tẽpe. Si igitur tunc cũ signarent, tales fuerunt: vt adhiberi possent: nihil nocet, si quid postea eis contigerit. [g]

Testis potest sigillare anulo testatoris, uel alterius. Bar.

Si ab ipso testatore anulũ accepero, & signauero: testamentum ualet, quasi alieno [h] signauerim.

Si testator turbauit signa: non uidetur signatum. Bar.

Si signa [i] turbata sunt [k] ab ipso testatore, non videtur signatum.

Requiritur signatio, & subscriptio: & alterum sine altero non ualet. Bar.

Si quis ex testibus nomen suum [l] non adscripserit, veruntamen signauerit: pro eo est, atque si adhibitus non esset. Et si (ut multi faciũt) adscripserit se, non tamen signauerit: adhuc idem dicemus.

Signari potest anulo, uel sigillo, uel quouis alio signo. Bartolus.

e Potestate. Vt Insti.eod. §. pater. & ĩ. de testib.l. pr.

f Conditionem. Sint liberi uel serui. hoc enim est conditio: ut Instit. de in. perso.§.1. & dic uerè uel putatiuè: ut C.eod.l. 1. Item an sint alias habiles: ut ĵ.eo.l. cum l. sic & testantis: ut ĩ.e. l.2. in eo cui relinquitur, tria tempora: ut ibi no.

g Contigerit. Non tñ seruus factus restificabitur, nec infamis: quia tẽpore testificationis cõditio testis inspicitur: ut ĩ.de testa.l.1. circa prin.testm̃ tñ pmanet. sed econtra seruus tpe testamẽti liber factus tẽpore testimonij non est idoneus, ut hic. secus alias: ut ĵ. de uerb.sig.l. notionẽ. §. instrumentorũ. Item liber testificans, & añ apertam tab. factus seruus ualet: ut d.l.1.ĩ.de testi.& facit ĵ.de aur. & ar. leg.l. medico. in prin & Insti.eo. §.sed tñ aliqs. & ĩ. de off.præt. l. Barbarius. & ĵ. de pœ. l.1.& ĵ. de iniuriis. l.iniuriarum. & ĵ. de secun. tab.l. 1.§. pen. Et no. argu.qđ pubes factus non fert testimonium de eo quod ante uidit, sed sic exigitur idoneus tẽpore testamenti: ut ualeat: & sic ut sit solenne, secus ubi veritas inquiritur.

h Alieno. Quod licet: ut Institutionib. eodem.§. possunt.sino tamen proprio, & cera: ut Institutio. de pupill.substitutio.§.igitur.Sed dic ut ibi. Et not.quod quando constituo procuratorem, etiam alieno sigillo possum signare.

i Si signa. Testium.& dic plenè ut C.eodem.l.nostrã. Item contra Institutio.eo.§.ex eo.& C.eo.l.hac consultissima.§.si quis.Solu.ut ibi.& facit infra,de milit. testam.l.in fraudem.§.fi.

k Turbata sunt. Ante perfectum. secus si post: ut infra, de iis quæ in testamen.delen.l.prima.§.sed consulto.

l Nomen suum. ut dicitur infrà l.penult. & facit C. eod.l. si unus. & de iis quibus ut indig.l. penul. & ĩ. de eden.l.1.§. pen.

Cautela abundans nõ nocet.

† Sic perscrutatis uotis singulorum in electione, dẽt mox scrutiniũ publicari: ut in c. quia ppp. cum glo. super uers.mox. ex. de elec. ubi ad hoc allegant p̃sentẽ §.

Pubes factus non fert testimonium de eo qđ añ uidit.

Anulo

Signum autem utrum anulo tantum [a] impresso [*] adhibem[us], an uerò & si non anulo, uerùm alio quodam impresso? uariè enim homines signãt. Et magis est: ut [*] tantùm anulo quis posit signare dum, tamen habeat [*] χαρακτῆρα. Posse [†] & nocte [b] signari testamentum nulla dubitatio est.

Signatæ tabulæ dicuntur, si est signaculum quod eis adhæret. Bart.

Signatas tabulas accipi oportet & si linteo, quo tabulæ inuolutæ sũt. signa impressa [c] fuerint.

Si testamentum restauretur, sufficiunt noua sigilla cum subscriptionibus primis. Bar.

Idem lib. iiij. disputationum. XXIII.

SI testamentum, quod resignauerit [d] testatori, iterum signatum [e] fuerit septem testium signis: non erit imperfectum [f] sed utroque iure ualebit, tam ciuili, quàm prætorio. [g]

Vnum testamentum potest publicari in pluribus chartis. Bartolus.

Florentinus libr. x. Institutio. XXIIII.

VNum testamentum plurib. exemplis [h] consignare quis potest: [*] idque interdum necessarium est, si fortè nauigaturus, & secum ferre [*] & domi relinquere iudiciorum suorum testationem uelit.

Ex testamento non completo nihil debetur. Bar.

Iabolenus lib. x. posteriorum Labeonis. XXV.

SI quis cùm testamentum faceret hæredibus primis nuncupatis, prius quàm secundos hæredes exprimeret, obmutuisset, magis cœpisse eũ testamentum facere, quã fecisse, Varus Digestorum libro primo Seruiũ rispondisse scripsit. itaque primos hæredes ex eo testamẽto nõ futuros. [i] Labeo tunc hoc uerum esse existimat, si cõstaret uoluisse plures eum, qui testamentum fecisset, hæredes pronuntiare. Ego nec Seruium puto aliud sensisse.

Verbum intestabilis, importat ne quis possit facere testamentum, nec esse testis in testamento, nec ei testimonium dicatur. Bart.

Caius li. xxij. ad edictum prouin. XXVI.

CVm lege [k] quis intestabilis [†] esse iube-

[a] Anulo tantùm. Hoc iure cauetur: sed in consuetudine non habetur. Vel sub. signatorio, ut sic excludat nõ signatoriũ: ut ĩ. de aur. & arg. leg. l. argẽto. §. ornamento. non aut alio sigillo maxime, quia lex simpliciter dicit. C. de testa. l. hac consultissima. I prin. & qui testa. fac. poss. l. hac consultissima. & facit C. eo. l. si vnus. & omnia sunt rotũda. Nam in anulo ideo fortè, quia primo imprimebatur per transuersum vt fieret circulus: postea in directo cum charactere. hic enim erit circulus in cera, qui est in charta & circunquaq; incidetur cera. i quo rotũdo imponet anulus cum charactere, & imprimet: ut ibi fiant signa.

[b] Nocte. C. de transac. l. nõ minorem. & supra, de feriis. l. moræ.

[c] Impressa. Vt C. eo. l. hac consultissima. in prin. Sed ar. cõtra ĩ. quod ui aut clam. l. si alius. §. notauimus. & ĩ. pro socio. l. nã socius. Acc. ADDITIO Dic quòd in cohærentibus: ibi in separatis. quod no. secundum Bart. hic.

SI testamentum. CASVS. Titi[us] testamẽtũ quod in scriptis fecerat, & quod testes clausum signauerũt aperuit: & eius Titij voluntate testes iterum signauerunt, nunqd valebit? Et dicitur quod sic & iure p̃torio, & iure ciuili. Viuian.

[d] Resignauerit. Id est, aperuit. sic resero, id est aperio.

[e] Signatum. Eius voluntate.

[f] Imperfectum. Licet enim reserauerit vel resignauerit, non induxit. non aboleuit, nõ cancellauit. aliàs secus esset: ut C. eo. l. nostram. Et no. quod facilius renascitur res, quàm de nouo nascatur: ut ĩ. de secũ. tab. l. qui ex liberis. §. testamento. & supra, de don. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. pœnitentia.

[g] Prætorio. Iure ciuili exigitur præsentia testium: iure prætorio numerus, & sigilla. vt Insti. eo. in princ. & ad hoc ĩ. de secun. tab. l. 1. §. planè.

VNum. CASVS. Hic dr̃ q̃ faciens testa. potest illud facere scribi in duabus chartis, ita quod totum testa. sit in unaquaq; charta. Viu.

[h] Exemplis. Impropriè, cum utrunque sit authenticũ: ut ã. de fi. instr. l. quicunq;. dic ergo i. charta. & facit ĩ. de secũ. tab. l. 1. §. si quis in duob. & Inst. e. §. fi. & facit ĩ. de aur. & arg. leg. l. pediculis. §. Labeo. Acc.

SI quis. CASVS. Titius volens instituere sibi hæredes Seium, & Sẽpronium: Caiũ, & Martinum nuncupauit Seiũ, & Sẽproniũ solos, & obmutuit, ita quod Caiũ, & Martinum nuncupare non potuit: nunquid nuncupati habebunt hæreditatem? & certè non, quia Titius non fecit test. sed facere cœpit.

[i] Nõ futuros. Imò vĩ contra: ut C. eo. l. iubemus. §. quid si non fuerit. Solu. hic nõ potuit alios instituere, utpote mutus, ibi sic. Vel hic omisit substitutos: ibi institutos: quod non placet: ut hic in fi. Vel verius dic ut ibi. Item quid de legatis? Respõ. nõ ualẽt. ut C. de fideic. l. eã quĩ. Nec ob. ĩ. de codi. l. fi. quia ibi fuit plena voluntas, licet non scripta. aut. n. ẽ p̃fecta & nõ scripta. ut ibi. aut non p̃fecta: nec scripta: ut hic. aut perfecta & scripta: sed deest h r̃s esto: ut C. e. l. error̃. & eodẽ mõ fuit perfecta. ĩ. de iis quib. ut indig. l. cum quid. §. 1. & l. eũ tabulis. §. fin. Itẽ hoc fallit inter liberos. ut C. eo. l. hac consul. §. ex imperfecto. vel expone ibi. id est, nõ solenni. Itẽ quid si illi instituendi erant non capaces? videt q̃d non impediant primos, cum exp̃ssim nõ impediret, ut ĩ. d̃ le. 1. l. si duobus. §. 1. sed hęc lex videtur velle contra. & facit ĩ. e. l. ea. & facit. s. fami. erc. l. i hoc indicio. & ĩ. tẽ rat. hab. l. amplius. de codic. l. fi. §. 1. & de iis q̃bus ut indi. l. pen. & sup. de inoff. test. l. si mater.

CVm lege. CASVS. Aliquis fecit carmen famosum de Titio: & de hoc condẽnatur, & ita iussus est esse intestabilis: ut sup. eo. l. is cui. §. fi. & de testi. l. ob carmen. quæritur quid contineatur sub hoc verbo intestabilis? & certè tria, scilicet ut test. facere non posit. itẽ quod aliquis non posit ei testis esse in testamento, si quod faceret. Item quod ipse repellatur a testimonio ferendo pro aliquo. Viu.

[k] Cum lege. Pone exemplum in damnato crimine famoso: ut sup. de test. l. ob carmen. item in furioso, mente capto, & similibus, secundum Ioan.

Putant

[*] P. F. impressum.

[*] Bar. censet hic deesse negationem ut non tantum.

χαρακτῆρα, id est, formã insculptamq; signi imagine. n.

Cõcor. gl. in c. cõsuluit. in glo. super verb. odit lucẽ, in fi. de off. deleg.

Renasci facilius ẽ q̃ de nouo nasci.

[*] Sic quis põt impetrare plures literas ad lites ad cautelam. idem dicit glo. 1. post prin. in c. ex tenore. extra. de rescrip.

[*] In P. F. nõ est domi.

[†] De hoc vocabulo: intestabilis, vid. hic Bar. & eũ dẽ in l. j. I fi. de su. & leg. hæred.

tur, eò pertinet, ne eius testimonium recipiatur: & eò amplius (vt quidã putãt) [a] neve ipsi dicatur testimonium.

Scriptor testamenti non prohibetur esse test. in testament. Bar.

Celsius lib. xv. Digestorum. XXVII.

Domitius Labeo Celso suo salutẽ. Quæro, an testium numero habendus sit is, qui cùm rogatus [b] est ad testamentum scribendum, idem quoque cùm tabulas scripsisset, signauerit: Iuventius Celsus Labeoni suo salutẽ. Aut non intelligo, quid sit, de quo me cõsulis: [c] aut valde stulta [d] est consultatio tua, plus enim quam ridiculum est dubitare, an aliquis iure testis adhibitus [e] sit, quoniam idem & tabulas testamenti scripserit.

Seruus potest iussu testatoris testamentum scribere Bart.

Modestinus [illegible] XXVIII.

Seruus, licet alienus, iussu testatoris testamentum scribere nõ prohibetur.

Ex scriptura non lecta vel publicata coram testibus, non probatur testamentum. Bar.

Paulus lib. xi[illegible] sorum. XXIX.

Ex ea scriptura, quæ ad testamentum faciendũ parabatur, si nullo iure testamentum perfectum esset, nec ea, quæ fideicommissorum verba habent, peti posse. [g]

Verba si non valet iure testamenti &c. important vt debeantur relicta venientibus ab intestato. Bar.

Idem respondit ex his verbis, [h] quæ scripturæ paterfamilias addidit, ταύτην τὴν διαθήκην βούλομαι εἶναι κυρίαν ἐπὶ πάσης ἐξουσίας.

Videri eum voluisse, omnimodò valere ea, quæ reliquit, etiam si intestatus decessisset.

Hic ponitur forma qualiter testis debeat se subscribere. Bar.

Idem [illegible]

XXX.

Singulos testes, qui testamento adhibentur, ꝓprio chirographo [k] annotare conuenit, quis, & cuius testamentum signauerit.

---

[a] Putant. Et malè, secundum quosdam. vel dic ab initis, sed à volentibus sic. Vel secundum Azo. dic in testamento tantum. nam cum non posit testari, non poterit ei dici ab aliquo testimonium. sed in contractibus, & iudicijs poterit ei dici testimonium, ne ius suũ pereat: & sic intelligitur hæc lex ad tit. Vel secũdum Hu. & R. forte erit intelligendũ etiã in contractib. sed dices in tali, qui de grauiori sit crimine damnatus: ita quod perdat libertatẽ, vel patriam: & sic nihil habet: & de talib. loquit hæc lex. & sic in testamẽto, & in alijs. Est ergo aliud dicere, iste non põt testari. qualis est filiusfamilias & similes? & tamen sunt testes, aliud quando præcipitur esse intestabilis: quia tunc tria importat, scilicet vt testamentum non faciat: vt s. eo. l. si eu. §. fi. Item nec sit testis. Itẽ nec alius sibi: vt in hac. l. an au tẽ posit capere, dic vt no. d. l. is cui. §. fi. & facit supra, de te. l. scio. & C. de spo. l. 3. Item videtur hic, q infamis non põt esse testis in testamento. sed falsum est quia & seruus, nisi consiet apud omnes. Acc.

Infamis in testamento testis eẽ potest.

[b] Rogatus. Titius volens in scriptis facere testan. etiã vocauit sex testes. & vnum qui testamẽtum scriberet, & testis esset, & ita adhibuit septẽ inter scriptorẽ & testes, & fecit testamẽtũ: nunquid valet? & certe dicit Iuuẽti', Celsus interrogatus de hoc a Domitio Labeone quod valet, & non bene qualiter respondit. Vt

r. Hor. me consu le[illegible]. at v[illegible] tot tẽ consulueris.

[c] R[illegible] bendũ: qa non est necesse vt roget [illegible] bendũ: sed vt sit testis rogabit. vt subijcit. v[illegible] e vt testis: vt s. eo. l. hæredes. §. fi. Ac.

[d] Signauerit. Vt testis.

[e] S[illegible] ius tel[illegible] n C de trans. l. vt responsum.

Adhibitus. ergo tabellio cõputat in numero testiũ. sic C. q test. fac. pos. l. hac cõsul. §. qđ si. & facit. C. e. l. cũ ant quitas. §. fi. & in Auth. de fi. inst. §. sed oportet. col. 6. Sed ar. cõtra in Auth. de fi. inst. §. sed & si instrumẽto. Sed spẽ e in dictis casib. vt no. d. l. hac consultissima. a. l. tẽ [illegible] s. de pac. l. si [illegible] iures. §. necnon & vnus.

[f] [illegible] Titius volens in scriptis facere testamentum. bene potest facere scribi per seruum etiam alienum, & valebit.

[f] Non prohibetur. Vt C. eod. l. hac consultissima. in prin. & l. iubemus. & in auth. ibi posita. Nec ob. C. de tab. l. generaliter. libr. 10. quia hæc non est publica scriptura, cum & ipse testator posit scribere: sed postea publicatur: ut C. eo. l. 2.

[g] Ex ea. Si aliquis vult facere testm, & illud facere incipiat, & in eo legata & fideicommissa relinquat, & ipsũ testm̃ solenniter non cõpleat: non solũ nõ valebit istitutio hæredis: sed nec etiã legata, & fideicõmissa. postea dictus Titius faciens testm̃ talia verba in eo inseruit hoc meũ testamentum omni iure valere volo. certè his uerbis videtur voluisse omnia quæ per eam scripturam reliquit, peti posse: hæredisque institutionem, si iure directo nõ valeret, in fideicõmissi petitionem trahi: vt saltem iure codicillorum valeat ea scriptura.

Posse. Vt C. de codi. l. fi. in prin. & de fideicõ. l si veritas. & C. e. l. si vnus, & supra e. l. si is. & C. de manumis. test. l. si iure. & ĵ. de leg. 3. l fideicõmissa. §. 1. & ĵ. de iure codicil. l. 1. Hug.

[h] Ex his verbis. Fortè talia erant in Græco: legata, quæ reliqui, & fideicommissa dari volo ab omni hær. de meo etiã ab intestato. vt C. de fideicom. l. eã quam vel talia. vt ĵ. de leg. 2. l. cum pater. §. filius. vel talia: vt C. de codicillis. l. fi. Hug. vel dic vt infra de iniusto testamento. l. posthumus. §. final. Sed nunquid tota hæreditas debetur ab hæredibus venientibus ab intestato instituto in tali non perfecta voluntate? Respon. sic argumen. infra de iniusto testamento. l. posthumus. §. fina. & ad Trebellian. l. si quis priore. nam & totum appellatione relicti continetur: vt in Auth. de hæreds. & fal. colla. 1. §. & hoc quidem. Sed arg. contra supra, de inofficioso testamen. l. Titia. sed ibi est ratio.

No. q quamuis nõ sit publica, præsumit tamen uera & solẽnis, nisi cõtrarium probetur. l. si post diẽ. & ibi Bal. C. de iu. & fact. igno. sed quomodo intelligatur vide Pau. de Ca[illegible]. in l. serui electio. in fi. de le. 1.

Id est, hoc testamentum: ratũ esse uolo, quacunq; ratiõe poterit. Quib. uerbis putat Alcia. lib. 4. dispu. cap. 19. etiam institutiones hæredum contineri: ut si directo iure non subsistat in uim fid[illegible] tẽ fid[illegible] missi ualeant.

CASVS. Singulos. Testes qui adhibentur ad testamentum in scriptis faciendum, debent in propria eorum subscriptione in testamento facienda designare nomen suum, & testatoris.

[i] Testamento. In scriptis.

[k] Chirographo. Id est in ꝓpria subscriptione, in qua nomen suum, & testatoris designetur: vt hic, & quando [illegible]

doq; nomen hæredis similiter: ut C.eo.l.iubemus.apparet hic quod non subscribit unus pro alio, nisi in testamento rustici: ut C. eo.l.fi.sed fortè idem est nuncupatiuum, licet scriptum. & facit C. eo.l.hac consultissima.§.fi.& ī.eo.l.ad testium.§.si quis. Accur. Floren. consti.princ.l.fi.& facit de re. uen.l. si in rem.§.licet. & § & si uestimenta. & l.Pomponius.in fin.& C.eod. l.3.& infra.de leg.j. l.filiusfamilias.§.diui. & de rebus dub.l.si fuerit.& infra de manu. test.l. cum ex plurib. & supra,de test.tut.l. duo. Accur.

Ius. CASVS. Si aliquis dicat inter vicinos suos, ego scribã Imperatorem heredem, & postea decedat facto testõ, vel non: Imperator siue fiscus nõ põt bona illius occupare. Viu. a Eius bona. Et facit C. de test.l.noluimus. & l.ex imperfecto.& Inst.quibus modis test. infir. §.fi.& C.de cad. toll. l.prima.§.fi. Acc.

Iuxta hoc æq. ssit mũ Imperatoris g- tinacis edictõ refert Iul. Capitolinus I eodem. Vel pterilis.

Verba prolata causa iactantiæ non inducunt dispositionem. Bar.

Idem libro v. sententiarum. XXXI.

Eius bona, a qui se imperatorem facturum hæredem esse iactauerit, a fisco occupari nõ possunt. †

TITVLVS II.

DE LIBERIS & posthumis hæredibus instituendis, uel exhęredandis.

DE LIBERIS & posthumis hę[redibus] in[sti]tuendis, &c.

Post testamenta incipit de institutione & exhędatione liberorũ natorũ, & nõ natorũ. sed j̄.de hęre.insti. generaliter de omnib.instituendis dicit.& no. qđ dicit pteritis,nõ prętereundis: quia hoc faciendum nõ est: sed instituendi, uel exhæredandi ut infra eo.l antep.

Id dicitur fieri nominatim, quod ita exprimitur, ut de eo nequeas dubitari. Alex.

Vlpianus libro j.ad Sabinum. I.

Qvid sit nominatim b exhæredari, uideamus. Nomen c & pnomen, d & cognomē e eius dicendum est, an sufficit uel unum ex his? f Et constat sufficere. g

Indefinita, quæ non potest nisi ad unum referri, orationi singulari æquiparatur. Alex.

Idem libro sexto regularum. II.

Nominatim h exhæredatus filius & ita uidetur, Filius meus exhæres esto: etsi i nec nomen l eius expressum sit, si modò unicus sit. Nam si plures sunt filij: k benigna interpretatione potius à plerisq; respondetur, nullum exhęredatum esse. l

Adiectio matris facit quem uideri nominatim exhæredatum: & adiectio conuicij exhæredationem non uitiat. Bar.

Idem libro primo ad Sabinum. III.

Et si a pepercerit.

a Quid sit nominatim. Dicit Inst. de exhæredatione lib. quod filij debent à parentibus institui, uel nominatim exhęredari, ad hoc ut testamentum eorum nõ sit ipso iure nullum. hæc prima l. & secũda, dicit plane quid sit nominatim exhæredate. Vi.

b Quid sit nominatim. Quod erat olim opus in masculis, non in fœminis hodie contra. ut C.eod.l.fin & Instit.de exhære.lib.circa prin.& §.nostra.

c Nomen. Proprium.

d Prænomen. Ab euentu. Acc.

e Cognomen. A cognatione.

f Ex his. Scilicet tribus.

g Sufficere. Etiam unum, si modo per eum possumus esse certi. ut s̄.si cer.pe l.certũ.& j̄.de hær.inst.l.quoties.in prio. Sed arg. cõtra s̄.de tranl.l.cũ hi.§ si ptor.

ADDITIO. Dic quod ibi omittebatur aliquid in solennitatibus: hic non erat necesse, ꝙ poneretur nisi nomen tãtum, quãdo ex illo redditur certa persona secundum Bar. hic.

h Nominatim. Et si, id est quamuis.

i Nomen. Proprium.

k Filij. Et dixit, filium meum exhæredo.

l Nullum exhæredatum esse. Propter odiũ exhæredationis. 1 est enim odiosa: ut j̄.eo.l.cum quidam. secus ubi est fauor, 2 ut s̄.de testa.tute.l. si quis ita.§.si quis filio.& infra de adimen.leg.l.3.§. si duobus. & de leg j.l.qui filiabus.§.j.& de lib.leg.l.2.& infra de accep til.l.pluribus.quæ sunt arg.contra.sed in eis est fauor, & ideo prorogãdus: ut d.l.cum quidã. & facit supra, de

Placet Bar. unde in odiosis indefinita non æquipollet uniuersali. P. Alexand. & Ias.

x Exp̄sso tñ noie appellatiuo. Alex. & Ias.

a Et si pepercerit. CASVS. In principio l. dicit quod rectè exhęredatur filius à patre hoc modo. ex Seia natum exhęredo. & rectè similiter exhęredatus uidetur, si cum conuicio eum exhæredauerit, & de hoc ponit exēplum. Item debet exhęredari filius pure, adhoc ut testamentum non annullet. Filius autem. Titius faciens testamentum instituit sibi heredem Seium, & postea exhęredauit filiũ suũ: & postea instituit Caiũ, & postea substituit Semproniũ Seio, & Caio. nunquid est rectè exhęredatus filius? & dicitur quod sic, & erit à gradu institutorũ exhęredatus, non autem a gradu substituti. unde gradus institutorum ualebit, & non gradus substituti: quia ab eo gradu inuenitur pęteritus. si autem retento eodem casu sit filius exhęredatus hoc modo: à persona Seij instituti filium meum exhęredo, nihil valet exhęredatio: quia a certa persona exhęredari filius non potest: sicut & in isto alio casu non ualet exhęredatio, quisquis mihi hęres erit, filius meus exhęres esto &c quę quidem exhęredatio sine dubio nihil ualet, quia fuit facta sub conditione, & conditionalis exhęredatio nihil ualet: ut supra, prox.§.& quod fuerit facta sub condōne, patet. nã uoluit filiũ esse exhęredē, si adita esset hęreditas, & non alias. Ante hęredis. Titius testm̃ faciens ita dixit: exhęredo filium meum Seiũ, & instituo Caium mihi hęredem. Et si Caius hęres non erit substituo ei Sempronium, & si Sempronius hęres non erit, substituo ei Sequolã. nunquid ualet exhęredatio filij? & dī ꝙ sic, & ab omnibus prędictis gradibus est exhęredatus. Sed quid si ita dixit testator, instituo mihi hęredē Seium, & filium meũ exhæredo. & si dictus Seius hæres non erit, substituo ei Sempronium. nunquid ab vtroque gradu est exhęredatus filius? & dicitur quod sic: & sic valet vterq; gradus. Item quid si ita dixit testator: Primus hęres esto in dimidiã hęreditatis meę. & si dictus primus hęres non erit, secũdus ex dicta dimidia hæres esto: & ex alia dimidia tertius hęres esto: filius meus exhęres esto. & si dictus tertius hæres non erit, quartus sit hęres. nunquid est exhęredatus ab vtroq; gradu filius: & dicitur quod sic? unde ualet uterque. Si ita. Testator instituit Sempronium hęredē & si Sēpronius hæres nõ esset, substituit ei Caium & Seiũ, deinde adiecit, filium meũ à substitutis exhęredo. Quærebatur, an tale testamentum ualeret? R. Iu. decoñ. ex

Ibi fuit expressũ nomē proprium: & sic cõcor. tex. & idē I l. sequē. Alex.

a P. Fl. si nec nomen.

a In Pan. Flo. pepercerit. sed hic rectiꝰ.

Sententia Sabini. Cassii, & Iuliani ualere quidem testamentum quantum ad secundum gradum, a quo filius est exhæredatus: non autem quæsitum ad primũ gradum, cum ab eo filius reperiatur præteritus. Itaque perempto primo gradu, testamentum uires accipiet a secũdo gradu. cum enim institutio hæredis sit nulla propter filiũ præteritionem, & ob id institutus non potuerit esse hæres, certè locus erit substitutioni. Substitutus. n. alicui, si hęres nõ erit, cẽsetur substitutus etiam in eũ casum, quo institutus non potuit esse hæres.

rit [a] filium dicere, ex Seia [b] autem natum dixerit, rectè [c] exhæredat. Et si cum conuicio dixerit, non nominandus, vel non filius meus, latro, gladiator: magis est, ut rectè exhæredatus sit: & si ex adulterio [d] natũ dixerit. Purè [e] aũt filium exhæredandum Iulianus putat: qua s̃nia utimur.

Clausula posita inter unum capitulum, ad illud tantum refertur, sed posita inter plura capitula, uel ante omnia, uel post omnia: ad omnia refertur. Item exhæredatio facta a certa persona uel sub conditione non ualet. h.d. usque ad §. si ita.

Filius inter medias [f] quoque hæredum institutiones rectè exhæredatur: & erit à toto [g] gradu submotus: nisi forte ab unius persona eum testator exhæredauerit. [h] Nam si hoc fecit, uitiosa erit exhæredatio, quẽadmodũ [i] si ita eũ exhæredauerit, Quisqs mihi hæres erit, filius exhæres esto. Nam (ut Iulianus scripsit) huiusmodi exhæredatio uitiosa est: [k] quoniam post aditam hæreditatem uoluit eum submotum: [l] quod est impossibile. Ante hæredis institutionem [m] exhæredatus, ab omnibus gradibus submotus est. Sed & inter duos gradus exhæredatus, ab utroque remotus est, secundũ Scæuolæ sententiã: quam puto ueram. In eo, qui miscuit duos gradus, exhæredationem ualere, Mauritianus rectè putat: uelut, Primus hęres esto ex semisse: si primus hæres non erit, secundus ex semisse hæres esto. Tertius ex alio semisse hæres esto. Filius exhæres esto. si tertius hæres non erit, quart⁹ hæres esto. Nam ab utroque gradu submotus est. [n]

Testamentum potest incipere à gradu substitutionis uulgaris si præcedens gradus institutionis erat nullus. Alex.

Si ita testatus sit paterfamilias, ut à primo quidem gradu filium [o]

[a] Et si pepercerit. Id est, noluerit dicere.

[b] Ex Seia. vxore alias inepta esset exhæredatio: ut infra de ver. obl. l. quidã. Item vnus tantum ex ea erat natus. alias cõtra s̃. l. pxi.

[c] Rectè. Id est, s̃m ordinem iuris.

ADDITIO Impropriè ponitur secũdum Ale. & propriè exponitur in l. 2. s̃. de inof. testa. Bartol. Alexand. & Iason in l. lecta. s̃. si cert. peta.

[d] Ex Adulterio. valet exhæredatio: licet sit cõtra, infra. de Carbo. edict. l. 1. §. idẽ ait, eũ quidã. contra. Sol. [1] illud uerum q̃tũ ad Carbonianum: sed quãtum ad hoc vt verè sit exhęredatus necne, distinguitur: aut credebat eũ ex adulterio natum & non erat: & tũc nõ valet: ut infra eo. l. si posthumus. §. fin. si uero sciebat filium, tunc valet: ut hic. Item contra, infra de leg. 1. l. turpia. Solu. hic stetit in genere, ibi in specie: quia talem hominem occiditur infra de hęre. instit. l. his uerbis. §. 1. & l. quoties. §. si quis. Item facit hic ad fi. s̃. de inoff. test. l. si instituta. §. ei qui. Acc.

[e] Purè. Non sub conditione: [2] vt infra de hær. insti. l. si quis Semproniũ. in fi. & l. iam dubitari. & infra de contratab. l. sub conditione. nisi in casu: ut eũ filius instituitur sub conditione casuali. & in defectum eius exhæredatus: ut C. de insti. & substi. l. si patet. & d. l. iã dubitari. Item in alio: [3] ut infra de uen. in pos. mit. l. 1. §. sed & si incertum. uel die ut ibi not.

[f] Inter medias. Id est, inter unum institutum, & aliũ institutum: & sic inter gradum. hoc casu etiam loquitur j. eo. §. fi. & j. ti. 1. l. 3. §. fi. non autẽ est hoc inter gradus: licet quidam contra: ut. j. tit. 1. l. pe. & j. e. l. pe.

ADDITIO. Dic quod ad omnes gradus ibi non porrigitur: sed ad illum, circa quem ponitur, porrigitur secundum. Bat. hic.

[g] Toto. Illo. non aliis gradib. qd̃ dic ut j. ti. 3. l. p. §. p.

[h] Exhæredauerit. hoc adiecto: vt infra de contra tab. l. non putauit prætor. §. si ab vno. quod in dubio non erit credendum, ut quis eligat uiam ad impugnanda sua iudicia: ut infra de milit. test. l. 3.

[i] Quemadmodum. In hoc est simile, quia vtrobique non valet exhæredatio. Acc.

[k] Vitiosa est. Vt eo gradu non obuniat tunc hęreditas ista: quippe conditionalis est: ut infra de uulga. substitut. l. qui liberis. ergo nulla: ut s̃. proxim. §. dixi.

[l] Submotum. Id est, exhæredatũ esse. sub conditione scilicet, si aditetur hæreditas. ante ergo inueniebat se p̃teritum: quare ipso iure testamẽtũ nullũ est. Et not. quod expressa nocẽt, non expressa non. nam hoc non expresso ita demũ tenet exhæredatio, si institutus sit hæres: nec tamẽ hoc debet exprimi: ut hic, & infra de hæred. instit. l. si quis Sẽproniũ. §. fi. & infra de contratabu. l. pen. §. sed cum exhæredatio. Et est argu. infra de condi. & demon. l. nonnũquam. & de reg. iur. l. actus.

[m] Ante hęredis institutionẽ. primus gradus est institutorum, secũdus substitutorum: exhæredatus ante omnes ab omnibus videtur exhæredatus: vt hic, & idem si post omnes, [4] vt C. eo. titu. l. 1. Idem si inter primum, & secundum gradum: vt in fi. huius §. si autem inter vnum institutum, & alium institutum: vel inter vnum substitutũ: & alium substitutũ: obtinet s̃. eo. §. filius. & sic est vis inter gradum, & gradus, scilicet plurale, & singulare. Item nota quinq; necessaria in exhæredatione. Quæ nominatum est faciẽda: vt infra l. proxim. Item pure. Item a gradu toto, non a persona certa: ut s̃. hac l. Item ab hęreditate, nõ à re certa: vt infra eo. l. cum quidam. Item hodie causa est inferenda: [5] vt C. eo. tit. auth. non licet.

[n] Submotus est. Nam a primo est exhæredatus post omnes gradus: à tertio est exhæredatus inter gradus & sic bene dicit: ut patet per superiora.

[o] Filium. Iã natũ, secus in posthumo: ut infra tit. 1. l. nã & si. §. fi. hoc ideo, quia posthumus [6] nõ rũpit gradus, nisi demum natus: ante ergo q̃ nascatur, valet primus, & secundus pendet ex eo: quare primo vitiato per natiuitatẽ posthumi, vitiatur & accessoriũ, sed in iam natus secus: quia hic gradus a quo est præteritus, statim est nullus: secundus ergo, vel etiam præcedens ex eo non pendet, sed ex se sumit vires: cum ergo ab eo grada

* Exhæredari in P. Flor.

[1] Placet Bat. sed displicet Alexã. Soci. & Ias.

* In P. Fl. nõ est hæres.

[2] Etiã potestatiua Bat. Pau. Alexã. & Ias.

[3] Quia ibi in nascituro, hic in iã nato. B. P. Alexã. & Ias.

Expressa nocẽt, nõ expressa non.

[4] Reprobat I tex. s̃m Bart. & Ias.

Exhẽdatio ut ualeat quinque requiruntur.

[5] Nam q̃ adeat hẽditas s̃m Paul. Ale. & Ias.

[6] Placet Bar. & Ia. licet contra teneãt Bald. Pau. & Ale.

gradu hic secundus non pendeat: meritò illo non ualente, hic secundus non uitiatur, sic & alias differunt: ut not. C. de liber. & posthum. l. 3. & ad hoc ꝟ. titu. 2. l. 3. §. ex his.

a Solo. Hoc expresso, ut quidam ponunt, sic: Sempronium instituo: & ei Titium substituo. a quo filium meum exhæredo: sed certè exhæredatio nulla est, 1 cum à persona certa sit exhæredatus: ut s. ea. l. §. filius autem. Ponamus ergo cum facta est exhæredatio inter gradum, quare uideatur exhæredatus a toto, & solo illo gradu: ut hic, & s. eodem. §. filius. nota. secũdum Azo. Tu potes dicere, ut à persona non valeat nominãdo personam: at à gradu sic: vt à secundo, uel à primo gradu exhæredo: ut hic. & infra eod. l. si à primo. & lege, si posthumus.

b Capere. Sic econtra facere potest: ut infra titul. 2. l. pen. Azo. & infra eod. l. si à primo. facit ad hoc ꝟ. de uulga. sub stitu. l. ex facto. §. Lucius. & infra de contra tabu. l. non putauit. §. à primo. & de hæredi. instit. l. si filius. & ꝟ. titul. 2. l. nam si miles. & argu. infra de hære. instit. l. si is qui soluendo. Acc.

1 Imò sol nañ si vnꝰ tñ sit substitutus. Pan. Ale. & Ias.

præteriret, à secundo solo a exhæredaret: Sabinus & Cassius, & Iulianus putãt, perempto primo gradu: testamentum ab eo gradu exordium capere, b unde filius exhęredatus est, quę sententia comprobata est.

Institutio posthumi trahitur ad omnem posthumum, etiam ex alia uxore natum. Bart.

Idem libro tertio ad Sabinum. IIII.

PLacet, omnem c masculum posse d posthumũ hæredem scribere: siue iam maritus sit, siue nondum uxorem duxerit. Nam & maritus repudiare uxorem, e & qui non duxit uxorem, postea maritus effici potest. Nam, & cum maritus posthumum hęredẽ scribit: non utique is solus posthumus scriptus uidetur, qui ex ea, quam habet uxorem, ei natus est, uel is q tunc in utero est: uerum is quoque, qui ex quacunque uxore f nascatur. †

PLacet. CASVS. Istud est planũ, quod si aliquis masculus facit testamentum posthumum suum scribere debet hæredem, vel exhæredare, ad hoc vt testamentum suũ non rumpatur postea posthumo nato, & sic præterito inueniente: vt ꝟ. ti. 2. l. 3. 2. respon. Siue ergo aliquis habeat vxorem, siue non, & faciat testamentum, & timeat ne rumpatur propter aliquem suum posthumum, qui postea posset nasci, potest per hanc l. in suo testamento ita dicere, posthumum meum, si quis mihi nascetur, hæredem scribo, & si vxorem habeat, & taliter scribat vt dixi: non solum videtur instituisse posthumum, si quis nascetur ex vxore, quam habet tempore testamenti, sed etiam illum qui nascetur ex secunda vxore: mortua, uel repudiata ea, quam habet tempore testa. Viuianus.

c Omnem. Scilicet testantem.

d Posse. Id est, debere. 2 sic s. de qui. re. ad eun. iud. eatur. l. 1. & subaudi vel exhæredare. aliàs nam præteritus rumpit testamentum ut ꝟ. ti. 2. l. 3. 2. respon. secus autem in fœmina, quæ præterire potest, quia eius præteritio valet pro exhæredatione: vt Insti. de exhæred. lib. §. mater. & ꝟ. eo. l. Gallus. §. nunc de lege. nisi ut C. de inof. test. l. 3. vbi habetur pro institutione. Acc.

† Videbatur p hũc §. q quãdo Papa delegat cãm non sub noĩe dignitatis, sed sub noĩe proprio, q successor illius possit cognoscere, sed nõ est ita: ut in cap. qm Abb. cũ gl. 2. extra de off. delega.

2 Imo stat pprlè ſm Iaso.

e Repudiare uxorem. Et ita efficitur non maritus.

f Qui ex quacunq; vxore. Nota mirabile propter fauorem institutionis, & testamenti cõseruandi, & propter odium præteritionis, ut ita uitetur, ad quod facit ꝟ. e. l. cum quidam. & ꝟ. de uer. ob. l. quoties in stipulatu. & de lega. 2. l. Titia. §. Lucius. & s. e. l. 2. & secũdum hoc non sunt contra ꝟ. de verb. sig. l. boues. §. hoc sermone, & qui, & a qui. l. matrimonij. & s. de iur. dot. l. dotis promissio: facta tamẽ exhæredatio dicto modo, omnem posthumum 1 cõprehendit: vt ꝟ. tit. 2. l. 3. §. pe. & facit infra de condi. & demon. l. hæc conditio. & l. si lix. §. Titia. & s. ꝓ me. cau. l. si mulier. §. quod metus. & infra de lega. 2. l. cum pater. §. pater. & ꝟ. de vulg. sub. l. in substitutione.

Iabole. lib. 1. ex Cas. V.

IDeoque qui posthumum g hæredem instituit, si post testamentũ factũ mutauit matrimonium: is institutus uidetur, qui ex posteriore matrimonio natus est.

Qui impeditur generare propter accidens, non impeditur posthumum instituere: secus si a natura. Bart. & Alex.

Vlpianus libro iij, ad Sabinum. VI.

SEd est quæsitum, an is, qui generare facilè non possit, h posthumum hæredem possit facere? Et scribunt Cassius, & Iabolenus posse. Nam & uxorem ducere, i & adoptare k potest. Spadonem l † quoque posse m posthumum hæredem scribere, & Labeo, & Cassius scribunt: quoniam nec ætas, n nec sterilitas ei rei impedimento o est. Sed si castratus sit: Iulianus Proculi opinionem secutus non putat p posthumum hęredem posse institue-

g IDeoq. Posthumum. simpliciter. aliud si dixerit, quẽ habeo. vel posthu. meum vel ex tali fœmina 4 nasciturum: ut ꝟ. e. l. filius. §. si quis. & de auro & arg. lega. l. si ita. & s. de seru. vrb. præd. l. si seruitus. & facit infra, l. proxim.

SEd est quæsitũ. CASVS. Aliquis senex de quo nõ est verisimile, quod possit amodo generare, an poterit posthumũ suum hæredem instituere? & certe sic. nã si nõ habet uxorẽ, potest eam ducere, & Deo fauente filios generare. Itẽ potest adoptare sibi filium post test. Item & spado qui habet vnum testiculum, potest posthumum instituere, castratus autem non: sed. Hermaphroditus in quo virilia præualent, si timeat suum test. rumpi. bene potest suum posthumum instituere hæredem. Viu.

h Non possit. Vt senex.

i Ducere. Vt C. de nuptiis. l. pen.

k Adoptare. Vt s. de adop. l. si pater. §. fin.

l Spadonem. Cuius est generalis appellatio: ut infra de uerbo. sign. l. spadonem.

m Posse. Si ante genuit quam esset spado: & erat in vtero: uel intelligitur 5 de eo spadone, qui habet unũ solum testiculum, cui non obest ad generandum: uel intellige de eo posthumo, quem adoptauit postea, & non de legitimo & naturali. nam bene potest adoptare: ut s. de adop. l. 1. §. illud. Hug.

n Nec ætas. De qua ꝓdixi: si quoquo modo põt generare, licèt difficulter: ut ꝟ. e. l. si qs posthumos. in prin.

o Impedimento. Nam & contrahit matrimonium: ut supra de iure dot. l. si serua. §. si. Hug.

p Non putat. Nã nec adoptare potest, vt Inst. de adoptio.

3 Placet Rayn. & Bart. licet contra teneãt Petr. & Bald. & Pau. & Alex.

4 Displicet Ale. & Iaso. quia tunc exponeñ, scilicet mihi nascitutũ licet placeat Acer.

† Ad huiꝰ loci intellectũ uide quæ scripsit Alci. in l. spadonum. ff. de uerb. sig. ubi spado nõ varia genera recenset. Vide & Institutiões Theophili titu. de adoptio. §. sed et illud.

5 Vterq; itellectus est restrictiuus ad text. licet sit uerus in se, ſm Ale. & Ia.

prio.§ ſed & illud.nec contrahit matrimonium: vt ſ. de iure dotium.l.ſi ſeria.§.fin.& dicitur caſtratus, id eſt,caſtè natus: qui propter ſui frigiditatem nec agere, nec generare poteſt. Spado qui cultello ex accidenti amiſit,qui poteſt agere,ſed non generare.

re,quo iure vtimur. Hermaphroditus planè ſi in eo uirilia præualebunt,[a] poſthumum hæredem inſtituere poterit.

Teſtamentum ex quo impoſſibile eſt hæreditatem adire de iure ciuili, primum teſtamentum non rumpit. Bar.

Paulus libro primo ad Sabinum. VII.

SI filius qui in poteſtate eſt, prçteritus[b] ſit, & uiuo patre decedat: teſtamentum[c] non ualet: nec ſuperius[d] rumpetur.[e] Et hoc iure utimur.

Filius iam natus rumpit ſpē eius gradus, a quo prætcritus eſt in continenti: poſthumus uerò ſtatim cum naſcitur. Bar.

Pomponius lib. j. ad Sabinum VIII.

SI a primo[f] hærede inſtituto filium exhæredauero, a ſecundo[g] autem ſubſtituto nō exhæredauero: & dum pendet, an prior[h] aditurus ſit, filius deceſſerit: ſecundum ſententiã,[*] qua utimur, non erit ſecundus[i] hæres quaſi ab initio inutiliter inſtitutus, cum ab eo filio exhçredatus non ſit. Sed & ſi poſthumo[*] filio idē acciderit, ut natus[k] uiuo patre,[*] a quo exhæredatus ſit, moriatur: eadem dicenda erūt de ſubſtituto: quoniam cum natus eſt[l] filius, loco eius eſt, qui ſuperſtes eſt.

Qui poteſt habere poſthumum naturaliter, licet cum difficultate: ſine expectatione triſtis euentus, uel ſine turpitudine poteſt poſthumum, inſtituere. ſecus ſi inſtituat poſthumum, quem habere non poteſt ſine turpitudine, uel expectatione triſtis euentus. Alexand.

Paulus libro j. ad Sabinum. IX.

a Prçualebunt. Alias ſi muliebria prçualeant: tunc quia prægnans eſſe poteſt, inſtituere poſthumum pōt: [1] & ſecūdum hoc habeas maximè, & non habūdat: uel dic quod ſuperabūdat: & verbum poterit, ponitur pro debebit. & ideo ſecus erit in muliere: quia ipſa nō habet neceſſe: inſtituere, uel exhçredare: ut dixi ſ.l. placet. altàs eſt in litera planè. & tunc ſimiliter dic poterit, id eſt, debebit, [3] & plana eſt. & facit ad hoc ſupra, de ſtatu hom.l.quæritur. & de teſta.l.repetū darum.§.1.Hug.

[1] Placet Iaſo. licèt diſplicere videatur Bal. & Pa.

[2] Placere vr̄ Batto. Bal. & Fa. cōtra Iaſ.

[3] Diſplicet, quia deſtruit tex. ſm̄ Iaſ.

SI filius. CASVS. Titius fecit teſt. & inſtituit filium cum quibuſdã alijs: vel etiam eū exhçredauit: poſtea fecit ſecundum teſtamētū in quo inſtituit alios, & dictum filium prçteriit. nunquid rumpitur primum teſtamentum per ſecundum? Et dicitur quòd non: quia ſecundum non valet ipſo iure, cum in eo ſit prçteritus filius in poteſtate teſtatoris exiſtens, & hoc eſt verum, etiam ſi dictus filius moritur viuo dicto ſuo patre.

b Prçteritus. In ſecundo teſtamento.

c Teſtamentum. Secundum in quo fuit præteritus: vt Inſtitu. de exhçred.lib. In princip.

d Superius. Primum, in quo fuit exhçredatus, uel cum aliis inſtitutus. Acc.

e Rumpetur. Per hoc, in quo prçteritus eſt filius, & hoc dicunt quidam verum, cum in primo erant inſtituti venie̅tes ab inteſtato: [4] vt C. de teſt.l. hac cōſultiſſima.§. ſi quis.ij.reſpon. ſed alius eſt ibi caſus. Itē & deficit ibi ſecundū rationem omiſſç ſolennitatis: hic ratione prçteritionis: regulariter ergo teneas ut perfectum non tollatur per non perfectum: ut d.§. ſi quis in prin. Sed videtur huic l. contra. Inſtitut. quib. mod. teſta.infir.§. poſteriore. at ibi ſecundum ab initio tenuit, hic nullum fuit. Item contra, infra tit. 1.l. poſthumus, ſed aliud eſt in poſthumo, quam in filio iã nato. & eſt ratio, quam dixi ſ. eo.l.3.§.ſi.& C.eo.l.a. Item facit j.tit.1.l.filio. & j. de uulg. ſubſtit.l. ſi quis.§.ſi.

[4] Diuinat ſm̄ ſcribē tes hic.

SI à primo hçrede. CASVS. Titius faciēs teſt. ita dixit: primū inſtituo mihi hçredē: & filiū meum exhçredo, & ſecundum inſtituo mihi hçredē: & ſi primus & ſecundus mihi hçredes non erunt, ſubſtituo eis tertium. & ita filium exhçredauit inter gradū inſtitutorum: & à gradu ſubſtituti eum prçteriit, & ita ipſo iure non ualet gradus ſubſtituti: poſtea deliberantibus inſtitutis utrū uellent adire, vel repudiare, dictus teſtatoris filius deceſſit, & poſtea deliberatione plenè habita per dictos inſtitutos repudiauerunt hæreditatem, nunquid ſubſtitutus poteſt habere hçreditatem? & uidetur quod ſic: quia quamuis ſuus gradus non valuerit ab initio propter prçteritionem filij ab eo factam: tamen filius deceſſit antequam inſtituti repudiarent: unde mortuo obſtaculo ſubſtitutis, & inſtitutis poſtea hçreditatem repudiantib. uidetur ſubſtitutus habere debere: ſed nō eſt uerum: quia ſubſtitutio, quæ ab initio fuit inutilis, non poteſt conualeſcere, Quod autem dixi in filio iam nato, & intra primum gradum exhæredato, & a ſecundo gradu prçterito, idem erit in poſthumo filio, cui idem acciderit. & qui poſthum[*] natus fuerit uiuo patre, a quo exhçredatus eſt a primo gradu, & qui poſthumus mortuus eſt uiuo ſuo dicto patre, uel deliberantibus inſtitutis nam inſtitutis prædictis repudiantibus hæredi. non habebit ſubſtitutus, cum ſuus gradus ipſo iure non valuerit propter prçteritionem poſthumi ab eo factam, nato ſcilicet poſtea poſthumo. & eſt ratio, quare ſit idem in hoc caſu, quod eſt in primo caſu huius l. quoniam cum natus ſit poſtea poſthumus filius, eſt loco eius filij qui ſuperſtes eſt tempore teſtamenti, de quo ſuperſtite dictum eſt in princip.l. Viuianus.

[*] Aliqui libri bn̄t, ſm̄ Iuliani ſnīam.

[*] P. Flor. qd̄ ſi ī poſthumo.

[*] Viuo primo, qua lectione tolles ingentem dubitationē, q̄ apud Accurſ. eſt.

f Si a primo. Dic, inſtituo Titium, filium exhçredo. inſtituo Seium: ſi inſtituti hæredes non eſſent: ſubſtituo Sempronium, & ſic exhçredatio eſt intra gradum, ut ſ.e.l.3.§.ſi. quod dicit ſi a primo, dic.i. inſtitutio[5] primo gradu. nec ob. ſupra, eod.l.3.§. filius. uel dic primo hçrede.i. primo gradu in genere loquēs, ſed alij dicunt expreſſim ab uno gradu poſſe exhçredari: vt not. ſupra, eod.l.3. filius. pro quibus eſt hçc lex. & dicunt primum & ſecundum eſſe propria nomina. Accur.

g A ſecundo. Scilicet gradu ſubaudi &c.

h Prior. Id eſt, inſtituti in primo gradu.

i Non erit ſecundus. Id eſt, inſtituti in ſecundo etiā non accipientibus primis inſtitutis. Acc.

k Idem acciderit vt natus. Falſum dicit: quia nō fuit dictum.ſ. quod filius uiuo, uel non uiuo patre moriatur. unde dic idem.ſ. ut ſit exhçredatus tantū à gradu primo, & non à ſecundo, & quod ſubijcit ut, pone, p[6] &: & ſic non expoſitiuè, & quod dicit uiuo patre. determinet natus, non uerbū moriatur: quia mortuo patre, & dum hçredes inſtituti deliberant, hic moritur. ſecus autem ſi patre uiuo: quia teſtamētum ualet iure prætorio: vt j. tit.1.l. poſthumus. itē poſt mortem huius hæredes repudiant, & non admittitur ſubſtitutus: ut hic dicit, & j eo.l. ſi poſthumus. ſecundo reſponſo.

l Cum natus eſt. Non prius, fauore teſtamenti. alias autem

[5] Placet Bat. & P. diſplicet Alc. & Ia.

[6] Vt, dictio modalis no. ſ tit.C. de his q̄ ſub mo. Bart. in l. 1. 8. col. in ſi. de cōd. & demōſ. & quo ponatur uide ad lōgum in Spe. in tit. de all. & diſput. §. ultimo.

autem habetur pro iam nato: ut supra de statu hom. l.qui in utero. sic quod dicit supra, proxi.quasi ab ini tio & c. est sic. j.de re. iu; l.omnia.& l. quæ ab initio C.de leg & con.l.non dubium.& infra de uulg.substi. l.si quis.in fi.& j.tit.a.l.pe.§.fi.& C.eo.l.1.& 2.

SI quis posthumos. CASVS. Titius fecit test. & instituit sibi certos hæredes: postea fecit secundum testamen. cum ualde esset senex, uel in magna infirmitate positus, ita quod non erat uerisimile quodămodo de facili filios generare. & in hoc secundo testamen. dixit, posthumos meos instituo mihi hędes: nunquid rumpitur primum testa. per secundum? & uidetur quod non: quia in secundo sunt instituti tales, de quibus non est uerisimile quod nascantur. sed certe bene rumpitur.& est ratio, quia spectare debemus possibilitatē naturę quantum ad generandum, & etiam consuetudinē generandi: & non uitium quod habet testator propter tempus. i.propter senectutem:& non infirmitatē similiter, propter quę duo abducatur homo a generandi facultate: nam multi sunt & fuerunt, de quibus non sperabant uicini eorum, quod amplius haberent filios propter senectutem, uel infirmitatem, & tamen habuerunt Deo fauente. si autem in secundo testa. instituisset sibi hęredem posthumum suum, qui nasceretur ex uxore Sempronij, stante matrimonio cum Sempronio: talis institutio est turpis, & non ualet: & ideo nō rumpitur primum testamentum. Si filium. Titius habens filium, & ex eo nepotem, & utrumque in potestate sua, fecit testamentum, & instituit sibi hęredem quendam extraneum. & filium exhęredauit. nepotem pręterijt, postea decessit Titius. deliberante aut posthumo instituto utrum adiret, uel non, decessit filius. postea institutus hęreditatem adiuit. nunquid nepos prędictus pręteritus rumpet testamentum, & auferet hęreditatem instituto ipso iure? Et uidetur quod sic, quod mortuo Titio auo, & antequam adiret institutus, filius decessit. unde nepos uidetur esse suus hęres auo mortuo.& inuenit se ab eo præteritum, & sic uidetur testamentum ipso iure non ualere: sed certe nō rumpet: quia tunc demum rumpit aut testamentum, cum uiuo auo moritur filius, & nepos effectus suus hæres auo uiuo inuenit postea se ab eo præteritum. Sed quid retento eodem casu si filius capiatur ab hostibus uiuo auo, & uiuo, uel non uiuo dicto auo apud hostes decedat filius, nunquid nepos præteritus ab auo, ut dictum est, rumpet ipso iure testamentū aut? Et dicitur quod sic. fingitur enim filius mortuus prima hora captiuitatis, & sic ab hora captiuitatis filij usq; ad mortem aui fingitur nepos fuisse suus hæres auo. unde nō est mirum, si inueniens postea se pręteritum rumpit testamentum. Sed pone retento eodem casu, quod Titius auus decessit relicto filio exhęredato in eius lite, & relicto nepote præterito: filius autem qui posset agere contra institutum qui adiuit hæreditatem: & querelā inofficiosi testamenti contra eum intentare, repudiauit illam querelam, & decessit: nunquid nepos rumpit testamentum? & certe non ualet ipso iure pp præteritionē de se factam, neq; per querelā inofficiosi te.t.& ita non est ruptum test. in hoc casu, sicut est ruptum in superiori casu, cum fuit filius captus ab hostibus, & ibi mortuus. sed retento eodem casu quid si auus moriatur, & postea filius: & postea institutus ab auo repudiet hæreditatem? certè erit nepos legitimus hæres aui, quia uerba l.12.tabu. quæ sunt Instit.de hæredi.ab intest.in prin. & in quibus continetur, si aliquis intestatus mortuus sit, ueniāt hędes ab intest.&c. non tātum referuntur ad tempus mortis testatoris, sed et ad tempus, quo hæres institutus a testatore repudiauit hęreditatem, & sic siue decedat filius Titio non facto à se testamento, siue facto, sed postea destituto semper uidetur ab intestato decedere. Quamuis autem dictu sit in princi. huius legis, quod per institutionem eorum posthumorum, quos quis non facilè habere potest, obstāte ualetudine aut ætate, superius testamentum rumpatur: tamen per institutionem posthumi, quem quis sperat se habiturum ex ea, quam non liceat ei ducere, qualis est consanguinea, non rumpitur prius testamentum t.te factum: benè autem rumperetur primum testamentum si in secundo institueretur ille posthu. qui nasceretur ex sorore adoptiua testatoris: quia potest euenire, quod testator eam habebit uxorem, puta si adoptio dissoluatur. Viu.

SI quis posthumos, quos per ætatem, aut ualetudinem habere fortè non potest, [a] hæredes instituit, superius [b] testamentum rumpit: quod [c] natura [d] magis in homine generandi, & consuetudo [e] spectanda est, quam temporale uitium, aut ualetudo, propter quàm abducatur homo a generandi facultate. [f] Sed si ex ea, quæ alij nupta sit, posthumū [g] quis hæredem instituerit: ipso iure non ualet, quòd turpis sit institutio.

Qui tempore mortis testatoris non tenebat primum locum in suitate: licet post mortem tenere incipiat, non rumpit testamentum ut suus, licet sit præteritus, nisi fingatur tenuisse primum locum t. uiuo testatore. potest tamen ut suus ab intestato succedere, si reperiat se tenere primum locum tempore quo aperitur uia causæ intestati: quamquam post mortem testatoris hoc contingat. Alex.

Si filium exhæredauero, nepotemq; ex eo præ

* Vulgat. abdicatur & uidetur melior.

[a] Non potest. Facile, si tamen eos habebit, habebūt hæreditatem. uel intelligo instituisse nepotes suos, qui non instituti rumperent testamētum uel posthumos, id est, filios quos adoptauit: quia & hi locu posthumorum sanctur infra, tit. j.l.posthumorum.& Instit.qui. mod.test.infir.in prin.& secundum hos duos intellectus uerbum quos, facit simplicem relationem. sic C. de inoff.l.dominium. Sed argu.contra ad tertium, j.de cond.& demon.l.fideicommissum. & de leg. 2.l.si ita quis.§.fi.sed hoc ne rumpatur testamentum. Itē quid si nullus hic nascitur? Respon. primum rumpitur per l.istam. quamuis secundum non habeat hęredem: ut j. tit.j.l.cum in secundo. sed quidam dicunt non rumpit testamentum primum nisi nato posthumo: quod est contra hanc l. ibi, quod natura &c. & quia hic dicit rumpitur. Item quid secūdu primum casum, si nullos omnino habere poterit? Respon. nec primum rūpitur nec secundum ualet: ut s. e.l.sed est quęsitum.§.1.& 2.

[b] Superius. Fecerat ergo duo testamenta: in secundo hæredes instituit posthumos, de quibus hic dicit: certe primum testamentum rumpit per secundum: ut hic, quia natura &c.

[c] Quod. Id est, quia.

[d] Natura. Id est, possibilitas naturę.

[e] Consuetudo. Generalis, quę est altera natura.

Consuetudo est altera natura.

[f] Facultate. Id est, facilitate. Acc.

[g] Posthumum. Vt suus: & est sic j.eod.l.pe.sed contra in ult. responsio. Solu. ibi iure ciuili erat matrimonium prohibitum: hic naturali. Item cōtra j.e.l.filius.§.pe. Sol.ut ibi. Item contra j.eo.l. posthumum. Sed ibi uidua: hic alij nupta. Vel pone in posthumo alieno: sed tunc hodie corrigitur ut Inst. de bo. pos. in prin.

teriero: & alium hæredem instituero, & superuixerit filius post mortem meam: licet ante adi tam hæreditatem decesserit, non tamen nepotem rupturum testamentū,[a] Iulianus, & Pomponius, & Marcellus aiunt. Diuersumque est, si in hostium potestate filius sit, & decesserit[b] in eodē statu. Rūpit enim his casibus[c] nepos testamentum[d] * quod moriente[e] auo filius pependerit * [f] non abscissum,[g] ut superiore, casu[h] fuerit.[i] Sed & si hæres institutus[k] omiserit[l] hæreditatem, erit legitimus[m] hæres, quoniā hæc uerba,[n] § si intestato moritur § ad id tēpus referuntur, quo testamentum destituitur,[o] nō quo moritur. Sed si ex ea,[p] quam nefas sit ducere, posthumum hæredem instituero: non putat rumpi testamentum[q] Pomponius. Sed si per adoptionem sororem factam habeam, potero posthumum ex ea hæredem instituere: quia adoptione soluta, possum eam ducere[r] uxorem.[s]

Qui prouidet filii in uno casu, non uidetur in alio casu omisse sibi prouidere: & prouisio simplex ad omnes casus refertur. Alexand.

Pomponius lib. j. ad Sabinum. X.

Commodissime is, qui nondum natus est, ita hæres instituitur. § Siue uiuo me, siue mortuo natus fuerit, hæres esto. § aut etiam pu-

[a] Testamentum. Quia nec ex l.xij.tab.cum alius mortis tempore præcedebat: ut Inst. de hęre. ab inte.§.ita demum. nec ea l. Vell. secus si filius esse mortuus auo uiuo: ut ℑ.tit.j.l.posthumorum.§.j. & Insti.de exhęre. liber.§.posthumorum.& C.eod. l.j. Item hoc uetum est. ut præteritus: sed per querelā ex persona patris agere potest hodie: ut C.de inoffic.test.l. sancimus.in fine,& l.si quis filium. Itē nec contra tabu.habet hic nepos: ut ℑ.de contra tab.l.illud.§.t.

[b] Decesserit. In captiuitate post aditam hæreditatem ab instituto, uel ante. Accur.

[c] His casib. Id est hoc casu, uel, id est, talibus casibus. sic ℑ.de rei uē.l.in rē. §.in omnibus. Acc.

[d] Testamentum. Quia hic filius qui uiuente patre est captus, etiam si post mortem sui patris moriatur, fingitur tamen ea l.Corne. decessisse ea hora, qua captus est: ut Institu. quib.nō est permis. facere test. §.si. unde ea l.Velleia, rumpit nepos testamentum: & facit ℑ.eo.l.pen.

[e] Quod si morien te. Vel habeas si, uel sub.& die moriente, id est, mortuo: ut C.de episc.& cle.l.nulli.§.sin autem persona. ibi, oritur, id est, ortus est. & supra de negotijs gestis.l.tertia.§.hæc uerba. & est illud ideo, quia eo uiuo nulla esset repudiatio: ut C. de inoffic.testamen l.si quando. §.illud. Item dic quod repudiauit post aditam hæreditatem: quia ante nulla esset repudiatio: utpote nec nata querela: ut supra de inoffic. testamen.l. Papinianus.§. si conditionem. Accur.

[f] Pependerit. Alias repudiauit alias pependit, id est, repudiauit. scilicet querelam.

[g] Non abscissum. Scilicet erit testamentum. & non est dicendum ut rumpatur testamentum. alias exponitur abscisse, id est, indistincte: ut ℑ.de iure immu.l.semper.§.ij. Acc.

[h] Superiore casu. Cum decessit in captiuitate filius. & est similitudo per contrarium, uel referas ad primum.& est certa similitudo.

[i] Fuerit. Præteritum coniunctiui pro pręterito indicatiui, id est, fuit. Item nec habet hic querelam, ut pote a patre repudiatam: ut C. de transa. cum mota.

[k] Institutus. In testamento, in quo fuit filius exhęredatus, nepos pręteritus: ut in prin. huius §

[l] Omiserit. Id est, repudiauerit, eodem scilicet casu quod adire potuit: ut ℑ.proxim.& in princ. huius §.in medio autem cum adire non possit, ut pote testamento rupto. nec repudiare posit: ut ℑ. de acquir. hęred. l.is potest. Quid autem si adiuit primo? Et hoc tertio casu habet nepos querelam ex persona patria: nisi pater eam repudiauit: ut prędixi.

[m] Legitimus hęres. Scilicet nepos, & suus: ut & Institu. de hęre.ab intesta.§. cum autem quęritur. Azo.

[n] Hęc uerba. Scilicet legis xij. tabul. ut Instit.de hęred.ab intestat.in princ.

[o] Destituitur. Repudiatione. si ergo hic nepos succedit ab intestato ut suus, non rumpit testamentum ut suus. hoc ideo, quia filius præcedebat tempore mortis. nā ut quis rumpat, oportet quod tempore mortis nullus eū præcedat. Sed ad hoc ut sit suus ab intestato, oportet quod fuerit in potestate testatoris tēpore mortis: hic autem non quæritur: nisi cū certum fuerit nullum ea testamento hęredē esse: & hoc ideo, quia donec est locus successiuni ea testamento, non patet locus ab intestato: ut infra de acquir. hære. l.quandiu. & facit ad hunc §.infra tit. j.l. si quis filio. in princ.& Inst.de hęredum quali. & diffe.§.sui. & de legi. agna.succ.§. proximus. & infra, unde lib.l. scripto hærede. & de suis & legi.l.t.§. sciendum.

[p] Sed si ex ea. Rūpitur testamentum per quasi posthumū pręteritu: ut ℑ. proxi. ibi, diuersum est &c. sed quandoque non rumpitur etiam per uerum posthumum: ut hic.

[q] Testamentum. Scilicet primum, cū hoc sit nullum: ut hic.& supra eo.l.t.§.t.& l.si filius. Sed contra infra, eo.l.si filius.§.pen. Sol. ut ibi.

[r] Ducere. Puta monachum, uel scęnicam, uel arenariam. Hug. sed male: ut C. de nupt.l.imperialis. & Infra, prox.§.idem in consanguinea pone.

[s] Vxorem. Vt ℑ.de rit.nup.l.per adoptionem.& Insti.de nupt.§.sed si qua.& infra de uerb.obl.l. si stipuletur: nec inciuile est casum emancipationis expectare: licet sit inciuile expectare casum diuortij: ut supra ead.l.§.t.quę est contra, & alium casum &c. ut infra de uerb.oblig.l inter stipulantem.§.sacram. Item hic est prohibitio de iure ciuili. ibi de iure naturali: sicut & supra, pro a.resp. ubi dicit netas: quod ad ius naturale refertur: ut supra, de iustit.& iur.l.t.§.fi. & l.ut uim. & ℑ.de adul.l.si adulterum.cum §.t.Item facit ℑ.eo. l.filius.§.pen. quia ibi non est licitum expectare eam fieri nobilem, vel liberam.

* Alciat. libr. pręter missu.j.in dictione, repedare, sic legit: Qđ si moriēte auo filius repedauerit: nō abscissū est &c. Porro repedare significat reuerti. nos autem Florentinam scripturā hoc loco sequuti sumus. Vide Ant.Aug. emēdati. lib.3.c.7.

* Propter ius postliminij.§. si ab hostibus. quib. mo.ius pa tr. po.sol ui. Instit.

Commodissimè. CASVS. Si aliquis faciens testamentum timeat, ne per posthumum suum rumpatur testamentum: potest commode posthumum ita instituere, posthumus meus sit mihi hęres, siue nascatur me uiuo, siue me mortuo: sed & neutrius prędictorum temporum habita mentione potest instituere, unde natus postea posthumus non rumpet testam. cum nō inueniat se pręteritum, imo institutū. Quid si ita posthumum instituit testator, instituo mihi hęredem posthumum, si me uiuo nascetur: & postea posth. nascatur mortuo testatore? certe rumpit testamentūquia inuenit le

uitse præteritum, & quantum ad eū'um, qui est omissus in institutione nedum pure, sed etiam sub condi. non videtur institutus. Viu.

a Purè. Hoc est neutrius.

b Alterutet, id est, vnus.

c Fuerit. Quia dixi, si me uiuo nasce ref: aliud si me mot tuo omisi: si nasca tur me mortuo, rūpit testamentum, & econuerso.

d Qui omissus. Alias qui, alias quo.

e Rumpit testamē tū. Scilicet in hunc casum quo est omissus. Sed contra C. eod. l. fin. Solu. hoc corrigitur. Vel ibi sunt duo casus alij ab istis: ut ibi patet, quibus intèrpretatur l. illa ita ualere si nascatur in uita, sicut & post mortem, nisi contrariū appareat: ut & alias ¶. de hęr. instit. l. 2. in prin. & ¶. eo. l. si ita. 1. respon. & C. de inoffi. testamen. l. 3. de morte ergo ideo posuit, qa eredebat ibi eum nasciturum post mortem: ut infra ad Tre bell. l. mulier. Item argum. contra ¶. de condic. ob cauf. l. si extraneus. Sed dic ut nota. ¶. solut. matr. l. si cum dotē in princi. & facit ¶. de uen. in pos. mitt. l. 1. §. sed & si quis uentrē. & ¶. de uul. subst. l. si pater filiū impuberē. in princ. & infra eo. l. posthuma. Sed arg. contra infra eod. l. filio. a in fin. & Instit. pro soc. §. illud.

ADDITIO Dic quia ibi casus omissus continetur sub expresso ex cōsequenti necessaria: hic secus secundum Bart. Paul. Alex. & Iasonem.

* Cōprehensus.

re, a neutrius temporis habita mentione. Si alter uter b casus omissus fuerit: c eo casu, qui omissus d sit, natus rūpit testamentum: e quia hic filius nec sub cōditione qdem scriptus hæres intelligitur, qui in hūc casum nascitur, qui non est testamento apprehensus. *

Filius in potestate patris sic cedens ex testamento, uel ab intestato, non duntaxat nouum dominium acquirere, sed illud quod habebat in uita patris continuare: & acquirere dicitur solum mutationem ad ministrationem, quam non ipse, sed pater in uita habebat: licet possit exhæredari. Ale.

Paulus libro ij. ad Sabinum. XI.

IN suis hæredibus eui dentius f apparet con tinuationem g dominij eò rem h perducere, ut nulla videatur hæreditas fuisse i quasi olim hi domini essent, qui etiam uiuo patre quodam modo k domini existimabantur. Vnde l etiā filiusfamilias m appellatur, sicut paterfamilias sola nota hac adiecta, per quem distinguitur genitor ab eo, qui genitus sit. Itaq; post mortem patris non hæreditatem percipere uidētur, sed magis liberam bonorum administrationem consequūtur. Hac ex causa licèt nō sint n heredes instituti, o tamē domini tamē sunt: p nec obstat, quod liceat eos ex hęredare, quos * & occidere licebat. q

Etiam qui de uentre sectus est, dicit testamentum nullum ratione præteritionis: dummodo fuerit animal, id est cum anima rationali natum, licet cum diminutione corporis. Alex.

Vlpianus libro ix. ad Sabinum. XII.

QVod dicitur, r filium natum rumpere testamentum: natum accipe, & si ex secto s uē tre editus sit. Nam & hic rumpit testamentum, scilicet si nascatur t in potestate. Quid tamen si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen, an adhuc testamentum rumpat? Et hoc tamen * rumpit. u

Prouisio facta in casibus separatis porrigitur ad eosdem casus simul connexos. Bar.

Iulianus libr. xxix. Digestorum. XIII.

SI ita scriptum sit, x si mihi filius natus fuerit rumpit testamentum, dum tamen nascatur in potestate dicti testatoris, & spiritum habeat. alias non rumpet. Viuianus.

CASVS. Mortuo patre non uidetur hæreditas ad filios eius deuenire, sed res quodammodo ipsius filij: nam etiam uiuo patre uidentur domini esse filij bonorum paternorum: vnde mortuo patre uidetur filius consequi liberam bonorum suorum administrationem: vnde & si pater non instituat eos, tamen domini sunt bonorum patris: nec obst. prædicta, quod pater potest eos exhęredare si uult, nam & occidere eos poterat. Viuianus.

f Euidentius. Id est euidenter.

g Continuationē. Quia continuè sine intermissione sunt domini. ad quod ¶. si quis omis. cauf. test. l. 1. §. q sunt in potestate. & Insti. de hær. quali & dif. §. sui. & de hære. ab intest. §. posthumi & ¶. de suis & legi. l. in suis. & infra de bo. dam. l. fi. in prin.

h Eo rem. Alias eos: & tunc subaudi, bos: alias, eorum: & melius.

i Hæreditas fuisse. Scilicet eis delata: ut infra de suis & legi. hęre. l. 1. §. sciendum. Hug.

k Quodammodo. Etiam & possessionem habere: ut ¶. pro hæred. l. 2. §. filiu. & cōsiliis hoc in nudo intellectu, & puro: uel eo qd inde sustentātur, si cut & uxor dicitur domina, & possidere dotem suam eodem respectu: ut C. qui pot. in pig. hab. l. fi. in prin. & de iu. dot. l. in rebus.

l Vnde Quia filius est dominus.

m Filiusfamilias. Id est eiusdem substantiæ: ut ¶. de uerb. sig. l. pronunciatio. §. 1. in princ. & ¶. de ijs qui sunt sui uel alie. iut. l. 1. & ciuium. §. fi.

n Non sint illi. Scilicet filius, uel pater.

o Instituti. Non tamen exhæredati.

p Domini tamen sunt, uenientes ab intestato.

q Licebat. Olim. ut C. de pa. pote l. fi. Sed hodie nō sic: sicut & in seruo olim, & hodie, ut instit. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. §. fi. alias est non licebat. & facit ¶. ad le. Pompe. de parric. l. diuus. & C. de curato. furio. l. fi. § 1.

CASVS. Quod dicitur. Siue fili' na scatur alicui post testa. sicut solet nasci, siue ex secto matris uentre: & siue sit integrum animal, siue non: semper rumpit testamentum.

r Quod dicitur. fin l. commodissime. & in alijs multis legibus.

s Ex secto. Sic ¶. de inoff. testam l. posthumus. & ¶. de uerbo. sign. l. etiam ea. & ¶. unde cogna. l. 1. §. si qua. & ¶. de Publicia. l. si ego §. ex omnibus igitur. H.

t Nascat. Id est, posset nasci. sic ¶. de stat. lib. l. Labeo.

u Rumpit. Nisi declinet ad monstrum, uel prodigium ut ¶. de sta. ho. l. non sunt. & C. eo. l. a. & § . & ¶. de uer. signi. l. ostentum & l. quæret. Hug.

CASVS. Titius faciēs testamētum, Sita dixit: si filius mihi natus fuerit sit mihi hęres in octo uncijs, & in quatuor uncijs uxor mea: si uero filia

x Ita scriptum.

* Id est nunc primum acci pere.

1 Duplicet bart. placet tū Ale. & Ia. intelligen du de impropria possessione.

1 Huc spectat illud Pauli, ad Rom. ca. 8. Si filii, ergo hęre des.

* P. Flor. quod.

1 Imo nō est cōtra, sed cōcot. cum ista sm Alex. & Iason.

* Hic &c.

g Ibi p ad lectiōem nouæ qua litatis nō mutatur substātia certæ pet sonæ sub nole proprio institutę. Paul. Alexā. & Ias.

mihi nata fuerit, sit mihi hæres ex quatuor vncijs, & in octo vncijs sit mihi hæres vxor mea. postea nati fuerunt ei simul filius, & filia. modo quæritur, qualiter diuidi debeat dicta hęreditas. & dicitur quod septẽ partes de ea debent fieri: & de his septem partibus debet habere fili⁹ quatuor partes, & vxor duas, & filia vnam. & sic secundum voluntatem testatoris filius habebit plus quam filia altero tanto: & vxor habebit plus quam filia altero nato. eñ enim vno, vel altero nato voluerit testator uxorem suã aliquid habere, vt dictum est: bonum est, quod propter humanitatem ita diuidatur tota hæreditas, ut dictum est, & non rumpatur testa. licet de iure subtili ruptum videretur: quia nati sunt duo, & testator non instituit nisi vnum. Regula. Seruum meum institui mihi hæredẽ cum libertate: postea volebam ei adimere hæreditatem solam sine libertate, vel solam libertatem sine hæreditate. certè non possum, imo habebit seruus & hęreditatem, & libertatem non obstante dicta ademptione.

Testamentũ. Ita dixi in testamento meo: Titius post mortem filij mei Seij hæres mihi esto, filius meus prædictus exhęres esto. certè non valet institutio Titij. nec exhæredatio filij: quia filius videtur exhæredatus post mortem suam: si non valet exhæredatio, sequitur quod dictus meus filius habeat contra tab. bon. poss. in bonis libertorum meorum, qui eum præterierint in testamentis eorum cum decederent: quamuis alias si ritè esset exhæredatus a me patre, non haberet contra tab. in bonis libertorum meorum. Viu.

rit, ex besse [a] h̄s esto, ex reliqua parte uxor mea hęres esto. si uero filia mea nata fuerir, ex triente hæres esto: ex reliqua parte uxor hæres nato: & filius & filia nati essent: [b] dicendum est, assem distribuendum [c] in septem partes: ut ex his filius quatuor, uxor duas, filia unam partem habeat. Ita enim secundum uoluntatem testantis filius altero [d] tanto amplius habebit, quàm uxor. item uxor altero tanto amplius habebit, quàm filia. Licet enim subtili iuris regulæ conueniabat ruptum fieri [e] testamentum: * attamen cum & utroq; [f] nato testator uoluerit uxorem aliquid habere, ideo ad huiusmodi sentẽtiam humanitate [g] suggerente decursum est: quod & Iuuẽtio Celso apertissimè placuit.

Quando sunt duo, quorum unum sine alio esse non potest: unum non potest sine alio tolli: sed sublatum uirtute remanentis perdurat. Bart.

Regula est † iuris [h] ciuilis, qua cõstitutum est, hæreditatem [i] * adimi seruo non posse, propter quam liber, & hæres esse iussus, quamuis [k] dominus ademerit eodem testamento [l] libertatem: nihilominus & libertatem [m] & hæreditatem habebit. [n]

Non valet exhæredatio, quæ per aditionem hæreditatis confirmari non potest in vita filii. Alc.

Testamentũ quod hoc modo scribitur, § Titius post mortem [o] filij mei hæres esto, filius exhæres esto: § nullius momẽti est: quia filius post mortem suam exhæredatus [p] est. Quare & contra tabulas paternorum libertorum huiusmodi filius bonorum possessionem accipere poterit.

Posthumus nascendo rumpit secundum gradum à quo est præteritus: licèt nascatur tempore quo hæreditas non versabatur in secundo gradu, sed in primo nec reconualescit, licèt posthumus decesserit testatore viuente: & propter præteritionem secundi gradus rumpit etiam tertium gradũ à quo fuit exhæredatus: & sic testamentum ruptum pro parte, rumpetur per consequentiam in totum, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. h.d. vsq; ad § quod vulgo. Ale.

a Ex besse. Id est, vncijs octo.
b Nati essent. Simul.
c Distribuendum. Scilicet vt de tota hæreditate fierent septem partes.
d Altero. Subaudi tertio.
e Fieri. quia si hic casus esset omissus: vt s. eo. l. commodissime.
f Vtroque. Disiunctum. id est, hoc, vel illud. sic C. de bo. quę lib. l. fi. §. hoc proculdubio. Acc.
g Humanitate. Præsumitur enim sibi voluisse prospicere, & in casu omisso: & sic diuisisse hæreditatem. sic s. de condi. ob cau. l. si extraneus. Sed arg. contra s. eo. l. cõmodissimè. & j. de ventre in pos. mit. l. 1. §. sed & si incertũ. & facit infra de leg. 1. l. qui filiabus. §. 1. & l. si quis te §. apud. & infra de hære. instit. l. clemẽs. & l. si ita §. 1. & C. de fideicomm. lib. l. cum inter. §. j. sed si nullus nascatur, uxor totum habebit: ut j. de leg. 1. l. si duobus. § fi. & j. eo. l. si filius. §. fi.
h Regula est iuris. Idẽ hodie si hęres tantum. ut C. de necess. ser. l. quidam. Accur.
i Hæreditatem. Solam sine libertate.
k Sed quamuis. Nunc econtra. Accursius.
l Eodem testamento. Quo ademit hęreditatem secundum quosdam. imo eodem modo quo dedit hæreditatem & libertatem: & ideo unum sine altero adimi non potest: ut hic, & dicta l. quidã. nec in alia voluntate: ut j. de hæred. insti. l. sed si in conditione. §. fi. sed utrunque simul bene potest: ut arg. infra de legat. 2. l. si idem. & not. s. t. 1. l. hęredes. §. si quid.
m Libertatem. Sine hæreditate.
n Habebit. Nisi testator fuerit miles: ut infra de mil. test. l. si certatum. §. si eadem. Item secundum Py. nisi euidens testãtis voluntas appareat in contrarium. & facit quod & neutrũ sine altero. supra si vsusfructus pet. l. 1. §. 1. de vsu & hab. l. per seruum. §. 1. & j. de adimen. leg. l. 3. §. si loci. & s. de proc. l. in causæ. in princ.
o Mortem. Scilicet tantum. Acc.
p Exhæredatus. Nec enim tenet exhæredatio nisi adita hęreditate: ut infra de contra tab. l. filium. §. sed cum exhæredato. & ita interim est præteritus. unde non valet ut hic, & infra de hęred. insti. l. suus. §. fi. uel petit contra tab. nam iure prætorio ualet: ut C. de lib. præte. l. fi. circa prin. Sed contra huic l. infra de condi. insti. l. fi. in fi. Sed hic, cum solus Titius sit institutus, non ualet exhæredatio, cum aliter nullus adire possit. Sed ibi & alius erat institutus purè, qui statim adire poterat: & ita quantum ad eum filius est rectè exhæredatus: & ita tenet testamentum. Item est contra j. de hære. insti. l. hæreditas. ubi remota die valet institutio. Sed ibi certa: hic incerta: quæ moueri nõ debet. vt j. eod.

* In P. Fl. attamẽ q̃ ex vtroq; & cæt. sed magis placet, quod hic est.

† Facit ad hũc §. gl. in c. præterea. sup verb. causa. in me. ibi, itẽ est arg. extra. de off. del.

* Sic in P. Flor. Haloan. autẽ scripsit ad miser. nõ posse, propter quã libe. & hęre. esse iussus sit. Itaque & q̃uis dominus &c.

vt infrà eod. tit. l. in tempus. §. 1. & l. qui filio.

Aphri li. iiij. qō. XIIII.

SI posthumus à primo gradu exhæredatus, [a] à secundo præteritus sit: quamuis eo tempore nascatur, quo ad hæredes primo gradu scriptos pertineat [b] hæreditas: secundum tamen gradum uitiari [c] placet ad hoc, ut prætermittentibus institutis, ipse [d] hæres existat. Imò & si defuncto eo, [e] hæredes

SI posthumus. CASVS. Vxorem habebā prægnantem: feci testamentum, & institui mihi hæredē Titium, & Seium filium meū mihi nasciturum ex dicta vxore intra eorum gradū exhæredaui, hoc mō, Titiū mihi hæredē instituo: posthumū meū exhæredo: Seium mihi hæredem instituo, & posteà feci secundum gradum hoc modo: si Titius & Seius mihi prædicti hædes non erunt, substituo eis Caium, & Sempronium, & in hoc secundo gradu substitutorū nihil dix' de posthumo prædicto: & ita eum a secundo gradu præterii: & sic dictum posthumum exhæredaui a primo gradu, & à secundo præterii: & sic decessi. deliberantibus hæredibus primis Titio, & Seio de adeūda hæreditate mea, natus fuit posthumus: postea dicti primi hæredes repudiauerunt hæreditatem meā: quæritur utrum dicta hæreditas deueniat ad posthumum, an vero ad secundos hæredes. i. substitutos prædictos, à quibus fuit posthumus præteritus? Et videtur, quod debeat pertinere ad substitutos, quia posthumus natus fuit eo tēpore, quo ad institutos pertinere poterit hęreditas: & ita nō habuit posthumus in hęreditate aliquod ius tēpore natiuitatis suæ: unde omittentibus institutis videtur, quod substituti habere debeant, & non posthumus: sed certe imo habebit hęreditatem posthumus, & substituti non: quia substitutorum gradus ita est nullus per præteritionē posthumi ab eo factam, quod nunq̄ hæreditatem habere potest. Sed retento eodem casu pone, quod dictus posthu. natus fuit deliberātibus primis hæredibus: & decessit: & post eius mortem, s. posthumi primi hæredes omiserūt hæreditatē: nunquid substituti poterunt adire hęreditatem? Et dicit quod non, imo ad legitimos hęredes pertinet hęreditas. Sed pone, quod posthumus fuit exhæredatus intra primū gradum: ut dictum est, & fuit a secundo pręteritus, ut dictum est: & à tertio gradu fuit exhęredatus sicut à primo, & uiuentibus primis hęredibus, & deliberantibus, nascatur posthumus, & decedat: & posteà primi hæredes omittant hæreditatem. de primis hęredibus nō est dubium, quod hęreditatē non habebunt. Item nec secundi pp̄ pręteritionem posthumi ab eorū gradu factā, ut dictum est. Sed q̄ritur utrū instituti in tertio gradu a quo tertio gradu fuit exhæredatus posthumus, ut dictū est, debeāt habere dictam hæreditatem meam, an legitimi mei hęredes? & vr̄ quod pertineat ad institutos in tertio gradu: quia ab eorum gradu nō fuit posthumus pręteritus, imo exhęredatus: vnde videtur ualere ille gradus, taliter quod hęreditatem habeat. Sed certè imo p̄tinet ad legitimos, & non ad scriptos in tertio gradu: tertius enim gradus pendet a secundo. vnde si secundus nō ualet, ut dictum est, ergo nec tertius. & idem est in alio casu. institui mihi hædē Titium: & postea posthumū meū exhæredaui, & postea institui mihi Seiū, & ita intra primū gradum institutorum exhæredaui posthumum, & postea feci secundum gradum hoc modo: si Titius prædictus mihi hæres nō erit, substituo ei Caium: & si Seius p̄dictus hęres mihi non erit, substituo ei Sempronium: & ita cuilibet de īstitutis dedi suum substitutū: & ab isto gradu substitutorum posthumum meum præterii: deliberantibus Titio, & Seio primis hęredibus de adeunda, uel non adeunda hęreditate mea, natus fuit posthumus, & decessit postea unus de dictis primis institutis, pone, Titius omisit suam partē hæreditatis: quęritur quis debeat partem habere Titii? verum legitimi mei hæredes an uero substitutus Titii, scilicet Caius p̄dictus? Dicitur quòd legitimi hæredes debent habere, & non substitutus Titij. de cohærede autem Titiū scilicet Seio non est dubium quod non debet habere partem Titij, quamuis hoc in hac litera non dicatur: quia Titius habuit Caium substitutum, ut dictum est: qui substitutus quamuis ipse habere non possit partem Titii propter pręteritionem posthumi substitutis factam, vt dictū est, tamen excludit cohæredem Titii de necessitate igitur debent habere partem Titii legitimi mei hæredes, cum posthumus excludatur: quia mortuus est: & cum cohæres Titii excludatur per substitutum Titii: & cum substitutus Titii excludatur per præteritionem ab eo factam de posthumo, vt dictum est: & quia aliquis pro parte testatus, pro parte intestatus esse non potest: quod esset si legitimi unam partem haberent ab intestato, & institutus unus aliam ex testamento: ideo venit totum ad legitimos.

Quod vulgo. Hic §. dicit quod quædam regula quę est in vulgari, non est semper vera: imo & fallit quandoq; & casum ubi fallit, ponit primo in genere, & postea in specie. Regula est talis. Ille gradus à quo filius est præteritus a patre, non valet ipso iure. & potes ponere exemplum: ut sup. eo. l. 3. §. si. Casus autem vbi fallit, est iste in genere. Filium meū institui i primo gradu institutorum, certè non teneor eum exhæredare à substitutis: imo si à gradu substitutorum eum prætereo, valet nihilominus gradus substitutorū. Aliū casum vbi fallit dicta regula ita ponas in specie. Institui mihi hæredē filium meum Caium, & Titiū album. & dicto meo filio substitui Titium nigrum: & Titio albo, primo instituto substitui Mæuium: & in isto secundo gradu scilicet, substitutorum, nihil dixi de dicto meo filio: & ita eum a gradu substitutorū præterii: postea Titius albus cum filio institutus omisit suā partem hęreditatis. nunquid Mæuius ei substitutus poterit eius partem adire? & certe sic: licèt meus filius fuerit præteritus a gradu dicti Mæuii Titio albo substituti.

Si quis ita scripserit. Institui mihi hæredem Titium, & filium meum Caium hoc modo exhæredaui: Caius exhæres esto: quem Caium scio ex me natum nō esse, & postea decessi, venit modo Caius filius meus, qui dicit testamentum suum nullum: & sic vult habere hæreditatem meā ab intestato: quia probauit se natum ex me: quæritur nunqd possit hoc dicere? Et respō. quod sic: quia non exhæredaui eum tanquam filiū, scilicet meum: quia exhæredaui eum scilicet tanquam filium alienum: & quia ego adieci in exhæredatione: ideo me exhæredare eum, quia non putabam eum esse meum filium: & quia probauit filius, ut dictum est, me errasse in causa exhæredationis: & idē esset, si ita exhæredassem dictum Caium filium meum, Caius filius Sempronij & uxor mea exhæres mihi esto. nam & hic non valet exhæredatio, si probet Caius se natum ex me. & sic habetur pro præterito, vnde testamentum meum non valet: & sic habebit Caius filius meus hæreditatem meam ab intest. Viu.

a Exhæredatus. Sed hodie non potest exhæredari: ut C. de inoff. test. l. si quis in suo. ergo pro præterito habetur: & sic rumpit ut præteritus.

b Pertineat. Id est, pertinere possit: sic sup. l. quòd dicitur. Hugo.

c Vitiari. Videbatur quòd non: quia illi gradui nondum erat locus: nondum enim repudiauerāt instituti.

d Ipse. Scilicet posthumus.

e Eo. Scilicet posthumo: & dic post mortem patris: ut s. eo. l. si à primo. Hug.

Tertiò.

instituti omiserint hæreditatem: non posse substitutos adire. Itaque & si a primo gradu exhæredatus, a secundo præteritus, a tertio exhæredatus sit, & viuentibus primis, & deliberantibus decedat: quæri solet omittentibus primis aditionem, vtrũ ad eos, qui tertio [a] gradu scripti sunt, an potius ad legitimos hæredes pertineat hæreditas? quo & ipso casu rectius existimari putauit ad legitimos [b] eam pertinere. [c] Nam & cum duobus hęredibus institutis, & in singulorum [d] locum facta substitutione, a primis exhæredatus posthumus, a secundis præteritus fuerit: si alter ex institutis omiserit, quamuis posthumus excludatur, non tamen magis substitutũ admitti. [e]

Quando filius est institutus in solidum, vel pro parte in primo gradu, pot. sit præteriri à sequenti gradu, qui per hoc non rumpitur: & exhæredatio facta de filio tanquam de extraneo per errorem, probata filiatione redditur nulla h.d. vsque ad l. si filius. Alex.

Quod vulgò dicitur, eum gradum, a quo filius præteritus sit, non valere: non vsquequaque verum esse ait. nã si primo gradu hęres institutus sit filius: non debere [f] eum a substitutis exhæredari. [g] Ideoq; si filio, & Titio hæredibus institutis, * Titio Mæuius [h] substitutus sit: omittente Titio hæreditatem, Mæuium eam adire posse, quamuis filius ex secundo gradu exhæredatus non sit. Si qs ita scripserit: ⸗ Ille, [*] quem scio ex me natum non esse, exhæres esto: ⸗ hãc exhęredationem ita nullius momenti esse ait, si probetur [i] ex eo natus. non enim videri quasi filium [k] exhæredatum esse, cum elogium [l] pater, cum filium [m] exhæredare proposuisset, & adiecisset, propter eã causam [n] exhęredare: probeturq; patrem circa causam exhæredationis errasse. [o]

Vlpianus libro 3. ad Sabinum. XV.

IDem est, & si ita dixerit, ⸗ Ille illius filius exhæres esto. ⸗ patrem ei adulterum [p] per errorem assignans.

Aphricanus lib. iiij. quæstionum. XVI.

SI filius hæres institu-

[a] Tertio. Nam ad scriptos secundo gradu constat quod non. vt s. dictum est.
[b] Legitimos. Scilicet testatoris.
[c] Pertinere. Quia rupto [1] secũdo gradu, rumpitur & quod dependet ex eo: posthumus ergo gradũ rumpendo facit sibi locum, nec sequentem valere permittit prædicta ratione, quia pendet ex eo: vt j. tit. 1. l. nam & si. §. fi. secus in nato a præcedente pręterito: & a sequente exhæredato: vt no. supra eo. l. 3. §. fi. Sed econtra, quando a præcedente exhęredatur, a sequente præteritur: non est differẽtia inter natũ & posthumum, vt s. e. l. si a primo. Accursius.
[d] In singulorum. Puta primus primo, secundus secundo. Item si vterq; vtrique, multo magis. vt infra titul. 1. l. penul.
[e] Admitti. Quatuor sunt: Institut' qui nõ admisit. Itẽ substituti. Itẽ posthumus. Item legitimi testatoris: ecce ergo substituti repelluntur: quia ab eis pteritus: vt hic. Item cohęres ab eadem parte excluditur, quia habuit substitutũ: quinimo & suam perdit: vtpote toto rupto testamẽto: vt j. ti. 1. l. pe. ne idem testatus & intestatus decedat: vt j. de reg. iuris. l. ius nostrum. Item legitimi admittẽtur vt hic. nã dicit supra, nam eum &c. posthumus autem si est præteritus cum legitimis admittitur. & quod hic dicit eum excludi, verum est vtroque instituto adeunte ab intestato. vel verius non admittitur vt substitutus, sed vt legitimus sic.
[f] Non debere. Ex necessitate. Accur.
[g] Exhæredari. Sed substitutus filius debet a primo gradu exhæredari: vt j. de vulga. subitu. l. ex facto. §. Lucius.
[h] Titio. Mæuius. Aliàs Titio Mæuio, & est plana: alias Titius & Mæuius. & dic singulos singulis substitutos. & intellige de alio Titio in substitutione quã in institutione: & facit j. de hære. instit. l. suus. §. fi. & l. iam dubitari.
[i] Probetur. Per se filium, vel per alium, quia non erat in possessione filiationis: vt C. de probat. l. non nudis. & l. non epistolis. & quia verbũ patris est contra eum: vt j. de prob. l. fi. & j. de lib. agno. l. 1. §. Iulianus. Sed si econtra hæres probat non filium, tenet exhæredatio: vtpote inepta in extraneo: vt j. de verb. obli. l. quidam cum filium. Ad quid ergo expectatur, enim in vtroque euentu est nulla: vt argu. s. ad Velleia. l. aliquando. §. fi. & de cõdi. ind. l. Iulianus. & j. d acqui. hære. l. cum hæres. 1. respõ. quia interim tenet, vt magis valeat testamentum, quam, eius pręteritione dicatur nullum: vt s. eo. l. 3. in prin. quæ est cõtra. Solu. vt ibi. hæc tamen exhæredatio nõ nocet: arg. j. de Carb. edic. l. 1. §. idẽ ait cũ quidam, sed nec institutio sic facta nocet. alias tenet si probaueris te filium: vt j. de condi. & demonstrat. l. Lucius.
[k] Quasi filiũ. Sed quasi extraneum.
[l] Elogium. Id est, sermo vel verbum testamenti.
[m] Filium. Id est, hunc qui est filius: non vt filium, sed vt extraneũ. Hug.
[n] Eam causam. Quia non putabat filium. Azo.
[o] Errasse. Si probetur ex eo natus, non nocet exhæredatio. Et sic nota, errorem test. totiu nõ nocere. sic j. de condi. & demon. l. demõstratio. & C. de test. l. neq;. & de hær. inst. l. si pater. Sed ar. contra Inst. qui ma. non poss. §. semel. & j. de vlul. leg. l. si alii. Item est arg. contra s. de inoff. test. l. si institutа. §. 1. sed dic vt supra eo. l. tertia. in princip.
ADDITIO. Imo dic vt in l. cõtraria per gl. & bene. Bartolus, Alexander, & Iason.
[p] IDem est. Adulterum. alias alterutrum.
SI filius hæres. CASVS. Habebam filium Titium, & ex eo nepotem Caium: & habebam vxorẽ prægnantem: institui mihi hæredem dictũ meum filiũ, & præterij posthumum, & dictum Caium filiũ filij mei substitui eidem filio meo, vnde si nasceretur posthumus rumperet testamentum meum inueniẽs se præteritũ, & postea decessit: & postea antequam aliquid noui cõtingeret, certũ factũ est, quod posthumus non nasceretur: & ita non rumpet testamentũ meum. & postea dictus meus filius decessit, antequã adiret hæreditatem meam, certè dictus Caius filius filij mei erit mihi suo hęres ex testamento, propter substitutionem: & erit

[1] Rupto vno de gradibus, rumpitur quod ex eo dependet: & sic sublato principali tollitur & accessoriũ. in re. int. vbi principalis. in fi. de reg. iur. & ad longũ in Spe. tit. de instr. edi. §. nũc au item vidẽdum. ver. item si eõ cessio.

* Sic in P. Flor. Haloand. autem nõ rectè scripsit Titius & Mæui' substitutus sit.

* Ad hũc locũ vide Petrũ Loriorũ tracta. de exhæred. axiomate 12.

Error testatoris: nõ nocet.

erit hæres patri suo,id est, filio meo in aliis bonis filij mei,quæ perueniunt ad eum aliunde quam a me. Sed quid si dictum filium filij mei nõ substitui eidem meo filio: sed filium meum solummodo institui, & posthumum præterij: & postea certum factum est, quod posthumus non oasce tur: & postea est mortuus filius me9, antequã adiret hæreditatem meam,& sic tempore mortis filij mei certum est quod nemo erit mihi hæres ex testamento:tũc certè dictus filius filij mei erit solus,& solũmõ hæres patris sui ab intestato,id est,filij mei. & ita euenit in isto alio casu. Institui filium meũ prædictum hæredẽ sub conditione si daret Titio 10.& de filio filij mei nihil dixi: filius meus antequã daret 10. Titio, decessit.& ita non potest esse aliquis mihi hæres ex testamento.certè dictus filius filij mei hæres erit filij mei, scilicet patris sui ab intestato.Vi.

tus [a] sit omisso posthumo, [b] filioque substitutus nepos ex eo sit:si interim [c] moriatur filius, posthumo non nato: [d] nepotem tam patri, quã auo [e] suum hæredem futurum. Quòd si nemo filio substitutus sit,& solus ipse institutus sit: tunc quia eo tempore, quo is moriatur,certum esse incipit,neminẽ ex eo testaméto hæredem fore: ipse filius [f] intestato patri hæres existet: sicut euenire solet, [g] cùm sub ea cõditione,quæ in ipsius potestate erit, filius hæres institutus, prius quàm ei pareret,moriatur.

Exhæredatio potest fieri per verba præteriti imperfecti, vel futuri. Alex.

Florentinus lib. x. Institutio. XVII.

FIlij etiam hoc modo exhæredantur, § Filius exhęres sit. Filius exhæres erit. § [h]

Exhæredatio aliquando fit non ad incommodum, sed ad commodum fili j Alex.

[a] Si filius hęres institutus. Dic purè, Alij dicunt sub conditione potestatiua, q̃ vltimo vitæ momẽto potuit impleri: vt si dederit decem: & in fine loquatur de ea, quæ verè non potuit impleri vltimo momẽto: vt si ascenderit Capitolium. & sic discrepat finis a principio. alij dicunt econtra.

[b] Posthumo. Filio.

[c] Si interim. Id est,ante aditam hæreditatem,vel viuente testatore.alij,id est,pendente conditione.

[d] Non nato.Non natus non rumpit:vt hic,& ĩ.ti.1. l.4.§.ex his. Sed natus rumpit: & quidem totum gradum a quo est pręteritus,& sequentes:vt ĩ.tit.1.l.pen.

[e] Auo.Ex testamento: quia substitutus patri ab intestato,vel etiam ex testamento,si pater fuit testatus de castrensi in vita sui patris, vel etiam postea de quocunque,& sic verbum suum diuersimode accipitur.sic supra, de officio proconsul. l. 3. Alij dicunt, quod est hæres patris:& per eũ aui: quia hæres hæredis est &c. vt C.de hæredibus institu.l.fin.quod non placet: quia filius non fuit hæres.

[f] Ipse filius.Idemq; nepos:& sic erit hæres vtriusq;, patris sui,& aui ab intestato secundum nostram positionem:& suus. Sed nõne pater præcedebat? Respon. non constabat auum decessisse intestatum: vt Instit. de hære.ab intest.§.cum autem, idẽ si filius non fuit purè institutus,sed sub cõditione,quæ vltimo vitæ spiritu potuit impleri. & hoc subijcit. Alij dicunt, filius scilicet primi decedentis: & hoc cũ fuit institutus sub conditione illa si in Capitolium ascenderit. Azo.

[g] Euenire solet. Alias vbi nepos non interuenerit: & hoc modo differt a prin.vel ibi purè,hic sub conditione:vt ibi dixi. vel secundum alios diuersificat: vt ibi no.& facit infra, eo.l.filius a patre.in prin. & infra,de hære. instit.l. suus. §.sed & si filio.& l. seq. & infra, de condi. insti.l.filio. & de suis & legiti. hære. l.1. §. sciendum.& C.de insti.& subst. l.4. Acc.

Vlpianus libro lvij. ad edictum. XVIII.

MVlti nõ notæ [i] causa filios exhæredant,nec vt eis [k] obsint, sed vt eis consulant: vt puta impuberibus: eisque fideicommissam hæreditatem dant.

Odia restringi, fauores conuenit ampliari. Bar.

Paulus libro primo ad Vitellium. XIX.

CVm quidam filiam ex asse hęredẽ scripsisset, filioque, quem in potestate habebat, decẽ legasset & adiecisset, * § In tertia [l] parte exhæres mihi erit: § & quæreretur an rectè [m] exhæredatus videretur. Scæuola respondebat, non videri, & in disputando adijciebat, ideo non valere, quoniam nec fundi exhæres esse iussus rectè exhæredaretur:aliamque causam esse institutionis, quæ benignè accipere-

FIlij etiam. CASVS. Hæc l.ponit duos modos:per quos possũt filij exhæredari. Primus est, filius exhæres sit.Secundus est,filius exhęres erit.Viuianus.

[h] Erit. Item & sic, ille filius meus alienus meæ substantię &c. vt C.eo.tit.l.3. & facit.C.de test.l. quoniam.& ĩ.de hęredib.instit.l.his verbis. & l.1.§.fi.

MVlti. CASVS. hæc l.dicit, q̃ est quædã exhæredatio filiorũ, q̃ non nocet filiis,puta exhęredaui filios meos: & institui mihi quosdã extraneos, & rogaui illos extraneos, vt dictis filiis meis exhęredatis restituerent hæreditatem meam. Vi.

[i] Non notæ.Id est, infamiæ. Acc.

[k] Eis.Exhęredatis: & facit ĩ. de bo. liber. l.si patronus testamento. §. si quis non mala. & l.Paulus, & de cõtra tab. l.si emancipatus. & C.de inoff.test. l.si quis testamento.in fin. & l. filius matrem.& supra,de vsu.l.in fideicommissi.§.cum Pollidius.& ĩ.de vulg.& pupil.substit.l.cum ex filio.

CVm quidam. CASVS. Ego habens 40.in bonis,& habens filium,& filiam, filiam ex asse scripsi hæredem,& filio 10.legaui:postea ita dixi:dictus meus filius sit mihi exhæres in tertia parte hæreditatis meæ: quæritur:nunquid valeat exhæredatio filij? Et dicitur quod non valet,nec si,exhæredatus esset a fundo hęreditario filius,valeret exhæredatio. Sed certè male videtur dictum esse,scilicet exhæredationem non valere,quæ facta est a certa parte hæreditatis, vel a fundo hæreditario,vel alia re singulari:quia video,q̃ institutio valet in vna re: vt ĩ.de hær.inst.l.1.§.si ex fundo. cum sim. Sed hæc litera respondet huic tacitæ quæstioni dicens, q̃ institutio est benigna, & fauorabilis: & ideo non est mirum si ampliatur, scilicet vt valeat in vna re: exhæredatio autem non est benigna, sed odiosa: & ideo non est adiuuanda:imo restringẽda.V.

[l] In tertia. Alias in certa: & alias,in cętera: quod idem est. Acc.

[m] Rectè.In re certa non valet exhęredatio.Itẽ nec a persona

* In P.Fl. in cætera parte.

persona certa: sed a gradu toto sic: vt ff. eo. l. 3. §. filius.
a Acciperetur. Et valet: vt ff. de hæred. insti. l. 1. §. si ex fundo. & C. de hær. instit. l. quoties.
b Adiuuandus. Not. fauorem & odium Io. quod odia sunt restringenda, fauores ampliandi, sic probatur duab. legibus ff. de adimen. lega. l. lega tis. & l. si. & supra, de transac. l. cum hi. §. qui trãsigit. sic ff. de in ius voc. l. quæsitu. & l. sed & si hac lege. §. si. Itẽ supra, de nun. l. 3. §. mino rem. & ff. de diuer. & temp. præscrip. l. in vsucapione. & de acti. & oblig. l. in omnibus. & de vsuc. l. in vsucapionibus. & C. de edict. diui Adria. toll. l. fi. in fi. Argum. contra ff. de iis qui not. infa. l quod ait. §. exercitum. Azo. & facit supra eod. l. a. & ff. de pœn. l. interpretatione.

tur: [a] exhæredationes autem non esse adiuuandas. [b]

Vt quis sit suus hæres patri, requiritur quod non sit in potestate alterius tempore mortis, & conditionis euentus. Bar.

Modestinus lib. ij. Pandectarum. XX.

Sub conditione [c] filius hæres institutus si pendente cõditione arrogandum se dederit, [d] necessarius hęres nõ erit.

Sufficit quod à tempore natiuitatis filius se institutum reperiat. Bar.

Pomponius libr. ij. ad Q. Mutium. XXI.

Sub conditione. CASVS. Ad euidẽtiam huius l. no. quod de iure ciuili filius est hæres patris, siue velit siue nolit filius: vt ff. de acq. hæredit. l. necessariis. vnde si instituo mihi hæredem filium meum sub cond. si dederit Titio decem: necessar o est mihi hæres filius, & tenetur conditioni parere de dicto iure ciuili. Quid autem si pendente coditione præ dictæ potestatiua dederit se arrogandum dictus meus filius Sempronio? certe amodo oo est hæres necessarius et de iure ciuili. sed voluntarius, id est, ad voluntatem Sempronij, in cuius pote tate est: quia si voluerit Sempronius adimplere coud. & habere hæreditatem meam per filium meu, qui nunc est in sua potestate, potest habere, alias non cogitur, & ideo dixi de iure ciuili: quia de præ iorio iure potest abstinere filius ab hæreditate patris, & non adimplere conditionẽ: ut d. l. necessariis. si autẽ adimpleat condit. antequam det se in arrogationẽ eo animo ut sit hæres: non potest amodo abstinere, neque de iure ciuili, neq; de iure prætorio: ut ff. de hære. instit. l. iam dub: tat. Item ideo posui in potestatiua cond. quæ si instituissem eum sub conditio. casuali, & in eius defectu non exhęredatiem, non valeret testamentum ipso iure: ut not. to d. l. iam dubitari. Vi.
a Sub conditione. Potestatiua, uel casuali, uel mista. sed in eius defectum exhæredatur: aliàs statim ipso iure esset nullum: ut C. de inst. & substi. l. si pater. & ff. de hær. instit. l. suus.
[b] In potestate ipsius. Vt si dederis illi vnum nummum, uel aliquid leue: ut infra eadem l. §. puto. Accursius.

[c] Constat. Est enim pro pura habenda: vt ĩ. si quis omis. cau. test. l. 1. §. qui sub conditione. debet ergo conditio esse possibilis, [1] & honesta: vt infra de cōd. inst. l. filius & l. fi. & infra de cōdi. & demō. l. Lucius. Io. sed hodie oē grauamen reijcitur, q̃tum est in debito bono rum subsidio: vt C. de inoffic. testam. l. quoniam. Sed quid si sub mista fuerit institutus. filius? Hugo. distinguit: aut impeditur casu, aut sponte sua non vult parere: si casu, ab intestato est hæres: si sponte, repellitur. Io. contra. dicit enim ab initio nullam esse institutionem arg. s. de arbit. l. litigatores §. idē Iulianus. & l. item si vnus. §. item si duos. & adde quod no. C. de insti. & sub sti. l. si pater.

[d] Huiusmodi. Conditione potestatiua.

[e] Etiam si. Abundat (etiam) sic. C. de manu test. l. fi. §. j. Vel dic qđ innuat idem in cōtrario casu: sic infra. de uerb. obl. l. quicunq; §. si quis. uel adiunge ad dictionem filium.

[f] Submotū. Id est, submouendū: ut infra si qs omis. caus. test. l. j. §. qui sub cō ditione. & infra, de leg. t. b. l. si sub cōditione. § sed & si is. etiā colligitur infra de cōdi. insti. l. a. & infra, de leg. pręst. l. itē a substituto. Sed quid si fuit iussus, sed nō potuit? uidet admitti, quasi nec sit potestatiua secūdum Io. sed contra uidetur inspici generalitatem infra proxi. §.

[g] Et ideo. Quia filius pōt institui sub potestatiua, & ualet testamentum: & ideo &c.

[h] Institutus. Sub conditione potestatiua.

[i] Eum. Cohęredem.

[k] Pareat filius. Imo statim adire debet: & si postea. Filius non pareat conditioni, & sic decesserit: nō facit patrem intestatum, & accrescit eius portio cohæredi. Hoc at substitutus expectat: ut infra eo. §. sed & si filio.

[l] Faceret. Id est facere posset: ut quia sub mista esset institutus nam duas habet tunc vias filius vel quod non pareat conditioni, & dicat nullum testamentum: vel quod uelit parere, & tunc eo parente, id est, adimplente conditionē, admittitur cohęres. arg. infra de iniust. test. l. filio. sic & alias institutum expectant pręteritos: ut infra, de contra tab. l. illud §. fi. Vel dic faceret, id est, si diceremus fieri partē intestatum, si filius nō pareat cōditioni potestatiuę, debet cohæres expectare: vt modo dixi de mista: quod tamen dicere non debemus, ut statim subijcit. Vel dic faceret, quando non habet cohęredem uel substitutum: & dic expectare debet filius usque ad finem uitæ suæ: vel post mortem.

[m] Quæ sententia. Scilicet ut valeat testamentum filio instituto sub potestatiua, & sic non possit filius dicere nullum testamentum, ut subijcit: cum habeatur pro pura, ut dixi: & hoc si habeat cohęredem. vel substitutum: alias facit nullum non parendo, & patrem intestatum, uel ultimo uitę spiritu uiuens, quando non poterat impleri in fine uitę: uel post mortem filij, quādo potest impleri in fine uitę: ut infra eo. l. àpud Iulianum. & infra de condi. inst. l. fi.

[n] Definiri. Id est, pro regula tradi: hoc qđ sequitur, facti potestas est, utrū &c. id est an facile sit facto possit adimpleri: sed & iuris est: ut infra de cōd. insti. l. filius.

[o] Indifficilis. i. valde difficilis: sic supra de lib. posth.

[1] Aliàs & si cum patrem &c.

[2] Quid si pro parte possibilis, & pro parte impossibilis? dic valere pro ea parte, pro qua est possibilis. Alex. in l. impossibilis. infra, de verb. obli. & Bar. in l. i. in fin. de condi. institu.

[3] In P. Fl. facti potestas est.

si Titius peregrinetur lōginquo itinere: propter quæ ad generalem definitionem a decurrendū est. †

Sub conditione potestatiua, quæ potest impleri ultimo uitæ spiritu uiuo filio, non admittitur substitutus: nisi in ea dies fuerit adiectus: secus si ultimo uitæ spiritu impleri non potest. h. d. cum prin. l. seq. Bartolus.

Sed & si filio sub conditione, quæ in eius potestate b est, hæredi instituto nepos sit substitutus, siue extraneus: puto uiuo filio non extiturum hæredem substitutum, c post mortem uerò extiturum: d nec necessariam à substituto filij e exhæredationem: cū & si fuerit facta, frustra fit, f post mortem enim filij facta est, quam inutilem esse aliàs ostendimus. g Opinamur igitur filium si sit institutus sub ea conditione, & sit in eius potestate, non indigere exhæredatione à sequentibus gradibus; alioquin h & à cohærede indigebit.

Marcellus. V.

i APud Iulianum libro vigesimonono Digestorum Marcellus notat, si eiusmodi sit conditio, sub qua filius hæres institutus est, vt vltimo vitæ k eius tempore certum sit, eam existere non posse, & pendente ea decedat; intestato patri hæres erit; l veluti, § Si Alexandriã m peruenerit, hæres esto. § Quòd si etiã nouissimo tempore impleri potest, veluti, § Si decem Titio dederit hæres esto, § contra puto. n

Vlpianus lib. iiij. ad Sabinum. VI.

SEd & si conditio

l.Gallus.§. ille casus. & facit supra, si quis caut.l.2.§. quod diximus.

a Ad generalem definitionem. Scilicet prædictam, si est potestas &c. ut consideretur an possit da facili adimpleri, uel nō: & sic ad arbitrium iudicis refertur: sic s.de impē.l.pe. §. fin. & de usur.h mora. & de legi. & senatuscons.l. non possunt. Vel generalem definitionē considera, quod generalius, & frequentius fit. nam & hoc, si exierit de scholis, est potestatiua: licet accidere possit, quod exire non possit: sed frequentius cōtingit, qđ possit.

b In eius potestate. Et quæ potest impleri ultimo momēto uitæ, & sic non erit substitutus hæres uiuente filio: sed nec exhæredari potest in hoc casu: quia post mortem suam inuenitur exhæredatus, secus si sit alia conditio potestatiua: quæ non potest impleri ultimo uitæ momento: tūc enim etiam uiuente filio pōt substitutus hæres esse, scilicet ex quo certum sit conditionem impleri non posse per filium: ut j.de cond. insti.l.fi. & hæc est ratio in primo casu, ut quandiu uiuit filius, non sit locus substitutioni: quia quandiu locus est institutioni, non est locus substitutioni.

c Hæredem substitutum. Cū ultimo uitæ spiritu possit impleri conditio. Azo.

d Extiturum. Quia tunc primum fit uerum defecisse conditionem. Azo.

e Substituto filij. Aliàs filio, aliàs filij. & est sensus, quod ualet secundus gradus, licet ab eo non sit filius exhæredatus, ut supra de libe. & posthum.l. si posthumus.§. quod uulgo.

f Frustra fit. Scilicet facta.

g Ostendimus. Vt & supra de liber. & posth.l. si ita.§. fin. & l.Gallus.§. in omnibus. & huius ratio est ideo, quia non pōt locum habere exhæredatio, donec cōditio institutionis impleri pōtat impleri pōt quandiu uiuit filius, & sic uiuente filio non habet locum exhęredatio: postea frustra fieret: ut hic, & in dictis legibus, & j.de bo.lib.l. si libertus sub.§. æstimo.

h Alioquin. Id est si diceres in superiori casu filium exhæredari debere, cum rectè sit institutus, s.sub cōditione potestatiua similiter diceres, & in hoc alio casu à cohærede debere exhæredari: ubi rectè fuit institutus sub conditione potestatiua: ut supra eo.l.1.§.1. qđ est falsum. nam ubi rectè est institutus, exhęredari nō debet: ut s. de libe. & posthu.l. si posthumus.§. quod uulgo. æquipollet enim ei, qui est j.eo.l. iam dubitari.

i APud. Marcellus notat. alias lex, alias §. incipit. & dic no. addenda.

k Vltimo uitæ. j. de condi. & demon.l.hæc conditio contra. sed ibi sub.ēt & facit C.de contrahen. stip.l.fi.

l Heres erit. Et transmittit ad suos hæredes, & hoc nisi habeat substitutum: ut j.l.prox. & j.de cond.instit. l.fin. ibi, nam superior quidē species &c. uel ad cohæredē: ut s.ea.l.§.j.

m Alexandriam. Cū sit prope. alias non esset potestatiua: ut i.eod.l.suus. § puto.

n Contra puto. Nō enim erit filius hæres ab intestato, nec transmittit, sed alij sequentis gradus admittūtur, cum nec hic sit substitutus, uel cohæres: ut j. de condi.instit.l.fi. §.altera.

SEd & si conditioni. CASVS. Filius fuit institutus sub potestatiua conditione, & fuit ei datus substitutus: & in dicta conditione fuit apposita dies hoc modo: instituo mihi filium meum hęredem, si in Capitolium intra triginta dies ascenderit. certè si non pareat conditioni dictus filius intra 30. dies, repellitur, & substitutus admittitur. Solemus. Institui mihi hæredem Titium: ipse Titius ante mortem meam fuit in insulam deportatus, & postea fuit restitutus, & postea ego decessi. certè bene habebit hæreditatē meā, quia illud quod euenit ei medio tempore. i. inter institutionem eius, & mortem meā, nihil ei nocet. Seruum alienum. Institui mihi hæredem Stichū seruū Titij sub cōditione, si nauis ex Asia uenerit, & postea decessi: Titius prædictus dominus dicti Stichi tradidit eundē Stichū fortè ex d. seruo cuidā, quē in mea hæreditate reliqui: & ita acquisitus est Stichus hæreditati meę, & mihi si uiuerem: & ita deuenit dictus Stichus ad eum casum, à quo institutio incipere non potuisset: nam si meus fuisset tempore dicti mei testamenti, in quo eū Stichum hæredem institui, vt dictum est non possem eū instituisse neque purè, neq; sub conditione, cum ei non dedissem libertatem cum institutione, secundum ista iura. postea dictus Stichus peruenit ad quendam extraneum, qui extraneus bona fide, & iusto titulo possedit eum per triennium: & sic eū vsucepit: & sic exiuit de dicto casu, à quo incipere non potest: & sic non uidetur peruenisse ad eum casum: & ideo institutio de eo per me facta (vt dictum est) non vitiatur. Si seruum communem. Ego, & Titius habebamus seruum communem, & dictum seruum mihi hęredem institui cū libertate: & antequam morerer, emi partem suā a Titio: quam habebat in dicto seruo: certè quamuis antequā eū redimerem, non deberet esse meus hæres necessarius, erit tamen nunc. Sed pone, quod filiū meū impuberē mihi hęredem institui, & ei substitui pupillariter dictum seruum mihi communem cū dicto Titio: & postea

a P.Fl. recurrēdū.

† Adde singulariter Barto. in l.j.s.de tutori. ꝑ vbi definitio, & etymologia simul concurrunt: magis statur definitioni. Idē Paulus de Cast. in l. pen. s. de iust. & iu.

• Ea statutum, in Pan. Flor.

• In P.Fl. hoc caput sic inscribit, Marcellus apđ Iulianū. libro 29. Digestorū not. deinde Icipit, sic eiusmodi, &c.

• Alex. in P.Flor.

& postea partem Titii redemit dictus impubes: certè non erit hoc casu necessarius hæres impuberis dictus seruus. sed & tento primo casu, nunquid possum dicto seruo adimere libertatem in codicillis, quos post a fe ci? & distinguitur, aut eum redemi à dicto Titio meo socio: & sic fuit factus hæres meus necessarius, aut non redemi: & sic non fuit mihi hæres necessarius. primo casu dicta ademptio libertatis nõ valet: secundo sic: & est ratio quare in primo nõ valet ademptio. quia cum eo casu à semetipso libertatem receperit seruus prædictus, nõ à semetipso videretur ei adimi libertas: quod esset absurdum: quia sicuti legari sibi à semetipso non potest libertas, ita nec à se hærede insolidum, & in totum adimi potest ei libertas. Viu.

ni [a] dies sit adiectus, vt puta, Si Capitolium intra xxx. dies ascenderit, tantundem potest dici, ut si non paruerit conditioni, substitutus possit admitti filio repulso: idque consequens est sententiæ Iuliani, & nostræ.

Liberi sequentis gradus post filium possunt sub omni conditione institui. Bar.

Nepotes autem, & deinceps cæteri, qui ex lege Velleia instituti nõ rumpunt testamentum: sub omni [b] conditione institui possunt, & si redigantur ad filij conditionem.

In spatio medii temporis institutionem non vitiat. Bar.

Solemus dicere, media tempora [c] non nocere: vt puta, ciuis Romanus scriptus hæres, viuo testatore factus est peregrinus, [d] mox ad ciuitatem Romanã peruenit: [e] media tempora non nocent. Seruus alienus sub

[a] Sed & si conditioni. Facit supra l. proxi. in fi.

[b] Sub omni. Instituitur ergo hic nepos, ne præmortuo filio viuo auo, præteritus nepos rũpat per l. Vell. vt supra de iniusto test. l. posthumorum. tũc n. sub omni cõditione institui põt, vt hic, & supra eod. l. suus. & infra de suis, & legitimis hære. l. 1. §. sciendum. qd aũt si filius nõ est? Respon. tunc & idẽ qđ in filijs secundũ Io. & Azo. vt tantum sub potestatiua conditione possit institui: & hoc subiicit, si redigantur &c. idest, redigi possunt, quasi dicat, prædicto casu vbi filius præcedit sub qualibet, licet possit redigi ad cõditionem filii, si filius non esset: quia tunc vt filius debet institui sub potestatiua tantũ. Alii contra: & dicunt redigantur, s. quo ad alia, non quo adhoc: & pro primo quod liberi primi gradus plusculum habeant est C. ad Treb. l. iubemus. §. fi.

[c] Media tempora. Tria sunt tempora: tempus testamenti, mortis, & aditionis. licet enim in medio eorũ extraneus hæres fiat non capax: si tamen his temporibus sit capax, satis est: ut hic. & ĵ. e. l. si alienum. §. j. & Insti. de hære. qua. & diffe. §. in extraneis. & facit ĵ. de secun. tab. l. 1. §. sed & si quis. & ĵ. e. l. quoties. § seruum cum liber. & l. seruum meum. & ĵ. l. proxi.

[d] Peregrinus. Id est deportatus, & sic non capax: vt C. de hære. insti. l. j.

[e] Peruenit. Per restitutionem in integrum, vel per indulgentiam principis: ut C. de sent. pas. l. j. & l. cum indulgentia.

[f] Sub conditione. Vt si dederit illi decem, vel similia, aliud fortè si sub ea, cum liber erit, quia alienus seruus sub ea institui potest: sed proprius non: vt infra de condi. inst. l. seruus alienus ita. si ergo esset institutus, forte vitiaretur institutio, si traditus esset seruo hæreditario, uel ipsi testatori, quia peruenisset in eum casum a quo sic institui non posset. Itẽ bene dicit sub conditione, quia si pure, forte vitiata esset institutio, cum traditus esset seruo hæreditario, vel ipsi testatori, quia peruenisset in eũ casum &c. & qa sic purè sine adiectione libertatis seruum proprium instituere non potest hoc iure: vt Instit. de hæred. instit. in prin. Sed hodie contra: vt ibidem dicitur. Vel dic secundũ Ioã. si hæreditarius mandasset, esset vitiata, cum non esset cui quæreret, si tũc conditio existeret: nam ipsam sibi ipsi quæri per seruũ istũ absurdum est: sed tunc alienatus quæ rit nouo domino: & facit s. §. prox.

conditione [f] hæres scriptus, [*] traditus est seruo hæreditario: mox vsucaptus [g] ab extraneo. Non est vitiata [h] institutio.

Si seruus cum libertate institutus redimatur in vita testatoris, efficitur necessarius: secus si post mortem. Bar.

Si seruum communẽ cum libertate [i] dominus hæredem scripserit, & eum redemerit: necessarius efficietur. Sed si substitutus sit impuberi, & partem [k] redemerit impubes: necessarius non efficietur: [l] vt Iulianus scribit.

Si seruus solus cum libertate instituatur, libertatem recipit à seipso: ideo à seipso adimi non potest. Bar.

Sed si sit cum libertate [m] institutus, an ei libertatis datio codicillis adimi possit, apud Iulianum quæritur? Et putat in eũ casum, quo necessarius fieret, [n] ademptio-

[g] Mox vsucaptus. Idest, statim vsucaptus pendente conditione: vt quia aliquo modo bona fide, vel iusto titulo peruenit ad illum extraneum possessio hæc.

[h] Non est vitiata. & sic existente conditione iussu illius domini adire poterit hæreditatem, & sibi quærere. Hugo.

[i] Cum libertate. Dicas quod alienũ non possum instituere cum libertate, etiam si postea fiat testantis, sed sine sicut ĵ. eod. l. si alienum. & s. proxi. §. at proprium cum libertate, & non aliter olim. hodie contra vt s. not. proxi. §. si autem communem, aut cum libertate, & non valet, ut sit necessarius, nisi postea partem socii redimat: ut hic, & ĵ. prox. responso. Sed socio accrescebat: ut Insti. de dona. §. fi. hodie contra. nam erit liber, & necessarius hæres, dato pretio partis socio: ut C. de communi seru. manu. l. 1. §. 1. ibi, licèt ipse cõis seruus &c. sed simpliciter tenet: ut s. eo. l. seruus. in prin. & etiam hodie accrescit hæreditas socio: vt d. l. 1. de commu. ser. manu. & ĵ. ad leg. Falc. l. Plautius. & C. eo. l. 3. & s. pro soc. l. uerum. §. seruo communi. & facit ĵ. l. prox. & l. duo. & ĵ. tit. 1. l. si seruus communis.

[k] Partem. quæ erat aliena, & sic habet totum.

[l] Non efficietur. Sed uoluntarius: vt s. ti. 1. l. si seruus cõmunis 2. resp. & est ratio: qa quos possum mihi hæredes facere necessarios, & filio meo &c. vt ĵ. ti. 1. §. sed si plures §. 1. at seruũ cõem nõ possum facere necessarium nisi redimã. ergo nec filio meo licèt ipse redimat.

[m] Cũ libertate. Intelligas, vbi totus suus erat seruus. nam si cõis, non posset institui cum libertate. Azo. vt sup. proxi. §. not. sed Io. dicit etiam in communi secus.

[n] Fieret. Quod erit si non fuerit alienatus, vel manumissus: ut Instit. de hæred. insti. §. seruus autem. vel secundum Ioan. quod erit, si redimatur,

[*] In P. P. tradit⁹ est seruus hæreditario.

nem non valere: a ne à semetipso ei libertas adimatur. Seruus enim hæres institutus, à semetipso b libertatem accipit. Quæ sententia habet rationem. Nam sicut legari sibi non potest, ita nec à se adimi.

Iulianus lib. xxx. digestorum. VII.

SI seruus communis c sub conditione d hæres institutus, viuo testatore libertatē consecutus sit: etiā pendente cōditione testamentariæ libertatis adire hæreditatem potest. e Item siue testator eum alienauerit, siue hæres f post mortem testatoris iussu domini g hæreditatem adibit.

Si hæreditatis delatæ à duobus dominis dies simul cedit: seruus vtrique necessarius hæres erit. Bar.

Idem lib. ij. ad Vrseium Ferocem. VIII.

DVo socij quendā seruū communē testamēto facto hæredē, & liberū esse iusserāt: ruina simul h oppressi perierāt. Pleriq; responderūt, hoc casu duobus Vrcinū hæredē existere, & id est verius. Sed etsi sub eadē cōditione seruum cōmunē vterq; socius liberum, hæredēq; esse iussisset eaq; extitisset: i idē iuris erit.

Error in corpore, vitiat institutionem & legatum.

Vlpianus libro v. ad Sabinum. IX.

QVoties † volēs aliū hæredem scri-

a Non valere. Nam nec in testamento eodem conceditur, nisi adimatur vtraq;, ut supra de lib. & posth. l. si ita. §. regulā, & facit Insti. de codi. §. nec codicillis. I fi.

b A semetipso. Idest, ne libertas quam à se habet, ei adimatur. seruus. n. &c. Et not. quod libertas serui instituti cum libertate, non potest alij legari. nec ab ipso instituto adimi. & est ratio: quia habet eā à seipso, id est nō habet, ut heres quia sic esset res hereditaria, sed ut singulare cōmodum quod de herede in alium consueuit dari: sed hic ipse sibi, ut hic, & infra de acqui. hered. l. ex parte, quia ergo non habet eā vt heres, non potest ei adimi vt heredi. nam &c. sicut à simili non pōt sibi legari libertas, uel ipsemet sibi, cum ipse sit heres, ita nec adimi. sic infra de adi. leg. l. legata inutiliter. §. fi. sed uidetur quod possit legari sibi ipsemet: ut C. de cōmu. ser. man. l. fi. contra. Sol. ibi erat altius heres institutus, unde libertas videtur per ipsum legari sibi, & hic ipse solus est heres institutus, unde se sibi dare non potest. & sic so. Infra de leg. j. l. senatus. § fin. contra. nam ibi non erat institutus, quinimò nec sua res potest sibi à se legari: vt ĵ. de lega. i. l. & quidem. & l. legatum. §. hæredi. est & alia ratio, quare non potest libertas adimi: quia quæ simul sunt data, s. hæreditas, & libertas: non possunt separatim adimi: propter quā rationem etiam hereditas sine libertate adimi non pōt: vt s̄. de lib. & posth. l. si ita. §. regulam. Sed in nostro casu est prędicta specialis ratio. Item & alia quia si libertas posset adimi, ergo & hereditas, quod non debet esse: vt Instit. de codicill. §. fi. Not. ergo quod protinus est liber & heres, vt Inst. de here qua. & diff. in prin. & supra si cer. pe. l. eius qui. & est ratio, q̄ à semetipso: quia sic oportet hereditatē adire, quam a semetipso non acciperet: at hic notabiliter tantum de libertate dixit. Item cum habeat libertatem à seipso, ut hic, ergo cur non potest ei à seipso legari? Respon. ibi sunt opposita heres, & legatarius vnde in eodem esse nō possunt, hic hereditas, & libertas non sunt opposita, imo quasi cōnexa, & hęc est ratio: quia libertas non est res hereditaria vt dixi: vel speciale est in libertate.

Libertas res hereditaria nō est.

SI seruus. CASVS. Titius, & Seius Stichum seruū communem habebant eum seruum Titius testamēto suo liberum esse iussit sub hac conditione, si Sempronius consul factus esset: eundemq; heredem sibi instituit sub alia cōditione, nempe si nauis ex Asia venerit, viuo Titio testatore. Stichus libertatem consecut° est manumissus fortè à dominis. Deinde mortuo eodem testatore, extitit conditio institutionis, naue ex Asia adueniente. Quærebatur, an hereditatem Titij Stichus adire posset, non expectata conditione libertatis testamentarię? Respon. Iurisconsul. posse: nec. n. necesse est eū expectare conditionem libertatis testamentariæ, qui uiuo testatore liber effectus est. Sed q̄d si pendente cōditione institutionis eum seruum testator, vel etiam mortuo testatore cohæres seruo datus, qui interim est hæres in solidum, alienauerit: certè adueniente cōditione, iussu domini seruus hæreditatem adibit.

c Si seruus communis. Tria sunt: nam hæreditas sub conditione. Item libertas eodem testamēto sub alia conditione relicta fuit. Item postea liber factus viuo testatore. Ita erit ergo heres domino uolūtarius, si extitat conditio hereditatis: licet pendeat conditio in testamento datę libertatis: ad hoc supra eo. l. seruus. §. qui si deicommissam.

d Sub conditione. Si autem pure, tota hæreditas uidetur acquirenda socio: vt infra ad l. Falcid. l. Plautius. Hug.

e Adire hereditatem potest. Cum iā extitit conditio hereditatis.

f Heres. Idest, qui esset hæres, si hic seruus cōditione defecerit. Vel dic coherea qui eū seruū non existente cōditione libertatis, nec aliàs eo libero alienauit: & tunc extitit conditio hæreditatis. Sed secundum hoc nō videtur, quod posset dare pretium partis: vt ĵ. ti. i. l. si seruus communis. Sed nunquid hæc alienatio per hæredem facta seruo adimet libertatem sicut hereditatem? Respon. non: ut ĵ. eo. l. pater filio.

† Cōcor. cum hoc prin. l. ca. cum supec abbatia. I fi. cum gl. final. post princi. ex̄ de offi. de lega.

g Domini. Nota: ut infra eo. l. quoties. §. seruus.

DVo socij. CASVS. Ego, & Titius Stichum nostrum seruum communem instituimus hæredem nobis: & dedimus quilibet nostrum ei libertatem in testamento: postea simul ambo perimus: certè erit nobis ambobus heres necessarius dictus seruus: quamuis si nō periissemus simul, nō esset ambobus necessarius, sed primo decedenti, si eum redemit ante mortē suam ut s. eo. l. sed si in conditione. §. si seruum. Vel si non redemit, sed communis remansit, non erit necessarius hæres ei, sed socio acquiretur hereditas, vt dictum est in primo casu. Sed & si nos qui simul perimus, vt dictum est, instituimus cum libertate heredem dictum nostrum seruum quilibet sub eadem conditione & existat conditio, erit similiter vtriq; nostrum necessarius heres. Viuianus.

h Simul. Nā si alter prius periisset, remaneret seruus alterius cuius solius posset esse amodo necessarius.

i Extitisset. Idem & si diuersis, dumtamen eodē tempore existat: secundum Ioā. si ergo diuersis temporibus, secus, vt no. s̄. in l. sed & si in conditione. §. si seruum.

QVoties. CASVS. Cum vellem scribere heredē fratrem meum ita scripsi. Patronū meū instituo hæredem: vel cū vellē instituere patronū, scripsi fratrē meū: certè neuter habebit: q̄a in corpore illius, quem uolebam instituere, erraui: & idē est si in legando erraui in nomine appellatiuo. nam debebitur neutrum. ut puta dum uolebam lancem legare, legaui vestem

bere, alium [a] scripserit, in corpe hominis errans (veluti, frater [b] meus, patronus meus) placet neque eum hæredem esse, qui scriptus est, quoniam volūtate deficitur: neque eum, quem voluit: quoniam scriptus non est. [c] Et si in re quis [d] errauerit, (vt puta dum vult lancē relinquere, vestem leget) neutrum debebit. hoc, [e] siue ipse scripserit, siue scribendū dictauerit.

Error in quantitate commune, vel discreta dispositionem non vitiat: & quod est dictum, præualet ei quod est scriptum. Bar.

Sed si non in corpore errauit, sed in parte [f] (puta si cum dictasset ex semisse [g] aliquem scribi, ex quadrāte sit scriptus) Celsus libro xj. Digestorum [*] posse defendi ait, ex semisse hæredē fore: quasi plus nuncupatū [h] sit, minus scriptum: quæ sententia rescriptis adiuuatur generalibus. Ideōq; est, & si ipse testator minus scribat, cum plus vellet adscribere. Sed si maiorem partē [*] adscripserit testamentarius, [i] vel (quod difficilius est ꝓbatione) ipse testator, vt ꝓ quadrāte semissem: [k]

[*] P. Flor. Celsus li. 12. q̃stionum Digestorum 11.

[*] Partem nō est in P. Flor.

uestem. Sed si non. Pone, ego non erraui in corpore: sed in parte, puta cū dictassem ex sex uncijs hæredem scribi Titium, notarius scripsit ex quatuor uncijs uel egomet scripsi eū in quatuor: certè erit hæres Titius in sex uncijs: licet econtra si uolebã Titium scribi hæredem in quatuor vncijs. & notarius scripsit eum in sex hæredē, uel ipse ego: certè erit Titius hæres tantum in quatuor vncijs, & idem in legato. nam si pro c. scripta sunt cc. non debebuntur legatario nisi c. Tantundem. Ego uolui Titium esse mihi hæredem sub conditione, & non aliter: & notarius, vel ipse ego non scripsi conditionem in institutione: non erit hæres Titius: sed econtra si uolui Titium hæredem purè instituere, & notarius scripsit institutionē conditionalē, erit Titius hæres purè: sed & si uolebã instituere hæredē in parte dimidia Titium, siue quendam, qui uocatur primus, & scriptus est primus, & secundus: solus primus habebit. Si quis nomen. Ego uolens instituere Titium, qui erat rubeus, & habebat minus unum oculū, ita dixi. instituo mihi hæredem Titiū rubeu habentē minus unū oculum: certè erit heres dictus Titius, quã uis non nominauerim eum in institutione. si autē nō demonstrarem eum certo signo, non ualeret institutio. quandoque tamē uidereiur quibusdã incertus, est tñ cert°, & hæreditatē obtinet, puta si ita dicã, uter ex fratribus meis. s. Titio, & Mæuio, Seiam uxorē duxerit ex dodrante heres esto: uter non duxerit, ex quadrante heres esto. nã quamuis sit incertū ex qua parte quilibet eorum sit heres, tamē rectè, & certo modo facta est institutio. & est similis dicta institutio isti alij institutioni, uter ex fratribus meis. i. Titio, & Mæuio vxorem Seiam duxerit, heres esto: vter non duxerit, hæres ne esto. quę institutio conditionalis est. Hæredes. Hæredes dicuntur succedere testatori in iure: quia hæreditas est ius, & si plures sunt ab aliquo instituti, omnes æqualiter sunt heredes, nisi testator diuiserit inter eos hæreditatem, siue ius hæreditatis. Si duo sunt. Institui mihi hæredē Titium in quatuor vncijs fundi mei Corneliani, & Seiū in octo vncijs dicti fundi: certe detracta fundi mentione uterq; ex ęquo mihi succedet nō secus quã si heredes scripti sine partibus essent. nisi mea contraria voluntas appareat. Si quis ita. Titius ita scripsit in testamento suo, Stichus seruus meus liber esto. & postea quam liber erit, hæres esto: certè simul competit ei libertas, & hereditas: & ita erit heres necessarius Titij. Si quis primum. Titius instituit sibi heredem primū in quatuor vncijs hereditatis suæ, & secundum in alijs quatuor vncijs: & ita postea dixit dictus Titius: Si dictus secundus mihi hæres non erit, tertium facio mihi heredem in octo vncijs: postea Titio mortuo secūdus repudiauit suas quatuor uncias: certè hic tertius habebit octo vncias in hęreditate Titij. i. habebit quatuor vncias, quę nō erant alicui datę iure institutionis, alias aūt quatuor vncias, quæ erãt datę dicto secundo, qui repudiauit, habebit dictus tertius iure substitutionis. Seruus. Stichum seruum meū institui mihi hæredem cum libertate: & postea eum alienaui in Titium: certè iussu Titij adibit hæreditatem meam: si autem ante mortem meam eū à Titio redemi, ualet pędicta institutio: & erit mihi necessarius heres. Si seruus ex die. Stichū seruū meū institui mihi heredē purè, & volui, quod esset liber a paschate in posterum. postea alienaui eum in Titium, uel manumisi: certè valet institutio quam de eo feci, & existet heres Stichus mihi. & intelligas, q̃d eo casu quando fuit manumissus a me, adibit suo arbitrio: quando autem fuit a me alienatus in Titium, adibit iussu Titij: sed pone quod post institutionem quam de dicto Sticho feci purè, & dationem libertatis post pascha, alienaui usumfructum dicti Stichi in Titiū: certè & institutio pędicta ualet, & hoc casu differtur dicta institutio in id tempus, quo extinguetur dictus usufructus, & non sufficit uenire diem, postquam dedi ei libertatem, nisi & desinat Titius usumfructum in eo habere: inuito. n. fructuario habere non potest libertatem. Sed pone, quod dicto Sticho dedi libertatem post pascha: institui aūt eum heredem purè, vt dictū est in primo casu: non aūt alienaui eū postea, vel manumisi: certè ueniēte paschate erit heres, & liber. Item quid si dedi ei libertatem post pascha, & hereditatem sub conditione, si nauis ex Asia venerit, & non alienaui eum postea, uel manumisi, & postea ueniat pascha, & postea conditio: certè liber, & hæres erit. & hoc dicit. Vlu.

a Alium. Recogitans de alio certo: & occurrerit mihi alius, quem puto esse illum, non ergo Iacob. heres fuit de iure Isaac, & neque Esau: quia de altero errauit in corpore, de alio noluit.

b Frater. Aut credo hunc Seium esse Titium fratrem meum: cum non uideã, & non ualet, ut hic: aut credo hunc Seium esse fratrem. & obtinet C. eo. l. si pater. aut non credo, sed fratrem nomino: ut ff. eo. l. nemo. §. qui frater. aut in nomine tantum proprio erro: ut C. de testa. l. si quis in nomine. & ff. de reb. dub. l. qui habebat Flaccum. & facit ff. de iur. delib. l. fi. & C. de testam. l. neq; professio.

c Non est. Nec nuncupatus. & facit ff. de supellec. lega. l. Labeo. § idem Tubero & de reb. dub. l. in ambiguo. & pro empt. l. 2. §. cum Stichum.

d In re quis. Alias est in rebus quis. i. appellatiuis nominibus: alias est in reliquis. i. nominibus rerum appellatiuis. & facit ff. de leg. 1. l. 4.

e Hoc. Scilicet verum est.

f In parte. Scilicet quota rerum. Azo.

g Ex semisse. Imo videtur ex quadrante: vt infra de legatis primo. l. qui quartam, tertio responso. Solue vt ibi.

h Nuncupatum. Facit ff. eo. l. 1. §. si autem. & ff. de cō ditio. & dem. l. cum autem.

i Testamentarius. id est, scribens testamentum.

k Semissem. Scilicet scripsit.

Proculus putat, ex quadrante fore hęredé: quoniam insit quadrans in semisse, [a] quam sententiam & Celsus probat. Sed & si quis pro centum, [b] ducenta per notam [c] scripsit idem iuris est, nam & ibi vtrunque scriptum est, & quod voluit, & quod adiectum [d] est, quæ sententia non est sine ratione.

Error in conditione, quam quis destinauit inserere, institutionem vitiat. Bar.

Tantundem Marcellus tractat & in eo, qui conditionem destinans inserere, non addidit. nam & hunc pro non instituto putat. [e] Sed si conditionem addidit, dum nollet hæredem futurum [f] detracta ea, nec nuncupatum videri, [g] quod contra uoluntatem scriptum est: quam sententiam & ipse, & nos probamus. Idem tractat, & si testamentarius [h] contra voluntatem testatoris conditionem detraxit [i] vel mutauit hæredem non futurum: [k] sed pro non instituto habendum.

Persona institutioni adiecta per errorem, hæres non erit. Bar.

Sed si cum primum [l] hæredem ex parte dimidia scribere destinasset, primum, & secundú scripsit: [m] solus primus scriptus hæres videbiť, & solus hæres existet, quasi ex parte dimidia institutus.

Sufficit hæredem demonstrari aliter, quam nomine proprio. Bartol.

Si quis nomen hæredis quidem non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstrauerit, qđ penè nihil à nomine distat: [n] non tamen eò, qꝛ contumeliæ [o] causa solet addi, valet institutio. Hæres [p] institui, nisi vt certus [r] demonstretur, [q] nemo potest.

Sufficit personas esse certas: licet portionum distributio ex futuro euentu dependeat. Bar.

Si quis ita dixerit, Vter ex fratribus meis Titio, & Mæuio Seiam vxorem duxerit, ex dodrante: vter non duxerit, ex quadrante hæres esto: rectè [s] factam esse institutionem certum est: [t] sed quis ex qua parte incertum. Planè erit similis institutio, si ita facta fuerit, Vter ex suprascriptis fratrib. meis Seiã vxoré duxerit, hæres esto. Sed & hãc puto valere institutionem, quasi sub conditione factam.

Per institutionem succeditur in ius defuncti: & plures in dubio intelliguntur æqualiter instituti. Bar.

Hęredes iuris successores sunt: [s] & si plures instituãtur, diuidi inter eos à testatore ius oportet. quod si non fiat: omnes ęqualiter [t] hęredes sunt.

Plures instituti in re certa diuidunt sibi hæreditatem æqualiter, nisi testator manifestissimè aliud voluit. Bar.

Si duo sint hæredes instituti, vnus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex besse eiusdem fundi: Celsus expeditissimã Sabini sententiam sequitur, ut detracta [u] fundi mentione, quasi sine partibus [x] hæredes scripti hæreditate potirentur: si modò voluntas patrisfamilias manifestissimè nõ refragatur.

Dictio postea, non impedit diem hæreditatis, & libertatis

[a] In semisse. Maiori summæ minor inest. sic s. de arbi. l. dié. §. si plures. & de pecu. l. hinc quęritur. & j. de uerb. obl. l. j. §. si stipulanti. & de re iudic. l. si quis cum reo. Item tacit C. de test. l. errore. & s. de stat. homi. l. Imperator.

[b] Pro cẽtum. Quæ relinquere volebat.

[c] Per notam. Id est, signũ tẽprę entans, nempe cc.

[d] Adiectum. Id est, superfluum.

[e] Puta. Imò uidetur pure institutus: ut C. de institu. & substi. l. pen. & j. de leg. 2. l. cũ pater. §. si cõtra. Sol. est pro nõ instituto, scilicet sic ut destinauit: sed pure. Sed huic solu. obs. s. e. §. sed si nõ in corpore. ubi uoluntas præualet scripturæ. Sed ibi dictauit: hic tãtũ in corde destinauit. Vel dic, morte præuentus non addidit: nõ instituturus sine cõditione: at secus in contrario secundũ R. uel hæc est opinio Mat. quę nõ tenet, ut in simili casu supra, eo. l. 2.

[f] Hæredem futurum. Putat Marcellus. Io.

[g] Videri. Scilicet putat repete. Io.

[h] Si testamẽtarius. Id est scribens testamentũ: ut est tabellio: ut s. ead. l. §. sed si maiorem.

[i] Detraxit. Omnino Azo.

[k] Non futurum. Scilicet, pure. H. sed prout testator voluit, scilicet sub conditione: ut s. eadem lege. §. sed si maiorem.

[l] Primum. Scilicet solum.

[m] Scripserit. Ex dicta dimidia: & dic destinasset, licet nõ sit scriptũ: ut §. sed si non in corpore. Accur.

[n] Distat. Sic ff. si certum peta. l. certum. et j. de ma. test. l. nominatim. & s. de libe. & posthu. l. 3.

[o] Cõtumeliæ. Quia tunc nõ ualeret: ut Titium, qui occidit Seiũ, instituo: ut j. de leg. 1. l. turpia. in princi. Sed contra, infra eod. l. his uerbis. §. 1. Solu. ibi stetit in genere maledictionis: ut & s. de liber. & posthum. l. 3 in princip. hic in specie dixit. sic & alias in commendatione dicimus: ut s. de dol. l. quod uenditor. Alij ut R. faciunt differentiam inter cõtumeliam, ut hic: & maledictionem, ut in contrario. Accursius.

[p] Hæres. Vt infra eodem l. in tempus. §. quoties. & C. de testa. l. iubemus. idẽ in legatis: ut infra, eod. de usufru. leg. l. qui plures. & de rebus dub. l. 5. & in tutore: ut supra de testa. tutel. l. tutor incertus. & Insti. de legat. §. tutor.

[q] Demonstreť. Proprio nomine, uel in dubitabili signo. ut s. prox. §. uel conditionis euentu: ut infra proximo §. & per se, non per alium: ut infra eod. l. illa. Sed opponitur, ignotus põt fieri hæres: ut C. eo. l. extraneum. ergo ignotus est certus. Azo.

[r] Certum est. Facit infra, de cõdi. insti. l. uter. & de secund. tab. l. 2. §. si quis ita hæredes. & de lega. 1. l. si seruus legat[9]. §. huius.

[s] Successores sunt. Vt & s. de edend. l. quædam. §. nihil.

[t] Aequaliter. Sic Instit. eod. §. si plures. & infra l. proxi. & infra .px. §. & de le. j. l. legata inutiliter. §. fin. & Instit. pro soc. §. & quidem. & supra, de pecu. l. itẽ cum. in fin. & infra de appell. l. si qui separatim. §. quoties.

[u] Detracta. Id est, perinde ac si de fundo nihil esset dictũ.

[x] Sine partibus. Et ita æqualiter: ut s. proxi.

[s] P. Fl. ut certè.

[r] Incertitudo personæ, an & qñ uiuiet, plenè p Bal. in l. quidã. j. de reb. d[illegible] & per omnes in l. id quod pauperib. C. de episco. & cl.

[s] P. Flo. hic rectè.

§.proxi.§.& infra,l.proxi.& ī.eodem ,l.1.§.si ex fundo.& infra,eodem .l.ex facto.§.ita igitur.

a Postea. Materialiter ponitur. Hug.

b Hæreditatem. Et sic erit necessarius hęres.secus si dixerit si uolueris hæres esto:ut J.de conditio.insti.l. verba. Azo. & facit infra eo.l.talem. & de sec.tabul.l.si ita. §.qui filio.

simul cedere. Bartolus.

Si quis ita scripserit, Stichus liber esto,& postea a quam liber erit hæres esto. c Labeo,Neratius, & Aristo opinãtur, detracto verbo medio, postea, † simul ei & libertatem, & hæreditatem b competere. quæ sententia mihi quoque vera videtur. Si quis primum c ex triente, secundum ex triente hæredem instituerit: & si secundus hæres non erit,tertium ex besse hæredem scribat: hic secundo repudiãte, bessem habebit non solum iure substitutionis, d sed etiã institutionis (id est, triẽtem iure substitutionis, trientem iure institutionis.) Seruus cum libertate hęres institutus, si sit alienatus, iuberi adire e ab eo põt, cui alienatus est. f Sed si redẽptus sit à testatore: g institutio valet, & necessarius hæres erit. h Si seruus ex die libertatẽ acceperit,& hæreditatẽ pure, mox sit alienatus, uel manumissus: i videamus,an institutio valeat. k Et quidẽ si alienatus nõ esset, põt defendi institutionem valere, vt veniente die l libertatis, q̃ hæreditatem moratur m cõpetente libertate & hæres necessarius existat. Sed si in diẽ libertas, aut hæreditas n sub conditione data sit, si cõditio post diem adueniẽte extiterit, liber, & hæres erit. Sed & si purè fuerit hæres institutus, libertate in diem data, si sit alienatus, o vel manumissus; p dici debet, eũ posse hęredem existere. q Sed & si non ipse seruus sit alienatus, r sed vsusfructus in eo; æquè institutio s valet; sed differtur t in id tempus; quo extinguitur vsusfructus.

Plures instituti ex diuersis rebus admittuntur æqualiter vt instituti. Bart.

Paulus libro j. ad Sabinum. X.

SI alterius, u atq; alterius fundi pro æquis partibus hæredes quis instituerit; • perinde habebitur quasi non adiectis partibus hæredes scripti essent. Nec enim facilè ex diuersitate prædiorum portiones x inueniuntur. Ergo expeditius est, quod Sabinus scribit perinde habendum y ac

c Si quis primum. Hic tertius.

d Substitutionis. Vt infra eo.l.nam tertiũ,& facit infra eo. l.liber homo.§.fin. contra. Solu. vt ibi.

e Adire ℈. Et tunc est voluntarius hæres.

f Alienatus est. Nec ergo erit liber vt hic,& Infra.eo. §.quod si alienatus. & facit infra de legat.1.l.qui ex asse(?)... §.seruo. & infra de condit. & demonstrat.l. si in diem ℈. Accursius.

g A testatore. Secus si impubes emerit, cui est substitutus: vt supra eod.l. sed & si.§. si seruũ communem.

h Erit. Vt & supra eod.l. sed & si.§.si seruum cõem.sic & in libertate:vt infra de manumiss.test.l. verum est. secus est in legato: ut infra de adim.lega.l.cum seruus.contra.Solu. hic fieret domino iniuria, si filiũ hũc non haberet hæredẽ: vt Insti.qui manumit. nõ poss.§.1.

i Manumissus. A testatore. Acc.

k Valeat. Hanc soluit infra ibi, sed & si pure &c. quod valet. Accur.

l Veniente die ℈. Non ante, etiam hodie. lex enim quæ præsumit seruo instituto fieri eum liberũ,ut Insti.qui ma.nõ pos.§.1.loquitur, ubi non apparet domini uoluntas contraria: alias non est locus præsumptioni:ut J.de uerbo.oblig. l.continuus.§.cum ita.hic enim demum post diẽ dari uoluit.

m Moratur.Nota, quod hæreditas per se ad diem morari uel dari nõ posset:ut infra.e.l.hæreditas, sed libertas ex die dari potest:& sic per eã,ut hic dicit,moratur hęreditas. Azo.& facit ī.eod.l. seruus alienus.§.1.

n Post diem. Quid si ante.H. ADDITIO Die secũdũ Bal.hic quod cõditio est purificata:& sicut si ab initio esset pura institutio, spectaretur dies libertatis: ita dicit arg.l.quod si pendente. de peri.& comm. rei uen.& l.potior.ī.qui pot.in pig.hab.

o Alienatus. A testatore. Accur.

p Manumissus. A testatore.

q Hæredem existere. Voluntarium. & dic à testatore in utroque casu.s.si antequam adeat iussu domini,fiat liber:ut Insti.eo.§ seruus autem. & §. alienus . quinimo & si non esset liber, puta alienatus,poterit iubente nouo domino nolle adire: vt C.e. l.3. & sic si postea fiat liber adibit suo arbitrio : Vel dic etiam , non manumissus hæres erit alii: & sic ĩpropriè vt infra.de acq.hæred.l.placet.

r Alienatus . A testatore ℈.

s Institutio.i.equa.

t Differtur . Hodie autem videtur quod non debeat differri imo statim adueniẽte die libertatis sit liber,& hæres,& necessarius,licet duret in eo vsusfructus. quia bene põt hodie proprietarius volente vsufructuario ei dare libertatem: vt C. communia de ma. l.1.§.fin.autem proprietarius.

SI alterius. CASVS. Instituit Titius sibi hęredem Seium in dimidia cuiusdam sui fundi Titiani: & Caiũ in tertia parte cuiusdã alterius sui fundi nomine Corneliani:& in superfluo suæ hęreditatis non dedit eis aliquos cohæredes . quæritur quid debeat fieri de hæreditate dicti Titii : Certè perinde est,ac si hæredes essent instituti non adiecta parte ℈ aliqua : & sic quilibet eorum habebit hæreditatem pro dimidia . & vice præceptionis habebunt partes prędictorum prædiorum. in quibus partibus instituti fuerunt. difficilè enim esset & stultum inueniri fieri portiones hæreditatis ex diuersitate prędictorum prædiorum. in quibus partibus prędicti Seius,& Caius instituti fuerunt a Titio.& hoc dicit Viuianus.

u Si alterius. Idem si eiusdem: ut supra eod.l.quoties.§.si duo. lo.

x Portiones.Scilicet hæreditariæ.

y Perinde habendum . Quantum ad portiones hæreditarias.nam quantum ad eos fundos nõ perinde est: ut infra.e.l.ex facto.§.1.& facit ī.e.l.1.§. si ex fundo. & J.tit.1.l.cohęredi.§.fi.& infra ad Treb.l.si q̃s priore.Sed contra J. eo.l.px Sol.cõcessio melioris rei,uel partis non facit, ut plus videatur esse datum de hæreditate, ut hic: sed copulatio plurium personarum℈

† Similis est tex. in §.illud autem. ī. in proœm. & ita ponit in dubio s̃m Dy.& Bar.in le. fructus.in fi. ī.solut. matr.

• P.Fl.hęreditas ãi.

• P.Fl. p partib. q̃s hæredes istituerit.

• In P.Fl. partium portiões Quę scriptura q̃d significet, planè no video.

in eandem rem vel partem, coniungit eos in vnam dimidiam: & alter cui per se hæreditas institutionis iure est collata, habet aliam dimidiam: ut ibi.

a Nec fundum. Quantum ad partes hæreditarias, sed iure prælegationis hoc habent: vt ℐ. eodem. l. ex facto. Accursius.

b Nominasset. Et ita deductis partib[us] æqualiter erunt hæredes.

si nec fundum, [a] nec partes nominasset. [b] †

Coniuncti ex re certa habentur pro vno quo ad diuisionem hæreditatis faciendam cum alio instituto. Bart.

Iabolenus libro vij. epistolarum. XI.

* Titius fundi Corneliani hæres esto mihi. duo Titij illius insulæ hæredes sunto. § Hic [c] habebunt duo Titij semissem, [d] ac Titius semissem. idq́; Proculo placet: quid tibi videtur? Respondit: Vera est Proculi opinio.

Etiam in distributione partium vltimum dictum præualet. Bart.

Paulus libro ij. ad Sabinum. XII.

SI inæqualibus partibus datis ita adijciatur, § Quos ex disparibus partibus hæredes institui, æquè' hæredes sunto: § existimandum est, exæquari eos: scilicet si hoc ante peractum [a] testamentum scriptum sit.

Dictio æquè, facit vt coniuncti cum disiunctis æqualiter admittantur. Bar.

Vlpianus libro vij. ad Sabinum. XIII.

INterdũ hæc adiectio, § Aequè hæredes sunto, § testatoris voluntatem exprimit: vt puta. § Primus & fratris mei filij [f] æquè hęredes sunto § Nam hæc adiectio declarat omnes ex virilibus partibus institutos, vt & Labeo scripsit: qua detracta, semissem fratris filij, semissem primus haberet.

Res est diuisibilis in infinitas partes.

Paterfamilias † distribuere hæreditatẽ in tot partes potest, quot voluerit, sed solennis [g] assis distributio in xij. vncias fit. Denique si minus [h] distribuit, potestate iuris in hoc [i] reuoluitur: [k] vt puta si duos hæredes ex quadrante scripserit. nam hæreditas eius residua accedit, vt ex semissibus videantur scripti. Sed si alter ex quadrante, alter ex semisse hæredes scripti sunt: qui accedit [l] quadrans, pro partibus hæreditarijs [m] eis accrescit.

Titi' fundi. CASVS. Institui mihi hęredem Titium in fundo meo Corneliano, & duos alios Titios institui mihi hęredes in quadam mea insula, siue domo nomine Titiana, certè hoc casu debet ita diuidi hęreditas mea. s. vt primus Titius habeat hæreditatis meæ medietatem: alij autẽ duo Titij, qui fuerunt in insula instituti, habeãt aliam dimidiam. Viuia.

c Hic. Id est, in tali casu.

d Semissem. Facit ℐ. l. 3. 2. respon. & §. sed si duos. & l. itẽ quod. §. sed si expleto. & l. liber homo. §. Titius. & argu. ℐ. de usufru. accresc. l. si quis Titio, & l. si proprietas. & ℐ. de usufruct. l. Sempronius. §. fi. & Institu. eo. §. videamus. & C. de impub. & alijs subs. l. fi. in fi. sed præcedens casus est argu. contra. sed expone ut ibi.

SI inæqualibus. CASVS. Institui mihi hęredẽ Titiũ in octo uncijs, & Seiũ in quatuor: & postea ita dixi, ante testm̃ perfectum: quos ex disparibus partibus hæredes institui, ęque hęredes sunto. certè quilibet eorũ habebit dimidiam hęreditatis meę. Viuia.

a Peractum. Idem & si post peractũ: sed ideo sic dicit, quia si ante peractum, non oportet iterum adhiberi de nouo aliam solennitatem: alioqui sic: vt ℐ. de test. l. hęredes. §. s. secundum Ro. Vel ideo sic dicit, quia vbi ante, ipso iure non uidentur datę inęquales partes, sed æquales tantum finguntur datę. si autem postea, videntur ademptę inęquales. non ipso iure non datæ: vt arg. ℐ. de leg. 1. l. si ita sit adscriptum. Azo. & ℐ. de ijs quæ in testa. delen. l. 1. §. sed si legi. & §. sed consulto. & facit ℐ. eo. l. si ita scriptum fuerit.

INterdum. CASVS. Pone q[uo]d ita mihi institui hęredes in testamẽto: Primus, & fratris mei filij, ęque hæredes mihi sunto. certè quilibet eorum habet virilẽ partem. Si autem ita dixissem, Primus, & fratris mei filij, hæredes mihi sunto: Primus haberet dimidiã hæreditatis, & filij fratris mei haberent aliam dimidiam.

Paterfamilias. Faciens testamentum põt distribuere hęreditatem suã in quot partes uult: sed solẽnis distributio assis solet fieri in xij. uncias, aut ergo testator distribuit in minus quam in xij. partes, aut in plus: si in minus, totum reducitur ad assem, siue ad xij. partes: puta instituit sibi Titiũ, & Seium in tribus uncijs: certè nouem residuę uncię eis accedunt: & sic quilibet eorũ erit hæres in sex uncijs. si autem instituit Titiũ in tribus uncijs, & Seium in sex: certè superfluę tres unciæ debent eis accrescere pro hæreditarijs partibus. Si autem excesserit testator xij. uncias in diuidẽda hæreditate sua inter hæredes: æquè pro rata decrescũt, quantũ ad numerũ xij. unciarum, ut puta instituit me in xij. uncijs, te autẽ instituit in sex. certè ego habebo viij. uncias hæreditatis, & tu quatuor. si aũt Titiũ, & Seiũ instituit ex asse, & Semproniũ, & Caium in xij. vncijs: certe Titius & Seius habebunt sex uncias, & Sẽproni[us], & Caius alias sex. si autem Titium, & Seium ex asse hęredes instituit, Sẽproniũ autẽ in dimidia, & sexta. i. ex sex, & duab. uncijs i. octo vncijs: certe hoc casu distribuendus est as in uiginti vncias, ex quibus debet habere octo uncias ille, qui est institutus in dimidia, & sexta: & duodecim uncias debebunt habere illi duo, qui fuerant instituti ex asse. si autem instituit Titium in quatuor uncijs, & Seium in quatuor, & Caium in quatuor, & postea eundem Titium in duabus uncijs. certè hoc casu hæreditas diuidetur in xiiij. uncias. s. ut Titius habeat sex vncias, & Seius quatuor. & Caius quatuor. omnia tamen prædicta reduci possunt ad assem. Viu.

f Filij. omnes enim coniuncti loco unius habẽtur: ut ℐ. eo. l. Iulianus. & l. Lucius. & ℐ. ti. 2. l. si pater. & ℐ. de lega. 1. l. planè. in prin. Sed argu. contra ℐ. de leg. 2. l. Lucius. §. Lucius. Sol. ut ibi. Accur.

g Solennis. Id est frequens.

h Minus. Quam in duodecim.

i In hoc. Duodecim.

k Reuoluitur. Alias resoluitur, scilicet hęc distributio minor: & nota uoluntatem testatoris in potestatẽ iuris resolui. Accur.

l Qui accedit. Id est, qui superest.

m Pro partibus hęreditarijs. Vt ℐ. de secun. tab. l. si ita.

† Et sic admittentur ad hæreditatem æquis portionibus. & cõcor. c. t. in gl. super uer. certa re. post med. ibi, si aũt plures. ex tra. de testa. lib. vj.

* In P. F. Atti' fundi Corneliani hæres esto. duo Titij illius insulæ hæredes sunto. duo Titij semissem hẽbunt, Attius itẽ semissẽ. idq́; &c.

† In hunc locum copiosè Alexã. ab Alexã. Genialiũ dierũ li. 1. c. 2.

Testatoris uoluntas in iuris prãtẽ qñq; resoluitur.

Sed si excesserit in diuisiõe duodecim uncias, [a] æquè pro rata decrescet: [b] ut puta me ex duodecim uncijs hæredem, re ex sex scripsit. ego hæreditatis habebo bessem: tu triẽtem. [c] Sed si duos ex asse heredes scripserit, alios ex duodecim uncijs: an æquè distributio fiat, apud Labeonem libro quarto Posteriorum quæritur. Et putat Labeo, & illos [d] ex semisse, & hos, qui ex duodecim unciis scripti sunt, ex semisse hæredes fore; cui sententiæ assentiendum puto. Sed & si duos ex asse hæredes instituerit, tertium autem ex dimidia & sexta: eodem libro Labeo ait, in xx. uncias assem diuidendum: octo laturum ex dimidia, [e] & sexta [f] scriptũ, illos duos xij. Apud eundem [g] refertur: § Titius ex parte tertia: [h] § deinde asse expleto, [i] § idẽ ex pte sexta. [k] § In xiiij. uncias hæreditatem diuidendam, [l] Trebatius ait.

Si quis multos hæredes primum in primam: secundum, & tertium in secundam, & tertiã partem scripserit, intelliguntur omnes æqualiter instituti. Bartolus.

Iabolenus libro primo ex Cassio. XIIII.

SI quis heredes ita instituit, Titius ex parte prima, Seius ex parte [*] secunda, Meuius ex parte tertia, Sulpitius ex parte quarta hr̃des sunto; § æquæ partes [m] hr̃ditatis ad institutos pertinebunt: quia testator appellatione numeri, scripturæ [n] magis ordinem, quam modum [o] partibus [p] imposuisse uidetur.

Relatiuum quis, uel qui, in dubio facit ueram relationem, non simplicem. Bart.

Vlpianus libr. vij. ad Sabinum. XV.

ciebat tres vncias hæreditatis: certè hi duo erunt hæredes ex æqualibus partibus: veruntamen adiudicabitur vnicuique eorum fundus, qui ei relictus est. cum ergo dictos fundos habeant iure præceptionis, æs alienum debet sustinere quilibet eorum pro dimidia: sicut quilibet est hæres, pro dimidia. Quid ergo si tantum est æs alienum, quod eo soluto nihil in hæreditate remanet? Dicta institutio ex dictis fundis facta nihil valet: prius enim debet solui æs alienum, quam legata. dictos autem fundos dictum est iam, quod habent iure prælegationis. Item quid si lex Falc. interueniens esset factura recisionem legatorum, si dicti fundi essent in veritate legati? certè & hoc in casu cum fuerint instituti in dictis fundis, debet recidere Falcidia eos, cum habeant iure præceptionis, vt dictum est. Item, quid retento eodem casu si incertum est, an Falcid. sit interuentura? certè in hoc dubio debent sibi adinuicem cauere dicti hæredes cum satisdatione: quod si apparuerit vnum vel alterum amplius præceptionis nomine accepisse, quam ex lege Falcidi. accipere liceret: quanti ea res erit, tantam pecuniam det exhæredi suo. Cum ergo hæc ita se habeant: cum duo fuerunt instituti in duobus fundis, ut dictum est, ergo institutio de qua dictum est in prin. l. debet ualere: Id est quando unus est institutus in rebus Italicis, & alius in prouincialibus. & idem erit in hac institutione, quod dictum est in institutione fundorum, scilicet ut quilibet sit hæres pro dimidia, & in iudicio fam. ercis. adiudicentur res Italicæ illi, qui fuit institutus in Italicis: & prouinciales adiudicentur illi qui fuit institutus in Prouincialibus. & sic cum dictas res habeant iure præceptionis, æs alienum soluent pro dimidia: licet plus sit in Italicis rebus quam in prouincialibus, uel contra: & isti duo qui habent iure præceptionis res Italicas, & prouinciales, & alij supradicti legatarij debent contribuere ad supplementum legis Falci. ad sciendum autem, quæ res contineantur appellatione rerum Italicarum, & prouincialium, debemus uoluntatem defuncti inspicere: si autem uoluntas defuncti non appareat, continebuntur appellatione rerum Italicarum illæ res quas testator disposuit perpetuo habere in Italia. & idem dico circa res prouinciales. si autem aliquo tempore aliquid testa⟨tor⟩ abstulit de Italia ad aliũ locũ, puta ad prouinciam, non eo animo vt in prouincia haberet, sed vt denuo ad Italiam reuocaret: non dicitur augere res, quæ sunt in prouincia: neque diminuere res Itali-

tur, [a] quendam duos hæredes scripsisse, unum rerum prouincialiũ, Italicarum rerum alterum, & cum merces in Italiã deuehere [b] soleret, pecuniam [c] misisse in prouinciam ad merces comparandas: quę comparatæ sunt, uel uiuo eo, uel post mortem, nondum tamen in Italiam deuectæ. Quærebatur, [d] merces utrum ad eum pertinerent, qui rerum Italicarum hæres scriptus erat, an uerò ad eum, qui prouincialium? Dicebam, [e] receptum esse, rerum [f] certarum [g] hæredem institui posse: necesse inutilem institutionem: sed ita, ut officio iudicis familiæ [h] erciscundæ cognoscentis contineatur, amplius nihil [i] eum qui ex re institutus est, quam rem, ex qua hæres scriptus est, consequi. Ita igitur res accipiet [k] uerbi gratia, pone duos esse hæredes institutos: unũ ex fundo Corneliano, [l] alterum ex fundo [m] Liboniano: & fundorũ quidem alterũ facere dodrãtem bonorum, alterum quadrantem. Erunt quidẽ hæredes ex equis partibus, [n] quasi [o] sine partibus instituti, ueruntamen officio iudicis contínebitur, ut unicuiq; eorum fundus, qui relictus est adiudicetur, [p] uel attribuat. Vnde scio quæsitum, æris alieni onus pro qua parte agnosci debeat? Et refert Papinianus (cuius sententiam ipse [q] quoque probaui) pro hæreditarijs partibus eos agnoscere æs alienũ debere. hoc est, pro semisse. [r] fundos etenim uice [s] præceptionis accipiendos. Quare si fortè tantum sit æs alienũ, ut nihil detracto eo superesse possit: [t] consequenter dicemus institutiões

eas. & de hoc ponit quatuor plana exẽpla vsque illuc, quę res &c. & ibi vsq; ad finalem quęstionem in prin. l. propositam, dicẽdo quod dictæ merces, quæ sunt emptæ in Prouincia vt Romam veherentur, ad eum hęredẽ pertinere debẽt, qui in Italicis rebus institutus fuit siue sint peruectæ Romam viuo testatore, siue non: & siue sciit testator eas esse emptas, siue nõ: & hoc dicit vsq; ad fi. Vlt.

[a] Quendam. Scilicet testatorem.

[b] Deuehere. Scilicet de Prouincia.

[c] Soleret. Scilicet testator, qui erat mercator.

[d] Quærebatur. Responsio huius quæstionis differtur vsque in finem huius legis: vbi, quæ res in proposito, &c. Azo.

[e] Dicebam. Ego Vlpian. & not. quod altius exorditur materiam, antequam soluat.

[f] Rerum. Certarũ. & tunc si nullus est alius, hic totum habebit: vt supra eodem, l. 1. §. si ex fundo. Si vero alius est: aut ex vniuerso, & tunc habet locum C. eod. l. penul. aut ex re certa, & tunc habet locum quod hic dicit.

[g] Posse. Vt fuit in princ. legis.

[h] Familiæ erciscundæ. Scilicet de actione.

[i] Amplius nihil. Quia nihil plus est in hæreditate, nisi duo fundi: vt subijcit. Vel dic, nihil amplius scilicet debet habere iure prælegationis. Azo.

[k] Accipietur. Alias percipietur. & in libro domini Accursii correctum est.

[l] Corneliano. Qui valet dodrantem: vt subijcit. Azo.

[m] Liboniano. q valet quadrantẽ: vt hic subijcit. Azo.

[n] Æquis partibus. Scilicet quotis: cum hæreditas sit ius: vt s. eo. l. quoties. §. hæredes. imò loco legatariorum sunt habendi: vt C. eo l. quoties. quæ est contra. Sol. ibi erat alius ex vniuerso. hic non. vel dic, quod licet obtineant vicem legatarii quo ad actiones: tamẽ verè sunt hæredes. prima placet.

[o] Quasi. Expressiuum est veritatis.

[p] Adiudicetur. Partim iure prælegationis, partim iure hæreditario: vt j. de mili. test. l. si certarum. & j. de acquir. pos. l. 1. §. si ex parte. & ad Treb. l. deducta. §. nouissimè. & fac. j. de leg. 2. l. peto Luci. 1. respon. & j. de leg. 3. l. post emancipationem. §. fi. & C. fam. erci. l. si qua.

[q] Ipse. Scilicet ego Vlpianus.

[r] Pro semisse. sic C. si cer. peta. l. 1. & C. eod. l. si compensandi.

[s] Vice præceptionis. Quæ præceptio est vltra medietatem cuiuslibet fundi.

[t] Possit. In toto patrimonio. Acc.

[a] In P. F. quidã duos hæredes scripsisse.

[b] In P. F. dimisisse.

[c] In P. F. deest certarum.

[l] Libiano in P. Fl.

[o] P. Fl. tenebũtur.

istas ex re factas nullius esse momenti. Et si fortè Falcidia interueniens recisionem esset legatorum factura, hic officium indicis recidit preceptiones istas, ut non plus quisque eorum habeat, quàm esset habiturus, si legatum accepisset, uel aliud, uel etiam preceptiones. Quòd si fuerit incertũ, an Falcidia interuentura sit: rectissimè probatur officio iudicis cautiones esse interponendas: Cum hæc ita sint (hæc etiã institutio, de qua quæritur, non est repellẽda) si alius rerũ prouincialium, alius Italicarum heres scriptus fuerit, officioq; iudicis attribuentur singulis res, quæ adscriptæ sunt: erunt tamen hæredes ex equis partibus: quia nulla pars adscripta est. Quæ res facit, ut si forte in alijs facultatibus pl' sit in Italicis fortè quàm in prouincialibus, in alijs minus, & eris alieni ratio urgeat: dici oporteat imminutionẽ eãdem fieri, q̃ suprà ostẽdimus. Proinde & si alijs fuerint legata relicta, contributio admittenda erit. Rerum autem Italicarum, uel prouincialium significatione, quæ res accipiendæ sint, uidendum est. Et facit quidem totum uoluntas defuncti. nam quid senserit, spectandum est. Veruntamen hoc intelligendum erit: rerum Italicarum significatione eas cõtineri, quas perpetuò quis ibi habuerit, atq; ita disposuit, ut perpetuò haberet. Cæteroquin si in tempore aliquid transtulit in aliũ locũ, non ut perpetuò ibi haberet, sed ut denuò ad pristinum locum reuocaret: neque augebit quò transtulit, neque minuet, unde trãstulit. ut puta de Italico patrimonio quosdã seruos miserat ĩ ꝓuinciã (fortè Galliam) ad exigendnm debitum, uel ad merces cõparandas, reuersuros si comparassent: dubium non est, quin debeat dici ad Italicum patrimoniũ eos pertinere debere: ut est apud Mutium relatnm, cũ fundns erat legatus, uel cum instrumento, uel cum ijs, quę ibi sunt. Agasonem enim missum in uillam a patrefamilias non pertinere ad fundi legatũ, Mutius ait: quia non idcirco illò erat missus, ut ibi esset. Proĩde si seruus missus fuerit in uillã, interim illic futur', q̃a dominum offenderat, quasi ad tempus relegatus: responsum est, eũ ad uillæ legatum non pertinere. Quare ne serui quidẽ qui operari in agro consueuerũt, q̃ in alios agros reuertebãtur, & quasi ab alio commodati, in ea sunt conditione, ut ad legatum pertineant: quia non ita in agro fuerant, ut ei agro uiderentur destinati. Quæ res in proposito quoq; suggerit, ut Italicarum re-

a Ex re. Id est ex fundis.
b Nullius esse. Quo ad hoc ut ualeant præceptiones: hæredes tamen sunt: quia hæreditas dicitur etiam, quæ soluendo non est: ut j. de uer. sig. l. hęreditatis. & facit infra ad Trebellia. l. 1. §. denique. & ad legem Falcidiam. l. in ratione. §. quod uulgo.
c Legatorum. Scilicet extraneis relictorum.
d Præceptiones. Id est locum habet Falcidia in istis præ legatis, sicut in alijs legatis.
e Istas. ut C. ad legem Falci. l. a cohæredibus. & j. ad legem Falci. l. Nesennius. & dic recider, scilicet lege Falcid. uel iudex. & dic quando & alijs legatis ẽ grauatus. alias etiam qui habet quadrantem, cũ habeat ultra quartam semissis, non deduceret Falci. Azo. Item qui habet iure prælegationis, non proficit suis legatarijs. sed cohæredi sic: ut d. l. Nesennius.
f Eorum habeat. In prælegatis.
g Si legatum. Id est, non plus consequitur vnus ab alio de fundis, in quibus instituti sunt, quàm si esset eis legatum alijs hæredibus institutis.
h Accepisset. Tanquam extraneus nõ tanquam hæres.
i Vel aliud. In fidei commissis.
k Esse. Inter se cohæredes.
l Interponendas. De reddendo retro, quantum apparuerit vltra Falcid. acceptam: vt infrà si cui plus quam per legem Falcid. l. primo respon.
m De qua. In principio legis dixi.
n Reppellenda. Sed approbanda.
o Adscriptæ. In q̃bus instituti sunt.
p Quia nulla. Scilicet quota. & pone hic contra C. eod. l. quoties. Solue ut s. modo notaui.
q Pars. s. expressa.
r Quæ res. Quia scilicet sunt hæredes ex æquis partibus.
s In alijs. Puta uineis.
t In alijs. Puta pratis.
u Supra ostendimus. Scilicet ut pro æquis partibus teneatur ad æs alienum: ut s. eo. §. unde scio.
x Si Alijs. Non solum cohæredibus.
y Contributio. Vt omnes insimul tribuant ad supplemẽtum Falcidiæ.
z Rerum significatione. Id est, appellatione.
a Facit. Nota patrimonium constitui ex voluntate patrisfamilias.
b Totum. Id est responsionem prædictam.
c Veruntamen. Scilicet in dubio.
d Cæteroquin. Alias, alioquin: alias. cæteroquin.
e Haberet. Subaudi perpetuo, si non habes in textu.
f Augebit. Scilicet res, quæ sunt eo loco, &c.
g Minuet. Scilicet res, quæ sunt ibi, vnde. &c. & facit infrà de legat. 3. l. quæsitum. primo respon. & §. fin. & l. si ita legatum. & l. qui filiũ. & not. supra de pigno. l. debitor. & C. de verbo. signifi. l. 1. & in l. de auro & argento lega. l. si vxori. §. cum ita.
h Reuersuros. Id est, recursuros. Acc.
i Eos. Scilicet seruos.
k Peruenire. Qui quam sint missi ad prouinciam.
l Agasonem. Qui ducit equos, vel mulos, vel asinos: ut s. si quadru. paupe. fec. d. l. agaso.
m Ibi esset. Perpetuo.
n In agro. Non destinato eis. Accur.
o Agros. Ad quos erant destinati.
p Quasi. Expressiuum veritatis.
q Legatum. Illius fundi, in quo destinabantur al. quãdo.
r Pertineant. Repete superius, non.
s Quæ. Nunc soluit primam quæstionẽ in principio legis.
t In proposito. Id est, in proposita quæstione.

a In P. F. si tẽpore I quo transtulit in aliũ locũ, vt ibi haberet, sed vt denuò &c.

In P. R. recursuros

P. F. in missus.

Iturasa

b Ituras. Pecunias, arg. j. de reb. dub. l. quidā relegatus. & facit j. de fun. instr. & instr. le. l. quæsitum. §. Papinian⁹. & l. Seiæ. §. idem quæsijt. & l. prædia. §. t. Acc.

b En uiuo. Scilicet testatore.

S I quis ita. ... Seius ita dixit in testamento suo: ex qua parte codicillis Titium heredem scripsero, hęres esto. postea non fecit codicillos, & decessit: vel fecit codicillos, & in eis nullam partem dicto Titio adscripsit. certè erit hęres Titius, quasi fuerit institutus in testamento sine parte. Viu.

c Heredem. In testamento. Acc.

d Scripsero. De futuro non fit conditio, ı vt impediat: sed de pręterito fic: vt hic. & s. eo. l. a. §. pōt autem is. Nec obst. j. eo. l. clemēs. §. si. vt ibi dices: & hoc vbi sibi testator apposuit conditionem: si autem extraneo, tūc si de pręterito valet: vt s. eo. l. a. & l. hoc articulo. si de futuro non. quia est captatoria: vt supra eo. l. ille. & j. de ijs, quę pro non scrip. ha. l. 2. in fin. Sed quare secus, quando sibi apponit conditionem de futuro. & aliud quādo extraneo? Respon. secundum Io. cum conditio pendet ex testatore, si deficiat habetur ꝓ pura. & facit j. de condi. inst. l. institutio. C. de institut. & subst. l. pe. Sed contra s. eod. l. quoties. §. tantundem, sed dic vt ibi. Item nnt. quod alicubi videtur esse conditio, & non est: vt hic, & j. de op. lega. l. illud aut illud. & infra de adim. leg. l. à filio. §. fin. Sed argu. contra j. de vsufruct. legat. l. qui plures.

ı Quid in cōtractu, vbi conditio habetur ꝓ impleta, qua actione agatur. dic actione in factum. p Bart. in l. a. C. de insti. & sub. & l. in testa. j. de condit. & demonst.

P. Flor. dici.

In P. Fl. dicēdum est hanc quoq; Italici patrimonij rationem esse: igitur effici dixi, ut &c.

In P. Fl. prouectæ sunt.

rū esse credātur eæ res, quas in Italia esse testator voluit. Proinde & si pecuniam miserit in prouincias ad merces cōparandas, & nec dum comparatę sint: dico pecuniā, quæ idcirco missa est, vt per eam merces in Italiā adueherentur, in Italico patrimonio adiungendam. Nam & si dedisset in prouincia de pecunijs quas in Italia exercebat, ituras, & redituras: dicendum est, has quoq; Italici patrimonij esse. Rationē igitur efficere dixi, vt merces quoque istæ, q̄ cōparatæ sunt, vt Romam veherētur: siue a peruectę sint eo viuo, b siue nondū: & siue scit, siue ignorauit: ad eum heredem pertinere, cui Italicę res sūt adscriptę.

Defectus conditionis de futuro: quæ dependet ex facto testatoris, institutionem non vitiat. Bartolus.

Idem libro viii. disputationum. XXXVI.

S I qs ita scripserit heredē, Ex qua parte codicillis Titium herede scripsero, d hæres esto. etiam si pars in codicillis non fuerit adscripta: erit tamē hæres, quasi sine parte institutus.

Non admittitur concursus instituti & substituti. Bar.

Iulianus lib. xxix. Digestorum. XXXVII.

C Vm in testamēto ita scribitur, e Si filius meus me viuo morietur, tūc nepos ex eo post mortem f meā natus, hæres esto: g duo gradus h hæredū sunt. nullo enim casu vterq; ad hæreditatē admittitur. Ex quo apparet, si nepoti Titius substitutus fuerit, h & filius patri hæres extiterit: non posit Titiū vnà cū filio i hæredē esse: quia non in primum, sed in secūdū k gradum substituitur.

Capula ultimo loco posita et inter præcedentes solutè positos uidetur apposita. Vel sic Soluta resoluitur in coniunctam Bar.

Hæc verba, Publius Marcus, & Caius inuicē substituti, hæredes mihi sunto: sic interpretāda sunt, vt breuiter videat testator tres instituisse hæredes: & inuicem eos substituisse: perinde ac si ita scripsisset: ille, & ille, & ille instituti hæredes & substituti sunto.

Indefinita non comprehendit eum, de quo specialiter est promissum. Bartol.

Qui tres filios habebat, & ita scripserat, Filij mei heredes sunto, Publius filius meus exhęres esto. videri potest prima parte duos duntaxat m filios hæredes instituisse.

ADDITIO. Dic quod ibi scriptura erat imperfecta circa personas, quæ à iure non supplētur: hic circa portiones, quæ à iure supplentur: ut s. eod. l. item quod Sabinus. secundum Dyn. & Bar.

C Vm in testamento. CASVS Caius ita scripsit in testamento suo. Filium meū Sempronium mihi heredē instituo. & si dictus filius me uiuo morietur, tunc nepos ex eo post mortē meā natus, hæres mihi esto: & dicto nepoti substituo Titiū. Certè si filius nō moriatur uiuo testatore, & post mortem testatoris uelit habere hæreditatē, nō admittitur nepos, nec Titius nepoti substitutus. Hæc uerba. Titius ita scripsit in testamento suo: Publius, & Marcus, & Caius inuicem substituti heredes mihi sunto. certe uidetur eos instituisse, & postea ad inuicē substituisse. videtur enim ita dixisse testator: Publius, & Marcus, & Caius sint mihi hæredes & sint inuicem substituti. Qui tres. Titius habens tres filios, scilicet Publium, & Marcum & Caium, ita scripsit: Filij mei heredes sunto: & postea ita scripsit: Publius filius meus exhæres esto. certè quamuis per verba generalia instituerit omnes filios hæredes: tamē verba specialia exheredationis faciūt vt non videatur instituisse, nisi Marcū, & Caiū. & hoc dicit. Viu.

e Scribitur. Subaudi, filio instituto. alias nō essent duo gradus.

f Post mortem. Facit secundum Galli consilium: vt s. de libe. & posthu. l. Gallus. in princ. Acc.

g Duo gradus. Instituti, & substitutis vt filius quidem institutus, nepos autē habeatur substitutus. Acc.

h Substitutus fuerit. Etiam vulgariter. s. si nepos non erit hæres &c. & sunt tres gradus.

i Vna cum filio. Licèt testator dixerit: si nepos hæres non erit, Titius heres esto: & hic nepos non erit heres.

k Sed in secundū. Id est, in locum deficientis secundi gradus, ex quo cœpit posse adiri hæreditas. sed hic non cœpit posse adiri hæreditas: ergo Titi⁹ repellitur. j. de acq. hęr. l. 3. et facit j. tit. 1. l. si mater. Acc.

l Tres instituisse. Breuiter duos gradus comprehendis. sic j. titu. 1. l. Lucius. §. aliter.

m Duos duntaxat. Sed quid si duos tantum habeat, & idē scripsit? Respōde, eū hæredē esse. ut infra. tit. 1. l. si quis eum quem. in prin. Itē nota, quod sequens scriptura determinat & restringit præcedentem: sic infra. de uerb. signifi. l. si est fundū. & de acquir. possess. l. si is qui. & s. de calum. l. hæc actio.

Limitabis istud dictū glo. si sequens scriptura eēt authētica sicut prima. nā si ꝓduceretur scriptura notarij mortui vbi nō esset eius subscriptio, nō faceret fidē, nec priori obstaret: Bart. in l. si quis. §. Initiū. s. de edend. Et quæ dicatur scriptura authentica, vide per Innoc. in c. 1. I princi. de fide instru.

tuisse. a

Post mortem legatarij potest seruus legatus hæres institui. Bartolus.

Idem libro x... Responsorum.

XXXVIII.

Qui filio c impuberi exhæredato Pamphilum legat: eundem d post mortẽ filij ex parte hæredem instituere eo modo pōt, quo is, qui seruum e communem Sempronio legatũ, eundem c post mortem Sempronij ex parte hæredem instituit.

Conditio tacitè hæreditati adiecta non potest in codicillis adimi. Bartolus.

Seruus testamento hæres purè scriptus, a liber autem iussus esse, r si intra Calendas Decembres decem dedisset: si codicillis purè libertatem acceperit, intra Calẽdas quidem neque liber, h neque hæres erit, nisi decem dederit: si intra Calendas non dederit, liber ex codicillis i erit.

Sublata causa viuo testatore, per quam conditio vni rei adiecta, alteri repetita intelligatur: cessat repetitio conditione pendente, secus si esset iam defecta. Bartolus.

a Instituisse. Not. sequentem scripturam determinare & restringere præcedentem. Accur.

Qui filio. Institui mihi hęredẽ Titiũ, & filium meum impuberem exhæredaui: & eidẽ impuberi exhæredato legaui Pamphilum seruum meum: & postea ita dixi. Instituo mihi hæredem pro parte dimidia dictum Pamphilũ post mortem dicti mei filij impuberis: & do ei libertatem in eum casum. nunquid valet talis institutio dicti Pamphili? Et videtur quod non: quia dictum impuberẽ exheredaui ut dictum est: vnde non videtur, quod heredibus eius impuberis possim auferre dictum Pamphilum quem impuberi legauerã instituendo dictum Pamphilũ hæredẽ, tali modo vt dixi. Sed respōdet, quod valet dicta institutio Pãphili: & post mortem impuberis erit mihi hæres cũ Titio prædicto. nam & si legassem dictum Pãphilum cuidam extraneo, puta Sempronio, & eundem post mortem dicti Sempronij hęredem instituissem pro dimidia cum libertate, haberet post mortem Sempronij hæreditatem meam cum dicto Titio. Seruus testamento. Stichum seruum meũ scripsi mihi hæredem purè: & dedi ei libertatem sub ista conditione, si intra Calendas Decembris daret Titio decem. postea feci codicillos, & eidem seruo dedi libertatẽ pure in dictis codicillis, & postea decessi, nunc dictus seruus propter uerba codicillorum uolebat libertatem etiam ante Calendas prædictas, & per cõsequens hæreditatem: certè respondetur ei, quod ante dictas Calendas non habebit hæreditatem, nec libertatem nisi det decem dicto Titio. post Calendas autem erit liber ex codicillis, & per consequens hęreditatem habebit.

Si quis seruum. Stichum seruum meũ scripsi mihi hæredem purè: & dedi ei libertatem sub conditione, si nauis ex Asia uenerit intra annum, & postea cum seruum uendidi Titio, & postea decessi. Certè iussu dicti Titij emptoris potest dictus seruus adire hæreditatem meã etiam pendente dicta cōditione libertatis. si autem transiuit annus, intra quem debebat uenire nauis, nec uenit: & sic defecit conditio libertati apposita, & sic amodo institutio nihil ualet, & postea alienatus fuit in dictum Titium: non potest eius Titij iussu adire hæreditatem. Sed pone, quod dicto seruo cui dedi libertatem sub dicta conditione legaui equum meum purè, non autem eum institui: & pendente dicta conditione eum manumisi, uel alienaui in dictum Titiũ: & postea decessi. Certe dictum legatum habebit eo casu quo fuit manumissus, aut acquiret illud Titio domino suo, in quem Titium per me uiuente eum alienatus fuit: & hoc siue tẽpore mortis meę pendebat adhuc conditio libertatis, sicut pendebat tẽpore quo eum manumisi, uel alienaui: siue extincta sit, quia nō uenit nauis intra annum. si autẽ post defectum dictæ conditionis libertatis manumisi eum, uel alienaui in Titium, legatũ equi datum purè per me dicto seruo recidit ad irritum, sicut in superiori casu hæreditatis. Cum uenditor,

Vendidi Titio seruum meum Stichum: & antequam ei traderem ipse Titius emptor fecit testamentum, & instituit sibi hęredem dictum Stichum, & Caium: & decessit. ego uenditor, qui habebam adhuc dominiũ serui, iussi eum adire pro parte dimidia, in qua fuit institutus a dicto tẽpore: & ita mihi acquisita est. Caius autem cohæres serui adiuit pro sua dimidia, certe debeo ego uenditor restituere dicto Caio hæredi emptoris cohæredi dicti serui totum illud, quod consequi non potuisset, si priusquã iussu meo adiret seruus partẽ hæreditatis, vendidissem eum dicto Titio, & tradidissem, id est, dimidiam hęreditatis emptoris, & totum seruum: quia non debeo facere lucrum eius serui nomine, quem iure vendidi. Et hoc reprobata opinione quorundam, qui dicebãt, quod ego nō debebam restituere dicto Caio, nisi pro ea parte qua extitit hæres Caius emptori, id est, pro dimidia seruum, & pro dimidia illud quod acquisiui de dicta hæreditate per dictum seruum, sicut pro dimidia habuit hæreditatem emptoris Caius. id est, dicere partem dimidiã serui, & partem dimidiam dimidiæ hæreditatis, id est, quartam hæreditatis. & hoc dicit cum l. sequen. Viuianus.

b Qui filio. Siue leget testator seruum suum filio exhæredato, siue extraneo: potest eundem seruum instituere post mortem legatarij: quia dies incertus est. alias tolleretur dies: ut ĩ. eo. l. hæreditas. Sed an valeat legatum serui, si hic solus seruus post mortem legatarij est institutus? Respon. non: quia ante mortem legatarij non: quia nemo est hæres, postea non: quia libera persona inueniretur legata: & facit ĩ. titul. t. l. si seruus communis. §. fi. & l. sequen. & C. de necess. ser. l. pen. §. finali. Accur.

c Eundem. Scilicet Pamphilum.

d Filij. Exhæredati.

e Eundem. Seruum.

Purè scriptus. Quo ad verba: effectu autem eius est, ut conditionem adimpleat libertatis, & dic scriptus solus, secundum Ioan.

Iussus esse. Sub hac conditione, si intra &c.

Neque liber. Ex testamento non est liber: quia non extitit adhuc conditio: & per consequens nec hæres: quia non liber: & quia sub eadẽ conditione retardatur hæreditas: ut s. eo. l. seruus alienus. §. j. & arg. ĩ. de cōd. insti. l. cum seruus. & s. eo. l. Trebatius. §. fi. & arg. s. de serui. urb. prædi. l. 3. §. qui habet. Item nec ex codicillis est liber pendente cōditione, vt hic dicit: quia noluit lex expectari, an habeat vtrunq; ex testamento, & sic sit necessarius: quod est, si existat conditio: vel voluntarius secundum Hug. Item si esset liber in codicillis, uideretur remota conditio libertatis, & per consequens hæreditatis: & sic directa daretur hæreditas in codicillis remouendo conditionem: quod esse non debet: ut Instit. de codicil. §. fi. Acc.

i Liber ex codicillis. Et hæres voluntarius secũdum H. ut arg. s. eod. l. si seruum cōis. nec ob. C. de neces. ser.

l. quidam

* In P. Fl. nō est, cō munem.

l.quidam.§. sed cũ ueteres.ubi est necessarius: quia ibi nihil de libertate dixit in testamẽto: Sed alij dicũt,ut Ioan.etiã R.quod hic nnn est hæres:utpote deficiente conditione,sed tantum liber: ut arg.ĩ.eo.l.& expleta. Sed tunc libertatẽ quomodo consequitur, cũ non existente ex eo testamẽto hęrede nihil valeat: vt C.de fideic.l.eam ? Respõ. hic habebat cohæredem. Vel illud de relictis in testamẽto: hic autem de codicillis, sed est hic opus adiri hæreditatẽ à legatario, aliàs nnn valet libertas: vt C.de cadu.toll.l. prima.§.in nouissimo. & secundum hoc potest ĩ fine legi cum nnn. secundum Ioan. qui habebat,ex codicillis nõ erit scilicet non adita hæreditate a legitimo. Acc.

Si quis seruum suum liberum sub conditione, hæredẽ purè scripsisset, eumque uendidisset: pendente conditione, iussu emptoris seru⁹ adire hæreditatem potest:quia & constitit institutio: [a] & est, qui ius imperandi [b] habet. Quòd si post defectam conditionem [c] alienatus fuisset: non potest iussu emptoris hæreditatem adire:quia eo tempore ad eum preuenisset, quo iam extincta institutio, & inutilis [d] fuerat. Igitur [e] cùm seruus sub conditione liber esse iubetur, & legatum purè accepit: si pendente cõditione [f] manumissus, uel alienatus fuerit,legatum habebit,[g] aut domino [h] acquiret: quamuis mortis [i] tempore cõditio libertatis extĩcta [k] fuerit. Si uerò post defectum cõditionis manumissus, aut alienatus fuerit: [l] legatum ad irritum recidit. [m]

Quicquid post uenditionem uenditori accrescit mediante seruo uendito, restituit emptori,uel eius hæredi. Bart.

Cùm uenditor seruum ante traditionem ab emptore pro parte hæredẽ scriptum adire iubet, restituere cohæredi serui necesse habet,quia lucrũ facere eius serui * nomine, quẽ iure uẽdidit,non debet. [n] Planè non totum,[o] quod acquisierit, restituet:sed pro ea duntaxat parte, qua seruus cohæredem habuerit.

Martianus lib.ij. regularum. XXXIX.

ID est, [p] partem dimidiam serui, & quartã hæreditatis. [q] Lib.xxx. Digestorũ Iuliani Marcellus notat: [r] Imo & id debet præstari,quod consequi uenditor non potuisset:si prius,quam adiret seruus partẽ hæreditatis,[s] is traditus esset. quod est uerum.

Propter repugnantiam iuris communis admittitur concursus instituti, & substituti. Bar.

Iulianus lib.xxx Digestorum. XL.

SI paterfamilias Ti-

[a] Constitit institutio. Per conditionẽ defectã, sub qua ipsa institutio facta videtur quantũ ad quærendam hæreditatem,secũdũ Rog. Sed nunquid si postea conditio extiterit, testituit emptor hæreditatem seruo? Respon. nequaquã. Azo. expectatur ergo hæc conditio, quando seruus in eodem mansisset statu: nam ante conditionem,nec se, nec alium potest facere hæredem:sed alienatione facta est, quẽ faciat hæredem: & ideo cnnditio non expectatur, quia vera nñ est conditio, sed quia propter naturam libertatis differtur institutio, eo scilicet nnn alienato. aliàs si esset vera cnnditio,expectaretur etiã eo alienatn.

[b] Imperandi. Nouus dominus.

[c] Defectam conditionem. Libertatis,quę fortè erat, si nauis venerit ex Asia hinc ad mensem. & dic quod defectus conditionis & libertatem, & hæreditatẽ sub conditione tacitè repetita datam vitiat: alienatin solã adimit libertatem: vt Insti.eo.§. seruus.

[d] Inntilia. Quia perinde est modn habendum, ac si fuisset purè institutus, & simpliciter sine libertate data aliquo modo. Hug.quod iure nnn valebat: hodie secus: vt C.de neces.ser.l.quidam.

[e] Igitur. Quod dicit in hæreditate seruo relicta, idem in legato: cum sub conditione libertas sit ei relicta.

[f] Pendente conditione. Scilicet libertati adscripta.

[g] Legatum habebit. Ipse manumissus: quia legatum purè cœpit deberi manumissione facta. Hug.

[h] Aut domino acquiret. Cum fuit alienatus.

[i] Mortis. Scilicet domini.

[k] Extincta. Et sic videtur quod non cedat dies huius legati quantum ad hoc ut ualeat, uel nnn a tempore mortis,quod est hene notandum. uel satis potest dici, quod cedat a tempore mortis. Hug.

[l] Fuerit. Scilicet seruus.

[m] Recidit. Habuit enim quasi tacitè a seruo acquirẽdum legatum conditione libertatis adiecta. R. uel sic: quia perinde habendum est,ac si legatũ simpliciter sine libertate fuisset ei relictũ, quod nullum esset: ut C. de lega. l.seruus. & facit ĩ.de legat. 1.l.quæ situm.§.1.Hugn.

[n] Non debet. Venditor.

[o] Nnn totum. De subtilitate iuris.

[p] ID est. Nã uidetur uoluisse testator uenditorẽ habere debere partẽ dimidiam serui: cum eum instituerit pro dimidia. Hug.

[q] Hæreditatis. Totius. cum enim fuit ĩstitutus seruus pro dimidia & medietas serui remansura est penes uenditorem: ergo medietas illi⁹ dimidiæ, & sic alia sit emptori restituẽda, quæ est quarta totius hæreditatis. Hu. & econtra quia cohæres nõ erat. nisi in dimidia, nõ poterat hẽre nisi medietatẽ serui,& mediã institutionis serui, quæ erat quarta totius: sed tamẽ statim corrigit.

[r] Notat. Id est, reprehendit ita, imò &c.

[s] Is traditus esset. Et sic apparet corrigi, quod dictum erat suprà eod.l. proxim. in fi. planè nnn totum &c. & facit suprà de act. emp. & vend.l. Iulianus.§.si quid serun. Sed cur nõ habet aliquid venditor,cũ testator sciebat seruũ esse venditoris? Respõ. contemplatione serui instituit in dubio. vt C.de vsuf. leg.l.fi.& ĩ.de leg.præstan.l.3.§.1.Item quomodo cohæres petit vltra quàm sit hæres: vt C.de rei ven.l.res alienaa ? Respon.quod testator videtur eũ voluisse habere totũ,cui & partem dedit: vt arg.ĩ. de cõdi.& demon.l.si quis eũ quẽ.perinde enim habetur,ac si emptor proprium serunm instituisset sine libertate:& sic hæreditas tota & seruus dabitur hæredi emptoris.

SI paterfamilias. Casus in hac lege,cũ seq. est talis. Titio seruum Mæuij, quẽ liberum esse credebam, mihi hæredẽ ĩstitui: & si hæres nõ esset dictus Titius, substitui ei Sẽpronium: dictus Titius seruus adiuit hęreditatẽ meam iussu domini sui, & ita nnn fuit hęres Titius mihi: sed dñs suus per eum. nunquid habebit substitutus hęreditatẽ? Et videtur quod sic:quia seruus nõ fuit mihi,hęres. Econtra videtur ꝙ non: quia ego videor velle habere substitutum hęreditatem meam, si

* In P.P. non est, nomine.

Titius seruus Mæuij non erit hæres, neque alium fecerit hæredē: fecit autem dominum suum hæredem, ergo uidetur, quod substitutus nihil habere debeat. iudicatur tamē hic, quod Sempronius substitutus in partem hæreditatis debet admitti, scilicet in quartam: ut in fine legis. duo enim semisses debēt de hęreditate fieri, & intelligo, quod unum integrum semissem debeat habere dictus Mæuius dominus serui, & alium cum substituto diuidere. Et hoc iudicauit Titius Cæsar in persona Parthenij, sui serui: qui Parthenius fuit institutus a quodam credente eum esse liberum: & substituit ei quendam alium, si hæres non esset: secus autem si instituisse dictum Titium seruū Mæuij sciens eum esse seruum, tali modo ut dictum est. nā tunc nihil habebit substitutus. quia intelligitur substitutus in eum casum, quo dictus Titius non esset hæres, nec alium hæredem fecerit. fecit autem dominum suum. si autem dictus Titius, quem dicto modo institui, erat liber, & ego putabam eum liberum: ita demum habebit substitutus hæreditatem, si ipse institutus non erit per se hæres, nec alium hæredem fecerit in seruitutem postea redactus. Viuianus.

tium, quem ingenuum a esse credebat, b hæredē scripserit: eique, si hæres non esset, Sempronium c cohæredem † substituerit: deinde Titius, quia seruus fuerat iussu domini adierit hæreditatem: potest dici, Sempronium in partem d hæreditatis admitti. Nam qui scit e aliquem seruum esse, & eum hæredem scribit, & ita substituit, f si Stichus hrs nō erit, Sempronius hrs esto: intelligitur tale quid dicere, si Stichus neque ipse hęres erit, g •neque aliū h hæredem fecerit. At qui eum, quem liberum putabat, i hæredem scripserit hoc sermone, si hrs non erit: k nihil aliud intelligitur significare, quam si hæreditatem uel sibi non •acquisierit, uel mutata l conditione alium m hæredem non fecerit, quæ adiectio ad eos pertinet, qui patresfamilias hæredes scripti postea in seruitutē deducti fuerint. Igitur in hoc casu n duo semisses fiēt: ita ut alter † semis inter eū, qui dominus instituti hæredis fuit, & substitutū, æquis portionibus diuidatur. o

Pomponius libro xii. ex uariis lect. XLI.

ET hoc Tyberius p Cæsar : constituit in persona Parthenii: qui tanquā ingenuus hęres scriptus adierat hæreditatem, cum esset Cæsaris seruus. Nam diuisa hæreditas est inter Tyberium, & eum, qui Parthenio substitutus erat, ut refert • Sextus Pompeius.

Defectus extrinsecus, si tempore aperturæ tabularū cessat, testamentum reconualescit. Bar.

Iulianus lib. lxiiii. Digestorum XLII.

QVi soluendo non erat, duos Apollonios q liberos, hæredesq́; esse iusserat: Altero ante apertas r tabulas testamēti mortuo; nō ieleganter defendi poterit, eum, q supererit, liberū, & solū necessarium

a Ingenuum. Idem esset & si libertum.

b Credebat. Forsan: nos enim ignoramus quid ipse crediderit.

c Sempronium. Substitutum.

d In partem. Quartam: ut in fine legis dices.

e Qui scit. Ergo & est seruus.

f Et ita substituit. Id est, his verbis.

g Hęres erit. Liber puta de nouo factus.

h Neque alium. Cuius est iuri subiectus per arrogationem, uel per seruitutem.

i Putabat. Scilicet esse.

k Non erit. Subaudi, talem substituo. Accur.

l Mutata. De libertate in seruitutem.

m Alium. Puta dominum suum.

n Igitur in hoc casu. Scilicet primo casu huius legis.

o Diuidatur. • Sed quid fiet de alio semisse? Resp. dominus instituti habet præcipuū inspecta potius veritate quā opinione: licet quidā contra. & est ēt pro hoc ī.l. prox. quia verisimile est quod Imperator sibi præcipuum acceperit. Sed videtur distingui, aut voluit alium fieri hæredem, si appareret seruus, & tūc substitutus in totum repellitur, si paruerit domino in adeundo. aut noluit, & tunc in totum admittitur: vt C. eo.l. cum proponas. quæ est contra. Solut. ibi erat certum quid: voluit per verba (si non erit hæres) signare hic contra. nam dubitabatur, an testator crediderit liberum. Item si crediderit liberum, dubitatur quid volebat per p̄dicta verba significari, si hęres non erit. & distingue vt Instit. de vulg. substitu. §. fin. & facit ī. de euic.l. sed & si sti pulatin. §. 1. & ī. de aequi. hæredi. l. 7. & C. de iure deliber. l. eum aliquis. Accur.

p ET hoc Tyberius. Instit. de vulg. substit. in fi. dicitur Tyberius: & sic binomius. Sed opponitur, si testator credidit liberū: ergo substitutio ei facta intelligitur facta ut libero: ergo dominus nihil habet sed substitutus totum? Respon. opinioni testantis est veritas contraria: quia est seruus: quæ præualet, cum ignoramus certitudinem voluntatis. nam potest esse, quod licet liberum putabat, tamen voluit si quo casu detegeretur eius conditio, & seruus appareret, quē dominus haberet: sed latebat hic quid voluerit.

QVi soluendo. CASVS. Lex Aelia Sentia permittit, quod ille qui non est soluendo creditoribus suis, possit sibi instituere vnum seruum suum hæredem necessarium: & non plus. pone ergo, quòd Titius non soluendo existens instituit sibi seruos suos hæredes duos cum libertate, quorum seruorum quilibet vocabatur Apollonius. certè si vnus seruorum eorū decessit ante apertas tabul. testamenti dicti Titij, alter erit hæres necessarius, si autem uterque uiuat, nō erit aliquis eorum hæres: quia unus obstat alteri, & econtra. non enim apparet quis primo institutus fuerit: quia ille solus hæres esset: & hoc dicit eum l. seq. Viu.

q Apollonios. Secus si diuersorum nominum essent. R. quia tunc primo nominatus: nisi in casu: ut ī. eo. l. qui soluendo. & ī. qui & à quib. l. si quis hæres. Acc.

r Ante apertas. Hoc ideo dicit: quia secundum hæc iura non cedebat dies hæreditatis vt posset adiri, nisi ab apertura tabularum etiam instituto pro parte hærede: sed hodie statim à morte testatoris. ut C. de cad. tollē. l. 1. §. 1. & § in nouissimo. & iden quia distinguitur ante apertas tabulas, vel postea: dices hodie ante mortem testatoris, vel postea. & hoc maximè in necessario qui protinus post mortem eius est hæres: vt Instit. de hęre. quali. & diff. in prin.

† Vide ī hūc locū Alc. lib. disp. 1. c. 2. & Viglū Zuichemū ī cōmē. ad §. fi. de vulga. sub. Instit. lib. 2.

• In P.F. neq; aliū fecerit.

• P.F. nō habēt ū.

• Hāc altercationem pulchre intulit Theophilus in Gręcis Institutionibus, In fine ti. de vulg. sub. hæreditatē .n. ex æquo inter institutū, & substitutū diuidendā esse.

• P.F. nō est dum.

† Dictione alter, accipi hic pro duobus putat Viglius in eo loco, quē suprà citauim'.

† Id à diuo Pio cōstitutū autor est Theophilus in Institutionibus Græcis, tit. de vulg. subs. vide q̄ in eā rē scripsit Vigl. in cōmē. ad §. fi. de vulg. sub. Insti. li. 2. Alci. li. 1. dispu.

• In P.F. Sextus Pōponius.

Hæredem

hæredē [a] fore. [b] Quòd si vterq; viuit institutionem nullius esse momēti propter legē Aeliā Sentiam, quæ amplius, quàm vnum necessarium hæredem fieri vetat.

Paulus libro j. ad le. Aeliam Sentiam. XLIII.

INuicem [c] enim eos sibi obstare.

Ex facto alterius, alius exhæredari non debet. Bar.

Alphenus libro v. Digestorum. XLIIII.

PAterfamilias testamēto duos hęredes instituerat, eos monumentū [d] facere iusserat in diebus certis: deinde ita scripserat, Qui eorū [e] non ita fecerit, omnes exhæredes sunto. alter hæres hæreditatē pętermiserat. reliquus hæres consulebat, cū ipse monumētum extruxisset [*] nunquid minus hæres esset ob eam rem, quod cohæres eius hæreditatem nō adijsset? Respondi: neminem [f] ex alterius facto, neq; hæreditati alligari, neq; exhæredari posse, [g] sed vti quisque conditionem implesset, quamuis nemo adijsset [h] pręterea, tamen eum hæredem esse. [i]

Conditio, quæ de præterito fuit impossibilis reijcitur. Bar.

Idem libr. ij. Dige. a Paulo epitoma. XLV.

SI Mæuia mater mea, & Fuluia filia mea viuent, [k] tūc mihi Lucius Titius hæres esto. Seruus respondit: si testator filiam nunquam habuerit, mater autem superuixisset: tamen Titium hæredem fore: quia id, quod impossibile [l] in testamēto scriptum [m] esset, nullam vim [n] haberet.

Ex testamento non potest conueniri, qui à defuncto grauatus non probatur: sed conuenietur ex mandato, quod suscepisse probatur. Bar.

Aphricanus libr. ij. quæstionum. XLVI.

QVidā cum filiūfamilias hæredem instituere vellet, ne ad patrem eius ex hæreditate quicquam perueniret, voluntatem suam

---

[a] Hæredem. Not. quod non ualet, postea cōfirmatur, contra regulam Catonianam.

[b] Fore. Imo videtur nullus: vt j. de reb. dub. l. si fuerit, contra. Sol. hic apparet quis sit hæres altero mortuo, ibi non quis legatarius. Item hic testator vtrunque voluit esse hæredem: ibi alterum tantum habere legatum. & facit Instit. qui ma. non pos. §. 1. & C. de neces. ser. l. 1. & j. de mil. test. l. in fraudem. & j. eodē. l. in tempus. §. 1. & j. de ma. testa. l. cum ex pluribus. & supra de test. tut. l. duo. & sup. de usufru. l. quoties. & j. de legat. 1. l. si quis legauerit. Item not. quod non ualet, postea cōfirmatur cōtra regulam Catonianam. sed illa in legatis, hæc in hæreditate.

[c] INuicem. Cum non appareat quis prior, quis posterior nominetur, ut j. eod. l. qui soluēdo. Accur.

PAterfamilias. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium, & Caium: & iussit eis vt facerent ei monumentum intra duos mēses pone, & post ea ita scripsit in codē testamento. Qui eorum hæredū nō ita fecerit monumētum vt præcepi, omnes eâ hæredes sunto. Seius noluit adire hæreditatē mortuo dicto testatore, Imò eam repudiauit, Caius autem fecit monumētum secundum testatoris præceptum. quæritur, vtrum ipse solus possit habere hæreditatem? Et uidetur quod non propter verba testatoris. Sed respon. quod sic: quia nemo potest exhęredari ob alienum factum: sicut nec hæreditati alligari. Viuianus.

[d] Monumentum. totum. Nam si pro parte, non sufficit: licèt secus sit in conditione, quæ diuidi potest: ut quę consistit in danda pecunia: ut j. de cond. & dem. l. pen. & l. cum tale. §. fi. & j. de manu. testa. l. si ita fuerit. & not. plenè C. de condi. inser. l. si plures.

[e] Eorum. No. hanc uoluntatem defuncti non seruari.

[f] Neminem. Nota neminem ex alterius facto neque hæreditati alligari, neque exhæredari posse. Acc.

[g] Posse. Contra s. de ijs quę in testa. delen. l. cancellauerat. in fi. Sed illud propter voluntatē defuncti: quia ipsemet cancellauit. Item facit s. eo. l. hoc articulo. & l. Titius. j. ad Syll. l. fi. & s. de neg. gest. l. si ex duob. & de lu. l. l. si peritor. & s. de alie. iud. l. 1. cum suis cōcor.

[h] Adijsset. Nec monumentum fecisset.

[i] Hæredem esse. In solidum s. eod. l. si quis ita scripserit. in fine. Et not. hic pręceptum testatoris nō seruari. quia dixit, qui eorum &c. sic & aliàs non seruatur j. de legat. 1. l. filiusfam. §. diuus. & de condi. instit. l. quidam. & est ratio: quia ex alterius facto &c. ut hic dicit cum concor. dictis.

SI Mæuia. CASVS. Titius habens matrem Mæuiam, & non habēs aliquam filiam, ita dixit in testamento suo. Si Mæuia mater mea, & Fuluia filia mea uiuunt, tu mihi Lucius Titius hæres esto. & decessit. modo inuenitur mater uiuere: & nō inuenitur ei aliqua filia. certè habebit Lucius Titius hæreditatem: quia conditio impossibilis de filia debet haberi pro non apposita. Viuianus.

[k] Viuent. Id est viuunt in pręsenti tēpore. Sed videtur contra, supra de iniust. testa. l. cum in secundo. siue ponas de præsenti, siue de futuro. Sed ibi falsa, hic nugatoria.

[l] Impossibile. De natura. Nota quod impossibile de natura in testamento adscriptum nullā vim habet. Acc.

[m] Scriptum. Scilicet filiā uiuere, quę nunquam fuit.

[n] Nullam uim. Sed remanet institutio pura quo ad illud: ut j. tit. 2. l. 1. & Institut. eod. §. impossibilis.

[o] Haberet. Et sic nō uitiat testamentum.

QVidam cū. CASVS. Seium filium Titij instituere uolebam: & nolebam, quod ad Titium patrem aliquid de hæreditate mea perueniret. unde uocaui dictum Seium, & ei exposui dictam meam uoluntatem: & dixi ei, Ego instituam te sub conditione, si emanciperis à patre tuo. Seius timens ne pater crederet se ab eo propter hoc offensum, petijt a me testatore, ne sub dicta conditione eum instituerem: & impetrauit à me, vt Caiū amicū suū hæredē instituerem, cōfidens dictus Seius filius Titij de dicto Caio suo amico: quod sibi patrisfa. facto restitueret hęreditatem meā. & sic ego instituī dictū Caiū, & non petij ab eo, vt restitueret hæreditatē dicto Seio. & postea decessi. modo Caius non vult adire hęreditatē meā: uel si adiuit, non uult restituere dicto Seio: vnde quæritur, an Seius possit petere hęreditatē ex fideic.? Et dicitur quod nō: quia ego testator nō petij à Caio ut restitueret ei hęreditatē. habet tamen cōtra eū actionē utilē mandati, cū est nunc sui iuris, si Caius recepit in fide sua de restituendo ei patrisfam. facto hęreditatem, cum dictus Seius filiusfa. eum de hoc rogaret:

[†] Inualidum postea quamq; validatur: sic et validū quamq; postea inualidū vitiatur. de quo nota. Bal. to. casus, in leg. certi condictio. §. quoniam. 3. no. a. si cert. peta.

[*] Alibi instruxisset, alibi construxisset.

Testatoris volūtas non semper seruatur.

expoſuit filio. filius cùm patris offenſam vereretur, petit à teſtatore ne ſub cõditione, ſi à patre emãcipatus eſſet, hæredem eum inſtitueret: & impetrauit ab eo, vt amicum [a] ſuum hæredem inſtitueret: [b] atque ita teſtamẽto amicus filij ignotus teſtatori hæres inſtitutus eſt: nec quicquam ab eo [c] petitum eſt. Quærebatur, ſi ille amicus aut adire nollet, aut aditam hæreditatem nollet reſtituere: an fideicõmiſſum ab eo peti poſſet, aut aliqua actio aduerſus eum eſſet? & vtrum patri, an filio competeret? Reſpõdi: etiam ſi manifeſtũ ſit, ſcriptum hęredem fidem ſuam interpoſuiſſe: [d] nõ tamen aliter ab eo fideicõmiſſum peti poſſe, quã ſi & ipſum teſtatorem fidem eius ſecutum [e] eſſe probaretur. Si autem cũ à filiofamilias rogaretur amicus, & aditurum ſe hæreditatem recepiſſet, & reſtiturũ [f] patrifa. facto: nõ abſurdè dici poſſit, mandati actionem futuram, & eam actionem patri inutilẽ [g] fore: quia non ſit ex bona fide id ei reſtitui, quod teſtator ad eũ peruenire noluerit. Sed nec filio vulgarẽ [h] cõpetituram, uerùm utilem. ſi cuti dare placeret [i] ei, q. cum filiusfa. eſſet, pro aliquo fideiuſsiſſet, ac pater familias factus ſoluiſſet.

Dictio imò, ponitur correctiuè. Bart.

Idem libro iiij. quæſtionum. XLVII.

SI ita ſcriptum fuerit, Titius, imò Seius hęres eſto: Seiũ Solũ hæredem fore, [k] reſpondit. Sed & ſi ita, Titius hæres eſto: imò Seius hæres eſto. idem erit dicendum. Quidam teſtamẽto ita hr̃des inſtituit, Titia [l] filia mea hæres eſto: [m] ſi quid mihi liberorũ me uiuo, mortuóve naſcetur, tunc qui uirilis ſexus unus pluresve naſcent ex parte dimidia, [n] & quarta: quæ fœmi-

ſicut daretur utilis actio mandati ei, qui cũ filiusfam. eſſet, pro aliquo fideiuſſiſſet, & paterfa. factus ſoluiſſet: dicta autẽ actio mandati utilis, eſt inutilis dicto Titio patri Seij contra dictũ Caiũ: quia nõ eſt ex bona fide, ſiue ęquum id dicto Titio reſtitui per Caiũ, qd' ego teſtatur ad eum nolui peruenire. Viu.

[a] Amicum. Credebat habere meliorẽ amicum quã patrẽ. ſed non fuit. ad hoc C. de cur. fu. l. fi. §. j.

[b] Inſtituere. Nota filium non poſſe inuenire meliorem amicũ quã patrem.

[c] Ab eo. Teſtatore de reſtituenda hęredita. hoc tamẽ uoluit teſtator: ſed nõ prodeſt ut hic petatur fideicõmiſſ. ſed mandati agitur, vt ſubijcit. ſi aũt rogaſſet teſtator, teneretur amicus adire, & reſtituere. & ſic pater peteret, vtputè ſibi q̃ſitũ per filiũ.

[d] Interpoſuiſſe. Tacitè teſtatori: ſed expreſsè filio: nec etiã eſt pactum futuræ ſucceſſionis: quia teſtatur conſentit. ut C. de pactis. l. fi.

[e] Secutum. Expreſsè.

[f] Reſtiturum. Aliàs pſtaturũ. & ſic eſt in libro dñi Ac.

[g] Inutilẽ. Contra ĩ. de ſtipu. ſeru. l. fi. Sol. ibi in cõtractu, vbi tẽpus cõtractus inſpicitur. aliud in hęreditate, & legato: ut hic, & C. de condi. inſert. l. ſi vxor. Item ibi dolo protrahebat tempus, in quo eſſet ſui iuris: hic non, cum teſtator patri quęri nolebat. Item contra ſup. manda. l. ſi mandauero. §. fugitiuus. Sed ibi de pecunia domini empta erat res, & contractus ibi erat: hic ſecus.

[h] Vulgarem. Id eſt, directam mandati.

[i] Placeret. Id eſt vtilem mandati: ſed certè imò in factum: ut ſup. manda. l. ſi uero non remunerandi. §. ſi filio. ſed eadem eſt in factum & vtilis. vt no. ſupra de pręſcript. verbis. l. quoties, & facit ĩ. de fideiuſſ. l. ſi dubitet. §. fin. & de act. & oblig. l. filiusfa. ſuo nomine. & de uerbo. oblig. l. quidam. & C. de inoffic. teſtam. l. filius matrem.

SI ita ſcriptũ. CASVS. Ita dixi in teſtamẽto meo, Titius, imò Seius hęres mihi eſto: vel ita, Titius hæres eſto: imò Seius hęres eſto. certè vtroq; caſu ſolus Seius erit hæres. Quidam. Titius habens filiã Titiam, & uxorem pręgnantem, ita dixit in teſtamẽto ſuo. Titia filia mea hęres eſto: & ſi qd mihi liberorum naſcetur me uiuo, uel mortuo, tũc qui virilis ſexus vnus, pluresve naſcentur, ex parte dimidia & etiã quarta ſit mihi hæres, id eſt ſex & tribus vncijs, id eſt, ex dodrãte: ſiue ex nouem uncijs. qui autem fœminei ſexus vna, pluresve natę erunt, ex parte quarta ſit mihi hęres: id eſt ex tribus uncijs. & poſtea deceſſit dictus teſtator: & poſtea dicta ſua uxor peperit filium maſculũ, quęritur ex qua parte ſit hæres dictus poſthumus? Et dicitur, q hæreditas debet diuidi in ſeptem partes, de quibus debet habere dicta Titia filia teſtatoris quatuor partes, poſthumus ãt tres: quia dicta Titia fuit inſtituta in totũ, id eſt in duodecim uncijs: poſthumus autẽ in nouem uncijs ſiue in dodrante, vt dictum eſt. vnde videntur datę dictę Titiæ tres unciæ pluſquã poſthumo, id eſt quarta pars hæreditatis: uel debent fieri de hæreditate viginti una partes: ſcilicet ut dicta Titia habeat xij. partes, & poſthumus nouem, quod tantundẽ ualet. Sed quid retẽto eodem caſu, ſi poſthumus, & poſthuma nati ſunt? Certè tantum debet habere ſola Titia, quantum ſimul poſthumus, & poſthuma. diuidiẽ itaque tunc hęreditas in xxiiij. par. & Titia habebit xij. & poſthumus ix. & poſthuma tres, quia hoc uidetur uoluiſſe teſtator. In teſtamẽto. Ita ſcripſi in teſtamẽto meo: Lucius Titius ex duab. vncijs ſit mihi hæres, Caius Attilius ſit mihi hęres ex una parte: Mæuius ſit mihi hæres ex una parte. Seius ſit mihi hæres ex duab. par. & poſtea deceſſi. quęritur qualiter hęreditas mea diuidi debeat inter pręd ictos? Et dicitur quod dictus Lucius Titius debet habere duas uncias, in quibus fuit inſtitutus Caius Attilius: & Mæuius, & Seius debent habere reliquas x. uncias quaſi ſine partibus inſtituti fuerint, quæ x. uncię taliter inter eos debent diuidi, ſcilicet ut Seius, qui fuit inſtitutus in duabus partibus, habeat quinque uncias, Caius Attilius autem & Mæuius, quorum quilibet fuit inſtitutus in vna parte, habeãt alias quinque uncias, id eſt, quilibet eorum duas vncias, & dimidiam. Viuianus.

[k] Fore. Ponitur ergo correctiuè [r] verbũ imo, ſic infra, de manu. teſt. l. Stichus, aliàs pro &, vt C. de nouo cod. fac. §. quibus. ibi, imò &c. quandoq; pro vel: vt C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus. §. œconomus. Sed arg. contra ĩ. de condit. & demonſt. l. nam ad ea. ubi diſtinguitur incontinenti, vel ex interuallo. Accur.

ADDITIO. Dic quod ibi non erant verba correctiua, ſed alterius uoluntatis tantum diſpoſitionem continentia, ſecundum Dyn. & Bar.

[l] Titia. Iam nata.

[m] Hęres eſto. Simpliciter inſtituta, in aſſe inſtituta vt̃.

[n] Dimidia, & quarta. Totius hęreditatis.

Pater filio melior amicus dicitur.

[r] Facit Bar. I l. iubemus. §. r. C. de ſacroſ. eccl. q̃nq; ponitur additiuè per text. in l. iuriſgent. §. quimo. ff. de pact.

Poſthuma

a Posthuma quoque idest posthumus & posthuma.
b Habitura esset. Et tunc diuiditur hæreditas in 24. vncias.
c In proposito. Cum solus posthumus est natus.
d Cum as filiæ. Iam natæ.
e Viginti vnam. Quod tãtũ est quĩtum & septem prædictæ.

nini sexus vna pluresue natæ erunt, ex quarta parte mihi [*] hæredes sũto. § posthumus ei natus est. consulebatur, quota ex parte posthumus hæres esset? Respondit, eã hæreditatem in septem partes distribuendam: ex his filiam quatuor, posthumum tres habituros: quia filiæ totus as, posthumo dodrans datus est: vt quarta portione amplius filia, quàm posthumus ferre debeat. Ideo si posthuma quoque [a] nata esset: tantundem sola filia, quantum vterque posthumorum, [*] habitura esset. [b] Itaq; in proposito [c] cùm as filiæ, [d] dodrãs posthumo sit datus: viginti vnam [e] partes fieri: vt filia [f] duodecim, nouem filius habeat,

Qui primò reliquit vncias, postea partes, intelligitur partes facere de residuo. Bart.

In testamento ita scriptum est, § Lucius Titi[9] ex duabus vnciis, Caius Attius [g] ex parte vna: Mæuius ex parte vna, Seius ex partibus duabus hæredes mihi sunto, § consulebatur, qd iuris esset? Respondit, hãc scripturam illam interpretationẽ accipere posse, vt Lucius Titius duas vncias habeat, cæteri autẽ quasi sine partibus instituti, ex reliquo dextante hæredes sint: quem dextantẽ [h] ita diuidi oportet: vt Seius quincuncẽ, Attius, & Mæuius alterũ quincuncem habeant.

[*] In P.F. hæres sit.

f Filia. Iam nata. sed contra huic C. de leg. l. cum quæstio. vbi tantum aufertur priori, quantum confertur secundo. Sol. illud in natis: hic in posthumis, qui non sic auferunt, cum inueniant insolidum hęredem. Vel hic secundus in certis vnciis: ibi secundus in medietate, vel tertia eius, quod reliquerat priori. Vel hic voluit excedere assem: ibi erat dubiũ an voluerit vel non: & ita non excedit: vt ibi & ĩ. eo. l. qui nõ militabat. §. filiis. Idem cõtra, Insti. eo. §. si plures ibi, partib' eos, &c. vbi asse distributo postea institutus in tantundem admittitur: aliàs ad vacantem. Soln. ibi in natis: vel hoc corrigitur secũdum Ir. Vel verius hic voluit testator habere tantundem: cum dixerit ex quota parte, scilicet dimidia & quarta: vel tantum quarta. Item contra infra eodẽ, l. qui nõ militabat. §. filiis. vbi videtur ademisse de asse, quantũ secundo contulit: sed ibi dubium erat, an voluerit assem excedere: hic constabat quod sic. Alij quod hic as expressum filiæ fuit assignatus: ibi simpliciter institutio facta. quod non placet: q̃a hæc lex hoc nõ dicit. & facit infra, ad Trebel. l. Marcellus. & sup. de libe. & posthumis. l. ita scriptum, & de leg. 1. l. si quis testamento. §. primo.

[*] In P.F. habituri essent.

g Attius. Propriũ nomen: vt ibi, Caius Attius.
h Dextantem. Id est decẽ vncias. vt Insti. e. §. hęreditas. & facit sup. eo. l. si quis ita. Accur.

His verbis. CASVS. hęc l. habet 4. partes Prima dicit, quod hæc institutio valet, Titius hæreditatis meæ dominus esto. Secunda dicit, quod etiam hæc insti. valet, Filius meus impiissimus malè de me meritus, hæres esto. nam videtur purè institutus cum maledicto. Tertia dicit qđ talis institutio non valet, si domina quę erat accusata de adulterio commisso cũ Sticho seruo suo, de quo etiam adulterio accusatus erat dictus Stichus, instituat dictum Stichũ hæredem cum libertate: nam non valet data ei libertas ante sententiam, & p consequens nec hæreditas. Quarta dicit, quod institutio de aliquo facta valet, si certum est de quo sensit testator: quamuis erratũ sit in patre hæredis, vel in patria, & alia similia assumptione, puta in agnomine. Viuianus.

Martianus lib. iiij. institutionum. XLVIII.

His verbis, § Titius hæreditatis meæ dñs esto, § [i] rectè ĩstõ fit.

Verba maledictionis vniuersalia institutionem non vitiant. Bartolus.

Illa institutio valet, § Fili' meus impiissim', malè de me meritus, hæres esto. § † purè. n. hæres instituitur, licet [*] cũ maledicto: [k] & omnes huiusmodi [l] institutiones receptæ sunt.

Seruus de adulterio accusatus, à domina non potest institui. Bartolus.

Interdum nec cum libertate vtiliter seruus à domina hæres instituit, vt constitutione diuorũ Seueri, & Antonini significatur: cuius verba hæc sunt: Seruũ adulterij accusatum, [m] non iure testamẽto manumissum [n] ante sententiã ab ea muliere videri, q̃ rea fuerat eiusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur, vt in eundem à domina collata ĩstitutio nihil momenti habeat.

Falsa demonstratio non vitiat institutionem, si de persona instituti constat. Bar.

Si in patre, [o] vel patria, vel alia simili assumptione falsum scriptum est: dum de eo, qui demonstratus sit, constet, institutio valet.

Inutilis est institutio serui alieni cum libertate, nec tractu temporis confirmatur. Bar.

i Dominus esto. Nam hęres, & dominus idem est: vt Insti. de hæred. qua. & diff. §. pe. idem si dicam. bona mea tibi relinquo: vt Insti. de test. mili. §. idẽ priuilegium. & C. de test. l. quoniam. & de secũd. nup. l. hac edictali. in princ. & hoc nisi alium instituisset hærodẽ. tunc enim videtur fideicommissarius.
k Cũ maledicto. id est, cũ maledictione, & purè videtur institui: licet illa verba, Filius meus impiissimus hęres esto, fuerint dicta.
l Huiusmodi. sup. eo. l. quoties. §. si quis nomen. cõtra. Solu. vt ibi.
m Accusatũ. Aliàs adulterio maculatum. & facit Instit. e §. est autem. & ĩ. eo. l. si nõ lex. de le. 2. l. cum filius. §. seruus. & C. de colllu. detegen. l. 1. Accur.
n Manumissũ. simpliciter hæreditate.
o Si in patre. Aliàs in patre, scilicet hæredis. aliàs parte, scilicet prouinciæ. nã si in substantia persona: erratũ, tunc secus: vt ĩ. eo.

† Memorabilia exẽpla eorũ, qui impiissimos & malè meritos filios hæredes instituerũt, refert Va. Max. lib. 5. c. 9.

[*] In P.F. non est licet.

vt s.e.l.quoties in prin.& facit j.de re.du.l.quoties.& l.qui habet.& C.de test.l.si in nomine.& Inst.de leg. §.si quis in noie.& j.de eod.& dem.l.falsa. circa pri.

SI alienum. CASVS. Stichum seruum Titij mihi hæredē instituì cum libertate,certe non valet institutio, nec libertas: quia libertas directa alieno seruo inutiliter datur. & prædicta adeo sunt vera, quod & si dictus Stichus sit effectus postea meus: nihilo magis valet institutio vel libertas.

Florentinus libro x. institutio. XLIX.

SI alienum [a] seruum liberum,& hæredem esse iussi, & is postea meus effectus est: neutrū [b] valet: quia libertas [c] alieno seruo inutiliter [d] data [e] est.

In extraneis hæredibus requiritur capacitas tempore testamenti, & mortis, & aditæ hæreditatis, media verò tempora non nocent. Bar.

[a] In extraneis hæredibus illa obseruantur, vt sit cum eis testamenti factio,[l] siue ipsi hæredes instituantur,siue ij, qui in potestate eorum sunt: & id duobus [g] temporibus inspicitur: testamenti facti,vt constiterit institutio, & mortis testatoris, vt effectū habeat. Hoc amplius, & cū adibit hæreditatē, [h] esse debet cum eo testamēti factio: siue purè, siue sub condōne hæres institutus sit. Nā ius hæredis eo vel maximè tpe inspiciendū est, quo acquirit hæreditatem. Medio autem tēpore, inter factum testamētum, & mortem testatoris, vel cōditionē institutionis existentem mutatio [i] iuris hæredi non nocet.quia (vt dixi) tria tempora inspicimus.

Medium tempus non nocet, quin institutus hæres fiat.

Vlpianus libro vj. regularum. L.

SEruum meum hæredem institutum cum libertate, si viuus vendidero ei, cum quo testamenti factio non est, posteaq; eum redemero: ex testamento mihi hæres esse poterit: nec mediū tempus, quo apud eum fuit, vitiauit [k] institutionē, qa verū est vtroque tempore, tam testamēti faciēdi, quàm mortis tēpore meū fuisse: vnde si apud eum remanserit, vitiatur institutio:vel si cū eo testamēti factio [l] est, iussu eius adeundo acquiret ei hæreditatem. [m]

Impossibilis conditio de in-

In extraneis. Cū instituo mihi extraneos hæredes, necesse est ad hoc vt possint acquirere hęreditatē meā, quod sint capaces tribus temporibus: scilicet tempore testamenti mei: & tēpore mortis meæ: & tempore quo adeunt hæreditatem: alias nō possunt acquirere, si autem efficiantur nō capaces à tempore testamenti vsque ad tempus mortis, vel à tempore mortis vsque ad tēpus aditionis: nihil eis nocet. & idem dico, si illi sint à me instituti, q sunt in potestate dictorum extraneorum: quia dictis tribus temporibus debent esse capaces domini institutorū,& dicta medis tempora nihil nocent. Viuia.

[a] Si alienū. Prorsus,secus in communi: vt sup.eod.l.sed & si in conditione. §.si seruum communem. & §.seq. & ibi not. & secus in proprio: vt not. sup.eod.l.quoties. §.seruus, cum libertate.

[b] Neutrum. Nec institutio, nec libertas.

[c] Libertas. Directa: vt C. de mann.test. l.seruo tuo.

[d] Inutiliter, Inspecto initio. sic & j.de vsuc.l.sequit. §.si autē.& j. de reg.iur.l.pen.& s.de noxa.l.in delictis.§.si extraneo.& qd iussu.l.2.§.fi.& Inst.q da.tut. pos.§ seruus alien°.& j.de cōd.inst.l.seruus alienus.

[e] Data. Not. quod ab initio nō valet, non pt postea valere, licet recidat in eum casum, à quo incipere pōt.

[l] Testamenti factio. Passiuè,vt subiicit.

[g] Duobus. Aliàs tribus, alias duobus: sed adiicitur tertium: & sic idem est.

[h] Hæreditatem. Not.ergo in extraneo tria: vt hic,& Instit.de hær.quali.& diffe.§.in extraneis.sed in suo, & necessario duo tantū,s.testamenti, & mortis: quia post mortem statim est hæres, etiam si non adeat, sed secundū lo. in suis mortis tātum: vt Insti. de hæ.qual. & diffe.§.sui. in necessario tantū duo,s.testamenti, & mortis: & s. in princip huius l. Sed certè quod dixi in suo, idem in necessario tātum: & est verū quo ad hoc, vt sciamus vtrum sit suus, vel necessarius, non quo ad hoc vtrum sit capax. Vnde dic in necessario exigi tria tempora: vt s.e.l.prox.§.interdum. quia nititur habere ex testamento. Idē in suo: si & ipse nitatur habere ex testamēto sicut quilibet extraneus. Veruntamen tēpus mortis,& aditionis idem fuit: si ab intestato, tunc sufficit tempus mortis in suo. Item in legatis sufficit tempus mortis: vt j.de leg. præstan.bo.poss. cōtra tab. per l.interuenit.& infra, de iure fisc.l.non intelligitur. §.quando autē. & de reb. du.l.si cognatis. Item contra j.de le.2.l. nō oportet. Sol. vt ibi. Item cōtra infra, de acquirend.hęredit.l.si seruus eius qui capere. Sed illud de benignitate receptum est. Item arg. contra s. de statu ho.l. & seruorū. §. ingenui. & C.de hęreti.authen. item de Nestorianis. Sed specialia sunt. Item facit infra, pro emptor.l.2. in prin. & de secūd. ta.l.1.§.exigat.& j. pro hærede.l.fin.& s.eo.l.sed & si id cōditione.§.solemus. & j. eod.l.liber.§.si hęres. Item infra,de vsuc.l.cum vir. arg. contra: Accur.

[i] Mutatio. Scilicet capacitatis.

SEruū. CASVS. Seruum hæredē instituì cum libertate: & postea vēdidi ei,qui non potest capere ex testamento: & postea eum redemi: erit liber, & ex testamento meo mihi hæres: nec medium tempus, quo fuit apud non capacem, vitiauit institutionem: fuit enim meus dictus seruus tempore testamenti mei,& mortis meæ: si autem remansisset penes dictum non capacem, vitiata fuisset institutio: si autem erat capax ille, cui vendidi dictum seruum, & apud eum remansit dictus seruus: iussu emptoris adeundo hæreditatem meam, dictus seruus acquiret emptori capaci hæreditatem.

Si in non faciendo. Institui mihi hæredem Titium sub conditione, si non tangeret cœlum digito: certè perinde est hæres, ac si nulla apposita fuisset cōditio.

Hæreditas. Pro maiori parte solent diuidere testatores hæreditatem in 12. vncias, quæ continentur appellatione assis, siue ponderis: quamuis quidam quandoque diuidant in dupondium,& tripodium, & quadripondium, & sic de singulis: & dictæ 12. vnciæ ad partes redactæ habent propria nomina: quæ latè hic exponuntur per glo. Viuia.

[k] Vitiauit. & facit s. l.proxi. §.s. & s.eod.l. seruus alienus.§.fin.

[l] Factio. Nota, tribus temporibus debet esse hæres extraneus capax: suus temporibus duobus.

[m] Hæreditatem. Facit Insti.e.§.seruus.& s.eo.l.quoties.§.

θεμάτιον. eleganter explicat Viglius in cōmenta. ad §.in extraneis.de hære. qualit. & dif. Insti. lib. 2. qui §. ex hoc loco ad verbum sumptus est.

ties.§.si seruus.& ī.eo. l.non minus. & J. de legat. 1. l.si mihi.§.regula.

a Si in non faciendo. Vt si digito cęlū non tetigeris: vt Instit.de inut stip.§.impossibilis.& J.de verb.obl. l.impossibilis. Idem est, si est in faciendo: vt Insti.e.§. impossibilis. Accur.

ftitutione reiicitur. Bart.

Si in non faciendo a impossibilis conditio in institutione hæredis sit expressa: secundum omnium sententiam perinde hæres erit, ac si purè institutus esset.

Hic iurisconsultus ponit omnia nomina vnciarum. Bar.

Hæreditas plerũque b diuiditur in duodecim vncias, quæ assis appellatione c cõtinentur. habent autem & hæ partes propria nomina ab vncia vsq; ad assem hæc: * sescunx, d sextans, e quadrans, f triēs, g quincũx, h semis, i septũx k bes, l dodrans, m dextans, n deunx, o * as. p

Martianus lib. iij. regularum. L I.

TAlem institutionem quidā valere nō putabant, q § Stich' liber esto: & si liber erit: hæres esto, § sed diuus Marcus rescripsit, hanc institutionē valere perinde, ac si non esset adiectum, r § si liber erit. §

Suus esse dicitur, in quo quis ius patronatus retinet. Bar.

Si quis ita scripserit, § Stichus si meus erit, cũ moriar, liber & hæres esto. § alienatus nō poterit iussu emptoris adire hęreditatem: quamuis & si non erat hoc s expressum, non aliàs liber, & hæres fieri poterat, quā si māsisset t eius. Sed si viuus eum manumiserit: Celsus libro xv. Digestorum scribit, fieri hũc hæredem: non enim hunc casum testatorē voluisse excludere palam est: u neque verba x omnino repugnāt. nam quamuis seruus eius nō est, at certè libertus est. y

In seruo hæreditario inspicitur conditio defuncti. Bar.

Paulus libro secundo regularum. L I I.

SEruus hæreditarius hæres z institui potest, si modo testamenti factio fuit cum defuncto, a licet cum hærede instituto non sit.

Si testator ex pleno asse alios hæredes instituit, videtur eos in alio asse reuocare, non primis substituere. Bar.

Marcellus libr. singu. responsorum. L I I I.

LVcius Titius Seio,

---

b Hæreditas plerunque. quia quandoq; in plures, quādoque in pauciores: vt Instit.eod.§.hæreditas. & §. non autem.

c Appellatione. Assis, & libræ, vel pondo, vel pōderis, nam hæc quatuor nomina synonima sunt, id est, idem significantia Azo.

d Sexcunx. id est, vncia & dimidia: vt ī.de inoff. test. l. Papinianus. §. proinde. si sit. & J. de leg. præst. l. filium. 2. respon. & C. de liber. præ. l. fi. §. cum etiā. sic nullū nomē est hic, quod significet vnciam. Accur.

* In P.F. non est, sescunx.

e Sextans. Id est, duæ vnciæ.

f Quadrans. Hoc & sequens nomen non ab vnciarū numero, sed à certa portione assis sumpta sunt.

* In P.F. nō est, as.

f Quadrās. Id est tres vnciæ quasi quarta pars assis.

g Triens. Id est quatuor vnciæ. quasi tertia pars assis.

h Quincunx Id est, quinque vnciæ.

i Semis. Id est, sex vnciæ. & sic medietas hæreditatis.

k Septunx. Id est, septem vnciæ.

l Bes. Id est, octo vnciæ.

m Dodrās. Id est, nouem vnciæ.

n Dextans. Id est, decem vncię.

o Deunx. Id est, vndecim vncię.

p As. Id est, duodecim vncię. & sic appellatione assis tota hęreditas continetur.

TAlem. CASVS. Ita dixi in testamento meo, Stichus seruus meus liber esto. & si liber erit, hęres esto. certè valet institutio, quamuis quidam nō valere putarent. Si qs ita. Ita dixi in testamento meo. Stichus seruus meus, si meus erit cū moriar liber & hęres esto. postea eū alienaui in Titiū: & postea decessi. nũquid iussu dicti Titij poterit adire hęreditatē meam dictus Stichus, & ei Titio acquirere? Et videtur quòd sic: quia cōditio apposita per me libertati, & institutioni intelligeretur ibi etiā si non esset apposita illa scilicet. Stichus, si me' erit cū moriar &c. & eo casu iussu emptoris adiret hęreditatē, & ei acquireret: vt ī. eo. l. prox. 3. respon. Dicis tamen quod non: quia apponendo in institutione expressè dictā conditionem: videor velle quod alius non habeat hæreditatē meam, nisi ipse Stichus liber factus. Sed quid si post dictam institutionē sub dicta cōditione de Sticho per me facto, manumisi eum, & postea decessi? Certe erit nunc meus hęres suo proprio arbitrio: quia palā est me nolle eū excludere ab hæreditate mea in eum casum, quo postea manumisi, nec verba dictę conditionis repugnant huic sententiæ: illa scilicet, si meus erit cum maior &c. quia quamuis in hoc casu non sit meus seruus tempore mortis meæ, tamen ad minus est meus libertus. Viu.

q Non putabant. Et male.

r Adiectum. Infra de condit. instit. l. seruus alienus. & l. quia ratio. contra. Solu. vt ibi. & facit supra eo. l. quoties. §. si quis ita.

s Hoc. Scilicet si meus erit &c.

t Si mansisset. Sed per ipsum nouus dominus fieret hæres: vt supra l. proxima, in prin. & facit J. de condit. insti. l. a. & J. eo. l. si quis Sempronium.

u Palam est. Cum non sit verisimile ideo voluisse testatorem ei auferre hęreditatem, quia festinauit ei dare libertatem. Sed cōtra J. de leg. 3. l. qui concubina. §. si Stichus. Solut. ibi non dixit, si meus erit: sed si erit i potestate mea: vel illa determinatur per istam. Ac.

x Neque verba. Scilicet, si meus erit &c.

y Libertus est. Ergo non est alienatus. Ro. & facit infra, de penu leg. l. cum dominus. in fin.

SEruus. CASVS. Iacente hęreditate Titij defuncti instituí mihi hęredem Stichum seruum hęreditarium: certè valet institutio ita demum si dictus Titius fuit capax tempore mortis suę, licet hęres eius nō sit capax. Viu.

z Hęres. Facit ī. e. l. non minus. §. hęreditariū. & Instit. eo. §. seruus alienus. & J. de leg. 2. l. debitor. & J. de acqui. her. do. l. in eo quod castrensi. in fi. & l. seq.

a Defuncto. Not. cum seruus hęreditatis iacentis instituitur, sufficit quod fuit testamenti factio cum defuncto: licet non sit cum hęrede.

LVcius Titius. CASVS. Lucius Titius faciens testamentū, instituit sibi heredē Seiū in semisse, & Semproniū in alio semisse: qui Seius, & Sēproni' erāt sui filij fortè: & exheredauit Corneliū, & Sallustium, & Varronē, qui erāt similiter sui filij, & postea inuicē substituit

substituit dictum Seium & Sempronium: & postea reliquit quibusdam legata, & libertates: & postea ita dixit, Dicti Cornelius, & Sallustius, & Varro, sint mihi hæredes æquis partibus: & eos tres inuicem substituo: & postea decessit: modo quæritur, quātum primi duo & secundi tres habere debeant? Et dicitur q̄d primi duo habēt vnum assem, id est duodecim vncias, & secundi tres habēt alium assem: & ita diuiditur hæreditas in dupondium, id est, in 24. vncias. Viu.

& Sempronio ex semissibus hæredibus institutis, & cæteris[a] exhæredatis inuicē hæredes substituit: deinde legata, & libertates dedit: postea ita subiecit: § Cornelius, & Sallustius. & Varro æquis partibus hæredes sunto, quos inuicem substituo. § Quæro quantū vel priores duo ex semissibus instituti, vel posteriores[b] habere debeāt? Marcellus respondit, in obscuro esse, Corneliū, & Sallustium, & Varronē primo, an secundo,[c] vel tertio[d] gradu hæredes īstituere voluerit: sed secundum scripturam testamenti, quę proponeretur, alterum assem eis datum[e] videri.[f]

a Cæteris puta filiis, alias est inepta: vt ꝟ. de verb. obli. l. quidam.

b Posteriores. Ex æquis partibus instituti.

c An secundo. Scilicet ante substitutionem primorum.

d Vel tertio. Q̄d videbatur, quasi ad proximiora sit facienda relatio, arg. ꝟ. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. fi. & quasi ordo scripturæ sit seruandus.

e Datū. Ergo primo gradu videntur īstituti, sicut & alij, scilicet Seius, & Sempronius. facit ꝟ. eo. l. Titius.

f Videri. Not. ordinem scripturæ[*] nō seruari.

[*] Tu dic esse hic speciale. Regulariter enim est cōtra: adeo q̄ talis ordo arguit ordinē intellectus: vt not. gl. in l. quoties. ꝟ. de vsufruct.

Vt primum testamentum tollatur per secundum sufficit esse possibile, vt ex secundo adeatur hæreditas. Item seruus substitutus pupillo, est ei necessarius: si suus reperitur tempore mortis patris pupilli. Bar.

Neratius libro primo Membrana. LIIII.

PAter filio impuberi[g] seruum hæredē substituit, liberumque esse iussit: cū[h] pupillus vendidit Titio: Titius eum iam primo testamē to facto,[i] in secundo testamento liberum, hæredēq; esse iussit. Superius testamentum Titij ruptum est: quia is seruus ei hęres esse potest. & vt superius[k] testamentum rumpatur, sufficit[l] ita posterius factum esse, vt aliquo casu potuerit ex eo hæres existere[m] Q̄d ad vim autem eius institutionis[n] ptinet, ita se res habet, vt quandiu pupillo ex ea substitutione hęres esse potest, ex Titij testamento libertatem, hæreditatemq;[o] consequi non possit.[p] Si pupillus in suam tutelam peruenerit: perinde ex Titij testamento liber, hæresque sit, ac si pupillo[q] substitutus non fuisset. Si pupillo hæres extitit,[*] proprius est, vt Titio quoque, si velit,[r] hæres esse possit.

[*] In P.F. propius.

PAter filio. CASUS. Titium filium meum impuberem mihi hęredem institui: & ei seruum meum Stichum pupillariter substitui: & ei libertatem dedi, & postea decessi: pupillus prædictus existens mihi hæres dictū Stichum uendidit Titio: qui Titius emptor iam facto à se primo testamento, in secundo testtō liberum, & hæredem sibi iussit esse dictū Stichū: nunquid prius testm̄ Titij emptoris Stichi est ruptum p̄ secundum eius testamentum p̄dictum? Et dicitur quod sic: quia ad hoc vt primū testamentum alicuius rumpatur, sufficit ita secūdum factum esse, vt aliquo casu possit hæres ex eo existere: potest aūt dictus Stichus esse hæres ex secundo testamēto dicti emptoris in vno casu, scilicet cum euanuerit substitutio p̄dicta pupillaris impubere prædicto facto pubere. si autem impubes decessit in pupillari ætate, & sic locum habuit dicta pupillaris substitutio, & sic extitit hæres dictus Stichus dicto impuberi, & sic habuit dictus Stichus libertatē ex testamēto domini sui: voluntarius hæres est Titij: & nō necessarius. interim aūt donec pendet, vtrum sit, vel non, si hæres: impuberis dictus Stichus ex dicto secundo testamento emptoris, non potest habere libertatē, & hęreditatem emptoris, cum enim expectet libertatem ex testamento suo, vel domini sui, quam ei dedit in substitutione impuberis, antequam emptor eum institueret, vt dictum est, nō potest ex testamento emptoris, eā habere. V.

g Impuberi. Hæredi instituto.

h Eum. Seruum.

i Testamento facto. Scilicet suo proprio Titij.

k Superius. Id est, primum.

l Sufficit. Vt Inst. qui. mo. testa. infir. §. posteriore. & ꝟ. de iniust. rup. testa. l. cum in secundo. & ꝟ. de iis qui. vt indig. l. cum quidam.

m Existere. Nota rumpi primum testamentum per secundum: tamen per secūdū posset existere hæres aliquo casu.

n Institutionis. Factæ à Titio.

o Hæreditatēque. Vtrūq; simul. Azo.

p Nō possit. Vt incōmutabiliter possit dici necessarius, vel volūtarius: quia adhuc pendet, vt subiicit: interim tamen videtur necessarius emptori & liber, sed postea fiet ei voluntarius, vt etiā dimittere possit si pupillo succedat: vt ꝟ. eod. l. seruus alienus. §. qui fideicommissum & arg. infra tit. 1. l. fin. §. 1. Sed alij dicunt de necessario fieri voluntarium, vt ibi: sed non ecōtra: vt hic, & sic interim nō fieri hęredem emptoris.

q Ac si pupillo. Decedenti in pupillari ætate. nā alienatio spem libertatis non mutauit: vt C. de testa. ma. l. statuliberis. sic ergo erit necessarius pupillo: vt ꝟ. tit. 1. l. sed si plures. §. quos possum. Nec ob. quod est alienus, cum pupillus moriatur: per quod videtur non esse necessarius: sicut si testator alienasset: vt supra eodem. l. talem. §. 1. sed hoc cum suo onere transiuit, cū pupillus alienauit: vt hic, & supra eodem, lege, seruus alienus. §. fi. & dicta lege statuliberis.

r Si velit. Non autem cogitur: vt ꝟ. tit. 1. l. fi. §. fi.

Illius serui institutio præualet, qui fraudandorum creditorum causa institutus non reperitur. Bar.

Paulus libro j. ad legem Aeliam Sentiam LV

SI is, qui soluendo nō est, primo loco Sti-

SI is qui soluendo. CASUS. Institui mihi hæredē Titium, & per fideicō. rogaui eum vt daret libertatem Pamphilo seruo meo: & postea decessi. dictus Titius effectus est non soluendo creditoribus suis, & dolore paupertatis venit ei febris continua: vnde fecit testamentum, & instituit sibi hæredē necessarium cum liberta-

chum, secūdo [a] eum, cui ex fideicōmissi causa libertatem debet, liberū, & hæredem instituerit. Neratius secundo loco scriptum [b] hæredē fore ait: quia non videatur creditorum fraudandorū causa manumissus. [d]

Potest quis facere testamentum sub conditione si intra certum tempus decesserit. Bar.

[illegible]

LVI.

Potest qs ita hæredē instituere. Si intra annum septuagesimum decessero: ille mihi hęres esto. non enim pro parte testatus intelligi debet, sed sub conditione instituisse.

Substitutus liber præfertur instituto seruo, si per eius libertatem creditores fraudentur. Bartolus.

[illegible]

LVII.

Iis, qui soluēdo non est, seruum cum libertate hęredē instituerit, & liberū [g] substituerit, ante incipiendum erit à substituto. [h] Lex enim Aelia sencia ita demū ei, qui in fraudem creditorum hęres institutus est conseruat libertatem: si nemo alius ex eo testamento hęres esse potest.

Pronomen hic, hæc, hoc, demonstratiuum est rei præsentis ad oculum.

[illegible]

LVIII.

Nemo dubitat, rectè ita hæredem nuncupari posse. Hic mihi hæres esto: cū sit coram, qui ostendit. Qui frater non est, si fraterna charitate diligitur: rectè cum suo nomine sub appellatione fratris hæres instituitur.

Si liber homo adiit vt seruus iussu alterius, non valet aditio. Bartolus.

[illegible] libro .xui. Di[illegible]

LIX.

Liber homo, cùm tibi seruiret, hæres institutus iussu tuo adiit. Trebatius, esse eum hæredem. Labeo tunc non esse hæredem, si ne

---

libertate Stichum seruum suū, & postea instituit sibi hæredem eodem modo dictū Pamphilum, & decessit. nūc quæritur, quis eorū debeat esse hæres necessarius, & liber ex testamēto ictu Titij, cum lex Aelia Sentia nolit nisi vnum esse hæredē: vt s. e. l. qui soluendo? Et dicitur quod Pamphilus. nam non videtur ei data libertas in fraudem creditorum. Viuianus.

[a] Secudo. Scilicet substituendo, vel etiam instituendo.

[b] Scriptū. Scilicet tantum: nō primū: vt j. l. 3. & etsi voluntarius: vt j. eo. l. si seruo. aliter si nō debetur ei libertas: quia tūc primus, vt infra eode, lege, qui soluendo.

[c] Ait. Nota casum, in quo valet substitutio, & non institutio.

[d] Manumissus. Qui secundo loco scriptus ē hęres. Ir. facit Insti. qui ma. non pos. §. 1. & infra, qui & a qui. l. si quis hæres. & infra, eo. l. si ita. t. resp.

Potest quis. Instituo mihi hęredem Titiū, si intra annum 70. decessero: nunquid valet institutio? Et vī quod non, quia videor testatus decedere, si decedo intra 70. annos: si aūt decedo vltra 70. annos videor intestatus decedere: & sic videor decedere pro parte intestatus, & pro parte testatus, quod est à iure prohibitum. Dicitur tamen quod valet institutio prædicta: quia videor Titium sub conditione instituisse. Viuia.

[e] Decessero. Non ob. regula Catonis. Sed si poneres enim ita dixisse. instituo, si decessero post tale tēpus: videtur obstare: nō enim tenet institutio, si ante moriatur: vt j. de reg. Cat. l. 1. in prin. Sed responderi potest non obstare: quia sicut hic dicitur, videtur institutus sub cōditione: & si decedit intra illud tempus, vt potè deficiente conditione, nō existit hæres. idē esset si sub qualibet alia conditione fuisset institutus: & ea defecisset testatore uiuente. nam sufficit ad hoc vt testm̄ teneat, quod adiri potest hæreditas ex eo. Vel dic, qđ non habet locum regula Catonis, quoties ex volūtate testatoris apparet aliud esse dicendum, id est quoties testator voluit eam cessare. Vel dic vt dixi j. de reg. Cat. l. 3. & 4. Vel dic quod regula Catoniana habeat locum in leg. hæc lex in hæreditatibus. Accur.

[f] Pro parte. Quia tunc institutus haberet quandocunque decederet: sicut & habet totum ea parte institutus sed hic non habet, si post tempus decedat: quia deficit conditio: non ergo pro parte suæ ætatis dicitur testatus, pro parte non, sed in totum testatus sub conditione. Accur.

His qui. [illegible] Ego non existens soluendo creditoribus meis Stichu seruum meum mihi hęredē institui cum libertate: & Titium liberū, meum amicū ei substitui: certe erit mihi hæres Titius: & nō Stichus; quia lex Aelia Sētia ita demum ei qui in fraudē creditorum hęres institutus est, conseruat libertatē, si non alius ex eodem testamento hæres potest esse vel si potest, & non vult, & ita intelligatur hæc l. Viuia.

[b] Liberum. Aliquem: & facit Insti. qui man. non pos. §. licet.

[h] Substituto. Not. alium casum similē huic. ſ. de lib. & posthu. l. sed & si pe pererit. §. fi.

Nemo dubitat. Cū esset Titius coram me, cū institui ita. Hic hæres mihi esto: demonstrando eum, sed non nominando: certè valet institutio: sed & si ita dixi, instituo mihi hæredem Titium fratrem meum: certè valet institutio, quamuis non sit Titius meus frater: sed sit amicus fraterna charitate mihi coniunctus.

[a] Coram. Sic ſ. eo. l. quoties. §. si q nomen. & ſ. si cert. pe. l. certum. Accur.

Instituit. Vt j. de cond. & demon. l. falsa. affectionem enim denotare voluit: vt C. de offic. diuer. iud. l. singuli. & j. de adi. leg. l. alumnę. in prin. Sed cōtra C. de testa. l. neque. & C. eo. l. nec apud. & l. si pater. Solu. hic testator sciebat non esse fratrem, quem instituit ibi credebat eum fratrem, & filium, cum non esset: & in dubio videtur eum credere fratrem, nisi probetur contra. Arg. j. de leg. 3. l. non aliter. Accursius.

Liber homo. Seius liber homo seruiebat tibi Titio, & ipse credebat se esse seruum, cum non esset: & tu similiter credebas. Caius instituit sibi hæredem dictum Seium, & tu Titius iussisti ei vt adiret hæreditatem: & ipse adiit: certè quamuis credens se seruum adiuerit, vt dictum est, tamen hæres pro se est, & non pro te Titio, qui eum bona fide possides. & hoc si gerebat in animo suo, vt hæreditati obligari vellet, si aliquo modo appareret eum liberum esse si autē hoc in animo non gerebat, sed sola necessitate tui iussus adiuit, non hęres erit pro se, sed tibi bonæ fid. possessori hæreditatem acquiret.

Si quis ita. Seius erat socius Titij in salinis publicis, quas à rep. conduxerant: ita quod Titius habebat ibi quartam partē: qui Seius fecit test. & ita in eo dixit Titius qui ex parte mihi socius est in vectigali salinarum, sit mihi hæres pro ea parte: & postea decessit dictus

---

Substitutio quandoq; instituenti ꝑ ualet.

[a] Ampliat hūc tex. Mando. in s. qst. Reg. 31. ccel. no. 8 etiā si dicatur. Hoc animal mihi hæres esto.

Iuxta hoc est sētentia Salomonis, Prouerb. ca. 18. Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit quam frater.

ctus Seius: certè siue instituerat dictus Seius aliquos alios hæredes in toto asse hæreditatis suæ antequā dictam institutionē Titij faceret, siue non in toto asse, sed in parte hæreditatis. semper erit Titius hæres dicti Seij, in quarta parte hęreditatis Seij, sicut pro quarta parte salinarū erat socius. Distinctione illorum reprobata, qui dicebant, si Seius instituerat alios in toto asse, Titium prædictum non esse in aliqua parte hęredem. si autem aliqua pars assis vacua relicta fuit ab institutione primorum ex ea vacua parte dictum Titium hæredem esse.

Titius hæres. Ita dixi in testamento meo: Titius hæres esto. Seius, & Mæui⁹ hęredes sunto. & postea decessi. cer.è in hæreditate mea habebit Titius vnum semissem, & Seius, & Mæuius alium semissem.

Cum quis. Institui mihi hæredem Titium in tribus vncijs: & Seium, & Caium in tribus. & Sēpronium in sex vncijs, & decessi: & postea Titius non adiuit. certè accrescit sua pars ita bene Sempronio, sicut Seio, & Caio, & accrescit prædictis pro portionibus hæreditarijs. Idem dicendum est in pluribus substitutis non coniunctis. vno enim non existente hærede, pars eius reliquis substitutis accrescit pro portionibus hæreditarijs.

Si hęres. Titium ciuem Romanum, & capacem existentem institui mihi hæredem. post testamentum ātmeū fuit ei aqua, & igni interdictū: & ita effectus fuit non capax: & postea rediit in ciuitatē & ita fuit effectus capax: & postea ego decessi: certè erit mihi hæres, q̄a medium tp̄s inter testamentum meū, & mortē meam non nocet, & idem est, si eum institui sub cōditione, & tp̄e existentis conditionis inuenitur esse capax. nam habebit hęreditatem meam de iure ciuili, & si vellet petere bon. possess. de iure prætorio posset. sed & si ei legassem equum meum, & nō instituissem eū, & eadē accidissent in eius persona, equum petere posset. Titius ex semisse. Ita dixi in testamento meo, Titius ex semisse hęres esto. Seius ex quadrante. id est ex tribus vncijs hæres esto. & dictus Titius si in Capitolium ascēderit, ex alio quadrante hęres esto. ita diuisi totam hæreditatem inter eos, certè antequam Titius Capitolium ascendat, si vult se pro hærede gerere, nō potest habere nisi semissem, in quo institutus fuit purè. postquam autem ascenderit Capitolium, non solū ex semisse prędicto erit hæres, sed etiam ex quadrāte, in quo fuit institutus sub dicta conditione, & non habet necesse gerere se pro hærede quantum ad dictum quadrantem, cum iam sit hæres propter semissem.

Si ita scriptum. Ita dixi in testamēto meo. Titius ex parte tertia, id est ex 4. vnc. sit mihi hæres. Mæuius ex parte tertia sit mihi hæres, & prædictus Titius ex reliqua parte, id est ex 4. vnc. sit mihi hæres, si intra tertias cal. nauis ex Asia venerit: est ergo Titius a me instit. in 4. vnc. purè, & in 4. sub conditione: & Mæuius in quatuor vncijs purè. si ergo existat cōditio intra dictas calendas, erit Titius hęres ex besse, id est, ex octo vnc. si autem non existat: erit hæres in 4. vnciis. in quibus fuit institutus purè: & cohæres suus in aliis 4. & 4. vncias, in quibus fuit instit. sub conditione Titius, diuidet per medium: antequam igitur certum sit vtrum cōditio existat, vel deficiat, habebit Titius 4. & duas vncias, & ita sex, & cohæres suus 4. & duæ superfluæ erunt in pendente, donec existat, uel deficiat cōditio: & si quidem existat conditio, habebit eas Titius: si autem deficiat, habebit eas cohæres suus iure accrescendi. Sed quid si dictus Titius decessit antequam dicta conditio existat, & postea conditio extiterit? Certe dictus sextans, id est, duæ vnciæ nihilominus accrescent dicto Mæuio cohæredi Titij, & non habebit eas hæres Titij, nam cum adhuc pendente conditione dubium esset Titio, an Mæuio is sextans datus esset, Titius decessit: nec potest intelligi datus ei hæredi Titij, qui tempore dandi in rerum natura non fuerit. Si Attilicinus. Dic vt infra, in gloss. Accursi. Viuianus.

cessitate id fecit, [a] non quod [b] alioquin [c] vellet obligari.

Potest relinqui portio hæreditatis per respectum ad portionem alterius rei Bartolus.

Si quis ita hæredem instituerit. Titius qua ex parte mihi socius est in vectigali salinarum, pro ea parte mihi hæres esto: quidā putant, si asse descripto [d] id adiectū sit? vt maximè [e] socius fuerit Titius, nō esse hęredem. sed si qua pars [f] vacua relicta fuerit, ex ea hæredē eum esse, qđ totum & ineptum, & vitiosum est. Quid enim vetat, asse descripto vtiliter Titiū ex parte fortè quarta, ex qua soci⁹ erat hæredem institutū esse?

Duo coniuncti habent vnum semissem: vnus defunctus habet alium. Bartolus.

Titius hæres esto, Sei⁹ & Mæuius hæredes sunto. Verū est qđ Proculo placet, duos semisses esse, quorum alter cōiunctim duobus datur. [g]

Portio deficiens eius qui nemini erat coniunctus accrescit omnibus. Bartolus.

Cùm quis ex institutis, [h] qui non cum aliquo [i] coniunctim institutus sit, hæres non est: pars eius omnibus pro portionibus hęreditarijs accrescit. neque refert, primo loco quis institutus, an alicui substitutus hæres sit.

Media tempora non nocent. Bartolus.

Si hæres institutus

a Fecit. Ideo subaudi.

b Quod Id est, quia.

c Alioquin. Id est, alias, & facit infra, de acquir. hær. l. aditio. & l. 6. & l. qui putat. §. 1. & l. qui aliena. §. 1. & §. si & de acquir. rerum dom. l. liber homo & dic vt plenè not. Inst. per quas perso. nob. acqui. §. idem placet. in gloss. Ioan. ingratus nulli. Accur.

d Descripto. Id est assignato aliis hæredibus.

e Maxime. Quasi dicat, etiam si maxime &c. & est pro eis, quia fortè longe maior quantitas est in societate: sed certè non ad quantitatem, sed ad quotitatem se refert: & sic tenet C. de pact. conuen. l. ex morte.

f Pars. Scilicet, assis.

g Duobus datur. Vt & s̄. e. l. Titius. & l. interdum. 2. respon. & l. Lucius. & de ver. sig. l. triplici. Sed cōtra ī. de leg. 2. l. Lucius. §. Lucius Sol. geminatio verborū [1] illorū hæres esto: vel repetitio, quæ sic hic fit, tollit cōtra. Item contra C. de impu. & ali. substi. l. si. t. respon. Sol. illa secundum illam intelligitur, vt ibi nota.

h Cum aliquo. Si enim cum aliquo cōiunctus esset, ei soli accresceret: vt C. de cadu. tollen. §. his ita. & §. sin autem ex iis qui. & ī. eo. l. hæredes. & de leg. 3. l. re coniuncti. & facit ī. de leg. 2. l. Mæuio. in prin. & s̄. eo. l. item quod Sabinus. §. 2.

i Substitutus. Non dicas substitutū cū instituto vocari: sed si plures sint substituti, & vnius pars deficit, accrescit

* Sic in P. Fl. Haloā. autem reiecit negationem.

[1] Quid operet geminatio, & quos effectus pariat, not. doc. & maximè Felin. in c. si quādo. co, ta. versi. rescripti geminatin. extra. de rescri. & in ca. significantio. extra. de fide instru.

accreſcit aliis ſubſtitutis ſecum prædicto modo.

a Scribendi. Secus ſi ſit nuncupatiuum: quia non curatur tempus teſtamenti ſecundum quoſdam: quod non placet.

b Ciuis Romanus. Cui ſoli legari poteſt: vt infra, ad leg. Fal. l. 1.

p Non Titij hæredi. Ad quod C. de cad. tol. §. finali ſub cõditione. Sed cõtra ℸ. de acq. hæ. l. qui ex duabus. Sol. ibi non habuit cohæredẽ, licet Ro. ibi gloſſauerit contrarium: ſed malè, vt no. ibi per l. præcedentem.

Si Attilicinus. Continet duos caſus. Primus eſt talis, pone, Attilicinus Titiũ, & Seiũ, & Mæuiũ inſtituit hæredes ex æquis partibus. duobus deliberantibus Titius tãtum pro ſua parte adiuit hæreditatem Attilicini, deinde cõdidit, ſuum teſtamentum, & Seium ex aſſe ſibi hæredẽ inſtituit. modo quæritur, an Seius poſſit adire hæreditatem Titij, & omittere hæreditatem Attilicini? Reſpon. quod ſic. ſed interim erit hæres ipſi Attilicino ex ſemiſſe. ſed quid erit, ſi Seius adeat hæreditatem Attilicini? Reſpon. quod tunc ex perſona Titij erit hæres Attilicini ex triente & ex ſua ex alio triente: & ſic habebit beſſem. Secundus eſt talis pone, Attilicinus tantum inſtituit Titium, & Seium. poſtea ſolus Titius adiuit hæreditatem Attilicini, & Seium inſtituit: qui Titio extitit hæres. modo quæritur, an Seius poſſit omittere hæreditatẽ Attilicini: an neceſſario illi Attilicino ex aſſe hæres erit? Reſpon. quod ille eſt hæres: cum ipſe ſolus eſt hæres Titij, qui pro parte adiuit hęreditatem Attilicini: & ſic ſolus per Titium eſt hęres Attilicini pro parte. ſi igitur non adeat ex perſona ſua, tunc cum totam hęreditatem Titius adiuit, partem quam omiſit ex ſua perſona, ex perſona Titij habebit. & ſic idem eſt, ac ſi per Titium ipſe ſolus fuiſſet hęres inſtitutus. Secus autem ſi non eſſent tantum duo inſtituti ab Attilicino: vt in in princip. §. dicitur. Accurſius.

Caſum ponit dupliciter.

ſcribendi [a] teſtamenti tẽpore ciuis Romanus [b] fuit, deinde ei aqua, & igni [c] interdictum eſt: hęres fit, ſi intra illud tempus quo teſtator deceſsit redierit: [d] aut ſi ſub cõditione hæres inſtitutus [e] eſt, quo tẽpore conditio extitit, Idem & in legatis, [f] & in bonorum poſſeſsionibus.

Institutus ex parte purè, & ex parte sub conditione, si habet cohæredem adeundo ex pura: pro parte conditionalis institutionis est hæres conditione pendente: sed ea existente in totum sine noua aditione: & decedens interim non transmittit. Bar.

[g] Titius ex ſemiſſe hæres eſto, Seius ex quadrãte hæres eſto: ſi Titius in Capitoliũ aſcenderit, ex alio quadrante hæres eſto. [h] Ante, quã Capitolium aſcendat, ſi pro hærede gerat, ex ſemiſſe [g] hæres erit: ſi Capitoliũ aſcendat, & ex quadrante [h] hæres erit: nec erit ei neceſſe pro hærede gerere: quippè iã hæredi. Si ita ſcriptũ fuerit, [i] Titius [i] ex parte tertia hæredes ſunto, Titius, ſi intra tertias calendas naui ex Aſia venerit, ex reliqua parte hæres eſto: [k] videamus, ne Titius ſtatim ex ſemiſſe hæres ſit. nam duo hæredes inſtituti ſunt: ſed Titius aut ex ſemiſſe, [k] aut ex beſſe. [l] ita ſextans [m] vtique erit in pendenti: [n] & ſi conditio extiterit, ex beſſe hæres erit ſi non extiterit, ille ſextans [o] Mæuio accreſcet. Sed ſi deceſſerit Titius antè, quã conditio exiſtat, deinde cõditio extiterit: tñ ille ſextans non Titij hæredi, [p] ſed Mæuio accreſcet. Nã cùm adhuc dubium eſſet, Titio, an Mæuio is ſextãs datus eſſet, Titius deceſsit; nec poteſt intelligi datus ei, qui tempore dãdi in rerum natura non fuit.

Qui adit hæreditatẽ hæredis defuncti ex parte, si suã propriã institutionẽ omittit, eius portio pro parte sibi accrescit, si habet cohæredem: aliàs insolidũ. Bar.

[q] Si Attilicinus, [q] Titium, & Mæuium, & Seium æquis partibus hæredes inſtituit: Titius [r] interim ſolus adiit hæreditatem, [s] & Seium [t] hæredẽ inſtituit. poterit Seius Titij [u] hæreditatẽ adire, [x] Attilicini vel adire, vel omittere. ſed

q In P.P. Si Attius, & ſic deinceps.

c Et igni. Cuius loco eſt deportatio vt ℸ. ad leg. Iul. pec. l. 1.

d Redierit in ciuitatem.

e Hæres inſtitutus. Sub. redierit in ciuitatem eo tempore quo &c. H.

f In legatis. Verũ in legatis tantum inſpici vnum tempus debet, non vt in hæredibus tria: vt no. ĩ. eo. l. ſi alienũ. §. 1. & facit ĩ. eodẽ l. ſeruum. & infra, tit. 1. l. ſi is qui. & de ma. teſt. l. Ariſto.

g Ex ſemiſſe. Et etiam ex ea parte quadrantis, quæ eũ tanget etiam conditione deficiente: vt ſupra eod. l. ſi quis ita ſcripſerit. & infra proxi. §.

h Etiam ex quadrante. Voto, vel dic reſiduæ partis quadrantis ſine vlla aditione: vt hic, & ſupra e. l. ſi te ſolum. & ℸ. de ſecund. tab. l. 2. §. ſi duo. Sed cõtra ℸ. de acquir. hære. l. ſi ſolus. Sol. nõ ob. quia verum eſt, quod ſtatim adeũdo vnam, acquiro alteram, ſi iam delata eſt: ſi vero nondum delata, acquiram eam cum defertur: nec erit opus noua aditione: vt ibi.

i Titius. De quo primo dictum eſt: qui fuit inſtitutus ex ſemiſſe.

k Aut ex ſemiſſe. Si conditio deficiat.

l Ex beſſe. Si extat conditio.

m Sextans. Id eſt, duę vncię.

n In pendenti. Conuenitur tamen interim pendẽte conditione quilibet eorum, ac ſi nihil in pendenti eſſet: vt ℸ. ad leg. Fal. l. qui fundum. §. ſicut. & dic, quod alterius ſextantis ſtatim eſt hęres Titius: vt hic dicitur. Sed oppo. non extitit conditio: ergo non habet iure inſtitutionis. Item nec iure accreſcendi, quia non deficit pars ſocij: vt infra, de acquirend. hęredit. l. ſi. ſolus. Reſpond. non videtur ſub conditione relictus, cum in omnem euentum ſit habiturus: vt ſupra e. l. ſi quis ita. & ĩ. proxi. §. alterius autem ſextantis non eſt hęres: quia fortè conditio deficit. Acc.

o Sextans. Id eſt, illę duę vncię.

q Si Attilicinus. In primo caſu ſunt tres. in ſecundo duo hęredes.

r Titius. Primus hęres.

s Adiit hęreditatem. pro parte ſua ſcilicet tertia.

t Seium. Scilicet cohęredem ſuum.

u Titij. Sui cohęredis, à quo fuit inſtitutus.

x Hęreditatem adire. ſuo proprio nomine Ro. vel adire pro ſua parte. quę eſt tertia.

Item.

Attilicino antè quàm adeat, vel omittat eius [a] hæreditatem, ex semisse [b] hæres erit. si adierit Seius Attilicini hæreditatem, Titius ex triente duntaxat hæres erit: & p hęreditatē Titij triēs [d] duntaxat ad Seium perueniet: alterum triētem ex sua institutione habebit. [e] Quid ergo, si ab Attilicino Titius, & Seius [f] hæredes instituti sint, Titius adierit hæreditatem, & Titio Seius hęres extiterit? potest ne Attilicini hęreditatem [h] omittere? an necessariò ei [i] ex asse hæres est? [k] quippe cùm alius nemo hæres institutus est, [l] quam is ipse, qui ex aliqua parte iā hæres ē: [m] perinde est, quasi vnus hęres [n] per Titiū institutus sit. [o]

Seruus primo loco institutus ab eo, qui non est soluendo, est hæres necessarius. Bart.

Celsus libro xxix. Digestorum. L X.

QVi soluendo non erat, seruum primo loco, & alterū seruū secundo loco [p] hęredes scripsit. Solus is, qui primo [q] loco scriptus est, hæreditatem cępit. Nam lege Aelia Sentia ita cauetur, vt si duo, pluresve ex eadem causa hæredes scripti sint, vti quisque primus scriptus est, hæres sit.

Verba enunciatiua quæ erant in actu odioso dispositionem inducunt. Bar.

Modestinus libro viii. responsorum. L X I.

QVi volebat filiā exhæredare, sic testō cōprehēdit: [§] Te autem filiam ideo exhæredaui, quoniā contentam te esse dote volui. [r] Quæro, an efficaciter exhæredata sit? Modestinus respondit, nihil proponi, cur non esset voluntate [s] testatoris exhæredata.

Potest quis institui in tempus, quo capere poterit. Bar.

Idem libro [illegible] L X II.

IN tempus capiendæ hęreditatis institui hęredem posse, beneuolentiæ est, veluti, [§] Lucius Titius cùm capere [t] potuerit: hęres esto. [u] [§] Idem & in legato.

Vitiatur institutio propter incertitudinem personæ. Barto.

[g] Eius. Attilicini.

[h] Ex semisse. Id est, medietate hæreditatis. trientem enim, habet ex sua institutione: medietatē trientis Titij habet iure accrescendi, si eius hęreditatē non adiit. alius medius triens est in suspenso. & dic ex semisse, scilicet interim. & hoc ex persona Titij. nā & si repudiat ex sua persona, tamen ex semisse hęres erit.

[c] Hæres erit. Id est fuisse dicendus est.

[d] Triens. Hæreditatis, pooc Titij.

[e] Habebit. Scilicet Seius.

[f] Seius duntaxat. Scilicet hi duo. & subaudi, & Titius. &c.

[g] Titio. Testatore.

[h] Hæreditatem. Attilicini.

[i] Ei Attilicino.

[k] Ex asse hæres est. Et certè ex asse hęres est, saltem per Titium, cui succedit: vt C. de cad. tol lend. l. 1. §. his ita. & ĵ. titu. s. l. sed si plures. §. 2. & C. de iu. deli. l. quidam. & in Auth de hæ. & falc. §. .. col. 1.

[l] Quam si ipse. Scilicet Seius.

[m] Hæres est. Attilicino per medium Titium.

[n] Hæres. Cum nō vult esse hæres ex testamento Attilicini.

[o] Institutus sit. Scilicet ab initio: quoniam hæres hæredis &c. vt ĵ. de ver bo. signifi. l. sciendum. & C. de vsufruct. l. antiquitas. Sed certe imò videtur partem hæreditatis Attilicini eum directo habere: aliam per obliquum per medium Titium: vt s. eo. l. quoties. §. si quis primum. contra. sed ibi voluit sic habere: hic noluit habere ex testamento Attilicini.

QVi soluendo. Casus. Titius non existēs soluēdo creditoribus suis, instituit sibi hæredē Stichū seruū suū, & postea Pāphilū: certe Stichus erit hęres. nā lege Aelia Sētia ita cauetur, vt si duo, plures ve eadē cā hæredes scripti sunt, vti qsq; primus scriptus sit, hæres sit: Stichus āt primo fuit hic script'. Vi.

[p] Secundo loco. In Secundo gradu tamen.

[q] Qui primo. Quasi maiorē ad eum affectionē habeat: vt hic, & ĵ. eo. l. si non lex. §. temporibus. & arg. ĵ. de fideic. lib. l. generaliter. §. quid ergo si plures. & s. de vsufru. l. quoties. sed hoc fallit ĵ. qui & à qui. l. si quis hæres. & s. eod. l. si is qui soluendo. quę sunt arg. contra. Item facit supra eo. l. qui soluendo.

Capit. Nota ordinem scripturæ seruandum.

QVi volebat. Casus. Titius volens filiam suā exhæredare, ita dixit in testamēto suo. Te aūt filiā ideo exhæredaui, qm̄ contentā te esse volui dote, quam tibi dedi, quando nupsisti: quæritur, vtrum videatur efficaciter exhęredata? & videtur quod nō: quia nō dixit exhæredo te filiam: sed dixit: te autē filiā exhæredaui &c. Resp. tamen, quod efficaciter exhæredata est. Viuia.

[r] Exhæredare. Videbatur quod non: quia eam nō exhęredauerat, licet dixisset. ideo exhæredaui: sed tamē videtur bene exhęredata: quia dixit, quod esset contenta dote, & sic eam alienam fecit à sua hæreditate. & hoc est etiam exhæredare: vt C. de lib. præter. l. 1. Azo. & facit supra de rei vē. l. emptor. §. fin. & supra solu. mat. l. si socer. §. 1. & ĵ. de ali. le. l. cum vous. §. fi. & ĵ. de dona. l. ex hac. Sed at. contra s. eo. l. ex facto. Item nota volūtatem magis quàm verba inspici: sic ĵ. de adi. le. l. 1. §. conditio. Arg. contra ĵ. de vsuf. leg. l. si alij. Accur.

[s] Voluntate. Nota voluntatem magis quam verba inspici.

IN tempus. Casus. Lucium Titium non capacē institui mihi hæredem cum esset capax, vel cum capere poterit, vel legaui ei cum legata capere poterit. certè valet institutio & legati datio.

Quoties. Seius habens plures amicos, quorum quilibet nominabatur Titius: instituit Titium amicum hæredem: & ita non apparet de quo Titio senserit: certè institutio non valet: si aūt apparet ex aliquibus argumentis, de quo Titio senserit testator, tunc valet. Viu.

[t] Cum capere. Et sic licet non sit capax testamenti tempore: tamē si postea efficiatur capax, erit hæres secus si simpliciter eū instituisset: quia non teneret institutio, si tunc cum instituitur, non esset capax: vt s. eo. l. si alienū. §. 1. quod est cōtra. Itē cōtra s. e. l. hæreditas. & Inst. eo. §. heredes. Sed ibi ex certo die, hic ex incerto. Itē cōtra ĵ. de reg. Cato. l. 1. Sed hic testator noluit regulam habere locum. & facit ĵ. de leg. 2. l. si ita quis testamento. & s. tit. 1. l. si quis hæres. Accur.

[u] Hæres esto. Not. Hęredē. posse institui cum erit capax: licet non sit hæres capax tempore testamenti.

Ordo scripturę seruādus est.

[*] Sic I. P. Fl. Haloā. autem legit, quoniam & is ipse q &c.

[*] Sic I. P. Fl. Haloā. scripsit p Titium.

Quoties [a] non apparet, [¡] quis hæres institutus sit, institutio non valet (quippe euenire pōt si testator cōplures amicos eodem nomine habeat, & ad designationē nominis singulari nomine [b] vtatur) nisi ex alijs apertissimis probationibus fuerit reuelatū ꝓ qua persona testator senserit.

Tertio coniuncti deficiens accrescit coniunctis, disiunctis omnibus. Bar.

Iabolenus lib. primo. Ex Cassio. LXIII.

HAeredes sine partibus, vtrum coniunctim, an separatim scribātur, hoc interest: quod si quis ex coniunctis decesserit, hoc non ad omnes, sed ad reliquos, qui coniuncti erant, pertinet. [c] si autem ex separatis: ad omnes, qui testamento eodē scripti sunt hæredes, portio eius pertinet.

Potest institui seruus eius, qui post mortem testatoris nascetur. Bar.

Idem libro vij. epistolarum. LXIIII.

EIus seruum, [d] qui post mortem meam natus erit, hæredem institui posse Labeo frequenter scribit: idq; verū esse manifesto argumento cōprobatur, quia seruus hæreditarius prius quam adeatur hæreditas, institui hęres potest: quãuis iste testamenti facti tempore nullius sit.

Non videtur quis eum instituere, quem legando grauauit. Bartolus.

Idem libro xij. epistolarum. LXV.

HAereditas ad Statium [e] Primū nullo iure pertinet, cum institutus hæres nō sit: nec quicquam ei [f] prodest, quòd ab eo aliquid legatum est, aut libertus ei defuncti testamēto commēdatus est, *seruusve: ex quo [g] si manumissus non est, seruus est.

Coniunctus re tantum, & coniunctus verbis tantum, ad portionem vacantem pariter admittuntur. Bart.

Pomponius lib. j. ad Q. Murium. LXVI.

SI ita quis hæredes instituerit, † [§] Titius hæres esto, [h] Caius & Mæuius ex æquis [i] partibus hæredes sunto: [§] quãuis

[a] Quoties. dic ut no. ꝟ.de leg. 2.l.si quis seruum.§.si inter duos.& l.si quis Titio.§.fi. & facit ꝟ.de reb.dub. l.si fuerit.& facit s.eo.l.quoties.§.si hęres & de testa. tut.l.duo sunt Titij. & de ma.test.l. cum ex pluribus. & de adi.leg.l.1.§.si duobus.& de condit. & demonst. l.talis.§.1.

[b] Singulari nomine. Veluti Titius amic⁹, sit mihi hēres, nam si utitur plurali nomine, uterq; esset hęres. ff.l.item ꝟ. eod.l. qui soluendo. contra. Sed ibi unus superest. Accur.

HAeredes. CASVS. Institui mihi hęredes Titium, & Seiū, & Caium, & Semproniū, & Primū, & secundum, nō nominādo certas partes: & ita fuerūt re cōiuncti. ita tamē dixi I dicta institutione: Titiū, & Seium, & Caium instituo mihi hæredes: Semproniū instituo mihi hęredē, Primū instituo mihi hæredem, Secundū Istituo mihi hęredem. & sic oēs ut dixi, fuerūt re cōiuncti. Titius aūt, & Seius, & Caius soli fuerūt cōiuncti uerbis. pone ergo, qđ Titius decessit, antequam adiret hæreditatē ꝓ sua parte: qui Titi⁹ erat cōiūctus Seio, & Caio re, & uerbis, ut dictū est: aliis autē non nisi re: certè pars Titij pertinet tantum ad Seium, & Caium: & non ad alios. si aūt decedat Sēpronius, vel Primus, vel Secūdus, qui uerbis alicui coniuncti non erāt, portio eius ptinet ad omnes cohæredes suos. Viu.

[c] Pertinet. Vt & C. de caduc.tollen.l.1.§.his ita.& ꝟ. eod.l.liber homo.§.cum quis.& ꝟ.de legat.3.l.re coniuncti. Nec ob.ꝟ.eod.l.item quod Sabinus.§.1.quis ibi non fuerunt coniuncti verbis. vt ibi no.

EIus seruū. CASVS. Titius hñs Stichum seruum suum decessit relicta uxore sua prægnante. ego in articulo mortis constitutus institui mihi hęredē dictū Stichum, qui quidem Stichus erit sine dubio illius, qui nascetur ex dicta uxore Titij post mortem meam. nūquid ualet institutio in seruo, quia cum instituo mihi hęredē seruum, inspicitur persona domini serui instituti ad sciendum, utrū valeat institutio, vel non: vt si quidē dominus sit capax, ualeat institutio serui: alias nō: ut ꝟ.eo.l.non minus. hic autē Stichus non habebat dominū tempore mortis: quia nō erat adhuc natus, vt dictum est? R̄n. tamen, quod valet institutio ad exēplū serui hęreditarij, qui institui pōt ante aditā hęreditatem: quãuis tēpore testamenti facti ipse sit nullius. Vi.

[d] Eius seruum. Facit Insti. eod.§. seruus autem alienus.& ꝟ.eo.l.non minus.§.1. Acc.

HAereditas. CASVS. In testamento meo ita dixi Statio Primo: lego Titio equū meū, & Stichū libertū meum eidē Statio commendo: & Pamphilum seruū meu eidem Statio cōmendo: non tamen hæredem instituo dictū Statiū. nunquid propter ꝑdicta erit meus hæres Statius? Et dicitur quod non. Item nūquid Pamphilus erit liber propter hoc, ꝙ eum cōmendaui Statio, ut dictū est? Et dicitur quod non. Viuia.

[e] Hæreditas ad Statium. Proprium nomē Statius Primus.

[f] Ei. Statio: vt videatur institutus.

[g] Ex quo. Id est, ex qua commendatióe, si manumissus non est: alias. f. nō fit liber. & facit ꝟ. eod.l.ex facto autē. Alij dicunt seruum fuisse commēdatū ut libertum: & tunc dicūt fallere in milite: vt C. de testa. mil.l.ex his. Itē dic legatū non ualere: ut ꝟ. de lega. 3.l. si fuerit.§.fi. & l. seq. & facit C.de iur. & fact.igno. l. cum testamentum.

SI ita quis. CASVS. Ita dixi in testamento meo Titius hæres esto: Caius, & Mæuius ęquis ex partibus hęredes sunto: & postea decessi. antequā autem Caius prædictus adiret pro parte sua hęreditatem meam, decessit: quęritur cui debeat accrescere sua pars, utrum Mæuio, an Titio, an ambobus pro hæreditarijs partibus? Et dicitur ꝙ ambobus: quia quamuis coniuncti sint Caius, & Mæuius verbis per copulam, &, tamen non tam uideor eos coniunxisse per dictam copulam, quam voluisse eos celerius nominare: celerius enim dixi, Caius, & Mæuius hęredes sunto, quam si dixissem, Caius hęres esto, Mæuius hęres esto. est & alia ratio, quia Caius prędictus & Mæuius sunt separati re, per illa uerba in institutione apposita, ęquis ex partibus &c. quãuis sint coniuncti uerbis. Caio ergo prædicto, qui mortuus est, erat coniunctus verbis tantum Mæuius: Titius autem erat coniunctus re tantum: vnde non est mirum, si ambo communiter habent partem Caij. Viu.

[h] Titius hęres esto. Per hoc apparet quod totam hæreditatem ei assignare videtur. Acc.

[i] Ex ęquis. Ergo fuerant illi duo non re coniuncti

Ialotuatum. y sed

† Per hūc §. videtur ꝙ si Papa delegat: causam archidiacono alicuius ecclesię nō expresso nomine, aut cognomine, & in eadē ecclesia sint plures archidiaconi, ꝙ nullus erit iudex: ut in c. qm̄ abbas. in gl. super uer. substitutū. ibi, sed pone. ex. de off. de leg.

* In P. Fl. nō est, seruusve.

† Vide ꝗ scripsit in hūc locū Alciat. li. par.6.c.7. & in commen. ad l. triplici. ꝟ. de verbo. sig. & lib. parergo.7. cap.9.

ſed uerbis tantum: quia per copulariuam coniunctionem uidelicet:ut ꝭ.de leg.3.l. re coniuncti.

a Et ſyllaba. Dictio eſt. Acc.

b Si quis. Caius, uel Mæuius. nam de Titio non eſſet dubitatio:quia idem eſt io eo.

& ſyllaba, [a] coniunctio nem faciat: ſi quis [b] tamen ex his decedat, non alteri ſoli pars accreſcit. ſed & omnibus cohæredibus pro hæreditarijs portionibus:quia non tā coniunxiſſe, quàm celerius [c] dixiſſe videatur.

Institutio plenior præualet. Bar.

Idem libro j. ad Q. Mutium. LXVII.

SI ita † ſcriptum fuerit, [d] § Tithaſus ſi in Capitolium aſcēderit, [e] hæres eſto. Tithaſus hæres eſto: [f] § ſecunda ſcriptura potior [g] erit: plenior [h] eſt.n.quā prior.

Institutio non poteſt conferri in alterius voluntatem expreſſam: ſed velatam ſic. Bar.

Idem libro vij. ad Q. Mutium. LXVIII.

SI quis Sempronium hæredem inſtituerit ſub hac conditione, § Si Titius in Capitoliū aſcenderit: § q̄uis nō aliàs hæres eſſe poſsit Sēpronius, niſi Titius aſcendiſſet in Capitoliū, & hoc ipſum in poteſtate ſit repoſitū

c Celerius. Electiuè.q.d. oon coniunxit, ſcilicet re. quia dixit pro æquis: aliàs eſſet ſecus, ſi omiſſum ſit pro ęqs: vt ꝭ.eod.l. interdu. ſed celenter dixit, ſ. coniungēdo verbis: ſicq; dixit celerius, quam ſi dixiſſet, Caius hrs eſto, & Mæuius hęres eſto. Alij dicūt vt Azo, & H. quod coniunxit, ſ. re. nam quantum ad ius accreſcēdi re omnes videntur cō iuncti, quaſi teſtator id dixiſſet celeriter. verè tamē duo verbis, alter re coniūct' eſt: & ſic ſecūdū eos fictione ſuot re coniuncti: apparet ergo Caium coniūctum eſſe Mæuio uerbis, & Titio re: & ſic ſimul admittuntur per l.iſtā: licet alij pręferant re coniunctū: alij uerbis coniunctum. Argu. ꝭ. de lega.3.l. re coniuncti. & hic dicunt, quod re tantū ſunt coniuncti: & quod dicit, ſyllaba &, faciat coniunctionem, ſcilicet aliàs, non hic, quod non placet: ſi autē re, & uerbis aliquis eſſet coniunctus, deficienti ille præfertur: ut ꝭ.eo.l. hæredes. & d.l. re coniūcti. & facit ꝭ. eod.l. liber homo. §. Titius. & ꝭ. de leg.a.l. Mæuio. & C. de cad. tol.l.1. §. his ita. & infra. de lega.2.l. Lucius. §. Lucius. Acc.

† Cōcor. cū hac l. c. ſi pater. in glo. ſup uer. certare. extra, de teſt. li. 6.

Titij: quia tamē ſcriptura non eſt expreſſa volūtas Titij, erit vtilis ea inſtitutio. At quin ſi quis ita ſcripſerit, § Si Titius voluerit, Sempronius hæres eſto: § nō valet inſtitutio. Quædam [i] enim in teſtamentis ſi exprimantur, nullum effectū habēt: [k] quando ſi verbis tegantur, eandem ſignificationem habeant, quam haberent expreſſa: & momentum [l] aliquod habebunt. [m] Sic enim filij exhæredatio cum eo valet, ſi quis hæres [n] exiſtat. & tamen nemo dubitat, quin ſi ita aliquis filium exhæredauerit, § Titius hæres eſto: & cū hæres erit Titius, fili' exhæres eſto: § nullius momēti eſſe exhæredationem.

Expreſsio eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur, ſi exprimantur prout inſunt: ſecus ſi alio modo. Bart.

Proculus lib. ij. epiſtolarum. LXIX.

COrnelius, & Mæuius, vter eorum vo

dā ſunt, quæ ſi in teſtamētis exprimantur, effectū nullum habent: ſicut eſt, quando cōmitto inſtitutionē Sēpronij in expreſſam uoluntatem Titij: ut dictum eſt. Item quādo facio exhæredationē filij mei tali modo: Titius hæres eſto. & cum hæres erit Titius, filius exhæres eſto. & ſic fuit expreſſa cōditio exhæredationis. prædicta autem expreſſa poſſunt uerbis tegi, & eandem habēt ſignificationē, ac ſi expreſſi fuiſſent, & ualent, uelutī cō Seius ita dixit: inſtituo mihi Sempronium hęredem, ſi Titius Capitolium aſcēderit: nam quā uis alias non poſſit hæres eſſe Sempronius, niſi Titius aſcēdat Capitolium, & quamuis hoc ipſum in poteſtate ſit repoſitum Titij: qa tamen in inſtitutione non eſt expreſſa voluntas Titij, erit utilis ea inſtitutio. Item & cum conditio exhæredationis filij non eſt expreſſa, ſed fuit facta hoc modo, exhæredo filiū meum &c. tunc ita demum erit exhæres filius, ſi quis alius hæres extiterit, quamuis ſi expreſſa fuit conditio exhæredationis nō valeret exhæredatio, ut dictū eſt. Vi.

i Quædam. Nota quædā expreſſa nocent, quæ tacita nō nocerent.

i Quædam enim. Non tamē omnia: ut ꝭ.l. pro.

k Nullum effectū habent. Concor. ꝭ. de cond. & demonſt. l. nonnunquam. & l. ſi io diē. in fi. & ꝭ. eo.l. illa. & ꝭ. de leg.2.l. ſi ita legetur. Sed arg. contra. ꝭ. eo. titu.l. r. Solu. ut ibi. Item facit ꝭ eo.l. talē. §. r. & ꝭ. de uer. obli. l. cum qui. §. r. & ꝭ. de leg. r.l. ſi ita legatum. §. s. & l. ſenatus. §. legatum. & ſupra, de teſt. tut. l. tutor ita.

l Momentum. id eſt, firmitatem.

m Habebunt. id eſt, ualebunt.

n Si quis hęres. Dic quod ſunt uerba legis. q.d. nulla eſt exhęredatio, niſi hæres inſtitutus ſit, & adeat: ut ꝭ. de contratab. l. filium. §. ſed cum exhæredatio. & ſic lex intelligit haoc conditionem, quæ ab homine non poteſt poni, ut ſubijcit: quia nō poteſt fieri exhæredatio ſub conditione: ut ſupra, de lib. & poſthu. l. 3. §. purè, quod ſi fiat, ille gradus nō ualeret, habito filio præterito: vt ꝭ. titul. r.l. ex facto. § Lucius. cum enim exhęredatio debeat pręcedere effectum inſtitutionis, ne filius inueniatur pręteritus: hic non eſſet ita: imo pręcedere inuenitur inſtitutionis effectus. com ſic dicit, Titius hęres &c. Acc.

SI ita ſcriptum. CASVS. Ita ſcripſit Seius in teſtamento ſuo: Tithaſus hæres eſto, ſi in Capitolium aſcenderit, Tithaſus hæres eſto: & deceſſit dictus teſtator: certè ſecunda ſcriptura potior erit. nā cum ſit pura, plenior eſt quam prima conditionalis: & ita Tithaſus habebit hęreditatem purè, non expectando aliquā conditionem. Vi.

d Si ita ſcriptum fuerit. Scilicet Tithaſus.

e Aſcenderit. Conditio inſtitutionis.

f Eſto. Scilicet purè.

g Potior. Not. pleniorem uoluntatem ſeruandam.

h Plenior. Eſt enim pura, ad quod ſupra, eo.l. ſi te ſolum. §. s. & ꝭ. de cond. & demon. l. nam ad ea.

SI quis Sempronium. CASVS. Seius inſtituit ſibi hæredem Sempronium ſub hac conditione: ſi Titius aſcēderit Capitolium. certè ualet inſtitutio. ſi autē Seius ita ſcripſiſſet. Sempronius hęres mihi eſto, ſi Titius uoluerit: nō ualet inſtitutio: & eſt ratio, quia quę

COrnelius. CASVS. Ita dixit Titius in teſtamēto ſuo:

let, hæres esto.} vterque vult, Trebatius neutrum fore hæredē, Cartilius * vtrunque, tu [a] cui assentiris? Proculus, [b] Cartilio assentior: & illam adiectionem, } vter eorum volet } superuacuā [c] puto. id enim etiam ea non adiecta futurum fuit, ut vter vellet, hæres esset, vter nollet, hæres non esset. Quòd si hi ex numero necessariorū hæredū essent: tū id non frustra adiectū esse: & nō solū figurā, [d] sed vim [e] quoque conditionis [f] continere: dicerē [g] tamen si vterq; hæres esse vellet, vtrunq; hæredem esse.

Papinianus lib. vj. responsorum. LXX.

* CAptatorias [h] institutiones non eas senatus [i] improbauit: quæ mutuis affectionibus [k] iudicia prouocauerūt, [l] sed quarum conditio [m] confertur ad secretū alienæ [n] voluntatis.

Paulus lib. v. ad l. Iul. & Papiani. LXXI.

ILlæ autem institutiones [o] captatoriæ non sunt, veluti si quis ita hæredem instituat, } Qua ex parte Titius me hæredem instituit, ex ea parte Mæuius hæres esto: } quia in præteritum, non in futurum institutio collata [p] est. Sed illud quæri potest, an quod senatus censuit, [q] idem seruandum sit, etiam si in aliam personā * captationē direxerit? veluti si ita scripserit, } si Titius Mæuiū tabulis testamenti sui hæredē à se scriptū ostenderit, [r] ꝓbaueritq;, hæres esto. } Quod in sententiā [s] senatusconsulti incidere non est dubium.

Terentius Clemens lib. iiij. ad leg. Iuliam & Papiam. LXXII.

SI quis solidum [t] à lege [u] capere non possit, & ex asse sit institutus ab eo, qui soluendo non est: Iulianus ex asse eum esse hæredem

---

suo: Cornelius, & Mæuius uter eorum uolet, hæres esto. & decessit. postea uterq; uolebat hæres esse. certè uterque erit hæres. illa enim adiectio, uter eorū uolet &c. est superuacua: ideo, quia etiā ea non adiecta futurū fuit, ut uter uellet hæres esset: & uter nollet, hæres non esset. si autem prædictus Cornel° & Mæuius erant ex numero necessariorum hæredum Titij: tunc dicta uerba, uter eorū uolet &c. non sunt superuacua: sed habent uim conditionis. & sic si uterque eorū uolet hæres esse, uterque erit hrs: si unus tantū uolet esse hæres, ille erit hæres. Viuianus.

a Tu. Procule.

b Proculus. In secunda, & prima persona de seipso dicit.

c Superuacuam. Superuacua est in hæreditate: quia etiam eo non adiecto nō acquiritur, nisi uelit: unde non transmittitur hæreditas non adita ad hæredem: ut C. de cadu. tollend. §. in nouissimo. secus tamen in legato: ut infra de lega. 1. l. si ita legatum §. illi. & ĵ. de cond. & dem. l. si ita expressim. quia legatum post mortē testatoris transmittitur: vt prædicta l. si ita legatum dicitur: Sed nonne hæreditas in quibusdā casibus etiā non adita transmittitur: ut C. de ijs, qui ante aper. tabu. l. vnica. an ergo tunc erit idem quod in legato? Respon. q̄ nō, sed uidetur quod idem, arg. eiusdem legis.

d Figuram. Scilicet, uerborum superuacuam: quæ, scilicet, non dicemus: ut ĵ. de act. & oblig. l. non figura. & dic figuram, id est, formam.

e Vim. Id est, potestatem.

f Conditionis. Quia si uolunt, erunt hæredes, nō inuiti. quod esset, nisi hæc conditio esset: ut hic, & ĵ. de cōdi. insti. l. uerba. & ĵ. e. l. iam dubitari. in fi. & facit š. eo. l. Titius. & Seius. & š. eo. l. proxi. cum suis concor.

g Dicerem. Modo soluit primam quæstionem.

CAptatorias. CASVS. Si rogauit Titium, ut propter affectionem, quam mihi debet, instituat Seiū hæredem, & ipse eum instituit: certè ista captatoria, id est, adulatoria institutio, nō est improbata a senatusconsulto Liboniano: sed illa captatoria improbatur, quæ collata est ad secretum alienæ uoluntatis, puta si instituit Titius Seium, si uoluero ego. Viuia.

h Captatorias. Id est, deceptorias: & nota quasdam licitas, & quasdā illicitas: sic & alias permittit deceptio in pretio rerum: ut š. de mino. l. in causæ. 2. in fi. Accu.

i Senatus. Senatuscōsultū Libonianū, ut innuit ĵ. de ijs quæ ꝓ nō scrip. l. j. & de le. 2. l. Luci°. §. Sēpronius.

Iurisconsulti hui° fit mētio š. cōmo. l. si in certo §. si me.

Hæreditas non adita non transmittitur.

* Captatoria institutio q̄ dicatur, pulchrè explicat aduersus interpretū omnium receptam hactenus sententiā An. Aug. emē. li. 4. c. 15. vide ēt in eam rem Alc. lib. 2. Paterg. ca. 18.

Deceptio quandoq; permittit.

k Affectionib. Vt si induco testatorē blandis verbis, vt me instituat, vel mihi leget: hoc. n. valet. nō enim ista per senatusconsultū improbatur: sed illę quarū conditio &c. vt quos Titius voluerit, hr̄des instituo. Acc.

l Prouocauerunt. Vt ĵ. si quis ali. test. pro. l. fi.

m Conditio. De futuro, non de præterito, vt ĵ. l. proxim. & da exemplum š. eo. l. illa institutio. Ac.

n Alienę. Id est, nō testantis, & facit C. de test. mili. l. captatorias. & ĵ. de leg. 1. l. captatorię. & ĵ. de condit. instit. l. mulier. §. fin. & š. eo. l. si quis Sempronium. ver. atqui. Acc.

ILlę autem. CASVS. Testator dicit: qua ex parte Titius me hęredem instituerit, ex ea parte Mæuius hæres esto: non est captatoria institutio, & valet: quia est collata in præteritum: si autem ita dicat: Titius hæres esto. si ostenderit, & probauerit Mæuiū hæredem a se scriptū in tabulis testamenti sui: tunc bene est captatoria, & non valet. nam incidit in sententiam Liboniani Senatuscō sul. Viuianus.

o Illæ autem institutiones. Quæ non faciunt conditionē. vt š. si cer. pet. l. itaque. & facit š. eo. l. hoc articulo. & š. eod. l. a.

p Collata. Et ideo valet.

q Censuit. Libonianus prohibens fieri in futurū: puta si feceris me hęredē, hæres esto: vt ĵ. de ijs quæ pro non scrip. l. 1. in fi.

r Ostenderit. Futurū subiunctiui: sic & in verbo probauerit, & sic de futuro. Accur.

s In sententiam. Debet. n. institutio ex mera affectione fieri, non per metū pœnæ: vt ĵ. de uerb. ob. l. stipulatio hoc modo, nec cupiditate lucri: & sic qui renūtiat præbendæ, ut alius habeat, libere facere debet: * hic autem ponitur in uoluntate hæredis, scilicet, vt si aliū instituat: quanquam & sine hoc esset in eius potestate. & facit s. l. proxi. cum suis concor. Acc.

SI quis solidum. CASVS. Titius nō existens soluendo creditoribus suis instituit sibi hæredē ex asse filium suum naturalem pone, qui naturalis non pōt capere ultra unam unciam filijs legitimis, & naturalib. extantib. nunquid erit hæres ex asse siue in totū? Et dicitur q̄d sic. quia satisfacto creditoribus, non remanebit ei nisi una uncia, & forte minus: lex enim quę uetat eum accipere ultra unam unciam, non habet locū in hęreditate, quæ non est soluendo. Viu.

t Si quis solidum. Vt filius naturalis: ut C. de nat. lib. l. a. §. item. & C. de secun. nupt. l. 1. Accur.

u A lege. Id est, occasione legis impedientis.

* In P. P. capionē.

* Nam si metus, q cadit i constātem virum, renūtiationi interueniat: nō est opus renūtianti noua collatione, sed impetrata absolutione a iure petitur ad beneficiū qd̄ renunciauit, in integrum restitutio: ut not. Pa. in c. sup hoc. ex̄ de renun. & in ca. abbas. quod met. cau. & Rota decisio. 374. inci. dubitatū, fuit. i no.

a Legi enim. Quæ ideo quē inſolidum capere uetat, nec commodum ſentiat totius hęreditatis: non etiā ne onera ſuſtineret ſolus: pœna enim nemini immunita tē pręſtare conſueuit: ut ℨ. de inter. & rele. l. ante pe. §. fin. Ro. ſic ergo pro utilitate aliorū hoc habet, nō pro ſua. ſic ℨ. ad Trebel. l. cogi. §. ex his. & ℨ. ſi quis ali. te. pro. l. 1. §. 1. & ℨ. de leg. p̄. bo. poſ. cōtra ta. l. 3. §. pe. & ℨ. tit. 1. l. ſi is qui. & ℨ. de cō tra tab. l. ñ putauit. §. ſi quis ſua. & ℨ. de leg. 2. l. cum ei.

Pœna immunitatē non p̄ſtat.

reſpondit: Legi. n.[a] locū nō eſſe[b] in ea hæredita te, quę ſoluendo non eſt.

Conditio adiecta in inſtitutione, non videtur repetita in ſubſtitutione. Bar.

Caius lib. xij. ad legē Iuliā & Papiam. LXXIII.

SVb conditione[c] hærede inſtituto, ſi ſubſtituamus: niſi eandem conditionē repetamus,[d] purè[e] eum hęredem ſubſtituere intelligemur.

Exceptio, quæ eſt contra naturam actus, vitiatur, & non vitiat. Baldus.

Licinius Rufinus lib. ij. regula. LXXIIII.

SI quis ita hæres inſtitutus fuerit, Excepto fundo, excepto uſufructu hęres eſto: perinde erit iure ciuili, atq; ſi ſine ea re[f] hæres inſtitutus eſſet. idque authoritate Galli Aquilij factum eſt.

Papinianus libro xij. quæſtionum. LXXV.

SI filius ſubſtituatur ei, à quo præteritus eſt: non ut inteſtati patris, ſed ex teſtamēto habebit hæreditatem:[g] quoniā & quolibet alio ſubſtituto, ſi fuiſſet ab eo exhęredatus,[h] inde teſtamentū inciperet, ubi filius eſſet exhæredatus.[i]

Donatio inutilis, non impedit teſtamentum nec mutat qualitatem hæredis. Bal.

Idem libro xv. quæſtionum. LXXVI.

SEruus uxori à marito mortis cauſa donatus, mariti manet,[k] vt & Iuliano quoque uidetur. Idem[l] ſi accipiat libertatē ſimul, & hæreditatē[m] uiro neceſſarius hęres erit: nec ſine libertate aliquid ei legari poteſt.[n]

Agitur ex ſcriptura declarata non ex ſcriptura declarante. hoc dicit. Vel aliter, in vna ſcriptura videtur contineri id, quod continetur in alia, ad quā refertur. Bar.

Idem libro xvij. quæſtionum LXXVII.

ASſe toto non diſtri-

b Non eſſe. Nō capacem, eſſe capacē in odium ſui.

SVb conditione. CASVS Inſtitui mihi hęredē Titium ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit intra annum, & ſubſtitui ei Seium, & deceſſi. poſtea tranſiuit annus, & non uenit nauis, & ſic defecit conditio: & uiuit adhuc Titius inſtitutus. certè erit hęres purè ſubſtitutus prędictus: quia in ſubſtitutione ſua non repetij conditionem. Viu.

c Sub conditione. Caſuali. aliud fortè in poteſtatiua, uel mixta quæ ſemper intelligitur repetita: ut C. de cad. tol. l. 1. §. pro ſecundo. & §. ne autem. Acc.

d Repetamus. Expreſſe.

e Purè. Id eſt, ſine ea conditione, quę impoſita erat inſtituto. ineſt tamen in ſubſtitutione illa conditio, ſi inſtitutus hęres non erit: ut Inſtitu. de uulga. ſubſti. in princ. Cur ergo intelligitur repetijſſe eaſdem partes in ſubſtitutione, ut ℨ. tit. 1. l. qui liberis. §. fin. Item eadem legata, ut ℨ. de leg. 1. l. licet. Imperator. Item in legato tranſlato eadem conditione: ut ℨ. de adim. leg. l. legatum. quæ ſunt contra? Reſpon. hic ſubſtitutus de nouo grauatur quadam alia conditione, quę non grauabatur inſtitutus, ſ. ſi ille hęres non erit. per quod uidetur releuari à prima, arg. d. l. licet. Item & quia inſtitutiones ſunt fauorabiliores. Item contra, ℨ. de lega. 2. l. cum pater. §. ab inſtituto. Solu. ut ibi. Itē not. contra repetitionem. & ſic ſunt arg. contra ſ. ad l. Aquil. l. quemadmodū. in fi. l. & de iudi. l. ſi iudex.

SI quis ita. CASVS Inſtitui mihi hęredē Titium, excepto fundo meo Titiano, excepto vſuſfructu. certè hæres inſtitutus uidetur in tota hæreditate mea detracta fundi mētione: & hoc dicit Gallus Aquilius.

f Sine ea re. Id eſt, ſine exceptione eius rei, ſcilicet fundi, uel uſusfructus: ut ſ. eo. l. 1. §. ſi ex fundo. totum enī ſimpliciter debet habere, cum non ſit alius inſtitutus: ut ſ. e. l. ex facto ꝓponebatur. §. 1. idē eſt ſi plures īſtituti ſūt. ut ſ. e. l. ſi alteri⁹. Azo. d. l. quoties. §. ſi duo.

SI filius. CASVS. Inſtitui mihi hæredē Titiū: & filium quem in poteſtate habebam, pręterij, ſcilicet Seium: & poſtea eundem filium ſubſtitui dicto Titio, & ita non ualet primus gradus, in quo inſtitutus fuit dictus filius, cum ab eo ſit præteritus filius. unquid habebit filius meus hæreditatem meam ab inteſtato, an vero ex ſubſtitutione? Et dicitur quod ex ſubſtitutione: & ita ex teſtamento. & eſt ratio, quia ſi ſubſtituiſſem dicto Titio Caium, & a grado ſubſtituti exhæredaſſem dictū meū filium: a gradu autem inſtituti prętertijſſem eum: non valeret primus gradus, in quo inſtitutus fuit Titius, à quo fuit prętteritus filius, vt dictum eſt, ſed inciperet valere teſtamētum à ſecundo gradu ſubſtitutionis, à quo filius fuit exhęredatus, ut dictum eſt: & ita tam in primo caſu huius l. quàm in ſecundo non pereunt legata. Viu.

g Hęreditatem. Quia valet teſtamentum à ſubſtitutione.

h Exhæredatus. Ab inſtituto prętertitus.

i Exhęredatus. Ergo & incipit teſtamentum valere, ubi eſſet inſtitutus, qua ſi tantum faciat inſtitutio, quantum exhęredatio. Azo. & facit ſ. de libe. & poſthum. l. 3. §. fin. & ℨ. titu. 1. l. ex facto. §. Lucius. reſtat ergo ut perinde habeatur filius ac ſi ab eo teſtator cœpiſſet: primumq; inſtitutum, à quo filium non exhęredauit, nullo modo inſtituiſſet: ſed ſi eſſet poſthumus, totum teſtamentum rumperetur.

SEruus. CASVS. Stichum ſeruum meum donaui uxori meæ mortis cauſa, certè me uiuēte eſt adhuc meus: & ideo ſi inſtituam eum hęredē cum libertate, erit mihi hæres neceſſarius. Itē & ꝑ hoc quod meus eſt, non poſſum ei aliquid legare ſine libertate. Viu.

k Manet. Vt ſ. de do. inter vi. & vxo. l. ſi cum. §. fin. & l. qa. & l. ſed interim. Sed contra in eo. ti. l. ſi is ſeruus, ubi dicit̄ eſſe in pendenti, Sed ibi fictione: uel quod de futuro poterat eſſe conſiderabat: hic pręſens uerum.

l Idem. Scilicet ſeruus: alias Vnde.

m Et hæreditatem. Ex teſtamento domini erit. &c. ut & ſ. de do. inter ui. & vxo. l. uxori. Acc.

n Poteſt. Vt & C. de leg. ſeruus. & ℨ. de lega. 1. l. planè. §. ſi coniunctim. & ℨ. eo. l. ſi ſocius. Sed arg. contra C. de neceſ. ſer. l. quidam. §. illo. Sol. vt ibi.

ASſe toto. CASVS. Inſtitui mihi Caium in quatuor uncijs hæreditatis meæ, & Semptonium in tribus:

tribus : & de quinque uncijs residuis usque ad assem. nihil dixi, & postea ita dixi in eodem testamento. ille mihi hęres esto, quem fecero hęredem in codicillis: & postea feci codicillos : & in eis institui mihi hęredē Titiū sine parte, & decessi: nunc quęritur de duobus: unū est, an ualeat institutio Titij in codicillis facta: sed ni est, quantū debeat habere Titius de dicta hæreditate mea, & si dicta sua institutio ualeat. & uidetur quod nō ualet institutio : quia in codicillis non potest dari hæreditas. respondetur tamen quod ualeat, quia uidetur data in testamento propter illa verba, quę ī institutione dixi, ille mihi hęres esto, quem in codicillis hęredem fecero : & habebit dictus Titius ex dicta institutione in codicillis facta dictas quinque uncias. Vi.

buto, a ita scripta est: ❡ Quem hęredem b codicillis fecero, hrs esto. ❡ Titium codicillis hæredem instituit. Eius quidem institutio ualet. ideo quod licet codicillis dari hæreditas non possit, c tamen hæc ex testamēto data uidetur: d sed hic * tantum ex hæreditate habebit, quantum ex asse residuū mansit.

Idem libro vj. responsorum. LXXVIII.

* P. Flor. sed hoc.

a Non distributo. Puta, instituto Seio in octo uncijs.

b Hæredem. Not. quē institutum in codicillis [1] esse hæredem.

[1] Nec rūpuntur codicilli per subsequentes codicillos, nec p subsequēs testm. l. j. & ibi Bar. C. de cod. & in Spe. de instru. edit. §. viso de impugnatione. nisi sint cōtrarij. glos. & Bart. in l. j. C. cod.

c Non possit. Vt C. de codicill. l. 2. nisi sit miles : ut ff. de milit. test. l. quærebatur. Acc.

d Videtur. Similia sunt ff. de cond. & demon. l. si ita scripsero. & ff. de cōd. inst. l. institutio. & C. de codi. l. j. & ff. de leg. 2. l. unum ex familia. §. si de Falcid. & de uerb. sign. l. lege. & ff. l. prox. §. 1. & ff. de leg. 3. l. si quis in princ. & C. de manumiss. testa. l. 1.

Qui non militabat. CASVS Caius paganus, id est, non miles, habens in quadam prouincia, quę uocabatur Pannonia, bona, quę reliquit ei mater sua valentia pene trecenta, & habens in quadā alia prouincia, quæ vocabatur Syria, bona quæ reliquit ei pater suus, ualētia pene centū. Stichū libertū suū instituit sibi hæredem in dictis bonis maternis, & Titium in paternis, & postea decessit: nunc quæritur quā partem quilibet dictorum hæredum habere debeat de hæreditate ? Et dicitur quod quilibet habet unū semissem : & ita æqualiter sunt hæredes: sed iudex familiæ erciscundæ, qui cognoscit inter eos de diuidenda hæreditate, debet sequi uoluntatem dicti testatoris, adiudicādo liberto dicta bona materna : quasi essent ei prælegata: & Titio paterna, quasi ei prælegata forent: & faciendo quod ipsi adinuicem præstēt sibi cautiones cū satisdatione propter actiones dictorum prælegatorum nomine eis adinuicem cōpetentes, scilicet ut si acceperit aliquis eorū nomine prælegati plusquā ei licuerit per leg. Falcid. restituat alteri, & ita erit salua Falcidia in dictis prælegatis, & quam adhuc non erat certum locum habere eo forte, quod relinquebat testator quędā alia alijs legata sub cōditione, quæ adhuc pendebat. si autem incontinenti, certū est locum habere Falcidiam in prælegato unius eorū, in retinenda per eum Falcidia, siue in retinendo quadrantē, id est, Falcidiam quilibet eorum, & extracta Falcidia de dictis prælegatis per quēlibet eorū, deductis dictorum prælegatorum cōpensabuntur adinuicem usque ad concurrentem quantitatē, opposita doli mali exceptione illi, qui non uult compensat onem admittere : de quibus omnibus ita ponas exemplum, ut hic ponit glo. in uer. compensetur. Lucio Titio. Caius testamento suo scripsit Lucium Titium hæredem ex duabus partibus hæreditatis suæ, quæ caperent octo uncias, & Publium Męuium instituit ex quadrante. i. ex trib. uncijs, & ita diuisit hrditatem suā inter pdictos in xj. vncias, & ita nihil dixit de uncia q restabat ad assem, & decessit dictus Caius, nec vllos preterea alios scripsit hrdes. Quærebatur qua ratione diuidenda esset hęreditas Caij, & quid appellatione duarū partiū ex qb. Titius hæres scriptus est, cōtineatur ? Rñ. Iurisc. assem ipsum. i. totā hæreditatē in dodrantē. i. in nouē uncias esse à testatore diuisum: duarum aūt partiū appellatione duo quadrantes significantur ex quibus Titius institutus est, id est, unciæ sex. Cum enim scripto Titio hęrede ex duabus partib' scripserit postea testator Męuiū ex quadrante, & nullū preterea alium hęredē instituerit per adiectionē quadrātis aptè declarauit se appellatione duarū partiū duos quadrantes intellexisse. Itaq; Caij hrditas in nouē duntaxat uncias diuidet, quarū sex Titius feret : reliquas tres Męuius habebit. Neq; hic solū generalis scripturæ per specialem declaratur, sed & in legatis. Nā & nūmi in genere legati ad eos nummos reducendi sunt, quos alia parte testamenti testator specialiter designauerit.

Filijs heredibus. Duos meos filios instituo mihi hæredes ęquis partibus : postea institui mihi hæredem filium fratris mei in duabus uncijs. certè decem uncias habebunt filij mei: duas autem fratris filius. & idem esset si dictum filium fratris mei instituissem, anteq̄ dictos meos filios: secus autem esset, si nominatim instituissem mihi hęredes filios meos in toto asse, vel in xij. uncijs hęreditatis meæ: & filium fratris mei instituissem sine parte. nam alterum assem haberet tunc filius dicti mei fratris.

Seius Mæuium. Seius instituit hæredem Mæuiū ex parte, quam per leges capere posset Męuius: & ex reliqua parte instituit Titium, & decessit Seius, modo inuenitur quod Męuius potest capere totam hæreditatē per legem non uetantem: & eam hęreditatem vult habere : certe Titius nihil habebit. si autem nō instituisset Seius Titium ex reliqua parte, sed simpliciter, habebit Titius unū assem primo, & Męuius alterū: si autē Mæuius non sit in aliquo capax, Titius habebit totam hrditatem: qui Titius fuit adiectus siue substitutus. Vi.

Qui nō militabat e bonorum maternorū, f quę in Pannonia possidebat, libertū hæredem instituit: paternorum, quæ habebat in Syria, Titium. Iure semisses ambos habere constitit: g sed arbitrum diuidendæ hæreditatis supremam uoluntatem, factis adiudicationibus, & interpositis propter actiones h cautionibus i sequi, * salua Felcidia : k

* Quidē libri hūt cōstituit.

* Sic in P. Fl. Haloā. autē scripsit, soluta Falcid.

e Qui non militabat. Secus in milite: vt supra, famil. ercisc. l. hęredes. §. 1. & ff. ad Trebel. l. cogi. § . sed si miles. & ff. de mili. test. l. 1. certum. §. 1.

f Maternorum. Non est uis in paternis, uel maternis, uel alijs bonis.

g Sed arbitrium. Repete constitit. Acc.

h Propter actiones. Legatorum, seu prælegatorum nomine competentes.

i Cautionibus. Scilicet ab unoquoq;, vt alteri restituat, si ei plusquam licuerit, fuerit legatum. Acc.

k Salua Falcidia. Quam unusquisque habet in parte socij : & cōputat ei in parte socij, quā retinet in re sibi prælegata. Sed ad quid fit cautio, cum statim fiat solutio per cōpensationē ? Resp. cautio fit, quando est dubium an habeat locum Falc. si vero certum esset, tunc statim fit cōpensatio, ut s. e. l. ex facto. §. si forte. & §. quod si fuerit. Vel dic dictam cautionem fieri pro soluendo ęre alieno pro dimidia : & sic propter actiones creditorū, & legatorum: ut & s. e. l. ex facto. § . vlt. scio.

scilicet vt quod vice mutua præstarent, doli ratione, quadranti retinendo compẽsetur. a Lucio Titio ex duabus partibus, Publio Męuio ex quadrante, scriptis hæredibus, assem in dodrantem b esse diuisum respõdi. Modum enim duarum partium ex quadrante declarari, c quod veteres numis Titio legatis numorum specie non demonstrata, cæterorũ legatorum contemplatione receperunt. d Filijs hæredibus æquis partib. institutis, ac postea fratris filio pro duabus vncijs: e vnum assem inter omnes videri factum placuit, & ex eo decem vncias filios accepisse. f Tunc enim ex altero asse portionem g intelligi relictam, cùm asse nominatim dato, vel xij. vncijs distributis residua portio non inuenitur. h Nihil autẽ interest, quo loco sine portione quis instituatur, i quò magis assis residuum accepisse videatur. Seius Męuium ex parte, quam per leges capere possit, hæredem instituit: ex reliqua Titium. k Si Mæuius solidum capere poterit, Titius adiectus, aut substitutus, hæres non erit. l

Idem libro primo definitionum. LXXIX.

Vòd si non sit reliq; facta mẽtio, m tãtundem in altero asse n habebit Mæuius, quantum Titius in primo. n

Idem libro vj. responsorum. LXXX.

Vòd si Mæuius nullius capax sit: † in totum substitutus admittitur. o

Paulus libro xj. quæstionum. LXXXI.

Clemẽs patronus testamẽto cauerat, vt si sibi natus filius fuisset: hæres esset, si duo filij: ex æquis partibus hæredes essent. si duæ filiæ: similiter. si filius & filia: filio duas partes, filiæ tertiam dederat. Duobus filijs & filia natis, quærebatur, quemadmodum in ꝓposita specie partes faciemus? cùm filij debeãt pares esse: vel etiã p singuli duplo plus quàm soror accipere. Quinq; igitur partes fieri oportet, vt ex his binas masculi,

a Compensetur. Scilicet ab uno quoque, ut alteri restituat: si ei plus quã acuerit, fuerit legatũ: ut ecce bona, in quibus libertus erat institutus, ualent ccc. Titij c. & pone cxx. deberi. Cum ergo quilibet sit hæres ex semisse, quilibet soluet. lx. & sic liberto remanent ccxl. & Titio xl. si ergo dicat Titius nõ habeo Falcidiam semissis. scilicet l. & tu liberte habes ccxl. ergo cxx. ex persona tua. & cxx. ex mea, ex illis quos habes ex persona mea, uolo Falcidiã. s. xxx. libertꝰ dicet. & tu habes xl. s. xx. ex sua persona, & xx. ex mea, illa xx. quæ habes ex mea compẽso tibi: & sic non debeo nisi x. & hoc sufficit: quia sic habet Titius l. q̃ sunt quarta semissis totius hęreditatis, sic ergo sit cõpensatio generis ad genus. sic s. de lega. 2. l. vnum ex familia. §. si de Falci. & s. si pars hęre. peta. l. 2. & facit j. eo. l. ex facto. & s. fam. ercisũ. l. si pater. & C. fam. ercilcun. l. si cognitionem.

Cõpensatio gñis ad genus admittitur.

b In dodrãtem. Id est, in nouẽ vncias.

c Declarari. Hoc ipso quod quadrantẽ relinquit, cum primo duas partes alij reliquisset, in nouem tãtum vncias videtur diuisisse hęreditatem: quarum duas partes habebit Lucius, tertiam Publius. Ir. Et not. qđ sequẽs scriptura determinat præcedentem vt supra eod. l. cum in testamẽto. §. fin. & de testa. l. hæredes. §. sed & si notam. & j. proxi. respon. & supra l. proxim. & infra l. proxim.

d Receperunt. Vt si in alijs legatis est facta mentio certæ pecuniæ, de eodem genere intelligitur, cum indistinctè nummos legauit: ut j. de leg. 3. l. nummis. & de leg. 1. l. si seruus plurium. §. fi. & s. prox. respon.

e Pro duabus uncijs. Scilicet instituo.

f Accepisse. Sequens ergo scriptura exponit & restringit primam. sic s. prox. no. Sed contra s. eo. l. si ita §. quidam. ubi exceditur as. Solu. ut ibi. Acc.

g Portionem. A testatore expressam. alioqui habebis dimidiam hæreditatis, scilicet alias xij. uncias: ut Insti. eo. §. partibus. & supra, eo. l. itẽ quod Sabinus. §. sed si asse. & l. interdum. §. 2. & §. 3. hodie uero hoc casu, cum certa portio datur, asse etiam nominatim expleto non exceditur as: sed diminuitur primo quantum datur secundo: ut C. de lega. l. cum quæstio.

h Non inuenitur. Scilicet in asse iam distributo. at in nostro casu nõ est totus as ſ aliũ trãslatũ nominatim.

i Instituatur. Asse nondum distributo, alioqui dimidium dabitur, ut dixi modo. & facit. s. eod. l. quo loco.

k Titium. Instituit, uel substituit.

l Non erit. Sic s. e. l. itẽ quod Sabinus. §. aliter atq;.

m Quod si nõ. Mentio. sed simpliciter fuit institutus Titius.

n In primo. Id est, tantũ, unus quantũ & alter, cũ Mæuius sit capax, alias secꝰ: vt j. l. proxim. Item not. quod melius dixisset secundo, cum dixit primo.

* In P. F. hẽbit Titius quantũ Mæuiꝰ primo.

o Quod si Mæuius. Admittitur. Nam residui &c. ut C. eo. l. 2. & j. de verbo. sign. l. cæterorum. Accursius.

† Capax hæditatis dr̃, si tẽpe mortis, tẽpore testi, & tẽpe alienatiõis sit habilis: nota. p gl. & doct. in l. non oportet. versic. pertineat. in fi. de lega. 2.

Clemens. CASVS. Quidã nomine Clemẽs patronus ita cauit in testamẽto suo, cum non haberet filios, sed expectaret habere, si mihi filius natus fuerit, sit mihi hæres, si duo filij mihi nati fuerint: ex æquis partib. sint mihi hæredes. si autẽ duæ filiæ mihi natæ erunt, ex æquis partibus sint mihi hęrdes. si aũt filius, & filia mihi nati erũt, filius sit mihi hęres ex duabus partib. filia ex tertia. & postea decessit dictus Clemens patronus & postea nati fuerunt ei duo filij, & filia. modo quæris qualiter hæreditas debeat diuidi? Et dicitur, quod quinque partes de ea debent fieri: & ex eis debet habere unus ex filijs masculis duas partes, & alius alias duas partes: & filia unam: & est ratio, quia testator uoluit, ꝙ filij essent pares in hæreditate: quia si esset solus filius, & filia: filius haberet in duplo plus, quàm filia. Si ita scripserit. Ita dixit testator in testamento suo quanta ex parte à me Titium hæredem instituti recitassem, ex ea parte Sẽpronius hæres esto. & decessit: modo quæritur, an ualeat dicta institutio? Et dicitur ꝙ sic: quia nõ est captatoria. nã non est collata in arbitriũ alterius: sed in factũ præteritum testatoris. si aũt nullũ testamentũ dicti testatoris recitatum est, quia fortè non fecit aliquod, est nulla institutio prædicta ea ratione, quia non fuit uera conditio prędicta in pręteritum apposita: & non ea ratione quòd fuerit captatoria: quia non fuit. Vi.

p Vel etiam. Vel, pro &.

Accipiat

vnā fœmina accipiat. a

Relatiua quantitatis etiam inducunt conditionem: quæ cum defecerit, inanis videbitur substitutio vel institutio. Bar.

Si ita scripserit testator, § Quanta ex parte a à me Titium hæredē institutū recitassem, ex ea parte Sempronius mihi hæres esto: § non est captatoria b institutio. Planè nullo recitato testō ab ipso testatore, inanis videbitur institutio, & a remota c suspitione captatoriæ institutionis.

Ex voluntate defuncti prius est locus successioni ab intestato quàm ex testamento. Bar.

Scæuola lib. xv. quæstionum. LXXXII.

SI quis ita hæres instituat, § Si legitimus hæres vēdicare nolit hæreditatē meam: d § puto deficere conditionē testamenti illo vendicāte. e

Quando plures leges concurrunt ad vnū effectum: si cessat vna, remanet virtus alterius. B.

Idem lib. xviij. quæstionum. LXXXIII.

SI non lex Aelia Sentia, f a sed alia lex, g vel senatusconsultum, h aut etiam constitutio, i serui libertatem impediat: is necessarius fieri non potest: etiam si non sit soluendo testator. Temporibus diui Adriani senatus censuit: si testator, qui cum moreretur, a soluēdo nō fuit, duobus, pluribusve libertatem dederit, eisq; hæreditatē restitui iusserit, & institutus heres suspectam sibi hæreditatem dixerit vt adire k eam cogatur, & ad libertatem l perueniat, qui priore loco scriptus fuerit, eiq; hæreditas restituatur. Idem seruandum & in ijs, quibus per fideicommisum libertas data fuit. m Igitur si primo loco scriptus hæres n desideret o adire hæreditatem, nulla difficultas erit. Nam si posteriores p quoq; liberos se esse dicent, & restitui hæreditatem desiderent: an soluendo sit hæreditas, & omnibus liberis factis restitui debeat, a apud prætorem quæretur. Absente autem primo, a sequens desiderās

a Accipiat. Sic s. de libe. & posthu.l. si ita. & s. e.l. si ita. §. t. sed quid ecōtra si duæ filię, & vnua fili'? Resp. tantum filius, quantum illę duę filię habebit per hanc l. & per prędictas similes. Accur.

b Captatoria. Quia noo est collata in secretū alieoæ uolūtatis, Imo testatoris: sicut ēt dr̄ s. eod.l. captatorias.

c Et remota. Et pro etiam, & hoc quia deficit conditio, quæ inesse videbatur. Sed contra supra, e.l.a. in prin. & l. si quis ita sibi scripsit hæredem. Solu. ibi circa eandem personam, scilicet esto hæres ex qua parte te institui. hic circa diuersas, scilicet in quantum institui Titiū, in tantum Seius sit hæres. secundum Ioan. Vel dic, quod hic dicitur, uidebatur inanis, nō tamē erat per leges illas, uel est inanis. ut conditionalis, est tamen ualida, utputa tacita p leges prædictas, quæ duę ultimę in idem recidunt.

SI quis ita. CASVS. Instituo mihi hæredem Seium extraneum sub hac cōditione si Titius, qui debebat esse meus hęres ab intestato, si testamentum non fecissem: uendicare nolit hæreditatem meam. & postea decessi. certè legitimo hęrede uolente hæreditatem meam, nō admittitur institutus. & ita fallit hic illa regula qua dicitur, qd̄ legitimus nō admittitur instituto uolente. Viuia.

d Meam. Subaudi talem instituo. Accur.

e Vendicante. Sed ao ex testamento uendicat legitimus, uel ab intestato? Dicitur q̄ ex testamento, ne obsit regula, Quandiu ex testamēto poterit adiri, cessat ab intestato: ut j. de acqui. hęre. l. quādiu. & j. de reg. iur. l. quādiu. Itē ad hoc s. qui. mod. usufru. amit. l. interdū. & j. de excep. do. l. si. §. j. & j. eo. l. Lucius. Sed tu dic ab intestato. nec obstat dicta regula: q̄a speciale est hic propter defuncti uoluntatē, qui uoluit uendicationem legitimi esse, quasi quādā conditionem: ut not. C. commu. de suc. l. antequam. Accur.

SI non lex. CASVS. Non solū si lex Aelia Sentia impediat libertatē serui, non potest dominus dicti serui etiā non soluendo existens facere eū sibi heredē necessariū: sed etiam si alia lex, uel senatusconsultū, uel etiam constitutio impediat dicti serui libertatē. de lege autē Aelia Sentia impediente ita exemplū pone: Titius non soluēdo existens instituit sibi hæredē cum libertate Stichum seruum suum: & postea instituit sibi eodem modo Pamphilum seruū suum. certè lex Aelia Sentia non uult, quod Pamphilus ad libertatem perueniat: ut s. e. l. qui soluendo. de alia lege impediēte pone exemplū: ut j. de manumis. l. legis. de senatuscons. impediente, dic vt j. q. & à qui. l. in frau. ciuitatum: de constitutione impediente dic, ut s. eo. l. his verbis. §. interdū. Temporibus. Ego non soluendo existens institui mihi hæredem Titium: & dedi libertatem directam, vel fideicommissariā. trib. meis seruis pone: & iussi dicto hæredi, vt dictis seruis hæreditatem meam restitueret & postea decessi. dictus autem hęres nolebat adire hæreditatem dicēs eam sibi suspectā. modo quæritur, vtrum omnes dicti serui libertatem habeant, & possint eū cogere adire, & sibijpsis restituere: an vero primus ex eis vel secundus, vel tertius? Et dicitur q̄ primus tm̄. Sed pone, quod primus est absens: nunquid audiēdus est secundus: & dicitur quod non: quia nō est certum, vtrum primus velit sibi restitui hęreditatem, an non. si. n. primus velit sibi restitui hæreditatem pręferendus est, vt dictum est: & secundus & tertius debent eo casu serui remanere. si autē hęreditas mea esset soluendo creditoribus, prætor tuebitur libertatem omnium dictorum seruorum. & eis omnibus faciet hæreditatem restitui. Viuia.

f Si non lex Aelia Sentia. Quia tunc demū unus, non plures: ut s. eo. l. qui soluendo. Accur.

g Lex. Vt lex Iulia de adul. ut C. de adul. l. uerba. uel Flauia: ut j. de manu. l. lege Flauia.

h Senatusconsultum. Vt in fraudem fisci. ut j. qui & à qui. l. in fraudem ciuitatum.

i Constitutio. Vt s. eod. l. his uerbis. §. interdū. item C. qui non pos. ad lib. perue. l. 1. & 2. item C. si man. ita fue. ali. l. ea quidem.

k Vt adire. Censuit senatus dico.

l Ad libertatem. Directam, & directo manumissus.

m Data fuit. Et hæreditas restitui iussa est.

n Scriptus hęres. Scilicet seruus, qui in effectu quodammodo hæres est: vt s. quod cum eo. l. filius. §. 1.

o Desideret. Solus: & dic adire, & sibi restitui, vel adite primo gradu institutum, vt sibi restituat.

p Posteriores. Idest, nominati post primum seruū.

a In P.F. quanta ex parte me a Titio hę aedem iostitutum, &c. & rectius certè quam hic. Quare āt hæc institutio dici ñ possit captatoria, docet Anto. Aug. libr. 3. emend. c. 15.

a Et, non est i P. Fl.

a De hac lege Aelia Sentia, vi de Politianū in miscellaneis cap. 84. & Francisc. Balduinū in cōmentar. suis ad tit. de Libertinis. instit. li. 1.

[a] Primus uelit. Si autem nolit, remanebit seruus, & posterior habebit hęreditatē. sic C. de test. ma. l. fi. §. si uero quidam ex seruis. & sic fortè aliud erit in institutis: quia cū hęredes instituuntur plures, primus est hęres, & necessari', & liber, siue uelit siue nolit: ut š. eo. l. qui soluendo. uel fortè idē est de fttis fideicommissarijs. ar. J. ad Trebel. l. facta. in fine.

[b] Et hic. Posterior. & facit š. de tut. & cur. da. ab ijs. l. si impuberi. & J. ad Tre. l. mulier. §. non est. & l. si cui. in prin. & l. si res. §. 1.

adire hæreditatem, non est audiendus: quia si prim' uelit [a] sibi restitui hęreditatē, pferēdus est: & hic [b] seruus futurus est.

Seruus, cui testator de necessitate debet libertatem, nō potest eius necessarius hæres fieri. Bar.

Paulus libr. xxiij. quæstionum. LXXXIIII.

SI seruo fideicommissaria libertas data esset, [c] deinde hæres hunc eundem seruum cum libertate hæredē reliquisset: quæsitum est, an necessarius fiat hæres? Et humanius est, & magis æquitatis ratione subnixum, non fieri necessarium. Qui enim etiam inuito defuncto [d] poterat libertatem extorquere, is liber esse iussus non magnum uidetur beneficium à defuncto consequi: imò nihil commodi sensisse, sed magis debitam sibi accepisse libertatem. Idem probandum erit & in illo seruo, quem testator ea lege emerat, ut manumitteret, si hæres fuerit institutus. Nā & hic seposito beneficio testatoris, proprio iure poterit ad libertatē peruenire ex constitutione diui Marci. [e] Idem & in eo, qui propria sua data pecunia [f] emptus est ab aliquo. nam & hic poterit ab ipso testatore libertatem extorquere. [g]

SI seruo. CASVS. Instituimihi hæredem Titium, & rogaui eum per fideicommissum, vt Sticho seruo meo daret libertatē purè, & decessi. postea Titius prædictus dictum seruū hæredem sibi fecit cum libertate. nunc quęritur, an dictus seruus fit necessarius hæres dicti Titij? Et dicitur quòd non. non enim accepit aliquod beneficium à Titio, qui eum instituit cum libertate: quia etiam Inuitus tenebatur eum manumittere. & idem esset, si dictus Titius emisset ab aliquo dictum seruum ea lege, ut manumitteretur: nā & hic inuitus eū manumittere tenebatur. & idē si emisset eū ab aliquo de pecunia ipsius serui: quia & hic cogi poterat eum manumittere. unde nō est mirū, si omnibus his casibus non est dictus seruus ei hæres necessarius, sed uoluntarius. Viuia.

[c] Libertas data esset. Pure. si in diem: tunc ante diem est necessarius: ut J. de acqui. hære. l. si seruū quis. §. si quis. Item si sub conditione: u t š. e. l. seruus alienus. §. qui fideicommissariam. & l. patet.

[d] Defuncto. Scilicet hærede, qui hunc seruum instituit. & facit J. eo. l. testamento.

[e] Diui Marci. Et cōmodi ad Aufidium Victorinū: vt C. si man. ita fue. alie. l. 2. Azo. & facit J. de leg. 2. l. vnū ex familia. & š. de pact. l. si unus. §. pactus. Acc.

[f] Sua pecunia. Id est, peculiari, quæ videtur sua, conniuentibus oculis: vt J. de manu. l. si is qui.

[g] Extorquere. Scilicet ex constitutione diui Seueri, & Ant. ut d. l. la qui.

Si in qualibet parte alternatiuæ mens testatoris non uerificatur: disiuncta accipitur pro coniuncta. h. d. & est singularis: & non habet unam propriam concordantiam. Bar. & Bald.

Scæuola libr. ij. responsorum. LXXXV.

LVcius † Titius, qui fratrem habebat, testamento ita cauit: Titius frater meus ex asse mihi hæres esto. si mihi Titius hæres esse noluerit: aut (quod abominor) prius morietur, quā meam hæreditatem adierit, aut filium: [h] filiamve ex se natum, na-

† Ista lex secundum oēs scribētes est adhoc multum notabilis, quod dī in summario: de quo vide gl. & Car. in clem. j. I uer. quēst. de concessio. prębend.

Hæredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti. Inſtituti primo gradu: a ſubſtituti ſecundo vel tertio.* Hęredis ſubſtitutio, aut duplex ẽ, aut ſimplex. b * Simplex eſt: veluti, § Lucius Titius hæres eſto. Si mihi Lucius Titius hęres c non erit, tunc Seius hæres eſto.* Duplex eſt: ueluti, Filius mihi hæres eſto. ſi hæres non erit, d ſiue erit, & intra pubertatem deceſſerit: tunc Caius Seius hæres e mihi eſto. § Subſtituere liberis tam hæredibus inſtitutis, quàm exhęredatis f poſſumus: & tam eum, quem hęredem nobis inſtituimus, quàm alterum. Subſtituere liberis pater non poteſt, niſi ſi hæredem ſibi inſtituerit. g Nam ſine hęredis inſtitutione h nihil in teſtamento ſcripto ualet.

Impuberibus in poteſtate conſtitutis non recaſuris poſt mortẽ teſtatoris in ptãtẽ alterius, poteſt ſubſtitui pupillariter: quinimo & adoptatis in locũ nepotũ. debet tamẽ ſubſtituens ſibi primo loco facere teſtamentũ, niſi ſit miles. et ad confirmationẽ pupillaris requiritur, quòd adeatur hæreditas ex paterno. h. d. vſq; ad §. interdum. Alex.

Vlpianus lib. vj. ad Sabinum. II.

* Moribus. CASVS. Per leges, & mores introductum eſt, vt quis poſſit facere teſtamentum liberis ſuis Impuberibus, id eſt pupillarem ſubſtitutionem prædictam: quæ quidem durat vſque ad 14. ann. in maſculis. & vſq; ad xij. annos, in fœminis. & hoc eſt verum, ſi ſint liberi in poteſtate parentis facientis eã ſubſtitutionem. nam emancipatus non poteſt taliter ſubſtitui: poſthumis autẽ ſic, & nepotibus, & pronepotibus: & ſic deinceps qui per mortẽ aui, vel proaui non ſunt recuſati in poteſtatem patris eorum, veluti qa pater eorũ eſt mortuus. ſi aũt patres eorũ eos præcedant, ad auos, vel proauos: ita demum ſubſtituere eis poteſt auus, vel proauus, ſi hĩ des eos inſtituant, vel exhæredent: ita enim per l. Vell. ſuccedendo ipſi auo, vel proauo in locum patrũ, non rumpunt teſtamentũ aui, vel proaui. ſi autem nõ eſſent inſtituti, vel exhęredati, rumperent teſtamentum auorũ, vel proauorũ, quod eſt principale teſtamentum: & rupto principali, pupillare nihil valeret. ſed & ſi quis habens filiũ adoptauerit ſibi filium, ſcilicet Titium in locum nepotis, poteſt ei Titio impuberi pupillariter ſubſtituere.

Quiſquis autem. Si facio teſtamentũ filio meo impuberi, id eſt, pupillarem ſubſtitutionẽ: & mihi debeo facere teſtamentum, inſtituendo in eo dictum meũ filium vel exhæredando, & alium inſtituendo. Si aũt mihi nõ faciam teſtamentũ, non valet ſubſtitutio p̃dicta, niſi eſſem miles: nã tunc benè poſſem ſubſtituere dicto meo filio etiam non faciendo mihi teſtm̃. ſed & ſi faciam mihi teſtamentum ego paganus, & in eo inſtitutus non adeat hæreditatem meã: ſubſtitutio q̃ feci dicto meo filio euaneſcit. ſi aũt ille, quẽ in meo teſtamento inſtitui, dimittat ex teſtamento, & adeat ab inteſtato hæreditatem meam, puta quia erat meus fortè agnatus: ſeruabitur, & valebit ſubſtitutio prædicta. euenit tamen quandoq;, quod ille quem hęredem in te-

* Motib. ini roductũ, quid dicat, docet Alci. lib. Parer. 4. c. 21.

a Gradu. Id eſt, loco. vt infra de ſecun. tabu. l. 2. §. deſertur. Azo.

b Simplex. Simplex eſt, vt pupillaris tantum, vel vulgaris tantum: duplex quando vtraque ſimul. Acc. ADDITIO. Dic quod in illa ſimplicitate, & duplicitate attendunt expreſſio verborum, non interpretatio iuris, ſecundum Bar. & Bal.

c Lucius Titius hæres. Iſta eſt inſtitutio: & eam ideo appoſuit: quia ſubſtitutio non poteſt eſſe ſine inſtitutione: vt j. ea. l. §. fi. Azo.

d Hęres non erit. Hæc eſt ſubſtitutio vulgaris.

e Caius Seius hæres mihi. Hæc dictio mihi, nihil nocet quominus etiam alia bona, quàm patris veniant in pupillari: & quominus etiam ipſi pupillo ſit hæres: & quaſi per obliquum mihi: vt j. de ſecun. tabu. l. ſi ita. § qui filio. & Inſti. de pup. ſubſti. in prin. ibi, quo caſu. &c. & ſup. tit. t. l. pater. in fi.

f Exhæredatis. Dic pupillariter, vt Inſt. eo. §. non ſolum. & C. de leg. l. cum quidam. & infrà ad l. Falcid. l. qui fundum. §. qui filios. non per fideicommiſſum: vt infra eod. l. cohæredi. §. cum filiæ. ibi, & ideo ſi pater. Sed an præteritio poſſit ſubſtitui pupillariter? Reſpõ. cum nullum ſit teſtamentum etiam ſecundum has leges: vt Inſti. de exhære. lib. in prin. ſequitur vt nec pupillare valeat: vt Inſtitu. de pu. ſubſti. §. lib. & j. eo. l. prox. §. ſed ſi eos. & §. quiſquis. Acc.

g Inſtituerit. Milite excepto: vt j. l. proxi. §. quiſquis. & j. de mili. teſt. l. miles ita. §. ſi.

h Inſtitutione. Ab initio: vt ſ. de iis, quæ in teſt. delen. l. proxi. & Inſti. de leg. §. ante. Itẽ ex poſt facto nõ valet, niſi fuerit hæreditas adita ex teſtamento: vt j. de contra tabu. l. filium. circa princ. & j. prox. §. quiſquis. & §. adeo. Sed contra ſ. ti. t. l. ſi. Solu. ibi ſpeciale. item cõtra in auth. vt enim de ap. cog. §. ſi igitur tales. col. 8. quæ eſt C. de lib. præt. auth. ex cauſa. Sed ibi propter ſolam præteritionem eſt nullum: hic qa ſubſtituit ſine inſtitutiõne. Vel illud eſt ius nouum. ADDITIO. Dic quod per illã auth. confirmatur ſubſtitutio pupillaris: tamen intellige: quando inſtitutio præcedit, quãuis inutilis. Bar. Bald. Pau. Imo. Soc. Are. Alexan. & Iaſon.

in testamento meo institui, compellitur adire hęreditatem meam ad hoc ut dicta substitutio ualeat, & totum testamentum, quod feci dicto meo filio: puta institui mihi hęredem in testamento meo quēdam extraneū, dictum meum filium exhæredaui: & ei alio substitui tertium, & grauaui substitutū impuberis, ut totam hæreditatē impuberis restitueret quarto: & postea decessi. modo extraneus à me institutus non uult adire hęreditatem. filius autem meus prędictus postea decessit in pupillari ętate: & ita habuit locum substitutio, quam ei feci de tertio: & per consequens fideicommissum relictum quarto à dicto substituto. certè fideicōmissarius: qui uocabatur quartus, non poterit cogere substitutum prędictū, ut adeat hęreditatem impuberis: & sibi restituat: quia substituti aditio nihil ualeret ex eo, quod hęreditas mea non est adita ab eo quem institui. Coget igitur dictus fideicommissarius illum: quem institui, ut adeat hæreditatem meam. & facta aditione per consequens poterit dictus substitutus impuberis adire hęreditatē impuberis, & fideicommissario prędicto restituere. Si autem uiuat adhuc dictus meus filius, non potest dictus fidecommissarius cogere adire hęreditatem meā illum extraneum, quē institui: ut per consequēs substitutus dicti mei filij, hęreditatē eius mei filij adeat, & sibi fideicommissa restituat dictus substitutus, nam donec uiuit dictus meus filius, improbus iudicatur fideicommissarius: qui uult hęreditatē suā. Sed quid si ille extraneus, quē institui hęredem in meo testamento, ut dictum est, erat minor xxv. ann. & repudiauerit hęreditatē meā me mortuo, & sic per cōsequēs annihilata fuit substitutio, quam feci dicto meo filio: & postea dictus meus filius in pupillari ætate decedat: & postea petat, & impetret dictus minor in integ. rest. ut adire possit hęreditatē meā, quā repudiauerit, & eam adeat. Certè proficiet hæc aditio secundis tabulis, s. substitutionis in secundis tabulis factæ, id est, substituto, siue substitutis dicti filij mei. s. vt utiles actiones ex testamēto habeant pro hęreditate dicti mei filij: & ea hęreditate habita tenentur eam restituere fideicommissario prędicto, qui uocabatur quartus.

Priua autem. Dictum est quod substitutio quā facio filio meo impuberi: nihil ualet nisi & mihi faciā testamētū: modo quęro quid debeat pręcedere inter meū testm̄, et testamentum quod facio filio meo, siue substitutionem? Et certè aut exhęredo dictum meum filiū impuberem: aut instituo. si exhęredo: debeo prima facere meum testamētum, & postea pupillare, hoc modo: instituo mihi hęredem Titium, & filium meum impuberē exhęredo, & si dictus meus filius in pupillari ętate decesserit, substituo ei dictum Titium, uel etiam quēdam alium, uel etiam posthumū, qui nascet mihi ex uxore mea. si autem ordinem prędictæ scripturæ testamenti conuerterē, non valeret, puta si filio exhęredato substituerem aliquem pupillariter, & postea mihi testamentum facerem. & merito dixi non debere conuerti ordinem scripturę, & non dixi scripturarum: quia testamentum meū, & illud testamētū quod facio filio meo impuberi, vnū est testamentū, licèt duę sint hęreditates. Si autē instituo dictum filium meum impuberem, non est necesse, quod seruem dictum ordinem, & ualet substitutio, quam facio filio meo impuberi, licet eam scribam priusquam mihi testamentū faciam hoc modo: si filius meus intra xiiij. annos decesserit, Seius hęres esto: deinde scribam: filius meus prędictus hæres mihi esto: & idem est si substituo cōuerso dicto ordine uulgariter dicto meo filio, quem instituo. nam & illa substitutio valet, si ita dicam: si filius meus impubes hæres mihi non erit, Seius hæres esto: & postea scribā: dictus meus filius hæres mihi esto. nam intelligitur Seius scriptus hęres in secundo gradu: & si qdē filius meus hæres mihi non extiterit quandocunque, proculdubio Seius hæres mihi erit ex dicta substitutiōe quę tacitè intelligitur in dicta substitutione uulgari: sed si extiterit filius mihi hęres, & in pupillari ætate decesserit, proculdubio Seius hæres mihi erit ex pupillari substitutione, quę tacitè intelligitur in dicta uulgari, & sic ut in hoc casu, qn̄ instituo dictū meū filiū, non spectatur dictus scripturę ordo sed successionis: nunquid ergo illud quod dicitur j. eo. l. uel singulis, scilicet, quod possum substituere singulis liberorū meorum impuberum, ideo dictum est, ut declaretur nō esse aliquo modo incipiendum à testamēto filij impuberis mei: imo semper esse incipiendū à testamento? certè non, imò quandoque debeo incipere à meo testō, quandoq; non habeo necesse: ut s. distinctum est. s. videndo an instituam filium meum, uel non. Viu.

bus ᵃ introductū est, ut quis liberis impuberibus testamentum facere possit: donec masculi ad xiiij. annos ᵇ perueniant, fœminæ ad xij. Quod sic erit accipiendum, si sint in potestate. ᶜ Cæterum emancipatis non possumus. ᵈ Planè posthumis possumus. Nepotibus etiam possumus: & deinceps, ᵉ si q recasuri non sunt ᶠ in patris potestatem. Sed si eos patres præcedant: ᵍ ita demum substitui eis potest, si hæredes instituti sint, uel exhęredati: ita enim ʰ post legem Velleiā succedendo, ⁱ non rumpunt testamentū. Nam si principale testamentum ruptum sit, ᵏ & pupillare ˡ euanuit. * Sed & si extraneū quis impuberem hære-

a Moribus. Id est, iure Lacedæmoniorum. ut Institu. de iure nat. §. & non ineleganter. *

b Quatuordecim annos. Id est, usq; ad ultimum diē: ut supra de testam. l. qua ætate. uel si minus uellet, potest: ut infra eod. l. si ita.

c Potestate. Quod liberi impuberes in potestate, & quod sui iuris fiant morte patris: ut Insti. eo. in princ. & hic dicitur. Item quod non desinant esse in potestate ante mortem testatoris: ut infra eodem. l. cohęreds. §. cum filiæ. in princ.

d Possumus. Scilicet facere testamentum.

e Deinceps. ut pronepotibus.

f Non sunt. Alias cum sint recasuri, non ualet testamentum, cum eo casu sint, ut eorum testamenta non ualeant, etiā si ipsi essent maiores, & auus non esset: erant ergo hic eorum patres emancipati, uel mortui, ut Institut. quibus modis ius patr. potest. solui. §. primo. Accursius.

g Patres pręcedant. Aliàs pater præcedat.

h Ita enim. Scilicet cum instituti, uel exhæredati ab auo inueniuntur. Ro.

i Succedendo. in locum præmortui patris. Rog. ad qđ supra. titu. 1. l. 5. §. nepotes. aliàs si inueniunt se præteritos, rumpitur principale, & per consequens nec pupillare ualet, & hic subijcit: nam &c.

k Ruptum sit. Agnatione posthumi nepotis pręteriti, quod est præmortuo patre nepotis, & pupilli &c. si autem per contra tabulas rumpatur principale, remanet pupillare, ut j. eo. l. ex duobus. §. fin. quę est contra. si autem per querelam inofficiosi rumpatur principale, distinguitur, an in totum, uel pro parte: ut s. de inoff. testam. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. *

l Pupillare. Quia pars eius est: ut infra eod l. qui pluret. §. fin. in fine.

* Huius §. uerū ac germanū intellectū uide apud Vigilium in cōmēt. ad prin. ti. de pup. subst. Inst. lib. 2.

* Fallitur hic Accu. pinde uide quomodo hūc locum interpretet Vigli⁹ in cōment. sua ad titu. de pupil. substi. Insti. libro 2. in prin. illius tituli.

dem [a] ſcripſerit: poterit ei ſubſtituere, ſi modò [b] eum in locum nepotis adoptauerit, vel arrogauerit, filio [c] præcedente. Quiſquis autem impuberi teſtamentum facit, ſibi quoque debet facere. Cęterum ſoli filio non poterit, niſi fortè miles [d] ſit. Adeo autem niſi ſibi quoque fecerit, non valet: vt niſi adita quoque patris hæreditas ſit, pupillare teſtamẽtum euaneſcat. [e] Planè ſi omiſſa cauſa principalis teſtamenti, ab inteſtato poſsideatur hæreditas: dicendnm eſt, & pupillo ſubſtitutum ſeruandum. [f]

Interdum inſtitutus cogitur adire propter fideicommiſſum ſubſtituto pupillari iniunctum. & aditio facta ex ui reſtitutionis in integrum, firmat ſubſtitutionem pupillarem. Alex.

Interdum [g] etiam pupillaris teſtamenti cauſa compellẽdum hæredem inſtitutum adire hæreditatem, ut ex ſecundis tabulis fideicommiſſum cóualeſcat: vt puta ſi iã pupillus deceſsit. Cæterum ſi adhuc viuat: improbum eſſe Iulianus exiſtimat eum, qui ſollicitus [h] eſt de viui hæreditate.

Ergo etiam ſi minor [i] xxv. annis adeundæ hæreditatis cauſa fuerit reſtitutus, puto proficere ſecundis tabulis, vt prætor utiles actiones decernat ſubſtitutis.

Si pupillaris ſubſtitutio fiat exhæredato, ſibi ipſi debet pater prius condere teſtamentum: & hæredem inſtituere, deinde ſubſtituere. non autem conuertere ordinem: ſed ubi filius inſtituitur, deinde ſubſtituitur pupillariter uel uulgariter, non curamus de ordine locutionis, uel ſcripturæ, quia tunc ſemper intelligitur præcedere teſtamentum patris, quo ad ordinem intellectus. Alex.

Prius autem ſibi quis debet hæredem ſcribere, deinde [k] filio ſubſtituere, & non conuertere [l] ordinem ſcripturæ. Et hoc Iulianus putat [a] prius ſibi debere, deinde filio hæredem ſcribere. Cæterum ſi ante filio, deinde ſibi teſtamentum faciat, non ualere. Quæ ſententia Imperatoris noſtri reſcripto ad Virium Lupum Britanniæ præſidẽ cõprobata ẽ: [m] & meritò. [n] Cõſtat.n. vnũ [o] eſſe teſtamentũ, licet duæ ſint hæreditates:

[a] Heredem. Scripſerit. cum enim ſe inſtitutum reperiat, non rumpitur per adoptionem: ut ſ. de liber. & poſthum. l. filio quem. §. ſi. alioqui rumperetur: ut ſ. de iniu. teſta. l. uerum eſt. Hug.

[b] Si modo Non aliàs: ut Inſtit. eod. §. extraneo.

[c] Filio præcedente. Tẽpore adoptionis: ſed tẽpore mortis oportet eum præmortuũ eſſe: ut ſ. e. §. poſthumus. ſed & tunc idem eſſet & ſi non præcederet, vt Inſtit. de adop. §. licet: ſed hoc frequẽtius contingit. Sed oppo. nonne in ſubſtitutione tria tempora exiguntur: ut not. ſ. §. quod ſic. ſed hic non ualuit ſubſtitutio tẽpore quo acta fuit: quia erat extraneus ille, cui ſiebat ut Inſti. eo. §. extraneo? Reſpon. illud vt ſit capax cui relinquitur. hic autem ſolum de uoluntario qui ſit neceſſarius per adoptionem: ut ſ. titul. s. l. 3. §. ſi. Itẽ quod de adoptione dicit, eſt ius uetus: hodie eũ non tranſeat in poteſtatem, nec ſubſtitutio pupillaris ualet: ut Inſtitu. de adop. §. r. Item nec I arrogato ualet ſubſtitutio niſi in id quod habet ab arrogante ut ſupra de adop. l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi.

[d] Miles. Vt ĩ. de mi. teſt. l. miles. §. ſi. & facit ſ. e. l. t. in ſi.

[e] Euaneſcat. Contra C. eo l. 3. Solut. ibi in uulgari: hic in pupillari. Item contra ĩ. de priuil. cre. l. pater. in prin. Sol. vt ibi. & facit ĩ. de acquiren. hæredit. l. quæ ſitum.

[f] Seruandum. Sicut & cætera ſeruantur: ut infra ſi quis omiſ. cauſ. teſt. l. s. Accurſius.

[g] Interdum. Titius inſtituit Mæuium, & exhæredauit filium ſuum impuberẽ: & ſubſtituit Seium: & rogauit eum ut reſtituat hęreditatem Sempronio. Mæuius nõ uult adire hæreditatem: mortuus eſt pupillus: dicimus quod Mæuius debet cogi adire, ne euaneſcat ſubſtitutio hereditate non adita: & per conſequens fideicommiſſum: [z] ad quod ĩ. ad Trebel. l. nam quod. §. ſi quis compulſus. Idem ſi eũdem quem inſtituit ſibi ſubſtituit filio: ut ĩ. ad Trebel. l. ita tamen. § à patre. uel pone ut eo. tit. l. apud Iulianum §. t.

[h] Solicitus eſt. Talis modo. facit ĩ. de col. bo. l. s. §. ſi impuberi. & de iure ſiſc. l. Statius. §. s. & ĩ. ut in poſ. legata. l. is cui. §. ſi ab impuberis. & C. de pac. l. ſin. Sed alio modo quis poteſt eſſe quandoq; ſollicitus: ut exigere cautionem, ut C. ad Treb. auth. contra rogatur: & C. ut in poſſ. leg. l. cum Archimedoram.

[i] Si minor. Extraneus teſtatori, & inſtitutus, ſed repudiauit. & hoc filio exhæredato, eique ſubſtituto dato. & quod ſubijcit reſtitutus, ſcilicet: ut adeat. & ſic ualet principale, & ſic cętera. & ſecundum hoc conuenit pręcedentibus. Alij ponunt [z] in uulgari, & dicunt minorem reſtitui ut abſtineat, & ſubſtitutus ei habeat: ac ſi nõ adijſſet minor. [3] ſed ſi hic ſubſtitutus eſſet ſeruus, diſtingueretur, an eſſet ſoluendo hæreditas, uel non ſecũdũ eos, & maior res eſt libertas: ut ſ. de min. l. ait pretor. §. quod Papiniannus.

[k] Deinde. Eadem hora uel alia: vt infra eo. l. ſi quis eum §. ſi ſuo.

[l] Non conuertere. Sic ĩ. de fideicom. lib. l. generaliter. §. quid ergo. & in authen. de here. & fal. §. inordinatũ. coll. 1. & C. de edicto diui Adriani toll. l. 1. Sed argum. contra C. de teſta. l. ambiguitates. & l. prępoſteri. & ĩ. de ſolu. l. nec em̃. & de pœ. l. quidam. & Inſti. de lega. §. ante. ſed quo ad alia non curatur ordo in ll. illis.

ADDITIO. Dic aliter ſecundũ Dy. in l. nec em̃. ĩ. de ſolu. quod aut apparet de mẽte diſponẽtis, & nõ curatur de ordine, ut in contrarijs. aut non conſtat de mente teſtãtis, & tunc ordo debet attendi: ut lege quoties. ſupra de uſuſructu. Vel ſolue aliter & melius, ut per Bartolum hic.

[m] Comprobata eſt. Imo contra: ut infra eodem. §. ſed ſi quis. & §. ſed ſi ita. Sol. hoc corrigitur per illud: Vel hic de rigore iuris, ibi de ęquitate. Vel uerius, hic erat filius exhęredatus: cui ſit ſubſtitutio, ibi inſtitutus.

[n] Et merito. Dixi ſcripturę in ſingulari numero: & merito &c. Vel dixi unam ſolennitatem: & merito &c. ad quod infra eadem l. patris. Vel dic dixi in una ſcriptura, ſibi & filio inſtituit hęredem & merito &c.

[o] Vnum. Quia facit unus, & una ſolennitas: ut hic, & ĩ. de priuil. credi. l. pĩ. ſed q̃a duæ ſunt hereditates: ut ſubijcit, poſſunt dici duo teſtamẽta: ut Inſti. e. §. igitur.

Caſum ponit.

[z] Iſta prima lectura eſt falſa: quia loquitur de extraneo, qui non erat inſtitutus, ſed ſequẽs eſt uera ſm̃ Dyn. quia ſm̃ eam idem erat iſtitutus, & ſubſtitutus ſcd̃m Bartol. & Bal. hic.

[z] Bart. in l. ait prætor. §. reſtitutus. de minorib'. ſ. & per Bal. & cæteros in l. impuberibus. in ſi. de acquir. hæredi. & qua ſota petatur ui de p Bal. in auth. ſi oẽs. C. ſi mi. ab hæred. ſe abſtin.

[3] Iſta lectura ẽ uera l ſe, ſed eſt falſa quo ad expõnem literę, cum in tex. ſiat mẽtio de ſecũdis tabu. quę eſt ſubſtitutio pupillaris: & iõ prima uerior ſm̃ oẽs.

[a] Ab Haloan. reiectum eſt: habet tñ in P. Fl. totum hoc, prius ſibi debe. dein de ſil. hære. ſcrib.

Eoſdem

vſque adeò: vt quos quis ſibi facit neceſſarios, eoſdem [a] etiam filio faciat: & poſthumũ ſuum filio impuberi poſſit quis ſubſtituere. [b] Sed ſi quis ita fuerit teſtatus, Si filius meus intra xiiij. annum deceſſerit, [c] Seius hr̄s eſto: deinde, Filius hr̄s eſto: valet ſubſtõ, licet cõuerſa ſcriptura filij teſtm̄ fecerit. Sed & ſi ita ſcripſerit. Si filius meus mihi hæres non erit, Seius hæres eſto: fili⁹ hæres eſto: ſecũdo quidẽ gradu Seius ſcriptus eſt hæres, & ſi filius hæres nõ extiterit: proculdubio Seius ei hæres erit.

Sed & ſi extiterit filius hęres, & ĩ pubertate defunctus eſt, Seius admittendus [d] rectè videt̃: ut nõ ordo [e] ſcripturæ, ſed ordo ſucceſsiõis ſpectetur. Quod igitur dictũ eſt, [f] ſingulis liberorum ſubſtituere licere: iõ adiectũ eſt, vt declaret̃ nõ eſſe à filij impuberis teſtamento incipiendũ. *

Per ſubſtitutionem factam per hæc verba, Quiſquis mihi hæres erit: non vocatur niſi ille, qui fuit ſcriptus hæres: non autem ille, cui fuit acquiſita hæreditas ex diſpoſitione legali. Ale.

Modeſtinus lib. j. differentiarum III.

CVm filio impuberi pater ita ſubſtituerit, Quiſquis mihi hr̄s erit, idem filio impuberi hr̄s eſto: placuit ad hãc ſubſtitutionẽ ſcriptos [g] tantummodo ad hæreditatem admitti. Itaq; dominus, [h] cui per ſeruum hęreditatis portio q̃ſita fuit, ex ſubſtitutione impuberis hæres effici non poterit, ſi ſeruus ab eius exierit [i] poteſtate.

Subſtitutio vulgaris expreſſa continet tacitam pupillarem: & econtra pupillaris expreſſa continet tacitam vulgarem, & ſubſtitutio reciproca facta duobus impuberibus, continet vtranque, ſed facta diſparibus continet vulgarem tantum, & ideo ſeparatim eſt cuilibet ſubſtituendum, vt ſic in perſona pupilli contineatur vtraque. & ne relinquatur voluntatis quæſtio. & tunc eſt etiam tutius, vt in perſona pupilli vtraque ſcilicet vulgaris, & pupillaris exprimatur. h. d. tota lex. Alex.

Idem lib. ſingul. de heuremattcis. IIII.

IAm

[a] Eoſdem. Vt ĩ. eo. l. ſed ſi plures. §. 1. & ĩ. de acqui. hære. l. Iulianus ſcribit. §. ſed quod in fratre.
[b] Subſtituere. Et erit neceſſarius: vt d. l. ſed ſi plures. §. primo.
[c] Deceſſerit. Hic pupillaris præcedit inſtitutionem: ſed ĩ. proxi. reſpon. vulgaris præcedit inſtitutionem: & valet vtrobique, licet conuerſa &c. Sed contra ĩ. proxi. §. ſolu. vt ibi.
[d] Admittendus. Ex tacita pupillari: vt ĩ. eo. l. iam hoc iure. & C. eo. l. 4.
[e] Vt nõ ordo. Dic vt ſup. eo. §. prius.
[f] Quod igitur dictum eſt. Supra, §. prius. & quod dicit ſubſtituere licere. ſ. peracta prima inſtitutione: & q̃ ſubijcit à filij, ſcilicet exhæredati: & ſecundum hoc non refertur ad proximè dicta, vel referas ad prox. hoc modo: dictum eſt ſ. e. l. 1. §. j. & qđ dicit, iõ &c. præmitte non ideo, quaſi dicat, nõ ideo adiectum ſubſtituere: quia prius facta inſtitutione, vt declaretur &c. ſimilis litera ĩ. de cap. l. ſi quis in bello. Vnde verſus. Anguibus exuitur tenui cum pelle vetuſtas. Nec faciunt ceruos cornua iacta ſenes. id eſt: cornua iacta faciunt ceruos nũ ſenes: itẽ lo. verte nõ, & benè ſtabit ideo.

CVm filio. CASVS. Feci teſtamentum, & inſtitui mihi hæredem Titium, & Seium & Stichum ſeruum Sẽpronij, & filiũ meũ impuberem exhæredaui, vel etiam cum eis inſtitui, & poſtea ita dixi: quiſquis mihi hæres erit, filio meo ĩpuberi hæres eſto, & poſtea deceſſi, & poſtea dictus Stichus exiuit de poteſtate Sempronii domini ſui, puta quia eũ alienauit, vel manumiſit. & poſtea dictus meus filius non extitit mihi hæres, vel extitit, ſed in pupillari ætate deceſſit: & ita habuit locum ſubſtitutio quam ei feci: certè ad hanc ſubſtitutionem admittuntur illi ſoli, qui à me heredes ſcripti fuerunt: ergo Sẽpronius prædictus Stichi dominus, cui Sempronio acquiſita fuit per Stichũ tertia pars hæreditatis meæ, non poteſt effici hæres dicti impuberis ex ſubſtitutione: ſed partem ſubſtitutionis Sticho contingentem habebit ille, in quem alienauit Sempronius, vel ipſe Stichus ſi manumiſſus fuit, & Titius prædictus, & Seius habebunt quilibet tertiã de bonis impuberis ex ſubſtitutione prædicta.
[g] Scriptos. Id eſt, inſtitutos: non autem ab inteſtato: quia ſic eſſet ſubſtitutio nulla: vt ſ. l. prox. §. quiſquis. & dic hæreditatem adeuntes: vt ĩ. eo. l. ex duobus. §. filium. & Inſtit. eo. §. ſubſtitutus. licet poſtea deſinant per querelam inofficioſi: vt ĩ. eod. l. in ſubſtitutione.
[h] Dominus. Vel pater, cui per filium: vel hæres hæredis: vt ĩ. eod. l. qui liberis. §. hęc verba.
[i] Exierit. Aliter ſi remanſerit. Azo. ar. ĩ. de acq. hær. l. ſi ſolus. in fi. Hug. & facit ĩ. de oper. lib. l. cum patronus. § 1.

IAm hoc iure. CASVS. Petiã qđ dictum eſt ſ. e. l. moribus. §. ſed & ſi filius extiterit. iam hoc iure vtimur: vt cum pater impuberi filio ſubſtituit vulgariter, intelligatur etiã pupillaris ſubſtitutio tacitè, vt puta: ita dixit pater, filiũ meum impuberem mihi hæredem inſtituo: & ſi mihi hæres non erit, ſubſtituo ei Titium, certè ſiue hæres non erit impubes, erit hæres Titius ex ſubſtitutione vulgari, ſiue hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, erit hęres Titius ex ſubſtitutione pupillari, tacitè ſubintellecta. & nõ ſolum ad pupillarẽ ſubſtitutionem trahitur dicta vulgaris, ſed etiam ad reciprocam, ſiue breuiloquã ſubſtitutionem: puta ſi pater duos filios impuberes hæredes inſtituat, & poſtea dicat eis, vos inuicem ſubſtituo. nam intelliguntur vulgariter ſubſtituti: & in vtrunque caſum, ſcilicet vulgarem, & pupillarem: & videt̃ reciproca ſubſtitutio facta. & ita ex vtroq; latere intelligitur tacita vulgaris, & pupillaris ſubſtitutio. & ita in dictis breuibus verbis, vos inuicem ſubſtituo &c. quatuor ſubſtitutiones cõtinentur, id eſt in vtroq; impubere, qui erant duo, vulgaris, & pupillaris: ſi autem vnus ex dictis filijs teſtatoris erat pubes, & alter impubes, & eos inſtituit pater: & poſtea ita dixit eis, vos inuicẽ ſubſtituo. nõ intelligit̃ hic in vtroq; filio, niſi vulgaris ſubſtitutio, propter vitandam inæqualitatẽ: certum eſt. n. quod puberi nõ poteſt ſubſtitui tacitè, vel expreſſè, niſi vulgariter. Impuberi aũt vulgariter, & pupillariter: incongruum aũt eſſet, ſi in impubere intelligeretur duplex ſubſtitutio per dicta verba, in pubere autem ſola vulgaris. ſtatuitur ergo, vt dictum eſt, vt vulgaris tantum in vtroq; intelligatur. quę in vtroque de iure locum habere non poteſt: vt dictũ eſt. in hoc ergo caſu. ſ. cum inſtituit ſibi hæredes filiũ puberẽ, & impuberem, & eos

* Vide q̃ ſcribit in hũc locũ Viglius ĩ cõmẽ. ad §. liberis aũt. de pupill. ſubſt. Inſt. li. 2.

hoc a iure vtimur ex diui Marci, & Veri constitutione : vt cum pater ĩpuberi filio ĩ alterum casum b substituisset, in vtrũq; casum substituisse intelligaẽ : siue filius hæres non extiterit, siue extiterit, & ĩpubes decesserit. Quod ius c ad tertiũ quoque genus d substitutionis tractũ esse videẽ. Nam si pater duos filios impuberes hæredes instituat, eosq; inuicem substituat, in utrunq; e casũ reciprocã f substitutionẽ factã videri, g diuus Pius constituit. Sed si alter pubes, alter ĩpubes, hoc cõi verbo. Eosq; inuicẽ substituo, sibi fuerint substituti : in vulgarem tantummodo casum factã videri substitutionẽ, Seuerus, & Antoninus cõstituerunt: incõgruum enim videbatur, vt in altero duplex esset substitutio, ĩ altero sola h vulgaris. Hoc itaque casu singulis separatim substituere pater debebit : vt si pubes hæres non extiterit, impubes ei substituatur. i Si antem impubes hæres extiterit, & intra pubertatẽ decesserit : pubes frater in portionem cohæredis substituatur: quo casu in vtrunq; k euentũ substitutus videbitur, ne si vulgari l modo impuberi quoq; substituat, voluntatis quæstionem relinquat, vtrum de una vulgari tantummodo substitutiõe in vtriusque persona sensisse ĩtelligaẽ. m ita.n.in altero n vtraq; substitutio ĩtelligitur, si voluntas parentis nõ refragetur : vel certè euitandæ questionis gratia specialiter in vtrunq; casum impuberi substituat fratrẽ, Siue hæres nõ erit, siue erit & ĩtra ãnos pubertatis decesserit.

Substitutus per hæc verba, Quisquis mihi hæres erit: vocatur pro hæreditaria portione : in qua illud computatur, quod quis habet per ius accrescendi. Bart. & Alex.

Caius lib. ij. ad leg. Iul. & Papiam. V.

SI in testamento hæ-

a P. Fl. cõstituit, incõgruens enim &c.

vult adinuicem substituere, taliter quòd quilibet habeat illud ex substitutione, quod persona sua de iure habere potest, cuilibet eorum separatim debet substituere, & puberi debet substituere impuberem, si filius meus pubes mihi hæres nõ erit, impuberem ei substituo. & sic erit puberi tãtum vulgaris substitutio facta, & non habebit locum pupillaris in eo : quia pupillariter etiam expresse ei substitui non potest: impuberi autem sic debet substituere puberẽ, si impubes filius meus mihi hæres extiterit, & intra pubertatem decesserit, substituo ei fratrem suũ impuberem. quo casu, id est, cum facta ẽ sola pupillaris pupillo, in vtrunque euentum videbitur substitutus pubes ĩpuberi. id est, siue hæres non extiterit impubes, siue extiterit hæres, & intra pubertatẽ decesserit. & ita sola pupillaris continebit tacitam vulgarem. & benè dico, quod pupillaris tantum debet fieri in persona impuberis, & non vulgaris tantum, quæ fuit facta in persona puberis: quia si vulgaris tantum non solum puberi, sed etiam impuberi substituatur, relinquet post mortem suam quæstionem vtrum in vtriusque persona intelligatur sensisse de vna substitutione vulgari tantum. & ita intelligetur vterq; alteri substitutus vulgariter tantum, propter inæqualitatem, quã suprà dixi vitãdam: ita enim in impubere prædicto vtraq; substitutio intelligitur, scilicet vulgaris, & pupillaris : si non refragatur parentis voluntas. refragatur autem, vt dictum est, si vulgari tantummodo substituat non solum puberi, sed etiam impuberi. bonum est ergo, quod impuberi in hoc casu substituat puberem pupillariter tãtum, vt dictum est. & sic intelligetur vulgaris, & pupillaris, vt dictum est. si autem penitus non vult relinquere dictam quæstionem suæ voluntatis post mortem suam, debet impuberi prædicto substituere puberem vulgariter, & pupillariter expresse hoc modo, si filius meus impubes mihi hæres non erit, vel erit, & in pupillari ætate decesserit: substituo ei fratrem suum puberẽ, & ita est plana hæc lex. Vi.

a Iam hoc. Aliàs est iam, & benè. aliàs nam, & tunc continua cum lege, moribus. in fine. ibi, sed & si filius extiterit &c.

b In alterum casum. Id est, in vulgarem tantũ, quãdo tacita pupillaris intelligitur vel etiam pupillariter tantum, quando intelligitur tacita vulgaris: vt C. eo. l. quamuis.

c Quod ius. Scilicet substitutionis tacitè intellectæ.

d Tertium quoq; genus. Nam suprà quando vulgaris per se. Item quando pupillaris p se : nũc quando vtraque.

e In vtrunque. Scilicet vulgarẽ, & pupillarem. Azo.

f Reciprocã. Hanc dicim⁹ breuiloquã, vt ĩ. eo. l. Lucius.

g Videri. Inuicem inter eos.

h Sola. Vt C. eod. l. hæreditatem. & l. quamuis. de test. mili. l. in testamento. & argu. C. de fru. & lit. ex l. 6. & de proxi. sac. scrin. l. in sacris. lib. 12. vbi dicit æqualitatem in iudiciis seruandam.

i Substituatur. Hæc est vulgaris non cõtinens pupillarem cum sit pubes.

k In vtrunq;. Nam sub expressa pupillari continetur tacita vulgaris: vt hic in prin. huius legis.

l Ne si vulgari. Pupillaris quidem casus etiã solus exprimi debet : & sufficit vt comprehẽdat vtrunque, vt dixit, ne si aliter si vulgariter tantum substitutio fiat : & retine casum premissum qã instituit puberem, & impuberem. Azo.

m Intelligatur. An de vulgari, & pupillari : & sic dat intelligere, quod non continetur hoc casu in vulgari substitutio pupillaris tacita. est & alius ĩ. eo. l. cum ex filio. §. filio. regulariter contra C. eo. l. quamuis. & ĩ. ea. l. in prin. secundum Azo. vel dicas secundum M. quod est verius, quod & hic intelligatur.

n In altero. Scilicet, casu, quãdo pupillaris fuit expressa: vt s. eo. §. si autem impubes, nam continet tacitam vulgarẽ ista pupillaris, nisi voluntas patris &c. vel si vult testator vt nec de facto sit questio, vtrunq; casum euidenter exprimat : ad quod ĩ. man. l. qui mutuã. & semper retine, quod puberem, & impuberẽ instituit.

SI in testamento. CASVS. Ita dixit in testamẽto meo : instituo mihi hæredem Titium, & Seium, & Caium, & Sempronium: & Si Sempronius hæres mihi non erit, quisquis alius mihi hæres est, in parte Sẽpronij prædicti sit hæres, & decessit postea Sẽpronius, aut non vult mihi hæres esse : quæritur pro qua parte habeant cohæredes Sempronij partem eius ? & dicitur quod quilibet habet pro ea parte, pro qua à me institutus est : vnde si Titius prædictus, & Seius, & Caius habeant dispares partes: pro ea parte, ut dixi, quã quisq; habet

redes scripti, ita alicui [a] substituti fuerint: vt si is [b] hæres nõ esset [c] quisquis sibi [d] hæres esset, [e] is in partem quoque deficientis [f] esset hæres: pro qua [g] parte quisque hæres extitisset, [h] pro ea parte eum in portionem quoq; deficientis [i] vocari placet. neq; interesse, iure institutionis quisque ex maiore parte hæres factus esset, [*] an verò per legẽ [k] alteram, alicuius [l] partem vendicasset. [m]

Prohibitus succedere patri, non prohibetur succedere fratri, etiam ex dispositione in pupillari substitutione comprehensa: non tamen habebit bona patris, quæ ad pupillũ peruenerũt, sed alia bona impuberis h.d. & non reperitur alibi secundũ Bal. Ang. & Mod. Alex.

Teren. Cle. lib. iiij. ad leg. Iul. & Papiam. VI.

SI is, qui ex bonis testatoris solidum capere non posit, [n] substitutus sit ab eo [o] impuberi filio eius: solidum ex ea causa capiet: quasi à pupillo capiat. [p] Sed hoc ita interpretari Iulian⁹ noster videtur, vt ex bonis, quæ testatoris fuerant amplius [q] capere non posit. Quòd si pupillo aliqd pterea [r] acquitũ eẽt, aut si exhæredato esset substitutus: [s] nõ ĩpediri eũ capere: quasi à pupillo capiat.

Compendiosa substitutio facta à pagano per verba merè ciuilia directa, finitur post pupillarem ætatem: & qui non admittitur vt substitutus, non admittitur vt coniunctus, Alex.

Papinianus libro vj. responsorum. VII.

VErbis [†] ciuilibus [t] substitutionem post xiiij. annum ætatis frustra [u] fieri conuenit. Sed qui non admittitur ut substitutus, vt adiectus [x] hæres quandoq; [y] non erit: ne fiat contra voluntatem, [z] si filius non habeat totum interim.

habet in hęreditate mea pro ea, in quam uenit ad partẽ Sempronij eorũ cohæredis: nec est uia, utru unus eorũ habeat maiorẽ partẽ in hæreditate mea, quã cohęredes sui, eo quod eum instituerim in maiori parte quam alios, an ideo quod per ius accrescendi uẽdicasset alteram partẽ alicuius cohæredũ qui decesssit fortè, & cui fortè erat coniunctus iste, qui nũc inuenitur habere maiorẽ partem: quia utroque casu iste, qui habet maiorẽ partem in hæreditate mea, habebit maiorẽ partem in parte Sẽpronij cohæredis sui, quæ defecit, quam alij sui cohæredes. & hoc dicit hæc l. Viuianus.

[*] In P.F. in qđ per legẽ &c.

[a] Alicui. Puta Titio, qui cũ alijs erat institutus.

[b] Si is. Scilicet Titius.

[c] Non esset. Ipsi testatori.

[d] Sibi. Testatori.

[e] Esset. Alius a Titio.

[f] Deficiẽtis. Aliàs defuncti, scilicet Titij.

[g] Pro qua. Nunc respondet.

[h] Extitisset. In dicto testamento.

[i] Deficiẽtis. Aliàs defuncti: & alias deficientis, scilicet, Titij.

[k] Legem. Ex parte, puta sibi tãtum coniuncti, & nõ alij iure accrescẽdi. Io. ut C. de cadu. toll. l. 1. §. his ita. & facit ff. de reb. dub. l. utrum. §. quęsitum. & C. eod. l. 1. item secus si propria nomina fuissent expressa: ut ff. ad Trebel. l. nonnunquam. item facit ff. eod. l. qui complures. & l. cohæredi. §. 1. & l. qui liberis. §. fi. & l. si plures. & Insti. de uul. substi. §. 1.

[l] Alicuius. Sibi tantum coniuncti.

[m] Vendicasset. Nam tantam partem habet in substitutione, quantam habet in institutione, siue habeat maiorem partem ab ipsa primæua institutione testatoris, siue postea sibi accreuit ex aliquo, qui sibi erat coniunctus tantum, & non alijs, scilicet pro tanta parte habebit ex ipsa substitutione.

SI is qui ex bonis. CASVS. Habeo filium tantum naturalem, & filiũ naturalem, & legitimum impuberem. unde naturalis filius tantum nõ potest habere de bonis meis ultra unam unciam, feci testamentum & institui mihi hæredem Titium extraneum. & dictũ impuberẽ exhæredaui, & ei substitui dictum filiũ naturalem, certè solidũ capiet dictus naturalis ex substitutione: quia de bonis pupilli capit, & non de meis, & idem est si dictum impuberem institui. nam de eo, quod aliunde acquisitum est dicto impuberi, habebit in solidum dictus naturalis ex substitutione. Viuia.

[n] Non possit. Vt filius naturalis: ut C. de nat. lib. l. 2. bonis tamen pupilli potest, quia non prohibetur.

[o] Ab eo. Scilicet testatore.

[p] Capiat. Quod directè capere poterat. & facit ff. sol. mat. l. si uero. l. item quicquid. & C. de ædil. act. l. cum autem. §. fi. & ff. tit. 1. l. si quis solidũ. & de adop. l. si pater. §. qui duos. Sed arg. contra ff. de dona. caus. mor. l. qđ conditionis. Sed hoc ne decedat pro parte intestatus, cũ unũ patris, & filij testamentum sit: ut ff. eod. l. moribus. §. prius.

[q] Amplius. Quam per legem liceat.

[r] Præterea. Id est, præter bona patris.

[s] Substitutus. Hic naturalis.

VErbis ciuilib. CASVS. Quãuis uerbis ciuilibus, i. directis usque ad xiiij annum substituere possum filio meo impuberi hoc mõ: si filius me⁹ hæres mihi erit, & intra pupillarẽ ætatẽ decesserit, substituo ei Titiũ: ut s. eod. l. iam hoc iure. §. hoc itaq; tñ vltra illam ætatẽ nõ possum ei directo substituere, siue ciuiliter. nã si ita dicã, si fili⁹ me⁹ hæres mihi erit, & intra xv. uel xvj. annos uel xxv. ann. decesserit, substituo ei Titium: nõ ualet substitutio, si decedat fili⁹ vltra xiiij. ann. licet decedat intra xv. uel xvj. vel xxv. annos prędictos. Sed nunquid Titius, qui non admittitur pdicto casu ex substitutione, admittetur tanq̃ cohæres impuberis pdicti mei filij? & certè nõ. nã si admitteretur ut cohęres, admitteretur cum impubere statim me mortuo, q fui testator. & sic contra uoluntatẽ meam fieret, qui volui quod impubes haberet totam hęreditatem vsque ad tempus quod ei præstitui in substitutione, & eo impubere mortuo haberet Titius prædictus substitutus. quãuis autem non ualeat directo dicta substitutio: ad fideicõmissum tamen traheretur, scilicet ut videatur filius per fideicõmissum rogatus a me de restituenda hęreditate mea Titio, si ipse filius decedat ultra xiiij. ann. intra tamen xvj. vel xvij. vel xviij. vel xxv. ann. prædictos ut infra ad Treb. l. Scæuola. Viu.

[†] Vide in hanc leg. Alcia. lib. pater. 1. c. 1. & libro 10. c. 8.

[t] Verbis ciuilibus. Id est, directis, puta istis, si intra xxv annos, uel quandocunq; decesserit filius, ille sit hæres ei. uel dic à lege. xij. tabu. inductis. Sed intra minus tempus quam ann xiiij. sic: ut ff. eo. l. si ita. Et no. quod hic est compendiosa in pagano.

[u] Frustra. Nisi a milite: ut infra eodem lege, Centurio. Azo.

[x] Adiectus. Id est, ut cohæres.

[y] Quandoq;. Melius dixisset, non erit. quandoque. i. non erit aliquo tempore. Hug.

[z] Voluntatẽ. Scilicet testatoris hoc modo dicentis si filius &c. ad quod s. tit. 1. l. Lucius. in fi. sic ergo nota

Substitutio obliqua ad directā non trahitur.

quod obliqua non trahitur ad directam, sed contra, secundū Azo. institutus quandoq; admittitur ut fideicōmissarius, quod est si uel propter solennitatem capere non potest directo, ut quia in codicillis scribitur: uel propter suam personam: ut ȷ̄.ad Trebel.l. Scęuola. & l.ex facto. in principio. si uero nihil eū capere impediuit, id est, vel conditio, uel codicillorū breuis solēnitas: & iure directo non potest uenire, nec ueniet iure fideicōmissi nisi in casu: ut hic, & ȷ̄.eo. l.Cēturio. Azo. sed directa dubia recipit interpretationē directæ: ut C.de hæredi.insti.l.fi.

quod ei testamento pater dedit.

Substituitur pupillo purè, uel simpliciter admittitur ex substitutione: etiam si non sit hæres patris: secus si sit substitutus sub cōditione, si hæres erit. Alexan.

Vlpianus libro iiij. ad Sabinum. VIII.

QVi liberis impuberibus substituit, aut purè, [a] aut sub cōdōne solet substituere. Purè sic: Si filius meus ītra pubertatē decesserit, Seius hæres esto. Siue Seius istę hæres institut[us] sit, & impuberi substitutus, siue sit solus [b] substitutus, nullā hēt conditionē. Sub condōne āt institutū si substituat. i. [c] Si mihi hęres erit: nō aliàs existet hæres ex substitutione, nisi & ex institutione hæres fuerit. Cui similis [d] est & hæc substitutio, Quisqs mihi ex suprascriptis [e] hæres erit: [f] habet enim in se eandem conditionem similem [g] superiori.

Substitutio facta per hæc uerba, quisquis mihi hæres erit refertur ad scriptos tantum, non ad eos, quibus hæreditas acquiritur mediantibus scriptis. & scripti uocantur pro hæreditariis portionibus. Alex.

Hæc verba, Quisqs mihi hæres erit, [h] idē impuberi filio hæres esto: hunc habent sensum, vt nō omnis, qui patri hæres extitit, [i] sed is, qui ex testamento [k] hæres extiterit, substitutus videatur. & ideo neque pater, qui per filiū, neq; dominus, qui per seruum hęres [*] extitit, ad substitutionem admittetur. [l] neque hæredis hæres: [m] quia non ex iudicio [n] veniunt. Partes quoque [o]

*In P.Fl. Et impuberi substitutus nullā hēt cōditionē, siue solum substitut[us]. sub cōdit. &c.

Deut. [illegible]

* Hæres non est in P.Flor.

Q Vi liberis. Casus in hac lege, cū duabus sequentib. usq; ad §. Quos possum, est talis. Filio meo impuberi à me instituto possum purè substituere Seium hoc modo, instituo filium meum impuberem Titium hęredem mihi: & si dictus meus filius intra pubertatem decesserit, Seius hæres esto: & hoc casu siue hic Seius a me sit institutus, impuberique substitutus: siue nō sit a me institutus, sed solummodo impuberi substitutus: nullam in sua persona habet conditionem: sed mortuo impubere intra pupillarem ætatē statim est hęres ex substitutione prędicta. Item possum substituere eundem Seium sub conditione, puta quia institui mihi hęredem Seiū & impuberē parē. & postea ita dixi, si filius meus intra pubertatē decesserit, substituo ei dictū Seium, si mihi hæres extiterit dictus Seius. & in hoc casu nō alias existet hęres ex substitutione Seius, nisi ex institutione hęres fuerit mihi, & idē est in hac alia substitutione, Instituo mihi heredē Titiū, & Seiū, & Semproniū, & filium meū impuberē: & quisqs mihi ex suprascriptis hęres erit, sit hęres dicto filio meo impuberi in pupillari ætate decedenti. nā si impubes in pupillari ętate decedat: nō admittetur aliqs pędictorū ex substitutione, nisi mihi hæres extiterit ex meo testamēto in sua ꝓpria persona: unde pī q per filiū à me institutū extiterit mihi hęres nō admittitur ex dicta substitutione impuberis, nec ēt dñs, q per seruū suum mihi hæres extiterit, nec etiā hęredis à me instituti heres: qa isti tales nō uenerunt ad hęreditatē meam ex meo iudicio siue ex testamento. sed si omnes prædicti tres. s. Titius, Seius, & Sēpronius à me instituti uenirāt ad substitutionē impuberis: ideo quia mihi hędes extiterāt, easdē partes habebunt ex substitutione quas eis dedi in mea hęditate, cū eos mihi heredes institui. sed qd si dicto filio impuberi substitui pdictos tres, & postea eodē mō substitui ei Caiū? Certè in substitutione habebit Caius dimidiam honorū impuberis: & prædicti tres aliā dimidiā: & diuident dicti tres dictam dimidiā inter se pro his partibus, quas eis tribus dedi in hęreditate mea. Sed quid si aliquis de dictis tribus decedat, antequam uendicet substitutio sibi locū? Certe hęres eius nō admittetur postea ad substitutionem, sed soli duo superstites, & diuident bona obuenientia eis ex substitutione pro eis partibus quas eis dedi de hæreditate mea, cum eos mihi hæredes institui. Viu.

a Purè. Sed uidetur hoc falsum: quia nulla substitutio est quin sit institutio cōditionalis: ut apparet ex ipsis uerbis. Respon. non habuit hic iuriscōsultus respectū ad illā cōditionem, sed ad aliā quę extrinsecus posset apponi.

b Siue solus. Id est solūmodo: sic C.de testa.l.1.& in euāgelio, Non ex solo pane uiuit homo. & s̄. de usu & habita. l.2. Azo.

c Id est. Pro sicut ȷ̄.de annu. leg.l.pe. Azo.

d Cui similis. Quo ad uerba: eadē quo ad sensum.

e Ex suprascriptis. Institutis sub conditione. Azo.

f Hæres erit. Idem si hęres filio meo. Azo.

g Similem. Simile est, quod idem est. Azo.

h Hęres erit. Directo, & ex testamento. Azo.

i Extitit. Ex testamento, vel ab intestato: directo, vel per obliquum.

Ex testamento. Directo: ut subijcit, ad quod ȷ̄. de condi.& demon.l.quæ conditio.& l.qui hæres.in princ. & ȷ̄.de adi.lega.l.legatum. Sed arg. cōtra. s̄.de in rem uerso.l.3.§.sed si errauit. ubi non refert directo, uel per obliquum aliquid fiat.

A[DDITIO]. Dic secundum Bart. quod aliud est hic; quia consideratur affectio testatoris, quæ in eo, qui est hęres per obliquum, non cadit.

l Admittetur. Cum filius, uel seruus tempore mortis impuberis non sit in patris potestate, uel domini: ut s̄.eo l.cum filio. Azo.

m Neq; hæredis hæres. Secus si ille qui institutus est, substitueretur filio nominatim: ut ȷ̄.de acqui. hęre.l. qui patris.2.respon. quę est contra. Vel dic, ut ibi. & facit ȷ̄.eo.l.sed si plures, ibi. nec quidquam ualebit &c. circa prin.& ȷ̄.de uerb.signifi.l.sciendum. & ȷ̄.de suis & legi. hęre.l. si ex pluribus. & ȷ̄. de ope.liber.l. cum patron[us].§.1. & ȷ̄.de iure pat.l. siue.§.1.& §.pe.& fi.& ȷ̄.de contra tab.l.non putauit.§.sed & si. & s̄.u.j.l.sub conditione. Sed arg. contra, infra de codicill.l. si quis cum.& s̄.de don.inter uir. & uxo.l. si donatę.§.1. Azo.

ADDITIO. Dic quod ibi ultimus nominatus tenet locum primi quo ad effectum donantis: hic uero hęres hęredis non tenet locum primi, quoad effectum testantis secundum Bar.

n Iudicio. Id est, ex uoluntate testatoris.

o Partes quoque. Vt & Insti. de uulg. substi.§. si ex dispari-

eædē ad substitutos pertinent: quas in ipsius patrisfamilias habuerunt hæreditate.

Distinctius vxcitur in vnam dimidiam, & coniunctis in aliā dimidiam. Alex.

Labeo lib. j. posterio. à Labol. ep to. IX.

SI pater filio impuberi eosdē, quos sibi, & te vnum [a] præterea hæredem instituit: [b] bonorum filij te dimidium, cęteros patris hæredes communiter dimidiū ita habere, vt vnus semis [c] apud te maneat: alterius semissis pro iis partibus inter hæredes paternos diuisio fiat, quibus ex partibus hæreditatem paternam haberent.

Spes substitutionis pupillaris non transit ad hæredes. Bart. & Alexand.

Vlpianus lib. iiij. ad Sabinum. X.

SEd si plures sint ita substituti, § Quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit: § deinde quidam ex illis postea quam hæredes ex-

disparibus, & de pupil. sub. bit. §. substituitur, & ĩ. eod. l. 5. & j. eo. l. sed si plures, & l. coh. æredis, §. ex his. Sed arg. contra C. eo. l. ñ. Solu. vt j. l. proxi.

[a] SI pater. Et te vnum. Qui de institutis fortè eras, secundum quosdam.

[b] Instituit. Id est, substituit.

[c] Semis. Totius hęreditatis. non dicas illius dimidiæ quam dixit testator cęteros habere communiter. Azo. & facit ĩ. titu. 1. l. Titius, & l. interdū. a. resp. Sed argu. contra j. de leg. a. l. Lucius, §. Lucius. So vt ibi. Item contra C. eo. l. si. t. resp. vbi viriliter dimidunt. Sol. [1] Ibi propria eorū nomina sunt adiecta: hic non: argu. j. ad Trebel. l. nonnunquam vel hic de bonis filij: ibi patris, vt hic innuit. Vel dic, erat de institutis hic specialiter nominatis: ibi non. Vel hic corrigit: vel dic vt ibi. Item contra C. eod. l. 1. Sol. imò concor. [a]

SI pater filium. CASVS. Titius instituit sibi hęredem filium suum impuberem: & postea ei ita substituit, si quis mihi natus fuerit post mortē dicti impuberis, sit hęres dicto impuberi, & postea decessit dictus Titius, postea viuente dicto impubere natus est ei impuberi frater. certè rumpitur testamentum. si autem nascatur posthumus viuo patre, & mortuo impubere, existet solus hęres patri suo Titio prędicto: quia in eum casum fuit institutus. Vi.

[k] Sibi. Patri viuenti. Acc.

[l] Post mortem. Illius impuberis quem instituerat. Accursius.

[m] Fuerit. sub. filio meo substituto. per quod videtur tantum facere vulgarem, cum designaret impuberem moriturum in vita patris, & ita non hęredem.

[n] Fratre. posthumi.

[o] Rumpetur. Quia eo casu natus est, qui non est testamento comprehensus: vt s. de liber. & posthum. l. commodissimè. & l. posthuma. Azo. Sed contra. C. de posthumis hęred. l. fi. Sol. vt dixi in l. commodissimè. Acc.

[p] Existet. Id existente conditione, & eo casu in quo fuit institutus: vt s. de lib. & posth. l. cum posthumus. dicet quis, Qualiter substitutus pupillariter esse pōt, cum institutus in paterno viuo testatore decessit, & irrito facto paterno irritatur pupillare, vt s. eo. l. a. §. 1. resp. non est: quia hic posthumus ex testamento patris nō est hęres, non ex pupillari. nec. n. impubes extitit hęres, & in pupillari ętate decessit, & iō substitutus patri

[1] Ad hāc glo. hęres hęredis dicitur hęres generaliter. Cōtrariū nota. in l. qui liberis. §. hęc verba. s. eod. vbi Bald. singulariter, limitat, vbi verbū, hęres, est prolatum a testatore. nā tūc non venit hęres hęredis appellatione hæreditatis. vide ad id gum per Bart. in l. filius. §. diui. in ti. de leg. 1. & familiaris familiaris an dicat familiaris. Mando. 1 17. quęs. 3. Regn. Cancel.

[2] Quę accrescent eisdē pro rata, & sic in effectu tātum valet vna cō putatio sicut altera secundum Paul.

[3] Sequitur hanc glo. Bar.

[4] Ista gl. est in omnibus val de singul. secundum Alex. in l. inter. s. de liberis, & posthu. & secundum Paul. hic.

[5] Ista placet Barto. Bal. Paul. & Alex.

[5] Substitutionis, vt infra, de lega. 2. §. Seia.

[6] Istū intellectum sequitur Dyn. Bar. Paul. Ale. & Iaso. licet displiceat Iaco. de Are.

parti est hæres. non impuberi: ut Insti. de pup. subst. in prin. Azo. Itē nonne est incertus heres. & sie nō ualet: ut s. titul. 1. l. quoties. in prine. & §. hæres ? Respon. 1 imo certus indubitabili signo. s. ex se nasciturus: vt supra tit. 1. l. quoties. §. si quis nomen. & §. si quis ita dixerit. Accur.

1 Sequit glos. Bart.

SI Titius. CASVS. Institui mihi Titium hæredem, & Seium, & Seio substitui Titium, & prædicto Titio substitui Semptonium: postea antequam Titius adiret hęreditatē meā pro sua parte, post mortem meā decessit Seius antequā partem suam adiret: & ita Titius habere nunc totā hæreditatē meam ꝑt, postea decessit Titius antequam adiret. modo quæritur utrum Semptonius Titio substitutus habeat ex substitutione solam partem Titij, an uero & partē Seij, cui fuit Titius substitutus? Et dicitur quod vtranque. Viu.

*Continuæ l. bona de capt. ĵ.

a Vtranque partē. neutro hęredū adeunte. quod dic vt Insti. e. §. sed si instituto. & facit ĵ. eo. l. cohæredi. in prin.

LEx Cornelia. CASVS. Institui mihi hæredē filiū meum impuberē, & ei pupillariter substitui Titiū, & postea fui ab hostibus captus: & ita testamētum meum fuit irritum factū: & per consequens pupillare, postea apud hostes decessi: & postea dictus filius meus impubes decessit in pupillari ætate in ciuitate, certè hæreditas pertinet perinde ad Titium substitutum: ac si ego nunquam ab hostibus captus fuissem: quia lex Cornelia, quæ testamēta eorum, qui in hostium potestate decesserūt, confirmat, perinde ac si nunquam capti fuissent, pertinet non solum ad hæreditatem ipsorum, qui testamenta fecerunt, sed etiam ad omnes hæreditates, quæ potuissent pertinere ad quemcunq; ex eorum testamento, si in hostium potestatem nō peruenissent. Sed retēto eodem casu pone, quod dictus meus filius captus fuit ab hostibus me patre iam in ciuitate mortuo, & ibi decessit dictus meus filius. certe hoc casu per dictā legem Corneliam pertinet hæreditas dicti impuberis ad dictum Titium ei substitutū. si aūt me patre adhuc in ciuitate viuente dictus impubes fuit ab hostibus captus, & ibi decessit me iam in ciuitate mortuo, nō habebit substitutus eius hæreditatē ex dicta lege Corne. nā nō efficitur per dictā l. vt dictus impubes, qui nulla bona in ciuitate reliquit, habeat hęredem vel hęredes. & idem dicerem, si filius meus etiam pubes captus fuerit ab hostibus me adhuc in ciuitate viuēte: & postea me in ciuitate mortuo decesserit in hostiū potesta

Substitutus vulgariter uni, censetur substitutus alteri, cui ille erat substitutus. Alex.

Idem lib. xxx. digestorum XXVII.

SI Titius cohæredi suo substitutus fuerit, deinde ei Sempronius: verius puto in vtranq; partem a Sempronium substitutum esse.

Fictio legis Corneliæ sicut testamentum confirmat paternum, ita & pupillare, si pupillus post mortem testatoris vere, vel fictè in pupillari ætate decesserit. h. d. cum l. seq. Bar.

Idem libro lxij. digestorum XXVIII.

LEx *Cornelia, b quę testamēta eorū, qui in hostium potestate decesserunt, confirmat: non solùm ad hæreditatem ipsorum, qui testamenta fecerunt, pertinet: sed ad omnes hæreditates, quæ ad quemque ex eorum testamēto pertinere potuissent, si in hostiū potestatē non peruenissent. Quapropter cum pater in hostium c potestate decessit, d filio impubere relicto e in ciuitate, & is intra tempus pubertatis decesserit: hæreditas ad substitutum pertinet f perinde, ac si pater in hostium potestatem non peruenisset. Sed si pater in ciuitate decessit, filius impubes apud hostes (si quidem mortuo patre g filius h in hostiū potestatē peruenerit) i non incōmodè dicitur, hęreditatem eius ex ea lege i ad substitutos pertinere. Si verò viuo patre filius in hostiū potestatē peruenerit: k non existimo, l legi Corneliæ locum esse, quia nō efficitur per eam, vt is, qui nulla bona in ciuitate reliquit, hæredes habeat. m Quare etiam si pubes n filius viuo patre captus fuerit: deinde mortuo in ciuitate patre, o in hostium potestate decesserit: p patris hæ

* In P.F. non commodè dicitur, &c. ut l. pr. §. si mortuo ĵ. de capt.

te existens. nā eo casu hęreditas mea pertinet ad proximum agnatum ex l. xij. tabul. quę solet uocare agnatos ab intestato, non aūt pertinet ad substitutū hęreditas dicti mei filij ex l. Cornelia: quia ut dictum est t nullā hęreditatē reliquit in ciuitate dictus meus filius; cum fuit ab hostib. captus. s. quia ego tunc viuebam. Viu.

b Lex Cornelia. De hac habes s. de testa. l. lege. & Inst. quib. nō est permis. fac. testa. §. fin. & s. de iniust. testa. l. qui uxorem.

c Cum pater in hostium. Aut capitur pater, & filius remaner, ut hic. aut contra, ut infra §. sed si pater. in fi. aut uterqueut ĵ. l. prox.

d Decessit. Ante filiū. aliàs cessat Cornelia: ut ĵ. de capt. l. qđ si filius in prine.

e Relicto. Instituto & ei substituto dato pupillariter. Et nota relicto. secus si post mortem impuberis caperet pater: sicut & in filio infra distinguitur. §. sed si pater. & §. si uero.

f Pertinet. Ex testamento pupillari. Azo.

g Mortuo patre. Prius uerè, non fictione legis Corneliæ: ne sit cōtra ĵ. l. px. & statim. dicess.

h Filius. Impubes. si nō habes in tex.

i Ex ea lege. Non ex uerbis, cū secundæ tabulæ sint irritę capitis diminutione: ut supra de iniust. testam. l. si quis ex. §. irritum. sed suppletione, & benignitate prætoris, ut in contrario t ut infra de captiui. l. pater. §. si mortuo. Sed oppo. pone, quod pater capitur, deinde filius. ecce pater in captiuitate moritur: quarto moritur ibidem filius. ecce pater fingitur prima captiuitatis hora mori. ergo filio uiuente debet succedere substitutus filij per hunc §. quod lex. ĵ. proxi. negat. Sed resp. quod ad id quod supra dixit, si quidem mortuo patre &c. subauditur uerè, & non fictè.

k Peruenerit. Et ibi decesserit impubes: quia impubes ex l. Corn. fingitur decessisse. secus si reuertatur, & pubes decesserit.

l Non existimo. Ad hoc scilicet, ut ex testamento pupillari aliquis sit hæres: est tamen locus legis Corneliæ, ut substitutus ex testamento sit hęres, scilicet ex uulgari expressa, uel saltem ex tacita.

m Habeat. Non distinguitur quis prius moriatur, scilicet filius apud hostes, uel pater domi. ut ĵ. proximo responso.

n Pubes. Factus ille impubes prædictus.

o Patre. Prius.

p Decesserit. Scilicet post, quādo est plus dubij, quàm si econtra filius ante decessisset.

reditas ex lege duodecim tabularum, [a] non filij [b] ex lege Cornelia ad agnatum proximum pertinet.

Scæuola lib. xv. quæstionum. XXIX.

SI pater captus sit ab hostibus, mox filius, [c] & ibi ambo decedant: quamuis prior pater decedat, [d] lex Cornelia ad pupilli substitutionem non ptinebit: nisi reuersus in ciuitate impubes decedat: quoniam & si ambo in ciuitate decessissēt ueniret substitutus. [e]

Ex præsumpta uoluntate defuncti coniunctus præfertur substituto. Bar.

Iulianus libr. lxxviij. digestorum. XXX.

QVidam testamento Proculum ex parte quarta, & Quietum ex parte dimidia & quarta [f] hęredē instituit. deīde Quieto Florū, Proculo Sosiā hæredes substituit. deinde si neque Florus, neq; Sosia hæredes essent: tertio gradu ex parte dimidia, & quarta coloniā Leptitanorū, [g] & ex quarta complures hæredes substituit in plures, quam in tres [h] uncias. Quietus hæreditatem adiit: Proculus & Sosia uiuo testatore decesserūt. [i] Quæritur quadrans Proculo datus ad Quietum, [k] an ad substitutos tertio gradu pertineat? Respōdit, eam uideri uoluntatē patrisfamilias fuisse, ut tertio gradu [l] scriptos hęredes ita demum substituerit, si tota hǣditas [m] uacasset: idque apparere euidēter ex eo, quod plures, quā duodecim uncias inter eos distribuisset, [n] & idcirco partem quartam hæreditatis, de qua

a Duodecim tabularum. Ad agnatum &c. & hoc intelligo cū non erat aliquis substitutus, uel si erat, obierat uiuente patre, uel ille admittitur ex uulgari expressa, uel saltem tacita, quæ in pupillari expressa continetur: ut s. e. l. iam hoc iure.

b Non filij. Quia nulla Ioan. & adde dist. quā habes infra de cap. l. pater. in fi.

SI pater. CASVS. Ego pater fui captus ab hostib. & postea fuit captus dictus filius meus impubes, cui pupillariter substituerā Titium, vt dictum est in l. pręced. & apud hostes ambo decessimus. certè siue ego ante decessi, siue dictus meus filius, non habebit substitutus impuberis hæreditatē ex substitutione p dictam legem Corneliam. si autē impubes reuersus fuisset in ciuitatem, & in ciuitate decessisset, bene veniret substitutus per dictam legem Cornel. quia & si ego, & ipse in ciuitate decessissemus, ueniret substitutus ex uulgari, aut pupillari substitutione.

c Mox filius. Idest, in eodē momento, & statim vnus post alium: ut s. cōmu. pręd. l. si cum duas. secundum Ir. Vel dic id est, incontinenti. & tunc perinde est, ac si simul: quia ea quæ incontinenti fiunt, inesse uidentur. uel idest, eodem libello. i. eodem tempore. Quid ergo si ex interuallo? Respon. habet locum substitutio filij, secūdum H. Sed Bul. dixit idem etiam si ex interuallo: ut in dist in. j. de capt. l. pater. in fi.

d Decedat. Tunc autem pertinet. quoniam &c. Azo. ut j. de cap. l. quod si filius. in fi.

e Substitutus. Ex uulgari, præmoriente patre vel pupillari, uel tacita, uel expressa pręmoriente filio. ratio autem huius legis est, quia non potest dici hęres filius, dum pater speratur reuerti. ergo substitutus locum non habet. Ac.

QVidam, CASVS Sempronius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Proculum in tribus uncijs. i. in quarta parte hæreditatis suæ, & quendā nomine Quietum instituit in ix. uncijs, quæ sunt dimidia & quarta hæreditatis, postea substituit Quieto in ix. uncijs instituto quendā noīe Florū: & Proculo in tribus uncijs instituto substitui quandam noīe Sosiam. & postea ita dixit. si neq; Florus Quieto substitutus, neque Sosia Proculo substituta hæredes mihi erunt. simul repudiantes hęreditatē meam: Quieto, & Proculo à me institutis, substituo tertio gradu coloniā Leptitanorum in dicta dimidia, & quarta hæreditatis meæ, in qua institui Quietum prędictū, & substituo Caium, & Cornelium, & Stichum ex quarta parte hæreditatis meæ, id est ex tribus uncijs: in quibus institueram Proculum, & substitueram Sosiam: & uolo quod de dicta quarta parte habeat duas uncias dictus Caius, & duas dictus Cornelius, & duas dictus Stichus, & ita diuisit testator prędictus in hac secunda substitutione in sex uncias dictam quartam hæreditatis suę, id est, supradictas tres vncias. postea decessit Proculus in tribus dictis unciis institutus, & Sosia ei substituta viuente adhuc dicto testatore. & sic dictæ tres vnciæ sunt factæ in cāsā caduci. & sic ad hǣdem Proculi nō possunt pertinere, nec etiam ad hæredem Sosię ei substitutæ. & postea decessit dictus testator, & prædictus Quietus in nouem vncijs institutus adiuit hæreditatē pro ea parte. modo quęritur, vtrum dictæ tres vnciæ factæ in causam caduci pertineant ad dictum Quietum Proculi cohæredem, qui quidem Quietus adiuit hæreditatem, vt dictum est: an ad Caium & Corneliū, & Stichum substitutos tertio gradu? Et dicitur quod debent pertinere ad Quietum: quia ea videtur fuisse testatoris voluntas, vt ita demum substitueret tertio gradu scriptos hæredes, si tota hæreditas vacasset. in nostro autem casu non vacauit: quia Quietus adiuit hæreditatem, ut dictum est. & hoc ideo præsumitur? quia plures quam xij. vncias inter eos distribuit. nam coloniam Leptitanorum substituit tertio gradu in nouem vncijs, & Caium, & Cornelium, & Stichum substituit tertio gradu in sex vncijs, & ita substitutos prædictos in tertio gradu substituit in quindecim vncijs. Viuianus.

f Ex parte dimidia & quarta. i. dodrante.

g Leptitanorum. Nomen villę, uel ciuitatis.

h Quam in tres. Quia in dodrante erat institutus.

i Decesserunt. Sicque eorum pars est in causa caduci: vt C. de cad. tol. l. 1. §. cum triplici.

k Quietum. Cohæredem. Acc.

l Tertio gradu. Ciuitatem & alios, seu alios tantum.

m Tota hæreditas. i. tam gradus institutorum, quam substitutorum primo loco.

n Distribuisset. i. distributæ essent vnciæ. Io. non dicas, quod distribuerit, quasi dicat, si substituti admitterentur: ergo ciuitas in dodrante, & alij in quadrante. Item Quietus habet & ipse dodrantem, & sic fierent xxj. vnciæ: sicque Quietus non haberet dodrantem totius assis quod testator voluit: igitur in totum substituti repellerentur. supplet ergo dictū testatoris, ne aliquid inepte dicatur: vt & s. tit. 2. l. 1. §. fin. & l. fin. Item apparet, quod verba illa, quod si neq; &c. copulatiuè ponuntur. sic. s. tit. 1. l. Lucius.

De

a De qua quæritur. In qua Proculus erat institutus. Azo. facit ͡J. de usufru. leg. l. codicillis. in prin.

IN substitutinoe. CASUS Exhæredaoi filiũ meũ impuberem, & Titium, & Seium mihi hæredes iostitui: & ita postea substitui dicto meo filio, Quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit, idẽ hæres esto dicto meo filio. & postea decessi: & postea dictus Titius, & Seius adierunt hæreditatem meã: postea tunc dicti mei filij egit querela inofficiosi testamenti, siue eam intentauit contra dictum Titium, & uicit cõtra eum. & ita fuit ruptum testamentum meum pro parte, qua Titius fuit institutus. & sic desijt hæres esse dictus Titius. postea decessit dictus filius meus in pupillari ætate: nunquid ueniet dictus Titius ad hæreditatem impuberis ex substitutione? Et uidetur qđ non: quia tempore mortis dicti impuberis nõ inuenitur meus hæres, & ego dixeram in substitutione, Quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit, sit hæres filio meo: dicitur tamen hic, quod hæres erit impuberi, quia fuit meus hæres, ut dictum est: licet esse desierit: secus esset in hoc alio casu, pone quod habebam filium puberem, qui uocabatur Caius, & filium impuberem, qui uocabatur Lucius, exhæredaui impuberem, & institui puberem. & ita substitui dicto impuberi exhæredato, si Lucius filius meus impubes decesserit, & in pupillari ætate, & si dictus filius meus Caius pubes, quem institui, hæres mihi non erit: tunc Seius hæres esto dicti impuberis. nam isto casu si Caius filius impubes fuit mihi hæres ante mortẽ impuberis, & si tempore mortis impuberis non sit hæres: habebit locum substitutio Seij. & hoc facit dictio tunc, posita in substitutione. Vio.

quæritur, a ad Quietum pertinere.

Sufficit quem semel hæredem extitisse: nisi testator eum hæredem esse tempore mortis requirat: quod ex dictione tunc præsumitur. Bart.

Idem libro sing. de ambiguitatibus. XXXI.

IN substitutione filio ita facta, Quisquis mihi ex suprascriptis b hæres erit, idem filio hæres esto; quæritur, c quisquis hæres quandoq; d fuerit, intelligatur: an quisquis tum hæres erit, cùm filius moriatur? Placuit prudentibus, si quandoq; hæres fuisset. e Quamuis enim viuo pupillo hæres esse desijsset, fortè f ex causa de inofficioso, quæ pro parte g mota est, futurum tamen eum hæredem ex substitutione, creditum est. Non simili h modo in hac specie dicendum est: si quis cùm duos filios haberet, Caium puberẽ, Lucium impuberem, ita filio substituisset, i Si Lucius filius meus impubes decesserit, neq; mihi Caius filius k meus hæres erit: tunc Seius hæres esto. l nam prudentes ita hoc interpretati sunt: ut ad impuberis mortẽ m conditio substitutionis esset referenda.

quod Papinianus. in fi. §. Solo. illud regulare: ut ĩ. tit. e. l. ei qui. in fi. Vel dic, quod non per prætorem, ut ibi sed per restitutionem in integrum. quia nec facit hæredẽ ut Institu. de bono. poss. §. quos autem. sed iure ciuili sic, ut in præmissis.

Ex præsumpta voluntate defuncti plures coniuncti vocantur in virilem respectu vniu. defuncti, sed inter se in hæreditarias portiones. Bar.

Idem libro j. ad Vrseium Ferocem. XXXII.

QVi complures n hæredes ex disparibus partibus instituerat, & in his Attiũ, si Attius non adiret, cæteros ex ijsdem partibus, quibus instituit hæredes ei substituerat: deinde si Attius non adijsset, Titium cohæredem ijs, qui substituti sunt, adiecit. n Quæsitum est, quam

b Supraścriptis. Scripserat enim aliquos hæredes cum filio, uel etiam exhæredauerat filium.

c Quæritur. Quisquis sub. ao.

d Quandoque. Alias quandocunque.

e Fuisset. Breuis solutio.

f Forte. Aduerbium fortè 1 varietatem facti, non in ius dubitationem 2 inducit. Nã constat hæredẽ esse institutum ante perlatam querelam, quia dicit desijsset: ut ͡J. de re iudi. l. non potest videri desinere. & ĩ. de inoffi. testa. l. 2. Item & constat quód in alijs varijs casibus quis desinit esse hæres, vt si fiat seruus hæres: vt ͡J. e. l. ex facto. §. fi. Item Instit. de here. quę ab intest. §. per contrarium. in quibus erit idem quod hic. Sed opp. qui semel est hæres &c. ut ĩ. de min. l. aut prætor. §. sed

g Pro parte. Secus si in totum, quia pupillare euanescit: ut supra de inoff. test. l. Papinianus. §. sed nec.

h Non simili. Sed per contrarium.

i Substituisset. Dic quod instituerat, uel exhæredauerat impuberem: alias non ualet testamẽtum. item puberem instituerat, ut patet.

k Caius filius. Institutus.

l Esto. substitutus. & est quidã 4 tertius hic Seius, & habeas ĩ. neque mihi &c. Alij non 5 habent, & Caium, & Seiũ idẽ esse dicunt, & sic unus filius alij filio substitutus secundũ eos. Et no. quod hic articulus tunc: 6 denotat diuersitatẽ inter hũc & superiorem casum: ut infra de cõdi. & demonstr. l. 4. in fin.

m Mortẽ. Vt tunc sit hæres Caius vt hic: & capax: ut ĩ. eo. l. si is qui hæres. & facit ad hanc legẽ ͡J. de adim. leg. l. alumnæ. §. fi. & de codicil. l. si quis eũ. in fi. t. relp. & ĩ. eo. l. qui liberis. §. fi.

QVi complures. CASUS Institui mihi quendam hæredẽ nomine Attiũ in duabus uncijs hæreditatis meæ, & Caium in 4. & Seiũ in 5. & Corneliũ in una: & postea ita dixi: si dictus Attilius non adierit pro sua parte, substituo ei dictũ Caiũ, & Seium, & Corneliũ ex eisdem partibus, quibus eos institui, & do eis tribus cohæredẽ Titium, & decessi: & postea Attius noluit adire hæreditatẽ meã: & ita habuit locũ substitutio, & dicta hæredis adiectio. modo q̃rit quã partem habere debeat dictus Titius adiectus, & quam Caius, & Seius, & Cornelius de duabus vncijs, in quibus fuit Attilius institutus? Et dicitur quod Titius habebit quartam partem duarũ unciarũ Attilij, & prędicti tres habebunt tres partes dictarum duarũ vnciarũ, & diuident dictas tres partes dictarũ unciarum inter se pro eis partibus: pro quibus a me instituti fuerũt: si autẽ adiecissem Titium: & Stichum cohæredes prædictis tribus, fient tunc quinq; partes de dictis duab. uncijs Attilij, & Titius, & Stichus habebit quilibet unam quintam: & aliæ tres quintæ diuidẽtur inter prędictos tres pro his partibus, pro quibus eos hæredes institui. & sic est plana hæc lex. Vin.

n Qui complures. Quatuor puta. computato Attilio.

o Adiecit. Substituendo, non instituendo: alioqui etiam si Attius adiret, nihilominus hæres esset Titius

[Marginal notes:]

- cit tñ allegã dubitatione: ut per Fel. in c. accedẽs. 1. ex. ut lite nõ cont. test. & gl. no. in cle. 1. in vers. appellando. de appella.
- 1 Sequuntur hãc gl. Bar. Paul. Alex. Ias.
- 4 Et bene Alc. & Ia.
- 5 Et male Alex.
- 6 In hac gl. tunc significat tpa extremum, & de eius significatione uide omnino p Bald. in l. ex illo. C. de appell. & l auth. contra rogat'. ͡J. eo. C. ad Trebel.
- 1 Et sic cõsiliũ pt dari p uerbũ fortè, s̃m Bald. & Alex. licèt Raph. contra.
- 2 Cõcor. glo. no. in c. x. ex̃ de testa. indu

ut J.de ſecun.tab.l.2.§.ſi quis ita ſcripſerit.

a Quam partem. Scilicet Attianæ patris cum Attius non adierit.

b Tres fuiſſent. Scilicet ſubſtituti pręter Titium.

c Hęreditarias. Cur nō ſolus medietatē: ut ā. ti. 1.l. Titi⁹ fundi? R̄n.qa oēs: ſeparatim fuerūt īſtituti. At oppo nit, ergo debēt hēre uiriles: ut Inſtit. de hęred. inſtit.§.ſi plures? Reſpon. uerum eſſet, niſi pręceſſiſſet partium diſtributio etiā in inſtitutione. tunc em̄ uidetur eaſdem partes repetiiſſe in perſonis eorum tantū, quos inſtituit: ut ſ.eodē.l. ſi plures. Azo. magis obſtat ā.eo.l.ſi pater filio. ſed & ibi cōiūctim fuerūt inſtituti, uel hic ſubſtituēdo nominatim dixit, pro partibus hæreditarijs uor ſubſtituo, ut hic patet: quod ibi non fecit. Itē contra C.e.l.ſi.§.1.ubi habent omnes uiriles. Sed ideo, quia ita habuerant ex inſtitutione, ut ibi nota.& facit J.de ſtatulib.l.qui pecuniā.

Diuinat ſm Bart.

partem[a] is, & quam cæteri habituri eſſent? Reſpondi, Titium virilem, cæteros hæreditarias. veluti ſi tres fuiſſent,[b] Titium quartam partem Attianæ partis habiturum: reliquarum partiū hæreditarias[c] partes, ex quibus inſtituti erant, reliquos habituros eſſe. Quòd ſi non ſolùm Titium, ſed etiam alios adiecisſet hæredes: hos quidem uiriles partes habituros: veluti ſi tres (puta) cohæredes fuiſſent ſubſtituti, extranei duo adiecti. hos quintas[d] partes Attianæ partis: reliquos autem cohæredes hæreditarias partes habituros eſſe dixit.

d Quintas. Id eſt, quilibet quintam.

Mater poteſt inſtituere filiū in tempus pubertatis, & ei ſubſtituere vulgariter. Bart.

Aphricanus lib. ij. quæſtionum. XXXIII.

SI mater ita teſtetur. vt filiū impuberem, cum erit[e] annorū xiiij. hæredem inſtituat, eique in pupillaribus[f] tabulis,* ſi ſibi hæres non erit, alium ſubſtituat: valet ſubſtitutio.[g]

SI mater. CASVS. Titia inſtituit ſibi hęredem filium impuberem cū erit pubes, & ei uulgariter tali modo ſubſtituit, ſi dictus meus filius non erit mihi hæres, ſubſtituo ei Seiū. & poſtea deceſſit Titia, & poſtea deceſſit dictus eius filius in pupillari ętate: nunquid habebit ſubſtitutus hæreditatem? Et uidetur quod nō, quia ſubſtitutio non poteſt ante habere locū quā habeat locum Inſtitutio. Inſtitutio autem non uidetur poſſe habere locum, niſi adueniente pubertate, ſicut apparere uidetur ex uerbis inſtitutionis prædictis: dicitur tamen hic, quod ſubſtitutus habebit hęreditatem ex tacita pupillari, quæ ſubintelligitur in dicta uulgari: ut dictum eſt ā. e.l. iā hoc iure. nam nō videtur in noſtro caſu in diem collata inſtitutio, ſed hæreditatis tantum petitio propter vtilitatem impuberis. Si filius & ex eo. Seius habens filium habentem uxorem prægnantem, uenit ad mortem, & fecit taliter teſtamentum: Inſtituo mihi filiū meum hæredem: & ſi filius meus morietur me uiuo, tunc ſi quis mihi nepos ex eo, ſiue quæ neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis, quibus filius meus morietur natus, natave erit, hæredes ſunto: & ſi dictus nepos, vel neptis mihi hæres non erit, ſubſtituo ei Titium. & deceſſit dictus teſtator, & filius ſuus prędictus inſtitutus extitit ei hęres. certè amodo nō poteſt habere hæreditatem alterius ſubſtitutus nepoti, uel nepti, ſiue nepos, vel neptis naſcatur, ſiue nō. nam ſi non poteſt habere locum amodo nepos, uel neptis, multominus habebit locum ſubſtitutus eius, ſcilicet Titius. Viuianus.

e Cum erit. Nec filius intelligitur ad tēpus inſtitutus, ſed purè: ut C. quādo di.leg.ced.l.ex his, & J.quādo di.lega.ced.l. firmio.§.1.niſi aliud ſenſiſſe teſtatorē probet. ut J.de manumiſ.teſt.l.ſi ita ſcriptū fuerit. §.cum Titius. & tunc uitio temporis ſublato hęres erit: ut ſ.eo.l.hæreditas. erat autem dubitatio de ſubſtitutione: quia uidebatur facta antequam poſſet ualere inſtitutio, ſed, ut dixi, pro pura eſt inſtitutio.

f In pupillaribus. Non quod pupillaris ſubſtitutio ibi fiat, ſed quia pupillus inſtitutus fuit, eſt vulgaris. fœminæ enim pupillarē non faciunt: quia in poteſtate nō habēt, ut ſ.eo.l.2.2.reſp.

g Subſtitutio. Nec in ſubſtitutione uidetur repetita eadē conditio, ſeu dies: ut ſ.tit.1.l.ſi ſub cō ditione. & facit J. de leg.1.l. ſi cui.

* Pupillares tabulę qua rōne hic Aphricano dicātur, explicat, Vigl. tit. de pupil.ſubſtit. in princi. Inſtitu. libro x. Fœminæ pupillariter nō ſubſtituunt.

Si filius inſtitutus in primo loco ſit hæres, ceſſat ſubſtitutio vulgaris tam prima, quàm omnis alia ſequens. Alex.

Si filius, & ex eo nepos poſthumus, ita hæredes inſtituantur, vt Gallo Aquilio placuit:[h] & nepoti, ſi is hæres non erit, Titius ſubſtituatur: filio hærede exiſtente, Titium omnimodò, id eſt, etiam ſi nepos natus non fuerit, excludi[i] reſpondit.

h Placuit. ſcilicet ſi filius morietur uiuo teſtatore, & nepos poſt mortem teſtatoris naſcatur: ut ſ.de lib.& poſth.l. Gallus in prin.

i Excludi. Vt & ſupra titu.1.l. cum in teſtamento. in locū enim deficiētis primi, & ſecundi gradus uidetur eum ſubſtituiſſe: ut & ſupra eo.l. quidam teſtamento. & ſupra tit.1.l. Lucius. Sed pone, quod filius vixit poſt mortem defuncti, & repudiauit hæreditatem. Item ſimiliter nepos repudiauit, nunquid admittitur Titius? Videtur quod non, qa filius extitit hæres ipſo iure, licèt poſtea repudiauerit. Econtra uidetur admittendus, quia nec filius, nec nepos hæreditatem adiuit, imo uterque repudiauit. Sed certè non eſt admittendus, illa ſcilicet ratione, quia filius non deceſſit teſtatore uiuo, & ſubſtitutio ita facta erat, ſi filius me uiuo morietur. Item uerba ſuperiora, ſi hæres non erit, expone cum eſſe poſſet: quia filius præmoreretur, non hæres: & facit J.de acquiren. hæred.l. quandiu.

Supremus, ſeu vltimus eſt, quem nemo ſequitur, licet nullus præcedat, & econtra proximus dicitur, quem nullus præcedit: licet nemo ſequatur. Alex.

Idem libro [illegible] quæſtionum. XXXIIII.

EX duobus impuberibus ei, qui ſupre-

EX duobus. CASVS. Inſtitui mihi hæredes duos meos filios impuberes, & ei qui ſupremus moreretur, ſubſtitui Titium. poſtea ambo impuberes ſimul deceſſerūt. certè Titius erit hæres utriq; eorum. & eſt ratio, quia ſupremus dicitur non ſolum is, qui poſt aliquem eſt, ſed etiā ille poſt quē nemo eſt. in noſtro aūt caſu omnes videntur ſupremi deceſſiſſe: quia nullus eorū remanſit poſt alium. & idē eſt econtrario. nā nō ſolū dicitur proximus eſſe alicui, qui ante aliquem alium eſt, ſed etiam is ante quem nemo eſt. Filium. Seius inſtituit ſibi hæredes Caium filium ſuum impuberem, & Titium extraneum: & Titio prædicto ſubſtituit Męuium, & prædicto ſuo filio taliter ſubſtituit, quiſquis ex ſupraſcriptis, ſcilicet Titio, & Mæuio hæres mihi erit, ſubſtituo eum filio meo. & poſtea deceſſit prædictus

dictus Seius, Titius institutus omisit hæreditatem: Mæuius autē ei substitutus adiuit ex substitutione. postea decessit dictus impubes, quæritur cui deferatur hæreditas eius impuberis: utrum Titio qui omisit hæreditatē patris, an Mæuio qui adiuit hæreditatem patris ex substitutione? Et dicitur quod Mæuio. Etiam si cōtra. Filium meum emancipatum prætereo, scilicet Titium, & Seium filium impuberē, & in mea potestate constitutum instituo mihi hęredem in totum, & ei impuberi substituo Caium, & à dicto impubere reliq multa legata danda quibusdam mihi coniunctis, & quibusdam alijs extraneis, & a Caio substituto reliqui similiter multa legata: & postea decessi. postea emancipatus petiit bonorū possessio. contra tabul. eo, qd' a me pręterit' fuit. & uicit, & ita ruptum est testamentum meum, & sic factum est, quod ipse emancipatus habuit dimidiā hæreditatis meæ ab intestato, & alia dimidia remansit apud impuberem prędictū: postea in pupillari ętate decessit impubes. nunquid habebit hęreditatem impuberis Caius prędictus substitutus ei? Et dicitur, quod sic, & tenebitur pręstare legata à se relicta, & etiam ab impubere. Sed & si dictum emancipatum pręterij, & dictum impuberem institui in tribus uncijs, & Cornelium extraneū institui in nouē uncias: & dicto impuberi substitui dictū Caium, & multa legata reliqui a dicto impubere pręstanda quibusdam mihi coniunctis, & quibusdam alijs extraneis. & a dicto Caio impubere substituto reliqui similiter legata, & committente dicto emancipato pręterito edictum, ut scilicet contra tabul. petat bonorum possess. non solum dictus emancipatus, sed etiā dictus impubes, & sic excludāt dictum Cornelium in nouem uncijs institutum, & habeant ambo soli hæreditatem meam, scilicet emancipatus pro dimidia, & impubes pro alia dimidia, cum ex institutione non haberent nisi tres uncias. & postea impubes decedat in pupillari ętate, & ueniat ad hęreditatem suam dictus Caius ei substitutus: certe tenebitur dictus substitutus pręstare legata ab impubere relicta coniunctis personis tantum: sicut & impubes si uiueret teneretur præstare tantum coniunctis personis, & licet si non esset petita bono. possel. contra tabu. impubes, uel eius substitutus posset detrahere ab omnibus legatarijs Falci. puta quia essent relicta legata ab impubere ultra dodrantem suę partis: tamen petita contra tabu. (quo casu non tenetur impubes, uel eius substitutus ad pręstanda legata nisi coniunctis personis, ut dictum est) augebuntur legata relicta ab impubere coniunctis personis, ideo quia non pręstat extraneis legatarijs legata: ita quod Falci. in eis non habebit locum, uel tanto minus detraheret nomine Falcidię de legatis relictis coniunctis personis, quantum ei accreuit propter hoc, quod extraneis legata non præstat. & sicut ipse filius impubes plus debet coniunctis personis nomine legatorum, etiam ex eo quod petita contra tabul. extraneis non præstat legata, ut dictum est, ita plus debet dictus impubes, & eius substitutus ex eo, quod per bonorum possessionem, scilicet cōtra tabulas plus ad filium impuberem prædictum peruenit quam haberet ex institutione, cum postea ex substitutione peruenerūt ad eum tres unciæ, vt dictum est: per bonorum autē possess. contra tabu. peruenerunt sex vnciæ ad eum, vt dictum est. & ita duabus rationibus crescunt legata coniūctis. siue exceptis personis relicta. & idem debet esse contra, scilicet vt quemadmodum portio per bonorum possessionem contra tabulas accreuit impuberi auget legata, vt dictum est, ita & portio, quę ablata est impuberi propter bonorum poss. contra tab. minuat legata coniunctis personis ab impubere relicta: puta qa impubes, sicut dixi in princi. fuit à me institutus ex asse, & per bonorum possessionem contra tabulas quam accepit frater suus emancipatus, & a me præteritus, dimidia hæreditatis fit ei impuberi ablata. nam pro ea dimidia sibi ablata substitutus eius exoneratur circa legata. & hoc dicit cum l. seq. Viu.

† Iuxta hanc sententiam vi indicasse P. Scipio. la. n. duobus, militibus qui simul, & eodē ipse mutū ascēderāt, donauit coronā muralé, qui ei, qui prim' ascēdisset promiserat. author Liuius lib. 26. ab vr. cōd.

mus moreretur, hæredē substituit. a Si simul morerentur, vtrique hæredē esse respōdi: † quia supremus b nō is demum, qui post aliquē, sed etiā post quem nemo sit, intelligatur: sicut & ecōtrario proximus non solum is, qui ante aliquem, sed etiam is, ante quem nemo sit, intelligitur.

Hæres ex substitutione vulgari admittitur ad substitutionem impuberi factam per hæc verba, quisquis mihi hæres erit &c. Bar.

Filium impuberem, & Titium hęredes instituit. Titio Męuium substituit c filio, quisquis sibi hæres esset ex suprascriptis, substituit. d Titius omisit hæreditatem, Mæuius adijt. e Mortuo deinde filio, putat, magis ei soli f ex substitutione deferri pupilli hæreditatem, qui patris quoq; g hæreditatem adierat.

Licet testamentum per contra tabu. expugnetur: firma tamen manet substitutio pupillaris. & relicta à substituto pupillari debentur omnibus. Alexander.

Etiam si h contra tabulas patris bonorum possessio petita sit: substitutio tamen pupillaris valet: & legata omni-

a Hæredem substituit. Vt j. de reb. dub. l. qui duos. licèt singulari numero usus sit: ut j. de leg. I. l. qui filiabus. §. I. & ideo de vtriusque portione detrahit Falcidiam: vt j. eo. l. qui duos. Sed contra, j. ad Treb. l. cum qui. Solu. hic totum uolebat ad substitutum peruenire, ibi partem. Vel dic ut ibi.

b Supremus. Ad hoc j. de verb. sign. l. proximus. & l. in vulgari. & vnde cog. l. I. §. proximus.

c Mæuium substituit. Scilicet vulgariter.

d Substituit. Scilicet pupillariter.

e Adijt. Et sic testatori directo est hæres: ut Instit. de pupill. substitu. in princ.

f Soli. Scilicet Mæuio non autem Titio repudianti. vt s. eo. l. qui plures.

g Patris quoque. Vnde continetur substitutus uulgaris. nam verbum quisquis, ad solum Titium pertinere non putuit: nec ad pauciores quam duos. sic ergo qui eorum duorum erit hæres, ille admittetur, secus tamē si dicam in testamento: quisquis mihi hæres erit: decesserit. nam duo comprehenduntur, id est etiam qui uenit ab intestato, non solum scripti, ut j. de codicil. l. si quis. hic non nisi scripti ueniunt: ut s. eo. l. cum filio. & l. qui liberis. §. hæc uerba & facit s. eo. l. 5. & j. eo. l. cum ex filio. §. fin.

h Etiam si. Pone impuberem in potestate constitutū, institutum, & emancipatum puberem præteritum, & extraneum pupillo substitutum, a quo sunt relicta legata, quæ ualent, licet commisso edicto per emancipatum. i. licet egerit per contra tab. etiam si impubes petierit contra tab. ut dices j. l. prox. Et quæro hic quare rupto testamento per querelam in totum rumpatur pupillare: ut s. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. sed nec. & non per contra tab. ut hic, & j. l. prox. Respond. quia testamentum est de iure ciuili, & querela sic vtū po-

* Fallitur hic Viuia. dū putat substitutu impuberis non teneri ad legata relicta extraneis petita bonorū possessio. cōtra tab. tenetur enim ad ea præstāda: & inde speciem facti ex Accursio colliges.

rest tollere aliud: ut Insti.de leg.ag.tut.§.fi.sed contra tabu. est de iure pretorio, quod non tollit testamentū, quia cum pretor non pōt facere hęredē, multo minus desinere.ut Instit.de bo.pos. §.quos autē. inde est quod in querela dicitur quęri de uiribus testamenti: in contra tab. non, sed de patris & filij qui agit, an sit filius seu pater, uel non: ut s̄.de inoffi.testa. l.filio.§.contra tab. & differt in alio, qa querela nascitur de mū hæreditate adita: ut C. de inof.testa.l.si quis filium. sed contra tab. etiā prius, ut j̄. de contra tab.l.illud. in fi. Et secundū hoc nō obst.s̄.eod.l.2.§.t. quia ibi iure ciuili rūpitur per præteritionem posthumi: ut s̄.de iniust. tes.l. posthumus. Item nō obstat s̄.eod.l. is qui. qa ibi ut indignus repellitur: ibi dixi.

bus præstanda sunt, quę à substitutione data sunt.

Ista lex reputatur difficilis, & habet tres partes. Prima durat usq; ad versi. sic & crescere. Secunda usq; ad versi. hic consequens. Tertia usq; ad finem, & secundum quod textus habet tres partes, ita gl. magna quæ est hic: quæ ponit casum, habet tres partes, prout ponit casum. Bar.

Idem libro v. quæstionum. XXXV.

ET si contra tabulas [a] patris petita sit à pupillo [b] bonorum possessio: in substitutum tamen eius [c] actionem legati [d] dandam esse, ita vt augeantur legata, propterea quod [e] filius extraneis [f] non debuerit, sic & crescere à substituto data legata, si per bonorum possessionem plus ad filium peruenisset: quemadmodum & ipse filius plus exceptis [g] deberet. His cōsequens esse existimo, vt si impubes ex asse hæres scriptus sit, & per bonorum possessionem semis ei ablatus sit: substitutus in partem legati nomine exoneretur, vt quemadmodum portio, quæ per bonorum possessionem accesserit, auget legata: ita & hic [h] quæ abscesserit, minuat.

Casum ponit.

[a] ET si contra tabulas. Pater filium puberem emancipatum præterijt, impuberem in potestate constitutum Instituit: & ei extraneum substituit, à quo substituto & etiam ab impuberem legata reliquit, pręteritus egit contra tabulas, & sic aperta est uia instituto, ut & ipse habeat per cōtra tab. tandem in pupillari ætate decessit. quæritur an teneatur amplius substitutus ad legata? & dicit eum teneri amplius, quam teneretur pupillus: quia hic omnibus, pupillus coniunctis tantū personis: & sic auget onus legatorum. Hic alio casu, si ponas pupillum esse in uncia una institutum, extraneum in xj. & pupillo substitutum datum. & relicta legata ab utroque: si habeat pupillus contra tab. commisso sibi edicto per puberem præteritum, & sic habeat dimidiam hæreditatis, pro ea rata dabit substitutus legata, non pro uncia tantum: & hoc omnibus. nam & pupillus teneretur pro vj. unciis, nō pro una tantū. sed solūmodo coniunctis. ecōtra decrescit onus legatorum: si ponas pupillum in assem institutum, & per puberem agentem contra tab. ablatum ei dimidium. nam pro dimidia dabuntur legata, nō pro asse, sed a substituto omnibus, à pupillo coniunctis, & probātur etiam hæc j̄.de leg.præst.l.filium. quis. & de lega.3.l.fi.§.fi.& de contra tabu.l.non putauit.§.fi. In exhæredato pupillo ponere nō potes: tū quia non habet contra ta.ut j̄.de cōtra ta.l.nō putauit. in prin. tū quia à substituto eius legari nō posset: ut j̄. de leg.j.l.ab exhæredato.t.respō. Sed quidā dicunt qd in eo pōt poni, si modo per præteritum committatur edictum: per eandem l.j̄.de legat.3.l.fina.2.respons. Sed certè de substituto instituti non exhæredati ibi dicit. Itē nec de præterito pupillo potest dicere: quia non potest relinqui ab eius substituto. arg.C.de lega.l.cū quidam: licet ei posset dari contra tab. vt C. de li-

In P.F. nō est legata.

be.præte.l.maximum.& adde quod not.s̄.l.proxi.in fi. Accursius.

[b] A pupillo. Instituto, alio committente edictum.

[c] Eius. Impuberis.

[d] Legati. Relicti in substitutione: ut s̄.l.proxi.in fin. & j̄.de leg. præst.l. filium.§. sed si impubes. sed & relicta à pupillo dabit sicut dicitur j̄.de lega.3.l.fina.§.fin. Nec obstat Institu. de pupillari substitutione. §.liberis. quia ibi iure ciuili annullatur: ut ibi not.& supra l.proxi. unde non ualet substitutio ibi.

[e] Quod. i. quia.

[f] Extraneis: sed parentibus. Azo. ad quod j̄.de legat.2.l. cum patronus. substitutus autem omnibus etiam extraneis.

[g] Exceptis. Non aliis, sed substitutus omnib. si ab eo sūt relicta: ut j̄. de leg. pręstan.l.filium. Et est ratio, quia substitutus in totū qd succedit, uoluntate testatoris succedit. Azo. Quæ autem sunt personæ exceptæ, habes j̄.de leg. præstan.l.t. & 3. & C. de contra tabul. l.prima.

[h] Ita & hic. Contrariorum eadē est ratio. sic j̄. ad legē Falci.l. si hæres institutus. & s̄.mand.l. si mandato.§.quoties. & Institu. de contrah.emp.§.cum autem. Sed argu. contra s̄.de neg.gest.l.si quis negotia.& de procu.l.qui proprio.§. vsque adeo.& §.item contra.& facit ad l. j̄.de leg.t.l. si hæres.& de cond.& demonst.l.Plautius.

Cōtrariorum eadē est ratio.

Licitum est testanti facere tot gradus substitutionum, quot vult, & plures possunt substitui in locum unius, & econtra. & si substituatur nouissimo morienti, videtur testator voluisse inter omnes conseruare ius legitimarum hæreditatum, uel successionum ab intestato. h.d. cum l. sequen. Alexan.

Martianus libro iiij. institutio. XXXVI.

POtest [i] quis in testamento plures gradus hæredum facere: pu-

POtest. CASVS. Faciens testamentum potest facere plures gradus hæredum hoc modo. Instituo mihi hæredē Titium, & si Titius hæres non erit, Seius hæres esto: & si Seius hæres non erit Mæuius hæres esto, & sic deinceps, & ultimo substituto pōt substituere seruum suum, vt sit hęres necessarius. Item pōt substituere plures in locum unius: & in locum plurium pōt substituere vnum. Item potest substituere cuilibet de institutis alium extraneum, dando cuilibet suum substitutum extraneum. Item hæredes institutos potest adinuicem substituere. Itē si habet duos filios pone impuberes, pōt dare substitutum cuilibet eorum per se. & tunc si unus eorum filiorum decedat, habebit substitutus eius partem mortui: & ita non decedit tunc ab intestato dictus filius: quia pater eius dicitur ei fecisse testamentum substituendo ei. si idem erit in alio filio postea decedente. Item pōt substituere illi soli de dictis filijs, qui ultimo morietur, & tūc si vnus decedit, alter succedit ei iure legitimo. i. ab intestato. & si alter postea decedat, substitutus eius habebit vtriusque hæreditatem ex substitutione: hoc dicit cum l. sequent. Vin.

[i] Potest. Vt Insti.de uulga.substi.in prin.

a Vel ſingulis. Legitimarum. ſic Inſtitu.eo.§.uel ſingulis.& C.eo.l.pe. Sed contra j. de lega.2.l. Titia Seio.§. Seio. ubi per fideicommiſſum uidetur eos inuicem rogare, non ius ab inteſtato reſeruare. Sol. ibi.

Qvi plures. CASVS. Si habeo quatuor filios, & eos hæredes inſtituo, poſſum ſubſtituere duobus & aliis duobus nullũ dare ſubſtitutũ, nam & poſſum ita eos inſtituere, ut nulli eorum ſubſtituã. & ſic poſſum diminuere numerum illoru quibus ſubſtituo, ut dictum eſt: ergo ſi impuberes ſunt, poſſum diminuere. cum eis ſubſtituo pupillariter, tempus quod ſolet poni in pupillari ętate, uel ſubſtitutione hoc modo, ſi Seius filius meus hæres mihi extiterit, & intra decimum annum deceſſerit, Titius ei hæres eſto: cum in pupillari ſubſtitutione ſoleat poni tempus xiiij. ann. Item & ita poſſum ſubſtituere, ſi Seius filius meus hæres mihi extiterit, & intra decimum annũ deceſſerit, Titius ſit ei hæres. ſi autem poſt decimũ annũ deceſſerit dictus filius meus, intra tamen xiiij. ann. Mæuius hęres eſto. Et ſi à patre. Titius inſtituit ſibi hæredẽ Seium filiũ ſuũ impuberem, & rogauit eum per fideicõmiſſum vt ſi in pupillari decederet ætate, reſtitueret hæreditatem Caio: & poſtea dedit, pone tutorẽ filio ſuo Semproniũ, & deceſſit dictus Titius: nunc dictus Seius filius eius, & tutor Seij nolebant hæreditatem adire: unde Caius fecit eos cogi ut adirent: & adierunt. Poſtea in pupillari ætate deceſſit dictus Seius, nunquid ex dictis ſecundis tabulis pertinebit hæreditas ad Caium fideicommiſſarium, uel debebit ei reſtitui? Et videtur quod nõ: quia teſtamentũ Titij patris Seij prædicti fuit iure ciuili deſtitutum, ideo quia Seius adire noluit: & per conſequens ſecundæ tabulæ. vnde quamuis per coactionem reſuſcitetur principale teſtamentum: non tamẽ uidentur debere reſuſcitari ſecundę tabulæ, licet reſuſcitentur legata, & fideicommiſſa ſpecialia in principali teſtamento relicta. & hoc quidã dixerunt: ſed certè male dixerunt, q̃a bene debent reſuſcitari ſecundæ tabulæ reſuſcitato principali teſtamento: quia ſunt pars principalis teſtamenti. Viuia.

b Omnibus. Subſtituere. Accur.

c Ergo & ad breue. Quia abbreuiare poteſt numerum: ergo & tempus. ſic s. de iudi. l. nonnũquam. & facit j. eod. l. ex facto. §. item quæro. & s. eo. l. ſi ita quis ſubſtituerit. & l. in pupillari. & l. verbis. & j. de mili. teſtamen. l. miles ita. §. 1. & de ſecun. tabu. l. 2. §. ſi primus.

d Finem ætatis. Scilicet decem annorum.

e Si à patre inſtitutus. Filius, per hoc quod dicit, patre, & impubes. Acc.

f Reſtituere. Si deceſſit in pupillari ætate.

g Fideicommiſſario. Alias cõmiſſo, alias commiſſario.

h Confirmentur. Valebant [2] enim utpote filio hærede ipſo iure: vt Inſt. de hære. quali. & diffe. §. ſui. ſed per aditionem accipiunt eſſe ctũ, [3] quaſi hæres contrahat: vt j. ex quib. cau. in poſ. ea. l. 3. in fin.

i Tabulas. In quibus cogatus fuerit reſtituere.

k Deſtituto. Cum ſua uoluntate ſpontanea non adiit. Azo. per quod videt repudiare: vt Inſtitut. de hæred. quali. & differ. §. fi.

l Opinione. Et bene: [4] ut j. ad Trebel. l. nã quod. § ſi quis. & l. apud Iulianum. §. 1. & infra ſi quis omiſ. cauſa teſtamenti. l. ſi quis omiſſa.

m Pars ſunt. Vt Inſtitu. eodem. § liberis.

ta, ⁅ Si ille hęres nõ erit, ille hæres eſto.⁆ & deinceps plures: vt nouiſsimo loco in ſubſidium, vel ſeruum neceſſarium hęredẽ inſtituat. Et vel plures in vnius locum poſſunt ſubſtitui, vel vnus in pluriũ, vel ſingulis ſinguli, vel inuicem ipſi, qui hęredes inſtituti ſunt.

Florentinus libro x. inſtitutio. XXXVII.

Vel ſingulis liberis,[a] vel ei, qui eorum nouiſsimus morietur, hæres ſubſtitui poteſt. Singulis, ſi neminem eorum inteſtatũ [1] decedere velit. Nouiſsimo, ſi ius legitimarum [a] hæreditatum integrum inter eos cuſtodiri velit.

Poteſt quis omnibus liberis ſubſtituere, uel parti eorum: aut nulli, aut ad tempus totum pupillaris ætatis, uel ad partem eius. Bar.

Paulus lib. ſingulari de ſecun. tab. XXXVIII.

Qvi plures liberos habet, poteſt quibuſdam ſubſtituere: neq; vtiq; neceſſe habet omnibus: [b] ſicuti põt nulli ſubſtituere. Ergo & ad breue [c] tempus ætatis ſubſtituere poteſt vt puta, ⁅ Si filius meus intra annum decimum deceſſerit, Titius hæres eſto.⁆ Itaque & ſi diuerſos ſubſtituat poſt finẽ [d] ætatis, admittendũ erit: veluti, ⁅ Si intra decimũ annum deceſſerit, Titius hæres eſto: ſi poſt decimum intra xiiij. Mæuius hæres eſto.⁆

Aditione facta à coacto ex Trebelliano confirmantur tabulæ pupillares. Bart.

Si à patre inſtitutus [e] rogatusque hęreditatem reſtituere, [f] coactus à fideicommiſſario [g] adierit: quamuis cætera, quæ in eodem teſtamento relicta ſunt, per eam aditionem confirmentur, [h] vt legata, & libertas: ſecundas tamen tabulas [i] non oportere reſuſcitari, deſtituto [k] iam iure ciuili teſtamento, Quint. Cerbidius Scęuola noſter dicebat. ſed pleriq; in diuerſa ſunt opinione: [l] quia & pupillares tabulæ pars ſunt [m] prioris teſtamenti: quo iure vtimur.

Filio impuberi emancipato non poteſt pupillariter ſubſtitui: ſed poteſt eius inſtitutio oneri, & per fideicommiſſum ſibi in tempus pubertatis relinqui: quod importabit tantundem, quantum ſubſtitutio pupillaris. Bartolus.

Iabolenus lib. 1. ex poſte. Labeo. XXXIX.

Cvm ex filio quis duos nepotes impu-

Cvm ex filio. CASVS. Titius habebat duos nepotes ex filio ſuo mortuo, unus quorum erat in dicti Titij poteſtate, alius non: & uolebat quemlibet pro dimidia inſtituere. & adinuicem pupillariter eos ſubſtituere: tamen ei qui non erat in ſua poteſtate, non poterat pupillariter ſubſtituere: alij autem ſic, quæritur quid habet facere Titius, ut habeat dictum ſuum propoſitum? Et certè debet inſtituere hæredem ſolum ſuum nepotem illum, quem habet in poteſtate, & ab eo legare alij, qui nõ eſt in poteſtate ſua, dimidiam hæreditatis, cum fuerit factus pubes nepos prædictus, qui non eſt in poteſtate. & contra debet illum nepotem qui non eſt in poteſtate, ſubſtituere pupillariter

[a] In P.P. nõ eſt, vel ei. ſed puto id factũ negligentia librarij. vide autem q̃ in hunc locũ ſcripſit Vigli' in §. vel ſingulis. de pupil. ſub ſtit. Inſtit. lib. 2.

[a] P.F. inteſtato.

[1] Et ſic ualet argumentũ de pſona ad tẽpus, ſm Bar. Paul. Ale. & Iaſ.

[2] Diſplicet Dy. & Bart. ideo dic q̃ filio inſtit. fuit datus cohæres extraneus, q̃ cohęres p̃ tem ſuam poſtea repudiauit: ſm Dyn. Bart. Bal. Imo. Are. Ale. & Ia.

[3] Diſplicet omnibus, dẽpto Pau.

[4] Idẽ omnes ſcribẽ.

beres haberet, sed alterũ eorũ in ptãte, alterũ non: & vellet utrũq; ex ęquis partib. hæredẽ habere: [a] & si quis ex his impubes decessisset, ad alterũ partem eius [b] transferre: ex consilio [c] Labeonis, Offilij Cascelli, Trebatij, eũ quem in potestate habebat, solùm hæredem fecit: & ab eo alteri [d] dimidiã partẽ hæreditatis, cum in suã tutelam [e] venisset, legauit. ꝙ si is, qui in sua ptãte esset, impubes decessisset: alterũ hæredem ei substituit. [f]

Expressum facit cessare tacitum. Bart.

Filio impuberi † in singulas causas [g] alium, atq; alium hæredem substituere possumus: veluti ut alius, [h] si sibi nullus filius fuerit, [i] & alius, [k] si filius fuerit, & impubes mortuus fuerit, & hæres sit.

Ius accrescendi transit ad illum, ad quem transit portio iure substitutionis. Bar.

Quidam quatuor herędes fecerat, & omnib. hæredibus præter vnum substituerat. vnus ille, [l] cui non erat quisquam substitutus, & ex cæteris alter viuo patrefami. decesserat. Partem [a] eius, cui nemo erat substitutus, ad substitutum quoque [m] pertinere, Offilius & Cascellius responderunt: [n] quorũ sententia vera est.

Substitutus impuberi, qui se postea dedit arrogandum, habet utilis actiones, si postea impubes decedit. Bart.

Papinianus libro xxix. quæstionum. XL.

[f] Pubertas est. Facit suprà eo. l. in pupillari. & l. cẽturio. & l. verbis. & l. qui plures. & l. cum ex filio. §. filio. & infra de secund. tabu. l. 2. §. si primus. & sup. eod. l. si ita quis substituerit. & supra de adop. l. si arrogator. §. an ĩpuberi. & C. eod. l. 2.

[g] Seruari. Species ergo tẽporis detrahit generi: vt & suprà eod. l. cohæredi. §. patrem.

[h] Substituit. Vulgariter.

[i] Momenti. suprà de liber. & posthu. l. si posthumus. §. quod vulgo. contra: Solut. [a] ibi econtra in primo gradu filius institutus fuit [r] ideoque sequentes valent, licet ab eis præteream tur. hic à primo pręteritus, a sequenti substitutus: quare primo subducto sequens ualet, & cæteri qui sequuntur, secundum Ioan.

[k] Responsum est. Vt ĩ. de lib. & posthu. l. & si pepercerit. §. fin. & ĩ. tit. j. l. si filius. Acc.

[l] Interest. Quo ad hoc, ut gradus ualeat.

[m] Hæres esset. subaudi, hæres sit filio meo.

[n] Accomodauerat. Scilicet testatori.

[o] Nõ capienti. Puta filio naturali testatoris.

[p] Partem. Institutus erat in quatuor unciis, & de una restituenda rogatus.

[q] Acceperat. Iste institutus.

[r] Impuberis. Filij testatoris.

[s] Veniat. Ad substitutionem, & ita pro tertia, quia in quatuor unciis fuit scriptus: quæ sunt tertia hæreditatis. Et accipe. ut ita augeatur eius &c. & dic ceperit, id est: cẽ esse & tu retinuerit: ut j. de uerb. signifi. l. apud.

[t] Cœpit. pro tribus unciis, quas ante accepit, prius deducta illa uncia, quã restituit non capaci.

[u] Eius. Instituti rogati tacite.

[x] Accommodet. Quod est cum promittit de restituendo non capaci.

nec deſinet [a] hęres eſſe, licet res quæ ita relictæ ſunt, auferantur: [b] vnde & ex ſecundis tabulis, in tãtum hæres eſſe poteſt, in quãtum ſcriptus [c] eſſet. [d] Satis enim punit[9] [e] eſt in eo, in quo fecit cõtra legẽ: quinimo & ſi deſineret hęres eſſe, idẽ dicerem: [f] quemadmodum intelligẽdum eſt in eo, qui cum ſcriptus eſſet hæres, poſtquã adijſſet hæreditatem, in ſeruitutem redactus eſt, & poſtea libertate donat[9]: cui permiſſum eſt ad ſubſtitutionem venire, q̃ ei in teſtamẽto fuerat relicta. Licet.n. hæreditatem ex inſtitutione amiſit: tñ ex ſubſtitutione iſtam portionem, [g] quantam [*] amiſit, [h] percepturum.

Principale per acceſſorium non confirmatur. Bar.

Idem libro x. quæſtionum. XLIIII.

Ex pupillari teſtamẽto ſuperius prĩcipale, [i] neque ex parte, neque in totum [k] confirmari poſſe Męcianus ſcripſit. [l]

Subſtitutio breuiloqua facta perſonis imparibus continet tantum vulgarem, ſi perſonis paribus, continet etiam pupillarem, quæ matrem excludit. h. d. vſq; ad § Paulus.

Idem libro xij. reſponſorum. XLV.

Lvcius Titius legitimum [m] filium, & alterum naturalem [n] hæredes inſtituit, eosq; inuicẽ ſubſtituit. [*] Titius legitimus filius, quẽ pater anniculum reliquit, poſt patris mortẽ ĩpubes deceſſit ſupſtite matre, [o] & fratre naturali, quẽ ẽt cohæredẽ habebat. Quæro, an hæreditas eius ad Titiũ naturalem fratrem ex cauſa ſubſtitutiõis ꝑtineat, an vero ad matrẽ? Reſp. ad primũ caſum [p]

a Deſinet. Ad hoc s̄. ti. 1. l. ei qui ſolidum. in fi. & s̄. de mi. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus.

b Auferãtur. Et fiſco dentur. ut j̄. de iis qui. ut ind. l. qui Titij. in fi. & l. cum tabulis. in fi.

c Scriptus. Id eſt ex ſubſtitutione in quatuor unciis admitteretur, ſicut ex inſtitutione.

d Eſſet. Sic s̄. de ac. empt. l. Iulianus. §. offerri. Sed contra. j̄. de aequi. hære. l. ſi totam. Solu. ut ibi. Item arg. s̄. de ſena. l. qui indignus.

ADDITIO Dic q̄ ibi ille erat inhabilis ad minorem dignitatem, ſed hic hęres indign[9] reſpectu hæreditatis paternæ nõ erat indignus reſpectu hæreditatis pupillaris, ſecundum Bartolum & Imolam.

e Punitus. Sic s̄. de officio præſid. l. diuus.

f Idem dicerem. Vt in querela: ut s̄. eod. l. 1 ſubſtitutione. & in redacto in ſeruitutem: ut j̄. prox.

g Portionem. Ex ſubſtitutione delatam.

h Quantam amiſit. Ideſt, ꝓ rata q̄d habebat prius, licet id amiſerit. Apparet ergo, quod ſufficit ſemel factum, & ſi nõ duret. : Et not. ꝓ & contra s̄. de in rẽ uer. l. ſi pro parte. §. uerſum.

[margin] s Glo. ſequuntur Imo. & Alexã. licet diſplicent Angelo.

[margin] * P. F. quãtum.

[margin] : Idẽ Bar. in l. air. §. ſed quod Papinian[9] ĩ 4. not. s̄. demi. Bal. in authẽ. hoc amplius. I j. opp. C. de fidei com.

Ex pupillari. CASVS. Inſtitui mihi hęredes Caiũ & Seiũ, & filium meum impuberem exhęredaui, & ei pupillariter ſubſtitui dictum Caium, & Seium & poſtea exhæredaui Sempronium filium meum puberem, & ſic apparet, quod feci meum principale teſtamentum, in quo inſtitui dictum Caium, & Seium, ut dictum eſt, & in quo exhæredaui dictos meos filios, ut dictum eſt. Item apparet, quod feci pupillare teſtamentum ſubſtituendo inſtitutos dicto filio meo impuberi, & poſtea deceſſi: uenit poſtea dictus Sempronius meus filius, & agit pone querela inofficioſi teſtamenti contra dictum Caium, & Seium à me hæredes ſcriptos, & uicit: ſicque rumpitur teſtamentum meum principale. nunquid poterit confirmari dictum principale teſtamentum propter prædictum pupillare teſtamentum? & uidebatur dicto Caio, & Seio, quod ſic: non tamen eſt uerum. Mortuo ergo dicto impubere in pupillari ætate, ſuccedent ei ex ſubſtitutione, non autem erunt hæredes ex principali teſtamento quod ruptum eſt. Viu.

i Principale. Si forte expugnatum ſit per querelam. Azo.

k Neque in totum. Sed propter principale ua[9] et acceſſorium: ut s̄. de pec. l. nam quod.

l Scripſit. Quia pars eſt, & ſequela: ut Inſti. eo. §. liberis. & s̄. eo. l. qui plures. §. fi. primum enim teſtamentũ non capit uires a ſecundo, ſed ſecundũ à primo: ut s̄. eo. l. patris.

Lvcius. CASVS. Lucius Titius habens uxorem Caiam, & ex ea filium legitimum nomine Titiũ, anniculum: & habens filium naturalem tantum, qui etiam uocabatur Titius: inſtituit ſibi hęredes dictos filios naturalem & legitimum: & poſtea ita dixit: uos adinuicẽ ſubſtituo, & poſtea deceſſit: & poſtea filius legitimus deceſſit in pupillari ætate. modo quæritur, an hæreditas dicti impuberis perueniat ex ſubſtitutione prædicta ad naturalem filium, an uero ad dictam Caiam ſuam matrẽ ab inteſtato? & certè ſubſtitutio prædicta quæ fuit breuiloqua, habet duos caſus. unus eſt ſi hæres non erit, alius ſi ſit hęres. ſequẽs caſus eſt, ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, alius ſit hæres. nonquid ergo prædicta ſubſtitutio facta inter dictos hæredes pertinet ad dictum primum caſum, uel ad ſequentem? & dicitur quod pertinet ad primum, & non ad ſecundum, & eſt ratio, quare non pertinet ad ſecundum, quia duplex ſubſtitutio, id eſt, uulgaris & pupillaris non poteſt habere locũ in perſona Titij filij naturalis, ſed uulgaris tãtum, de qua loquitur dictus primus caſus: & ideo non poteſt pertinere ad eum pupillaris: quia filius naturalis prædictus non eſt in poteſtate patris: unde nec pater poteſt ei pupillariter ſubſtituere. arg. l. a. §. r. s̄. eo. ſi ergo nõ poteſt ei ſubſtitui pupillariter: ergo nec ipſe poteſt ſuccedere ex pupillari ſubſtitutione: unde apparet, quod hæreditas Titij filij legitimi pertinet ad matrem eius ab inteſtato. ſecus autem ſi dicti filij Lucij Titij eſſent ambo legitimi, & ambo eiuſdem ætatis. ſ. pupillaris: & eſſet eis facta dicta ſubſtitutio: quia tunc quicunque eorum decederet in pupillari ætate, alter ei ſuccederet. & mater dicti filij legitimi excluderetur. Paulus reſpondit: Inſtitui mihi hæredes Titium, & Seium, & Caium, & Sempronium: & poſtea ita dixi, vos omnes adinuicem ſubſtituo. & poſtea deceſſi, & poſtea deceſſit dictus Titius, & Seius: & poſtea dictus Caius repudiauit partem ſuam hęreditatis. certè pertinet pars Caij repudiantis ad Sempronium ſuperſtitem, non ad hæredem Titij, & Seij prædictorum. Vin.

[margin] * In vetu. exempla. Titianus. atq; ita legendũ cẽſet Anto. Aug. emẽ. li. 3. c. 8. vt ſit cognomẽ ex nomine factũ: quod fieri ſolet his, q adoptãtur: vt ex Octauio, Octauianus: ex Aemilio, Aemilianus.

m Legitimum. Impuberem.

n Naturalem. Puberem, vel impuberem, non curo: quia cum non ſit in poteſtate, non poteſt ei pupillariter ſubſtitui: vt s̄. eo. l. a. circa prin.

o Matre. Sua.

p Primum caſum. ſ. vulgarem: ſed quomodo, cum vltra vnciam habere non poſſit: vt C. de natu. lib. l. a. & aut. ibi poſita? Reſp. hoc iure ſecus erat.

Ad

non existentium hæredum substitutionem, de qua quæritur, pertinere, non ad sequentem, [a] si quis eorū postea [b] decessisset intra pubertatē. cū in naturalis filij persona duplex [c] substitutio locum habere nō possit: & ideo ad matrem legitimi filij hęreditas ab intestato pertinet, [*] (aliter si eiusdem ætatis [d] liberi [e] īstituti, inuicemq; substituti fuissent: tūc enim altero defuncto ītra pubertatem, eius successio non ad matrem, [f] sed ad substitutum fratrē eius deuoluitur.)

Spes substitutionis reciprocæ ad hæredem non transit. Bartolus.

Paulus respondit: si omnes instituti hæredes, [*] omnes inuicē substituti eēnt: eius portionē, qui quibusdam defunctis postea portionem suā repudiauit, [g] ad eū solum, [h] qui eo tēpore superuixit, ex substitutione ptinere.

Pupillaris expressa etiam quæ non continet uulgarem tacitam trahitur ad bona patris, & filii. Vel sic, Hæc conditio, si mihi hæres eris, uidetur existere si aliquis est hæres hæredis ex dispositione defuncti. Bar.

Idem libro xiii. responsorum. XLVI.

Paterfamilias primis tabulis posthumo hęrede instituto, secundis sibi, uel filio, [i] si intra pubertatē decessisset, [k] Caium Seium fratrem suū substituit, deinde Titium Caio Seio: [l] & postea sic dixit, § Quòd si Caius Seius frater meus primo loco substitutus, hęrs mihi [m] erit: tunc Titio fideicōmissū relinquo. § Quęro, cum filius patri hæres extiterit: eoq; [n] ītra pubertatē mortuo, frater testatoris [o] ex substītōne hæres sit: an fideicommissū debeatur: cum ita relictū sit, si Caius Seius frater suus sibi [p] hæres extitisset? Respōdi: defuncti fratrē, qui in utrūq; casum institutus, uel [q] substitutus est, filio impubere defuncto, ea quę testator reliquit pręstare debere. nec aduersari hæc uerba, § Quòd si Caius Seius mihi hæres erit [r] tunc dari uolo: § cùm uerum sit, eum testatori hæredē extitisse. [s]

Spes substitutionis pupillaris non transit ad hæredem pupillariter substitutum. Bar.

[a] Ad sequentem. Scilicet pupillarem, s. si quis &c.
[b] Postea. Quam fuisset hæres.
[c] Duplex. Id est, quod ipse in duobus casibus succedat legitimo: sed legitimus in uno tantum: & hoc propter inæqualitatem uitandam: ut C. eo. l. 2. & l. quamuis. & ff. e. l. iam hoc iure. §. sed si alter. & not. hic secundum quosdam tacitā pupillarem non admitti contra matrē: sed hoc nō, quia mater: ut infra lege proxi. sed propter inæqualitatē: nec enim hic est tacita, [*] ut statim dices.
[d] Aetatis. Scilicet impubes. nam & si unus 11. annos alter unum tantū habeat, non nocet hæc inæqualitas, dūmodo ambo sint impuberes.
[e] Liberi. Scilicet legitimi. nam I hoc est uis.
[f] Non ad matrem. Hanc dicimus breuiloquam: quia breuibus uerbis fit, scilicet uos inuicem substituo: & quatuor substitutiones continētur. s. duæ uulgares, & duæ pupillares, & omnes expressæ: & sic mater reiicitur. sicut in cōpendiosa dicimus. C. eo. l. precibus. in fine, forte ideo: quia uerisimile est quod testator filios uxori prætulisse uoluit: ut C. eo. l. pe. & hæc eadem dicitur reciproca: ut ff. eo. l. iam hoc iure. §. j. Itē no. hic quod tacita pupillaris excludit matrem: quod aliàs nō inuenitur, ut quādo est instituta cum filio: ut C. de insti. & subst. l. fi. sed nō placet, quia hæc nō est tacita.
[g] Repudiauit. Alter ex hæredibus.
[h] Solum. Ut & ff. e. l. qui plures hæredes. & ff. eo. l. qui habebat: secus in iure accrescēdi habetur: ut ff. de legiti. hęred. l. si ex pluribus. Itē est ratio huius dicti, quia tunc demum admittitur substitutus, cum certum est institutum habere nō posse: quod est cum moritur institutus, nō cum testator. Item & est ratio: quia conditionale relictum non transmittitur pendente conditione: ut C. de cad. tol. §. sin autem.

Paterfamilias, CASUS. Seius habens uxorē prægnantem: & habens unum fratrem, qui uocabatur Caius Seius fecit sibi testamentū, & instituit sibi hæredem posthumū nasciturū ex dicta sua uxore, & post ea fecit secundas tab. substituēdo taliter dicto posthumo, si filius meus posthumus nō extiterit mihi hęres, sit mihi hęres Caius Seius frater meus: si aūt extiterit mihi hęres dictus posthumus, & in pupillari ætate decesserit, substituo ei dictum Caium Seiū fratrē meum & postea dicto Caio Seio substituit Titium, & postea sic in eodē testamento dixit, si dictus Caius Seius primo loco substitutus hæres mihi erit: tunc relinquo dicto Titio centum per fideicōmissarium & postea decessit dictus Seius testator, & postea natus fuit dictus posthumus institutus, & extitit hæres dicto testatori: & postea in pupillari ætate decessit: sicq; ex pupillari substitutione extitit hęres impuberi dictus testatoris frater: modo quęritur utrum dicta cētum debeātur Titio? Et uidet quod non, cū ita ei relicta sint, si Caius Seius frater testatoris esset sibi testatori hæres: ipse autē frater fuit hæres ex substitutione pupillari, ut dictum est: dicitur tamē hic, quod debentur, & frater testatoris tenetur ea Titio præstare. cum enim sit hæres frater ea pupillari substitutione, ut dictum est, sine dubio uerū est eum testatori hæredem extitisse: & hoc dicit. Viu.

[i] Vel filio. Sic. s. hæres mihi esto, si filius meus intra pubertatem &c. uel esto, filio, si &c.
[k] Decessisset. Posthumus.
[l] Caio Seio. Fratri si hæres nō esset. Azo.
[m] Hæres mihi. Ex hoc uerbo mihi, oriebatur dubitatio: uidebatur enim ex substitutione pupillari non sibi sed filio hæres fuisse. ut Insti. eo in prin. u.
[n] Eoque. Filio.
[o] Testatoris. Caius Seius.
[p] Sibi. Testatori primo.
[q] In utrunque casum. s. uulgarem, & pupillarem: ut ff. e. l. iam hoc iure. circa prin.
[r] Mihi hæres erit. Habetur enim pro non apposita hęc conditio: ut ff. de sec. tab. l. si ita. §. qui filio. & arg. ff. de ser. urb. præd. l. antepe.
[s] Extitisse. Mediante filio hærede. cum & ipse est directo hæres. nam hæres hæredis &c. ut & infra de acq. hæredita. l. si quis seruum. §. ti. & C. de hære. institu. l. finali.

[*] Verbis gñalibus: est tā tacita ꝓ bis spālibus. Bar. Imo. & Ias.
[*] Hęc inclusa desunt in P. F. atq; ēt in ve. cā ēpla. Ant. Aug. li. 3. c. 1.
[*] In P. F. oībus Iuicem, &c.

Pupillaris tacita matrem excludit.

Scæuola libro ii. responsorum. XLVII.

[a] Qui habebat filium, & filiá impuberes, instituto filio hærede filiam exhæredauit: & si filius intra pubertatē decessisset, filiā, eidem substituit: sed filię, si ante quàm nuberet, [a] decessisset, uxorem suā, item sororem suam substituit. Quæro, cum [a] filia pubes [b] prior decesserit, deinde frater eius impubes: [c] an filii hæreditas ad uxorē & sororem testatoris iure substitutionis pertineat? [d] Respondi secundum ea, quę proponerentur, non pertinere. [e]

Aditio hæreditatis extinguit spem substitutionis uulgaris in portionem adeuntis tantummodo. h.d. istud principium. Bart.

Idē libro singulari quæstionum publicè tractatarum XLVIII.

Seruum communem

Qui habebat. CASVS. Titius habens filiū, & filiā impuberes, & habens vxorē & sororem, instituit hæredem filium, & filiā exhæredauit: & si filius decederet intra pubertatem, substituit ei filiam, filiæ aūt substituit vxorem & sororē, si ante decederet filia quā ad nubendū esset apta, id est. ante 12. ann. & postea decessit dictus Titius testator, & postea filia pubes facta, & ita apta ad nubendum decessit: & postea decessit dictus filius testatoris impubes: modo quæritur, an dicti filij hæreditas pertineat iure substitutiōis ad vxorem, & sororem testatoris? Et videtur qđ sic: quia in ius filię successerunt ab intestato. Dicit tamē quod non: ius enim substitutionis non potuit filia trāsmittere ad hæredes suos, id est ad dictam vxorem, & sororem testatoris. Viua.

[a] Nuberet. id est nubilis esset. Azo.

[b] Pubes. igitur iam nubilis erat facta, sed si habes impubes: dic quondam, nunc pubes.

[c] Impubes. Iam hæres, vnde vulgaris iam locum nō habet. nec obst. supra eod. l. cohæredi. in princ. vbi de vulgari dicit.

[d] Pertineat. Quod videbatur: quia habebat filiæ bona iure substitutionis, & ita in eius ius videbatur successisse.

[e] Non pertinere. Quia conditionale relictum non transmittitur: vt C. de cad. tol. §. si autem. sed eadem iura dicunt contra. quia hæc filia sibi habebat substitutos. Sed responde, hic deficit conditio, sub qua vxor, & soror essent substitutæ. & sic non ob. & facit s. eod. l. Lucius §. fi.

Seruum. CASVS Seruus communis mihi, & Titio fuit institutus hæres à Seio, & si hæres non esset, fuit ei substitutus Mæuius. mortuo Seio testatore, ego iussi dicto seruo, vt adiret dictam hæreditatem pro mea parte, Titius autem non iussit ei: & ita seruus adiuit: venit Mæuius substitutus, & vult partem dictæ hęreditatis quam habuisset Titius, si iussisset adire seruum. certe benè debet habere.

Titius. Ita dixit Cornelius testator in testamento suo: Titius mihi hęres esto. & Stichum seruum meum Mænio do, lego: & Stichus prædictus hæres mihi esto: & si idē Stichus hęres non erit, idem Stichus sit liber, & hęres mihi. & postea decessit dict⁹ Cornelius testator. modo quæritur, vtrum dicta institutio Stichi & substitutio sit vnus gradus, an sint duo gradus: an sit mutata causa in substitutione, & sic valeat, an permaneat eadem cā in substitutione: & sic non valeat. & hoc vsque illuc, & quidem in plerisq; &c. ver sic. quidē. Antequam quæstionem soluat, altius exorditur: & dicit ibidem, & quærit, an aliquis institutus possit sibijpsi substitui. Et resp. qđ sic. si causa institutionis mutetur in substitutione. si aūt non mutetur causa, substitutio nullius erit momenti: puta si testator instituat sibi Titium: & ita postea dicat, si prædictus Titius hæres nō erit, idem Titius sit hęres. isto enim casu nō mutaē causa: & ideo non valet substitutio, sed mutata causa benè valet, vt dictum est: puta si testator instituit sibi hęredē Titiū sub conditione, si nauis ex Asia venerit. & eundē Titium substituit sibijpsi Titio purè: & hoc casu dicit ideo mutari causā: quia pōt deficere conditio institutionis, & afferre locum substitutioni. sed & isto eodem casu potest effici dicta substitutio nullius momenti: puta si conditio dictæ institutionis Titij extiterit naue ex Asia veniente: quia tunc sunt duæ puræ institutiones Titij: & ideo vltima non valet. sed ecōtrario si testator instituat sibi hæredē Titium purè, deinde eundem Titium sibijpsi Titio sub cōditione substituat, non intelligitur mutata causa in dicta substitutione: & iō non valet: quia & si extiterit conditio substitutionis, sunt duæ puræ substitutiones, id est, institutiones, sicque vltima non valet, vt dictum est: & hoc vsque illuc, secundum hæc proposita &c. secundum ergo ordinationem prædictam ab illo versi. & quidem in plerisq; &c. vsque huc potest & debet terminari quæstio in prin. huius §. proposita, scilicet vtrum videatur mutata causa in dicta substitutione Stichi, & sic valeat: sicq; possit ipse Stichus habere dimidiā dictæ hæreditatis: an non videatur mutata, & sic habere nō possit dimidiā dictę hęreditatis: & certè mutata nō videtur cā in dicti Stichi substitutione, nec est necesse vt mutata videaē, cum sit vnus gradus institutio, & substitutio Stichi, & non duo: Stichus. n. fuit eodem testamēto legatus Męuio, & libertatem acceperat. præualet ergo libertas legato: & si præualet libertas, non debeē Męuio legatū dicti Stichi. si non valet dictū legatum: ergo non pōt dictus Stichus adire hęreditatē iussu Mæuij legatarij: & sic non erit Stichus pro parte hęres, ad hoc vt Męuio legatario eam acquirat, sed competet eidē Sticho libertas ex sequentibus testatoris verbis, illis scilicet, si Stichus hæres non erit, Stichus liber hæresque esto &c. si non acquirit pro dimidia Mæuio hæreditatem, & habet libertatem: ergo sibijpsi Sticho acquirit dimidiam dictæ hæreditatis, & aliam dimidiam habet dictus Titius prædictus primo à testatore institutus: & hoc vsq; illuc, quid ergo &c. vbi ponit aliam qōnem, quę est talis. Pone quod dictus Titius primo institutus non adiuit hæreditatē pro sua parte, id est, pro dimidia: nunquid incipiet dictus Stichus liber & hæres esse ex substitutione prędicta in tota hæreditate? Et resp. quod sic per Scęuolā, & dicit, q̄ Iulianus sentit cum eo: & est ratio, quare hoc casu insolidū est hęres Stichus, s. quia ille Męuius legatarius non est hęres ex aliqua parte: eo quod dictus Stichus ei legatus non adiuit hæreditatem iussu eius Męuij: ideo quia ex causa legati non intelligitur Stichus effectus dicti Męuij legatarij: ideo quia fuit in eodem testamento legatus Mæuio, & libertatem consecutus: vt dictum est.

Si pupillus. Filium meum impuberem institui mihi hæredem: & si hæres mihi esset, & in pupillari ætate decederet, substitui Stichum seruum meum: & postea decessi: & pupillus prædictus extitit mihi hęres: & alienauit dictum Stichum in Sempronium titulo vēditionis: postea Sempronius emptor instituit Stichum sibi hęredem cum libertate: & postea pupillus decessit in pupillari ætate: & ita vēdicauit sibi locum substitutio pupillaris: nunquid dictus Stichus habebit in dicta substitutione statim omnia, quæ habēt vniuersi homines liberi, scilicet, vt sit hæres ex substitutione si velit, & non

[a] Hoc Scæuolæ sēsū pulchrè explicat Viglius I cōmenta. ad §. sed si I. stituto. de vulg. sub. lib. 2. insti tutio.

[a] In P. F. filia impubes.

Relictū cōditionale nō trāsmittitur.

non neceſſarius? Et uidetur quod ſic: quia data etai ſi bi libertas a dicto emptore. Dicitur tamen hic, quod ex ſubſtitutione prædicta liber, & hæres erit, & erit neceſſarius hæres mihi patri impuberis: ſed dicto emptori erit hæres ſi uoluerit: alias non conſtringetur. Si autem dictus pupillus ad pubertatem perueniſſet, & ſic pupillaris ſubſtitutio euanuiſſet, nō erit hęres ex ſubſtitutione prædicta: ſed erit neceſſarius hæres emptori. Vi.

a Scriptus eſt. Ab extraneo.

b Alterius nō. Imo repudiauit eius iuſſu, uel ipſe dominus: quod poteſt: ut ī. de ſucceſ. edic. l. 1. §. per ſeruum. alioqui in pendēti eſſet ſua portio interim: ut s. ſi pars hæ. pet. l. 2. & ī. de acquirē. hæred. l. ſeruus duorum. & l. ſeruus cōmunis ab extero. & l. ſequen.

c Subſtituto locū eſſe. In altera parte: ut ī. de acquirend. hęred. l. ſeruus communis ab extero. & l. ſequen. & l. ſeruus duorum. erat enim alter dominus cohæres, qui uult præferri iure accreſcendi. Item alia ratione uult pręferri: quia quandiu inſtitutus eſt, non admittitur ſubſtitutus: ut ī. de acquiren. hæred. l. quandiu. ſed ſubſtitutus habet pro ſe: ut C. de cad. tol. l. 1. §. in primo. & §. pro ſecundo. ubi ſubſtitutus præfertur cohæredi. l. item quandiu. non obſtat: quia non in partem adeuntis ſed repudiantis uenit, cum ſeruus uicem duorum ſuſtinet: ut ī. de ſtip. ſer. l. 1. §. communis. Et ita not. hic quidam ſubſtitutum præferri inſtituto: contra regulam illius legis, & adducunt alium caſum ī. de bo. liber. l. ſi libertus patrono. ſed non eſt bona, ut ex præmiſſis patet: quia non pręfertur inſtituto, ſed in locum repudiantis admittitur. Item opponitur hic de expoſitione illorum uerborum, ſi hæres non erit, cum inſtituitur ſeruus: quæ ſit s. titu. 1. l. ſi pater. & Inſti. eod. §. ſi. Reſp. quoniam hic habet locum conditio ſubſtitutionis repudiante cohærede. qui ſubſtitutus eſt Mæuius per ſeruum medium: & hoc ideo: quia ſeruus communis perſonam duorum obtinet, ut dixi.

habemus: hic hæres ſcriptus eſt: a & ſi hæres non ſit, Mæuius illi ſubſtitutus eſt: alterius dominorum iuſſu adijt hæreditatem, alterius nō: b quæritur, an ſubſtituto locus ſit, an non? Et verius eſt, ſubſtituto c locum eſſe.

Quoties ſubſtitutio eſt plenior quàm inſtitutio, præualet ſubſtitutio. Bartolus.

d Titius d hæres eſto. Stichum Mæuio do, lego: Stichus hæres eſto. e ſi Stichus hæres nō erit f Stichus liber, hæreſque eſto. g In hac quæſtione in primis quærēdum eſt, vtrum g vnus gradus ſit, an duo: & an cauſa mutata ſit ſubſtitutionis, an eadem permaneat? Et quidem in pleriſque caſibus quæritur, an ipſe ſibi ſubſtitui poſſit? Et reſpondetur, h cauſa inſtitutionis mutata ſubſtitui poſſe. Igitur ſi Titius hæres ſcriptus ſit: & ſi hæres non ſit, idem hæres iuſſus ſit: ſubſtitutio nullius momenti i erit.

d Titius. Ad euidentiam not. quod nemo ſibi ſubſtituitur, niſi cauſa mutata, g uel niſi fiāt duo gradus, ut in hoc §. & s. eo. ti. l. ſed ſi plures. §. ſi.

e Stichus hæres eſto. Hæc inſtitutio fit, ut per ſeruum quæratur legatario hæreditas, cum ſit ſine libertate.

f Non erit. Id eſt, ſi hæreditatē Męuio non quæſierit. Azo. ſic enim exponuntur hæc uerba s. ti. 1. l. ſi pater.

t Id eſt, niſi ſubſtitutio afferat commoditatē inſtituto primo loco, quo caſu ſubſtitutio dicitur inſtitutio. prima ex mēte Acct. & Alex.

g Vtrum. Hæc duo dubia ſolues iam ibi, cum unus gradus &c.

h Et reſpondetur. Vt s. eo. tit. l. ſed ſi plures. §. ſi.

i Nullius momenti. Id eſt, nullam commoditatem affert: aliqua tamen eſt: vt ī. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. 1. §. ſed & ſi proponatur. Azo. Alij dicūt nullam eſſe ſimpliciter.

Sed ſi ſub cōditione quis hæres ſcriptus ſit, purè autem ſubſtitutus k eſt, cauſa immutatur: quoniam poteſt ex inſtitutione deficere conditio, & l ſubſtitutioni locum afferre. Sed ſi extiterit conditio, duæ puræ ſunt: & ideo nullius momenti erit ſubſtitutio. Contrà ſi purè quis inſtituatur, deinde ſub conditione ſibi ſubſtituatur: nihil facit ſubſtitutio l conditionalis, nec mutata cauſa n intelligetur: quippe cùm & ſi extiterit conditio, duæ puræ m ſint inſtitutiones. Secundum hæc propoſita quæſtio manifeſtetur: n d Titius hæres eſto: Stichum Mæuio do, lego: Stichus hęres eſto: ſi Stichus hęres non erit, o Stichus liber hæreſque eſto. g Nos didicimus, quoniam eodem teſtamento & legatus ſit Stichus, & libertatem acceperit, præualere p libertatem. & ſi præualet libertas, non deberi legatū: q t & ideo iuſſu lega

k Purè autem ſubſtitut⁹. Scilicet ſibi: & dicitur pura, quia non fuit expreſſa contraria conditio: alia tamen fuit inſerta, ſi hæres non eris. Item tacita intelligitur contraria condit. ſcilicet ſi nauis non uenerit: ut s. ſi cer. pet. l. pecuniam. & ī. de leg. 1. l. ſi poſt mortē. §. pen. ſed per hoc nō facit conditionem. vt ī. de cond. & demon. l. conditionis. ſed cum in omnem euentum ſit futurus hæres, non uidetur expectandum: ut s. tit. 1. l. ſi qs ita ſcripſerit. contra. Solu. ibi omnino erat pura in parte, hic non: ut ī. quando di. leg. ced. l. huiuſmodi. Accurſius.

l Nihil facit ſubſtitutio. Vt ī. tit. 1. l. ſi te ſolum. & ī. de ſecund. tabu. l. ſi ita. in princ.

m Duæ puræ. Altera earum purificata: ut ī. tit. 1. l. antepen. & arg. ī. de fideiuſſori. l. ſi à reo.

n Manifeſtetur. Id eſt, aperiatur.

o Hæres non erit. Id eſt, ſi alium hæredem non fecerit.

p Pręualere. In dubio: ut infra de manumiſ. teſt. l. ſi peculium. §. 1 & infra de fideicom. lib. l. ſi ſeruus. cum enim eſt ſpes libertatis, legatum non ualet, infra de legat. 1. ſi poſt mortem. §. n. ſed ſi ponas defunctum expreſſiſſe ſe nolle legatarium priuare legato, niſi tunc demum, cum iſte ſeruus eius iuſſu hæreditatē quærere nollet, tunc dic, aut Titius adijt: & ſtatim ſeruus quærit legatario, & ſi ſeruus eius iuſſu adeat, ſubſtitutionis conditio expirat, ſi non pareat. poteſt enim eo iubente &c. ut C. de hæred. inſtit. l. 3. & tunc poteſt exiſtere conditio ſubſtitutionis: ſi autē Titius non adijt, legatarius nihil omnino habere poteſt ratione impoſſibilitatis, ut ſtatim dices in gloſ. quæ incipit, ratione impoſſibilitatis &c. ubi ergo talem, (ut dixi) uoluntatem non expreſſit teſtator: legatum pro non ſcripto habetur: ſeruus ergo liber dici poterit, & hæres, non ſolum ex uerbis in ſubſtitutione poſitis, ſed etiam ex iis quæ continentur in inſtitutione. ſ. cum dixit, Stichus hæres eſto.

q Non deberi legatum. Niſi ſub contraria cōditione, ut ī. de leg. 1. ſi poſt. §. fin. hodię tamen uidetur eſſe in

l In P. Fl. & ſubſtitutio aliquid afferre.

n Cauſa nō eſt in P. Flor.

t Sic legatū tacitè auſertur. & quot & quib. modis tacitè auſert legatum, vi de in Spe. titu. de iu di. delega. §. 8. verſi. ſed nūqd.

tarij non posse adire hæreditatem, ac per hoc verum est, Stichum hæredem non esse, [a] & ex sequentibus verbis libertatem [b] illi competere: cùm vnus gradus [c] videatur. Quid ergo [d] si non adierit Titius? incipiet ex substitutione Stichus liber, & hæres esse. Porrò quãdiu non adijt iussu legatarij: nec ex causa legati intelligitur legatarij esse effectus. Et ideo certum est, illũ hæredẽ [e] nõ esse: [f] ac per hoc ex his verbis, Si hæres nõ erit Stichus, liber, hæresque esto: liber & hæres existet. [g] Hoc autem, quod sentimus, Iulianus [*] quoque in libris suis probat.

Seruus substitutus cum libertate pupillo pupillariter, eueniente conditione substitutionis, erit ipsi pupillo, & patri per mediam personam pupilli hæres necessarius, atque liber emptori voluntarius hæres: sed si deficiat conditio substitutionis, hæres erit necessarius emptori Alexan.

Si pupillus substitutũ sibi seruum alienauerit, eumq; emptor liberũ, hæredemq; instituerit: nunquid iste [h] in substitutione habeat statim [*] vniuersum? [i] & si quidem pupillus ad pubertatem peruenerit, necessarius ex testamẽto emptori [*] hæres existit. [*] si verò intra pubertatẽ decesserit: ex substitutione quidem liber & hæres fit, & necessarius patri pupilli: [k] emptori autem voluntarius hæres extitit. [l]

pendenti: vt C. de necess. ser. l. pen. §. fin.

ADDITIO. Dic quod hodie iste §. non est correctus, neque habet locum dispositio d. l. penult. secundum Bartolum, & Iason.

[a] Hæredem non esse. Ad commodum legatarij, & sic alium hæredem nõ facere. Azo. uel dic non esse ex primis uerbis. H.

[b] Libertatem. De hæreditate non apparet: sed dic eam deberi: ut in fi. huius §. statim dices.

[c] Vnus gradus. Id est. remota prima institutione serui remanent seruus, & Titius instituti eodem gradu, quem constat remoueri: ut s. ibi, nos didicimus &c. & sic impropriè substitutio, cum nulla quę ualeat præcesserit institutio. Vel dic un[us] gradus, scilicet substitutionis, idemque secundus uidetur respectu institutionis factæ ob alterius commodum, & subaudi etiam eã unus: & sic satis potest dici, quod sit unus gradus: quia eadem persona est instituta, & substituta: & ad hæc ut sint duo gradus, oportet plures esse personas, s. vnũ institutum, & aliũ substitutum: ut Instit. de grad. cog. §. hactenus. & tñ bene ualet talis substitutio, licet sit un[us] gradus: quia causa est mutata cum prima institutio ad cõmodum legatarij, secundæ ad suum fuerit facta. & secundum hoc est unus gradus, & causa est mutata: sicque solutæ sunt quęstiones supradictę. Itẽ potest dici quod sint duo [*] gradus, ut cum dicit, si Stichus nõ erit hæres, perinde si ac si dicat, si Mæuius per Stichum hæres non erit: ut Instit. de uulg. sub. §. fin. & s. titu. 1. l. si pater. & sic sunt duæ personæ, institutus & substitutus, ergo duo gradus: ut s. eo. l. 2. in princ. Azo. ex his apparet, quod hæres erit, cum ualeat substitutio.

[d] Quid ergo. Supra adiuit cohæres: quid ergo si non adierit &c. & dic incipiet, scilicet indubitanter esse hæres, & liber, etiam si testator uoluit præferre legatarium libertati, & hoc ratione impossibilitatis, ut subijcit. nam Titio non adeunte non transit seruus in dominium legatarij, nisi adita hæreditate a seruo iussu legatarij: sed contra legatarius iubere non potest, nisi suus sit.

[e] Illum hæredem. Scilicet Stichum ex primis uerbis, sed ex sequentibus sicut subijcit. Vel dic melius aliũ, scilicet legatarium per seruum.

[f] Non esse. Ratione impossibilitatis: oportet enim ut primo sit legatarij, & postea eius iussu adeat. & ecõtra oportet, quod primo adeat: & sic fiat suus, quod est impossibile. Azo. quia nõ potest utrũq; prius esse quã alterum. Io.

[g] Existet. Tam hoc casu propter impossibilitatẽ: quã ubi libet: ut ita generaliter hic concludat. Nec ob. cõtra s. e. l. sed si plures. §. fi. ubi dicit non ualere huiusmõi substitutionẽ serui: quia ibi ẽt prima institutio erat cũ libertate: & sic nihil cõmodi affert substitutio. hic prima erat sine libertate, ideoq; secunda commodum affert.

[h] Iste. Seruus.

[i] Vniuersum. respõdi sic: & si &c. ut s. tit. 1. l. pater filio.

[k] Patri pupilli. Quia pupillus patri extitit hæres. sic eo medio seruus necessarius, quia hęres hæredis, &c. ut s. eo. l. paterfamilias. in fi. & j. de acq. hæredi. l. si quis filium. §. fi. in fin.

[l] Extitit. Nunquid tunc abstinere poterit? Resp. Ioan. itaque & nihilominus erit hæres. sicuti in suis abstinẽtibus est. & facit Insti. de hære. insti §. seruus. & s. eo. l. sed si plures. §. quos. & s. tit. 1. l. seruus alienus. §. qui fideicommissarium.

TITVLVS VII.

DE CONDITIONIBUS institutionum.

Vlpianus lib. v. ad Sabinum. I.

Svb impossibili [m] conditiõe, uel alio modo [n] factam institutionem placet nõ vitiari. [o]

DE CONDItionibus institutionum.

Quia in institutione hæredũ apponitur conditio, ideo de hoc dicit. & dic quod alia impossibilis: ut l. 1. alia possibilis: & tunc aut casualis, aut potestatiua, aut mista: ut C. de cad. tol. l. 1. §. sin autem. & differt ab illo j. de cond. & demon. quia hic circa institutiones, & illa circa singularia relicta.

Svb impossibili. CASVS. Institui te hæredem, si cœlũ digito tetigeris: & ita sub impossibili conditione de natura. certè nõ uitiatur institutio, sed cõditio & idem est, si alio modo sit impossibilis cõditio, i. de iure: puta instituo te hæredem, si patrem tuum ab hostibus captum non redemeris, uel si patri tuo pauperi alimenta non pręstiteris. semper enim uitiatur conditio, & non institutio: ut j. eodem, l. conditiones. & l. filius. Viu.

[m] Sub impossibili. De facto: quia natura resistit: ut j. eo. l. si quis ita institutus.

[n] Alio modo i. de iure impossibili: ut j. e. l. conditiones. Vel dic alio, i. contrario impossibili, ut tota die dicimus, nisi aliud cõuenit, & ibi, quicunq; aliud cuangelizauerit, id est, contrarium.

[o] Non uitiari. Vt Inst. de hære. instit. §. impossibilis. & j. e. l. cõdões, 1. & l. cõdões, 2. Sed cõtra. Inst. de lega. §. fi. Sol. hic apposita fuit honorato: ut ibi, relinquo si cęlum

[*] Cuius sñia repetitur in l. sed & si plures. §. ult. s. eo.

[*] Attenta ueritate ex mente Aretin. & Ias.

[*] P. Fl. habeat substitutus uniuersũ.

[*] P. Flo. emptoris.

[*] P. Flor. extitit. sin uerò.

Conditionũ plures sũt modi.

[*] P. F. mẽdo, i. uitio seu errore: sic apud Ci. Attic. lib. 2. Castritianũ mendum nos corrigemus.

eçlũ tetigeris digito, & ibi oneraio ut det hæres, si ex lum digito tetigerit, secundũ Azo. & est ratio: quia non debet auferri beneficium honorato, cui prouidere uoluit per sequentem uoluntatẽ: sicut & si lego usum fructum sine aditu, non ualet adiectio: ut ſ. si usus fructus pe. l. 1. §. t. quasi dicat, tange si potes. Vel ibi non fuit impossibilitas in cõditione, sed in ipso relicto, vt des illi chimeram, & si nõ dederis da x. nomine pœnæ, & sic x. non sunt legata sub conditione, sed nomine pœnæ relicta. Item contra infra eod. l. filius. Sol. fauore honorati habetur pro non apposita, vt hic. sed si expediat ei totã institutionem dicere nullam, vt quia ab intestato libertus est habiturus: potest, vt ibi: vt arg. C. de leg. & const. l. quod fauore. sed in filio speciale: quia nõ potest sub conditione nisi potestatiua institui: vt ibi. Item contra ĩ. eo. l. si Titius. Sol. ibi speciale, quando propter perplexitatem occurrit impossibilitas. Item cõtra Instl. de inuti. stipu. §. si impossibilis. vbi vitiatur. Sed ibi in contractu. & est ratio: quia ibi utriusque cõsensus exigitur: ut ſ. de pac. l. t. ibi, duorum consensus &c. & ĩ. de act. & obl. l. non solum. at hic ex uoluntate testãtis tantũ: sed in contractibus innominatis secus quã in aliis: quia ita ibi agitur, si fuit impossibilis, sicut & si possibilis fuisset conditio. nam condicã ea cessante: ut C. de condi. ob caus. l. si militem. Vel ibi loquitur cũ re contrahitur obligato, secus si consensu, & verbis, uel illa non est impossibilis conditio: ut C. de proc. l. ita demum. Item quid si in personam tertij fuit apposita conditio impossibilis? respon. pro non apposita habetur: ut ſ. ti. 2. l. si Mæuia. licet quidam cõtra. Item quid si matrimonium vel spõsalia fiant sub impossibili conditione? Quidam dicunt ualere. & facit ad l. istã supra titu. t. l. seruum meum. §. pe. & de inust. test. l. cum in secundo. in fi. ĩ. de cond. & demon. l. 1. Acc.

Conditio impossibilis quãdo noceat.

Conditio si meus erit, verificatur in proprietate tantum totius, vel partis nisi contraria voluntas appareat. Bar.

Idem lib. vj. ad Sab. II.

SI testamento comprehẽsũ sit, ille seruus si me[a] erit: aut, Qui meus erit, cũ moriar, hrs esto: quatenus accipiatur meus quæritur?[b] Et si quidem alienauit in eo vsumfructũ, nihilominus ipsius est.[c] Si verò partem in eo alienauit: an deficiat conditio institutionis quæritur? Et verius est non defecisse conditionem:[d] nisi euidentissimis probationibus testatorẽ voluisse apparuerit pro hac conditione hæc verba inserere.[e] Si totus seruus in dominio eius remanserit, tunc enim parte alienata, conditio deficit.

SI testamento. CASVS. Ita dixit Titius in testamento suo. Stichus seruus mihi hæres esto, si meus erit cum moriar, uel qui meus erit cum moriar, & post factum testamentum alienauit dictus testator usumfructum in dicto Sticho, uel partem Stichi? & postea decessit dictus testator: nunquid erit hæres Stichus? Et dicitur quod sic: nisi probetur testatorem non aliter uoluisse Stichum esse suum hæredem. nisi tempore mortis suę testatoris totus Stichus inueniatur esse in dominio suo. Sed pone quod duos seruos instituit sibi hæredes hoc modo: primus, & secundus si mei erunt cum moriar, liberi sunto, & mei hæredes. & post testamentum alienauit unũ de eis: & postea decessit, nũqd solus non alienatus erit eius hæres? Et dĩ qđ sic. Vi.

[a] Qui meus. Hæc paria sunt: ut infra de legat. 3. l. nuper. in fine.

[b] Quæritur. An plenam, vel nudam, vel totam proprietatem contineant vel eius partem. Azo.

[c] Ipsius est. Quid si contra fecerit? videtur idẽ: arg. supra de vsufructu. l. 4. Sed dic contra: vt ĩ. ad Sillan. l. prima §. t.

[d] Non defecisse. Conditionem. Sed quis erit hęres? Respon. vt in seruo cõmuni diximus: vt ſ. de hęred. in sti. l. sed & si in conditione. §. si seruũ communem: ar. ĩ. e. §. sed si duo. Itẽ not. hic qđ commune est, meũ est: sic ĩ. de ver. sig. l. pupillus. §. fi. & s. de ritu nup. l. illud. Sed arg. cõtra, ſ. de proc. l. Pomponius. §. sed & si is. & ĩ. de leg. 1. l. serui electione. §. Labeo. & l. sequen. & ſ. de re. diui. l. in tãtum. §. vniuersitatis. & de interrogat. act. l. si defensor. §. qui interrogatus. & ĩ. de aur. & arg. lega. l. Quintus. I prin. sed in dubio dicas non dici meũ nisi totum sit meũ.

[e] Inserere. Ad quod ĩ. de condi. & dem. l. in conditionalibus. & de leg. 1. l. Iulianus. §. seruos. Accur.

Vna pluralitas geminat plures singularitates. Bar.

Sed si duo[f] serui ita sunt hæredes instituti, Primus, & Secũdus, si mei erunt, cum moriar, liberi & hr̃des sunto. & alter ex his sit alienatus. Celsus rectè putat, sic accipiendum, atque si singulos separatim sub eadem conditione[f] hæredes instituisset.

[†] Gl. fi. in c. olim. in med. de relc. induxit hũc §. I arg. q si quia plura proponat t relc. quorũ alterũ sufficeret ad victoriam, suffi cit alterũ pbare.

Conditio potestatiua habetur pro impleta, si stat per eum, in cuius persona debet impleri. Bartolus.

Paulus libro primo ad Sabinum. III.

SI ita hæres institutus sim: si decẽ dedero, & accipere nolit, cui dare iussus sum: pro ĩpleta conditione habetur.[g]

[f] Eadem conditione. Scilicet si meus erit. & not. per hoc potest reprobari illa propositio, duo & tria sunt quinq;. vel duo, & duo, & tria sunt septem. Azo. & secundum quod hic dicitur, est vera, id est, duo sunt de numero septem. & tria sunt de numero septem. Hug. Item no. verbum plurale geminat significationem singularis. sic ĩ. de leg. 3. l. qui cõcubinam. §. si Stichus. & de cond. & dem. l. falsa. in fi. & l. cui fundus. & ſ. de hære. instit. l. hoc articulo. & l. paterfam. testamento. Sed arg. contra C. de impub. & alus subst. l. 2. & l. quamuis. & l. pen. Item facit ĩ. ti. 2. l. talem. §. 1. Accur.

Plurale significationẽ singularis geminat.

SI ita hæres. CASVS. Titius instituit me hæredem sub cond. si dedero Seio x. & decessit dictus Titius, & postea ego obtuli x. Seio: & ipse accipere noluit. certe perinde ero hæres, ac si conditionem impleuissem: quia per me non remanet. Viu.

[g] Habetur. Sufficit enim sola oblatio: vt ĩ. de statulib. l. statuliberos. §. Stichus. nũ ab sit cui dando est, quia tunc debet deponi: vt in eo. ti. l. cũ hęres. in prin. Sed an iste cui est dandũ, loco legatarij sit? Rñ. nũ, vt ĩ. si quis omis. cau. test. l. si quis sub conditione. Argu. contra ĩ. de lega. 3. l. fideicommissa. §. cum esset. Azo. Itẽ quod hic dicit haberi pro impleta. verum est ẽt in institutione: porro in legato secus est. nam si statim possit impleri: q: in dãdo, habet pro impleta, si prohibetur legatarius implere. sed si nõ poterat statim impleri, vt quia x. lego tibi si feceris domũ hinc ad centũ dies: licet prohibearis facere, tempus tñ expectatur: vt ĩ. de verbo. obl. l. in illa stipulatione, si Calen. secus si ita relinquatur libertas Arethusæ, si tres pepererit: & per hæredem fiat, quo minus possit parere. tunc enim propter malitiã hæredis statim habetur pro impleta: vt

vt infrà de ſtatulib.l.ſtatuliberos.§.1.& fi.& l.ſeq.& l. ſi peculium.§.pen.& facit.ĵ. de condit.& demon.l.iure ciuili & ĵ.de reg.iur.l.in iure. Hug.

SI qui ita. CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredes Caium, & Sempronium ſub conditione ſi permãſerint ſocij, ipſi inter ſe vniuerſorum bonorum ipſius teſtatoris vſq; ad 16. annũ, & poſtea deceſſit teſtator, nunquid valet dicta inſtitutio? Et vi. Marcello quod non: ideo quia teſtator videt voluiſſe, ꝙ pri' ſint hæredes quam ſocij. & econtra non videntur poſſe eſſe hæredes antequam conditionem adimpleant, id eſt, antequam ſint ſocij. Iulianus autem dixit valere dictam inſtitutionem. & benè dixit: quia & ante aditam hæreditatẽ poteſt iniri ſocietas eiuſdem hęreditatis quaſi rei futuræ: ſed & ſi dictus Caius, qui habuit cohæredem Sempronium, fuit inſtitutus ſub conditione, ſi ſeruũ hæreditarium non alienauerit, poteſt implere conditionẽ cauendo dicto ſuo cohæredi de non alienãdo dictum ſeruum. ſi autem non habuiſſet cohęredẽ, ſed ſolus eſſet inſtitutus ſub dicta conditione, videtur Inſtitutus ſub impoſſibili conditione, cum non habeat cui caueat: & ideo erit hæres remota conditione prædicta: vt dixi ſuprà eodem, l. 1.

Vlpianus lib. viij. ad Sabinum. IIII.

SI qui ita ſint inſtituti, Si unà ſocij bonorũ meorum permanſerint [a] uſque ad annos xvj. hæredes ſunto: inutilẽ eſſe inſtitutionẽ ſecundũ uerborum ſignificationẽ, [b] Marcellus ait. Iulianus autem, quoniam & ante aditam hæreditatem iniri ſocietas poteſt, quaſi rei futuræ [c] ualere inſtitutionem. quod uerum eſt.

Hic §. tractat de Mutiana cautione. Bar.

Idem Iulianus ſcribit eum, qui ita hæres inſtitutus eſt, Si ſeruum hæreditarium non alienauerit: cauentem [d] cohęredi [e] impleri cõditionem. Cæterum ſi ſolus hæres ſcriptus [f] ſit: ſub impoſsibili [g] conditione hæredem inſtitutum uideri. quæ ſententia uera eſt.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur vtranque partem eſſe veram: ſed ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit alteram partẽ eſſe veram. Bart.

Paulus libro ii. ad Sabinum. V.

SI hæredi plures conditiones cõiunctim [h] datæ ſunt, omnibus parendum eſt: quia unius loco habentur: ſi diſiunctim, cuilibet. [i]

Impoſſibilitas de inſtitutione reiicitur. Bar.

Vlpianus libr. ix. ad Sabinum. VI.

SI quis ita ĩſtitutus ſit, ſi monumentũ poſt mortẽ teſtatoris ĩ triduo proximo mortis eius feciſſet: cum monumentũ in triduo perfici nõ poſſit, dicendum erit conditionẽ euaneſcere, [k] quaſi impoſſibilem.

a Permãſerint. Erat enim teſtator ſocius omnium bonorum cum aliquo de illis ad 16. annos. Acc.

b Significationẽ. Hoc ideo: quia ex verbis ennuincitur, qđ teſtator prius voluit eſſe hæredes, quã ſocios. ſic enim dixit, meorũ. Item eſt contra, quod non põt prius eſſe hæredes: quia oportet quod ſit impleta conditio: vt ĵ.eo.l. qui ita hæreditatem. rurſus ſocij in alienis bonis eſſe nõ poſſunt, antequam eſſent dñi, id eſt hæredes, ſed quia poteſt iniri ſocietas ante aditã hæreditatem, & ſic poſtea adiri poteſt, valet inſtitutio ſcđm Azo. ſed an debeant ſtare in ſocietate per 16. annos antequam adeant? Azo. videtur quod non: quia conditione impleta remanet ſolus dies, qui habetur pro nõ adiecto: vt ſ̄.ti.a.l. hæreditas. Sed certè imo non videẽ impleta ex contractu, ſed ex perſeuerantia in dictum tẽpus. aliud ſi inſtituo te poſt 16. annos: ſi cras feceris hoc, quia ibi ſolus dies remanet.

c Futuræ. Fit enim ſocietas præſentium, & futurorũ bonorum: & quod dicit ante aditam hæreditatẽ, poſt mortem tamen: quia tunc non valeret, niſi dominus conſentiret: vt C. de pac. l. fi. niſi fieret ſuper hæreditate incerti hominis: vt ſ̄. pro ſoc. l. 3. §. 1. ſed talis ſocietas hæreditatis incertæ non implet iſtam conditionem: quia ſpecialiter teſtator dixit, meorum.

d Cauentem. Modo reſpondet.

e Cohæredi. De non alienando: vt ĵ. de condi. & demon. l. Mutianæ. ſed an hęc cautio Mutiana eſt: Reſpon. ſic, per l. iſtam, quæ generaliter dicit quando eſt in nõ faciendo conditio. Sed np. impleri poteſt viuente eo, cui eſt impoſita, ſcilicet hærede poſt mortem ſerui: ergo ipſa locum nõ habet, ſed conditionis euentus expectandus eſt: vt ĵ. de condit. & demõ. l. cum tale. §. Titius. & l. pater. §. ſocrus. Sed dic triſtis eſt talis expectatio: vt ĵ. e. l. cum tale. in principio.

f Scriptus. Sub dicta conditione.

g Sub impoſſibili. Cum non eſt cui caueat, & ideo pro nõ adiecta habetur: vt dicta l. Mutianæ. in fi. & facit ĵ. eo. l. mulier. in prin. & de cõdit. & demonſtra. l. cum ſub hac. Accurſius.

SI hæredi. CASVS. Inſtitu' mihi heredem Titium ſub conditione, ſi aſcenderit Capitoliũ & ſi dederit Seio x. certè non erit mihi hęres Titius, niſi prius vtrique conditioni paruerit. ſi autẽ inſtituit eum ſub cõditione ſi aſcenderit Capitolium, vel dederit Seio decem: ſatis eſt obtemperare ei conditioni, cui voluerit, & erit hæres. & hoc dicit. Viu.

h Coniunctim. Scilicet ſi illud, & illud: diſiunctim, ſi illud aut illud: vt Inſti. de hæred. inſtitu. §. ſi plures, & verbum cuilibet, ſunt duæ partes: vel ſi vna, ſubau. obtemperari ſatis eſt: vt habes Inſti. de hære. inſti. §. ſi plures. ſi autem diſiunctim, id eſt, ſeparatim in diuerſis partibus teſtamenti, tunc ſecus: vt ĵ. de condi. & demon l. ſub diuerſis. & l. quod traditum. & l. nam ad ea. in prin. & l. per fideicom. & facit ad hanc legem ĵ. de verbo. obl. l. ſi ita quis. & l. ſi quis ita. & ĵ. iud. ſol. l. cum quærebatur. & de cond. & demonſ. l. cum pupillus. & ſupra titu. 2. l. ſi te. in fi. de reb. dub. l. ſi is qui. §. verũ. ſed quandoq; diſiuncta pro copulatiua ponitur: vt ſup. ti. 2. l. Lucius. & C. de verb. ſig. l. pe. & C. de inſti. & ſubſt. l. generaliter. & ĵ. de ver. ſign. l. ſæpe. quæ ſunt arg. contra ſed ſpecialia ſunt.

i Cuilibet. Id eſt, cui placet.

SI quis ita. Inſtitui mihi hęredẽ Titium ſub conditione, ſi monumentũ poſt mortẽ meam in triduo ꝓximo mortis meæ feciſſet: & poſtea deceſſi. inuenitur poſtea verum eſſe, ꝙ dictum monumentum non poteſt fieri in dicto tempore, certè euaneſcit conditio prædicta, quaſi impoſſibile de natura. & ita erit mihi hæres ſpreta dicta conditione. Viu.

k Euaneſcere. Sed nunquid facere debebit monumẽtũ? Rñ. vtiq;. Ro. ſic ſ̄. de arb. l. Celſus. §. idem ait. duo enim fuerunt teſtatoris pręcepta. Azo. ſic ĵ. de cõdit. & demonſt. l. hæc ſcriptura. in prin. & facit ĵ. de lega. 1. l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruo. Itẽ facit ā. eo. l. 1.

Si quis

Pompili v ad Sab. VII.

SI quis sub conditione [a] hæredes instituisset, si inuicem cauissent, legata eo testamento relicta reddituros: placet remitti eis conditionem: quia ad fraudem legum respicerent, quæ [b] vetarent, quosdam legata capere. quamquã & si cautum esset, in ipsa exactione [*] exceptione tuendus esset promissor.[c]

Iurisiurandi conditio hæredi, uel legatario, uel fideicommissario, uel mortis causa donatario apposita, remittitur: siue sola siue coniunctim, siue disiunctim cũ alia fuit apposita. h. d. vsq; ad §. quoties. Bar.

Vlp. lib. I. ad edi. VIII.

QVæ sub conditione [d] iurisiurandi relinquuntur, à prætore reprobantur. Prouidit enim, ne is, qui sub iurisiurandi conditione quid accepit, [f] aut omittendo [g] conditionẽ [h] perderet hæreditatem, legatũve, aut cogeretur turpiter accipiendo, [*] [i] conditionẽ [k] iurare. Voluit ergo eum, cui sub iurisiurãdi conditione quid relictũ esset, ita capere, [l] ut capiunt hi, quibus nulla talis iurisiurandi cõditio inseritur, & rectè. Cùm enim faciles [m] sint nonnulli hominũ ad iurandũ [†] contemptu religionis, alij perquam [n] timidi, [o] metu diuini numinis usque ad superstitionem, [p] ne uel hi, [q] uel illi [r] aut cõsequerẽtur, aut perde-

SI quis sub cõditione. CASVS. Instituit Titius sibi hęredes Seium, & Caium sub cõditione si inuicem cauissent se soluturos legatarijs legata in eodem testamento relicta ab eodẽ Titio: inter quos legatarios erãt quidam qui per legẽ legata capere non poterant, puta, quia erant in metallum damnati: ut ĩ. de ijs quæ pro non scriptis. l. tertia: & postea decessit Titius testator prædictus. nũquid tenentur sibi adinuicem facere dictã cautionẽ, si uolunt esse hæredes? Et dicitur quod non, quia dicta conditio videtur apposita in fraudẽ legum, quæ leges uetãt aliquos capere legata, sed & si vnus de dictis cohæredibus cauisset alteri de soluendis legatis, & legatarius non capax exigeret ab eo legatum, habet excep. contra eum. Viuianus.

[* P. Fl. In ipsa actione.]

a Si quis sub conditione. Argu. contra eos, qui copulãt aliquos in matrimonium: & iurãt, quod neuter iure consanguinitatis separet matrimonium. præsumitur enim quod scierint consanguinitatem. Argu. contra C. de euict. l. penul. Azo. quilibet enim ignorare præsumitur: ut ſ. de probat. l. uerius. & C. qui manumi. non possunt. l. super seruis.

b Quæ. Leges. Accur.

c Promissor. Siue promiserit non capaci: ut ĩ. vt leg. no. ca. l. 1. §. si quis sub cõditione, siue hæredi. nã & hęredi obijcit exceptio, nõ legatario, cum ex pacto hęredis legatario non detur actio: ut C. de pact. l. pacto successorũ. Sed quidam dĩt dari: quia interest hæredis: ut ĩ. de uer. ob. l. stipulatio ista. §. si stipuler. & secundum hoc etiam ei obijcitur exceptio. Sed certè ibi stipulanti non alij: ut C. eo. tit. l. liber homo. in fin. & facit ſ. de condictione sine causa. l. 1. & ĩ. de superficiebus l. 1. §. quod ait. & ĩ. vt in poss. lega. l. 1. §. 1. in fi. & ad leg. Fal. l. quod de bonis. §. 1. & l. Seius & Augerius. Acc.

QVæ sub conditione. CASVS. Institui te hæredem, vel legaui tibi centũ, vel fideicõmissum te liqui, uel mortis causa donaui sub cõditione, si iuraueris te facturũ mihi monumentũ, ponamus: & postea decessi, certè remittitur tibi conditio iurisiurandi per prætorẽ, & debes facere monumentũ, & cõseq postea hæreditatem meam, uel legatum, uel fideicommissum, vel mortis causa donationẽ, & consultissimè interuenit prætor ad remittendã conditionẽ iurisiurãdi. Nõnulli enim homines sunt faciles ad iurandũ propter religionis contemptũ: & malum esset, quod illi ita faciles consequerentur aliquod prædictorum ita facile iurando. Itẽ & quia alij homines sunt ualde timidi ad iurandum, adeo quod credant esse superstitiosum iurare. & hoc faciant metu diuini numinis: & malũ esset quod illi ita timidi perderẽt illud quod relictũ est eis, ex eo, quod iurare timent, & nolũt. Sed quid si instituit te hæredẽ, si iurares te facturum mihi monumentũ: & si Titio decem dederis? certè remittitur tibi conditio iurisiurandi: sed monumentũ facere debes, & dare Titio x. & idẽ si dictas duas conditiones adscripserim tibi alternatiuè. nam semper remittitũ tibi conditio iurisiur. teneris tñ (ut dictũ est) facere illud quod iussus eras iurare facere, uel dare, dũ tñ illud non sit improbum uel impossibile de facto. Quid enim si mortuus ẽ Stichus, uel manumissus viuo me testatore, quem iussus eras à me iurare manumittere? certè non uideris conditione defectus: implere. n. debes uolũtatem meam si potes: si aũt nõ potes iure, uel facto prohibente (ut dictũ est) nihilominus habere debes hæreditatem. Item scias, quod ille, cui apposita est conditio iurisiurandi, nõ habet necesse adire prætorem, vt sibi remittat conditionem iurisiurãdi: semel enim in perpetuum à prætore remissa est: & est remissa legatario etiã ignorante hærede. unde si legatari⁹ cui apposita est conditio iurisiurãdi, decedat post mortem testatoris, qui ei reliquit legatũ. & ante mortẽ suã legatarij fecerit ipse legatari⁹ illud quod rogatus erat iurare facere, hæres ipsius legatarij petet legatum: quasi fuerit purũ a conditione iurisiurandi. i. ac si non esset apposita conditio iurisiurandi. nam in perpetuum à prætore remissa est, ut dictum est. Vmi.

[* P. Fl. accipiendi.]

[† In hac sententiã eleganter Plato dialogo xij. de legib.]

d Quæ sub conditione. Prætor reputauit quandã cõditionẽ turpẽ, quę non uidetur turpis: ut ecce, instituo te, uel tibi lego, uel causa mortis dono, si iuraueris aliquid te daturum, uel facturum, & est ratio, quare sit habenda turpis: quia quidam facile iurãt, & forte non seruant, alij potius relictũ dimitterent, quã iurarent.

e Reprobantur. Quod ad iuramentũ: sed conditio est implẽda, nisi sit turpis alias: ut ĩ. e. §. quoties. & ĩ. ꝓx. uoluit, &c. & ĩ. de condi. & demon. l. hæc scriptura.

f Accepit. Destinatione. Azo.

g Omittendo. Propter religionem.

h Conditionem. Iuramenti. Azo.

i Accipiendo. s. relictum, cogeretur turpiter iurare.

k Conditionem. s. se impleturum. Acc.

l Capere. Scilicet absolutè.

m Faciles. Ad id quod dicit faciles, est sic C. de indiuid. l. a. ad quod dicit difficiles, sic C. ad leg. Iuliam repetun. l. fi. & C. de fide instru. l. fi. §. fi.

n Perquam. Id est, ualde.

o Timidi. Repete, sunt ad iurandum.

p Ad superstitionẽ. i. [r] putãt esse superstitiosũ iurare, uel idẽ dicere, et p superstitionẽ nolũt iurare: quod nõ licet, si sit publice improbata, ut per Iunonẽ, Apollinẽ, & similia: secus in superstitione nõ publice reprobata: ut per crede mihi, quod est iuramentũ monachorũ: ut ſ. de iureiu. l. non erit. §. diuus Pius. & §. sed & si quis.

q Hi. Faciles ad iurandum. Accur.

r Vel illi. Difficiles ad iurandum.

[r Quid sit religio, quid itẽ superstitio, pulchrè Bud. I an not. tit. de ędil. edi. l. 1. §. apud Iulianũ. ibi, superstitiosum &c. Monschi per Crede mihi, iurare debẽt.]

rent, quod relictum esset prætor consultissimè interuenit. a Etenim potuit is, qui uoluit b factum, quod religionis cō ditione astringit, sub conditione faciendi c relinquere. Ita enim homines aut facientes admitterentur, aut non facientes deficerentur cōditione. Hoc edictum etiam ad legata pertinet, non tantum ad hæredum institutionem. In fideicommissis quoque oportebit eos, qui de fideicommisso cognoscunt, subsequi prætoris edictum eapropter, quia vice legatorum funguntur. Et in mortis causa donationibus dicendum est, edicto huic locū esse: si fortè quis d cauerit, nisi iurasset se aliquid facturū, restituturum quod accepit. Oportebit itaque remitti cautionem. e Si quis sub iurisiurandi conditione, & præterea sub alia f sit institutus: hic * videndum est, an remittatur cōditio. Et magis est, vt remitti iurisiurandi conditio g debeat, licet alij conditioni parendum habeat. h Sed si sub iurisiurandi i conditione sit institutus, aut si decem dederit: hoc est, alternata conditione, vt aut pareat conditioni. k aut iuret: * illud quidem videndum, nunquid ei remitti conditio non debeat: quia potest alteri conditioni parendo esse securus? sed est verius, remittendā cōditionem: l ne alia m ratione † conditio eū altera n vrgeat ad iusiurandum.

Licet iusiurandum remittatur: tamen dandum, uel faciendum est, quod sub illo iuramento præcipiebatur. Item conditio potestatiua, uel modus habetur pro impleto, si non stetit per eum qui debet implere, sed per casum. Bart.

Quoties hæres iurare iubetur daturum se aliquid, vel facturum, quod non improbum est: o actiones hæreditarias non aliàs habebit, quàm si dederit, vel fecerit id, quod erat iussus iurare. p Mortuo autem, vel manumisso Sticho, viuo testatore, qui q ita hæres institutus est, si iurasset se Stichum manumissurum, non videbitur defectus conditione r hæres, quamuis verum sit,

a Interuenit. Vt sacramētum prædictum remitteret: ut s. in pri. huius l. Sed contra s. de iureiu. l. si quis eū. & C. communia utriusq; iud. l. si cum patro. Sol. ille in contractibus, hæc in ultima uoluntate. hoc non placet: ut s. de pac. l. pactū. Sed dic ibi de præterito, hic de futuro erat iuradu. Itē contra j. de manu. testa. l. si quis liber. Sol. ibi speciale fauore eius: quia talis posset esse conditio, quam seruus implere non posset: ut cum Titia contrahere matrimoniū. quia matrimonium non est cum seruo secundū leges, licèt secus secundum canones, & sæpe sub iuramento continetur, quod seruus facere non posset. Vel dic, quod ibi de præterito. Item contra infra, de cōditioni. & demonstratio. l. municipibus Solut. speciale ibi. Vel dic, ibi non dicit, an debeat remitti conditio iurisiurādi, vel non: sed si possibilis, uel non: & qualiter, & per quos possit ei pareri. Vel dic quod ibi de præterito. Item cōtra j. de acquir. hære. l. Antistius. Solue ut ibi. Vel dic, & ibi de ꝑterito, & est ratio ad hanc generalem solutionem de præterito: quia in præterito non pōt aliter impleri cōditio: quia non potest amodo non dare, uel nō facere. Sed si de futuro, sic. sie dicimus de periuro, an fiat infamis. ut C. de trā sactioni. l. si qs maior. & facit ad hoc j. ad Trebel. l. facta. §. si sub cōditiōe. & infra, de lega. 1. l. si quis inquilinos. in fin. & supra, de conditio. & demonstratio. l. hæc scriptura. & l. non dubitamus, & de legat. 2. l. cum pater. §. filius. & C. communia de lega. l. 2. & j. quando dies legat. ced. l. 5. & infra, de bo. libert. l. libertus sub conditione. & j. de militari testam. l. si à milite. §. edictum. & j. de lega. 3. l. nō dubiū. §. 1. & j. eo. l. conditiones contra edicta.

b Voluit. i. prætor.

c Faciendi. Simpliciter sine iuramento.

d Si forte quis. Scilicet donatarius, cum accipit à donante. ad quod Institutionibus, de donationibus. §. primo. Accur.

e Cautionem. i. iuramenti.

f Sub alia. Si decem dederit.

g Conditio. I. iurisiurandi.

h Parendū habeat. id est, parere necesse habet. similis expositio s. de rei uen. l. in fundo. & j. de uerb. oblig. l. in illa stipulatione, si Calendis. Item facit j. si quis omissa causa testa. l. qui autē. §. si. & j. eod. l. si quis ita hæres. Item & huic debet parere, licet non iuret: ut j. in prin. huius legis notatur. Sed cur secus infra, de condit. & demonstra. l. cum tale. §. Mæuiç. ubi innuit, qd' nec alteri sit parēdum. Sol. ut ibi.

i Iurisiurandi. Vt uadat Romam.

k Cōditioni. De dādis decem.

l Conditionem. Sacramenti tantū, nō facti vel dādi quod sub sacramento cōtinetur: ut j. de conditio. & demonstr. l. hæc scriptura. §. 1. Azo. Et not. s. in princip. huius l. ubi turpe cōtinetur sub iuramēto: vt j. proximo §.

m Ne alia, id est, si ei non remitteremus alia rōne &c. id est, quia alia alternatim ei coniungitur: cogeretur ad id ad quod non cogitur in simplici, & & si cōditio altera, scilicet alternatim iniuncta. Vel dic, conditio alia, puta grauis, cui non pōt parere commodè cogetur &c. & sunt simila, supra de trā sactio. l. cum hi. §. sed cum his. & de rebus eo. qui sub tut. l. magis. §. si pupill'. & de suspect. tutor. l. tutor. §. liberi. uel sicu. sed patronum. & de iudi. l. 2. §. sed & si agant. & l. sed si susceperit. §. 1. Sed arg. contra infra qui & a qui. l. si. §. is qui operas.

n Altera. Alternatim iuncta. Acc.

o Non improbum est. Tunc secus: ut j. l. proxi.

p Iussus iurare. Solo iureiurando ei remisso: ut j. de condi. & demō. l. hæc scriptura. & j. de manu. testa. l. si quis libertatem.

q Qui. Scilicet hæres.

r Defectus conditione. Imò uidetur deficere, & sic est contra s. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. Solu. ibi post mortem testatoris decessit, hic eo viuo. hoc non ualet, quia & ibidē dicit, idem qn ante. Alij, qd hic nō erat in mora manumittendi: ibi sic, uel hic alius erat relictus', ibi non. Tu dic qd ibi fuit ab alio occisus, hic sua morte obijt. Et qd dicit hic uiuo: idē si post mortem, dummodo ante moram: ut j. de conditio. & demonstratio. l. antepenul. §. 1. Item contra ad idem, C. de condi. inser. l. legatum. & j. de condition. & demonstratio. l. in testamento. Sed ibi erat conditio, quæ

* P. Flor. huic.

* In P. Fl. aliud qd videndū.

† Nā qd' vna via ꝓhibet, alia ꝑmitti nō debet. Cō cot. c. vlt. in glo. sup verb. & ꝑsonaliter. post med. ibi, & qd' nolemeo. extra, de offi. dele.

quæ pendebat ex suo, & alterius facto, scilicet si illi nubat: hic ex facto manumittentis tm: quia inuitus manumittitur: vt C. de manu. testa. l. fi. §. licet enim, & adde hic distinctionẽ quã habes C. de insti. & subst. sub. condit. fact. l. 1. Item facit ad §. ℥. de lega. 2. l. Tu͏̈ pta. §. 1. & l. si fundum, §. Iulianus, & C. de cadu. tol. §. ne autem, & ℥. de verbo. sign. l. quæret aliquis, in fi. & de reg. iur. l. iure ciuili, & ar. ℥. de cura. bo. dã. l. 1. & ℥. co. l. si quis testamento.

a Eum. Hæredem.

b Viueret. Scilicet seruus.

c Voluntas. Scilicet defuncti ab hærede vel legatario.

d Si potest. Hæres vel legatarius.

e Remittendo. Sic in auth. de hęred. & fal. circa prin. col. 1. & C. ne liceat poten. l. 1. in princi. & 24. q. 1. c. 1.

f Remissum ẽ. Per hanc legem.

g Cesserit. Id est, dies mortis testatoris venerit: à quo solent pura legata cedere: vt C. de cadu. toll. l. 1. §. 1. & in §. in nouissimo. Sed videtur remanere cõditio, vt det vel faciat: vt ꝭ. eodem §. quoties Respon. conditio expressa & hominis, id est, testantis, nõ fuit nisi iusiurandi. sed legis & tacita est de dando, vel faciendo, quod erat iurandum: quæ tacita nõ facit rem conditionalem: vt ℥. de condi. & demonstra. l. conditiones. est ergo hic purum quantum ad transmittendum: quia conditionale non transmittitur: vt C. de cadu. tol. §. si autem.

† Quod ergo illicitum est, contra id potest qs venire ꝓpria auctoritate. simile in c. venerabilem. cum glo. super verbo, venire. ex. de ele. Conditio tacita rẽ conditionalẽ non facit.

compellendũ eum a manumittere, si viueret. b Idem est, & si ita hæres institutus esset qs, Titius hæres esto, ita vt Stichum manumittat. aut, Titio cẽtum ita lego, vt Stichum manumittat. Nam mortuo Sticho, nemo dicit submouendũ eum. Non videtur enim defectus conditione, si parere conditioni non possit. Implenda est enim voluntas, c si potest. d

Quod à iure remittitur, non est necesse remitti à iudice. Itẽ tacita conditio non impedit transmissionem. Bar.

De hoc iureiurando remittendo e non est necesse adire prætorem. † Semel enim in perpetuũ à ꝑtore remissum est: f nec per singulos remittendum. Et idcirco ex quo dies legati cesserit, g remissum videtur, ẽt ignorante scripto hærede. ideoque in hærede legatarij rectè probatur, vt post diem legati cedẽtem si decesserit legatarius, debeat hæres eius actiõe de legato vti, quasi purè legato relicto ei, cui hæres extiterat.

Paulus libro xlv. ad edictum. IX.

Conditiones, quæ cõtra bonos mores inseruntur, remittendæ sunt: veluti, si ab hostibus patrem suum non redemerit: h si parentibus suis, patronove alimenta non præstiterit.

Vna scriptura videtur continere id, quod continetur in alia, ad quam illa refertur. Bar.

Vlpianus libr. viij. disputatio. X.

Institutio talis, Si codicillis Seium hæredem scripsero, hæres esto non est inutilis in quouis hęrede instituto: ꝑter filiũ. i est enim conditionalis institutio: nec videtur hæreditas codicillis data: qđ interdictũ est. k verum conditionalis est hęc institutio, quę testamento data esset. l Proinde & si ita scripserit, Cuius nomẽ m co

Conditiones. CASVS. Legaui Titio decẽ sub cõditione, si non redemerit ab hostibus patrẽ suum ab eis captum, vel sub ista alia conditione, si non præbuerit alimenta parentibus, suis pauperibus, vel patrono suo, & postea decessi. certè habebit dictum legatũ Titius, remissis sibi dictis conditionibus tanquam cõtra bonos mores insertis. & h. d. hæc l. Viu.

h Non redemerit. Scilicet eum instituo, vel ei lego. Ad quod naturaliter filius tenetur: aliàs potest exhæredari: vt C. de episco. & cle. authen. si captiui, & facit Inst. de leg. in fi. & C. de iis, quæ pœ. nomine. l. 2. & ℥. eo. l. conditiones, & quod no. ꝭ. co. l. 1. Ac.

Institutio. CASVS. Ita dixi in testamento meo, Si codicillis Seium hæredem instituero hæres esto, & postea feci codicillos, & in eis institui mihi hæredem dictum Seiũ, & postea decessi. certè valet dicta institutio, nã est data Seio hęreditas conditionaliter à me in testamento meo: & nõ videtur esse data in codicillis, in quibus prohibitum est fieri institutionem, secus autem si prædicto modo instituissem mihi hæredẽ filiũ meum in mea potestate constitutũ, quia tunc erit inutilis institutio: & quasi à me præteritus dictus meus filius faceret ipso iure nõ valeret testamentum meũ, nam filius debet institui pure, vel sub potestatiua conditione: vt ꝭ. de hæredib. instit. §. suus, & l. iam dubitari, vel si instituatur sub casuali conditione, debet in eius defectũ exhæredari: vt C. de institutio. & substi. l. si pater. in nostro autem casu fuit casualis conditio, & in eius defectum nõ fuit à me exhæredatus dictus meus filius, & ideo non est mirũ, si est inutilis institutio. & quod dixi ꝭ. in persona Seij, scilicet vt valeat institutio: idem esset si ita dixissem, cuius nomen codicillis scripsero, ille mihi hæres esto, & postea fecissem codicillos, & in eis scripsissem nomen Seij, non valebit institutio, non quasi in codicillis facta, qđ est prohibitum: sed quasi facta in testamento. Si autem dixissem In testamento, Ille Seius, quem in codicillis hæredem scripsi, hęres esto, & in veritate scripseram Seium hæredem in codicillis, quos ante testamentum prædictum feceram: valet institutio non solum, si dictus Seius erat mihi extraneus, sed etiam si erat filius meus: cũ conditio in præteritum collata, sicut fuit prædicta non videatur, nec sit conditio: & ideo videatur filius pure institutus: & quod dixi in conditione in præteritum collata, idem esset in ea, quæ esset collata in præsens tempus, puta si rex Parthorum viuit. vel, Si nauis in portu stat. Viuia.

i Præter filium. Vt & ꝭ, de hęre. inst. l. suus, in prin. secus in verbo præteriti temporis: vt ℥. proxi. §.

k Quod interdictum est. Vt C. de codicil. l. 2. & ℥. eo. l. quidam. nisi in milite: vt ℥. n. 2. l. quærebatur. Acc.

l Data esset. Sic ℥. de cond. & dem. l. si ita scripsero, & ꝭ. de hære. inst. l. asse toto, & l. si quis ita scripserit. & ℥. de vsuf. le. l. q plures, & de leg. 1. l. si quis. in prin. testa. & de leg. 1. l. si ita sit adscriptum, & sic videmur eligere, cũ eligimus quẽ ni nominabis: sic ℥. ꝓxi. resp. & ꝭ. quod cuiusq; vniuer. l. item eorũ. §. si decuriones. Sed arg. contra ℥. de codicil. l. quidam referunt. Acc.

m Cuius nomen. Licet solum nomẽ sit scriptũ in codicillis. & est arg. pro P. qui dixit, quod per solum nomen proprium in testa. potest fieri institutio, sicut per duo

duo verba,vt ſ. de hære.in ſt.l.1.§.ſi autem.

a Valet inſtitutio. Hic valet de præterito:quia vel vera eſt, & ſtatim tenet inſtitutio quaſi pura: vel falſa, & ſic tanquam impoſſibilis, habetur pro non adiecta,& ſic valet, ſecũdum Hu.quod vltimũ non eſt verũ:vt ſ. de iniuſt.teſta.l.cum in ſecundo teſtamento,& facit ḟ.de verb.oblig. l.conditio,& l.ſi ita ſtipulatus fuero hãc ſummam, & Inſtit. de verb. oblig.§.cõditiones, & ſ.tit.3. l.circa, & ḟ. de ſec. tab.l.an ſcriptus, & de bonis li.l.3.§.ſi patron⁹, & ſ. ſi cer. peta.l.cum ad præſens.

dicillis ſcripſero, ille mihi hæres eſto: pari ratione dicendum erit, inſtitutionẽ valere, nullo iure impediente. Si quẽ ita inſtitutum ponamus, Ille,ſi eũ codicillis hæredẽ ſcripſi,hęres eſto: valet inſtitutio a etiam in filio, qui in poteſtate eſt: cum nulla ſit conditio, quæ in præteritum cõfertur, vel quę in pręſens: veluti, Si rex Parthorum viuit: Si nauis in portu ſtat.

Nota hic bonum exemplum de conditione miſta.

Iulianus lib. xxix. Digeſtorum. XI.

SI quis teſtamẽto hoc modo ſcripſerit, Filius, b meus, ſi Titiũ adoptauerit, hæres eſto: ſi non adoptauerit, exhęres eſto: & filio parato adoptare, Titius nolit ſe arrogandum dare: erit c filius hæres, quaſi expleta conditione.

SI quis teſtamento. CASVS. Ita ſcripſit Caius in teſtamento ſuo: Seius filius me⁹ hęres mihi eſto, ſi Titiũ adoptauerit, ſi autem nõ adoptauerit, exhęres eſto,& poſtea deceſſi, filius eũ voluit adoptare Titiũ, Titius voluit ſe dare ei, certè erit fili⁹ hæres Caij, quaſi expleuerit conditionem, cum per eum non ſteterit, & hoc dicit. Viui.

b Filius. Vel erat emancipatus: vel (quod eſt verius) in defectum miſtæ conditionis fuit exhæredatus: & ſic tenet teſtamentum vt hic, & C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. ſi pater.

c Hæres erit. Imò non erit: vt infra, de legat. 3. l. vxorem, §. hæres, vbi dicit inualidum eſſe ſub tali conditione relictum. Sol. ibi ſtetit per filium, hic nõ, vt hic dicit, parato &c. ad quod ḟ. de cõditio.& demon.l. iure ciuili, & l. multa.& ḟ.de reg.iur.l.in iure ciuili. Vel dic, quod hæc cõditio, ſi adoptauerit, eſt contra bonos mores, & ideo inualida conditio, ſeu rogatio de adoptando, vt ibi dicit,& ideo pro non adiecta debet haberi. Et qđ hic dicit filio parato: ſub. maximè. nõ autẽ dicit, quod inſtitutio, vel legatũ non valeat, ſed rogatio de adoptãdo.

VErba hæc. CASV. Ita ſcripſi in teſtamento meo: Publius Mæuius, qui eſt filius meus, ſi volet: hæres eſto, & deceſſi: certè conditionalis eſt dicta inſtitutio, ſcilicet vt ſi nolit eſſe hæres, non ſit: & hoc ideo: quia dictus Publius Mæuius eſt meus filius, vt dixi: & ita eſſet neceſſario mihi hæres, ſi non poſuiſſem illa verba, ſi volet: & idem eſſet, ſi eſſet meus ſeruus, Si autem non eſſet meus filius, vel ſeruus, & ita eſſet voluntarius hæres, & non eſſet neceſſarius: fruſtra addidiſſem dicta verba, ſi volet: quia etſi non addidiſſem, non efficeretur mihi hæres, ſi nolet. Viui.

d In neceſſario. Qualis eſt filius, & ſeruus: vt Inſti.de hær.quali.& diff.in prin.& §.ſui.

e Si nolit. Ridiculum tamen eſt fieri exhæredationẽ in hunc caſum: vt ſ. de hęre.inſti.l.iam dubitari,& facit ſ. de hære.inſti.l.Cornelius, arg.contra ḟ. de ma.l.ſi quis locuples, in ſi.

f Fruſtra. Sic C.de fideiuſ.l.non rectè, & ſ. man.l.qui mutuam, & ḟ.de verb. obli.l.ſi ita ſtipulatus fuero, §. Si Titius. Sed argum.contra ſ. de vſur. l.ſi ita ſtipulatus, & ḟ. de leg.1.l.ſi quando.

Hermogenius li.iij.iuris epitomarum. XII.

VErba hæc, Publius Mæuius ſi volet, hæres eſto: in neceſſario d cõditionem faciunt: vt ſi nolit, e hæres non exiſtat. nam in voluntaria hęredis perſona fruſtra f adduntur, cum & ſi non fuerit adita, inuitus hæres non efficiatur.

Implementum conditionis non inducit aditionem, vel legati acquiſitionem irreuocabilem. Bar.

Iulianus lib. xxx. Digeſtorum. XIII.

EI, qui g ita hæreditatem, vel legatum accepit, Si decem dederit: neque hæreditas, neque legatum aliter poterit acquiri, quàm ſi poſt impletam h conditionẽ id egerit ſcriptus hęres, vel legatarius, per quod hæreditas aut legatum acquiri ſolet. i

M[illegible]rtianus lib. i[illegible] inſtitutionum. XIIII.

EI, qui ita. CASVS. Inſtitui mihi hæredem Titium ſub conditione, ſi 10. dederit Seio. & poſtea deceſſi, certe ad hoc vt habeat hæreditatem meam dictus Titius, duo ſunt ei neceſſaria. Primum eſt, vt adimpleat conditionem. Secundum eſt, vt poſtea adeat hæreditatem meam per quã aditionem acquiri ſolet hæreditas, & idem eſt, ſi legaſſem dicto Titio ſub dicta conditione. nam poſt impletam conditionem neceſſe eſt quod agnoſcat legatum, ad hoc vt habeat legatum irrepudiabiliter. loquitur enim hic de ea acquiſitione legati, quæ eſt irrepudiabilis, ad hoc vt concordet iuri, quod eſt in hæreditate.

g Ei qui ita. Aliàs ſi quis ita. aliàs ei qui ita.

h Impletam. Hic enim opus eſt adimpleri conditionem, vt infra, de conditio. & demonſtratio. l.qui hæredi, §. final.

i Acquiri ſolet. Id eſt, adierit hæreditatem, vel legatum agnouerit, ſed in hæreditate poteſt hoc tolerari. ſed in legato qualiter: cum ſtatim impleta cõditione quæratur dominium legatario: vt ſupra, quemadmo. ſeruit.amit.l. ſi partem, §.1. & ḟ. de lega.2.l.legatum? Reſpon. loquitur hic de ea acquiſitione, quæ eſt irrepudiabilis, & incõmutabilis: quod contingit poſt agnitionem legati, ante.n.quæſitum eſt: ſed non ſic, vt repudiari non poſſit: & ſere non quæſitum dicitur, cum propter repudiationem perinde habeatur, ac ſi legatum non eſſet: vt ḟ.de leg.1.l.ſeruum filij, §.ſi quis, & l.ſi tibi homo, §. cum ſeruus, & ſupra, ad legem Aquiliam, l.nã ſicut, ergo acquiri ſolet incommutabiliter: ſed ante quæritur commutabiliter. Item ad hæreditatem eſt contra infra, de acquiren. hæreditate. l. Antiſtius, vbi ſit hęres implendo cõditionem. Solu. ibi impleuit cõditionem, vt hæres eſſet, hic vt eſſe poſſet, & purificaret conditionem, & haberetur pro purè inſtituto: quẽ conſtat non eſſe hæredem, niſi adeat, ad qđ ſupra, de condictio. ob cauſam. l. 1. §. 1. & de cõdict. indeb. l. in ſumma, §. ſed & agere, & ḟ. c. l. ſi pupillus, & hic innuit. Item contra ſ. de hære. inſtitu. l. iam dubitari, in fine. Solu. ibi impleuit conditionem vt eſſet hæres: hic vt purificaret conditionem. Sed alii hãc diſtinctionem

ctionem in extraneo admittunt: sed suus semper sit ex tunc hæres: vt dicta l iam dubitati, argument. pro eis infra de conditio. & demonstrat. l. conditionibus pupillus. sed corrigitur infra de acquir. hæredit. l. cum bonis, vbi idem in vtroque dicit.

CONditiones contra edicta Imperatorum,[a] aut cõtra leges,[b] aut quæ legis vicem[c] obtinẽt, scriptæ, vel quæ cõtra bonos mores,[d] † vel derisoriæ[e] sunt, aut hmõi, quas prætores[f] improbauerũt, pro non scriptis habẽtur: & perinde, ac si conditio hæreditati siue legato adiecta nõ esset, hæreditas, legatumve capitur.[g]

COnditiones. CASVS. Institui te hæredem, si eam duxeris in vxorem, quam de sacro fonte suscepisti: vel reliqui tibi legatum sub dicta conditione. certè perinde capies hæreditatem meam, vel legatum, ac si dicta conditio non esset adiecta hæreditati, vel legato, & hoc ideo, quia dicta conditio est contra edictum Imperatoris, quod est C. de nup. l. si quis alumnam, & idem esset, si apposuissem conditionem quæ esset cõtra leges, puta institui mihi hæredem quendam senatorẽ, si acciperet in vxorem quandã libertinã: vt s. de ritu nup. l. lege Papia. & idem similiter esset, si apposuissem conditionẽ: quæ esset contra ea, quæ legis vicem obtinent, puta institui mihi hæredem Titium curatorẽ Seiæ, si acciperet dictam Seiam in vxorem: vt s. de rit. nup. l. senatusconsulto, & idẽ esset similiter, si apposuissem conditionem, quæ esset contra bonos mores: puta institui mihi hæredem Titium, si patrem suum nõ redimeret ab hostibus: vt s. eod. l. conditiones, & idem esset, si apposuissem conditionem quæ esset derisoria: puta institui mihi hæredem Titium, si publicè sui ludibrium fecerit: vt s. de his qui not. infa. l. 2. §. finali idem esset si apposuissem talem conditionem, quam prætor reprobat: puta institui mihi hæredem Titium si iurauerit se facturum mihi monumentum: vt s. eodem l. quæ sub conditione. Vivianus.

† Hæc pertinent ea, quæ de promissis nõ seruandis differit Mar. Cic. lib. 1. Offic.

Conditio turpis adiecta in institutione filii, vitiat testamentum. Item non dicimur posse, quod honestè non possumus. Bartolus.

Papinianus lib. xvj. quæstionum. XV.

FIlius, qui fuit in potestate, sub cõditione scriptus hæres, quã senatus, aut principes improbant:[h] testamentum infirmat[i] patris, ac si conditio nõ esset in eius potestate.[k] Nã quæ facta lædunt pietatem, existimationem,[l] verecũdiã nostram, & (vt generaliter dixerim) quæ contra bonos mores fiunt: nec facere nos posse[m] credendum est.

a Imperatorum. Vt instituo te hæredẽ, si eã ducas in vxorẽ, quã de sacro fonte leuasti: vt C. de nup. l. si qs alumnam, §. fi. Idẽ magis si cõtra edicta Iesu Christi.

b Contra leges. Vt senator libertinam ducat: vt s. de ritu nuptiar. l. lege.

c Vicem obtinent. Vt contra senatusc. curator adultam suam sibi coniungat: vt C. de interdict. mat. l. 1.

d Bonos mores. Vt ne patrem ab hostibus redimas, vel ne patronum alas: vt s. eo. l. conditiones.

e Derisoriæ. Vt si ludibrium sui populo facias, vel voceris vespertilio: vt j. ad Treb. l. sed sciendum, & l. facta, §. si in danda, in fi. §. vel vt j. eo. l. quidam. Ac.

f Prætores. Vt si cogeris illum per metum tibi vendere, instituo te hæredem, vel tibi lego: vel si iuraueris te aliquid daturum vel facturum: vt s. eo. l. quæ sub conditione, in prin. & in §. quoties.

g Capitur. Vt s. eo. l. 1. nisi et, à quo relinquitur, imposita sit: vt Instit. de leg. §. fi. & facit j. de leg. 1. l. si quis inquilinos, in prin & §. pen. & §. fi.

FIlius. CASVS. Ego filiũ quẽ in potestate habebam, institui mihi hæredẽ sub aliqua condi. quam princeps improbauit: puta, si acciperet in vxorẽ illã quam de sacro fonte suscepit. certè facit non valere testamentum, ac si cõditio nõ esset in eius potestate. nã filius debet institui sub conditione sibi potestatiua, vt dixi s. e. l. institutio, & est ratio quare nõ videtur esse in eius potestate dicta conditio: quia credendũ est facere nos nõ posse illa facta quæ lædunt pietatem, vel existimationem, vel verecundiam nostrã, & (vt generaliter dixerim) credendum est nos non posse facere ea facta, quæ contra bonos mores fuerint. & quod dixi in ea cõditione, quam princeps improbauit, habet locum & in ea quam senatus improbauit: puta institui mihi Titiam filiã meam hæredẽ, si fideiusserit pro Seio apud Sempronium, & postea soluerit, quæ cõditio est contra senatuscõsultum Velleianum. Viuianus.

h Improbant. Pone exemplum: vt s. l. proxim.

i Infirmat. Non ita si patronus, nam nõ rumpit per contra tab. sed conditio habetur pro non apposita, & ex testa. est hæres: vt j. de bon. liber. l. si libertus sub conditione. Item quia non habetur hæc conditio pro non adiecta: vt s. l. prox. & l. conditiones, quæ sunt contra. Respondeo: vt s. eod. l. 1. notatur.

k Potestate. Quod est necesse vt valeat Institutio: vt s. de hæ. insti. l. suus, & C. de insti. & substi. l. si pater.

l Existimationem. Id est, famã, vt j. de var. cog. l. pe.

m Nos posse. Licet de facto fieri facile possit. ad hoc j. de verb. signifi. l. nepos, & de auro & argen. leg. l. vestis, §. vestimenta, & j. de furt. l. pen. & s. de vsu. l. 3. & 4. & s. quib. ex can. ma. l. in eadem, & xxij, q. 2. c. facit homo quod potest.

Impossibilitas ratione perplexitatis vitiat institutionem. Bartolus

Martianus lib. iiij. institutionum. XVI.

SI Titius hæres erit,[n] Seius hæres esto: si Seius hæres erit, Titius hæres esto. Iulianus inutilem[o] esse institutionẽ

SI Titius hæres erit. CASVS. Ita dixi in testamento meo: si Titius hæres erit, Seius hæres esto: & si Seius hæres erit, Titius prædictus hæres esto, certè istæ institutiones non valent: quia propter perplexitatem conditio existere non potest. Viuianus.

n Si Titius hæres erit. Hic Titius ergo debet esse primo hæres: vt s. de hære. inst. l. seruus alienus, §. si quis, & alter primo eadem ratione: quod esse nõ potest: vt in procemio digesto. §. discipuli. Azo. ibi, quia quod primum &c. vt s. tit. 1. l. fi. §. Titius, in fi. §.

o Inutilem. Ratio est in euidenti: quia vt sit Titius hæres, oportet vt primo eius cõditio impleatur, id est, quod Seius primo sit hæres: vt d. l. seruus alienus. Sed Seius hoc facere non pt, nisi sua conditio impleatur, scilicet quod Titius primo hæres sit, inuicẽ ergo propter perplexitatem verborũ se impediunt. sic j. de ver. ob l. si Titius, & de reg. iu. l. vbi repugnantia, sed vbi esset impossibilis de natura vel de iure, valeret institutio, ex conditione habita pro nõ scripta: vt s. eo. l. 1. & l. conditiones, & l. si ita quis institutus, & Insti. de hære. insti. §. impossibilis, quæ sunt cõtra. Item videtur superuacua hæc cõditio: vt s. e. l. verba contra. Sed ibi implere conditionẽ scilicet volẽdo fieri hæres, & adire: ab eodem

dem & simul sunt, hic ab alio. Vnde debet impleri conditio prius, quam alter possit adire: vt ℑ. eo. l. si ita scriptum, quod euidentius apparet, si ponas conditionem, quæ eget longo temporis tractu, vt si domũ fecerit. Itẽ an erit idem ecõtra, si dicam, Titius hæres esto, si Seius hæres non erit: & Seius hæres esto, si Titius hæres non erit? Sed potest ibi dici, quod extensio huius verbi erit, dabit vtilẽ, vel inutilem institutionẽ: & sic expectabitur alterius repudiatio. Vel dicas, quod qui primo adierit, ille sit hæres, & si alius postea velit, non potest: vt arg. ℑ. de verbo. oblig. l. si Titius. Sic ergo aliud est in conditione faciendi, & aliud in non faciendi. sic alias in altera cauetur: vt s. eod. l. si quis ita, & ℑ. de cond. & dem. l. Mutianæ. altera impleri debet ante: vt s. de hæred. insti. l. 3. §. si quis, & ℑ. de condit. & demonstrat. l. qui hæredi. §. finali.

dicta conditio hæreditati apposita: videtur enim in legato repetita: & ita etiam videtur repetita conditio in isto alio casu: Titia instituit sibi hæredem nepotẽ suũ Seium in dimidia hæreditatis suæ sub conditione, si emanciparetur à patre suo: & postea fecit codicillos, in quibus legauit eidem nepoti centum vltra illud, in quo eum hæredem instituit. & postea decessit: certe eadẽ conditio videtur repetita in legato in codicillis dato, quæ fuit adiecta in institutione: quamuis in legato non fecisset substitutionem siue repetitionem conditionis, sicut fuit adiecta in institutione. Viu.

scribit, eùm conditio existere non possit. [a]

Florentinus lib. x. institutionum. XVII.

SI plures [b] institutiones ex eadem parte [c] sub diuersis conditionibus [d] fuerint: conditio, quæ prior extiterit, occupabit institutionem.

Conditio adiecta in institutione, videtur in legato repetita. Barto.

Martianus lib. vij. institutionum. XVIII.

CVm seruus [e] purè liber, & hæres scriptus [f] sub conditione [g] sit: & si hæres non extiterit, [h] legatum acceperit: in legato repetitã [i] videri condõnẽ, [l] diuus Pius rescripsit. Hac ratione & Papinianus scribit: cùm auia nepotem sub conditione emancipationis pro parte hæredem instituit, & postea codicillis scriptis, hoc amplius ei legauit, [k] q̃ ꝙ hæredẽ eum instituit: repetitã videri conditionem emancipationis ẽt in legato, quãuis in legato nullam ut in hęreditate, substitutionem fecisset. [a]

Idẽ lib vij. insti. XIX.

SI ita scriptum fuerit, [a] Titius hæres esto: si Titius hæres erit, Mæuius hr̃s esto. [b] si Titius

[f]* Excepto vno casu, quẽ Lud. Ro. ponit in sing. suis, in ver. cõditio. vide oino p Bart. in l. sub conditione. infra, de hę re. insti.

[a] Non possit. Vtraque, vel altera. duæ anim sunt.

SI plures. CASVS Institui mihi hæredem Titiũ in duabus partibus hæreditatis meæ: & Seium institui mihi hęredem in tertia parte sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & Caiũ institui in eadem tertia, si Sempronius consul factus fuerit: & postea decessi: certe quæcunque dictarum conditionum prius extiterit, ille habebit dictam tertiam, cui fuit ad scripta dicta conditio, quæ prius extitit. Viu.

[b] Si plures. Institui Titium ex triẽte, si nauis ex Asia venerit: item Seium ex eodem triẽte, si nauis venerit ex Aphrica. Et secundum hoc proprie dicit plures institui, & nihil est cõtra: vel dic, quod eundem sic institui: sed tunc quomodo plures? Resp. quia bis facta fuit, tamen in eandem partem, & in eundem hæredẽ.

[c] Eadẽ parte. In specie. Sed quid si ex alio triente primo, & ex alio secundo instituit eundẽ sub diuersis cõditionibus? Respon. existente conditione vnus institutus ex ea erit hæres: & si in secundo habeat institutus substitutum, expectatur conditionis euentus illius institutionis: alioqui idem quod hic, vt insolidum sit hæres: vt ℑ. de acq. hære. l. cum hæres, §. fi. & l. seq. & s. de hære. insti. l. si te solum, in prin. & §. 1. Acc.

[d] Sub diuersis conditionibus. In diuersis testamenti partibus appositis, secundum Io. Sed contra ℑ. de cõd. & demon. l. sub diuersis, & l. quod traditum, & l. nam ad ea. Sed hic à primo recedere noluit, & hoc expressit: alioqui contra præsumitur. Vel hic fuerunt alternatiuè positæ. Azo. & simul, ad quod est quod not. s. eo. l. si hæredi. Vel hic in hæreditatibus, in quibus non fuit tantum expectandum, vt testamentum valeat, illud in legatis. & facit s. de procuratorib. l. pluribus.

CVm seruus. CASVS. Sticho seruo meo dedi libertatem pure & eum hæredem institui sub cõditione, si nauis ex Asia venerit, & si hæres mihi nõ extiterit legaui ei centũ: & postea decessi, vult modo dictus seruus habere saltem legatũ, & repudiare hæreditatem: certe non habebit legatum, nisi prius exstat ꝑ

[c] Cum seruus. Proprius testatoris: alij de alieno, vel testatoris, sed viuo testatore alienato. Accursius.

[f] Scriptus. Pro parte: vt cõueniat cum sequenti casu, quia dicit de legato, qđ non valeret, nisi ab intestato esset repetitum, si cohæredem non haberet: vt C. de fideicommis. l. eam quam.

[g] Sub conditione. SI Titius fuerit consul.

[h] Non extiterit. Quia defecit conditio.

[i] Conditionem. Scilicet quod Titius sit cõsul. & dic etiam libertatem: vt hic, & ℑ. de cond. & demonst. l. auia. alioqui inutile esset legatum: vt C. de lega. l. seruus & adde de libertate vt dicitur & notatur s. ti. 3. l. Trebatius, & l. seq. Item hoc nisi talis conditio, quæ legatum reddit inutile: vt ℑ. de leg. 1. l. seruo alieno, §. si ab impubere, & l. si quis à filio, & ℑ. de fideicommis. liber. l. fin. & ℑ. de verb. oblig. l. Titia, §. idem respondit, quæ sunt arg. contra. Azo.

[k] Hoc amplius ei legauit. Prædia illa subaudi: vt ℑ. de condi. & demon. l. auia, & not. de repetitione: sic ℑ. de condi. & demon. l. cum seruus, in prin. & de leg. 2. l. Latinus. in fi. & ℑ. de manu. testa. l. diuus, & de leg. 3. l. in repetendis, & ℑ. de vsufr. lega. l. codicillis. Sed arg. contra s. tit. 3. l. sub conditione, & ℑ. de annuis leg. l. Seio, §. vxori, & s. de act. empt. l. si venditor, & no. Insti. ad leg. Aquiliam, §. ex hoc capite.

[a]* Sic I. P. Flo. Hal. autẽ scripsit, mentionẽ fecisset.

SI ita. Ita scripsi in testamento meo, Titius hæres mihi esto: & si dictus Titius hæres erit, mihi Mæuius hæres esto, & rogo eos ambos per fideicommissum, vt hæreditatem meam restituãt Sempronio: & postea decessi, cum Titius nollet adire meã hæreditatem. Sempronius fideicommissarius fecit eũ cogi per prætorem, vt adiret: & ita Titius coactus adiuit, sicque quartam non retinuit: tamen restituit Sempronio ex Trebelliano partem: quam coactus adiuit, modo quæritur, vtrum prædictus Mæuius possit pro sua parte adire suo arbitrio sine coactione, & quartam retinere, cum restituet Sempronio prædicto? Et videtur quod non: quia cum Titius suspectam adiuerit, perinde est quantũ ad eũ, ac si non adiuisset, vnde quia Titius non adiuisset, videtur ꝙ Mæuius adire non possit: qui Mæuius fuit à me institutus sub condõne, si Titius adiuisset, vt dictum est. Item & quia Titius coactus adiuit, vr̃ ꝙ Mæuius adire debeat eodem modo, ac si

te si esset coactus, & sic quartam nō retineat, dicitur tamen hic, quod & suo arbitrio possit adire dictus Mæuius, & quod quartam Trebellianicam a Sempronio retinere possit. Viui.

a Adierit. Coactus per fideicommissum, qui erant rogati alij restituere.

suspectā adierit [a] hæreditatem: potest Mæuius suo arbitrio adire, & quartam retinere.

Conditio de non petendo in vltimis voluntatibus, per acceptilationem impletur. Idem si alio modo de iure peti non potest. Barto.

Labeo libr. ij. poste. à Iaboleno epitoma. XX.

MVlier, q̃ viro suo ex dote promissam pecuniam debebat, [b] virum hæredem ita instituerat: [c] si eam pecuniā quam doti promisisset, neque petiisset, [d] neque exegisset. Puto, si vir denuntiasset cæteris hæredibus, ꝑ se nō stare, quò minus acceptum faceret id, quod ex dote sibi deberetur, statim eum hæredem futurū. Quòd si solus hæres institutus esset sub [*] tali conditione, nihilominus puto, statim eū hæredem futurū: quia ἀδύνατος † cōditio pro non scripta [e] accipienda est.

Si conditio non potest impleri de iure, sufficit quod impleatur de facto. Bart.

Si quis hæreditarium seruum iussus est manumittere, & hæres esse: [f] quamuis si manumiserit, nihil agat: tamen hæres erit, verū est enim eum manumisisse: [g] sed post aditionem libertas seruo data secundū voluntatē testatoris conualescit. [h]

Substitutio, est propriè institutio, vel substitutio, est propriè institutio Bar.

Si quis te hæredē ita instituit, [i] † si se hæredē instituisses, aut quid sibi legasses, nihil interest, quo gradu is à te hæres institutus, vel quid [k] ei legatum sit: dummodo aliquo gradu id fecisse te probes.

Celsus lib. xvj. Digestorum. XXI.

SEruus alienus ita hæres institui potest, {Cū liber erit: } propriꝰ aūt ita institui non p̄t. [l]

Caius lib. xviij. ad edict. prouin. XXII.

Item adeunte Titio: completa est conditio Mæuij: vt s. titu. 2. l. 3. §. si quis. dubitatio autem huius legis erat hæc secundum Azo. quia cum Titius suspectam adiit, perinde est quantum ad eū ac si nō adiisset: vnde quasi non adiisset, videbatur quod hic adire non posset: vel quia Titius fuerit coactus adire, videbatur quod & hic coactus adire debet: & sic quartam retinere non debet: quia q coactus adierit quartam non retinet: vt j. ad Trebellianum, l. quia poterat.

Aditio coacta Trebel. impedit.

MVlier. CASVS Titia vxor mea promisit mihi centum nomine dotis, & feci secum pactum de dicta dote lucranda, si ipsa in matrimonio prædecederet. postea constante matrimonio ipsa venit ad mortem, & instituit me hæredem sub conditione, si dicta centum nō peterem nec exigerē, & dedit mihi duos cohæredes pures, & postea decessit, certè si ego denūtiē dictis meis cohæredibus quod per me nō stat quo minus liberem eos per acceptilationem ab obligatione dictorum centū, statim sum hæres pro tertia parte, si aūt nō dedit mihi aliquē cohæredem, dicta mea vxor videtur me instituisse sub impossibili conditione, eo quod non habeo cui denuntiem: & sic ero eius hæres in solidum, habita dicta conditione impossibili pro non scripta. Si quis hæreditarium. Institui mihi hæredem Titium, si manumitteret Stichum seruum meum, & postea decessi: certè potest Titius manumittere dictum Stichum de facto, licet non de iure: & hæres esse, & post aditionem hæreditatis per Titium factam conualescet libertas Stichi.

Si quis te. Titius instituit te hæredem sub conditione, si tu eum instituisses hęredem, certè quocunq; gradu probes te eum instituisse, erit eius hæres, & idem esset, si Titius instituisset te hæredem sub conditione. si tu ei aliquid legasses, nam quocumque gradu probes te ei aliquid legasse, eris eius hæres. Viuia.

* F. F. in tali

† Idest Impossibilis

b Debebat. Sub pacto lucrandæ dotis, si ipsa præmoreretur, vt habeant locum sequentia.

c Instituerat. Pro parte.

d Neque petiisset. Id est, accepto ferret: & sic iuris sunt: vt j. de li. leg. l. 3. §. nunc de effectu, aliàs locū haberēt Cautio Mutiana: vt j. de cō. & dem. l. Mutianę,

e Pro non scripta. Vtpote impossibilis, cū non esset cui caueat: vt s. eo. l. si qui, §. idem Iulianus, & j. de cōdi. & demon. l. Mutianæ, & facit ad hoc, C. de hære. inst. l. si compensandi.

f Hæres esse. Et hęc institutio nulla videbatur, cū prius deberet manumittere seruum hæreditarium, quam hæres esse: vt s. de hæredi. instit. l. 3. §. si quis, & j. de cond. & demon. l. qui hære. in fine, & manumittere non poterat, nisi hæres esset, vtpote non dominus: vt C. de iis, qui a non domi. l. 4. valet tamen magis per voluntatem defuncti, quam per manumissionē.

g Manumisisse. Scilicet de facto, & sic sufficit de facto fieri, etsi de iure nō teneat: vt j. de sta. lib. l. pe. & l. Stichus, §. hæredi. & j. de manumis. test. l. seruū testamento, & j. de condi. & demon s. l. Mæuius, & j. de verbo. oblig. l. quidam, in fin. Sed arg. contra j. de cond. & demon. l. hęc cōditio, & s. quod quisque iuris. l. 1. in fi. & C. si manci ita fue. ali. l. ea quidem.

† Sic Substitutio dicitur propriè institutio. Bal. in tim. C. d impub. & alus subst. nec debet fieri, nisi verbis expressis. Bal. in l. fina. 10. opp. C. de hær. insti.

h Conualescit. Cōtra j. qui & a qui. l. si seruo, vbi non cōualescit. Sol. non ipso iure, vt ibi, sed tamen si veniat cōtra factum suum obstabit exceptio: vt s. de pigno. acti. l. si rem alienam, & l. 1. & de pigno. l. si a Titio, & facit ad hoc C. de lib. causa. l. si ab eo. & quod ibi notat.

i Instituit. In præteritum, non in futurum: vt s. tit. 2. §. hoc articulo, & j. de iis quæ pro non scripr. l. 2. in fi.

k Vel quid. Subaudi, etiam modicum.

SEruus. CASVS Seruum Titij institui mihi hæredem cum liber erit. certè valet institutio: proprium autem meum seruum non possem taliter instituere, quia cum ei libertatem dare possem, debeo ei dare libertatem, si volo eum liberum esse, & mihi hęredem, vel pure, vel in diem, vel sub conditione: nec facultatem habere debeo instituēdi eum hæredem in casum obuenientis ei libertatis à quocūque alio: & h. d. cum l. sequenti. Viui.

l Non potest. Scilicet vt institutio sit conditionalis. Ro. sed erit pura, conditione habita pro nō scripta. in dic, nulla est omnino, secūdū Ioannē, vt hic dicit Sed contra supra tit. a l. talem, in princip. Sol. ibi bis data fuit libertas seruo. Primo purè & vtiliter. Secundò sub conditione & inutiliter, vt & hic: quare licet ex secunda donatione nō teneat, tenet tamē ex prima pura & vtili. Item facit Insti. qui tutor. dari pos. §. seruus. vbi

vbi eodem modo distinguitur in seruo tutore dato: licet illa distinctio videatur tolli per legē ꝭ. de test. tu. l. si hæreditas, §. si. vbi non refert inter seruum suū, & alienum tutorem datū. Sed dic, quod vterq; liber est sed alter directo, cum suus: alter per fideicommissum, cum alienus.

QVia ratio [a] suadet eum, q libertatē [b] dare potest, ipsū debere aut præsente die, aut in diē, aut sub condōne dare libertatē: nec habere facultatē in casū à quolibet [c] obueniētis libertatis hæredē īstituer.

Marcellus lib. xij. Digestorum. XXIII.

VTer ex fratribus meis consobrinā [d] nostram duxerit vxorem ex dodrante, [e] qui non duxerit, ex quadrante hęres esto. [f] Et vbi alteri nō vult nubere cōsobrina qui ex his duxit vxorem, habebit dodrantem: eritq; alterius quadrans. Si neuter eam duxerit vxorem, non quia ipsi ducere voluerūt, sed qa illa nubere noluerit: ambo in partes æquales admittuntur. [g] Plerunque [h] enim hæc condō si vxorē duxerit, si dederit, si fecerit: ita accipi oportet, quòd per eū non stet, quò minus ducat, det, [i] aut faciat.

Papinianus lib. vj. respōsorum. XXIIII.

QVi ex fratribus meis Titiā consobrinā vxorē duxerit, ex besse hęres esto: q nō duxerit, ex triente hæres esto. Viuo testatore [k] consobrina defuncta, ambo ad hæreditatem venientes, semisses habebūt, quia verū est, [l] eos hæredes institutos, sed emolumento portionum euentu nuptiarum discretos.

Modestinus lib. ix. regularum. XXV.

SVb conditione hæres seruus institutus.

[a] QVia ratio. Si volo seruum hęredē istituere, debeo ei libertatē relinquere vel purè, vel in diem, vel sub conditione: nec debeo fortunæ committere, vt fiat liber ab aliquo domino futuro, vt sic postea sit hæres. Azo. Vel dic ratio, scilicet vt nō pendeat ex alieno arbitrio: vt ꝭ. ti. 2. l. illa. Item & ille, qui potest stare certo, nō stet i incerto: vt dicit prouerbiū: vt hic, & ꝭ. ti. 2. l. quoties. §. hæredes. Accur.

[b] Libertatem dare. Scilicet ex quo dat ei hæreditatem. Sed contra supra tit. 2. l. hæreditas ex die. Solu. libertas, & hæreditas potest differri vt post Pascha sit liber & hęres: sed tantum hæres nō. verū in prędicto casu subducitur tempus quā tum in hæreditate: vt sic habeat commodum medij temporis, secundum Azo. Vel dic, ex die incerto: vt ꝭ. ti. 2. l. in tempus, & l. qui filio. Accur.

[e] P. Flo. aut nubit alteri, aut non vult nubere cō sobrinam

[c] A quolibet. Futuro domino, quasi fato committendo. ad quod ꝗ. de condit. & demonst. l. 1. in fi. & de leg. 3. l. sed & si sic. Accur.

VTer. CASVS. Ego habens duos fratres, & vnā consobrinam, ita dixi in testamento meo. Vter ex fratribus meis consobrinam nostram vxorem duxerit: hæres mihi esto ex dodrante: ille autem frater meus qui eam non duxerit, hæres mihi esto ex quadrante, & postea decessi: & dicta consobrina nupsit vni de dictis meis fratribus, certè ille cui ipsa nupsit, habebit dodrantem hæreditatis meę, & alter quadrantem. Si autem aliquis eorum non duxit eam in vxorem, eo quod ipsa voluit: tunc erunt ambo mihi hæredes pro æquali portione: quia per eos non remanet, quin conditionem adimpleant, sicut si essent instituti hæredes, si darent c. Titio, vel facerent mihi monumentum: & per eos non remanet, quin darent centū, vel monumētum facerent: & idem esset, si dicta consobrina decessisset viuo me testatore: & ita certum est quod per eos non remanet, quin conditionem adimpleant, & h. d. cum l. sequen. Viui.

[d] Consobrinam. Quę dicitur consobrina, habes Inst. de gradi. §. 4. & licitum est tale matrimonium secundum leges, vt Instit. de nup. §. duorum autem. & intellige hoc verū, quādo honeste ei nubere poterat: aliàs conditio pro nō adiecta habetur: vt C. de inst. & substit. l. 2. & ꝗ. de condi. & demon. l. cum ita, & l. seq. & l. Titio, §. 1. & sic tūc vterq; admittitur in semisse: vt ꝗ. l. prox. satis probatur. Sed secundum canones constat talem conditionem pro non adiecta debere haberi cum interdictum sit tale matrimonium. Azo.

[e] Dodrante. Id est, nouem vnciis.

[f] Hæres esto. Hæc institutio est pura: sed distributio partium sub conditione: vt ꝗ. l. proxi. in fi. vnde viriles habēt portiones deficiente conditione: secundū hoc nō est contra ꝗ. de cōd. & demon. l. in testamento, vbi aliter distinguitur: quia ibi sub conditione fuit relictum.

[g] Aequales admittuntur. Quid si alteri nupserit, & per alterum non steut quo minus ei nuberet? Respond. secundum Ioan. alter 9. alter 3. habebit, licet finis huius l. ei sit contrarius. Azo. Sed non ob. quia vtrique nubere non poterat. Item pone, quod neuter vult eā ducere. Ioan. viriliter admittentur: qa duplex est institutio, scilicet pura sine parte: item cum partibus discretis sub conditione: vt ꝗ. l. proxim. sicut sunt duo arbitri præcepta: vt ꝭ. de arbit. l. Celsus. Cum ergo deficit conditionalis, remanet pura: vt ꝭ. titu. 2. l. si quis ita scripserit. Et sic quatuor casibus vterque admittitur in virilem portionē, & æqualē, id est, vterque in semissem: puta si illa moriatur viuo testatore, vel etiam postea, dummodo antequam sit in mora contrahendi: vt ꝗ. l. proxi. & ꝗ. de condit. & demon. l. pen. §. 1. Item si illa nō vult nubere. Item quando vterque sine iusta causa non vult. Item quando honeste eam ducere non possunt, vt dictum est. E contra in duobus inæqualiter, scilicet si alteri nupserit post mortem testatoris, vel in vita post testamentum: vt hic, & C. de institu. & substit. l. si quis hæredem. Item si alter noluit ducere volentem: vt hic in fin. colligitur.

[h] Plerunque. Nam quandoque non sic est: vt potest colligi ex distinctione, quam no. ꝭ. eo. l. 1. Hug.

[i] Det. Sic in Auth. vt exact. instā. do. §. fin. & facit ad le. ꝗ. de secū. tab. l. 2. §. si quis ita, & de annuis le. l. Mænia, in prin. & C. de condi. inser. l. 3. & C. de institu. & substit. l. 1. & ꝗ. de leg. 1. l. Turpia, §. 2. & de contrahē. emp. l. hæc venditio. & ꝭ. de hęre. instit. l. quoties. §. si quis. & ꝗ. de condi. & demon. l. si Titius, & ꝗ. l. prox.

[k] QVi ex fratribus. Viuo testatore. Vel post mortē ante morā: vt ꝭ. l. prox. in. Itē dic, qđ & in vita testatoris potest impleri, vt ibi nota.

[l] Quia verum est. Hæc est ratio, quare hæc, & superior l. non obstant distinctioni, quę fit ꝗ. de conditio. & demonstr. l. in testamento, & facit ad hoc ꝭ. l. proxi. cum suis concor.

SVb conditione. CASVS. Institui mihi hęredem Stichum seruum Titij sub conditione, si ascenderit ipse Stichus Capitoliū, & postea decessi: certè nō potest Stichus adimplere cōditionē inuito domino suo, scilicet

scilicet quantum ad hoc, vt dominus fiat hæres. Sed pupillus sub conditione institutus, vel cui sub cõditione est legatũ relictũ, bene põt parere cõditioni etiam sine authoritate tutoris, quia ,ppter hoc non efficitur statim pupillus hæres, vel acquirit legatum: sed in eo statu efficitur, quasi purè ei hæreditas relicta sit, vel legatum, & hoc dicit cum l. sequenti. Viuianus.

sine iussu domini conditioni parere nõ potest. [a]

Pomponius lib. ij. ad Q. Mutium. XXVI.

SI pupillus sub conditione [b] hæres institutus fuerit: cõditioni etiã sine tutoris authoritate parere potest. Idemque est, & si legatum ei sub conditione relictum fuerit: quia conditione expleta, pro eo est, quasi purè ei hæreditas, vel legatum relictum sit. [c]

Conditio, quæ continet inhumanitatem, respuitur: & ex sermonibus incõgruis præsumitur qui non sanæ mentis, nisi probetur contrarium. Bart.

Modestinus lib. viij. responsorum. XXVII.

QVidam in suo testamẽto hæredẽ scripsit sub tali condõne, Si reliquias ei* in mare abiiciat. Quærebatur, cum hæres institutus conditioni non paruisset, an expellendus esset ab hæreditate? Modestinus respondit, Laudãdus est [d] magis, quàm accusandus hæres: qui reliquias testatoris non in mare, *secundũ ipsius voluntatem abiecit, sed memor * humanæ conditionis sepulturæ tradidit. Sed hoc prius inspiciendum est, ne [e] homo, qui conditionem talem posuit, neque compos mẽtis esset. [f] Igitur si perspicuis rationibus hæc suspicio amoueri potest, [g] nullo modo legitimus hæres de hæreditate controuersiam faciet scripto hęredi. Hęredi, quem testamento purè instituit, codicillis adscripsit [h] cõditionem: quæro, an ei parere necesse habeat? Modestinus respondit: Hæreditas codicillis, neque dari, * [i] neque adimi potest. porrò in defectu cõditionis, de ademptione hæreditatis cogitasse intelligitur. [k]

[a] Non potest. Vt dominus fiat hæres: paret tamen, & facit puram, vt dominus possit iubere adire: vt j. de conditionibus & demonstration. l. in conditionibus, §. t. quæ est contra. Vel dic, quod nec eam purificat, si domino nõ placet, quod facit alioqui sic, vt ibi: vt ita possit iubere adire, & facit infra l. proxima.

[b] SI pupillus. Sub conditione. Si seruierit illi per mẽsem: secus si in dando: vt nota. infra, de conditionibus & de monstrationibus l. in conditionibus in principio.

[c] Relictũ sit. Quasi dicat, non eo ipso quæritur hæreditas, vel legatum, nam nec purè relicta statim quæritur: vt supra eodem. l. si quis ita, & ibi notatur. & de condi. ob cau. l. 1. §. 1.

QVidam. CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ Seiũ sub condõne, si reliquias eiusdem Titij testatoris proiiceret in mare, & postea decessit dictus testator. Seius autem prædictus hæres non proiecit reliquias in mare, sed tradidit eas sepulturæ in memoriam humanæ conditionis, nunquid repellitur dictus hæres ab hæreditate? Et videtur quod sic: quia dictus testator videtur propter suum præceptum non fuisse sanæ mentis, & ideo non potuisse aliquem instituere, & sic illum, qui esset legitimus hæres ab intestato, posse de iure hęreditatem habere: & ita verum est, nisi hæres scriptus probet contrarium, scilicet testatorem non fuisse furiosum. si autem probet, non est ab hæreditate repellendus: laudandus est enim ex eo, quod non proiecit dictas reliquias in mare. Quem testamento. Ei Titio, quem testamento purè instituit sibi hæredem Seius codicillis à se Seio postea factis adscripsit conditionem dictus Seius in dictis codicillis: & ita scripsit, Volo mihi esse hæredem Titium, si det Caio c. nunquid si vult hæreditatem Titius, tenetur dare centum dicto Caio? Et dico quod non, hæreditas enim non potest adimi in codicillis, & dictus testator intelligitur cogitasse de ademptione hæreditatis in codicillis facienda, si hæres non adimpleret dictam conditionem in codicillis appositam. sicut autem non potest adimi hæreditas in codicillis, vt dictum est: ita nec dari. Et hoc dicit tota lex. Viuia.

[d] Laudandus est. Est n. derisorium: vt s. e. l. conditiones. sic & aliàs voluntati testatoris non paretur: vt j. ad Trebellianum. l. debitor. ibi, non & cum, &c. & C. de iis quibus vt indig. l. nõ oportet, & infra, de legat. 1. l. seruo alieno, §. finali, & supra de relig. & sumptib. funerum. l. at si quis, §. hæc actio. & C. de institutionibus & substitutio. l. reprehendẽda. Azo. Item facit s. de pericu. & commod. rei venditæ. l. 1. §. licet. Sed argument. contra, infra, de conditionibus & demonstrationibus. lege, Mæuius. Solut. hic fauore religionis speciale, argumen. s. de religio. & sumptibus funer. l. sunt personæ.

[e] Ne. Id est non.

[f] Mentis esset. Quod est verum, vt præsumatur non fuisse cõpos mentis, nisi probetur econtra.

[g] Amoueri potest. Per scripturam probantem eum fuisse sanæ mentis. Ex sermonibus enim præsumitur non sanæ mentis, hoc est talis præsumitur, cuius verba gerit: vt hic, & supra de tutori. & curator. dat. ab his. l. si qui. §. t. & §. diuus, & j. de leg. 1. l. apud Iulianum, §. final. & l. 4. §. 1. sic & talis, cuius & gesta ducit: vt j. de iniuriis, l. item apud, §. si quis virginem. Quo non probato, institutio nulla est: vt C. de testa. l. qui in potestate, & sic legitimus faciet controuersiam hæreditatis, & facit C. qui testamenta facere poss. l. 1. & C. de codicil. l. nec codicillos. Item nota argumentum, quod si quis vtatur te, vt dominus, quod præsumitur dominus, licet non sit, quia possideat.

[h] Adscripsit conditionem. Subaudi, ei quem &c.

[i] Dari. Directo: vt s. eo. l. institutio, & Insti. de codicil. §. fi. & C. de cod. l. 2. nisi a milite: vt j. ti. 2. l. quærebatur, & l. militis in prin.

[k] Intelligitur. Sed an cũ effectu est cogitatio? Resp. quidam sic vt confiscetur, vt C. de iis quib. vt indig. l. hæreditas. Sed ibi expressim dixit eos indignos. Itẽ pro eis, j. de leg. 1. l. cum quis decedẽs, §. Sciam, in fi. Sed ibi alij assignauit. Et eodem modo respon. ad l. j. ad Trebel. l. Scæuola. Itẽ pro eis, j. de iis quib. vt indi. l. quidam. Sed ibi perfectum fuit secundum testamentum: hic codicillus. Sed Azo. dicit quod in vanum cogitauit: vt j. de iure codi. l. diuus, & Insti. de cod. §. fi. ibi, neque conditio &c. item pro eo, C. de testa. l. hac cõsultissima, §. si quis autem. Sed interpretari potest vt s. de testa. l. hæredes. §. 2.

Testatoris voluntati non semp parendũ est.

*Pro iis, & aliis inhumanis actibus in defunctos vide Mando. de ingratitudine viuorũ in defunctos, cap. 127. ver. ex quibus patet, quod Sylla.

*P.F. sed memoria.

Mẽs sana ex verbis probatur.

*In P.F. non sunt hæc verba, neque dari.

Si filius

Filio instituto sub conditione potestatiua, quæ non potest impleri vltimo vitæ spiritu decedẽtis antequàm impleat conditionẽ sit locus substituto, & venientibus ab intestato ipso viuo: secus in ea conditione, quæ vltimo vitæ spiritu potest adimpleri: quia tũc ipso mortuo admittuntur. Bar.

Papinianus lib. xiij. quęstionum. XXVIII.

SI filius [a] sub conditione hæres erit, & nepotes [b] ex eo substituentur: cũ non sufficit sub qualibet condõne filium hæredẽ institui, [c] sed ita demum testamentũ ratũ est, si cõditio fuit in filij potestate: cõsideremus, nunquid intersit, quæ cõdõ fuerit adscripta: vtrũ q̃ moriente filio impleri non potuit: veluti, § Si Alexandriã [d] ierit filius, hęres esto: § isq; Romę decesserit, an verò q̃ potuit ẽt extremo vitæ momẽto ĩpleri: veluti, § Si Titio decẽ dederit [e] filius, hæres esto. § quę cõditio noĩe filij per aliũ [f] impleri põt. Nã superior quidem species conditionis [g] admittit viuo filio nepotes [h] ad hæreditatẽ: qui [i] si neminem substitutum haberet, dũ moritur, [k] legitimus patri hæres existeret. Argumẽtoq; est quod apud Seruium quoque relatũ est. Quẽdã [l] enim refert ita hæredem institutũ, Si in Capitoliũ ascenderit. & si nõ ascendisset, legatum ei datum: eumq; antequàm ascẽderet, mortẽ obiisse: [m] de quo respondit Seruius, cõditionem [n] morte [o] defecisse, ideoq; moriente eo legati diẽ cessisse. [p] Altera verò species conditio-

SI filius. CASVS. Ego habẽs filium in potestate, & ex eo duos nepotes, institui mihi hæredẽ dictũ filium sub conditione, quæ erat in eius potestate: nã nec sub alia cõditione poteram eũ instituere ad hoc, vt valeat meum testamẽtum: & dictos meos nepotes ei substitui, & postea decessi, & postea venit ad mortẽ dictus meus filius, antequam impleret dictam conditionẽ. quęritur, vtrum dicti nepotes veniant ex substitutione filio in mortis articulo constituto? Et distinguitur inter potestatiuas conditiones: nam aut fuit talis, quę non impleri potuit moriente filio: veluti, si ad Alexandriã ierit filius, hæres esto, & dictus filius Romę est in mortis articulo, quæ valde ab Alexandria distat, aut fuit talis potestatiua conditio, quæ potuit impleri extremo momento vitæ: veluti si Titio 10. dederit filius, hæres esto, quæ vltima potest adimpleri per alium nomine filij prędicti. Primo casu veniunt nepotes ex substitutione filio in mortis articulo constituto, & adhuc viuo: nam cum certum sit eo tempore filium Alexandriam ire non posse, ergo certum est eũ non exiturũ hęredẽ, & sic veniũt substituti ad hęreditatẽ. Si aũt retẽto eodẽ casu nõ habuisset aliquẽ substitutũ filius, existeret mihi ab intestato hęres legitimus ipse idẽ filius in mortis articulo constitutus, & ad istũ eundẽ casum adduco tale simile, Titius instituit sibi hęredẽ Seiũ, si in Capitolium ascenderit, q̃ si nõ ascẽderit, legauit ei c. postea dictus Sei⁹ fuit in mortis articulo cõstitut⁹ anteq̃ Capitoliũ ascẽderet: & ita certũ est eũ ascẽdere nõ posse Capitoliũ, & sic nõ posse esse hęredẽ. certe incipit cedere dies legati statim, cũ cœpit esse Seius in mortis articulo. Secundo aũt casu. i. qñ filio meo quẽ institui, apposui condõnem potestatiuã, quę poterat adimpleri vltimo vitę momẽto: non admittuntur ad hęreditatem nepotes pdicti filio substituti, viuo ipso filio, licet in mortis articulo cõstituto: q quidẽ mei testatoris nepotes existerent⁹ mihi auo hæredes ab intestato mortuo dicto meo filio, si eos non substituissẽ eidẽ filio: nec eis nepotib⁹ ab intestato mihi succedẽtibus, vt pximè dictũ est: filius pdictus iã mortuus põt obstare, quin mihi succedãt ab intestato: qa demũ post mortẽ eiusdẽ mei filij destitutũ est test. meũ, in quo eũ institui, vt dictum est. quasi dicat, si destitutũ fuisset testa. ante mortẽ filij, obstaret filius nepotib. ab intestato succedere volẽtib. sicut in primo casu dictũ est, qñ .s. talis fuit conditio apposita institutõni filij, q̃ vltimo vitę momẽto adimpleri nõ põt: sic nec in isto casu, quẽ stati ponã obstat fili⁹ nepotib⁹: puta exhęredaui filiũ meũ, & institui mihi hęredes nepotes ex eo, cũ ipse fili⁹ moriet, nã nõ põt hoc casu obstare nepotib. cũ ipsi veniãt ex testamẽto ad hæreditatẽ meã aui, demũ mortuo filio. Et hoc dicit hæc l. Vi.

a Si filius. Ad euidẽtiã nota duas regulas. s. quod quãdiu locus est successioni ex testamento, non habet locum ab intestato. Item quandiu locus est institutioni: non est locus substitutioni, & probantur regulæ. j. de acquir. hęr. l. quandiu, & de reg. iur. l. quandiu, & C. communia de succ. l. ante. Hug. Itẽ not. quod filius non potest sub conditione institui, nisi sit potestatiua, sub qua institutus non facit patrẽ intestatum non parendo, si habeat cohęredem vel substitutum: aliàs sic: vt supra de hęre. insti. l. suus, circa principium. Item nota, quod potestatiua alia est, quę potest tũc impleri vltimo vitę spiritu: vt dare decem: & tunc nec substitutus, nec ab intestato aliquis venit, nisi post mortẽ filij: alia quę nõ potest tunc impleri vltimo vitę spiritu: vt si ascendat Capitoliũ, & tunc substitutus admitiũt ẽt filio viuo, vel si substitutus non est, admittitur legitimus, & cũ ipse filius sit legitimus, ipse idem succedit patri ab intestato in articulo mortis existens.

b Nepotes. Vel quilibet extraneus: vt s. de hęre. instit. l. suus. Hug. imo cautè dicit nepotes: quia vt substitui, vel vt legitimi admitterentur: vt j. hac l.

c Institui. Alias instituisse.

d Alexãdriã. Cũ ipse improprie sit tpe testamẽti institutus: vt sic sit potestatiua, sed alij dicũt hic poni exẽplũ de mista: vt C. de inst. & sub. l. si pater, qđ nõ placet.

e Decem dederit. Cum diues sit.

f Per alium, vt s. de statu hominum, l. Arethusa. in fine. sed superior non.

g Superior species conditionis. Si Alexandriã ierit.

h Filio nepotes. Substitutos, nã moriẽte instituto, cõstat q̃ ipse nõ põt implere condõnem: ergo ea deficiẽte. admittiẽ substitutus, vel cohęres: alias si non haberet substitutũ, vel cohęredẽ, idẽ filius succederet vt legitimus patri ab ĩtestato defecta ei condõne in articulo mortis posito: vt hic subijcit, & s. de hę. inst. l. suus, §. fi. sed an eũ nepotes admittũtur, q̃rẽt patri moriẽti, vt sic habeãt postea vt hæreditatẽ patris: an nõ, & ita habeant vt aui: Arg. qđ nõ q̃rant. C. de bo. quę libe. l. s. in fi. e contra quod sic. arg. j. de acqui. hęre. l. placet.

i Qui. Scilicet filius.

k Moritur. Idem filius.

l Quendam. Extraneum.

m Mortẽ obiisse. Et sic cõditio eo viuente defecisset.

n Conditionem. Institutionis.

o Morte. Superueniente in vita tamen.

p Cessisse. Et sic ad hęredẽ transit, quod alias non fieret: vt C. de caduc. tollen. §. si autem sub conditione

Viuo.

* Vide in hunc locũ Duare. li. 1. Disput. c. 15.

nis uiuo filio [a] non admittit nepotes ad hæreditatem: quia si substituti non essent, intestato auo hæredes existerent, [b] neque enim filius uideretur obstitisse, post cuius mortem patris testamentum destituitur: quemadmodum, si [d] exhæredato eodem filio, nepotes, cùm filius moreretur, hæredes fuissent instituti.

TITVLVS VIII.

DE IVRE DEliberandi.

Seruo hærede instituto, non datur ius deliberandi: sed domino suo.

Vlpianus libro lx. ad edictum. I.

Si seruus fuerit heres institutus: utique non ipsi [e] præstituemus tempus ad deliberandum: sed ei, cuius seruus est: quia pro nullo isti habent apud prætorem. [f] Itemque si plurium seruus sit, utique omnibus dominis præstituemus. Ait prętor, [g] Si tempus ad deliberandū petet, dabo: Cùm dicit tempus, nec adijcit diem: sine dubio ostēdit, esse in ius dicentis potestate, [h] quem diem [i] præstituat. [k]

Paulus libro lvij. ad edictum. II.

Itaque [l] pauciores cētum dierum non sunt dandi.

Vlpianus. lib. lx ad edictum. III.

Necnon illud sciendum est, nonnunquam semel, nonnunquā sæpius [m] diē ad deliberandum dandum esse: dū prætori suadeatur tēpus, quod primū aditus præ-

[a] Viuo filio, Quia quandiu ipse uiuit, possibile est conditionē impleri: & cum possit locus esse instituto, cessat substitutio. Itē post mortē filij demū incipit esse certum conditionem impleri nō posse, & sic admittunt substituti: uel si nulli sunt substituti, cū tunc certum sit patrē sa. decessisse intestatum, soli nepotes inueniuntur proximiores: & sic succedunt auo ut legitimi: ut hic subijcit: & Inst. de hęre. ab intesta. §. cum autem. Nec obst. in eod. titul. §. ita demum. ubi tempore mortis morientis inspicitur quis tunc est proximior: quia illud nullo cōdito testamēto: quæ distinctio [1] probatur Inst. de leg. agn. suc. §. proximus.

[b] Hæredes existerent. Vel sub. auo, non filio, qui nunq̃ fuit hæres: sed R. dicit ipsi filio, qui ab intestato patri successisset deficiente cōditione instit. cū nullum cohęredē, uel substitutum haberet: ut s. de hęre. insti. l. suus. qđ non placet: cū nō sit eo viuo cōditio impleta, & ita nō fuit hæres: & hoc statim ꝓbatur, neq;. n. &c.

[c] Neque enim. Bene dico quod nepos succedit auo ab intest. quoniam filius qui non successit, ille non impedit eos, quin auo immediate succedant.

[d] Quemadmodum. Innuit quod ualeret testamentū in quo filius exhęredatus est, etiā post mortē suam, si demum post mortem filij exhęredati destituatur testamentum. & sic est contra s. de lib. & posth. l. si ita. §. fi. vbi ab initio nō tenet. Solu. hic destituit ab initio, vt & ibi: & similitudo, q̃ fit ꝑ verbū queadmodū, ē vt deferatur: vt hic, & s. sed nō in tpe: q̄a s. post mortē filij: hic eo viuo. Itē nō in hoc: vt admittātur nepotes in vita: sed supiori sic: vel hic habuit cohrēdē nepos, ibi n̄, vt ibi not. Sed tūc quō deserit testm̄ post mortē filij? Resp. vt amodo nō possit rūpi ꝑ querelā: & sic admittuntur nepotes instituti. Vel dic quod fuerit exhęredatus sub conditione potestatiua. s. si nō dederit illi a. & sic optimè conueniēt eū prędictis. Sed tunc ob. s. de libe. & posth. l. 3. §. pure. sed ibi prohibet sub casuali, vel mista, & in institutione distinguitur. Vel dic destituitur rupto testamento per querelā, qū cohęredē habebat nepotē pure institutū. & facit j. vnde li. l. scripto.

DE IVRE DELIBERANDI.

Hęredes instituti, de quibus dictum est, deliberant de adeunda hęreditate: ideo de hoc dicit.

Si seruum. CASVS. Titius instituit sibi hęredē Stichū seruum meū: vult seruus tempus ad deliberandū, vtrum adeat hęreditatē, vel non: certè nō debet ei dari: nam seruus pro nullo est: sed debet mihi dari: si uolo, qui sum dominus eius. Ait pretor. Ita dixit prætor. Si aliquis hæres institutus petet à me tēpus ad deliberandum, ego dabo ei. postea dicit Vlpianus, cū dixit prætor, tempus dabo, nec adiecit quantum tempus ostendit esse in potestate iudicis, quantum tēpus det: non tamen debet dare minus, quam centum dies, sed & pluries pōt dare tempus ad deliberandum: ueluti si primum tempus datū non sufficit hæredi: sed non debet dare ultra semel, nisi ex magna, & iusta causa per hæredem probata: & istud est in fauorē, & adiutorium creditorum, scilicet quod hæredibus præstituatur tēpus, intra quod adeant: sed & hęredibus debet subuenire prętor, scilicet iubendo creditorib. hæreditarijs, ut faciāt hæredibus copiā instrumentorum suorum inspiciendorum, ut exinde possint hæredes se instruere, expediat eis agnoscere hæreditatē, necne. Et hoc dicit vsque ad legem Aristo. §. 1. Viuian.

[e] Non ipsi. Quia nec cōditioni sine iussu domini parere potest: ut s. tit. 1. l. sub conditione, nec adire nisi præcedat iussus: ut j. de acq. hęre. l. si quis mihi. §. iussum. sed nolle adire potest: vt C. de hęre. inst. l. 3. in fi. Azo.

[f] Apud pretorem. Nec quantum ad ius ciuile: vt j. de reg. iur. l. quod attinet. & l. seruitutem, & supra de test. lege, qui testamento. §. seruus. nec pretoris edicto. vt ibi: & hic, & infra de ope. noui nun. l. de pupillo. §. seruo, & intra de vsucap. l. nunquam. §. seruus.

[g] Petet. Hæres: Non autem legatarius, cum tantum lucrum afferat legatum: vt ā. mand. l. si hęreditatem. & no. quod dicit de maiore, quam sit pupillus. & j. eo. l. ait prætor. dicit de pupillo.

[h] Potestate. Sic j. de bo. autho. iudi. poss. l. in venditione. §. de tempore. & j. de leg. 1. l. si quis a filio. §. si qs plures. & j. de effrac. l. 1. §. expilatores. & j. de verbo. obl. l. continuus. §. cum ita.

[i] Diem. Dummodo non vltra nouem menses: sed à principe annum: ut C. eo. l. fi. §. sed quia quidam.

[k] Præstituat. Post centum dies tamen: vt j. l. prox.

[l] Itaque. Pro &, uel illatiue: quia prætor diem non adiecit, itaque non adijciamus.

[m] Nec non. Sæpius dummodo ultra centum dies, & minus nouem mensibus à iudicibus, nec minus anno a principe: vt C. eo. l. fi. §. sed quia. quæ est contra. Alij quod illa corrigitur: sed hodie hoc tempus est superuacuum, si fiat inuentariū: vt C. eo. l. fi. §. 1. & Insti. de hære. qualitate, & differentia. §. pe. & facit supra de eden. l. si quis ex argētarijs. §. fi. & l. seq. & C. In inuentarium. C de

[Left margin:] T. F. qui substituti.

[1] Istā distinctione tenet Bartol. in l. q. se patris. C. vñ lib. in 2. col. ver. contra istā lecturā opponn. uide ibi.

[Right margin:] † Cōcor. ī c. pe. cū glo. 2. extra de tē. ord. & facit c. finē litibus. cū glo. fi. ibi, & hoc est gñale. de dol. & cū tuma.

de dilatio.l. 2.& ȷ.ut legata.no ca. l.1.§.si cui.& ȷ.de leg.3.l.xi.§.si quis decem. & C. si sæpius in integ. restit.po.l.1.& ȷ.de bo.autho.iud.poss.l.fin.§.fin.& ī.de minori.l.si ex causa.§.si.& l.seq.

& l.si bonæ fidei poss.& ī.de procu.l. procurator totorum.& ȷ.eo.l.ait prætor.& s.de se.l. solent.

f Igitur. Facit ad hoc. C. de bo.quæ libe.l.fi.§.nt autem. & C.de admi.tu.l.lex.in fin.& l.seq.

g Venire. Id est, uendi.

stituerat, non suffecisse.

Idem libro lxj. ad edictum IIII.

Sed hoc impetrari nō debet, nisi magna ex causa.

Idem li. lxx. ad edict. V.

Aristo scribit, non solum creditoribus, sed & hæredi instituto: prætorem subuenire debere, [a] hisq; [b] copiam instrumentorum [c] inspiciēdorum facere: vt perinde instruere se possint expediat necne agnoscere hæreditatem. Si maior [d] sit hæreditas, & deliberat hæres, & res sunt in hæreditate, quæ ex tractu temporis deteriores fiunt: adito prætore potest is qui deliberat sine præiudicio eas iustis pretijs vendere: qui possit etiam ea, quæ nimium sumptuosa sint, velut iumenta, aut venalitia, [e] item ea, quæ mora deteriora fiant, vendere, quique præterea curaturus sit, ut æs alienum, quod sub pœna, vel sub pretiosis pignoribus debeatur soluatur.

Caius lib. xxiij. ad edict. prouincia. VI.

Igitur [f] si quidem in hæreditate sit vinum, oleum, frumentū, numerata pecunia: inde fieri debebunt impendia: si minus, à debitoribus hæreditarijs exigenda pecunia: quòd si nulli sint debitores, aut iudicem prouocent: venire [g] debent res superuacuæ.

Vlpianus libro lx. ad edictum. VII.

Ait prætor, Si pupilli, pupillęve nomine postulabitur [h] tēpus ad deliberandum, an expediat eum hæreditatem retinere, & hoc datum sit: si iusta causa esse videbitur, bona interea deminui, nisi si causa cognita boni uiri arbitratu, vetabo. Meritò prętor impedit interim deminutionem, quamdiu nomine pupilli petitur tēpus ad deliberandum. Quid sit autem, deminui vetabo, videamus. His verbis prætor non tantū alienationem impedit, verum etiam actiones exerceri [i] non patitur. Est enim absurdum † ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere: & ita Labeo scribit. In causæ autem cognitione hoc vertetur an iusta causa sit, vt deminuere prætor permittat. Ergo & funeris causa deminui permittet: itē eorum, quæ sine piaculo

Aristo. Casus in principio huius l. continuatur. l. 1. ī eod. Si maior. Institui mihi hæredē Titium in magna mea hæreditate, in qua erant uinum, oleum, & frumentū, & numerata pecunia, & iumenta ad uendendum: & erant etiam credita in hæreditate mea, quæ debebā sub pretiosis pignoribus: & postea decessi, & dictus hæres deliberat. Nunquid pendente deliberatione potest sine præiudicio suo uendere dictas res, quæ propter morā deteriores futuræ sunt uel nimiū sint sumptuosæ? & dicitur quod sic. Itē debet soluere dicta debita, & etiam facere sibijpsi impendia ex dictis rebus sumptuosis, uel quæ tēpore sunt perituræ: si autem non sint ibi res prædictæ, ꝑpter prædicta expedienda: exigēda est pecunia à debitoribus hæreditarijs: si autem non sint in hęreditate debitores, uel sunt sed soluere nolūt: debet ꝑdictus hęres deliberans uendere res superuacuas propter prędicta expedienda. hoc dicit cum l. seq. Viu.

a Debere. Statuendo diē adeundæ hæreditatis: ut ȷ. de cura.bo.dan.l.1.& de bo.auth. iud.poss.l. si seruus.& ī.de hęredi. instituend.l. si quis Institutur.§.1.

b Hisque. Hæredi, & creditoribus: ad quod ȷ. de acquir. hęre.l. Aristo.& de bo.autho.iudi. poss.l.fi.sed post aditionem creditores non petunt instrumenta edi.

c Instrumentorum. Hęreditariorum: ut d.l. Aristo. uel secundum quosdam existentium penes creditores hæreditarios. & facit quod not. supra de eden.l.1.§. edenda. & d.l.de bo.auth.iudi. pos.l.fi.

d Si maior. Quam sint onera: uel.i. quia multæ res sunt in ea. Acc.

e Venalitia i. serui uenales, & facit ȷ.de cur. bo. dan. l.1.& de uen.in posmit.l.1.§.mulier.& ȷ.de acq.hę.l. pro hęrede.§.seruos.& ī.de pet.hær.l.diuus.in princi.

Ait prætor. Casus. Filium meum impuberem mihi hęredē institui, & ei Titium tutorem dedi: delatū est tutori nomine pupilli tempus ad deliberandum: nunquid pōt interim diminui de bonis hæredetarijs per tutorem? & dicit prętor quod uetabit interim diminutionem, nisi causa cognita, & uiri boni arbitratu fiat diminutio. Vlpianus autē laudat illud qđ dixit ꝑtor: & uult similiter dicere qđ cōtineatur appellatione diminutionis per prętorem uetitę: & certè per dicta verba non solū impeditur alienatio rerum: uerum etiam exercitium actionum hęreditariarum. Item dicit dictus Vlpianus, quę sit causę cognitio, de qua prętor mentionem facit. Et dic quod si iusta causa sit diminuendi, debet permitti diminutio, puta causa funeris. Item permitti causa eorum quę sine periculo non possunt pręter.ri: & uel etiam di grata: vt & ędificia hęreditaria sarciantur: & ne agri hęreditarij remaneant inculti: & vt restituatur creditori pecunia, quę ei debetur sub pœna, vel pignore: quæcunque autem dictarum causarū interueniat: siue alia similis, debet cum permissu prętoris fieri diminutio, & non aliter. Viu.

h Postulabitur. Per tutorem.

i Actiones exerceri. Sed in procuratore secus, cui exercitium demandatur: nec tamen vendit. vt ī.de procuratoribus.l.procurator totorum. & in tutore, & curatore: vt ī.de administratio.tuto.l.fi. Item in omni ecclesiastica persona ut C.de sacrosanct.eccle.l.iubemus. Item quod hic dicit est verum, nisi sint res perituræ vt ī.eod.l. Atill.§.1.cum concord.& ȷ.hac l.& ī.de petitione hęreditatis l.diuus.& ȷ.ut in poss.le.l.is cui.§ qui legatorum.& l.pe.

† Cōcor. gl.1. prope finē.in verb. & dicit tex. in c.edoceri. extra, de rescrip. & gl.j.i c.cōtingit.circa princi. extra, de transact.

Permissu.

non possunt præteriri. Vescendi gratia æquè deminui permittet. Sed & vbi vrget, ex alijs quoque causis permittere eum oportet: vt ædificia sarciantur: ne agri inculti sint: si qua pecunia sub pœna debetur, vt restituatur, ne pignora distrahantur. Ex alijs quoq; iustis causis prætor aditus deminutionem permittet. Neque enim sine permissu [a] eius debet deminutio fieri.

Idem libro lxj. ad edictum. VIII.

SI quis suus hæres, postea quàm se abstinuerit, tunc petat tempus ad deliberandum: uideamus, an impetrare debeat. Magisq; est vt ex causa debeat impetrare, cum nondum bona venierint. [b]

Paulus libro lviij. ad edictum. IX.

FIlius [c] dum deliberat, alimenta habere debet ex hæreditate.

Quando sunt plures gradus hæredum: cuilibet per se assignatur tempus ad deliberandum. Paulus.

Marcellus libro xxviij. digestorum. X.

SI plures [d] gradus sint hęredum institutorũ: per singulos obseruaturũ se ait prætor id, * quod de præfiniendo tempore deliberationis edicit: uidelicet ut à primo quoq; ad sequentem translata hæreditate. quam primũ inueniat successorem, qui possit defuncti creditoribus respondere.

Appellatione filii, continetur naturalis in seruitute conceptus, & figura matrimonii. Paul.

Iabolenus libro iiij. ex posterio. Lab. XI.

QVi filiũ [e] libertinũ [f] habebat, hæredẽ eũ instituerat: deinde ita scripserat, §. Si mihi fili⁹ nullus erit, qui in suam tutelã [g] veniat, tunc Dama seruus liber esto: § is filius pupillus & libertin⁹ erat. Quærebatur, si Dama liber esset? Trebatius negat: [h] quia filij appellatione libertinus quoque contineretur. [i] Labeo contra: quia eo loco verũ [k] filium accipi oportet. Trebatij sententiam probata est eius sententia. Viuia.

[a] Permissu. Sed nonne aliàs vendit tutor sine indice res, quę seruari non possunt. vt C. de admi. tut. l. lex §. in fine. Respon. ibi erant pupilli: hic nondum. Item quare de pupillo specialiter dicit in principio huius l. cum s. l. 1. generaliter dixerat? Respon. quod sibi plus permittitur: et quia etiam causa vescendi: quod supra non erat. Item hic erat hæreditas maior, si ue non: quod s. in l. Aristo. §. 1. nõ erat secundum Io.

SI quis. CASVS. Institui mihi hęredem filium meũ quem habebam in potestate, me mortuo ipse abstinuit ab hæreditate mea: uendita tamen nõ fuerunt postea adhuc bona mea per creditores: nec ali⁹ hęreditatẽ meã adiuit: postea adhuc nunc petit dictus meus filius tempus ad deliberandũ, nũquid habere debet? Et dicitur quod sic. & pendente deliberatione debet habere alimenta ex hæreditate, & hoc dicit cum l. seq. Viu.

[b] Venierint. Nã suum repudiantem postea adire indistinctè, si bona sint in suo statu: ut hic, & C. de repu. hære. l. fin. in princip. hodie maior intra triennium, nisi res alienatę sint: minor habet trienniũ post utilem annum etiã rebus alienatis per in integ. rest. vt C. eo. l. fi. Sed contra huic & illi, C. de iur. & fac. igno. l. 3. Sol. ibi in tacendo, hic expresse. Vel uetius, ibi erat substitutus: at legitimus suum non excludit, nisi post triennium hodie: ut argu. s. de minor. l. quod si minor. §. Scæuola, uel dic ut notatur plene C. de iur. & fact. ignor. l. a. Item quid in emancipato? Item quid in materna hęreditate repudiata? Responde, ut nota. C. de repu. hęre. l. fi. & facit j. ad Terty. l. filij mater. §. 1. & j. de opr. leg. l. mancipiorum. in fi. Item extraneus post repudiationem non potest adire: ut C. de repudianda hęreditate. l. sicut. nisi minor: in quo dic ut s. de minoribus. l. quod si minor. §. Scęuola.

Legitim⁹ suum non excludit.

[c] FIlius. Aliud in extraneo, nisi sit pupillus. In fine: ut s. e. l. 3. proximi. & facit s. de inoff. test. l. si institutа. §. de inofficioso. Azo. & C. de ordi. cogni. l. fin. & s. de peti. hære. l. hæres furiosi. §. sed & si quid. & j. ut in possessio. lega. l. qui legatorum.

SI plures. CASVS. Institui mihi hęredem Titiũ & substitui ei Seium, & decessi, postea petit primus tempus ad deliberandum, certè bene debet habere: & si deliberatione habita repudiet hęreditatem, & Seius substitutus petat similiter tempus ad deliberãdum, habere deberet, dando enim prętor tempus ad deliberandum, etiam substituto, quam primum. i. citius inueniet successorem, qui respondeat creditoribus defuncti. Viu.

[d] Si plures. Facit j. tit. 2. l. quãdiu institutus. & quod notatur. C. de cura. bo. dan. l. 1.

QVi filiũ. CASVS. Titius hñs filiũ impuberem ex ancilla sua, & sic suum seruũ, manumisit eũ: & ita effectus est libertinus: instituit dictus Titius sibi hęredẽ dictũ suũ filiũ impuberẽ, & libertinum, & postea ita dixit, Si filius mihi nullus erit, qui in suã tutelam veniat: tunc Dama seruus meus liber, & hęres esto, & decessit dictus testator, quęrebatur, an Dama liber esset, ex dictis uerbis testatoris? Et dicit Trebatius quod nõ, ea ratione, quia filij appellatione, libertinus quoq; prędictus filius testatoris continetur, & ipse libertinus erat pupillus: & sic in suã tutelã veniebat: ergo Dama non debet habere libertatem, cũ testator ita dixerit, ut dictũ est: si filius mihi nullus erit, qui in suã tutelam ueniat, tũc Dama seruus meus liber, & hęres esto. Et uerum dixit Trebatius, si appareat ex aliquo iusto iudicio testatorem de hoc filio locutum esse. Labeo autem voluit dicere contrarium: sed reprobata est eius sententia. Viuia.

* In P. Fl. nõ est de.

[e] Qui filium. Pupillum.

* Vide Alciat. lib. 4. parerg. capit. 5.

[f] Libertinum. Habuit enim ex ancilla sua, vel ex aliena, & postea fuit manumissus: & sic non erat legitimus, sed naturalis.

[g] Tutelam. Id est adultam ętatem: ut j. de legat. 3. l. cum filio.

[h] Negat. Scilicet eum statim liberum esse. nam hic articulus tunc extremum tempus significat: vt j. de cõdi. & demon. l. 4. §. fi.

[i] Contineretur. Nota appellatione filij, etiã naturalis continetur: sic & j. de leg. 2. l. Lucius. §. fi. & l. cum pater. §. unlo. & j. ad Treb. l. hæredibus. §. fi.

[k] Verum. Id est iustũ & legitimũ: sed hic nõ fuerat legitimus: ergo nullus erat filius, qui in suam tutelam venire posset: unde videbatur, quod statim esset liber: sed cõtra est: ut subijcit. Et nota secundũ Labeonẽ, quod appellatione filij

Filij appellõne et naturalis continetur.

filij.legitimi tantũ continentur: sic C.de inst.& subst. l. generaliter.§.si.in eo quod dicit iusta sobole &c.

a Appareat. In dubio perpenditur hoc ex dignitate,& uoluntate,& conditione eius qui fideicommissum reliquit: vt ĩ.ad Trebel.l.ex facto.§.si quis. & facit ad l. istam ĩ. de hæred. instit.l. quoties. in princ. sed arg. cõtra in d.l. generaliter. §.fin.C.de instit.& subst.

bo: si tñ testatoré de hoc filio locutũ eé appareat.[a]

Digestorum, seu PANDECTAnum Liber vigesimusnonus.

TITVLVS I

[a] DE MILITARI testamento.

DE MILITARI testamento.

Quia dixit in genere de test. nunc in specie, sed in C. econtra.

Militib[us]. CASVS. Quia milites sunt simplices à legum obseruatione, ideo uoluerunt Imperatores antiqui, & noui quod rata esset eorum uoluntas quoquo modo testati fuissent, etiã si nuda uolũtas eorum sit intestata. Secundo planè dicit, unde dicatur miles. Tertio dicit, unde dicatur exercitus. Quarto, reddit rationem, quare prætor tractat in Intortiato de testat. militum separatim à testamentis paganorum: de quibus dictũ est, scilicet quia cognouit prętor ex cõstitutionib[us] principũ obseruari singularia iura, & propria in testamentis militũ. Et hoc dicit cum l. seq. Viu.

Vlpian.li.xlv.ad edict. I.

Militibus liberã testamẽti factionẽ primus quidem diuus Iulius Cęsar cõcesſit: sed ea concesſio temporalis erat: postea verò primus diuus Titus dedit: post hos Domitianus: postea diuus Nerua plenisſimã indulgentiam in milites contulit: eamq; & Traianus secutus est: & exinde mandatis [b] inseri cœpit caput tale: Cùm in notitiam [c] meam prolatum [a] sit, subinde testamenta à commilitonibus relicta proferri, quæ posſint in controuersiam deduci, si ad diligentiam legum, & obseruantiam reuocentur: secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelisſimosq; cõmilitones, [d] simplicitati eorum consulendum existimaui: vt quoquo modo testati fuissent, rata esset eorum voluntas. Faciant igitur testamenta, quomodo volent: faciãt quomodo poterint: sufficiatque ad bonorum suorum diuisionem faciẽdam nuda [e] voluntas testatoris. Miles autẽ appellatur [a] vel à mollitia.i.duritia [f] quam pro nobis sustinet: aut à multitudine, aut à malo [a] quod arcere solent: aut à numero mille [a] hominum dictum à Græco verbo tractũ χιλιοὶ. nam Græci mille hominum multitudinem χιλιαστὺν appellant: quasi millesimum [g] quenque dictum. vnde & ipsum ducem χιλιάρχον appellant. Exercitus autem nomen ab exercitatione traxit.

Caius lib. xv. ad edictum prouinciale. II.

De militum testamẽtis ideo [h] separatim proconsul edicit, quòd optimè nouit ex constitutionibus principalibus propria, atque singularia iura in testamẽtis eorum obseruari.

Id quod ex nostra voluntate dependet intelligitur facere omnimiure, quod melius facere possumus.

Vlpianus lib. ij. ad Sabinum. III.

Si miles [f] qui destinauerat cõmuni iure testari, ante decesserit quã testaretur: Põponius dubitat. [i] Sed cur non in milite diuersum [k] pro-

b Mandatis. Principum.

c Cum in notitiã. Aliàs cum innocentiam: aliàs cum in notitiam.

d Commilitones. Nota, q[uod] appellat se militem: sic ĩ.de ver.sign.l. familiæ. Azo.& no. fidelissimos. alias secus, sicut in clericis: ut C.de epis. & cler.l. generaliter. & ĩ.e. l.testamenta eorum.in principio,&.§. 1.

e Nuda. A solennitate: & dic, aut est domi: & tunc iure cõmuni: ut C.eo.l.penul. aut in prælio: & tunc etiã nullo uocato teste: ut C.eod.l.milites.dum tamẽ duobus saltẽ testibus probetur: ut ĩ.e.l. Lucius. aut in tentorio: & tunc sunt duo vocandi: vt ĩ.eo.l.diuus.

f Miles. Alludit vocabulo: sic ĩ.de acq. poss.l.1.in pri.

g Millesimum. Quia de mille unus strenuus eligebat.

h De militum. Ideo. Sic ĩ.de iniurijs, l.Itẽ apud.§. hoc edictum.

Si miles. CASVS. Quidam miles cũ posset iure militari testari, cœpit eo iure facere testamẽtum, quo pagani cõmuniter faciunt: & antequã compleret testamẽtum, decessit: fuit tamen quæsitũ. an ualeat illud quod fecit de testamẽto? Et responde quod sic, licet enim in pagano non ualeret testamẽtum inceptum, & non consummatum: tñ in milite diuersum debet probari. s.vt ualeat: licet de hoc Pomp. dubitauerit. neq; enĩ dictus miles, qui noluit testari iure cõmuni uidetur statim renũtiasse beneficio militari: nec credendum est, quod elegerit dictũ modum testãdi ad impugnãdum illud q[uod] faceret testãdo: sed magis uoluisse ualere iudicium suũ vtroque genere testandi.i. cõmuni, & militari, & hoc pp fortuitos casus valẽtes contingere circa testamentum suũ iure militari factũ: qui eius illud vitiare possent, & unus casus esse posset si transiret annus à tempore missionis de militia: quo casu non ualet testamentum iure militari factum: ut Insti.eo.§. & quod in castris. & sicut dictus miles tacitè videtur voluisse, quod testamentum suum ualeat utroq; genere testandi, vt dictũ est, ita plerique pagani testamentum facientes solent expresſè per scripturã adijcere in testamẽto, velle valere testamentum etiam iure codicillorum: & tunc sine dubio erũt codicilli, si sit testamentũ dicti pagani imperfectum: & iure codicillorum ualebit. Viuia.

i Dubitat. An ualeat iure militari. uel non.

k Diuersum. Quã in pagano, in quo non tenet: ut C. de test.

[a] In P.F. hic ita sic scribitur, de testo militis.

[a] P. Flor. post hoc.

[a] Hoc loco in Pl. Fl. additur hęc, caput ex mã datis.

[a] P. Flor. perlatum.

[a] In P. Fl. vel à milita. Halo. aũt legit, vel à malitia, vide I hũc locũ Alci.li. pętermiss. hoc ipso titu.

[a] Per antiphrasim puta: mili tẽ.n. igt, Sext. Põp. Fest. ð uer bo. s.li.z. Aelius à mollitia dictũ putat, q[uod] nihil molle, sed potius asperum q[uod] gerat.

[a] In P.F. q[uod] arcere milites solent. aut à numero mille hominũ: dictũ à Gręco verbo tractum à tagmate. Nã Gręci mille hominũ multitudinem τάγμα appellãt, quasi millesimum quẽq; dictũ. Halo. autẽ sic legit, q[uod] arcere milites solẽt: aut à Græco verbo χιλιοὶ, vnde χιλιαστὺς tractũ est, nã ita Gręci τάγμα & mille hominũ numerũ appellãt, quasi millesimum quẽq; dicas. vide I hũc locũ Alc.lib.pętermiss. z. hoc ipso titu.

[a] Eutropius lib. 1. Rerũ Romæ ð Romulo loquẽs: mille (inqt) pugnatores delegit, quos a numero milites appellauit.

[f] Facit ad hãc leg. in cap. cũ su-

betur ? Neque enim qui uoluit iure communi testari, statim beneficio militari renuntiauit. Nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia: sed magis utroque genere uoluisse propter fortuitos casus: quemadmodum plerique pagani solent, cum testamentum faciũt, per scripturã adijcere, ut hoc etiã uice codicillorum ualere. Nec quisquam dixerit si imperfectum sit testamentum, codicillos non esse. Nam secundum nostram sententiam & diuus Marcus rescripsit.

IIII.

Iure militari surdũ, & mutum testamentũ facere posse ante causariã missionem in numeris manentẽ placet.

V.

Militibus etiam ijs, qui hæredes extiterint possunt substituere in ijs duntaxat, quæ sunt ex testamento eorum consecuti.

VI.

Si miles unum ex fundo hæredem scripserit: creditur quantum ad residuũ patrimonij, intestatus decessisse. Miles enim pro parte testatus pôt decedere, & pro parte intestatus.

Inspicitur a tempore militiæ circa testamentum ut non rumpatur agnatione quod in pagano secus esset.

VII.

Qui iure militari testatur, & si ignorauerit prægnantem uxorem, uel non fuit prægnans: hoc tamen animo fuit, ut uellet, quisquis sibi nasceretur, exhæredẽ esse: testamentum non rũpitur.

VIII.

Idẽ est, & si arrogauerit filiũ, nepos ve successerit in locũ filij.

IX.

Demq; erit dicẽdum, & si nato filio, uiuo se maluit eodẽ testamento durante decedere. Nã uidetur iure militari refecisse testamentum: ut est rescriptũ a diuo Pio in eo, qui cùm esset paganus, fecit testamentum, mox militare cœpit. Nã hoc quoq; iure militari incipiet ualere, si hoc maluit miles.

X.

Facere testamẽtũ hostiũ potitus, nec iure militari potest.

Sermo debet intelligi secundum conditionem personæ, ad quam dirigitur. Bart.

de testa.l.hac consultissima.§.si quis autem.& §.ex imperfecto.

Genus testandi.Iure communi.

Iudicia.Iure speciali.& ad hoc quod eligẽs vnũ nõ renunciat alteri [illegible] l.Claudius.& [illegible] quis omi.cau. te [illegible] quia autem. [illegible] Sed argu. contra. C. de testa. l.non codicillum. ff.de diuor.l.si.§.fi.

Voluisse Testari. Valere. Vt C. de codi.l.ti.& supra de uul. substi.l.cohæredi.§.cum filia. & ad idem C.de codicil. [illegible]

Nec quisquam. Alias nec quisquam alias deest nec: & tunc subaudi nõ dicet. nã &c. & alias est q is & lege tertio [illegible]

Iure militari. Surdus, & mutus miles in militia existens pôt iure militari facere testamentum. Viu.

Surdum. Id est eũ qui est surdus & mutus. quid autem sit in pagano plenè dicitur [illegible] qui testa.fa. poss.l.discretis.& ĩ. de testa.l qui in potestate.§.nu.& l se quẽ. H.

Missionem. Sed an post, dic vt Insti. eo.§.quãmo.

In numeris. Id est exercitu.

Miles. Substituere directo cum illis deo [illegible] fiant, alias nullum est priuilegium, vt Instit. de pupill. sub.§.fin.& probat hoc ĩ.eod.l.miles ita.§.ex hæredato.& C.eo.l.in testamento.in fi.& ĩ.ut.s.l.Centurio.

Si miles.

Si miles instituat sibi hæredẽ Titiũ ex fundo: quo ad totum aliud suũ patrimoniũ remanet intestatus: miles.n.pôt decedere pro parte testatus, & pro parte intestat is:quod non est in pagano.Viu.

Creditur. Imo cõtra.ut ĩ.eo.l.si certarũ. q est contra. Sol. creditur hic f. a iure.si probatur hoc voluisse militem. nam præsumo, quod hæredi omnia dare voluerit: ut ibi.lĩẽ cu.ra C.eo.l.quanquã.Solu. ut modo dixi, vel ibi intelligitur [illegible] ex vnde non potest ibi probari contrariũ hic in re certa: & est ratio quia ibi in quotis: & ideo secundum eã proportionabilitatem in cæteris valenti, quod hic in singulis non videtur sic fieri: si autem unum ex paganis institu-

eriat, vel ex castrensibus, illa sola habet ut C. eo.l.t.& l.& ibi nota.distincte:& facit ĩ.de hæred.inst.l.t.§.si ex fundo & de vul.subst.l.cohæredi.§.fi.& ĩ.ad Treb. l cogi.§.sed & si.& ĩ.de regu.iur.l.ius nostrum.& ĩ. de castr.pecu.l.hæreditate.§.t.& Insti.de hære.insti. §.non autem.

Vi iure.

Miles iure militari faciens testamentum, & ignorans vxorem suam prægnantem esse, cum esset prægnans præterijt posthumum: vel in ueritate non erat prægnans: sed post testamentũ viuo dicto milite conceptt, & peperit. & viroque prædictorum casuum fuit eo animo dictus miles, vt nollet suũ hæredem esse: tunc qui cunq; sib. nasceretur, non rumpitur testamentum eius. Et idẽ est, si post testamentum arrogauit filium, nam nõ rumpet eius testamentũ arrogatus; si maluit miles prædictus decedere durante eodem testamento: idemq; est similiter, si post testamentũ nepos sue cessit ei in filij mortui locum. & idem est si post testamentum natus est filius ei viuo se, & ita est in isto alio casu. Quidam paganus fecit testamentum nõ iu re: & postea cœpit militare: & voluit quod dictũ suum testamentum ualeret iure militari. Certe bene incipiet valere iure militari. & hoc dicit cum duabus ll.seq.Vio.

Qui iure. Facit C. eodem, l.sicut. & ĩ. si cum.& ĩ.eod.l.si filius.& ĩ.de iniusto testa.l.si quis filio.§.ultimum. vers. qua ratione.& ĩ.eodem, l.in fraudem.§. a.& Inst.eodem §.sed & si quis.

Non rumpitur. Scilicet agnatione posthumi.

Dem est, & si arrogauerit. Post testamentum.

Nepos ve. Id est natus ex filio adrogato.

Filij. Quia non rumpitur testametum.

Denique. Eodẽ testamento, quod ante fecerat.

Maluit. De hoc dicit ĩ.eod. tribunus.

Facere. Miles in hostium potestate positus, non potest facere testamentum iure communi nec etiam iure militari. Viuia.

Facere. ĩ. de testa.l eius.in prin.

P.Fl.patrimoniũ.

* Sic P.P. Hal. autẽ legit. vel cũ prægnans sciens, hoc tamẽ animo fit velit quis quis sibi &c.

Infra e. ut.l.ĩ. eo.

Hostiũ potius, i. captus ab hostibus Aut. Aug. emẽd. lib. 4 c. 10.

Idem li[illegible] XI.

Ex militari delicto capite dānatis testamentum facere licet de his duntaxat castrensibus. Sed vtrum iure militari,an iure communi quæritur. Magis autem est, vt iure militari ei testādum sit. Nam cùm ei quasi militi tribuatur ius testandi:consequens erit dicere iure militari ei testādum. Quod ita intelligi oportet,si nō sacramenti fides rupta sit. Si miles incertus, an sui iuris sit testamentū fecerit: in ea conditione est testamentum eius, vt valeat. Nam & si incertus, an pater suus viuat,testamentum fecerit: testamētum eius valebit. Si filiusfamilias ignorans patrem suum decessisse,de castrensi peculio in militia testatus sit: non pertinebunt ad hæredem eius patris bona, sed sola castrensia.

Papinianus [illegible] responsorum XII.

Milites enim ea duntaxat, quę habēt, scriptis relinquunt.

Vlpianus li. xlv. ad edictum. XIII.

Idem est, & si de testamento mutādo cogitauerit: non quia adimere volebat castrensia bona hæredi scripto, sed quia de paternis testari volebat, & alium hæredem scribere. Sed si iam veteranus decessit: vniuersa bona etiam pater na ad hæredem debent pertinere castrensium.

Marcel[illegible] [Dige]storum XIIII.

Neque enim [illegible] iam potuit de parte bonorum testari. De

De militaribus delictis dissertatio Alex. ab Alexā. li.2. c. 13.

EX militari. Miles capite damnatus ex militari delicto. potest testari super bonis cast.& non super alijs: et iure militari, & non alio iure. Si autem fidem sacramenti rupisset dictus miles,non posset aliquo iure testari. Quid si miles sit incertus,an sit sui iuris? Certe pōt facere testa.& idem dico, si incertus esset an pater suus viueret Sed quid si pater dicti militis decessisset, & ipse miles ignorabat, & fecit test. in militia? Certe bona sua castrensia pertinebūt ad hæredem, & nō bona patris sui: quia milites relinquunt scriptis hæredibus ea duntaxat, quæ habent: paterna autem bona non habebat adhuc dictus miles: quia pro hærede adhuc non gesserat. Sed quid si dictus miles sciebat bene patrem decessisse, & instituit sibi hæredem Titiū in castren.sib.& paternis bonis & postea cogitauit d. test. mutando, & de instituendo sibi aliū hæredem in paternis bonis solis: nunquid dicta bona habebit primus hęres s. Titius? Et dicitur quod non, sicut nec a in prox. casu. habebunt ergo hoc casu paterna bona venientes ab intestato,& nō primus hæres,neq; ille quem in secundo instituere in corde gesserat.sed si tertio eodem casu decessit factus ueteranus, uniuersa bona debent ad Titium primum hęredem pertinere,& non ad uenientes ab intestato: & est ratio:quia postquam factus est ueteranus,non potuit de parte bonorū testari: & de parte non,et hoc dicit infra ad l.neque.§.1. Viu.

a Licet. Sec. in pagano:ut ſ. de test.l.ei q.§.1.& § fi.

b Vtrum militari. Alias naturali: ut ſ. de iniust. test. l. si quis ex. §.irritum.& ʒ.de leg.3.l. si quis in princ. §.miles. & ʒ.de uet. mi.fue.l.t.Sed contra.C.de inoff. test.l.si quādo Solut.ut ibi.& adde hic distinctionem, quæ est C.eo.l.à militibus.

ADDITIO. Dic secūdū Bar.hic,quod si cum milite loquebatur, intelligitur, q̄ facit iure militari. nā sermo debet intelligi secundum cōditionem personæ, ad quam dirigitur: ut hic: & l.plenum.§. equitij.ſ.de usu & habi. & per Dy.in ca.ea quæ.de reg.iur.lib.6.

c Sacramenti fides.i. si non fecit cōtra aliquod capitulum, quod iurauit: utirc ad hostes,uel uedere arma.

d An sui iuris. Quia dubitat, an fuerit competens iudex, uidelicet ille coram quo fuit emancipatus: qd̄ est opus:ut C.de emanci.lib.l.t.&.l.fi.vel an sint latrones,uel hostes,qui eum ceperunt,vt in pagano dicitur: vt ʒ.de leg.3.l.t.in princ.

e Nam & si incertus. Sec. in pagano: vt ſ.de test.l. de statu.& ʒ.de leg.2.l.t in prin.& de codicil l. Aristo. & ʒ de acqu. hære.l.hæres.quæ sunt cōtra: sed si hęres de statu suo dubitet,nō nocet aditioni.vt ʒ.si.j.l.sed &

si de sua. & dic ut ibi.

Pro intellectu istius glossæ,dic quod si est incertus, an sit filiusfamilias,uel paterfamilias miles pōt testari, quia quomodocunq; se habet, permittitur sibi testari: secus si miles sit incertus, an sit sui iuris, uel seruus: puta est incertus an sit captus ab hostibus,vel a latronibus: quia tunc non potest testari, secūdum Iacobum de Raue.Pet.& Cy. & Bald.

f Ignorans. Maxime, secundum quosdam. Acc.

g Non pertinebūt. Secus si paganus.i. veteranus est fact⁹: vt ʒ.l.3.in fin.& ʒ. de castrēsi peculio. l.hērditate.§.1.Acc.

h Milites. Habent.i.tenēt scilicet in castris: sic ʒ.de uerbo. obli gat.l.stipulatio ista habere, & ubaudi, scilicet si noluerit. & de paganis temanet intestatus:ut C. eod.l.1 & sic hic em de paganis testari noluit.

i Idem est. Vt hæres castrensium non habeat nisi castrensia.

k Veteranus. Post annū missionis, secus si ante:ut Insti. eo. §.sed hactenus.

l Vniuersa bona. Vt ʒ. de castrensi peculio.l.hæreditate.§.primo

In P. Fl. ad hęredē pertinere castresiū.

Marcel. li.10.Digestor. scribit, Neque enim iam potuit de parte bonorum testari. De porta.&c. atque ita ca. Neque enim, nō est separatum, prę cedenti.

Neq; enim.Casus in §. depotati. uf[illegible] fine l.eū l.seq. Non solū deportati, sed etiam omnes [illegible] qui alias testan[illegible] capere non possunt, a mi[illegible] hæredes institui [illegible] præ. et etiam [illegible] ę he redē instituere non pōt.sed si tēpore mortis dicti [illegible] rus inueniatur in ciuitate dictus pœna [illegible] confirmatur institutio. & idem est in omni alio non capace a milite instituto: & potest capace inuento tempore mortis militis.Quid si dictus miles instituat sibi hæredem seruum suum,quem liberum esse credebat,& non dedit ei libertatē? Certè non valet institutio.Sed quid si dictus miles instituit sibi hæredem [illegible], & ei substituit Seium: & di[cto] suo seruo libertatem dedit, & rogauit dictum institutum, & substitutum,ut hæreditatem restituerent dicto seruo: & postea decessit dictus miles: & postea antequam adiret, decesserunt in stitutus, & substitutus? nunquid habebit libertatē & hæreditatem dictus seruus? Et dicitur quod sic: ac si libertas,& hæreditas data esset ei directā. In testamento autem pagani distinguereetur in prędicto casu: quia si decederent institutus,& substitutus viuente dicto testatore, & sciente: tunc nihil noui statuendum esset & sic non ualeret libertas testamento data dicto seruo.Si aut decessissent dictus,institutus, & substitutus ignorante testatore, uel post mortē testatoris: subueniendum est,ut ualeat libertas,& habeat hæreditatem dictus seruus libertate donatus. Vin.

m Neque enim. Cōtinuatur cū superiori lege, idē &c.

n De parte. Cum iure communi debeat testari:ut Insti.eo.

eam ſine iuſſu meo: idem eſt, ut non poſſim habere ratam aditionem. Sed ſi non adierit filius meus hæreditatẽ matris ſuæ, ego tamen diu poſſedi eam, uideor adiuiſſe hæreditatem. Sed quid ſi filius meus à Titio inſtitutus erat à me emancipatus, & putabat ſe eſſe in poteſtate mea, & ſic iuſſu meo adiuit hæreditatem Titij uolens mihi acquirere? Certè non acquirit mihi hæreditatem, nec etiam ſibi. Si autem nõ erat à me emancipatus: & ego iuſſi quod adiret: & ipſe me mortuo adiuiſſet: bene obligaretur hæreditati, & hoc ſiue dubitet utrũ ſit filiusfam. an ſit factus paterfamilias per mortem meã, ſiue non: uelit tamen ſibi acquirere adeundo. Quod autem dictũ eſt in principio huius legis, ſcilicet quod ille qui eſt in poteſtate alicuius, non poteſt eum inuitum hæreditati obligare, in qua inſtitutus eſt, qui eſt in poteſtate: fallit quandoque: nam interdum filijfam. etiam ſine aditione acquirent hæreditatẽ ijs, in quorũ ſunt poteſtate: ut puta, ſi nepotem quẽ habeo ex filio meo, inſtituam mihi hæredem: & filium, id eſt, patrem ſuum exhæredem, & decedam: & ita ueniat dictus meus nepos inſtitutus in poteſtate patris ſui. nã ſit ſine aditione faciet dictum ſuum patrem, meumq; filiũ hæredem neceſſarium mihi. cũ enim dictus meus nepos fuiſſet mihi neceſſarius hæres, ſi non habuiſſet patrem, bonum eſt, vt tunc cum patrem habet, faciat eũ mihi neceſſarium hęredem, etiam ſine aditione ipſius nepotis, ut dictum eſt. ſecus autẽ, ſi dictus meus filius quem exhæredaui, adoptaſſet ſibi in filiũ poſt mortẽ meam quendam extraneum, quẽ hęredem inſtitueram. nam ille extraneus quem adoptauit, non faciet eum mihi hęredem neceſſarium: liberi tamen debet per iudicem dicto meo filio, ut ſi uult, adeat hæreditatem meam, & creditoribus ſatiſfaciat. aliàs comminari ei debet iudex ſe daturum hæreditatem creditoribus, ſi intra certũ tempus ab eo iudice ſtatutum nõ adierit: & eſt ratio quare in hoc caſu non ſit mihi neceſſarius hæres filius meus per extraneum a me inſtitutũ, quẽ poſtea adoptauit: quia tempore mortis meæ non fuit dictus extraneus in poteſtate dicti mei filij: nec eſt in mea poteſtate. unde cũ ipſe nõ eſſet mihi extiturus hæres neceſſarius, eo qđ nõ erat in mea ptãte, non faciet filium meum mihi neceſſarium imo uoluntarium.

Celſus lib. xv. ſtorum. Titius inſtituit ſibi hæredẽ Seium, & deceſſit. & cum Seius hæreditatem adire nollet, uenerunt duo de creditoribus dicti Titij, & dixerunt ei: Si tu non adeas, nos occidemus te. vel nihil ei dicendo intulerũt ei timorem iuſtũ, vel non iuſtum, ad hoc ut adiret. Seius autem prædictus dixit eis. Expectate me, quia ego reuertar ſtatim ad vos, & adibo hæreditatem, ex quo non poteſt eſſe aliud. & iuit ad duos ſuos amicos, vel ad tres, & retulit eis prædicta, & dixit eis: Ego uolo redire ad dictos creditores, & adire. tamen quicquid faciam, nolo quod aliquid valeat: & ita ſitis teſtes. & reuerſus fuit ad dictos creditores, & adiuit, fallendo taliter eos vt dictum eſt. Certè dicitur hic quod ſi dictus Seius erat liber, non erit hæres. ſi autem erat ſeruus non faciet hæredem dominum ſuum. Vlpianus.

a Inuitum. Id eſt, cum cuius non præceſſit uolũtas: vt differat à caſu ſequenti, ſed in bonorũ &c. pręcedere enim debet iuſſus, ut ĩ. eod. l. ſi quis mihi. §. iuſſũ. ſed ſe bene obligat hodie, ut C. de bo. quę liber. l. fi. Accur.

b Obligetur. Scilicet inuitus. Accur.

c Placuit. Etiam ſi ab initio non conſentiat.

d Ratam haberi. Vt & C. qui admit. ad bon. poſ. l. 1. & ĩ. rem ratam habe. l. bonorum. ſic & Trebellianica reſtitutio poteſt haberi rata: vt ĩ. ad Treb. l. ſeruo inuito. §. 1. & ſic peti põt per procuratorem hæreditas, non adiri: ut ĩ. eodem l. per procuratorem.

e Senatuſconſulto. Vt Inſti. ad ſenatuſconſul. Orfi. nam & ea legitima dicitur, licet non ſit ex lege xii. tab. vt ĩ. vnde legi. l. 2. §. fin. & l. ſeq. Accurſi.

f Idem erit probandum. Vt ſcilicet non poſſit adiri. Accur.

g Diu. Id eſt, lõgo tempore. ut ĩ. qui & à qui. l. ſi cum fideicommiſſa. §. Ariſto.

h Pater. Filio ſciente, & non contradicente. idem & ſi poſſediſſet filius: ut C. de pet. hære. l. ſi filius. Azo. & arg. ſ. ad Maec. l. ſi filius. ex tempore. ergo præſumitur ſolẽnitas obſeruata. ſic ſ. de vſuris. l. cũ de in rẽ verſo.

i Credendus eſt uterque. Id eſt, pater & filius. Azo. uel dic pater, in quem tranſeunt obligationes. ſecundum has ll. ut ĩ. eod. l. placet. Acc.

k Si is qui putabat. Tria dicit, primũ, ſi is. ſecundum, quanquam &c. tertiũ, nam cum &c. in primo adiuit viuo iubẽte, in ſecũdo eo mortuo, in tertio uiuo vel mortuo. † Dic ergo ſecundum Ioan. qđ facit differentiã inter errãtem, ut primo caſu, & dubitantẽ, vt tertio caſu: ut primo aditio non teneat, alterius ſic: ut ĩ. eo. l. qui putabat. §. qui bona. & §. fi. Sed arg. contra C. de cond. indeb. l. fi. & expreſſè reprobatur dicta diſtinctio. ĩ. de condi. & demon. l. multum. in fi. ubi de errante, & dubitante dicit quemlibet poſſe adire. Et qui erret, vel dubitet, dic ut ſ. de teſtam. l. de ſtatu. Diſtingue ergo inter dubitantem, & errantem in facto: ut quia credat matrem ſuam fuiſſe uxorem, quæ fuit concubina, ut in primo, & eum qui in iure: ut ibi, nam cum &c. & ſecundum hoc ſciebat ibi patrẽ mortuum, ſed non credebat per hoc filium fieri ſui iuris. Vel melius, in omni errante, uel dubitante attendas, an eius erat propoſiti, ut ſi liber, uel paterfamilias eſſet, uellet eſſe hæres: an uero iubenti tantũ quæri, nec de ſe aliquid cogitauit. in primo caſu quærit ſibi, ſi abſq; iuſſu alicuius adiuit, vt ibi, nam enim &c. ut ſ. tit. 1. l. qui iure. in ſecundo nõ ſibi, quia non uoluit: nec iubenti, quia non potuit. ſic ĩ. de teb. dub. l. in ambiguo. Et bene ſic diſtinguitur: quia propoſitum adeuntis dicit lex diſtingui ut quęrant poſſeſſori. Cur ergo non attenditur, ut quærat ſibi ſciẽti conditionem ſuam, uel dubitanti, vel erranti in ea: ut ĩ. de acqui. re. domi. l. homo liber? Et forte ideo hic ſic diſtinguitur, adeat cum iuſſu, uel non: quia non creditur ſibi uelle acquirere cum adiuit iuſſu: ſed ſi ſine iuſſu, contra. & hæc omnia cum is, qui putabat ſe filiumfam. ſcit ſe non eſſe neceſſarium hæredem alioqui ſi putabat ſe neceſſarium, quamuis ſit extraneus hæres, nec adire, nec repudiare poteſt: ut ĩ. eod. l. is qui. & l. ſeq. Dic ergo, ſi is qui putabat, errando in facto, uel in iure: ſed ĩ. dubitando, ſecundum primũ. Vel dic, qui putabat ſcilicet errando in facto: ſed ĩ. in iure, ſecundum

* In P. F. credẽdus eſt admiſiſſe hæreditatem.

† Imo uero mortuo Bal. & P. niſi ſaluãdo glo. intelligeres patrẽ qđ erat naturalis tantum. Bal.

secundum alium. Vel dic, qui putabat scilicet errando vel dubitando, non tamen sibi sed iubenti acquirere volens: sed infra sibi, secundum tertium. Acc.

filiumfamilias, patris a iussu adierit: eum neque sibi, b neque ei, qui iussit, c quæsijsse hæreditatem constat: quanquam d is, quem pater e iussit adire, & decessit, si adierit iam mortuo patre, obliget se hæreditati: ut Iulianus libro xxxj. Digestorum scripsit. Nã eũ, f qui dubitat, vtrũ filiusfamilias, an paterfamilias morte patris factus sit: g posse adire hęreditatem, magis admittit.

Si filius in potestate est alicuius hæres necessarius: facit patrem necessarium hæredẽ. secus si fuit voluntarius. Bar.

Interdum h filijfamilias & sine aditione acquirent hæreditatem ijs, in quorum sunt potestate: vt puta, si nepos ex filio exhæredato hæres sit institutus: i patrem enim suum sine aditione faciet hæredem, k & quidem necessarium. Sed si quis hæres institutus l adoptetur à filio exhæredato, necessarium eum non facit: sed iuberi debet, vt adeat: quoniam mortis tempore in potestate m non fuerit. Nam per eum n quis existere necessarius non põt, qui ipse non esset exciturus. o

Protestatio præcedens actui sequenti contraria, facit vt subsequens actus nihil operetur. hoc dicit secundum Dy. Bart.

Celsus p lib. xv. Digestorum scribit eum, qui metu verberum, vel aliquo timore coactus: † fallens * q adierit hæreditatem: siue liber sit, hæredem non fieri r placet: siue seruus sit, dominum hæredem non facere. s

Vulgaris substitutio expirat, si per institutum alteri hæreditas acquiratur. Bar.

Paulus lib. primo ad Sabinum. VII.

SI quis filiumfami-

---

a Patris. Putatiui.

b Sibi. Quia non vult.

c Qui iussit. Quia non potuit.

d Quanquam. Ab initio iussus inutilis aditionẽ uitiat, ut s. quãquam ille qui ex postfacto sit inutilis, nõ uitiat quin quærat adeunti. & est ratio, quia sufficit semel fuisse utilem: arg. j. de diuer. & tẽp. pręscript. l. de accessione. in fine. Alij dicunt ideo obligari hæreditate filium: quia succedit patri, qui tenebatur hæreditati ratione iussus.

e Pater. Scilicet verus. Acc.

f Nam eũ. Valet aditio mortuo iubente. nam valet quandoq; etiam eo viuo, quando adiẽs dubitat, sed non errat secundum primum, uel quando errat in iure secundum alium, vel quando sibi quærere voluit adiens secundum tertium ❍. Accursius.

g Factus sit. Igitur de sua cõditione dubitabat: secus si testatoris: ut j. e. l. sed & si de sua. Itẽ error, uel dubitatio facti esse põt, sic credebat uiuere patrem cũ esset mortuus. Idem iuris, si scribat mortuum, sed nõ credebat, quod per hoc filius fieret sui iuris. & facit j. eod. l. si quis mihi bona. §. iussum. & de usucapio. l. iusto. Accur.

h Interdum. Regulariter cũ filius instituitur, iussus pcedere patris, & sequi aditio debet, ut patri quærat: ut j. e. l. si quis mihi bona. §. iussum. sed hic fallit. Accur.

i Institutus. Ab auo, qui utrunque in potestate habebat. Accursius.

k Faciet hæredem. Et ita quæret ei: cum enim exhæredatus filius habeatur pro mortuo, ut in Auth. de hæred. & falci. §. exhęredatos. coll. 1. nepos fit hęres auo ipso iure, & necessarius: ut in fin. huius legis: & Institu. de hære. quali. & diffe. §. sui. quæ uidetur contra, sed nõ est, cum hic pro mortuo sit. Item per consequens eodem momento quærit patri, in cuius est potestate: ut j. eo. l. placet. & necessarium facit: ut hic, & in fi. huius legis: quia quod filius quærit, patri quærit: hodie secus: ut C. de bon. quę lib. l. fi. & facit j. de cast. pecu. l. ex castrensi. in prin. Accur.

l Institutus. Ab aliquo extraneo, ut locũ habeat qđ dicit in fine: quia ipse nõ esset &c. Vel hic a patre suo, in cuius erat potestate institutus: uel teriue personas superiores: & dic, nepos ab auo, id est à patre filij exhęredati, qui filius exiuerat de sui patris potestate. alioq; nulla esset adoptio: cũ mortuo auo nepos in sui patris caderet potestatẽ: ut Insti. qui. mod. ius patriæ potest. solui. §. 1. sed certè hic vidimus casus stare non potest: quia adoptione facta: statim est hæreditas iam quæsita nepoti, vt pote suo hæredi, acquireretur adoptanti: vt s. de adop. l. si pater. in prin. & sic iam denuo adiri, seu acquiri potest. Itẽ & finis nõ posset bene adaptari. Itẽ nec alię duæ positiones casus valẽt: sed hæc valet, vt dicas, quod Titius filium suum exhæredauit, & extraneũ instituit: eorũ mortuo antequam adiret a filio exhæredato est adoptatus. Az.

m In potestate ❍. Adoptantis, uel patris eius.

n Nam per eum ❍. Benedico quod nõ facit eũ necessariũ. nam &c. hæc tamẽ regula fallit infra, de castren. pec. l. ex castrensi. & dic ut ibi not.

o Exciturus. Scilicet necessarius.

p Celsus. Aliàs §. Celsus. alias l. eum.

q Fallens. Vt quia pręsciens se cogendum: clam, vel coram quibusdam fuit protestatus, quod licet adiret, pro nihilo ualebat esse. ad quod j. de leg. 2. l. si quis. in princ.

r Non fieri. Imò fit, sed abstinet: ut s. quod met. cau. l. si mulier. §. si metũ. & infra eo. l. si metus. quę sunt cõtra. Solu. hic fallens: ibi non. Alij dicunt, quod hic de æquitate, ibi de rigore. Alij econtra, quòd ibi de æquitate prætoria: hic de stricto iure, i. ciuili. Alij, non fit hæres. s. cum effectu, quia abstinet. prima placet. Item opponitur, metus verborum non fuit iustus, ergo non impedit fieri hæredẽ: vt s. qđ met. cau. l. 5. 6. & 7. & quib. ex cau. maio. l. metus. Solut. hic fallens. unde euasit si nullus fuisset metus, non tenuisset aditio. Item opponitur C. e. l. cum aliqui. sed ibi per iudicem cogitur adire. sic infra ad senatusconsult. Treb. l. nam. §. qui compulsus.

s Non facere. Hoc potest intelligi cum seruus ab aliquo compellitur, non à domino. alioqui contra: vt j. si quis omis. caus. test. l. 1. §. 1. Azo. & facit ad l. s. de nego. gest. l. atqui natura. §. si libero. & de testa. l. qui testamentu. in fi. & de iudi. l. 2. circa prin. & de auth. pręst. l. 1. in fi. & de acqui. rer. dom. l. homo liber. in princip. Argu. contra s. de rit. nupt. l. si patre ❍.

SI quis filiumfam. Seius instituit sibi hęredem Titiũ filium Caij: & bene sciebat dict' Seius dictũ Titium esse in ptãte dicti sui patris: & ita postea in eodem testamẽto dixit dict' testator: si mihi dictus Titius hæres non erit, Sempronius mihi hæres esto. & postea decessit dictus testator, & postea dictus Titius adiuit hæreditatem iussu sui patris, nũquid excluditur dictus substitutus? Et uidetur qđ non: quia Titius non est hæres, imo pater suus: ut j. e. l. placet. sed certè imo excluditur. nã cũ testator ita dixit, si mihi Titius hæres

---

Ista ratio. displicet. Bart. Ale. & Aret. iõ dic, qđ rõ est ſm Bart. quia sciebat filius iussum esse reuocatum per mortẽ patris: nec pmittitur adire ex necessitate iussus.

† Facit c. cum dilectus. cum glos. super ver. mortis, ex. de his quę vi met. caus. fi.

* Fallens, i. cãlculũ, qđ Gręci λαγθανόμενος dicunt.

res non erit Sempronius mihi hæres esto &c. intelligitur a iure taliter intellexisse: si Titius neque ipse hæres erit, neque alium hæredem fecerit, Sempronius mihi hæres esto &c. sciebat enim testator, vt dixi, filiumfamil. esse Titium. si autem ignorasset, habebit locum quod dicitur supra, de hære. institu. l. si paterfamilias.

lias a hæredē instituerit, & ita scripserit, si mihi Titius iste filiusfamilias hæres non erit, Sempronius hæres esto: filio adeunte iussu patris, b substitutus excluditur.

Suus hæreditatem patris non agnitam transmittit cum beneficio abstinendi. Bar.

Si filius prius, quàm sciret c se necessariū extitisse patri hæredē, decesserit, relicto filio necessario: permittendū est nepoti, abstinere d se aui hæreditate: quia & patri eius idem tribueretur. e

Hæreditatem agnitam per defunctum, non potest hæres eius repudiare. Bar.

In omni successione, qui ei f hæres extitit, q g Titio hæres fuit, Titio quoque hæres uidetur h esse: nec pōt Titij omittere i hæreditatem.

Si filius. Ego habens filium in potestate, & ex eo nepotē, institui mihi hæredem dictum meū filium & decessi: & ita est mihi necessarius hæres dictus meus filius ipso iure: ipse sūt nesciens prædicta, decessit instituto sibi hærede dicto meo nepote, suoq; filio: vult nūc dictus nepos patris adire hęreditatē. & à mea abstinere. certe bene potest hoc facere tanquam hæres patris. nā cū pater eius, si viueret, posset beneficio prætoris abstinere à mea hæreditate: ergo & hęres suus. secus aūt si dictus meus filius extitisset mihi hæres: quia nunc dictus meus nepos, qui adiuit hęreditatem patris, nō posset se abstinere à mea. & hoc idē esset in quolibet alio hærede hæredis. Viuia.

quid adire hæreditatem meam sine tutoris autoritate, & æri alieno obligari potest? Et dicitur quod non: & est ratio, quia nec pupillus, nec pupilla possunt obligari sine tutoris autoritate: hæreditas autē bene obligaret eos æri alieno hæreditario, si adire possent eā, & adirent, etiā si ipsa hæreditas eēt nō soluendo: quia bene obligat maiores, q per se adire possūt, & adeunt: secus aūt si dictus pupillus quem institui, esset tocus filius, vel seruus, & ita mihi hæres necessarius: nā tunc non esset ei necessaria in aditione tutoris autoritas: qa ipso iure esset hęres etiā sine aditione: si autem dictus Titius esset filius Seij (vt I primo casu dixi) & viueret dictus Seius, & iussu ipsius Seij adiuerit hæreditatē meā dictus Titius, acquirit eam patri suo, licet sit Titius eius ætatis, vt non sit consilij capax: si autē tempore quo dictum Titium institui, pater eius Seius non viuebat, vt dictū est primo casu, & dictus Titius erat maior infante: bene potest adire hæreditatem autoritate tutoris, quamuis similis furioso videatur esse, & hoc dicit cum l. seq. Viuia.

Qui non potest se obligare, non potest adire. Bar.

Vlpianus libr. vi. ad Sabinum. VIII.

MOre nostræ ciuitatis k neque pupillus, neque pupilla, sine tutoris autoritate obligari l possunt. Hæreditas autem, quin m obliget nos n æri alieno, etiā si non sit soluendo, o plus quam manifestū est. De ea autem hæreditate p loquimur, in qua nō succedunt huiusmodi personæ quasi necessariæ. q Impubes, r qui in alterius potestate est, si iussu eius adierit hæreditatē: licet consilij s capax nō fuerit, ei acquirit hæreditatem.

Pupillus potest cum tutoris autoritate hæreditatem adire. Bartolus.

a Si quis filiumfamilias. Alterius. & sciebat eum filiumfamilias esse. alioqui distingue, vt in seruo: vt supra de hæred. institu. l. si pater. & l. sequente.

b Patris. Licet ergo pater, non filius videatur esse hæres: vt s. eo. l. qui in aliena. §. interdū. non ideo deficit conditio. qa intellexit si hæres non erit, id est, si hæreditatē sibi, vel patri nō acquisierit: vt d. l. si pater. Acc.

c Sciret. Quid si ignorauerit? Respō. idem, nisi se immisceret.

d Abstinere. Et habere paternā. sed si vellet abstinere à paterna, & habere auitā, posset: vt C. si vt ab hære. se absti. l. 1. & l. 2. & C. vnde liber. l. qui se. Azo.

e Idem tribueretur. Si viueret: vt infra, eo. l. ei qui. & Instit. de hære. qua. & diffe. §. sed his prætor permittit. ergo idem ius habebit eius hæres. vt C. de iure delib. l. cum antiquioribus. in fi. & de reg. iur. l. qui in ius. Itē contra infra proxi. §.

f Qui ei. Puta Seio.

g Qui. Seius.

h Videtur. Not. quia hęres hæredis &c. vt & C. de hære. inst. l. fi. & j. de verb. sig. l. hæredis. & s. de pet. hær. l. 3. §. sed & si Titio. & dic vt ibi not. & ad idem C. de leg. l. in annalibus. & j. de iur. immu. l. 4. Fallit in casibus: vt j. de ver. si l. sciendū. & s. de vulg. sub. l. q liberis. §. fi. & C. de vsuf. l. antiquitas. & de vul. sub l. si filius. & j. de cast. pe. l. 3. vno modo litera illa intellecta. Ac.

i Omittere. Vt s. proxi. §. contra. Sol. hic adierat Titius: ibi non. Acc.

Vide de hoc latè per Bart. in l. gerit. 7. col. versi. sed quæro. in fin. de acquir. hæred.

MOre nostræ. CASVS. Institui mihi hæredē Titiū pupillū filiū Seij quondā, & decessi: nunquid adire...

k Ciuitatis. Romanæ, per excellentiam: ut Instit. de iure natu. § ius autem. quem seruamus: ut s. de legi. & senatusc. l. de quibus. in prin.

l Obligari possunt. Scilicet hæreditati, ut subiicicit: & s. de auth. præst. l. obligari. §. hæreditatem. & est ratio, ne habeant damnum: ut Instit. de aut. tut. §. neq; & ne uexentur: ut s. de mino. l. minor. xxv. annis. Idem de adulto dicas sine curatore. ut C. de adm. tut. l. cum quidam. si autē est infans, solus tutor: vt C. eo. l. si infanti. §. 1. Vel dic secundo obligari alicui ex pacto: vt similitudinariè ponatur, quod sequitur de hæreditate.

m Quin. Id est, quod. Accut.

n Obliget nos. Et sic obligare pupillos: vt hic, & infra, ad Treb. l. oō. n. & infra, q. ex cau. in pos. ea. l. 4. Ac.

o Soluendo. Vt & C. e. l. si testamenta, nisi fiat inuentarium: vt C. de iure deliber. l. fi. §. si autem.

p De ea autem hæreditate. Vt pupilli eam non adeāt sine tutore: & facit infra de condi. & demon. l. cum pupillis, & de reg. iur. l. pupillus. Accut.

q Necessariæ. Huic enim ipso iure obligātur, licet possint se abstinere iure prætorio: vt s. l. proxi. §. 1. & infra, de fideic. lib. l. cum quasi, §. sed & si quis. Item & necessarius hæres tantum quādoque abstinet quo ad quid: vt s. de hær. insti. l. 3. §. qui fideicōmissarium, qd qualiter intelligendum sit, dicam infra, eo. l. necessarij, & s. de min. l. ait prætor, §. non solum, Azo.

r Impubes. Maior infante: alias solus pater. vt C. eo. l. si infanti. in prin. Accut.

s Consilij. Plenū: aliqui tamen habeat, vt dixi. & facit

Paulus libro secundo ad Sabinum. IX.

PVpillus, si fari a possit, licet huius ętatis sit, vt causam acquirēdæ hæreditatis non intelligat: quamuis non videatur scire huiusmodi ętatis puer (neque.n.scire, neque discernere talis ætas pōt, b non magis quàm furiosus) c tamen cum tutoris d autoritate hæreditatem acquirere potest. hoc enim fauorabiliter ei prętatur.

Vlpianus libr. vij. ad Sabinum. X.

SI ex asse hæres destinauerit partem e habere hæreditatis, videtur in assem pro hęrede gessisse.

Pomponius libro iij ad Sabinum. XI.

IMpuberibus liberis omnimodo abstinendi potestas fit: puberibus autem ita, si se non immiscuerint.

Suus qui se non immiscuit, potest abstinere beneficio edicti prætoris sine aditione iudicis. Bartolus.

Vlpianus libr. xj. ad edictum. XII.

EI, qui se nō miscuit f hærediati paternæ, siue maior sit, siue minor: g non est necessę prætorem adire: sed sufficit se non miscuisse hæreditati. * Et est in Semestribus diui Seueri Victorino rescriptum, nō esse necesse, pupillis in integrum restitui ex auito contractu. quorū h pater i constituerat nō agnoscere hæreditatem: k neque quicquam amouerat, l vel pro hærede gesserat. m

Illa hæreditas repudiatione amittitur, quæ potest adiri: secus si adiri non poterit. Bart.

* In P.P. & est, in semestribus viuis Soteri & Victorino &c.

Pubes an restituat contra aditionē.

cit ī.eod.l.pater,§.fi.Accur.

a PVpillus, si fari.id est, maior infante: aliàs solus tutor. vt C.de iur. del. l. si infanti, §.1. vel infans tutore autore: vt ī.ad Trebel.l.seruo inuito,§.si pupillo: sub.ergo hic, maximè: sed in hoc differt: quia si est maior, non potest solus tutor: vt statim dices.

b Discernere pōt. Sic ī. de inter.l.quæ iu talle, & de iur.& ia.igno.l.regula, & C. de fal.mo.l.1.& ī.rē pup.sal.fo.l.fi.in fi.

c Furiosus. Sed in isto adit solus curator: vt C. de curato. fur. l.fi. §.tali, & ī. e. l.qui setuum suū, sed an faciat furiosum hæredem: dic vt ibi, at ibi oportet ambos consensisse: vt C.eo. l.potuit. & ad hoc ī. de regul. iur. l.in negotiis.

d Cum tutoris. Vt ī.l.proxi.not. At curatoris autoritas nō sufficit pupillo: vt ī.de appel.l.cum in vna,§. tutor, sed adulto sic: vt C. de administr.tut. l. cū quidam, item in bono. pos. solus tutor: vt ī.de bono. pos.l. tutor. Accursius.

SI ea asse. ... A ... Institui mihi hæredē Titiū in omnibus meis bonis, & decessi. Titius adiuit pro dimidia, & aliam dimidiam nō vult habere, certe cogetur etiam inuitus totam hęreditatem adire.

e Partem. Tantum, vel sciens se insolidum hæredem, vel credens tantum de parte, quam vult adire, & dic, destinauerit, id est, proposuerit cum effectu scilicet adeundo: vt s.eo.l.1.& a.& ī.de leg.2.l.neminem,& l.si cui,& ī.eo.l.qui se.& de legat.1.l.legatarius. Sed contra ī.eo.l.ex semisse. Sol. vt ibi. Accur.

IMpuberibus. ... Si impubes sit hæres institutus a patre suo, & mortuo patre adiuerit hęreditatem sine autoritate tutoris, & velit postea abstinere, poterit et sine in integrū restōne. sua.n.aditio nihil valuit ipso iure, si aūt esset pubes, & sine curatoris autoritate adiuerit, nō haberet ius abstinēdi, nisi per in integrū rest. si aūt se non immiscuit aliquo modo: pt beneficio prætoris abstinere sine aliqua in inte.rest. & ipso iure pt p pretorē abstinere. non autem est necesse quod propter hoc personaliter prætorem adeat. Et ex hoc determinatur quæstio de facta ad postulationem duorū, qui de hoc quæsierunt. vnus quorū vocabatur Soter, & alter Victorinus, quæ quæstio fuit talis. Titius habens filiū, & ex eo nepotes in potestate, habuit contractum cum Seio, & fuit in eo deceptus. & decessit instituto sibi hęrede dicto suo filio: dictus aūt filius suus noluit donec vixit agnoscere hæreditatem suam: nec aliquid de hęreditate amouit: nec pro hærede in ea aliquid gessit. & postea decessit dictus filius institutis sibi hęredibus dictis suis filiis, qui erāt pupilli, & nepotes dicti Titij testatoris. certe dicti pupilli possunt abstinere ab hęreditate auita, & sic non teneri oneribus hæreditariis auitæ hæreditatis, & sic non est eis necessarium in integrū restitui aduersus dictū contractū, in quo fuit deceptus auus: quia ipso iure nō tenentur, possunt ergo dicti pupilli habere hęreditatē patris eorū, & abstinere ab hæreditate auita: nec est eis necesse, quod personaliter adeant prætorem pro abstinēdo. vt in principio huius legis, et qui se.& facit optime s.eo.l.si quis filium, §.1. & hic est intellect' huius legis cum l.sequ. Vlpianus.

Impuberibus. Per hanc legem dicit P. non esse necessariā in integrum restitutionē impuberibus etiam cum tutore adeuntibus: alioqui idem esset in impuberibus, quod in puberibus. nam & puberes restituuntur: vt ī.eo.l. si minor, Sed tu dic, quod hic impubes sine tutore. pubes sine curatore adiuerunt, cum non haberent tutorē, vel curatorem: cuius impuberis aditio non tenet ipso iure: vt s. eo.l.pupillus, ergo sine restitutione deserit: at puberis tenet, cū curatorē non habe ret: vt C.de i integ. rest.mi.l.si curatorē: & ideo nō sine restitutione iuuatur, si adulit: vt hic, & ī.e.l necessarius: si autem curatorem habet, similis est pupillo vt d.l.si curatorem. Vel secūdo intellige, quod impuberes vocet minores 25. ann. qui iuuantur, etiam si adierint vel ipso iure, vel per restitutionem in integrum: vt ex præmissis patet. at puberes vocat maiores 25.ann.qui nullo modo iuuantur, vt hic, & C.de rep.hæred.l.4.& secundum hoc nō facit hæc lex pro P. in eo quod dicit, pupillum, soluentem debitum naturale condicere nō prohibita restitutione: vt s.de cōd.indeb.l.interdum. quia hic nec ante aditionem tenebatur nec post cum sine tutore adiuit, at ibi naturaliter saltem tenebatur & ideo non condicit solutam & consumptam sine restitutione: vt ibi no.& facit s.de mi.l.ait prætor,§.sed & si hæredi,& ī.l.proxi.Accur.

f EI, qui se non miscuit. Erit ergo suus: vt in titulo nota.

g Siue minor. Sed minor etiam potest: vt supra lege proxima.

h Quorum. Pupillorum.

i Pater. Cui successerant pupilli.

k Hæreditatem. Aui, id est, patris sui idem si decessisset q notans delatam: vt s.eo.l.si quis,§.1.

l Amouerat. Quia tunc beneficium abstinendi amisisset, cum sit suus: vt ī.eo.l.si seruum,§.prætor ait, in extraneo secus: vt infra eodem, l. si quis extraneus, Accursius.

m Gesserat. In bonis aui: & facit C.si min.se ab hær. absti.l.1.

absti.l.1.& ī.l.proxi. & ͞j.eo.l. necessariis. Accur.

IS quis hæres. [illegible] Institui te hæredem, si nauis ex Asia venerit, & decessi: m ante conditionem prædictam existentem repudiasti hæreditatem mea: & postea venit conditio: tu videns, quod locuples erat hæreditas mea, volebas eam adire nō obstante repudiatione: nunquid potes? Et dicitur quod sic: nec obstat quod lege cauetur: quod is qui hæres institutus est, vel cui legitima hæreditas delata est, repudiatione hæreditatem amittit: quia illud verum est, si in ea causa erat hæreditas, tempore repudiationis, vt adiri potuerit: qđ in nostro casu non erat: & idem esset, si sub quauis alia conditione te hæredem instituissem, etiam sub potestatiua conditione. Vidisti ergo vnum casum, in quo non valet repudiatio hæreditatis: nunc volo tibi dicere plures alios. Primus est, si tempore repudiationis dubitet hæres viuat testator, necne. Secundus est, si substitutus repudiet eo tempore, quo hæres non decreuerat vtrum vellet hæreditatem, vel nō. Tertius est, si filiusfamilias ab aliquo institutus, vel cui legitima aliqua hæreditas est delata, repudiet sine patre, vel pater sine eo: vterque autē eorum simul bene potest repudiare. Quartus est, cum hæres institutus putat se necessarium hæredem, cum sit voluntarius, nam non potest repudiare, nec hæres etiam existere, tanquam voluntarius. Quintus est, cum hæres institutus putat non valere testamentum: vel esse falsum: si autem dicitur à quibusdam testamentum esse falsum, ipse autem hæres certus est, quod non est falsum: bene posset repudiare hæreditatē sibi ex eo delatam, sicut & posset acquirere si vellet. Sextus est, cum heres institutus idemq; legitimus repudiauit quasi institutus, nam non amittit propter hoc hæreditatem quasi legitimus: sed econtra si repudiauit tanquam legitimus, distinguitur: quia aut sciuit se hæredem institutum, aut ignorauit: primo casu videtur repudiasse vtroq; modo, id est, tanquam institutus: & tanquam legitimus: secūdo in nullo casu nocebit repudiatio neque ad testamentariam: quoniam hanc non repudiauit: neque ad legitimam: quia adhuc non fuerat ei delata patet ergo per prædicta, quod ille potest hæreditatem repudiare, qui & acquirere potest, & nō alius. Item patet, quod ille qui vult repudiare hæreditatem, vel bonorum possessionem vel etiam acquirere: debet esse certus testatorem esse mortuum: & aliàs non potest acquirere, vel repudiare, & hoc dicit vsque ad legem, pro hærede. Viu.

[illegible] sexto ad Sabinum. XIII.

IS, qui heres institutus est, vel si cui legitima hæreditas delata est, repudiatione hæreditatē amittit. Hoc ita [a] verū est, si in ea causa erat hæreditas, vt & adiri posset. Cæterū hæres institutus sub conditione, si ante conditionem existentem repudiauit: nihil egit, [b] qualisqualis [c] fuit conditio, & si in arbitrium [d] collata est.

Qui non potest propter dubitationem seu inhabilitatem, seu conditionis pendentiam adire: non potest repudiare. Bartol.

Si quis dubitet, [e] viuat testator necne: repudiando nihil agit. [f] Substitutus quoque similiter si ante repudiet, quā hæres institutus decernat de hæreditate: [g] nihil valebit [h] repudiatio.

Hæreditatem delatam filiofamilias, nec ipse sine patre repudiare potest: nec econtra: sed vterque simul. h.d. cum l. seq. Alexan.

Neque filiusfamilias [i] repudiando sine patre, neque pater sine filio alteri nocet: vterque autem possunt repudiare.

Paulus libro secundo ad Sabinum. XIIII.

a Hoc ita. Scilicet, quod institutus repudiet: & sic ad primum non ad proximum dictum refertur, vel sic: hoc ita verum est eam esse delatam, si adiri &c. non sic, hoc ita scilicet delatam posset repudiari, si in ea &c. quia hæc conuertibilia sunt, esse delatam, & posse adiri: vt infra, de verb. signi. l. delata, & sic malè loquebatur. Accursius.

b Nihil egit. Nisi coram iudice creditoribus instantibus renunciet, & se non aditurum dicat, etiam si conditio extiterit: vt ͞j. de cur. bo. dan. l. 1. & infra eodem. l. in plurimum, in fin. quæ sunt contra, argum. supra de orig. iur. l. 2. §. & cum placuisset, & de offi. præto. l. legatus. Item contra ͞j. eo. l. nec is, §. sed si quasi. Sol per l. ͞j. e. l. illud. Item contra C. de pact. l. 1. solu. vt ibi. Itē aliud est in bonorum possessione petenda, quā in aditione hæreditatis vt ͞j. de secun. tab. l. 2. §. si sub conditione, & §. si quis ita, cum concor. & ͞j. de reg. iur. l. qui potest. & ͞j. de succe. edi. l. 1. §. decretalis, & de leg. 2. l. si ita scriptum, §. 1. & ͞j. eo. l. is potest, & l. si quis extraneus, §. sed ita.

c Qualisqualis. Dū modo non impossibilis de natura, vel iure: quia tunc habetur pro non adiecta: vel nisi sit talis, vt habeatur pro impleta: vt quia nō stat per hæredē, vt supra de condit. insitu. l. 1. & l. conditiones, & infra quando dies lega. ced. l. 5. & de condition. & demonstration. l. obtinuit, & l. aliquando. Accur.

d Arbitrium. Scilicet hæredis, & sic est potestatiua, & dic tacite: vt si decem dederis, hæres esto: secus si expresse, vt si voles: vt ī. de condi. insti. l. fin. & l. verba, vel in arbitrium extranei tacite, non expresse: vt infra, de cond & demonstra. l. nonnunquam: hæc autem conditio, si ille arbitrabitur, hæres esto, vel tibi lego, videtur pura: vt infra de leg. 2. l. 1. Item quidam dicunt, quod si expressit, si voles, hæres esto, non fit pro pura: quanquam statim possis acquirere, & sic tunc fallit regula infra eodem. lege, is potest: sed primo debeo purificare. sed dic vt præ dixi, & not. supra de hæred. institu. l. iam dubitari.

e Si quis dubitet. Quis dicitur dubitare. dic vt ͞j. eo. l. cum quidam, §. quod dicitur. Accur.

f Nihil agit. Quia nec adire potest: vt ͞j eod. l. hæres institutus, & l. sequen. Hug.

g De hereditate. Scilicet repudianda.

h Nihil valebit. Quia nec adire potest: vt ī. ead. l. in prin. & l. quandiu, & ͞j. eo. l. quandiu, & facit C. de capti. l. nec nos. ͞j. eo. l. qui superstitis.

i Neque filiusfamilias. Institutus filius ab aliquo cō templatione patris: vt sic profectitia, scilicet sit hæreditas: vt ī. de vulg. subsii. l. sed si plures. §. in arrogato, vel sui contemplatione: & sic aduentitia non potest repudiari, vt patri noceat: sed iubebit adhuc enim adire: vt hic, & C. de pact. l. filius, & econtra pater non nocet filio: quia nec antea pertinebat ad filium: vt ͞j. eo l. placet. Vel non nocet: quia post mortem patris adire poterit. Sed an ipsi patri? forte non. Argu. contra ī. solu. mat. l. 2. §. denique. At sequens lex quando ab intestato: vt per Orficianum: vt s. eo l. qui in aliena, §. sed & si legitima. sed nouo iure secundum quod quæritur proprietas filio, in aduentitia indubitanter obtinet quod hic dicit: vt C. de bon. quæ lib. l. fin. Alij dicunt hic à matre filium institutum: & l. seq. ab eadē matre

IDem etiam est, si legitima [a] hęreditas filijs obuenit.

Si putãs se necessariũ hæredẽ, cũ sit voluntarius, repudiet, vel adeat: nec repudiatio, vel aditio valet. h.d. cum l. seq. Alex.

Vlpia. li. vij. ad Sa. XV.

IS, qui putat se necessarium, [b] cùm sit voluntarius: nõ poterit [c] repudiare. [d] Nam plus est [e] in opinione, quàm in veritate.

Idẽ li. xx iij. ad ed. XVI.

ET econtrario, [f] qui se putat necessariũ voluntarius existere non potest. [g]

Incertus de viribus testamenti non potest ex testamento adire secus si sit certus, licet per alium super viribus testamenti quæstio mota sit. Alex.

Idem libro vij. ad Sabinum. XVII.

NEc is, [h] qui non valere testamentum, aut falsum esse putat, repudiare [i] potest. [k] Sed si certum sit [l] falsum nõ esse, quod falsum dicitur, sicut adeundo acquirit, ita & repudiando amittit hæreditatem.

Repudiatione vnius iuris non videtur repudiatum aliud: nisi repudiatum non potuit sine illo repudiari. Alex.

Hæres institutus, idẽque legitimus, [m] si quasi institutus repudiauerit: quasi legitimus nõ amittit [n] hæreditatem. Sed si quasi legitimus repudiauit: si quidem scit se hæredem institutum: credẽdum est, vtrunque [o] repudiasse. Si ignorat: ad neutrum ei repudiatio nocebit: neque ad testamentariã: quoniam hãc nõ repudiauit: neque ad legitimã: quoniam nondum ei fuerit delata. [p]

Qui habet ius adeundi principaliter, & per se nõ impeditũ, ad sui vtilitatẽ is repudiare potest: aliter non. Bar. & Alex.

Pau. li. ij. ad Sa. XVIII.

IS potest repudiare, [q] qui & acquirere pôt

---

matre hæreditatẽ delatam ab intestato: & dicunt etiã iure isto eam quęri filio per l. s. e. l. qui in aliena, §. sed & si. quod non placet, quia primo per Constantinum hoc fuit inuentu: vt C. de bonis mater. l. 1. & licet filio deferatẽ, statim patri quæritur. Item opp. Inst. per quas perso. §. 1. vbi pater dat cui vult. Respõ. illud post acquisitionem: quia iam non est spes filio: sed ante: quia spes ẽ filio, si fiat sui iuris, non põt pater repudiare: sicut in seruo: vt Insti. de hære. insti. §. alienus, tempore enim aditionis ĩ hęreditate consideratur conditio instituti, secus in legatis, & in stipulationibus: vt ibi no. licẽ secus [t] est in domino & seruo: vt j. de lega. 1. l. legatum seruo, & de succes. edi. l. 1. §. per seruum, & facit C. de repu. bono. poss. l. filio, & s. de iureiur. l. quanto magis, ibi, ipsi autẽ defen. &c. & C. eo. l. senitente, & de fideic. l. ex repudiatione.

[a] IDem etiam est si legitima. Ex Officiano: vt s. e. l. qui in aliena, §. sed & si legitima.

[b] IS qui. Necessariũ. Quis sit suus, & necessarius, vel necessarius tantum: habes Insti. de hæred. qual. & differentia, in prin.

[c] Non poteris. In eodem errore consistens: vt sic verba ad idem tempus referantur: sicut arbor mala non facit fructus bonos, scilicet existens mala, & est ratio: quia credens se necessarium, credit se non posse repudiare: & quia de iure suo nõ est certus: quod omnium hæredum commune est.

[d] Repudiare. Vel adire: vt j. l. proxim.

[e] Plus est. Quia in animo consistit aditio: vt Insti. de hære. quali. & diffe. §. fi. Et no. generale dictum: sic j. de iniur. l. cum qui, §. fin. & l. item apud. §. interdum, & s. quibus mod. vsufr. amit. §. is qui. Sed arg. contra j. de cri. expi. hæt. l. fi. & pro emp. l. 2. §. si à pupillo, & Instit. de leg. §. si quis rem, & j. de man. vin. l. 4.

Dic quod hic loquitur in aditione, quę cõsistit in solo animo, vbi magis inspicitur opinio: ibi in his, quę in solo animo nõ consistunt. secundũ Bat.

[f] ET contrario. Sed in quo est econtra, cum idem videatur? Respon. s. non repudiat, hic econtra non adit: sed vtrobique erat voluntarius: sed putabat, quod esset necessarius. Sed nunquid econtra si in veritate erat necessarius tantum, sed se volũtarium credidit? Respon. si necessarium tãtum, protinus est hęres: vt Insti. de hære. quali. & differen. in prin. nisi in causa quando fit de necessario voluntarius: vt s. de hære. instit. l. 3. §. qui fideicommissarium. Sed quidam dicunt eum non fieri protinus hæredẽ per hunc casum huius legis: & in hoc dicit, econtrario. si autem suus, & necessarius est, per prætorem voluntarius fit: vt no. supra eodem lege, more, & ideo adire non poterit, vel repudiare, cum in suo iure erat.

[g] Non potest. Scilicet adire hæreditatem etiam si velit, in errore permanens.

[h] NEc is. Alias incipit. is q. & deest nec, & tunc primus, & secundus casus idem sunt: tu habeas, nec, & erũt duo casus. Acc.

[i] Repudiare. Vel adire: vt j. l. proxi.

[k] Potest. Etiam si nolit: quia de iure suo est incertus.

[l] Sed si certum sit. Puta cum ipse hęres dicitur falsum commisisse, tunc certus est de iure suo: & ideo adire, vel repudiare potest: secus si alius dicitur fecisse falsum: vt hic, & j. eo. l. cum falsum, & l. cum quidam, in fi. Accur.

[m] Legitimus. Quia proximior.

[n] Non amittit. Potest ergo vno iure repudiare, [z] & altero amplecti: sicut & ille qui iure ciuili, & prætorio succedere potest: vt nota, C. eod. l. impuberem, & hoc verum si nulli sint legata relicta: alias tenetur ad onera, ac si ex testamento adisset: vt C. si quis omis. cau. test. l. 2. in prin. Itẽ potest hic ratio colligi, quid operetur substitutio duobus extraneis substitutis, vos inuicem substituo: cum iure accrescendi sunt idem consecuturi: quia vno iure repudiare, altero amplecti poterunt.

[o] Vtrunque. Id est, hæreditatem vtroque iure obuenientem: & est sic j. e. l. in plurium. Sed contra s. eo. l. is qui. 2. respon. in eo quod potest hic repudiari legitima, quæ non est delata. Solut. j. eo. l. illud.

ADDITIO. Dic quod censetur esse delata propter quendam occultum ordinem: secundum Bal.

[p] Delata. Bona ratio. vt s. e. l. is qui. 2. respon. & j. de succ. edi. l. 1. §. cum furiosi. habes ergo, quod adhuc potest adiri ex testamento: quia non tenuit repudiatio, cum ignorabat sibi delatam, sed si potest adire ex testamento, non est locus ab intestato: quia quandiu est locus testamentarię &c. vt j. e. l. quandiu, & j. de reg. iur. l. quandiu, & C. commu. de suc. l. antequam, & C. vnde lib. l. 2. & facit j. de excep. rei iudic. l. ex sextante, in prin. & j. de reg. iur. l. quoties ex duplici.

[q] IS potest repudiare. Et tunc quis autem, & quãdo possit acquirere, dic homo liber, paterfa. cõpos mentis, maior 25. an. qui scit testatorẽ mortuũ, & sibi delatã hæreditatem. Seruus ergo, & filiusfa. adire non possunt, nisi præcedat iussus, vt j. e. l. si qs mihi bona, §. iussum. Itẽ furiosus nõ: vt infra, e. l. q seruũ. In minore dic vt s. e. l. more. & l. pupillus, no. Item scire debet testatorem mortuum: vt infra, l. prox. & sibi delatam scire

---

[t] Istã tenent Bal. & Alex. tamen tenent contrarium Bart. & Pau.

Arbor mala non facit fructus bonos.

[z] Hoc est verum, nisi simpliciter repudiasset hęreditatẽ: quia tunc vtroq; iure esset repudiata. Pau. & Alex. in gl. singulari, in l. t. infra de suc. edi.

ſcire debet: quia pure inſtitutus, vel purificata eſt inſtitutio: & hoc ſcit: vt ſ.eod.l.is qui hæres,§.1. & j.de ſecun.tab.l.1.§.ſcientiam. Itē debet eſſet certus, quod teſtator potuerit teſtari: alias de viribus teſtamenti dubitat: vt & j.co.l.hæres,§.fi. Item quod nullus eum præcedat ſcire debet: alias de viribus teſtamenti dubitare videtur: vt j.eod.l.cum quidã,§.1. Itē ſcire debet qua ex cauſa ad eum pertineat, ex teſtamento, vel ab inteſtato: vt j.e.l.ſi is ad quē. Sed regula huius l. fallit, nã tutor quãdoque ſolus adit, vt infanti acquirat: vt C.eo.l.ſi infanti,§.2. & bon. poſ. petit ſemper: vt j. de bo. poſſeſ.l.tutor, & l.ſi pupillus, ſed repudiare nunquam: vt d.l.tutor, & j.de ſuc ceſ. edict. l.1.§.tutor. Item ſeruus repudiare nō poteſt, ſed poteſt nolle adire: vt C. de hæred. Inſti.l.3.in fi. Quid autem in filiofami. habuiſtis ſ.eod. l.is qui, in fin. Item decretalem bo. poſ. acquirere quis poteſt, non tamen repudiare: & eſt ratio vt j. de ſuc. edi. l.1.§.decretalis, & concord. ſunt ſ. eo. l.4. cum ſuis conc. & j.eo.l.ſi quis extraneus,§. ſed ita.

Idē li.lix ad edi. XIX.

Qvi hęreditatem adire, vel bonorũ poſſeſsionē petere volet: certus eſſe debet, defunctum [a] eſſe teſtatorem. [b]

Qui aliquid facit tanquam hæres, oneribus hæreditariis eſt obligatus: ſecus ſi alio animo faciat: quod apparere poteſt, vel ex proteſtatione, vel ex facti qualitate. h. d. vſque ad §. ſi quid tamen. Bar.

Vlpianus lib.lxj. ad edictum. XX.

Pro hærede [c] gerere videtur is, qui aliquid facit quaſi hæres.[d] Et generaliter Iulianus ſcribit, eum demum pro hærede gerere, q aliqd quaſi hæres gerit. ꝓ hærede aũt gerere,[*] nō tã eſſe facti, q̃ animi.[e] Nã hoc aĩo eſſe dēt: vt velit hrs eſſe. Cęterũ ſi qd pietatis, ſi qd cuſtodię [f] cauſa fecit, ſi quid non quaſi hæres egit, ſed quaſi alio iure dominus: apparet, non videri pro hærede geſsiſſe. Et ideo ſolēt teſtari [g] liberi, qui neceſſarij exiſtunt, nō animo hæredis ſe gerere, q̃ gerunt: ſed aut pietatis, aut cuſtodiæ cauſa, aut pro ſuo:[h] vt puta patrem ſepeliuit, vel iuſta [i] ei fecit: ſi animo hæredis, pro hærede geſsit, enim vero ſi pietatis cã hoc fecit: nō videtur pro hęrede geſsiſſe. Seruos hæreditarios pauit, iumēta aut pauit, aut diſtraxit: ſi hoc vt hæres geſsit, pro hærede: aut ſi non vt hæres, ſed vt cuſtodiat: aut putauit ſua, aut dum deliberat, quid [l] fecit: conſulens, vt ſaluæ ſint res hæreditariæ, ſi fortè ei ň placuerit ꝓ hærede gerere: apparet, non videri

[a] Qvi hæreditatem. Defunctum ideſt mortuum.
[b] Teſtatorē. Et alia quædam no. ſ.l.proxi.& facit j.e.l.neminē, & l.qui ſuperſtitis. Ac.

Pro hærede. CASVS. Si aliquis eſt inſtitutus hęres, vel poteſt ſuccedere defuncto ab inteſtato, & incipiat gerere pro hęrede in bonis hæreditariis, obligatur creditoribus hęreditariis: & aliis hæreditariis oneribus. Quis autem videatur gerere pro hærede, & quis non, vult dicere hæc lex. Et certè ille demum gerit pro hęrede, qui in hęreditate aliquid geſſit quaſi hęres: & hoc animo vt velit hæres eſſe, ſi autem non eo animo fecit, nō videtur geſſiſſe pro hærede: vt puta ſi qd fecit in hęreditate cauſa pietatis, vel cuſtodię, vel quaſi alio iure. pietatis aũt cauſa poſſet feciſſe: puta ſi ſepeliuit patrē ſuum, de cuius hæreditate tractatur: vel fecit in eo impendium quod fit circa mortuos: & hoc fecit cauſa pietatis: ſed & hoc poſſet feciſſe eo animo, vt eſſet hæres: & tũc videret ſine dubio ꝓ hærede geſſiſſe. cuſtodiæ aũt cauſa poſſet feciſſe: puta ſi pauit ſeruos hæreditarios: vel iumenta hæreditaria: vel etiã diſtraxit: vel fundos hæreditarios, vel ædes locauit, vel fulſit: vel res tempore perituras diſtraxit: & hoc fecit cauſa cuſtodiæ. nam non videtur pro hærede geſſiſſe: quia nō hoc animo fecit: & idem eſt, ſi ideo fecit prædicta circa res hæreditarias: quia putauit ſuas: vel quia adhuc deliberabat vtrũ vellet eſſe hrs, vel nō: vel quia volebat proſpicere ei, qui ſubſtitutus erat ei: vel ei, qui ab inteſtato erat hřa capturus defuncto, de cuius hæreditate agit, ſed & ꝓdicta poſſet feciſſe eo aĩo, vt eſſet hæres: & tunc videretur ſine dubio pro hærede geſſiſſe: & ideo ſolent, & debent liberi qui patribus neceſſarij ſunt hæredes, corã teſtibus dicere non animo hæredis ſe gerere ea, quæ gerunt in hæreditatibus patrum, ſed cauſa pietatis, vel cuſtodiæ, vel ſuo alio iure, quam hæreditario. Viuia.

[c] Pro hærede. Aliter accipit hoc verbum pro hęrede. cũ tractatur de peti. hęre. vt ſ. de peti.hæ. l.pro hæ. & per totum tit. Azo. & aliter cum tractatur de vſucapione pro hærede: vt j. pro hęrede, l.1. & per totum titulum.

[d] Quaſi hæres. Sic ſupra familiæ erciſcundæ, l.qui hæres erat, in fi. & l. & puto, §.ſed & ſi quia, ſic & ſupra de iure dot. l.profectitia,§.ſi pater.

[e] Quàm animi. Quàm electiue ponitur, nã ſolus animus ſufficit: vt Inſtitu.de hære.quali. & diff. §.fi. Azo. & j. eod.l.gerit, & C.eo. l. ſi aua, per factũ, tamen probatur voluntas: vt C. de repu. hæred. l.1. Accur.

[f] Cuſtodiæ cauſa. Sic ſ. de iure delib. l.ait prætor, & lege Ariſto.

[g] Teſtari. Id eſt, proteſtari corã pluribus, ſic ſ. de nego. gel. l. Neſenius. Sed an habeat neceſſe, ſcilicet proteſtari? Reſpõ. H. non, ſed cauſa tollendæ dubitationis, & pro eis, ſ. de relig. l.at ſi quis,§.plerique, ſed illud ſunctando, non aliud gerendo. Vnde dic ſecundum Io. & Azo. neceſſe eſſe: alias præſumitur eſſe hæres: vt infra eo. l.duo fratres, & C.de repu.hære l.1.& d.§.plerique, nam cum quia aliquid gerit quod ſuo iure facere poteſt, magis ſuo iure præſumitur, quàm alieno: vt infra, eo. l. Iulianus, [z] §.ſi ſeruum, & hoc in ſuis, in extraneis dic, vt infra in proxi §.vel dic tertio vt ſtatim ibi dices.

[h] Pro ſuo. Quia putat rem aliunde ſuam: vel fortè maternam: vel aliunde. Azo.

[i] Iuſta. Quę pro ſepeliendo iuſta ſunt fieri, aliàs iuſſa, alias buſta: quia olim comburebantur in rogo cadauera mortuorũ: ſic & ponitur ſ. de in ius voc. l.2. in fi.

[k] Animo hęredis. Scilicet hoc fecit, & facit ſ. de inoffic. teſta. l. ſi vt proponis,§.pen.

[l] Quid. Id eſt, aliquid: ad quod ſ. tit.2. l.ait prętor, & l. Ariſto. Sed quis hoc probabit? Diſtinguitur ſuus ab extraneo, ſiue emancipato: vt infra, eo. l. Iulianus. [z] §.ſi ſeruum, & C.de repu.hęr l.1.& C.de iu.delib.l.1. Sed forte in emãcipato eſt ratio, quia de iure ciuili eſt incognitus: vt Inſtit. de hęre. quę ab inteſt.§ emancipati. ſed aditio hereditatis eſt de iure ciuili, ſed in extraneo non videtur, quare aliud ſit quã in ſuo meli'; ergo videtur perpendendum ex qualitate heredũ, & perſonarum eorum: & ex qualitate actuum, & rerum: quas attigerunt: vt ſic quandoque non habeant neceſſe probare ſe nō feciſſe animo adeundi: quandoq; ab aditex-

[*] Sic legēdũ ex P. F. admonet Ant. Aug. emē. lib.4. c.8. Gręco, vel potius Iudaico dicendi genere, quo non vno in loco Iuriſconſultus vtitur quin & in fine hu' capitis ſimilem locutionem reperies.

[†] Glo. t. in c. qualiter, extra de ele. dicit ꝑ hãc l. qd ſi electus ante confirmationem aliquid diſponat de rebus eccleſię vt ſaluę eſſent, q alias eſſēt periturę: non videtur ꝑ hęc adminiſtrare: ſō ei non nocet.

[z] Aliàs incipit, ſi pupillus.

[z] Aliàs Incipit, ſi pupillus.

[z] Dic qđ poſsũt habere: verũ vbi nō cõſtaret de voluntate facientis, vt quia eſſet mortuus ſecũdum Bar.

aduersario probetur fecisse animo adeundi. Azo. aliquis tamen actus in suo præsumit aditionem: quod in emancipato non præsumitur: vt manumissio: vt ĩ.eo. l.Iulianus, §.si seruum, & C.de iure delibet.l.t.

Si qu d. CASVS. Si filius petat a liberto patris defuncti operas, tanquam hæres patris, nunquid videtur pro hærede gessisse? Et certè non: quia earũ petitio nõ competit ei, eo quod sit hæres, sed eo quod est filius, & quod non competat ei, earum petitio tanquam heredi in promptu est ideo, quia si esset extraneus hæres, non competeret ei earum petitio: competit ergo ei earum petitio tanquam filio, id est, quasi ei debitæ, etiam si nõ esset heres. nã & creditoribus paternis competit earum petitio, qui nõ sunt heredes. nõ solum præteritarum operarũ competit petitio creditoribus, postquã sunt missi in pos. bon. hæreditariorum, sed etiã futurarum: & dicuntur præteritæ illæ operæ, quarum dies cessit ante quã creditores mitterentur in pos. scilicet, per moram liberti interuenientem: & illæ dicuntur certæ operæ, futuræ autem dicũtur, quarum dies cessit, postquam creditores sunt missi in possessionem. nam nisi dies earum cessisset, peti non possent: cedit autem earum incertarum operarum dies, cum indictæ sunt. Et quod dixi in operis per filium peti is, idem est circa sepulchrum hæreditarium, nam si filius intulit mortuũ in sepulchrum patris hereditarium, non videtur propter hoc gerere pro hærede: & iõ non est existimãdus obligari paternis creditoribus: & hoc propter prędictã rationẽ: quia ius inferendi in sepulchrum quondã patris: non competit ei tãquam hæredi, sed tanquã filio.

Item si seruus meus ex parte hęres institutus sit purè, ex parte sub conditione, dato scilicet cohærede: [c] & iussu meo adierit, deinde eo manumisso cõditio alterius [d] portionis extiterit: verius est, non mihi esse acquisitam illam portionem, sed ipsum comitari. [e] Omnia enim paria [f] permanere debent ĩ id tempus, quo alterius portionis cõditio extet, vt acquiratur ei, [g] cui prior portio acquisita est. [h] Ego quidem puto & si adhuc in potestate sit iterum adeundum eẽ, si conditio extiterit. & illud quod dicimus, semel adeundum, in eiusdẽ persona [i] locũ habet

[a] Nec interest. Videbatur contra vbi habeo substitutum, quia nunc pro parte testatus, & pro parte Intestatus decedere non potest: sed altero casu potest: quod est cõtra ius: ut ĩ. de reg. iu. l. ius nostrũ.

[b] Delatæ sint. Ante non: vt ĩ. de secun. tab. l. a. §. pro qua. & l. 1. §. sciẽtiam. & s̃. eo. l. is qui hæres. & l. nec is. §. fi. licet videatur contra s̃. de hæred. instit. l. liber homo. §. fi. [?] Item videtur contra s̃. eo. l. si tu. §. fi. in fi. Sol. ibi. Item contra s̃. e. l. eũ hæreditate. sed dic vt ibi. Item est sic s̃. eo. l. 1. & 2. & l. si ex asse, & C. eod. l. quidam.

[c] Cohærede. Aliàs non expectaretur cõditio: vt supra eo. l. cum hæres. §. 1. Ac.

[d] Alterius. In qua fuerat sub cõditione institutus. Ac.

[e] Comitari. Cõtra videbatur. ex aditione enim vnius partis, quam fecerat iussu meo, videbatur & tunc alia pars mihi acquisita adueniente conditione.

[f] Paria. In suo statu. Accur.

[g] Ei. Scilicet domino.

[h] Acquisita est. Quod hic non fuit: vnde alteri vna, alij altera pars defertur. nec ob. s̃. eo. l. si quis hæres. §. 1. vt ibi. no.

[i] In eiusdem persona. Dic quod siue sim institutus in asse, siue semel, siue in pluribus vicibus, siue ex parte aliqua: adeũdo etiam modicum, videor adire in totum, in quo sum institutus. & statim insolidum sum hęres. vt s. eo. l. si ex asse. & l. si ego. Item si in parte purè: & In parte sub conditione, & in diem, & nullus datus cohæres, nec substitutus in defectum conditionis: & tunc idem ut supra, eo. l. cum hæres. §. 1. & his duobus casib. habet locum hæc regula: ut una aditio sufficiat. si autem habeo in conditionali parte substitutũ, uel habeo cohæredem in aliqua parte, tunc secus: quia tunc est in pendenti pars illa, ut in ea nunc nõ possit fieri hæres, ut ĩ. de hære. insti. l. liber homo. §. si ita. & s̃. eo. l. cum hęres. §. 1. Alij contra. ut no. supra, e. l. qui ex duabus. in prin. Item habet locum hæc regula in casu seq. legis.

Non

Dic q ibi hẽditas defert mihi p alium ex noua dispositione, s. qa hẽdi primo successit, fm Bart.

non cum per alium a acquirenda est hæreditas.

Ius substitutionis non transmittitur ad hæredes. Bart.

Vlpianus lib. xiii. ad leg. Iul. & Pap. LXXX.

TOties videtur hęres institutus etiam in cā substitutionis adisse, b quoties acquirere sibi possit. c Nam si mortuus esset d ad hæredē nō transferret substitutionem. e

Cum seruus non capacis in totum, uel in partem instituitur contemplatione sui: secundum tempus aditæ hæreditatis inspicitur. Bart.

Terentius Cle. lib. xvi. ad leg. Iul. & Pap. LXXXI.

SI seruus eius, † qui capere non potest hæres instituatur: & ante quam iussu domini adeat hæreditatē manumissus, alienatusve sit: & nihil in fraudē legis factū esset: ipse admittitur ad hęreditatē. f Sed & * si partem capere non possit dñs eius: eadem dicenda sunt de parte, g quam ille capere non potest. Nihil.n. interest, de uniuerso quęratur, quod capere non possit, an de portione.

Toti accrescit portioni, non personæ: & certè qui perdit portionem, per his ius accrescendi: licet nomen hæredis retineat. Bartolus.

Vlpia. li. [illegible] ad leg. Iul. & Pa. LXXXII.

* SI to-

a Non cum per alium. Puta filium vel seruum: secus si per eum cui succedo vt hæres: ut ī. de hęre. institu. l. liber homo. §. fi. Sic ergo not. quod refert. sim hæres per me, vel per alium: vt hic: sic & aliàs: vt ī. de vulg. subst. l. qui liberis. §. fi. & alias ǰ. de oper. lib. l. cum patronus. §. 1. Item potest hic esse ratio: quia quando per seruum opus est facto, scilicet iussu. at eū per me, sufficit nuda voluntas. Item facit ad l. istam ǰ. de contra tabul. l. si post mortem. §. si in adoptionem. & ǰ. de bon. posses. sed cum patrono. & ī. eo. l. Antistius. §. 1.

Voluntas nuda in aditione sufficit.

TOties. CASVS. Institui mihi hæredem Titiū in sex vnciis, & Seiū in aliis sex. & ita postea dixi: si Seius mihi hæres nō erit substituo ei dictum Titiūm. & postea decessi: & postea Titius adiuit hæreditatem meam pro sua parte, & postea Seius repudiauit pro sua parte. nunquid pars Seii pertinet ad Titium sine alia aditione, eo quod substitutus fuit ei? & dicitur quod sic, secus autem si dictus Titius decessisset ante quam Seius suam repudiaret partem: quia tunc repudiante postea Seio nō transfert nec transtulit Titius ad hæredē suum substitutionem: non enim erat Titius tempore repudiationis Seii in ea causa, ut acquirere sibi potuerit, quia mortuus erat, ut dictum est: & ideo nec cum noua aditione hæredis Titii, nec sine aditione habet hæres Titii partem Seii, & hoc uult dicere. Viuianus.

† Pulchrè in hac l. cum Vi- glius in §. seruus aut pluriū. de hęre. inst. & §. in extraneis. de hęre. qua. & differ. Insti. li. 2.

b Adisse. Scilicet adeundo ex sua persona: quod sufficit: ut supra eod. l. proxim. in fin.

c Possit. Quia est delata: & quia uiuit. nam &c.

d Mortuus esset. Ante aditam hæreditatem. Item & post eo casu quando sic substituitur: quisquis mihi hæres erit, filio meo hęres esto: cęterū si nominatim uulgariter, uel pupillariter sit substitutus tunc adita sua portione si decedat, accrescit eius hæredi iure accrescendi: sicut ipso inuito si uiueret: ut ī. eo. l. qui patri. & l. qui ex duob'. in prin. & l. eū hęres. §. fi. & l. si quis hæres. in princ. & C. de cad. toll. l. 1. §. his ita. & supra, de uulg. subst. l. qui liberis. §. fin. secundum R.

e Substitutionem. Id est, eam partē hæreditatis: quæ sibi obuenit ex substitutione. Sed uidetur huic l. contra. ī. eo. l. qui patri. Solu. ibi proprio nomine hæredis expresso facta fuit substitutio: hic appellatiuo, quisquis hæres &c. R. sed secundū Ioan. hic in uulgari: ibi in pupillari substitutione, ratio est, quia pupillo adeunte, sua paternæ iuncta est hæreditas. unde qui habet paternam, & pupillarem adiunctam habere cogitur Azo. sed non nego, quin illa l. sic intelligatur, ut ibi no. nerum dico, q̄ ista l. loquitur cum tres fratres fuerunt instituti: ibi soli duo. Et quod dicit hic, q̄ ad hæredem non transfert substitutionem, uerum est iure substitutionis: ut ǰ. de suis & leg. hær. l. si ex pluribus sed iure accrescendi transmittit: & sic potest intelligi supra, e. l. qui ex duabus. in princ. & l. cum hæres. §. fin. & l. si quis hæres. in princip. secundum Hug.

SI seruus eius CASVS. Titius fuit in insulā deportatus, & ita ex testamento capere nō potest: postea Seius instituit sibi hæredem Stichum seruum eiusdem. Titij: qui Titius ex testamento capere non potest: ut dictū est, & dicitur C. de hęred. instit. l. 1. & decessit dictus Seius: postea dictus Titius manumisit dictum seruum ante quam ipse seruus adiret dictam hæte. iussu ipsius Titii domini. nunquid ipse manumissus admittetur ad hęreditatem? & dicitur quod sic. & idem esse, si Titius eundem seruum alienasset in Caiū ante quam ipse seruus adiret iussu ipsius Titij: nam admitteretur tunc Caius ad hęredi. Sciasnam. Sed quid si dictus filius dominus dicti Stichi à Seio instituti erat talis persona, quæ poterat capere partem tantum dictæ hæte. puta quia erat filius tantum naturalis dicti Seii, & si non potest capere ex hęreditate patris ultra unam unciam filiis legitimis, & naturalibus extantibus: ut in auth. quib. mod. na. effi. sui. §. discretis? Certe idē est in ea parte, quam capere non potest, quod dictum est supra, in eo toto, quod capere non potest dominus serui insti. scilicet ut si antequam seruus suus adeat iussu suo manumittat eū, uel alienet eum in Caium, ipse manumiss. admittatur ad eam partem hæred. in quam instit. fuit, quam dominus suus capere non poterat: uel cum fuit alienatus seruus, admittatur Caius emptor. & hæc uera sunt, si Titius manumisit dictum seruum uel alienauit bona fide, & non in fraudem l. quæ prohibet eum Titium capere totam hæred. datam seruo suo, uel etiam partem, si autem manumisisset in fraudem dictarum legum quas quidem supra nominaui, uel etiam alienasset, paciscendo furtè cum eo de manumittendo, uel cum emptore serui instituti ut ei non capaci totum, uel in partem restitueretur: postea non admitteretur ad hæreditatem dictus manumissus, uel emptor. Viuianus.

* In P. F. partem capere non possit, &c.

* In P. F. Si totam. an ptē ex qua &c. Vt sit an pro eam, vti veteres vsurparūt auctore Sex. Pompeio. L. R.

f Ad hæreditatem. Contra ǰ. de reg. iur. l. qđ ab initio. & l. pe. Sol. hic ex benignitate illud dici nō potest interesse, per se an per aliū capiat: quia utrobiq; idem est: ut ǰ. si quis ali. te. prohi. l. 1. §. 1. quæ uidetur huic contra. & eodē modo respō. ad l. ī. de hæ. insti. l. si alienū. §. in extraneis. Sic ergo potest hic notari illud generale: quod nō tenet, confirmatur. Item est ad l. istā, ī. de hę. inst. l. nō minus. & ī. e. l. Antistius. §. 1. & l. si solus. §. 1. & ǰ. de le. 2. l. si debitor. §. fi. & ǰ. de ser. le. l. 5. Ac.

Inualidū quandoq; confirmatur.

g De parte. De toto ad partem. sic ī. de admin. tu. l. si duo. in fi. & ǰ. pro derelicto. l. an pars. Accursius.

SI totam. CASVS. Institui mihi hæredē Titiū in sex unciis, & rogaui eum, ut restitueret eas cuidam non capaci: & ipse mihi super hoc tacitam fidem accōmodauit. & sic debet eas perdere, & debet eas habere fiscus: ut ǰ. de iur. fis. l. non intelligitur. §. 1. & 2. & 3. & postea institui mihi hæredem Seium in aliis sex unciis: &

ciis: & postea decessi. & postea Titius adiuit hæreditatem meam pro sua parte prædicta. & postea Seius suã repudiauit, nunquid pars Seij repudiata accrescit Titio? Et dicitur quod non, quamuis enim Titius adiuerit pro sua parte, tamen eã non videtur habere, eo q fiscus põt ei auferre, vt dictum est. vnde cũ fingatur non habere suã partem, non potest sibi accrescere pars cohæredis sui. Vi.

a Si totam. Scilicet hæreditatem: si nõ habes in textu.

b Restituere. Non capaci. nam verbũ tacite, vitiũ notat. Et no. quod hic nõ est capax, & non datur: sed infra l. proxi. in 3. respon. est indignus, & confiscatur. & dic vt C. de iis, quib. vt indig. l. hæreditas. & infra, de iure fisci. l. 3. §. 1. & 2. & argu. ĵ. de verb. sig. l. aliud. & d. c, q secus est, si iure substitutionis deferatur hæreditas huic tacite rogato: vt s. de vulg. sub. l. ex facto. §. fi. contra. hic ergo nihil accrescit rogato de parte cohæredis repudiantis, q nec ipse videtur institutus, qui fidem accõmodat: & hoc non prout dicit partem. sed prout totam.

tam [a] hæreditatem, aut partẽ, ex qua quis hęres institutus est, tacitė rogatus sit restituere: [b] apparet, nihil ei debere accrescere: quia rem non videtur habere.

Ex testamento non potest esse hæres, qui de eius uiribus dubitat, nisi sit suus, & iusti uerum sit testamentum ualere: aliàs secus, & qui in omnem euentum futurum se hæredem cognoscit: interim hæreditatem decedens transmittit. Bar.

Papinian. libr. xvi. quæstionum. LXXXIII.

VEntre præterito, si filius q suit emãcipatus, aut exter hæres institutus sit, quãdiu rumpi testm̃ potest, nõ defertur ex testõ hæreditas. [c] Sed si uacuo [*] uentre mulier fuit, & incerto [d] eo filius in familia [e] retentus uita decessit: hæres fuisse intelligitur. [f] Emancipatus uerò, aut exter nõ aliter possunt hæreditatem quærere, quàm si non esse prægnantem sciant. [g] ergo si ventre pleno sit mulier: nonnè iniquum erit interea defunctum filium [h] hæredi suo relinquere nihil? [i] Et ideo decreto [k] filio succurrendum est: quia siue frater ei nascatur, siue nõ nascatur: patri hæres futurus est. Eademq; ratio facit, ut emancipato quoque subueniri debeat, [l] qui alterutro casu [m] rem omnimodo habiturus est.

Aditio facta metu, rescinditur. Bart.

Idem libro xxx. quæstionum. LXXXIIII.

SI metus causa adeat aliquis hæreditatem: fiet, ut quia inuitus hęres existat, detur abstinendi facultas. [n]

VEntre. CASVS. Ego habens vxorẽ pręgnantem, & filium emancipatum, feci testamentum, & institui mihi hęredem filium prædictũ: & ventrem præterui, & decessi. nũquid ex testamẽto põt mihi succedere dictus meus filius antequã posthumus præteritus nascatur? Et dicitur quòd non: quia hæreditas non defertur ex testamẽto, quãdiu põt rumpi testa. sed tunc demũ potest mihi succedere dictus meus filius, cum certum erit posthumum non nasciturum, & ita non posse per eum rũpi testamẽtum. Sed quid si dictus filius decedat, antequã certum sit posthumum nasciturũ, vel non nasciturũ? Distingue, aut vxor mea habebat vacuum ventrẽ, aut plenum, si vacuũ, & dictus filius emancipatus hoc sciebat: certè hæres mihi fuisse intelligitur dictus meus filius: & sic hæredes eius habebũt hæreditatem meam: si autem hoc ignorabat dictus meus filius, non intelligitur mihi fuisse hęres. si autem habebat vxor mea vẽtrem plenũ, & dictus meus filius decessit antequã certũ esset posthumũ nasciturũ, vel nõ nasciturũ: & postea certum factum fuit posthumum non nasciturũ, vt quia fecit vxor mea abortum: nunquid subuenietur hæredi dicti filij mei per prætorem. vt hæres suus habeat totam hęreditatẽ meam? Et dicitur quod sic: quia hæreditatẽ meam habiturus esset, si viuus esset tẽpore quo certum factum fuit posthumum non nasciturũ. & idem per omnia esset, si extraneum instituissem posthumo præterito, præterquã in vno: quia extraneus decedens antequã certum sit posthumum nasciturũ, vel non, nihil transmittit de hæreditate mea ad hæredem suum. etiam si posthumus postea non nascatur. & hoc dicit in primo respõso, & secundo, & tertio, & in quinto, si aũt filium in potestate mea cõstitutum instituissem, & posthumum præteriissẽm: haberet locum primum responsum huius l. & secundum, & quartũ, quod incipit, ergo si ventre &c. vl' pue illuc, eadem rõ &c. & est plana hæc l. Vi.

c Hæreditas. Tum quia instituti expectant prę teritos: vt ĵ. de secun. tab. l. 2. in princip. tum quia extranei expectant posthumũ in potestate nasciturũ: vt s. eo. l. cũ quidã. §. j. contra tabulas tamen potest petere emancipatus, quãuis institutus beneficio præteriti: vt ĵ. de contra tabu. l. illud. §. fi.

d Incerto. Adhuc, id est, dum esset incertum hoc vtrum venter esset vacuus, vel non.

e In familia. Id est, in ptãte. & sic mutat casum. Acc.

f Intelligitur. Vt supra eo. l. cum quidã. §. siue.

g Sciant. Id est opinentur, & sit verũ quod opinantur: & communis est opinio. hæc enim tria sunt necessaria: vt s. eod. l. cum quidã. §. quid ergo. cum l. sequen.

h Defunctum filium. Emancipatum: imo suum: vt discrepet a sequenti casu.

i Relinquere nihil. Certè sic: relinquit ergo cõtra tabu. vel etiam secundũ tab. si venter etiam erit vacuus, & nolet differre: vt ĵ. de contra tabu. l. illud. §. fin. & l. seq. Sed contra supra, si mulier ven. no. l. 1. §. sub prætextu. Sol. vt ibi. Item not. quod hic transmittitur non adita hæreditas, seu bonorum possessio. sic infra, de Carb. edi. l. scriptus. Item ad Syllania. l. 3. §. eleganter. & l. qui posthumos. Item C. de iis, qui ante aper. tab. l. 1. Item C. eod. l. cum antiquioribus. Item C. de suis & legi. l. apud hostes. Item C. de inst. & subst. l. fin. Item ĵ. de bo. lib. l. si filius. §. fi. Item C. de iure deli. l. si infanti. Sed regulariter contra: vt C. e. l. 4. & l. quoniam. C. de cadu. tol. §. in nouissimo.

k Decreto. Dando cõtra tab. vt d. l. illud. & l. seq. sed & si non petiit, nihilominus transmittit, vt dixi. Accur.

l Debeat. Dando contra tab.

m Alterutro casu. Melius dixisset vtroque: sed ideo hoc dixit, quia si nasceretur, tunc ab intestato. si non, tunc ex testamento: ergo ex alterutro. & facit supra, de vulg. substi. l. si filius. Acc.

SI metus. CASVS. Ego habens multos creditores institui mihi hæredem Titium, & decessi: & postea creditores intulerũt metũ Titio, & fecerũt eũ adire p vim. certe debet habere Titius beneficiũ abstinẽdi. Vi.

n Facultas. Per beneficium edicti quod metus causa: vt supra, quod met. cau. l. si mulier. §. si metu. & dic vt no. supra eo. l. 6. §. si. contra. Hug.

* F. Et. va cua

Decreti appellatio q̃ significationem hic habeat pulchrè Alci. lib. parergon 3. c. 14. quo loco respon sum hoc eleganter interpretatum est. Et d̃cretũ, & decerno quot modis sumantur, Mãdo. sup Glo. Facul. §. habita, in ver. decernentes.

Hęreditas non adita quandoq; transmittitur.

Panto

Impeditus adire propter instam absentiā si decedat interim, ius petendi restitutionem ad adeundum suo hæredi relinquit. Bart.

Idem libro vj. responsorum. LXXXV.

[a] PAntonius Auitus cùm in Cilicia ꝓcuraret, hęres institutus, antè uita decesserat, quā hæredē se institutum cognosceret. [a] Quia bonorum possessionē, [b] quā procurator eius petierat, hęredes Auiti ratam habere non potuerant: [c] ex persona defuncti restitutionem in integrum implorabant, [d] quę stricto iure non competit: quia intra diem [e] aditionis Auitus obijsset. [f] Diuum tamen Pium cōtrà constituisse, [g] Męcianus libro quęstionum refert in eo, qui legationis cā Romę erat: [h] & ī filio, [i] qui matris delatam possessionem [i] absens amiserat, sine respectu [k] eius distinctionis [l] restitutionem locū habere. quod & hic [m] humanitatis gratia obtinendum est.

Eius qui est suspectus de crimine læsæ maiestatis, interim potest adiri hæreditas. Bar.

Rei [n] pduellionis † [o] hæreditatem, suspensa [p] cognitione filius emancipatus, cui de patris innocentia liquet, potest quærere. [q]

PAntonius. CASVS. Quidā Bononiensis nomine Pantonius Auitus fuit missus in quandā prouinciam nomine Ciliciam, causa reipublicæ Bononiæ. & cum ibi esset, Titius uicinus suus Bononiensis istituit eum hæredem. ipse autem Pantonius decessit in Cilicia existens, antequam sciret se hæredem institutum: & ante diem præfinitum ad petendam bonorum possessionem quod est centum dierum: ut ǰ. de suc. edict. l. 1. §. quod dicimus. procurator tamen suus quē Bononiæ reliquerat, petierat bono. possessionem nomine eius: uenit hæres ipsius Pantonij, & habuit consilium cum sapientibus: & petijt ab eis utrum posset habere ratam petitionem bono. possessio. quam fecit procura. Pantonij. & ipsi responderunt ei quod non, eo quod nunquam transit ad hęredem bono. possessio. nisi fuit petita a defuncto, uel rata habita per eum petitio, quā pro eo fecit procu. Inuenit ǰ. de bono. posses. l. 3. §. acquirere. unde ipse hæres Pantonij petijt in integrū restitutionem nomine ipsius Pantonij: eo quod fuit læsus Pantonius propter absentiam reipub. Bononiæ: ut dictum est, nunquid potest eam restitutionem impetrare? dicitur quod non de stricto iure: quia sicut dictum est, Auitus decessit intra diem aditionis, siue petitionis bon. posses. & sic non habebat Pantonius tempore mortis suæ in integrū restitutionem, cū adhuc ipso iure bon. posses petere poterat, si non poterat ipse Panto. petere in integrum restitutionem, ergo ad hæredem suum non transmittit petitionē ipsius restitutionis. Dicitur tñ hic in fine, quod de humanitate, siue æquitate possit hæres Pantonij petere in inte. rest. & sic Imperator Pius constituit in quodam alio, qui legationis causa pro ciuitate sua erat Romæ, & Romæ decessit, ut fecit Panto. in Cilicia. & idem constituit in quodam filio, qui absens amiserat bono. poss. matris sibi delatam. nam constituit rest. in integr. eum habere, non habita distinctione decessisset ante dies exactos, an post. Rei perduellionis. Quidam puta Titius instituit sibi hæredē filium suum, & decessit: & post mortem suam fuit accusatus de crimine perduellionis. i. quod aliquid molitus fuit contra Imperatorem: filius autē certus erat, ꝙ pater non commiserat dictū crimē, nunquid potest sibi quærere hære. patris? Et dicitur ꝙ si tamen non esset certus, non posset quærere: quia debet eam tunc fiscus habere. Pro hęrede. Titius ab intestato moriens fecit codicillos: & in eis petijt ab hęrede suo, ut manumitteret seruos matris suæ Titij, quę mater decesserat ab intestato. Item ꝓcepit eidē suo hæredi, ut sibi hæredi, & parentib. suis extrueret monumētū in possessione dictę suę matris. nunquid propter prædicta uidet dictus Titius gessisse pro hærede in bonis matris? Et dicitur quod sic. Vi.

a Cognosceret. Cum ergo tempus sit utile: ut C. qui admit. ad bo. poss. l. 2. qualiter ignorātia [i] incipit currere: ut sopra, de ijs qui no. infa. l. genero. & ǰ. de diuer. & temp. præscrip. l. 1. & ǰ. de calū. l. annus. & de ædili. edic. l. cum sex? Resp. ut not. C. de test. mil. l. 1.

b Bonorum possessionem. Secundum tab.

c Non poterant. Ideo qđ cum rata habetur, perinde est, ac si nunc peteretur: sed nunc neque ꝑ defunctum, neq; per hæredē peti potest: quia a defuncto non fuit rata habita: ut ǰ. rē ra. hab. l. bonorum. & l. si is cui. Azo. & ǰ. de bo. po. l. 3. §. acquirere. Acc.

d Implorabāt. Hæredes Auiti. sic ergo officio iudicis, non actionis iure: sicut & minor: ut supra, de min. l. quod si minor. §. fin.

e Intra diem. Scilicet anni. si erat de liberis: uel centū dierum, si extraneus: ut Inst. de bon. poss. §. lib. & ǰ. de suc. edic. l. 1. §. largius. improprie ergo dicit aditionis, id est, petitionis bonorum possessionis. Acc.

f Obijsset. Et sic nō habebat in integrū restitutionem, cum adhuc ipso iure eam bon. poss. petere posset. igitur ad hæredem ius petendi in integrum restitutionem nō transmisit: & sic stricto iure hæres petere ex persona aui in integrum restitutionem non potest: hic petit de æquitate, quia aliter ad bonorum possessionem petendam uenire non potest. nec enim potuit auus ad hæredē bonorum possessionem trāsmittere. Azo. ut infra, de bo. pos. l. 3. §. acquirere. Acc.

g Constituisse. Dedit ergo restitutionē. & sic est contra, C. de rest. minorum. l. 3. Sol. ut ibi.

ADDITIO Pro solutione huius cōtrarij uide Bar. hic hanc materiam late discutientem.

h Romę erat. Et ibi decessit ut superior.

i Possessionem. Bonorum subaudi.

k Sine respectu. Scribit enim sine &c.

l Distinctionis. Decesserit ante exactos dies uel post.

m Et hic. Id est, in casu Pantonij proposito.

n Rei. Construe, filius emācipatus, cui de patris innocentia liquet, pōt quærere hæreditatem, subaudi patris sui. & hoc dico suspensa cognitione perduellionis.

o Rei perduellionis. Id est rei accusati. sic C. de adul. l. 1. & l. quamuis. & ǰ. ad Syll. l. propter ueneni. §. fi. Perduellionis. Id est. l. Iulia maiestatis: ut ǰ. de uerbo. signifi. l. quos nos.

p Suspensa. Idest, pendente principali causa, uel appellationis.

q Potest quærere. Non dicit quod possit alienare. Itē nec quod in accusatione nō procedat. & sic nō est contra C. ad l. Iul. maiest. l. pen. & fin. erit ergo hic hæres interim: sed deficiet secuta cōdemnatione ēt post mortem: ut Inst. de hęre. ab intestato. §. per contrarium. & ǰ. de leg. a. l. cū filius. §. fin. Sed cōtra supra, eodem l. cum falsum. ubi dicit, ꝙ de alieno facto non sumus certi: & sic non potest adire. Solu. hic est certus quoad opinionē Azo. sed Hu. dicit debere liquere quo ad ueritatem: quia dicebat, qđ certa die, & hora deliquerat, & certo

[a] In P. F. Pantoni[a]. Alc. autē l b. 7. parerg. cap. 16. legendum censet, P. Antonius.

[i] Quin sic in l. cū ter. §. surdo. ǰ. de legat. 2. Bal. in l. repudiatos. C. de fideic. Itē ignorāti, an & quā currat terminus. Bal. In l. quandiu. C. qui admit. ad bo. poss.

[a] P. Fl. Et filium.

† In hūc locū vide orationē Ci. pro C. Rabirio ꝑduelliōis reo.

& certo loco. & hic filius sciebat non esse nerum, quia secum, id est, cum patre alibi tunc fuerat filius. & facit ј. de don. l. post cõtractum. & l. donationes. §. fi. & de solutio. l. quod si forte. § quid ergo. & l. ſeo.

ſcd'm quosdã. ut no. ĩ. e. l. ꝓ hærede. 1. & 2. cosu. l. Acc.

Liberandos. Per in integ. rest. quia adierant: ut ĩ. eo. l. necessariis.

Confusas. Quas habebant contra hæreditatem, uel econtra.

Comperto. Sic C. eo. l. si auia. sec' si ignorans: ut C. eo. l. quoniam. & ј. de leg. 2. l. seruum filij. §. si quis.

Vltimam voluntatem eandem do potest quis hæreditatem adire. Bar.

Pro hærede gessisse filium placuit, qui moriẽs, comperto matrem suam intestato vita decessisse codicillis petit ab hærede suo, ut maternorum bonorum seruum manumitteret, ac sibi parentibusque suis in possessionem matris monumentum extrueret.

Ille actus, qui in extraneo inducit aditionem, in suo inducit immistionem. Bar.

Idem libro [illegible] responsorum LXXXVI.

Cum bonis se patris miscere conuenit, qui remoto familiæ uinculo pro hærede gerere videtur. & ideo filius, qui tanquam ex bonis matris, cuius hæreditatem suscepit, agrum ad hæreditatem patris pertinentem, vt maternum ignorans possedit: abstinendi consilium, qđ in bonis patris tenuit, amisisse non videtur.

Minore restituto, restituuntur actiones confusæ. Bar.

Pupillis, quos placuit oneribus hæreditarijs se liberandos, confusas actiones restitui oportet.

Hæreditas animo aditur: licet nihil hæreditarium attingatur. Bar.

Pa[illegible] quæstionum LXXXVII.

Gerit pro hærede, qui animo agnoscit successionem: licet nihil attingat hæreditariũ. Vnde & si domum pignori datam, sicut hæreditariã retinuit, cuius possessio qualisqualis fuit in hæreditate: ꝓ hærede gerere videtur: Idẽq; est & si alienam rem vt hæreditariam possedisset.

Restitutio pupilli prodest fideiussoribus eius. Bar.

Scæuola libro [illegible] quæstionum LXXXVIII.

Si pupillus se hæreditate abstineat: succurrendum est, & fideiussoribus ab eo datis, si ex hæreditario contractu conueniantur.

Hæreditas non potest adiri per procuratorem, & mutatione personæ desinit peculium esse castrense. Bar.

Pa[illegible] quæstionum [illegible] LXXXIX.

Matrem. Quondam. hęc enim certa ius, & nomen hæredis non põt facere. & ideo est hæres: ut hic, & ĩ. eo. l. pro hęrede. §. pe. & l. Iulianus. §. seruum. & §. proponebatur.

Codicillis. Sui filij.

Petit. s. filius.

Sibi. Scilicet filio.

Suis. s. filijs.

Cum bonis. Casus. Titius abstinuit se ab hæreditate patris: & hęreditatem matris adiuit Titius: & possedit agrum paternum, tanquam maternum. s. credẽs eũ esse maternũ: nunquid propter hoc videtur amisisse abstinendi consilium, quod habuit in bonis patris. Et dicit quod nõ: conueniẽs est enim cum demũ bonis paternis se videri immiscuisse, q aliquid faciendo ꝓ hærede gerere videtur, etiam si nõ esset in potestate patris: quod quidẽ nõ reperitur in casu supra posito. Sed pone, quod dictus Titius, qui adijt hæreditatem matris, vt dictum est, erat pupillus, & erat creditor matris, & ita propter aditionem confusæ fuerunt actiones suæ, & pone quod ipse in integrum restitutus fuit ab oneribus hæreditarijs. Certe debent ei restitui dictæ actiones confusę. Viuianus.

Cum bonis. Demum, & omnem. Azo.

Conuenit. Id est cõueniens est intelligi se &c. quasi dicat suus hęres eo facto se immiscet, quo extraneus pro hærede gereret. Et no. differentiam inter adire, & immiscere: ut hic, & Insti. de hęred. qual. & diffe. §. extraneis. quandoque tamen ponitur unum pro alio: ut ј. ad Tertyl. l. a. §. si bonorum. & C. de leg. hære. l. si defuncti. Accur.

Remoto. Id est, si remotum esset. Accur.

Familiæ. Id est patriæ potestatis.

Non uidetur. Quia nec extraneus pro hærede gereret, uel adiret: ut ĩ. eo. l. pro hære. & l. si seruum. §. pe. sic ecõtra. ј. eo. l. gerit. in fi. & s. e. l. si extrane'. §. interdũ. in aliquo tñ uidetur differre suus ab extraneo

Oportet. Maiori autem qui ex causa quandoque desinit habere hæreditatẽ, actiones restituũtur nisi dolũ. adhibuit: ut ј. de ijs qui. ut in dig. l. hæredẽ. & ad Syll. l. propter. §. nepos. & s. de hæred. vel act. vẽ. l. a. §. pe.

Gerit. Casus. Titius retinuit tanquam ex hæreditate matris quandã domum pignori datã matri. Certè pro hærede gerere uidetur in bonis maternis. & idem est, si alienam rem nõ pignoratã matri possedit vt hęreditariã: quia etiam ille gerere uidetur pro hærede, qui animo agnoscit possess. licet nihil attingat hæreditarium, ut fuit in dictis duobus casibus ꝓximè positis. Viu.

Datam. Defuncto ab aliquo suo debitore: & sic cœpit possidere ciuiliter, & naturaliter: vt ј. de acquire rer. do. l. per seruum. Accur.

Qualisqualis. Sed nonne vera. vt ј. de a. e. & oblig. l. qui a ferro ł Reipon. to. non uer:. ut ј. si qs test. li. l. 1. §. Scæuola. & no. ј. de acqu. poss. l. si de eo. §. 1. Accursi.

Alienam. Etiã si in ea nullum ius habuit defunctus: ut & ĩ. eodem. l. si quis extra. §. interdum. solus enim animus sufficit qualitercunque declaretur: ut Instit. de hęre. qua. & diffe. §. fi. & C. unde legi. l. non hoc. & ĩ de rei uen. l. si ager. & C. eo. l. si totori. & l. si auia. & ĩ. eo l. pro hęrede. in princi. & §. 1. Sed contra supra eodem. l. pro hærede. §. si quid tamen. Sol. ut ibi. Accursi.

Argumento. Dic quod nomẽ hæredis ibi accipitur pro filio: & sic gessit ibi pro hærede, hoc est pro filio, non propriè vt hęres secundum Bar. hic.

Si pupillus. Casus. Pupillus immiscuit se hęreditati patris: & creditoribus hæreditarijs dedit fideiussores postea per in integrum restitutionem abstinuit se a dicta hæreditate, & ita liberatus fuit a dictis creditoribus, certè & fideiusso. prædictis succurrendum est. Viu.

Abstineat. Per in integ. rest. quia adiuerat cũ tutore.

Conueniantur. Ab hæreditarijs creditoribus, quib.

Quõ declarẽ animus vide in l. Fulcinius. §. qd sit latitare. ex qui. cau. in po. ea. l. reprehendẽda. C. de inst. & subsiti. sub conditio. factis. Bal. in tit. C. de fide instr.

eos dedit. sic ꝭ. de admi. tut. l. 2. & de ꝑeu. l. si minor. Sed contra C. de fideiuſ. mi. l. 1. & a. Sol. hic creditoribus daꝭ in aliū regressus, ibi nō, ut ibi not. Et eodē modo solue ꝭ. de mino. l. in causæ. & de arbi. l. pupillus. uel ut ibi. Accursius.

institui mihi hæredem filium meū, & decessi: & filius meus prędictus se ab hæreditate mea abstinuit: quia cum creditores mei possiderent bona hæreditatis per fraudem, supposuit dictus filius quendam, qui emeret dicta bona, & sibi filio donaret: certè potest conueniri dictus filius à creditorib. ac si se immiscuisset bonis meis. Viuia.

ᵃ In P. F. per curatorem.

Per procuratorē ᵃ hæreditatem acquiri non posse, idem respōdit: si iussu aui nepos patris, qui de castrensi peculio testamētum fecit, hæreditatem adiisset: acquisisse ᵇ ei ᶜ ea, de quibus pater testari pōt: quia castrensia esse mutatione personæ desierunt. ᵈ

Abstentio facta mala fide non prodest: quod præsumitur, si omnis bona patris emerit. vel per interpositam personam mercatus fuerit. h. d. secūdū verā intellectum, & est no. lex. Bart.

Idem libro xv. responsorum. XC.

SIis, qui bonis paternis se abstinuit, per suppositā personam emptoris bona patris mercatus ᵉ probētur: perinde eum conueniri oportere à creditorib. ᶠ atque si bonis paternis se immiscuisset.

Non valet aditio facta iussu patris, à nepote, qui est in potestate aui. Bar.

Idem libro xvi. responsorum. XCI.

FIliusfamilias duxit uxorē. ea filiis sublatis ᵍ intestata decessit. filii iussu patris, non aui adierunt hæreditatem. Quæro, an auo acquisita sit hæreditas? Paulus respondit, secundum ea, quæ proponerentur, nihil actum esse. ʰ

In mandato requiritur certitudo causæ. Bar.

Item libro j. sententiarum. XCII.

PAter quoties filio mādat adire, certus esse debet, an ꝑ parte, an ex asse: & an ex institutione, an ex substitutione: & an testamento, an ab intestato filius suus hæres existat. ⁱ

Iussu: potest fieri nutu, & literis. Bar.

Mutus pater, vel dominus ᵏ filio, vel seruo hęredibus institutis, ma-

PEr procuratorē. CASVS hic in princi. est facilis: quia dicitur, quod hæreditas iure ciuili per procuratorem acquiri non potest. Secundo dicit. Filiusfamilias miles instituit sibi hęredē filium suū: & filius militis adiuit iussu aui sui nunquid acquirit auo? Et dicitur quod sic. & plana ratio est in litera. Viuia.

ᵃ Per procuratorē. Alias incipit. Paulus. alia lex, per ꝑcuratorem. & dic generalem uel specialem. sed hoc fallit in procuratore generali Cæsaris: ut ꝭ. de offi. proeu. Cæsa. l. j. §. fin. & ꝭ. de iu. fisc. l. aufertur. §. pen. Itē secus in bo. pos. ut ꝭ. de bon. po. l. 3. §. acquirere. & C. man. l. si maritus. & est ratio: quia bono. poss. non consistit in solo animo, vt hęreditatis aditio: ut Inst. de hære. qua. & diffe. §. fin. statim enim quod mādo de adeundo, iam adeo: & ita nihil remanet faciendum per procuratorem. Item per meam uoluntatem, & animo debeo fieri hæres, non per alienam. Item secus in Treb. restitutione eadem ratione. ut ꝭ. ad Trebel. l. qui ita. §. 2. sed R. dixit, quòd per specialem tantum potest adiri hæreditas. & bono. pos. peti. & hic uetet per generalem. arg. ꝭ. de min. l. illud. §. si talis. Sed ar. contra ꝭ. de admi. tut. l. si duo. sed certè cū bo. pos. possit rata haberi, ab eo etiā, qui nullum habet mandatum, petita: magis per habētem generale mandatum. Tertij etiam dicunt per generalem posse peti hæreditatem, & bo. pos. sed quod hic dicit: loquitur, quando procurator meus esset institutus nomine meo: quia per eum non fio hęres: ipse tamen tenetur mihi mandati, si ad meū mandatum fuit institutus, & institutionem recepit: ut ꝭ. de hæred. inst. l. quidam. sed & si non rogaui, sed tantum fuit euidens uoluntas testantis, ut mihi quæreretur, mihi restituet: vt ꝭ. de acqui. rer. dom. l. liber homo. Prima placet. vt nec per specialem, nec per generalē possim adire nisi forte in casu, quando suspendi uoluntatem meam. In eum eo modo, quo dicitur ꝭ. eo. l. si quis mihi bona §. sed si mādaui. & l. si quis alicui. Sed & sic dixit Hug. non posse fieri.

ᵇ Acquisisse. Pleno iure olim: vt ꝭ. e. l. placet. hodie quo ad usumfructum: ut C. de bo. quæ lib. l. pe. & fin.

ᶜ Ei. Scilicet auo. Accur.

ᵈ Desierunt. Et facit C. de Inoff. testa. l. si. in fi.

SIis q. CASVS Ego habens multos creditores

ᵉ Mercatus. Ante abstentionem, nam posterius delictum, vel factum nō obligat hæreditati: ut ꝭ. eo. l. si seruum. §. fi.

ᶠ A creditoribus. Imo non: ut C. de re pu. hæred. l. 2. Solu. hic omnia: ibi res certas. Vel verius. hic fraudulenter: ibi non. & sic soluitur aliud contrarium ꝭ. tit. 2. l. fi. & facit ad l. istam, ꝭ. quib. mo. pig. vel hypot. sol. l. sicut. §. superuacuū. & C. de distr. pig. l. & qui sub imagine. & ꝭ. de authorit. tut. l. pupillus. §. sed & si per interpositam. & C. quod me. cau. l. pe. & ꝭ. & C. de natura. liber. l. 3. §. quod de subeunda.

FIliusfamilias. CASVS. Filius meus Titius duxit vxorem Seiam, & habuit ex ea filios: & ipsa postea intestata decessit: & filij sui adierunt hęreditatem eius mulieris iussu dicti mei filij eorum patris. & non meo. nunquid mihi acquirunt dictam hæreditatem? Et dicitur quod nulla est ea aditio.

ᵍ Sublatis. i. susceptis. sic ꝭ. de pac. dot. l. si liberis.

ʰ Nihil actum esse. Iure ueteri, nouo autem secus uidet: vt C. de bo. quæ libe. l. fi. & l. pen. Vel dic in Auth. de hæred. ab intest. col. 3. Azo. Nã per illa iura nō quæritur iussus, ut uidetur. & facit ꝭ. ad Mace. l. filium. Itē argu. ꝭ. de nego. gest. l. qui aliena § quanquam. & C. de hære. actio. l. 2. Sed argum. contra ꝭ. de ma. un. l. apud filium. Accur.

PAter. CASVS. Si filius meus institutus est hęres ab aliquo, & ego iubeo eum adire, non valet iussus, nisi ego sim certus, virū filius sit īstitutus ex asse, vel ex parte, vel ex institutione, vel substitutione, vel ex testamento, uel ab intestato: & non nocet, si ego sū mutus, dū tamen non caream intellectu. nam nutu iubere possum: & si scio literas, possum scribere, quod iubeo eū adire: & idem est, si seruus meus sit institutus. sed & si ipse seruus sit mutus, iussu meo pro hęrede gerendo obligat me hæreditati. Viu.

ⁱ Existat. i. existere possit alicui. Sed uidetur contra ꝭ. eo. l. si quis mihi bona. §. sed si mandaui. & l. si quis extraneus. §. sciendū. cōtra. Sed distingue, per se, an ꝑ alium quæratur hæreditas. Azo. uel dic ut ibi.

ᵏ Mutus pater, vel dominus. Not. quod duo nomina disiunctiue posita, verbo singularis numeri pluraliter copulantur.

Non

gis est, ut si intellectu nõ careat, [a] nutu iubere posſit adire hæreditatē, ut ei [b] iure eius [c] commodum quæri posſit. quod facilè explicari poterit ſcientia [d] literarum. [e] Mutus [f] ſeruus iuſſu domini pro hęrede gerendo, obligat dominum hæreditati.

Non nocet mihi repudiatio facta de bonis viuentis. Bar.

Hermogenia. lib. iuris epito. XCIII.

QVi [g] ſuperſtitis [h] bona repudiat, [i] poſt mortē eius adire hęreditatē, item bonorū poſſeſsionē petere non prohibetur.

Paulus libro ii j. ſententiarum. XCIIII.

REcuſari hæreditas non tantum uerbis, [k] ſed etiam re [l] poteſt, & alio quouis [m] indicio uoluntatis.

Error adeuntis in ætate propria non impedit aditionem. Bar.

Hermogenianus li. i j. iuris epit. XCV.

QVi ſe pupillum [n] falſo exiſtimans, cũ eſſet pubes, pro hærede geſsit: quò min⁹ hęres exiſtat nihil error ei talis nocebit.

Qui adit ex posteriori testamento inualido per iuris errorem, videtur ex primo repudiare secundum Papinianum: sed Paulus contra. Bar.

Paulus libro iii. Decretorum. XCVI.

CLodius Clodianus facto prius teſtamēto, [o] poſtea eundem hæredem in alio teſtamēto inutiliter facto inſtituerat. ſcriptus hæres cum poſterius putaret ualere, ex eo adire hæreditatem uoluit, ſed poſtea hoc inutile repertum eſt. Papinianus [p] putabat, [q] repudiaſſe eũ ex priore hæreditatem, ex poſteriore autem nõ poſſe adire. Dicebam, [r] non repudiare eũ, qui putaret poſterius ualere. pronuntiauit [s] Clodianum inteſtatum [t] deceſsiſſe.

Post abstentionem cohæredũ, alius se implicans uniuersa hæreditati, vniuersis oneribus teneatur. Bar.

Scæuola libro xxvj. Digeſtorum. XCVII.

---

[a] Non careat. Pater uel dominus. ſi autem pater careret, habet locum quod dicitur ſ.eod.l cum heres.in prin. ſi autem dominus, tunc habet locũ quod dicit.ſ.e.ti.l.qui ſeruũ.& C.de cu.fu.l.fi.§.talis. & ar.ſ.e.l.ſi quis alicui. Item quidam referunt careat, ad filium uel ſeruum, quod non poteſt ſtare, cum de eis cœpit pluraliter loqui. Item facit ſupra.eo.l.Antiſtius.§.fin.

[b] Vt ei. Patri uel domino.

[c] Eius. Scilicet hæreditatis.

[d] Scientia. Quæ ei in loquendo non eſt.

[e] Literarum. Scribendarum. Et not. ubi uoce non eſt opus, nutus interuenit. ut j.de regu.iu. l.ubi.& j.de act.& obliga. l. conſenſu. Itē facit ſ.eod.l.ſi per epiſtolam. Azo.

[f] Mutus. Facit Inſti.de hęredi. quali. & diff.§.fi.et ſ. eo. l.mutum.

QVi ſuperſtitis. Caſus in hac lege, uſque ad l.Clodi⁹. eſt talis. Repudiaui hæreditatē Titij uiuentis: & poſtea deceſſit dictus Titius. & inſtituit me hæredē. nũquid poſſum adire hæreditatem eius de iure ciuili, vel bon.poſſ.petere de iure pretorio? Et dicitur quod ſic: quia repudiaui illud quod mihi non competebat. Et ſciat quod recuſatio hæreditatis poteſt fieri non tantum uerbis, ſed etiam re, puta abijciendo a me res hæreditarias. Sed quid ſi ego qui geſſi pro hęrede, exiſtimabam me eſſe pupillum, cum eſſem pubes, & ita errabam in ætate mea? Certè nihilominus ero hęres. Viui.

[g] Qui. Vt ecce ſi repudio hæreditatem Titij, qui eſt uiuus. nam poſt mortē potero effici hęres uel de iure ciuili, uel de iure prætorio.

[h] Superſtitis. Pro certo. idem ſi dubitetur: ut ſ.eo.l.is qui hæres.§.ſi qs. & C.de poſtli.reuer.l.nec nos. Sed cõtra.C.de bo.lib.l.ſi.Sol.ibi tacitè, nã expreſsè ñ poſſet: ut j.de bo.liber.l.Paulus.§.patroni. Itē cõtra j.de dona l.quidam.§.ſi.Sol. ibi delinquendo.

[i] Repudiat. Idem ſi pactum faciat: ut C.de inoff.teſt. l.ſi quando.& C.de pac.l.pactum.& l fi. & C.de coll. l.pactum. Idem ſi iuret: ut C.de leg.& ſenatuſc.l. non dubium. Et not. eundem venire contra, ubi non tenet quod ait. ſic j.de opt.leg.l.homine.& j.ad Tertyl.l.filij.§.1. Item no.de pact.futuræ ſucceſsionis. Item not. non poſſe repudiari, quæ non poſſunt peti. ſic j.de lega.2.l. ſi ita ſcriptum.§.ſi ſub conditione. & j.de ſuc. edi.l.1.§.decretalis.

[k] REcuſari. Verbis ſolis. cum quibus præſumo talem uoluntatem, qualem uerba declarant: ut infra, de ſuppellectili legat. l. Labeo.§. idem Tubero.

[l] Re. Et uerbis, rem à ſe abdicando: ſed etiam ſine verbis talia poteſt oſtendere, per quæ apparet eum nolle: vt Inſtit.de hæred. quali.& diffe.§. fin. nam nihil refert re vel verbis aliquid fiat. ſic de legib. & ſenatuſc. de quibus, & infra tem. ratam habe.l. Paulus reſpon. Item facit C. de condit. indeb.l.indebitum. & infra ad Trebell. l.reſtituta. Item facit ſ. pro ſocio.l.4. t.reſpon.

[m] Alio quouis. Aliàs aliquouis. aliàs quouis.

[n] QVi ſe pupillum. Nota, qui ſe putat nihil agere, tamen tenet quod agit. facit ſ. eo.l.ſed & ſi de ſua. Accurſ.

CLodius. CASVS. Quidã nomine Clodius fecit de iure teſtamētum: & inſtituit in eo ſibi hæredem Titium, & poſtea fecit nõ de iure aliud teſtamentum: & inſtituit ſibi eundem Titiũ: & deceſſit: Titius cum putaret ualere ſecundum teſtamenti: & ex eo adiuit. & poſtea nolebat ipſe adire ex primo, cũ nihil ualeret aditio ex ſecũdo, nunquid poteſt? Et pronuntiauit Papinianus deceſſiſſe inteſtatum Clodium: quia Titius adeundo ex ſecundo teſtamento uidetur repudiaſſe ex primo: & quia aditio non ualuit ex ſecũdo: ſed ipſe male dixit: nõ enim uidetur Titius repudiaſſe ex primo, cum putet ſecundum ualere: & ideo poterit adhuc adire ex primo teſtamento. Viui.

[o] Prius teſtamento. Solenni & utili. Accur.

[p] Putabat. Sed male: ut ſ.de inoffic.teſta.l. mater ſed pro eo erat ſ.eo.l.filium emancipatum. ſed ibi ſciēs teſtamentum ualere accepit ab inteſt. ut ibi no.

[q] Dicebam. Et bene: ut d.l.mater & ſ.de pet. hęre. l.legitimam. & j.de legat.3.l. ſi iure teſtamento. & l. Lucius.§.Sempronię.& arg.ſ.tit.1.l.3.arg.ſ.de dona. inter virum, & uxorem.l.quod autem.§.ſi uxor. & de lega.2.l.qui fideicommiſſum. & l. Lucius.§.quiſquis. & j.de appel.l.icio. Accur.

[r] Pronuntiauit. Iudex huius cauſę. Accur.

[s] Inteſtatum. Ergo uidetur iudicaſſe ſecundum Papi. unde dic, quod male pronuntiauit: quia per inutile nõ infirmauit utile: ut Inſti.quib.mod.teſta.inf.§. ex eo.

Nutus interuenit, vbi voce non eſt opus.

Repudiari non poſſunt, q pe ti nõ pnt.

[t] Vide in hũc locũ Vigliũ in cõmēt. ad §.ex eo au tē. q. mo. teſt. infir. Inſt. li. 2.

& C.de testa.l.hac cōsultissima.§.si quis.& d.l.qui fideicommissum, quæ sunt contra. Vel dic q̄ bene pronuntiauit: sed non quia non possit ex primo adiri: sed quod scriptus hæres in priori testamento priusquā ex primo adiret decesserit, secundum Io.& sic sunt d.ll.cōtrariæ.& facit j.de ijs,qui. vt indign.l.cū quidam. & de verb.obl.l. si dari.

QVæ neptis suæ nomine, quam ex Seia habebat, [a] Sēpronio tot dotis nomine spoponderat, [b] & pro vsuris in exhibitionem [c] certam summam præstabat: decessit relicta Seia filia, & aliis hæredibus, cū qbus Sēpronius [d] iudicio [e] egit: cōdemnatiq; pro portionibus hæreditariis singuli hæredes (inter quos & Seia) [f] Sempronio cauerunt [g] summam, qua quisque condēnatus erat iisdem vsuris, [h] quæ ad exhibitionem à testatrice præstabantur. postea (excepta Seia filia) cæteri hæredes abstinuerunt [i] hæreditate beneficio principis: & tota hæreditas ad Seiam pertinere cœpit. Quæro, an in Seiam, quæ sola hæres remansit, & omnia vt sola hæres egerat, pro eorum quoque portionibus, qui beneficio principali hæreditate abstinuerant, vtilis actio dari debeat? Respondit: pro parte eorum, qui se abstinuissent, actiones solere decerni in eam, quæ adisset, & maluisset [k] integra hęreditaria onera subire.

QVæ neptis. C. A[illegible] Titius hōs filiam Seiam, & ex ea Seia neptem Sēproniam: maritauit dictam neptem Sēpronio: & centum nomine dotis eidē Sempronio spopondit: & quolibet mēse dabat eidem Sempronio x. nomine vsurarum dictorum cētum promissorū pro dote ꝑ satisfaciendo Sēpronio de exhibitione sine alimentis, quæ dabat de suo vxori suæ quæ erat, vt dictum est, neptis dictæ Titiæ. decessit temporе procedente dicta Titia auia, institutis sibi hæredibus filia sua Seia, & duobus alijs impuberibus. postea Sempronius maritus neptis egit cōtra dictos tres hæredes auię ad centum prædicta sibi promissa per auiā. & quilibet eorum fuit ei cōdemnatus pro hęreditaria portione. & postea quilibet dictorum trium hæredū promisit eidem Sempronio soluere partem, in qua erat ei condemnatus cū eisdem vsuris quas Titia testatrix præstabat quolibet mēse eidem Sempronio pro alimentis dictæ suæ neptis. postea dicti duo hęredes impuberes, qui erāt cohæredes dictæ Seiæ filiæ Titiæ testatricis abstinuerunt se ab hęreditate Titię per beneficium in integrū restitutionis ab imperatore impetratum: & sic tota hęreditas cœpit pertinere ad dictā Seiam testatricis filiam quęritur utrum dictus Sēpronius maritus neptis dictæ Titiæ testatricis possit conuenire Seiam filiam testatricis pro partibus cohęredum qui abstinuerunt? Et rñ.qđ sic. Item habebit Seia filia testatricis oēs hęreditarias actiones, & denegabuntur eis duobus cohęredibus qui se abstinuerunt. & hoc idem retulit Arist.in decretis Frontonianis in quodam alio casu simili supradicto.& hoc dicit cum l.seq.V[illegible].

[a] Seia. Filia. Accur.
[b] Spoponderat. Sed non soluerat.
[c] In exhibitionem.i.propter exhibitionem, quam faciebat uir. sic j.de except.do.l.fi.1.respō.& j.de in rē uer. l.pen.& fi. Accur.
[d] Sempronius. Maritus neptis.
[e] Iudicio. Subaudi, in, & dic egit ex promissione dotis.
[f] Seia. Scilicet condemnata.
[g] Cauerunt. Id est, per cautionē ꝓmiserunt summam, &c.
[h] Vsuris. Id est sub vsuris.
[i] Abstinuerunt. Beneficio in integrū restitutionis, q a minores, vel milites erant: ut Insti.de hęre.qua.& diff.§.extraneis.& §.sciēdū.
[k] Maluisset. Nec enim cōpellebatur: vt s.eo.l. si minor. & facit j.de suc. ed. l.fi.& s. de mino.l. ait prætor §. sed qđ Papinianus. & j.l. proxi.& j.ad Treb. l.1.Acc.

In eum qui post abstentionem uarius omnia bona uendicat, datur actiones integræ. Bar.

Pomponius libro 1. [illegible] tuscon XCVIII.

ARisto [*] in decretis Frontonianis ita refert. Cùm duæ filiæ patri necessariæ hæredes extitissent: altera paterna hæreditate abstineret: [l] altera bona paterna vindicaret, totumque onus suscipere parata esset. [*] Secundum Cassiū prætoré causa cognita actiones hæreditarias vtiles daturum rectè pollicitū ei, quæ ad hæreditatem patris accesserat: [*] denegaturumq; ei quæ se abstinuerat.

[l] ARisto. Abstineret. per in inte. re. cū iā adijsset, secundum Azo. certe idem & si nō adierat, sed abstinuit: quod pōt vt s. e.l. necessarijs. Acc.
Parata. Ad quod non cogebatur secundum primū casum: vt s.l. ꝑx.no. vel ad quod cogebatur secūdum alium: vt s. eo.l. qui ex duabus.§. qui semel.

[*] In P.F. in decretis Frontonianis.

[*] In P.F. Sanctum Cassium.

[*] In P.F. delegaturumq; ei, &c. sed hic rectè.

TITVLVS III.

[*] QVEMADMODVM testamenta aperiantur, inspiciantur, & describantur.

[*] Hic tit. vī primuis se ad leg. de vicesima: ut Ps. lib.4. sen. titul.6. de qua apud Capitolin. vita Mar.

QVEMADMODVM testamenta aperiantur, inspiciantur, & [illegible].

Gratia deliberationis, & aditionis hæreditatis, de qua dictum est, opus est tabulas aperiri ideo de hoc dicit.

Caius libro [illegible] ad edictum prouinc. I.

OMNIBVS, quicunque desiderant ta-

OMnib. Primo ponit mentē edicti. Secūdo rationē. Tertio incipit exponere. Scđa ibi ratio. Tertia ibi, Si quis. Bar. CASVS. Titius fecit testamentū: & instituit sibi hęredem Seium, & mihi legatū reliquit, & decessit. nunc uolo petere ab hęrede legatum. unde peto ab eo coram iudice, ut permittat mihi inspicere, & legere, uel etiam describere tabulas testamenti: quia per testamentum uolo probare mihi relictū legatum, & dixi iudici, Domine quæratis ab hærede, si habet, uel habere potest tabulas testamēti. & cum iudex iuter rogaret hæredem, heres respondit, bene habeo, sed non teneor ei facere copiā inspiciendi, uel describēdi: probet aliter de legato suo si uult. modo q̄ritur utrum hæres ad prędicta teneatur? Et dicitur quod sic: & non solum mihi legatario tenetur ad prædicta. sed etiam pro creditori

Diuisio.

bulas testamenti inspicere, vel etiam describere: despiciẽdi, describendique potestatem facturum se prætor pollicetur: quod vel suo, vel alieno nomine desideranti tribuere eum manifestum est. Ratio autem huius edicti manifesta est. Neque enim sine iudice transigi, neque apud iudicem exquiri veritas de ijs controuersijs, quæ ex testamento proficiscerẽtur, aliter potest; quam inspectis cognitisq; verbis testamenti.

Unus ex tribus necessariis adscriptis in testamento contradicens, fidem testamenti facit vacillare. Bar.

Si quis neget sigillum suum agnoscere: non ideo quidem minus aperiuntur tabulæ: sed aliàs suspectæ fiunt.

II.

Tabularum testamẽti instrumentum non est unius hominis, hoc est hæredis, sed vniuersorum, quibus quid illic adscriptum est: quin potius publicum est instrumentum.

Omnis scriptura, quæ primo fa..e continet ultimam voluntatem, pertinet ad hoc edictum. Bartolus.

Testamentum autem propriè illud dicitur, quod iure perfectum est. sed abusiuè testamenta quoque appellamus ea, quæ falsa sunt, vel iniusta, uel irrita, vel rupta. Itemque imperfecta solemus testamenta di-


b Legata. A se relicta.

c Et quia hæres est. Scilicet ex substitutione, præstet à substituto data.

d Causa testamenti. In quo erat institutus: & ideo tenetur ad relicta à se, ac si ex testamento adijsset.

e Salua Falcidia. Ex legatis à seruo relictis. sic non obstat ĩ. l. proxima. vel aliter, id est, salua Falcidia, quam detrahit noie serui. Hugo. & facit ĩ. eo. l. duo. §. fi. & C. eo. l. finali.

IVlianus. [illegible] Institui mihi hæredem Titium, & substitui ei filiam suam: & ab eo solo legata reliqui: & ipse omisit suam institutionē, & filiam ex substitutione iussit adire. Certe præstabit legata a se relicta. & est ratio quia filiam videor patri substituisse in vno casu tātum, scilicet cum pater nollet adire, vel non posset ex institutione, vel ex substitutione. non autem videor dedisse arbitrium patri, vtrum adeat ex institutione, vel ex substitutione. unde si noluit pater adire ex institutione, & hoc facit ad hoc tantum, ut fraudaret legatarios, quibus ego ab eo legaui: merito tenetur ad præstanda ei legata: detrahet tamen de his Falcidiam, si sunt vltra dodrantem: ut dictum est in lege præcedenti. Sed quid si in prædicto casu reliqui ultra dodrantem legata ab eo, & a filia? Certe de vtrisque debet detrahi Falcidia. prius tamen debet haberi ratio eorum legatorū, quæ a filia sua reliqui scilicet ut detracta de eis Falcidia remaneat quarta apud eum Titium hæredem, soluere autē debeat integra legata a se relicta: & est hoc propter dolum ipsius Titij. nō enim uidetur carere dolo ipse Titius pater, qui omisso proprio honore, id est, institutione maluit institutionem filiæ propter suum compendium. Sed quid econtra, si institui filiam Titij, & substitui ei patrem: & cum posset Titius adire ex institutione filiæ, adijt ex sua substitutione? Certè mihi uidetur dolo facere: & ideo legata à filia relicta nō præstabit, & est ratio, quia hoc casu uideor reliquisse patri arbitrium, utrum adeat ex institutione filiæ, an ex sua substitutione. & est ratio huius rationis, quia nemo substituens patrem filiæ, uidetur substituere eundē patrem filiæ cōtra uotum ipsius patris: quod uotum est, ut filia ei superuiuat, & nō ipse pater filiæ, & intelligas in hoc casu ultimo talia legata me reliquisse à filia Titij, q̃ institui, quæ non uideantur repetita a Titio, quē substitui filiæ suæ de quibus dixi ĩ. de lega. 1. l. licet. si aūt videntur repetita a patre, præstaret ea pater. siue omisisset institutionem filiæ dolo, siue non. Viuia.

f Patrem. Institutum.

g Iussit. In fraudem legatorum à se patre relictorum.

h In casu. Aliàs in testamento, & alias in casu, scilicet proposito, quasi substituta fuit: ut si pater nollet vel non posset esse hæres, ipsa esset substituta: non autē ut pater habeat electionem, an velit esse hæres per se vel per filiam, id est, per institutionē vel substitutionem.

i Data. Id est, aliqua a patre, & alia a filia: & si omnia soluantur excedent dodrantem.

k Prius. Quantum ad hoc vt ex eis Falcidia detrahatur: sed de relictis a patre non detrahitur: sed quantum ad solutionem faciendam prius est habenda ratio relictorum à patre, id est, prius ea debent solui. & hoc est quod dicitur ĩ. ad legem Falcidiam. l. Nelennius. §. pen. Item contra supra l. proxim. Solutio. ibi. Hugo.

l Non enim. Merito pater ex edicto tenetur. non enim caret, &c.

m Honore. Id est. institutiōe, qua fuit honoratus pater.

n Compendium. Scilicet nō præstandorum legatorum à se patre relictorū. Accursius.

o Institutionē. Id est, substitutionem.

p Denique. Bene infert, denique &c. cū eum puniatur, vt dixi, tunc demum cum proprium omittat honorem ergo vbi non omittit, non tenetur. ubi autem omisit institutionem filij, suum honorem non dimisit, sed filio habitum. infra de leg. præstan. l. tertia. §. hoc autem solum.

q Adijt. Ex substitutione. Azo.

r Votum. Natura enim ita ordinauit, quod liberi parentibus secundum suum uotum succedant: & ideo testator videtur patrem substituisse, ut haberet arbitrium adeundi, ex quo uellet. si autem testator intellexisset, quod tunc demū pater admitteretur, si filia non esset hæres: uideretur sentire, quod pater post filiam remaneret: quod est contra votum parentum: vt ĩ. unde liberi. l. scripto. in fi. & sic not. quod propter naturam aliter hic statuitur, quam superiori casu, sic ĩ. de cōdit. & demon. l. cum tale. & not. hac l. honorem lucro præferendum. Idem de voto parentum.

MAter. [illegible] Filium meum impuberē institui mihi hæredē, & matrē suam ei pupillariter substitui, & ab ea legata reliqui, & decessi: & postea impubes decessit in pupillari ætate. mater aūt noluit ei succedere ex substitutione, sed ab intestato cœpit eius hæreditatē possidere. certe tenebitur legata p̃stare. & idē esset si eam matrē dedissem cohæredem dicto filio: & eam ei substituissem pupillariter. In sententiam. Titius frater meus instituit sibi hæredem filiū suum impuberem nomine Seium: & ei pupillariter substituit filium meum sub cōditione, si a me fuerit emācipatus intra decem dies post mortē suam testatoris: & à dicto meo filio legata reliquit in substitutione: & postea decessit dictus Titius: & postea ego non emancipaui dictum meū filium intra dictū terminū: & ita fecit de- ficere

Margin notes: In P.Fl. & quia hæres est, & quia omissa causa, &c. uide Ant.Aug. emen. lib. 2. cap. 2.

Honor lucro præferēdus est.

ficere conditionem ſubſtitutionis: & poſtea cœpi poſſidere bona fratris mei ab inteſtato propter dictum meum filium. nunquid tenor præſtare dicta legata a filio meo in ſubſtitutione relicta? Et dicitur quod non. poteſtas enim patria, quam habebam in dictum meum filium, ſubſtitutum filio fratris mei ſub cōditione, ſi eum emanciparē, eſt inæſtimabilis.

In eum, qui. Inſtitui mihi hæredes Titium & Seium, & legata ab eis reliquit: uenit Caius, & iniuit fraudis cō ſilium cum dictis meis hæredibus, ita quod ipſi omiſerunt ex teſtamento: & ipſe cœpit poſſidere totam hæreditatem ab inteſtato. Certe dabitur contra eum actio legatorum non ex verbis, ſed ex ſententia prætoris. Viuia.

a Legitimam. Per Tertyllianum.

b Frater. Teſtatoris.

c Subſtitutum. Sub conditione, ſi eſſet emācipatus intra x. dies. Accurſius.

d Impuberi. Filio fratris.

e Sed ab inteſtato. Defecta iam conditione, non interim dum pendet: ut ꝭ. de reg. iu. l. quādiu. Ac.

f Per eum. Filium. Sed nōne ipſe pater præcedit filium in gradu, & ſic in ſuccedendo: ſed dic & ipſum repudiaſſe. Itē contra ſ. eod. l. 1. §. qui ſub conditione. Solu. patria poteſtas inæſtimabilis eſt: ut infra de lega. 1. l. filiusfamilias. §. ſecundum uulgatem. & eodem modo ſoluitur. ſ. eod. l. ſi filius meus. Item contra C. de inoffi. teſt. l. filius. Solu. ibi nolebat accipere ex teſtamento, cum non impleta eſſet cōditio: hic ab inteſtato defecta conditione, & facit ꝭ. de condit. & demon. l. ſi cui.

g Solus. Secus ſi cū hæredibus poſſideat: ut s. e. l. ſi nō ſolus. in prin. an aūt & omittens in ſubſidiū teneatur: diſtingue, habeat pretium, uel non: ut ſ. eo. l. licet.

In P. F. & ſi filio hęres data ſit &c.

Patria poteſtas inæſtimabilis eſt.

Sic in P. Fl. Halo. tamen legit, hæredem ſubſtitutum.

edicto facit, ſi omiſſo teſtamento legitimam ^a hæreditatem filij poſſideat. Idem iuris erit, ^e ſi filio cohæres data ſit, & ſubſtituta.

Qui non implet conditionem poteſtatiuam directam, & adit ab inteſtato: non tenetur hoc edicto. Bartolus.

In ſententiam edicti propter legatorum cauſam frater ^b incidiſſe nō uidebitur, qui filiū ſuum ſubſtitutum ^c impuberi ^d teſtamento fratris non emancipauit, ſed ab inteſtato ^e per eum ^f bona poſſidere cœpit.

Tertius poſſidens ab inteſtato tenetur hoc edicto, ſi cum inſtituto participauit fraudem. Bartolus.

In eum, qui teſtamento ſcriptus hæres nō fuit ſi fraudis conſilio cū hæredibus ſcriptis participato legitimam hæreditatem ſolus ^g poſſideat: actio legatorum ex ſententia prætoris dabitur.

Qui habet pretium, uidetur habere hæreditatem, ideo relicta à ſe præſtare tenetur. Bart.

Marcia. lib. iiij. fideicommiſſorum. XXVIII.

SI ſeruum ^a hæredem inſtitutum dominus, qui ipſe rogatus ^h fuerat fideicommiſſum præſtare, prius quàm adire iuberet, uendiderit: preſtare id debet. cùm per pretium ſerui, hæreditas quoque æſtimationem conſequatur.

Fideicommiſſa uniuerſalia conſeruantur per hoc edictum ſalua Trebellianica. Bart.

Inſtitutus hæres, & rogatus reſtituere hęreditatem, ſi omiſſa cauſa teſtamenti, legitimam hęreditatem poſsideat, non dubiè ut legara cęteraque fideicommiſſa, ita hęreditatem quoq; ^i reſtituere cōpellendus eſt: libertates quoq; tā directas, quàm fideicōmiſſarias. ^k Sed etſi alienos ſeruos rogat ^a ſit manumittere: utiq; redimere eos debebit. ^l eam autem deceſſionem, ^m quam is, qui ei reſtituerit paſſurus fuit, patietur is, cui reſtituta fuerit hęreditas. ^n

Per hoc edictum conſeruantur libertates ſaluo iure patronatus. Bart.

Vlpianus li. v. fideicommiſſorum. XXIX.

QVi omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſsidet hęreditatē, ſeruos ad libertatē pducere debet: ne eis ^o

SI ſeruum. CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredem ſeruum meū, & à me dño reliquit fideicommiſſum Seio: & poſtea deceſſit dictus Titius: & antequam ego iuberem adire dictū meum ſeruū uēdidi eū Sēpronio, nunquid debeo præſtare dictum fideicōmiſſum Seio? Et dicitur ꝗ ſic, cū ſim conſecutus hæreditatis æſtimationem per pretium ſerui. Inſtitutus. Inſtitui mihi hæredem Titium, & rogaui eum, ꝗ reſtitueret hæreditatē Seio: & deceſſi: ipſe autē Titius omiſſa cauſa teſtamēti cœpit hæreditatem ab inteſtato poſſidere, nunquid tenetur reſtituere hæreditatem Seio? Et dicitur quod ſic. Sic etiā teneretur præſtare legata, & fideicommiſſa, & libertates. Sed & ſi rogaui eum, ut manumitteret ſeruos alienos: tenetur eos redimere, & manumittere: & nō debet remanere aliquod commodū vel incommodum apud dictum hæredem ex dicta hæreditate: ſed debet tranſire ad fideicommiſſarium, cui reſtituta eſt hæreditas. Sed nunquid dicti ſerui quos dixi hæredem debere manumittere erunt eius liberti? Et dicitur quod ſic. Item quid ſi dictus hæres, qui omiſit ex teſtamento non poſſidet hæreditatem ab inteſtato, nec pro hærede, nec pro poſſeſſore, ſed poſſidet aliquo iuſto titulo, puta pro emptore, vel pro dote, vel pro donato? nunquid poteſt conueniri à legatariis? Et dicitur quod non. & hoc dicit cum duabus ll. ſequentib. Viuianus.

h Rogatus. Si autem ſeruus rogatus fuiſſet: directo ab emptore peti poſſet. hic autem non poteſt, quia ſeruus rogatus non fuit. Azo. & facit ꝭ. de leg. 1. l. planc. §. 1. & l. cum filio. & de leg. 2. l. ſi alienus ſeruus.

i Hęreditatem quoque. Videbatur enim quod hic, cui hęreditas reſtituenda erat, agere ex hoc edicto non poſſet. Sed quia alia uia eſt ei conſultum, ſcilicet per Trebellia. ut cogat hæredem adire: ut ſ. eo. l. ſi quis omiſſa. cum ſuis concor. & quia fideicō miſſarius loco hęredis eſt: ut Inſtitu. de fideicommiſſ. hæred. §. reſtituta. & ꝭ. de reg. iur. l. in pari. §. 1. & ad Trebel. l. 1. in princ. hæredi autem hoc edictum non proficit, ut ſupra eod. l. ſi in teſtamento. ſed tamen ſecus eſt: quia non per omnia vt hęres cenſetur: quia nec iura ſepulchri habet: ut infra ad Trebel. leg. quia perinde. §. 1.

Fideicommiſſarius loco hæredis eſt.

k Fideicommiſſarias. Vt ꝭ. eod. l. de libertatibus.

l Redimere eos debebit. Et manumittere.

m Deceſſionem. Id eſt, diminutionem propter prædicta, uel propter alia hæreditaria onera. & facit ꝭ. ad legem Falcidiam. l. filiusfamilias. & C. eo. l. 2.

n Hæreditas. Per Trebellianum.

o QVi omiſſa. Ne eis. Scilicet ſeruis, ut ſ. de ali. iu. l. 1. §. prin. & ſi qs eau. l. 2. §. poſt. & ꝭ. l. 1. § ex contrario

contrario. & ĩ. de reg. iur. l. non debet.

a Qui omissa. Pro donato. Quia est illi ab aliquo donata hereditas. secus autem si ex se lucratur etiam ab intestato: ut ĩ. eo. l. licet. in fi. & facit ĩ. eo. l. 1. §. non querimus.

stam, idē erit dicendū, scilicet ut dicti serui torqueantur: quamuis enim si non esset occisus. dicti serui non essent mei futuri ex eo, quod ego essem hæres patris mei, sicq; recta uia transiuissent ad eum, cui pater meus eos pure legauerat, uel essent liberi. cum pater meus d. dederis libertatem. pure, sicq; non deberent torqueri, propter mortem meam: tamen ex quo occisus fui ante aditam à me hæreditatem, remanserunt ipsi in hæreditate. & ita debent torqueri. Scias etiā quod patre meo occiso serui mei castrensis peculij torqueri debēt siue erant in potestate dicti mei patris, siue non. Item & si ego sim occisus, serui uxoris meæ & soceri mei debent torqueri. & idem est econtra uxore mea occisa h. d. usque ad §. occisorum. Viu.

DE SENATVS consulto Sylla. & Claudia no: &c.

Et hoc titu. punitur hæres, si adeat ante quæstionē habitam de familia.

Cum aliter. CASVS. Titius habens familiā seruorum fuit interfectus vel a domesticis, vel ab extraneis. certe serui debent torqueri ad inquirendum veritatem: & si non dederunt auxilium domino, debent puniri capite. nulla.n. domus esset tuta, nisi talis pœna imponeretur seruis interfecti domini. & continentur appellatione domini ille, qui habet nudam proprietatem in seruis: non autem ille, qui possidet seruum alienum bona fide, nec ille, qui vsumfructum solū habet in seruo. Sed si dedit seruum pignori, habetur dominus ille: qui obligauit. Sed & si ab eo qui instituit illum, qui modo est interfectus, hæredē, sit legatus seruus alicui sub condi. pēdente conditione loco domini est ille hæres interfectus. & idem est si data sit seruo libertas sub condi. secus autem in eo seruo, cui data est fideicōmissaria libertas, nisi ipse seruus fuisset particeps sceleris: quia tunc bene torqueretur. Item continetur appellatione domini ille, qui pro parte est dūs, & filius, & alij liberi illius, cuius est seruus siue sint in potestate, siue non. idē est si essent adoptiui. sec9 autē si essent dati alij in adoptionē. Itē sec9 in alumno illius, cuius est seruus, quia in eis nō habet locū senatusconsultū. Item filio occiso nō habet quæstio de seruis matris. Sed pone, quod pater me9 fecit testamentum, & instituit me hęredem: & seruos suos quosdam purè legauit: & c. manumisit: & postea fuit ab hostibus captus: & eo existente apud hostes ego fui occisus, nūquid torquebuntur dicti serui? Et uidet quod nō, quia pater meus vr mortuus prima hora captiuitatis: & ita uidetur, quod ego sim eius hæres: & ita uidetur, quod dicti serui sint liberi, uel sint illius cui legati fuerūt. & ita vr quòd tempore quo fui occisus, ipsi non fuerunt mei. dicitur tamen hic, quod bene debent torqueri: quia ego non sum adhuc hæres patris mei: cum ipse adhuc uiuat apud hostes, sed & si dictus meus pater sit mortuus apud hostes, & ego fili9 ab eo emancipatus sum occisus, antequā ei hæres exi-

† Huius Senatusc. meminit Corn. Tacit. li. 14.

factū noceat eius, qui ex testamento adire noluit: sic tamen, vt habeat libertos.

Qui omisit ex testamento, & possidet aliquo iusto titulo inter uiuos, non tenetur hoc edicto. Bar.

Hermoge. lib. iij. iuris epitomarum. XXX.

Qui omissa causa testamenti, pro emptore, vel pro dote, vel pro donato,[s] siue alio quolibet titulo, exceptis pro hærede, & pro possessore, possidet hæreditatem: à legatarijs & fideicōmissarijs non conuenitur.

TITVLVS V.

DE SENATVS-consulto Syllaniano † & Claudiano: quorum testamenta ne aperiantur.

Vlpianus libro I. ad edictum. I.

Cum aliter nulla domus[b] tuta esse possit, nisi periculo capitis[c] sui, dominis custodiam tam à domesticis,[d] quam ab extraneis præstare serui cogantur: ideo senatusconsulta introducta sunt de publica quæstione à familia necatorum[e] habenda. Domini appellatione continetur, qui habet proprietatem, & si vsusfructus alienus sit.[f] Qui seruum bona fide possedit, domini appellatione non continebitur: nec qui vsumfructum solū habuit. Seruus pignori datus, quod attinet ad debitoris necē, per omnia perinde habetur, atq; si pignori datus non esset.[g] Serui appellatione etiam ij continentur, qui sub conditione legati sunt. nam medio tempore hæredis sunt:[h]

b Cum aliter nulla domus. Quæ debet esse tutissimum cuique refugium: vt ĩ. de in iu. uoc. l. plerique.

c Capitis. Vt ĩ. eo. §. potuisse.

d A domesticis. Id est, ijs, qui sunt de familia. Nam ut ait Boetius nulla pestis efficacior est ad nocendum, quā familiaris inimicus.

e Necatorum. Scilicet nomine, & dic torqueri familiā nomine necati, scilicet à quocunque: ut ĩ. proxi. Vel dic: fit quęstio. s. familiæ. i. tormenta ad eruendā ueritatē nomine necati à familia, & subaudi, uel ab alio necati: ut patet ĩ. proxi. & in sequentibus. non dicas ut alius, qui nō sit de familia torqueatur: ut ĩ. ea. l. §. ita eo. & §. de matris.

† Idē dicendū in coniūctis. nā persona coniūcta pro altera torqueri pōt, & esse testis cōtra aliā eque coniūctā. Bar. i l. repeti. §. de quæstione ĩ. de qōnib. Bal. & do cto. ĩ c. postremo. de appell.

f Alienus sit. Ad hoc ĩ. de leg. 3. l. si quis suos. & ĩ. de acqui. hęr. l. si quis nulli bona. in prin. & ĩ. de iniur. l. item apud. §. si usumfructū. & ĩ. qui satisd. cog. l. fuē dū. §. 2. & 3. & ĩ. de relig. l. a. §. 1. Sed arg. contra ĩ. de reb. eo. l. magis. §. 1. & ĩ. de adul. l. si postulata. §. de eo. & ĩ. de leg. 3. l. si quis suos. & ĩ. de nox. l. quoties. §. 1.

ADDITIO. Dic quòd bonæ fidei possessor habetur loco domini, ut ipse, uel hæres eius non possint dicere se non dominum, nec alius cuius interest, donec contrarium probetur: ut l. quidā in suo. in ñ. de condi. insti. & l. Titia. ĩ. de sol. Et ita loquitur ista cōtraria. sed postquam detegeretur ab alio quòd non sit dominus, loco domini non habetur: & ita loquitur hic secundum Bartolum.

g Datus non esset. Sic ĩ. qui satisd. cogan. l. sciendum. §. creditor.

h Hęredis sunt. Vt ĩ. de rei uend. l. non ideo. & faml. ercisc. l. post litem. §. res quæ. Sed ar. contra ĩ. ad leg. Falcid. l. in ratione. §. 1.

ADDITIO. Dic s̄m Bar. quod ibi uere nulla est fictio: ut per eundē in l. is qui pro emptore. ĩ. de usuc.

[a] Ne puniatur. Scilicet capite. & facit C. de quæſtio. l. nec ſi mors. & ī. l. 3. §. de his quoque. & ſ. de hær. inſtit. l. ſi ſeruo fideicommiſſaria.

[b] Pro parte dominum. Sic ſ. de ritu nuptia. l. illud. & ī. ad legem Falcidiā. l. ſtatuliber.

[c] Continentur. In his deeſt ſola adminiſtratio: ut ſ. de liber. & poſthu. l. in ſuis. & facit ī. ead. l. §. ſi pater. & l. ſi ex hæredatis.

[d] In poteſtate. Natura .n. repelli non poteſt: ut Inſti. de hered. l. ab inteſta. §. eadē. & facit ī. tit. 1 l 1. §. 1.

[e] In eo. Occiſo.

[f] Dxius. A me alij.

[g] Senatusconſultū. Vt mei ſerui torqueantur tanquam ſui, & puniantur.

[h] In adoptato. A me occiſo ſcilicet.

[i] Non habebitur. Quia filius eſt de patris, & non matrisfamilia: vt Inſtitu. de leg. agn. ut. §. 1. non autem eſt hic, quia filium in poteſtate eſſe oportet: vt ſ. eod. §. quid deinde dicemus. & facit C. de adult. l. verba.

[k] Probat. Scæuola mouebat hic quæſtionem ſecundum R. illud, quod patre capto filius pro certo nondum erat hæres.

Conſtantius. Ergò q dixi, mouebat quæſtionem, ſecundum R.

[m] Inſtituto filio. Emancipato. Suus .n. ſtatim eſſet hæres: vnde ſerui vtpote liberi non torquerentur: ut ſ. ea. l. §. in eo. Azo.

[n] Exiſtente. Id eſt, adita hæreditate animo.

[o] Futuri. ī. de fur. l. à Titio.

[p] Licet non ſit in poteſtate. Idē econtra: ut ſ. eo. §. domini appellatione etiā filius.

[q] Vxoris. Scilicet ſerui.

[r] Neque vxoris. ſ. ſerui.

[s] Viri. Scilicet ſerui dicantur.

[t] Vna domus. No. ergo unā domum eſſe uiri & uxoris, & unam familiam eſſe. & ſic eſt ar. quod unus non poſſit eſſe teſtis pro alio: vt C. de teſtib. l. etiam. & ſic eſt ſ. rerum amot. l. 1. & C. de adult. l. verba. & ſ. qui ſatiſda. cog. l. ſerendū §. ſi fundum. & ſ. ſi qs cautio. l. ſed & ſi quis. §. præterea. & de iudi. l. interdū. & C. de crimi expil. hær. l. aduerſus. & ſ. de cit. nu. l. 1. Sed arg. contra ī. de quæſt. l. 1. §. ſeruū mariti. [illegible] Dic ſecundum Bar. hic, quod ſeruus nō torquetur contra vxorem, vt ibi, quia quodammodo eſt domina: ſed pro morte vxoris ſic: vt hic eadem ratione, & ſic concordat.

[u] Occiſorum. Vſque huc dictū eſt, quibus caſibus ſerui debeāt torqueri pro dño occiſo: nunc vult dicere qui cōtineantur appellatione occiſorū. Et dī q illi qui ſunt interfecti p uim aut cædē. & de his ponit exēpla. ſi aūt nō per vim ſunt occiſi: non continentur occiſorū appellatione quantū ad hoc, vt ſerui torqueant: puta ſi veneno ſunt extincti. & eſt ratio plana in litera. In caſu tamē bene torquerentur etiā tunc, puta ſi venenum fuit eis infuſum p vim. Sed quid ſi quidam extranei dederūt venenum domino eiā, & non per vim: & ſerui alij qui fuerunt de hoc conſcij, vel fautores: nunquid illi debent ſupplicio affici? Et dicitur quod ſic, licet .n. non debeant torqueri, eo quod clam datum fuit venenum, illi qui non fuerunt cōſcij, vel fautores vt dictum eſt: tamē ſcientum conſciorū, & fautorum non debet eē impunitū: & in hoc caſu poſſunt aperiri

[e] Limitabis hanc gl. & ſuas concord. per text. in l. nati. C. de decur. lib. x. .ſ. vt non procedat ſi mater eſt ex nobili familia, pr vero ex vili, & quo in l. filius. C. de municip. & orig. eo. li.

[m] Aūt, nō eſt in P. F.

Mariti an poſſit pro vxore teſtificari, & econtra.

[a] P. Flor. qua.

[a] P. Flor. vindicandum.

nec quòd conditio exiſtens efficit, vt deſinant eſſe hęredis, facit ne videātur interim eius eſſe. Idemq; erit dicendum & in ſtatulibero. Sed in eo, cui fideicommiſſa libertas purè debetur, extat reſcriptum diui Pij ad Iubentium Sabinum: quo oſtenditur non eſſe feſtinandum ad tormenta eius, cui fideicommiſſa libertas debetur. Et magis eſt, ne puniatur [a] ob hoc, quòd ſub eodem tecto fuit, niſi particeps ſceleris fuerit. Domini appellatione, & pro parte dominum [b] contineri, dicendum eſt. Domini appellatione, etiam filijfamilias cæteriq; liberi, qui in poteſtate ſunt, continentur. Syllanianum enim ſenatuſconſultū nō ſolum ad patrēfamilias, verùm ad liberos quoque pertinet. Quid deinde dicemus, ſi liberi non ſint in poteſtate? Marcellus libro duodecimo Digeſtorum dubitat. Ego puro plenius accipiendum, vt etiam ad eos liberos pertineat, qui in poteſtate [d] non ſunt. In eo [e] autem [f], q eſt in adoptionem datus, [g] non putamus locum habere ſenatuſconſultū, [h] quamuis in adoptato [a] locum habeat. Sed nec in alumno occiſo locus eſt ſenatuſconſulto. De matris ſeruis, filio, filiave occiſis, quęſtio non habebitur. [i] Si pater ab hoſtibus captus ſit: quæſtionem de ſeruis habendam, & ſupplicium, filio occiſo, eleganter Scæuola ait. quod etiam poſt mortē patris probat, [k] ſi ante quàm ſuus ei hæres exiſtat, occiſus fuerit. Idem Scæuola ait, Cōſtātius defendēdū, hrēde inſtituto filio, [m] de ijs quæſtionē habēdā, & ſuppliciū, q purè legati, vel manumiſſi ſunt, añ aditam hæreditatem filio occiſo. quamuis enim ſi viueret, hærede eo exiſtente [n] ipſius non eſſent futuri: [o] attamen vbi deceſſit, quia [p] extinctū legatum, & libertas eſt, ſenatuſconſulto fore locū dicit. Si pater necatus ſit, an de ſeruis filij quæſtio habeatur, ſi fortè in caſtrenſi peculio ſeruos habuit? Et magis eſt, quęſtionem de ſeruis filij habendam, ſuppliciumq; ſumendum: licet non ſit in ptāte [p] filius. Si vir, aut vxor occiſi eſſe proponantur: de ſeruis eorū quæſtio habetur. quanquam neq; viri ſerui propriè vxoris [q] dicantur, neq; vxoris propriè viri: [r] ſed quia cōmiſta ſamilia, & vna domus [t] eſt: ita iudicandū, atque in proprijs ſeruis, ſenatus cenſuit. Sed neque vxore occiſa, neque marito, de ſeruis ſoceri quæſtionem habendam, ſenatus cenſuit. Marcellus autem libro xij. Digeſtorum etiā in ſoceri ſeruis, idē quod in mariti rectè dicit.

Nō tenētur ſerui de morte dñi, ſi ei opē ferre non potuerunt. Bar.

Occiſorum appellatione eos contineri Labeo ſcribit, qui per uim, aut cædem ſunt interfecti: ut puta iugulatum, ſtrangulatum, præcipitatum,

uel saxo, vel fuste, vel lapide percussum, vel quo alio telo necatum. [a] Quòd si quis puta veneno, vel etiam quo alio, quod clam necare soleat, interemptus sit: ad hoc senatusconsultum vindicta mortis eius non pertinebit. Ho. ideo, quia toties puniendi sunt [b] serui, qui auxilium domino non tulerunt, quoties potuerunt ei aduersus uim opem ferre, & non tulerunt. Cæterùm quid potuerunt facere aduersus eos, qui ueneno, vel quo alio modo insidiabantur? Planè si uenenum per uim infusum sit: senatusconsultum locū habet. Vbicunque igitur uis adhibita est, quæ interimere solet, ibi dicendum est, locum senatusconsulto fore. Quid ergo si dominus veneno, non per uim necatus [d] esse proponatur, impunitum erit factum? Nullo modo. Licet enim cesset senatusconsultum Syllanianum, nec quæstio suppliciumq; de ijs, qui sub eodem tecto fuerunt, habeatur: tamen si qui conscij [e] uel fautores sceleris fuerunt, hi demū supplicio afficiuntur: & adiri hæreditas, apeririq; tabulæ etiam ante quæstionem habitam possunt. Si sibi manus quis intulit, senatusconsulto quidem Syllaniano locus nō est: [f] sed mors eius uindicatur: scilicet ut si in conspectu seruorum hoc fecit, potueruntq; eum in se sæuientem prohibere, pęna [g] afficiantur: si uerò non potuerunt, liberentur. Si quis non metu criminis imminentis, sed tædio vitæ, [h] uel impatientia doloris sibi manus intulit, eius testamentum aperiri, & recitari mortis casus non impedit. Item illud sciendū est, nisi constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionē. Liquere igitur debet scelere interemptum, ut senatusconsulto locus sit. [i] Quæstionem [k] autem sic accipimus, non tormenta tantùm, sed omnē inquisitionem, & defensionem mortis. Hoc autem senatuscōsultum eos quidem, qui sub eodem tecto fuerunt omnimodo punit: eos verò, qui non sub eodem tecto, sed in eadem regione non aliter, nisi conscij fuissent. Eodem autem tecto, [a] qualiter accipiatur: uideamus: utrum intra eosdem parietes, an & ultra intra eādem dietam, uel cubiculum, uel eandem domum, uel eosdem hortos, uel totā uillam. Et ait Sextus, sic esse sæ-

aperiri tabulæ testamenti illius qui est occisus: & hæreditas eius adiri ante quæstionem habitam de dictis seruis consciis, uel fautoribus. & postmodum possunt torqueri, & supplicio affici. quamuis si dominus fuisset occisus palam a familia, vel ab alio, debeerent serui prius torqueri, quā hæres adeat hæreditatem. Sed si dominus occidit se: tædio vitæ, vel impatientia doloris, & serui potuerunt prohibere, debent certe pœna affici. si autem non poterant prohibere liberati sunt, & eo casu dictus casus mortis non impedit testamentum eius aperiri, & recitari: licet impediretur aperiri & recitari, si metu criminis imminentis se occidisset dominus. Itē scire debes non haberi de familia quęstionem, nisi constet dominum occisum. & appellatione q̄stionis continentur non tantū tormenta, sed etiam omnē inquisitionē & defensionem mortis acceperunt continenri: hoc dicit vsque ad §. hoc autem senatus. Viui.

[a] Necatum. Facit ī. Ad legem Aquiliam. l. si seruus seruum. §. huius legis, & §. si is. & §. si qs igitur. & ī. de liberis agnos. l. necare.

[b] Puniendi sunt. Capite: vt ĩ. ead. l. §. potuisse.

[c] Potuerunt. Hoc expone: vt ĩ. §. potuisse. & facit ī. eod. l. item quæritur. §. exercitu. & l. si quis fundum. §. fin.

[d] Necatus. Non à familia: & sic pōt adiri hæreditas ante vindictam, ut hic subijcit. & ĩ. eod. l. necessarios. §. fin. & l. propter veneni. in prin. & C. eod. l. cum fratrem secus si a familia: vt ĩ. l. j. §. qd ad causam. & §. fi. & l. seq. & l. necessarios. in prin. quæ est contra.

[e] Conscij. No. ex sola scientia eos teneri.

[f] Locus non est. Quo ad tormenta.

[g] Pœna. Capitalis: ut ĩ. eod. §. potuisse. Azo. & facit ad hoc ī. §. exterū. Item facit s. de pec. l. sed si damnum. §. si ipse.

[h] Tædio uitæ. Facit ī. pxi. §. & C. q testa. fac. pos. l. 2.

[i] Locus sit. Sed ego quæro, ad quid fiat hæc quæstio? Respon. ad inquirendam mortem defuncti: vt ĩ. proximo §. sed hic quæstio non fit, nisi cum liquet eum scelere interfectum: vt hic. Nunquid ergo fit quæstio semper quando liquet? respon. liquere debet eum scelere defunctum, & si persona ignoretur quæ fecerit. ad personam ergo declarandam fit quæstio: quæ ignorari potest, etiam si constet eum scelere occisum. Azo. Sed & de communi seruo habetur quæstio, si vnus ex dominis nō compareat: ut ĩ. eo. l. & si percussor. §. si unus. Item no. nō iri ad quæstionem, nisi præcedant indicia: ut ĩ. de quæstio. l. j. in princ.

[k] Quæstionem. Facit ī. de iniur. l. itē apud Labeonem. §. quæstionem. Accursius.

Hoc autem senatuscon. [illegible] Si dominus fuit occisus, & serui sub eodem tecto cum domino existentes nō dederunt ei auxilium, debent torqueri & puniri: alij autem serui non, nisi fuerunt conscij. Sed qualiter intelligis tu idem tectum? Respon. si serui erant ita prope dominū, quod uocem domini audire poterant, licet quidam domini habeant ualidiorem uocem, & quidam exiguiorem. & si serui possunt iuuare dominum aliquo modo, non debent eorum salutem præponere saluti domini. unde non excusatur seruus, vel ancilla, si dicat, & etiā verum sit, percussorem minatum ei, si proclamaret ipse seruus, vel ancilla. Et hoc casu debent pati serui vltimum supplicium. ei ergo seruo non parcitur, qui fuit in eodem conclaui cum domino cum occideretur: nec ei qui timuit mori pro salute domini: nec ei qui non proclamauit cum occideretur dominus. Ille tamen seruus non punitur, qui tempore mortis domini erat ita longe, quòd exaudire non potuit. sed si dominus fuit in itinere occisus: sumendum est supplicium de illis seruis, qui erant cum eo, vel non erant cum eo, quia aufugerunt. alij autem non puniuntur. Hoc dicit vsque ad §. impubes. Viui.

* P. Flo. vel quo alio more insidiant.

Indicia præcedere debēt.

[a] Huc spectant quæ scribit Q. Mando. sup signa. Gratiæ titu. de dispē. ad bene. sub eadē tecto.

Iudi-

pe iudicatum:[a] vt quicunque eo loco[b] fuerũt, vnde vocem exaudire po tuerunt : hi puniantur quasi sub eodẽ tecto fuerint : licet alij validioris vocis,alij exiguioris sint, nec omnes vndique exaudiri posint. Iuxta hoc tamen videtur & diuus Adrianus rescripsisse in hæc verba : Serui quoties dominis suis auxiliũ ferre possunt,[?] non debent eorum saluti[b] suã anteponere. Potuisse autem ancillam,quæ in eodem conclaui cum domi na sua fuerat, auxilium ei ferre,[c] si non corpore suo, at certè voce plo rantem vt ij, qui in domo fuerant, aut vicini au dirent, hoc ipso[d] [e] manifestum est ex eo, quòd dixit,[d] percussorem sibi mortem minatum, si proclamasset. vltimum itaque[e] supplicium pati debet. vel hoc,[e] ne cæteri serui credant in pe riculo dominorum sibi quenquam consulere debere. Hoc rescriptũ multa[f] continet. Nam ei nõ parcit, qui in eodem con claui fuit: & ei, q timuit mori, non ignoscit: & ꝙ vel voce[g] oporteat seruos dominis auxiliũ ferre, ostendit. Si quis in villa agens occisus sit: plus quàm iniquum[h] est (si fortè diffusa latè prædia habeat) de omnibus, qui in ea regione fuerunt, seruis quæstionem haberi, & supplicium sumi. Sufficit ergo de ijs,[a] qui cum ipso, qui occisus dicitur, fuerunt: & qui suspicione cædis, aut conscientia attingi videbuntur, quæstionem haberi[?]. Cùm dominus in itinere[i] est occisus: de ijs qui vna cum eo fuerunt, cùm occideretur, vel cùm vna fuissent, ꝓfugerunt: supplicium sumendum est. Quòd si cum domino ne mo fuit, cùm occideretur: cessant ista senatusconsulta. Impubes seruus, vel ancilla nondum uiri potens, nõ in eadem cau saerunt Aetas enim[k] excusationem meretur. Impuberi autem vtrum in supplicio[l] tantũ parcimus, an vero etiam in quæstione?[m] Et magis est, vt de impubere nec quæstio habeatur. & aliàs[n] solet hoc in vsu ob seruari, vt impuberes nõ torqueantur:terreri tantùm solent, & habena, vel ferula[o] cædi. Excusantur autẽ serui,qui auxilium tulerunt sine dolo malo. Nam si finxit se quis auxiliũ ferre,[a] vel dictis[p] gratiam tulit:[q] nihil hoc commẽtum ei proderit. Tulisse autem auxilium non tantùm is videtur, qui seruauit dominum,hoc est, qui potuit ita opem ferre,vt sal uus esset dominus:verum is quoque, qui quicquid potuit,fecit, tametsi dominus interfectus est:veluti si quis exclamauit, vt ad auxilium conueniretur: aut terruit aggressores, atq;[r] si quis turbam con uocauit:aut si corpus suũ obiecit, vel alias corpore suo auxiliũ tulit. Non tñ semper qui clamore vsus est, auxiliũ tulisse videt. Quid enĩ si cũ posset ma nu depellere à dño periculũ, ille clamorẽ inanẽ elegit? Plectendus vtiq; erit. Quid si vulnerati sint serui, cum protegerent dominum? Dicendum est parci eis[t] debe-

[a] Iudicatum. Loquitur secundũ ius: vt C.eo.l.fin.& facit ĩ.eod.l.cum dominus.
[b] Eorum saluti. Scilicet dominorum. sui enim iuris non sunt serui: nec salus eorum ab eis est:sed à dominis hoc iure. vt Institut. de ijs q sunt sui, vel alieni iuris. §.1.& not.argumen. contra vasallos. Accursius.
[c] Hoc ipso. Id est, hoc argumento. Accursius.
[d] Quod dicit. Aliàs quod & subaudi, nec prodest ancillæ quod dicit &c. Accursius Florentinus.
[e] Vel hoc. Id est, in eum finem, ne &c. aliàs, vel hoc, scilicet mancipium: & vel pro saltem: vel pro etiam. Et nota quod quis patitur supplicium in exemplũ. sic C. ad legem Iuliam repetunda.l.j. Accur.
[f] Multa. Quia tria: aliàs duo dicuntur multa. vt Institu. de iure persona. §.fin. Accursius.
[g] Vel voce. Vel pro saltem. Accursius.
[h] Plus quam iniquum: vt ĩ. proxi. §. & C. de adulter. l.in adulterij. Sed contra ĩ. qui & à quib.l.prospexit.So lut.ibi de stricto iure: hic de æquitate, quæ prævalet:vt C. de iudic. l. placuit. Vel dic vt in d. l.in adulterij. Accursi°.
[i] Cum dominus I itinere. Sic ĩ.proxi. §. Accur.
Impubes seruus. CASVS. Si dominus sit occisus ab aliquo extraneo, & serui non tulerunt ei auxilium: capite puniuntur. & etiam torquentur, vt dictum est. Certè istud fallit in impuberib° seruis & ancillis: & in his enĩ impuberibus seruis, quiauxilium domi no tulerunt sine dolo malo. si autem finxerunt auxilium ferre domino & nõ tulerunt. non excusantur. & ille sine dolo videtur auxilium tulisse domino, qui saluauit eum, sed & si non saluauit, imò est mortuus dominus: seruus tamen iuuit eum quantum potuit,videtur ei auxilium tulisse,& sic non punitur: & de. hoc ponit plana exempla vsque ad §. si dominus. Viuia.
[k] Aetas enim. Scilicet minor:vt & C. si aduer.delic. l.j.& etiam maior: vt ĩ. cod.l.3. §. ignoscitur. & C. qui ætat. lib.10.l.j.& adde quod est infra eodẽ. l.excipiuntur.
[l] Supplicio. Id est in pœna capitis. Accursius.
[m] Quæstione. Pro eruenda veritate.
[n] Et aliàs. Cum de adulterio q̃stio habetur, secundum quosdam.& facit ĩ. de quæstio.l.ex libe ro. § de minore. & l.de minore. Acc.
[o] Ferula. Sic C. de cust.public. l.j.libro xij.
[p] Dictis. Aliàs dictis gratis.
[q] Tulit. Id est, dixit se dolere, alias iudicis gratia tulit, id est,distulit faciẽdam vindictam per iudicem.
[r] Atque. Id est, si.
[t] Parci eis. Scilicet si debilitati per vulnera non iuuerunt postea dominum. Accursius.
Si dominus. CASVS. Domin° quondam seruorum fuit à quibusdã mortifere vulneratus: vixit tamen postea aliquot diebus. & non fuit cõquestus de aliquo seruorũ, ꝙ nõ dederunt auxilium ei: tunquid amodo torquebuntur, vel vltimo supplicio afficiẽtur? Et dicit quod non: & multo

* P. Fl. eo loci.
† Memorabilia in hanc sententiã exempla refert Vale. Maxi. lib. vj.ca.8 de fide seruorum erga dominos. Et de gratitudine, & ingratitudine ser ui ad dominum. Mand. cap. 64.
* P. Fl. rei ferre.
* P. Fl. ipso.
* P. Fl. vu que.
* P. Fl. sufficit ergo eos qui.
* P. Fl. de his quæstionem haberi.
* In P. Fl. dicis gratia. de qua locutione vide Ant. Augu. lib. emend. ij. cap. 2.

multo magis non punientur, si dominus in testamento suo dixit expresse, quod serui exercuerunt bene officium suum in iuuando eum: & hoc dicit cum lege sequenti. Viuianus.

a Superuixerit. Ita quod eo vulnere non decessit ar. gu. s. ad leg. Aquil. l. huic scriptura vel secundum Irn. dic e- tiam si decessit qua si dissimulatione remiserit: vt Instit. de iniur. §. fin. & C. de reuo. dona. l. j. in fi. & l. si in fi. de inofficio. testa. Lominimodo. & s. de probat. l. Procula. & de cur. fur. l. si furioso. §. his consequens. Sed argu. contra ad hoc j. l. 3. §. 1. Item facit j. l. proxima. Accur. Floren.

b Diuus. Pisoni. Praesidi prouinciae.

c Pro seruis. Torquendis. Accursius.

d Nec sollicitudo. Quae cogit haeredem testatoris vindicare necem. Azo. & facit C. fami. ercisc. l. in ipsis. s. & s. l. pen. l. fi. & quod ibi nor. Sed an occisores potest dominus absolutere? Respon. non cum ea actio competat vnicuique de populo: vt j. de publi. iud. l. j. quippe in facinore, aut ser uum omittendo deliquerunt.

e Siquis. Casus. Cum dominus deteretur, seruus eius non tulit ei opem ideo, quia valetudine gra ui valetudine erat affectus. Certe subuenitur seruo, vt nõ puniat: & idẽ est si dñs dixit, q seruus eum occidit, & non probauit. & idẽ est si marit' occidit dominam serui, & nõ exaudiuit hoc seruus, secus si exaudiuisset: & opem non tulisset: qa tunc bene punitur: nisi in vnoeasu, puta si maritus occidit vxorẽ l adulterio deprehẽsam: qa tũc nõ punitur seruus, si non tulit ei opem. Item non punitur seruus, si cum oẽs dñi sui aggressuram paterentur, & ipse omnibus simul nõ potuit auxiliũ ferre, tulit quibusdam. secus si potuisset omnibus ferre opem: & tulit tñ quibusdam. Item nõ punitur seruus, si tempore cædis dñi sui, vel dominæ ita erat clausus sine suo dolo malo, vt non potuerit erumpere causa succurrendi eis. secus si fuisset in dolo, vt clauderetur. & idem est vt non puniatur, si erat ligatus taliter vt auxilium dare non posset. Item non punitur, si taliter erat senex, quod non potuit dare opẽ: & idem est, si erat serus surdus. & idem, si caecus, vel mutus, vel furiosus. hoc dicit vsq; ad §. si quis illatam. Viui.

f Si quis in graui. Id est, valde graui: sic s. pro soc. l. cum duobus. §. damna. & l. Gallus. §. ille casus. s. de liberis. & posthu. alias graui.

g Credendum domino. Contra seruos sed pro seruis sic: vt supra l. proxi. & l. j. in fin.

h Si. Id est, quamuis. & facit j. d Carbo. edic. l. j. §. si qs. Non obst. s. ad Velleia. l. Seia. j. respon so. & de inoffi. test. l. non est enim concedendum. & C. ad hit. aut. l. j. & de proba. l. rationes. & l. exemplo. & de testa. l. verba. & s Authen. vt cũ de appe. cogno. §. sine igitur omnes. colla. s. arg. contra j. de bon. liber. l. qui eũ maior. §. si. & l. Paulus. §. j. & s. de cura. fur. l. si furioso. §. e. & C. de calum. l. mater.

Addictio. Dic secundum Dyn. hic quod propter verba defuncti pœna nõ imponitur, vt hic: sed hæres vt filius si accusat, a pœna sum pta calumnia excusatur, vt in contrario, secundum Bart.

i Si maritus. Sic s. l. j. §. si vir.

k Ignoscitur. Quantum ad pœnam legis Cornel. de sica. sed non in totũ: vt infra de adult. l. si adulteriũ. §. imperatores. & l. nec in ea. §. ideo aũt. & l. marito. j. rñ. & ad legẽ Cor. de sica. l. j. §. fi.

l Non restiterunt. Nol. non est culpa. non resistere, sicut pta de noxa. l. 3. §. si extraneus. de actioni. empti. & vendi. l. emptorem. ibi, & si non defendat & c.

l Contraxisse. Est ergo gratificationi tũc locus, vt & s. de reli. l. si. & s. loc. & cond. l. in naue Saupheli. & j. ad leg. Falcidiam. l. pater filium.

Ignosci-

Alias, diuus Marcus Commodus Pisoni rescripsit.

Vindicta pro interfectis illata an & quando permittat. Glo. in ea. j. §. hoc autem, q̃ feud. dat. poss. vsi. bus feud. Bal. in l. is penes. C. depo.

Nol. ex hac glo. q vulnus dicitur mortale, licet mors nõ sequatur, secundum Bald.

In P. Fl. Si quis in grauescente valetudine & c.

P. Fl. illatam esse sibi.

P. Fl. exequenti.

Simile in cap. venerabilẽ. cum gl. lu per uer. sa uete. extra de ele. Pro ijs, & de gratificatione, etiã in nia teriabene ficiaria, Mando. 1 14. & vlt. qst. Reg. 33. desi. gna. pñat. nu. 22. & seq.

---

re: nisi si aut ipsi sibi vulnera ista[a] fecerunt data opera, ne punirentur: aut talia vulnera isti acceperunt, vt possent nihilominus opem ferre, si voluissent. Si dominus mortiferè vulneratus superuixerit, [a] nec de quoquam seruorum suorum conquestus sit: etiam si sub eodem tecto fuerunt, tamen parcẽdum illis erit.

Dominus percussus potest purgare innocentiam seruorum suorum. Bar.

Callistratus lib. v. de cognition. II.

Diuus Marcus[c] & Commodus Pisoni[b] rescripserunt in hæc verba. Cùm constiterit apud te, Piso charissime, Iulium donatum postea, quàm conterritus aduentu latronum profugerat in villam suam, vulneratum esse: mox testamento facto purgasse officiũ seruorum suorum. nec pietas pro seruis,[c] nec solicitudo[d] hæredis obtinere debet, vt ad pœnam vocentur, quos ipse dominus absoluit.

Ad impossibile nemo obligatur.

Vlpia. lib. l. ad edict. III.

Si quis in graui[e] valetudine affectus, opem ferre domino non potuerit: subueniendum est ei.

Assertio interfecti non probat: nisi probetur aliter mors illata. Bar.

Si quis moriens dixisset, à seruo vim mortis sibi illatam esse:[*] dicendum est, non esse credendum domino,[f] si[g] moriẽs hoc dixit: nisi potuerit & probari. Si maritus[h] vxorẽ noctu intra cubiculum secũ cubantẽ necauerit, vel vxor maritum: serui pœna senatuscõsulti liberabũtur. Sed si exaudissent, & opẽ non tulissent: plectendi erunt, non tantũ si proprij essẽt mulieris, sed etiam si mariti: Si tamen maritus in adulterio deprehensã occidat: qa ignoscitur[i] ei, dicendũ est, non tantum mariti, sed etiam vxoris seruos liberãdos, si iustũ dolorem exequendi[*] domino non restiterunt.[k]

Licet seruo uni ex dominis gratificari. Bart.

Si cùm omnes domini aggressuram paterẽtur, vni seruus opem tulit, an sit excusandus? an uero quia omnibus non tulit, plectẽdus? Et magis est, vt si quidem omnibus ferre potuit: quãuis quibusdam opem tulerit, suppli cio afficiendum. Si verò simul omnibus non potuit: excusandum, quia quibusdam opem tulerit. Nam illud durum est dicere si cum duobus auxiliũ ferre nõ posit, eligat alteri esse auxilio: electione crimen eum contraxisse.[l] Quare & si seruus mulieris, marito domino magis auxilio fuit, quàm

dominæ, vel cõtra dicendum est ignosci ei debere. Subuenitur eis, qui eo tẽpore, quo dominus dominaue occisa est, clusi ita fuerunt sine dolo malo, ut erumpere succurrendi causa, aut comprehendendi eos, qui cædem fecerunt, non potuerint. Nec interest, à quo clusi continebuntur: sic tamen, si non data opera uoluerint b se ita includi, ne opem ferre possent. Clusos accipere debemus, & si sunt uincti: si tamen ita uincti: ut omnino erumpere uincula, & auxilio esse non potuerunt. Ignoscitur etiam ijs, q ætate defecti sũt. Surdus quoque inter imbecilles numerandus est: aut inter eos, qui sub eodem tecto non sunt: quia vt illi per spatiũ, ita hic per morbum nihil audit. Cæcus quoque ueniã mereri debet. Mutum simili modo excipimus: sed ibi, vbi vocis auxilium tantùm superfuit, Furiosos excipi nequaquam dubium est.

Qui defendit unum ex seruis malefactoribus: uidetur esse obnoxius criminis. Bart.

Si quis c quem eorum seruum, seruamue ex ea familia, qui e eius f facinoris noxius erit, recepe rit, uel celauerit sciens dolo malo: in ea causa est ac si lege, quæ de sicarijs lata est, facinoris noxius fuerit. Si ex stipulatu seruus debeatur, & cædem dñi arguerit, g & pro hoc p̃mio liber esse iussus sit, ex stipulatu actio stipulatori nõ datur. Nã h & si supplicio affectus fuisset: nõ daretur. Quòd si sub eodem tecto non fuit: i ex stipulatu actio in æstimationẽ serui utilis erit creditori. k

Non uidetur iudicasse, qui non ultrò uindicauit, & fauore publicæ utilitatis generalis locutio non recipit restrictionem de habilitate personæ. Bar.

Verum l autem is solus uideatur indicasse vel arguisse, qui ad hoc prosiluit ultrò: an etiam is, qui cum accusaretur, ipse detorsit in alium crimen? Et magis est, ut ille hoc præmio dignus sit, qui ultrò ad accusationẽ prosiluit. Hi quoque, qui non potuerunt alias ad libertatẽ peruenire (ut puta si hac lege distractus erat quis, ne manumitteretur) poterunt pp hoc, quod in cõmune utile m est, ad libertatẽ peruenire. De ijs quoque seruis, qui testamento manumissi sunt, perinde atque de seruis supplicium n sumendum est. De ijs, qui antè quàm testamentum occisi, occisæue aperiret,

a Ignosci ei debere Quidam interrogatiuè legunt: & dicunt non debere seruo uxoris ignosci, qui prætulit virum: & econtra si seruus viri prætulit vxorem. sed lego plene: & dico quod possit eligere, quasi sit eorum communis: vt & s. eod in l. j. §. si vir. & s. ea. l. §. si maritus. Accursius.

b Voluerint. Sic s. quod metus cau. l. si mulier. in princ. & j. quod ui aut clam. l. j. §. sed & Aristo.

c Aetate. Id est, senectute: ut no. s. eo. l. j. §. impubes.

Si quis. Seruus, uel serua Titij occidit eum: & Seius in domo sua recepit dictum seruum, uel seruã. certe tenetur Seius l. Cornelia de sic. Vi.

d Si quis. Extraneus. quasi dicat, nõ debet quis recipere aliquem noxiũ de seruis occisi. alias punitur l. Cornelia de sic. sic j. de recepta. l. j. Item facit s. de ser. fugi. l. j. §. 1.

e Qui. Seruus. & facit j. eod. l. lege. in principio.

f Eius. Occisi.

Si ex stipulatu. Seius habens seruum Stichum promisit per stipulationem Titio eum ei dare: & postea cum existeret dictus seruus sub eodem tecto cum domino suo Seio: dictus Seius occisus fuit: postea dictus seruus argute probauit, & detexit mortem domini: & pro hoc præmio factus est liber. nunquid Titius prædictus poterit eum petere ab hærede Seij ex stipulatione? Et dicitur quod non. nam & non daretur dicta actio dicto Titio, si dictus seruus fuisset vltimo supplicio affectus ex eo, quod nõ arguisset mortem dñi: ut & s. eo. l. j. §. potuisse. si autem non fuisset dictus seruus sub eodem tecto cum domino eo tempore quo dominus fuit occisus, & sic non defendisset dominum, & ob id nõ fuisset passus vltimũ supplicium: ex stipulatu actio utilis erit Titio creditori contra hẽdem Seij ad æstimationẽ dicti serui. & ille seruus dignus est dicto præmio libertatis, qui vltro prosiluit ad accusandũ iterfectores domini: non autem ille seruus est dignus, qui cũ accusaretur dominum interfecisse, ipse retulit in alios crimen: sed ille seruus qui arguit ultro necem domini, poterit ad libertatem peruenire: qui non poterat alias ad libertatem puenire, puta si hac lege distractus erat, ne manumitteretur: h. d. vsque ad §. de his quoque. Viuia.

g Argueri. Probando: ut C. pro quib. cau. ser. pro præ. acc. lib. l. j. sed uidetur j. proximo §. caponi.

h Nam. Bona ratio.

i Non fuit. Ergo non iure est affect[us] supplicio. hæc ergo iniuria creditori nõ obstat. Hug.

k Creditori. Contra hæredem. sed ui detur in primo dicto hæredem teneri, cũ a fisco habeat pretium: ut C. pro quibus caus. ser. l. 2. cõtra. Sed dic quod hic a fisco non habet: ut ibi not. & j. ad legem Falcidiã. l. æris. Vel aliter lege hunc §. quia in primo casu erat sub eodem tecto, & nõ præbuit auxilium: sed post conuicit occisores. unde euitat pœnam, & cõsequitur præmium. in secundo secus: quia non conuicit. In tertio verò nõ erat sub eodem tecto: unde consequitur libertatem dato pretio domino à fisco: qđ in primo casu non datur: cum si non conuicisset, capitis pœnam esset passus: & sic nihil hic haberet hærea. & facit ad §. j. de suis & legi. l. 1. §. quod si necem. & iusta de verb. oblig. l. si seruum Stichum. & l. qui seruum. & infra eodem, lege, si seruus. & lege, domino. & infra de bon. liber. l. si necem. .

l Vtrum. Exponit proxim. §. superiorem, vel exponit l. infra eodem. l. lege. in principio. Et no. differre spontaneũ a coacto. sic j. de bonis libet. l. qui cum maior. §. si libertus. & §. fin. & j. de legat. 2. l. unum ex familia. §. 1. & C. ne tut. uel cura. uec. con. l. j.

m Vtile. Contra s. pro soc. l. actione. §. Labeo. & in authen de resti. & ea quæ par. §. ea vero. col. 4. Sol. hic speciale, vt etiam contra pactum ad libertatem perueniat. & facit s. proxi. §. si ea stipulatu.

n Supplicium. Et quæstio: ut j. eod. l. si exhæredatus. §. fin. & intellige ut dicitur s. eo. in l. j. §. in eo.

* P. Flor. clausi, pro ut etiã infra ibi à quo clusi, sed postea prius hic clusos accipere debemus.

* Sic legẽdum esse cẽset An. Aug. emẽ. lib. 1. c. 9. nõ ut antea legebatur, iudicasse uel arguisse.

* Huc spectat l. 197. quæ incipit, iudicasse. ff. de uerb. sig.

r Quid sit spontaneũ, uide Bar. in l. j. in fi. & ubi not. j. de quæst.

De his

De his quoque ... Quæritur, nunquid ... testamento ... libertate ... debeat ...

profugisse ... aperto testamento liberi ... fit ... de seruis quæ ... est. Nam est æquissimum ... vltionem non obstare indulgentiam ipsorum quo quisque plenio rem est expert⁹, eo grauiorem sceleris sui pœnam merebitur.

Hic iurisconsul ... aliam materiam. Supra expeditum est de quæstione ...

Quod ad causam testamenti pertinens ... cisus esse dicetur: id nequis sciens dolo ...

sed tantùm naturaliter clausæ. Aperire accipere ... nos, vel palàm, vel secreto: omnis enim apertura prohibita est. Si quis ignorãs occisum, aperuerit: non debet hoc edicto teneri. Et si sciens, non tamẽ dolo aperuerit, æquè non tenebitur. si fortè per imperitiam, vel rusticitatem ... edicti prætoris, vel senatusconsulti aperuit. Si quis tabulas quidem non aperuit naturaliter, linum autẽ inciderit: excusatus erit, quia dolo caret, qui ipsas tabulas non aperuerit. Si autem non tantum testamentum, sed pars eius aperta sit, dicendum est, in edictum incidisse eum qui aperuit. Parui enim refert, vtrum totum, an partem aperuerit. Si quis codicillos aperuit, testamentũ non aperuit: in edictum incidit. Nam & codicilli ad causam testamenti pertinent. Item siue iure valeat id, quod apertum est, siue non valeat: attamẽ edicto locus est. Eadẽ seruantur & de ijs, quæ ad causam substitutionis pertinent, si pupillus, pupillaue occisus, occisaue esse dicetur. Si alius aperuit, alius recitauit, alius descripsit:

Non tantum. ... Non solum si occisus fecit testamentum sed etiam si ab intestato decessit, nõ debet hæres eius adire hæreditatem, vel bon. poss. petere, ante quam quæstio de familia occisi habeatur ...

Delinquens in parte, in totum tenetur.

Cõcor. tex. in ca. olim. extra. de rescrip. & in c. cũ olim. per glo. de offi. deleg.

cisi? Certe transmittit ad suos hæredes vtiles hæreditarias actiones. Item quid si occisus in testamento suo instituit hæredes Titium & Seium sub conditione, si à die mortis suæ vsque ad mensem darent centum Caio: & hæredes non paruerint conditioni ex eo, quia non debebant tabulæ aperiri ante quæstionem de familia habitam? succurritur eis certe, vt adhuc adimplere possint. si autem aliud impedimentum concurrat cum prædicto impedimento vt tabulæ non aperiantur occisi, vel hæreditas non adeatur, puta si fuerit prægnans vxor occisi, vel esse putabatur (quo quidem etiam casu instituti adire non poterant) certè nihil prodest dictis hæredibus impedimentum quæstionis seruorum: & ita non transmittent ad suos hæredes hæreditatem occisi non aditam. Vini.

omnes in edictum incident, qui singula eorum fecerunt. Non tantum ex testamento, sed etiam ab intestato hæreditas ad hoc edictum pertinet: vt ne quis adeat, bonorumue possessionem petat antè quàm quæstio de familia habeatur: ne hæres propter compendium suum familiæ facinus occultaret.

Si hæreditas metu pœnæ huius edicti non adeatur: si interim hæres decedat, transmittitur: secus si propter aliud impediretur adire. hoc dicit cum versi. sequen. Bar.

Eleganter Scæuola ait, vt quis ad hæredem suũ vtiles actiones trãsmittat, si forte ante aditionem decessit: exploratum esse debere idcirco eum non adisse, quod senatusconsulto, edictoque terrebatur. Si conditioni intra diem ex die mortis præstitutum parere iussi, ignorantia non paruerunt: idcirco ignoratum est, quia metu senatusconsulti aperiri tabulæ non potuerunt: succurritur eis ad implendam conditionem.

Edictum. Quod est supra, §. quod ad causam. & adde quod ibi not.

Suum. Quemcunque etiam extraneum.

Actiones. Pro hæreditate vtiles, & pro hæreditarijs iurib.

Ante aditionem. Non factam ideo, quia per senatusconsultum impediatur. hoc autem constare debet: vt statim subijcit. Azo. & sũt similia vt hæreditas non adita trãsmittatur: vt not. supra de acquir. hæredi. l. vẽtre. Sed regulariter contra: vt C. de caduc. tollen. §. in nouissimo.

Edictoque. Vt j. proxi. § probatur.

Si conditioni intra diem. Puta centesimum.

Iussi. Hæredes.

Succurritur. Ad hoc C. de anna. except. l. j. §. fin. & j. de condit. & demon. l. in testamento.

Implendam. Etiam post diem.

Si & aliud. Senatusconsultũ. quod est supra, §. quod ad causam.

Non potuerit. Vt s. de acquir. hær. l. cum quidam. §. quod dicitur. & l. ventre. & j. l. proxim. & contra. s. de dam. infe. l. fluminum. §. idem ait si damni. & s. depo. l. j. §. merito. Item no. magis inspici quod obest, quam quod prodest: quia & sine hoc impedimento adire nõ potuisset: vt arg. s. man. l. ante, § 1. & j. de lega. præstan. l. 1. §. fi. Sed arg. contra. s. de iur. fisc. l. 3. §. si quis palam. & s. de sena. emancipatum. §. fin. Accur.

Ad §. si quis palam. respondé secundũ Bar. quod quandoque causa, quæ prodest, est vt potentior & ita quod obfuscat, & perimit illam quæ nocet: & tunc inspicimus quod prodest. vt in d. §. ibi enim quis reliquit clam, & palam: & eo ipso quod relinquitur palam, tollitur clandestina: ideo illa inspicitur: hic vero causa quæ nocet, est potentior. nam potest dici, quod propter metũ edicti omisit aditionem: qui si adire vellet, non posset alio impedimento subsistente. sicut tãgitur in gl. i l. si vir. j. pro donat. ad l. emancipatum. §. fi. dic quod ibi erant duæ causæ, quarum nulla nocet, sed vna prodest, alia nõ: ideo inspicitur id quod prodest secundum eum. Bar.

Sed si aliud impedimentum sit de non adeunda hæreditate, quam aperiendarum tabularum, & senatusconsulti: nihil prodesse impedimentum senatusconsulti, si & aliud fuit: veluti si prægnans vxor occisi fuit, uel etiã putabatur, & propterea adire hæreditatem institutus non potuerit.

P. Fl. si & aliud.

IIII.

Qvi posthumos hæredes istituerat non natis posthumis vxorem secundo loco scripsit hæredẽ. cùm à familia diceretur necatus, vxor diem suum obierat. hæredes mulieris actiones ex constitutione sibi dari postulabãt. Eos ita demum audiẽdos esse respondi: si mulier, quã in vtero nihil gesta re cõstabat, propter senatuscõsultum hæreditatem adire noluit. alioqn prægnante ea defuncta, nullam iniuriæ querelam interuenisse.

Pœna, quæ imponitur extraneo adeunti, imponitur necessario si immiscenti. Bar.

Qui posthumos. Aliquis occisus instituerat sibi hæredes posthumos quos habere sperabat ex vxore sua: & ita dixerat postea si posthumi mihi non nascentur, vxor mea sit mihi hæres, & postea vxor sua quę nihil gestabat in vẽtre decessit ante aditam hæreditatem à se ex substitutione viri occisi: & ideo adire noluerat: quia non erat adhuc habita quæstio de familia. nunquid vtiles actiones hæreditariæ dabuntur hæredibus vxoris? Et dicitur quod sic. si autem ipsa vxor erat prægnans ex occiso tempore mortis suæ vxoris, & ita propter hoc etiam non poterat adire ex dicta substitutione, & sic habebat duo impedimenta ad adeundum. s. illud senatusconf. & quia prægnans erat certe non poterũt dicere hæredes vxoris iniuriam mulieri factam per senatusconf. & sic hæreditas prædicti occisi ad eos hæredes vxoris non perueniet. Viuianus.

In stituerat. Primo loco.

Secundo loco. i. substituit, si hæredes non essent.

Actiones. Hæreditarias.

Ex constitutione. Senatusconsulti huius.

Constabat. In rerum natura. nõ apud homines, vel dic apud homines, quo ad opinionem communem: vt no. s. de acqui. hær. l. cum quidam. §. quod dicitur.

Alioquin. Id est, si aliud fuit impedimentum quam senatusconsultum, puta quia prægnans erat: nihil habebit hæres eius

Prægnante. Ideoque adire non potuit: vt supra l. proxima. §. fin.

Interuenisse. Si hæreditas eius non præstetur hæredibus t

dibus: vt ī. l. proxi. §. fina. hoc est dicere, nihil habebit hæres mulieris: quia hæreditatem non aditam ad hæredem mulier non trāsmittit: vt C. de iur. delib. l. quoniam: & facit ī. l. proxi. §. quod ad cautam

Secundo dicit, quod quamuis alias serui in caput domini non torqueantur, tamen bene torquentur in caput hæredis: qui est eorum dominus, siue sit hæres extraneus, siue ex suis: ad sciendum verum ipse hæres occidit dominum, vel non. Tertio dicit: pone quod duo

[a] Necessarios. Scias quod non solum voluntarij hæredes occisi continentur in senatusconsulto. s. vt non adeant ante quæstionem habitam, sed etiam necessarij. & non solū non possunt adire hæred. ante quæstionem habitam, sed etiam non possunt petere aliquam bo. poss. Si autem faciāt contra, debēt publicari bona. sed non alias publicantur, nisi constet etiā esse occisum patremfami. & hæredē eius adijsse hære. ante quæstionem de familia habitam. & ante sumptum supplicium. Sed quid si dominus est occisus propter malam curam medici, vel insidias medici, nū quid potest adiri hæreditas ante q̄stionem habitā? Et dicitur quod sic. defensio tamē dictæ mortis incumbit dicto hæredi. Viuianus.

[b] Comprehendi. [illegible] auferatur eis hæreditas.

Omnes bonorū possessiones. Quæ sunt [illegible]. ordinariæ: & septima extraordinaria: vt Instit. de bono possess. Et not. suum non fieri hæredem ipso iure, nisi nomine: vt no. ī. de acq. hær. l. necessarijs: & facit ī. l. proxi in fi. & ī. §. 1. & l. in cognitione & C. eodem. l. 3. Sed contra supra eodem lege prima, §. quid ergo si dominus. Solut. ibi ab extraneo.

[illegible] V.

Necessarios hæredes puro edicto comprehendi,[a] si se misceāt hæreditati: nec bonorum possessionem peti prætor permittit: & ego puto ad omnes bonorū possessiones hoc edictum pertinere.

Non aliàs publicantur bona, nisi adita contra edictum sit secuta. Bar.

Non alias bona publicantur, quam si constabit esse occisum patremfamilias, & hæredē ante quæstionem de familia habitam, suppliciumq; sumptum, adijsse hæreditatem.

In occiso clàm, non habet locum hoc edictum. Bar.

Vbi quis incuria necatus est, vel medici insidijs: adiri quidem hæreditas potest:[c] sed hæredi suo defensio mortis incumbit.

[illegible] lvi. ad ed[illegible] VI.

Et si certus sit percussor: tamen habenda est quæstio, vt cæ dis mandator inueniatur: vtique autem ipse maximè quæstioni dabitur: quamuis & cæteri puniantur. Quamuis aliàs i caput domini serui nō torquentur: rectè tamen fiet quæstio, etiam si hæredem accuset, siue extraneus hæres, siue ex suis sit.

Serui possunt torqueri pro non cōparente, sicut pro mortuo. Bar.

Si vnus ex dominis nō compareat: quærendum est, de casu eius per seruos, quos communes habuerunt. Magis enim de salute, aut vltione domini non comparentis, quam in caput præsentis torquebuntur. Si appetitus sit, nec occisus dominus: nihil senatusconsulto cauetur. ipse enim in familiam suam potest aĩmaduertere.

[illegible] VII.

Et in libertos extraordinarium auxilium habebit.

[illegible] VIII.

habebant seruos cōmunes: vnus de dominis prædictis nō comparet: certe serui cōmunes debent torqueri ad sciendū de casu dicti domini non comparētis. Quarto dicit: Pone quod serui appetierunt occidere dominum eorum: non tamen occiderūt: certè nō habet locum Syllanianum: sed ipse dominus potest eos castigare: etiam manumissos in seruitutem reuocare petere. hoc dicit cum l. seq. Viuia.

Quæstio. Torquetur percussor vt indicet mandatorē: vt & ī. eod. l. prius. & arg. ī. de iur. fisc. l. 2. §. diuus. Sed arg. contra C. de accu. l. fio. sed hic est principalis criminosus. Item facit C. de accusa. l. non ideo minus. & C. eod. l. minoribus.

Ipse. Percussor. Cæteri. Scilicet mandatores.

In caput domini. s. regulariter: sed hoc fallit hic, & in alijs: vt C. de quæstio. l. j.

Hæredem accuset. Aliquis, q̄ occiderit defunctum ille hæres: ad quod C. eo l. sororem. est enim ibi publica accusatio: vt ī. d̄ pub. iu. l. j. Vel dic, q̄ aliquis accusat occisorem aliquem de familia: qui videtur accusare hæredē, qui adiuit ante mortem vltam: nam finita accusatione illa coram præside, auferentur bona hęredi per procuratorem Cęsaris: vt C. vbi cau. fisc. l. j. & in vtroque casu serui torquentur. & contra hęredem vel directò, vel per obliquum torqueri videntur. Vel dicas adiungi hunc casum cum pręcedenti: quia percussor nominat hęredem mandatorem: per quod videtur eum accusare, vel inculpare.

P. Fl. Et si percussor certus.

[d] Adijsse. Vt C. eod. l. si ea. hoc autem fit primo i accusatis, & coniunctis occidentibus, vel humicidis: vt C. vbi causæ fisc. l. j. non ergo punitur si putans mortuum adijt, cum sit viuus. ī. de suis. l. inter. § pen.

Simile est in impetrāte beneficium viuentis: vt not. & cō. text. in clem. 2. & ibi glo. de offic. iudi. & melius i cle. si de bñ ficio. de pbeo.

[e] Incuria. Alterius quam hęredis: alias per hoc ipsum fieret indignus: vt ī. de his quib. vt indi. l. indignum.

Potest. Vt ī. l. j. §. quid ergo si dominos. & C. eod. l. cum fratrem.

Defensio mortis. Id est, vindicatio: & facit C. eo. l. j.

Et si certus. [illegible] Mortuo domino certū est apud iudicem, quod Stichus seruus suus occidit eū: certè adhuc debet torqueri Stichus, vt inueniatur mandator cædis: & ipse Stichus solus dabitur quæstioni: cæteri autem sui conserui tantum puniuntur ex eo, q̄ non tulerunt domino auxilium: non aūt torquentur.

Magis. Sic ī proxi. §. Acc.

[h] Si appetitus sit. Id est, inuasus à seruis. Accur.

Animaduertere. Occidendo de eis vt de bestijs, cum causa sit iusta: vt ī. de leg. 1. l. quid ergo. §. si hęres & ī. de verbor. oblig. l. qui seruum. & not. ī. de [illegible] qui sui vel alie. iur. sunt l. j. Acc.

[i] Et in libertos. Qui patronum suum appetierūt: vt ī. proxi. §. Et quod sit hoc extraordinarium, ille vt C. de lib. & eo. lib. l. 2.

Senatusc.

Enatusconsul. [illegible] occideretur, [illegible] non [illegible] eu posset: & [illegible] debe[illegible] res occi[illegible] vendidit eum [illegible] postea [illegible] supplicium est sumptū: certe tenetur his reddere emptori dicta c.

Senatusconsulto Pisoniano cauetur, vt si pœnæ obnoxius seruus uenisset, quandocunque animaduersum in cū esset, vt venditor pretiū præstaret: ne emptori iniuriā fecisse uideretur senatusconsultum.

Ex quibus causis ex testamenti au fertur hæreditas: et eisdem casis castrense peculium confiscatur. Rart.

Si filiusfamilias, qui in castrensi peculio testatus est, occisus sit: omnimodò id defendendum est, vt ex quibus casibus ad fiscū patrisfamilias bona perueniunt, ijs casibus & huius peculiu potius, quam ad hæredes, qui [illegible] urrunt in adeūdo, & [illegible], vltiue non sunt.

Ad [illegible] transferuntur bona cū onere [illegible] Lar.

IX.

Vm fisco [illegible] uca bona d[illegible] adiicūtur propter inu[illegible] mortem, in eum legatorum actio datur & libertates ratæ sunt, eorum scilicet q senatusconsulto excipiuntur.

X.

I exhæredatus filius antè quàm adiretur patris hæreditas, occisus sit: ex euentu inspicietur, ut si adita fuerit hæreditas: quasi alieni fuisse uideantur. Si verò irritum testamentum factum sit: quia ipsius essent, si viueret, omnia perinde aguntur, ac si domi nus esset. Sub diuo Traiano constitutum est de ijs libertis, quos viuus manumiserat, quæstionem haberi.

XI.

Demq; erit & de ijs qui ius annulorū petierant.

XII.

I seruus à testatore occiso legatus sit, & prætor pro præmio statuerit liberum eum esse dicendum est, non

Sic in l. Fl. Haloā. tamen legit, Syllaniano. hoc vero [illegible] est Nerone. A. 11. & Pisone cos. [illegible] lib. 13. & 14.

P. Fl. Senatus.

St[illegible] Titius [illegible] testamentum de castrensi pecul. & [illegible] Cannm, & Seium & postea [illegible] & [illegible] des [illegible] uet [illegible] hæreditatem eius antequam [illegible] haberi quæ[illegible] & suppli[illegible] occi[illegible], uel antequā viceret mortem occi[illegible] hæreditas debet pertinere ad fiscum & fiscus tenetur præstare legata relicta ab occiso: & libertates eorum seruorū occisi, qui excipiuntur senatuscon. vt nō puniani, puta quia nō potuerunt [illegible] domin[illegible] h. d. cum l. seq. [illegible].

Pœnæ Capitis. Obnoxius. Qui a sub eodē tecto constitutus dom[illegible] [illegible] & §. hoc [illegible] per hære[illegible] alium ven[illegible] ber dici hoc: vt. de ædil edic. l. cum autem. §. excipitur. & l. quis [illegible] §. antepe. ali[illegible] co ablato emp[illegible] per pœnæ im po[illegible] nem venditor reddit pretium: vt [illegible] Præstaret. Id est, red[illegible]

dictus T[illegible] & postea Seius [illegible] filius fuit occisus, antequam Caius adiret. n[illegible] debent torqueri pro morte d[illegible] vtrū dictu Cai[illegible] dixerit [illegible] postea h[illegible] an non primo calu uidentur seru prædicti fuisse [illegible] hæredis Caii, & sic nec quæstio de his ha[illegible] nec [illegible] secundo calu [illegible] h squæstio & supplicium [illegible] nus eorū [illegible] illius tēpore quo fuit occi[illegible] essent, si viueret.

Sub diuo. Titius manumisit seruos suos, & postea fuit occisus eis præsentibus. certe poterūt torqueri. & idem si accepissent [illegible] liberti ius annulorum aureorum [illegible] in l. si seruus. pone quod d[illegible] Titius legauit quosdam suos seruos Seio & postea ipsi facti [illegible] liberi, ideo quia detexerunt mortem ei[illegible] Titij, nunquid propter legatum [illegible] dici libertas? Et dicitur quod non. Itē in l. in communione, dicit, pone quod hæredes dicti [illegible] fuerunt testamentum ei[illegible] antequam [illegible] haberi quæstionem, & [illegible] eiusde familia & sic possunt de hoc accusari [illegible] annulum aureum ut ff. eod. l. lege. §. fin. certe post quinquēnium non poterunt accusari, si sunt extranei hæredes, si autem sint de suis, poterunt perpetuo accusari & hoc dicit eum tribus ll. sequen. Viuis.

Sen[illegible] m. Scilicet Sylla. nec enim à lege debe[illegible] iniuria. sic C. v[illegible] l. ment[illegible].

Patrisfamil. Alicuius occisi à fam[illegible] est si hæres adiuit hæreditatem [illegible] quæstio fami lia. [illegible] eod. l. 3. §. [illegible] nec [illegible] §. 1.

Potius. Scilicet a[illegible].

In adeundo. Ante habe[illegible] quæstionem familiæ & su[illegible] sumpto.

[illegible] non sunt. Des[illegible].

Vm[illegible]. Ex [illegible] sub eodem te cto [illegible] impub[illegible] §. [illegible] §. [illegible] & ff. de [illegible] ad Treb. [illegible] & de fideico. [illegible] ex causa. & l. [illegible] ona.

I exhæ[illegible] filium suum Seium, & substitu[illegible] Cai[illegible].

Infi[illegible] cietur. Torqueant serui pl[illegible] pro filio: an non.

Al[illegible] Se. ui & sic non torquendi, nec supplicium [illegible].

Si dominus. Scilicet filius. & dic seruorum eum fuit occ[illegible] & sic torquentur: ut ff. eod. l. j. §. domini ap[illegible] actione etiam [illegible] & facit ad hoc quod iret [illegible] ff. de acquiren. hær. l. heres quādoq. & ff. de leb. dub. l. quæ dam. & ff de [illegible] ex re. §. fin. & de reg. iur. l. omnes. & [illegible]

Quos. Simplex relatio. sic ff. de Iniur. l. dominium.

Haberi. Maiorem [illegible] & c. ut Fl. [illegible] §. de his.

Demq. Quo ad hoc [illegible] alia non [illegible] nous. [illegible] C. de iu. aur. anul. [illegible]

Annulorum. S[illegible] aureorum [illegible]

I seruus. Occiso. Opposito in obiectū homo m[illegible]

[illegible] iudicatur C. pro qua[illegible]

Non

Quia se [illegible] torq[illegible] debent. cō cor. l. I l[illegible] seru[illegible] C. de [illegible] qui. ut indi. eā c[illegible].

Cōcor. tex. in ele. j. & ibi Car. in s. no. ut lite pen. & in capit. cum quidā. de iuretur.

impediri libertatem.[a]

Accusatio facta contra occisores habet effectum confiscationis bonorum contra hæredes extraneos intra quinquennium: contra eos qui de morte defuncti possent de parricidio teneri semper. Bar.

Venuleius Saturninus libro ij. de publicis iudicijs. XIII.

IN cognitione[b] aperti aduersus senatusconsultũ testamenti eius, qui a familia sua occisus dicatur: quinquennij tempus constitutum est senatusconsulto, Tauro, & Lepido consulibus: quod tamen ad extraneos[c] pertinet. nanque eos,[d] qui parricidij pœna teneri possunt:[e] semper accusare[f] permittitur eodẽ senatusconsulto.

Impubes qui non iuuat dominum, non tenetur senatusconsulto, nisi in eo tria concurrant, quæ exprimit hæc lex. Bar.

Martianus li. ij. de pub. iudicijs. XIIII.

EXcipiuntur[g] senatusconsulto Syllaniano impuberes serui. Trebius autem Germanus legatus etiam de impubere sumi iussit supplicium: & tamen non sine ratione. nam is puer nec multũ à pubertate[a] aberat: & ad pedes domini cubuerat, cùm occideretur, nec postea cędẽ eius ꝓdiderat: vt enim opem ferre eum non potuisse constabat, ita silentium præstitisse etiam postea certum erat:[h] & ijs duntaxat impuberibus senatusconsulto parci credebat, qui tantum sub eodem[i] tecto fuissent. Qui verò ministri, vel participes[k] cædis fuissent, & eius ætatis (quanquam nondum puberis) ut rei intellectum capere possent: ijs non magis in cęde domini, quàm in nulla alia causa[l] parci oportere.

Fiscus succedit in locum hæredis indigni, & præfertur substituto etiam necessario: & necem vindicanti. Bar.

Martianus lib. singul. de delatoribus. XV.

SI sequens gradus[m] vltus[n] fuerit necem

---

[a] Non impediri libertatem. Propter legatum: sed an hęres dabit ęstimationem legatario? quod uidetur: ut s. l. 9. §. si ex stipulatu. & l. senatus & j. eo. l. domino.

[b] IN cognitione. Dixit H. quod ob solam aperturã sine aditione non perditur hæreditas, & secundũ eũ subaudi hic aperti, & hereditatis aditę: sic & subauditur C eod. l. si ea. non autem quod actio in factum in e. aut. quinquennio tollatur: quæ pœna ob solam aperturã imponitur: ut j. eo. ti. l lege. § si. Alij ut Io. & Azo dicunt, quod etiam hæreditas perditur ob solã aperturã, per l. C. eodem l. si ea. & j. eo. l. si. sed quocunque modo intelligas, q accusatio fit de hærede? Quidam dicunt eum accusandum de his & puniri in confiscatione bonorum: sed non videtur. nam nõ punitur, nisi pecuniariter propter aperturam, uel propter aditionem. s. amissione hæreditatis: sed dico quod occisores debent primo accusari: quo ipso & hęredes bona amissuri videntur accusari: quibus cõuictis hæc bona fisco deferũtur: vt C. vbi cau. fis. l. j. & sic intelligitur s. eod. l. necessarios. §. nõ alias, intra quinquennium. ergo debet hoc expe iri, ut hic: non dico quod accusatio de homicidio quinquẽnio tollatur cõtra homicidas: vt l. querela. C. de fal. sed effectus confiscandorũ bonorũ contra hæredem tollitur quinquennio: ad quod j. de diuer. præsc. in oĩbus. Dic ergo in cognitione. i. accusatione cõtra homicidas quinquenniũ est cõstitutum. s. quo ad effectum cõfiscandorum bonorũ. Vel dic[1] in cognitione i. in delatione, quę fit fisco de bonis, iã punitis homicidis. & hoc si est extraneus hęres: sed ꝓximus plus tenetur. s. quandocunq; homicidæ cõuenjãtur usque ad 20. an. arg. j. de parri. l. si. Poterũt bona postea à fisco peti. uel intra quadrienniũ etiam à die denuntiationis, uel alias an. 20. à die quo cœpit fiscus petere posse: ut j. de iure fisci. l. 1. §. pen. & C. de quadrien. præscrip. l. 1.

[1] Prima est uerior, secundum Bal. hic.

[c] Extraneos. Hęredes.

[d] Eos. Scilicet hæredes. Accur.

[e] Teneri possunt. s. si committerent id delictum: non dico quod hic commiserint aperiendo, uel adeundo: & sunt istæ personæ j. de parri. l. 1. 2. 3. & 4.

[f] Accusare. Per obliquũ: uel dic. i. deferre ꝑ directum huic l. est contra j. e. l. Cai⁹. Sol. ibi. itẽ C. de fal. l. querela. Sol. hic speciale. imò & hic durat 20. an. accusatio de homicidio: sed nũ quo ad effectũ confiscandorum bonorum. ut dixi.

[g] EXcipiuntur. CASVS. Dictum est s. eo. l. 1. §. potuisset. & in prin. quod serui qui non tulerũt auxiliũ dño, torquentur: & supplicium de eis sumitur: certè istud fallit in seruis impuberibus, qui fuerunt sub eodem tecto cum domino cum occideretur, uel etiam alibi, & non fuerunt ministri, uel participes cædis: si autem fuissent ministri, uel participes, non parcitur eis in cæde domini, nam & in nullo alio delicto eis deberet parci. Item non parcitur eis, si erant proximi pubertati eo tempore quo dominus fuit occisus, & si erant ad pedes domini cũ occideretur. & postea facti puberes non prodiderũt necem. Viu.

[a] P. Fl. à pubertate.

[g] Excipiuntur. Vt s. eo. tit. l. 1. §. impuberis. & §. impuberi. & l. cum filio. in fi.

[h] Certum erat. Ad hoc de silentio facit C. de incest. nup. l. 2. in fin. & l. 4. in fin. Et not. tria contra hunc: quorum si quod deficit, non habet locum quod hic dicitur. illa tria sunt hæc, quod prope pubertatẽ, quod ad pedes domini, & quod tacuit.

[i] Sub eodẽ. Quasi dicat non autem interuenerunt prædicta.

[k] Participes. Vt in nostro casu, ubi uidetur fuisse particeps propter tria.

[l] Alia causa. Nam alias tenentur impuberes ex delictis:[2] ut Inst. de obl. quæ ex deli. §. pe. nisi quatenus miseratio ætatis &c. s. de mino. l. auxiliũ. §. si. & nisi in crimine adulterij: ut j. de adulte. l. si minor.

[2] Dic hoc esse verũ in omittẽdo: & ita debere intelligi hãc l. s'm doc. hic: quod tñ dictum limitatois ꝑ tex. in ca. 1. & quod ibi no. extra, de delic. pue. s. vt nõ procedat in d'licto carnis, quod in eo nõ prę sumitur.

SI sequens. CASVS. Titius instituit sibi Seiũ, & substituit ei Caium: & postea fuit occisus: & postea Seius adiuit hæreditatẽ anteq̃ necẽ defuncti uindicaret: & Caius postea uindicauit necẽ. nunquid trãsfertur ad Caiũ substitutũ hęreditas instituto delata? Et dicit q nõ. pœna em̃ instituti nõ debet eẽ ꝓmiũ substituti: imo dictã hęreditatem habebit fiscus. Sed quid si dicti Seius, & Caius fuerũt ambo instituti, & fuit datũ Seio pręlegatũ? certè nũ solũ pars hæreditatis aufertur Seio, & datur fisco, sed etiã pręlegatũ, eo quod non uindicauit mortem Titij testatoris ante aditam hæreditatem à se. sed & si uiueret ab intestato ad hęreditatem. aufertur ei: idemque & si quasi patronus occisi ueniat ad hęreditatem: quãuis ille qui uenit intestato, & ille qui uenit quasi patronus admittantur suo iure. Viui.

[m] Si sequens gradus. Substitutus.

[n] Vltus. Accusando occisores.

testatoris, an prior a hæreditas ad illum transferatur? Et ait Papinianus non esse hoc. Nam pœna illius, huius præmiũ esse non debet.

Ab indigno aufertur hæreditas, & legatum, & quicquid quocunq; iure de bonis testatoris mortis causa caperetur. Bar.

Cùm ex parte hæredi instituto legatum quoque erat, & in vlciscenda morte cessauerat: diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt, tam hæreditatis portionẽ, quàm legatum ei auferendum. Hæredibus autem, qui in vlciscenda morte defuncti cessauerant, tam testamẽto, quàm ab intestato auferuntur bona forte & si quasi patronus uenit, e quamuis hic suo iure admittatur. f

Etiam seruus communis pro præmio libertatem consequitur. Bartol.

Martellus libro xij. digestorum. XVI.

DOmino à familia occiso, seruus communis necem eius dete-

a Prior. Id est primo delata instituto.

b Non esse hoc. Scilicet dicendum. & est hoc expeditum, cũ institutus primo adiuit, quã uindicaret: quod potest aliquando, ut s. eo. l. 1. §. quid ergo si dominus. Quid ergo si nullo modo adiuit, uel adierat cum non debuerat. Respond. quidam non idem: sed lo. idem. Argu. contra in Auth. de hæred. & fal. §. si vero institutio & substitutio. coll. 1. & j. ad Tertyl. l. 2. §. fi.

c Illius. Instituti q non vindicauit necem defuncti. & facit ad hoc s. quod met. cau. l. si eũ exceptione. § Pædius. in fi. §. Itẽ facit ad l. C. eod. l. si sororẽ. Accur.

d Legatũ. j. ad Trebel. l. ita. §. qui suspectam.

e Venit. Id est venire uult.

f Admittatẽ. Alias non: vt hic, & j. de iur. patro. l. pe. t. respon. sed arg. contra s. de inoff. test. l. Papinianus. §. si quis impubes. & l. pe. §. fi. & in Auth. de hære. & fal. §. si quis ãt non implens. colla. 1. item facit supra proximo §.

ADDITIO. Dic quod ibi est in culpa, hic in dolo: vt l. propter veneni. §. neptis. j. e. vel istud delictũ est maius illo. Vel aliter: ibi delictum committitur solum contra testamentum: & ideo peritur solum quicquid ea testamento capitur nõ aliunde. hic delictum committitur circa uindicandam mortem: & ideo perditur quicquid causa mortis capitur, secundum Barto.

DOmino. [illegible] Dominus fuit à familia occisus: & seruus, quem habebat communem cum Titio, detexit necem. certè erit liber. hęres autem occisi debet dare Titio partem pretij Titio contingentem. Viu.

g Socium consequi. Sed à quo? Respon. de bonis defuncti: quæ si non sufficiunt, de publico. arg. j. eo. l. lege Corncl. in princ. non autem à fisco prima facie: ut no. s eod. l. 3. §. si ex stipulatu. & C. pro quib. cau. ser. lib. pro. præ. ac. l. 1. & 2. & de ser. commu. ma. l. 1.

PRius. [illegible] Dicitur hic, quod si dominus est occisus, quod familia prius de se debet torqueri: & si confiteantur serui, quod occiderunt dominũ, tunc debent interrogari, quo mandante occiderunt. Viuianus.

h Prius de se. Id est, an quis de familia fecerit: & sic uidetur non esse necesse ut precedant indicia. regulariter secus: ut j. de quæstio. l. 1. in princ.

xit fauore libertatis: liber quidem fieri debet: pretij autem partem sibi cõtingentem socium consequi g oportet.

[illegible] XVII.

PRius de se h familia torquenda est: & si cõfiteatur: tunc interrogetur, quo mandante i flagitium admissum sit.

Idem libro ix. regularum. XVIII.

EX inofficioso testamẽto queri idẽ, k & mortem vindicare defuncti non prohibetur. l Idq; Paulus respondit.

In familia, quæ non iuuit dominum erit vindicta, & supplicium. Bar.

Idẽ li. viij. Pan[illegible] XIX.

CVm dominus. m occiditur, auxilium ei familia ferre debet, & armis, & manu, & clamoribus, & obiectu corporis. Quod si cum posset non tulerit: meritò de ea supplicium sumitur.

Papin li. ij. respon. XX.

HAeres, qui veneni causam perse-

i Quo mandante. Non autem debet interrogari mandauit ne Titius: an Seius: ut j. de quæstio. l. 1. §. qui quæstionẽ. & facit s. eo. l. & si certus sit percussor. & j. de iure fisci. l. 2. §. diuus. Sed arg. cõtra s. de eden. l. 1. §. rationem. sed nil facit ut ibi patet. alias est in litera, quo Ianno flagitiũ &c. & tunc est arg. quod testis est interrogandus de die. sic in Auth. de testi. co. 7. §. & licet. ibi, antetiam causam testimonij &c. Accur.

EX inofficioso. CASVS Dicitur quod quamuis hæres non possit adire hæreditatem occisi ante mortẽ occisi vindicatam: vt supra eod. l sena tus. §. 1. tamen si filius occisi ab eo exhæredatus sit, bene potest idem filius queri de inofficioso testamento, & postea mortem vindicare. Viu.

k Idem. Filius exhæredatus.

l Non prohibetur. Imo tenetur vt successor ab intestato: vt s. eo. l. si sequẽs. §. fin.

m CVm dominus. Facit s. eo. l. 1. §. eodemq;. & §. pe. & j. de iiur. l. sed si vnius. §. si iussu. in fi. Acc.

HAeres qui. [illegible] Dñs fuit clam ab extraneo veneno interemptus: hęres ãt deliberabat, vtrum adiret hæreditatem eius, vel nõ: & psequebatur accusationẽ quam & fecerat de dicto extraneo: certè bñ pt interim ordinare res hereditarias urgentes: ut tamen salua sint illi indicia, quibus probet ueneno interemptum testatorem: & siue pendeat dicta quæstio ueneni, siue non, dum incepta sit: potest hæres petere bonorum possessionem in bonis occisi: secus autem est, cum dominus dicitur necatus à familia: quia tunc non põt peti bon. pos. ab hærede ante quæstionem de familia habitam, & supplicium sumptũ: & redditur ratio in litera, quãuis non bona, scilicet, quia si posset peti bonorum possessio, uel adiri hæreditas ante quæstionem, & supplicium seruorum: iam essent liberi serui, quibus libertatem in testamento dedit occisus: & sic torqueri nõ possent: bonum est ergo negligi libertatem eorum, donec de eis quæstio habeatur: dicitur autem negligi, dum non permittitur aditio hæreditatis ante quęstionem. Sed (sicut dixi) dicta ratio non est bona: quãuis principale dictum sit bonum. nam etiã manumissi torquentur: ut s. eod. l. si exhæredatus. § fin. Neptis quæ. Seius instituit sibi hæredem Titiam, & ab ea Titia reliquit fideicommis. Caiæ nepti dictæ Titiæ: & postea decessit

* Cõcor. tex. in ca. abbate sane. de re iudi. lib. 6. in ca. 2. & ibi notat Pa. cattà, de fi. inst.

* In P. F. incipit, Et de inofficioso.

quitur, res hæreditarias urgentes [a] ordinare, saluis probationum indicijs, [b] non prohibetur.

Mors clandestina ab extraneo facta aditionem non impedit: secus si à familia facta dicatur. Bartolus.

Idem lib. vi. resp. XXI.

PRopter ueneni [c] quæstionem tempus petendę possessionis [d] non profertur: [e] cũ eo quoque suspenso crimine [f] rectè petatur. [g] Aliud senatui placuit, cum à familia dominus necatus dicitur: seruorũ, uidelicet causa: [h] quorũ libertatem quæstionis habendę gratia negligi [i] necesse esset.

Ei cui aufertur hæreditas, ut indigno propter dolum, non restituuntur actiones confusæ: secus si propter culpam. Bar.

Neptis, quæ possessionem auiæ petierat, mortem eius (interfectã sciens) non defenderat, [m] Fideicommissum quod auia ex alio testamento nepti debuit, in restituendis fisco bonis non esse deducẽdum placuit. dolus [n] enim hæredis punitus est. Si autem negligentia mulier emolumentum [o] bonorum amiserit: fideicommissum esse retinendum integrato [p] iure debiti, rationis est.

In dubio non dicuntur hæredes indigni, si non prouocauerunt. Bart.

Præsidis iniquitate [q] reis [r] illatæ [s] cædis absolutis: hęredibus, qui non defunctoriè [t] debitum officium impleuerant, quamuis nõ prouocassent, [u] hæreditatem auferre non oportere visum est.

Causa ciuilis bonorum contra hæredes occisoribus condemnatis non finitur decennio, nec morte hæredis. Bar.

Paulus libro xvj. responsorum. XXII.

decessit dictus Seius: postea eadem Titia instituit sibi hęredem dictam Seiam neptem: & postea fuit occisa ab aliquo dicta Titia: & dicta sua neptis, antequã uindicaret mortem eius, petiit & habuit bonorum possessionem in bonis dictæ Titię suę auiæ: & ita debet restituere bona Titię fisco: ut sup. eod. l. ne cessarios. §. 2. nũqd in dicta restitutione fisco facienda debet Caia neptis deducere fideicommissum, qđ ei debebat auia ex testamento dicti Seij? Et dicitur quod non, & hoc si dimisit neptis vindictam per dolum: si autem dimisit vindictam per negligentiam, puta quia non studuit inuenire interfectorẽ cum posset: tũc quãuis amittat emolumentum bonorum auiæ, eo quod debet restituere fisco: tamen retinet dictũ fideicommissum: & cum per aditionem hęreditatis auiæ extinctum fuerit debitum dicti fideicommissi, rationis est hoc casu ut redintegretur eidem nepti ius debiti ipsius fideicommissi. Præsidis. Cum Titius esset occisus à quibusdam, ego hæres eius accusaui eos coram pręside, antequam adirem hæreditatem, sicut debeo ut sup. prox. §. & præses postea absoluit eos per iniquitatem suam: ego autem hæres non appellaui à sententia præsidis, cum possem. nunquid aufertur mihi hęreditas à fisco? Et dicitur quod non. Viuia.

[a] Vrgentes. Sed cur non omnes cum adiuit? potuit enim, cum nõ à familia dicitur uenenatus: ut s. eo. l. 1. §. quid ergo. & C. eo. l. cum. fratrem. Resp. hic non adiuit, sed deliberabat: persequebatur tamẽ causam ueneni: unde urgentes tantum distrahit: nec tamen per hoc adit. sic s. de iure deliberã. l. Aristo. § 1. Vel dic, quod a familia dicit necatus: ut j. l. proxi. & est sic s. de peut. hęred. l. diuus. & l. si bonę fidei poss. hęre. & s. de admi nist. tutor. l. tutor qui repertorium. §. 1.

[b] Saluis indicijs. Quia torquendos non uendat seruos. arg. C. de adulte. l. 3.

[c] PRopter ueneni. Ab extraneo illati. & sic intellige C. eo. l cum fratrem.

[d] Possessionis. Scilicet bonorum.

[e] Profertur. Id est prorogatur.

[f] Crimine. Id est accusatione.

[g] Rectè petatur. Scilicet bonorum. possessio.

[h] Videlicet causa. Durius enim torquentur serui, quam liberi: ideoque non potest adiri hæręditas ante uindicatam necem. Azo. & facit s. si ex noxa. cau. aga. l. penulti. & l. fi.

[i] Negligi. Id est, differtur aditio, & sic libertas negligitur, id est, differtur, quæ adita hæreditate cõpeteret: ut C. de cadu. tolle. l. 1. §. in nouissimo. sed hęc nõ uidetur bona ratio, & quia idem dici potest, si ab alio sit occisus: & quia torquentur. etiam si libertas diceretur competere: ut sup. eo. l. 3. §. de his. & l. 1. §. in eo. & l. si exhęredatus §. fi. Item facit s. eod. l. 1. §. quid ergo si dominus. & s. l. pro xi. hęres. & j. de legat. 3. l. si seruus plurium. §. 2.

[k] Possessionem. Sub. bonorum, scilicet unde cognati.

[l] Sciens. Per hoc dolus pręsumitur.

[m] Non defenderat. Id est, non vindicauerat.

[n] Dolus. Dolus est cum scit, & non uindicat: ut hic. sed si ignorauit per culpam tunc est culpa: & perdit bona, non relictum: vt subijcit: vt infra de ijs quibus vt indig. l. hæredem. si uero nec dolus, nec culpa, tunc nullo modo punitur: ut C. eodem. l. si ultio. & secundum prędictam distinctionem accipe supra de inofficioso testamẽto. l. cum qui. §. fina. & C. de inof. testa. l. si maritus. in fin. Itẽ quod est supra qui pet. tut. l. fina. § penultimo. quæ est argu. contra. Item uidetur, quod etiã si in dolo fuit nũ perdat ius suum, ut supra titulo pximo, l. duo. in fine. contra. Solu. hic fuit in dolo adeundo: unde habetur pro facto quod dolo fecit, id est, pro adita ex testamento: & sic remanet actio ut confusa: ibi non fuit dolus in adeundo, sed in omittendo ex testamento. & idem habetur pro facto, id est, pro adita hæreditate ex testamento: & sic retinet Falcidiam.

[o] Emolumentum bonorum. Scilicet hæreditariorũ. uel id est, bono. posses.

[p] Integrato. Not. actionem extinctam resuscitari. ad quod s. de hęre. nend. l. a. §. cum quis. & d. l. hæredem. & d. l si maritus arg. contra sup. eod. l. si sequens. §. fi. Item facit j. ad Treb. l. pen.

[q] Præsidis iniquitate. Hoc aliàs iniuria dicitur: ut Institu. de iniur. in principio.

[r] Reis. Id est occisoribus.

[s] Illatæ. Defuncto.

[t] Defunctoriè. Id est, non malitiosè. ad quod infra de legatis primo. l. si seruus plurium. §. secundo, in fine §.

[u] Non prouocassent. Non ergo appellare tenentur: ut hic, & sic est contra C. eo. l. minoribus. in fi. Sol. hic propter inopiã necessitas remittitur: ut arg. s. mãd. l. si procuratorem. §. si ignorantes. secundum Ioan. & Azo. uel ibi alterius appellationi respondit, hic ipse

Actio semel extincta resuscitatur.

De significatione huius vocis defunctoriè, pulchrè Budæ. s. de act. empt. l. emptorẽ noxali.

Adde in opiani ẽt in fom cõsciẽtię excusare, gl. in c. sicut dignũ. de homici. & in reg pec catum. de reg. iur. li. 6.

non appellat. Vel non tenetur appellare, vt hic, si tamen appellat, prosequi tenetur: ut ibi, arg. ꝟ. de euict. l. Herennius. §. Caio. In procuratore dic vt ꝟ. de neg. ge. l. liberto. §. fi. & C. de procu. l. inuitus. In emptore dic, vt in dicto §. Caio.

CAius Seius. CASVS Caius Seius habens sororem Luciam Titiam iacēs infirmus dixit, qđ Stichus seruus suus infuderat ei venenum, & postea decessit & ei extitit hæres dicta sua soror: & ipsa adiuit hæreditatem: ante quam faceret torqueri familiam, & supplicium de ea sumi: & postea decessit dicta Lucia Titia: trāsactis x. ann. venit Sēpmnius, & nuntiauit fisco bona dicti Caij Seij nūqd debēt auferri dicta bona hrēdibus Luciç Titiæ, & fisco applicari? Et dicit quod sic: non enim est extinctū crimē Titiæ propter mortem suam. Viu.

CAius Seius cum languesceret, questus est [a] se veneno occidi à seruo suo: & sic expirauit. cui hæres extitit Lucia Titia soror: & mortē eius exequi neglexit: & ipsa post annum decimum [b] decessit: extitit, qui bona nuntiaret Caij Seij. Quæro, an morte Titiæ extinctum sit crimē? [c] Paulus respōdit, causam, de qua quçritur, cum sit pecuniaria, morte ingratæ hæredis extinctam nō videri.

Ex causa per fideicommissarium cogitur hæres adire ante vindicatam mortē defuncti. Bar.

Mętianus libro iiij. fideicommiss. XXII.

SI ante quam patefieret testatorem occisum, [d] tabulæ testamenti apertæ essent, deinde innotuisset id admissum esse, causa cognita [e] puto compellendum institutū adire [f] hæreditatem quā suspectam diceret, & ex Trebelliano senatusconsulto restituere.

Vlpianus libro l. ad edictum. XXIIII.

SI quis quasi suspectā hæreditatē [g] coactus adijt: nō tenetur [h] edicto.

Pro quolibet seruo aufugiente conuicto, renunciconti quinque aurei de bonis conuicti, si habet, alias à fisco dantur. Bar.

Caius lib. xvij. ad edict. prouinc. XXV.

LEge Cornelia cauetur de præmio [i] accusatoris, † qui requisiuit, & renuntiauit eos seruos, qui ex ea familia ante quæstionem fugerint: vt in singulos seruos, quos conuicerit, quinque aureos ex bonis occisi: aut si inde redigi ea quantitas non possit, ex publico accipiat. Quod præmium non in omnes seruos, qui sub eodem tectò, locove fuerint, sed in eos solos, qui cædem admisissent, [k] accusatori tribuitur. Præterea cauetur: vt de his, qui ante quæstionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inueniantur, lege de sicarijs iudicium fiat: [l]

[a] Quæstus est. Sed non creditur: vt ꝟ. eo l. 3. §. 1.

[b] Decimum. Sed non videtur licere vltra quinquenniū: vt ꝟ. eo. l. in cognitione. cōtra. Sol. ibi in alio casu loquitur, scilicet, cum dicitur hæres amisisse. q tabulas apuit, vel hęreditatem adiuit ante habitā quęstionem, & supplicium sumptū à familia: hic autē qñ eo, quod non vindicauit necē defuncti. Vel istud intellige secundum si. illius l. s. in eo hærede, qui parricidij pœna teneri potest vt hic. Vel hic dicit post decem annos .i. quia hæres compleuerat x. ann. non dicit decenniū lapsum a die aditæ hæreditatis. & facit C. ne de statu defuncti. l. 3. & ĵ. de Carbo. edict. l. licet. & ĵ. de vsufr. leg. l. vxori maritus. in fi. & C. vbi causæ fisc. l. 2. & C. si pend. appel. l 3. in fi.

[c] Crimen. Non accusati occisoris.

SI ante quam. CASVS Titius instituit me hæredem, & rogauit me, quòd restituerem hæreditatem Seio: & postea fuit occisus idem Titius: & ego nesciens eum occisum, aperui tabulas testamenti eius: & postea nolebam adire hęreditatem, quia erat damnosa: Seius autem petit me compelli vt adeam, & ei restituam: certè causa cognita compelli debeo. si enim Seius esset talis persona, quæ ex testamento capere non posset, non debeo compelli: aliàs debeo cōpelli: & si sum compulsus adire, antequam vindicē mortem dicti testatoris, & etiam Seio restituere, non habet locū edictum quod dicit hæreditatem fisco restituendam, quod est ꝟ. eo. l. ne cessarios. §. non aliàs. & ita habebit hęreditatē dictus Seius fideicōmissarius, & nō fiscus. & h. d. cū l. seq. Viu.

[d] Occisum. A familia. Sed nonne idem si notū esset hæredi? Respon. non: quia tunc applicatur hæreditas fisco, & fiscus conuenitur: vt ꝟ. eo. l. cum fisco. & ĵ. ad Trebe. l. Marcellus. §. fi. Sed hic ignorantia eum excusat: vt ꝟ. eod. l. 3. §. si quis ignorans.

[e] Cognita. Id est si talis erat persona, cui debebat restitui. Azo.

[f] Adire. Nec per hoc incidit in edictum: vt ĵ. l. proxi.

[g] SI quis hæreditatem. Occisi.

[h] Nō tenetur. Iussus iudicis excusat. [g] sic ꝟ. de min. l. ait pętor. §. 1.

LEge Cornelia. CASVS. Cū Titius esset occisus quidam ex seruis suis aufugerunt ante quæstionem de eis habitam. venit Seius, & requisiuit dictos seruos, & nūtiauit vbi erant pręsidi, certè debet habere pro quolibet seruorū quinq; aureos ex bonis occisi. & si ex dictis bonis non possit redigi dicta quantitas, debet eam habere ex publico, & prædicta vera sunt, si dicti serui occiderunt dominum eorum: quo quidem casu dicti serui punientur. l. Cornelia de sicar. & si receperunt libertatem in testamento occisi, nihilominus puniuntur tanquam serui. Ex hoc edicto. Titius instituit sibi hæredem Seium, & postea fuit occisus: postea dictus Seius aperuit tabulas testamenti, antequam de familia occisi quęstio, & supplicium haberetur, certè popularis actio prodita est contra eum in centum aureis, eis soluendis per eum ex bonis occisi: quorum aureorum medietas debet esse fisci, & alia illius, cuius opera cōuictus est. sed & si aliud fecit contra edictum prætoris, veluti quia adiuit hæreditatem ante mortem defuncti vindicatam, datur fisco actio contra eum: & intelligas hoc casu ad totam hæreditatem. nam, vt ex supradictis apparet, plura sunt propter quæ pœna edicti constituta est: vt ꝟ. eo. l. 3. §. quod ad cautum. Viu.

[i] Præmio. Not. præmio incitari. sic supra de iustitia, & iure l prima, circa principium. & ꝟ. eodem l. tertia. §. verum.

[k] Cędem admisissent. Quia maius delictum est in faciendo, quam in omittendo.

[l] Iudicium fiat. Id est, accusentur l. Corn. de sica. quia dominum dicuntur occidisse.

† Cōcordat tex. in regula, qđ quis mandato. de reg. iu. lib. 6. & glos. ordi. in l. non vſ. §. qui iussu. ĵ. eo. ti. de reg. iur.

† Nā (vt in oratione ꝓ Roscio Amerino M. Cice. ait) accusatores multos in ciuitate esse, vtile ē, vt metu audacia cōtineat. unde & apud iudices (vt idem inquit libro 2 de Inuētione) de pręmio sępe accusatorū quæritur.

a Ex uinculis. Quia fugerunt, etiam si satisdarent, secus si non fugitient: ut j. de custo. reo. l. 2. in princ.
b Ac serui. Hoc generale: ut j. de pœ. l. 1. in prin.
c Damnati. Forte: & si non sufficiunt, ex publico: ut C. de seruis, qui pro præmio accu. li. l. 2. & facis s. eo. l. 1. §. de his.

ita ut ex uinculis [a] causam dicant: & conuicti perinde ac serui [b] puniantur: & ei, qui conuicerit, deni aurei præmij nomine darentur ex bonis damnati. [c]

Qui testamenti tabulas aperuit contra edictum, tenetur ad centum aureos actione populari, quorum medietas est actoris, alia medietas est fisci Bar.

Ex hoc edicto actio proficiscitur contra eum qui aduersus edictum [d] prætoris tabulas testamenti aperuisse, uel si quid aliud fecisse dicetur. nam (ut ex supradictis apparet) plura sunt, [e] propter quæ pœna edicti constituta est. Palàm est autem popularem [f] actionem esse, cuius pœna in centum aureos ex bonis damnati [g] extenditur: & inde partem dimidiam ei, cuius opera conuictus erit, præmij nomine se daturum, prætor pollicetur partem in publicum redacturum.

d Aduersus edictum. Quod est s. eo. l. 1. §. quod ad causam.
e Plura sunt. Aperire, reetrare, describere: ut dicto §. quod ad causam.
f Popularem. Sic j. de sepul. uiola. l. 3. a. respon. & §. si.
g Damnati. Id est, hæredis hac actione conuicti, etiam si postea hæres nõ adeat, secũdum Io. quia ob hoc solum quod aperuit, nõ publicantur bona secundum H. sed alij contra: ut nota. C. eo. l. 1. & s. eod. l. in cognitione. & secũdum eos & bona publicantur, & centum aurei præstantur de bonis hæredis.

Qui debitum accepit ab hæredibus, non prohibetur eos accusare de inulta morte defuncti. Barto.

Scæuola libro xxxiiij. digestorum. XXVI.

Fideicommissum, quod ex testamento fratris patruelis [h] Caius Seius Titio debebat, ab hæredibus Seij Titius accepit. Quæsitum est, cùm necem Caij Seij hæredes eius nõ vindicauerint: an Titius nihilominus hæredes vt indignos accusare poßit ob id, quod necem eius non vindicauerint: nec obsit ei quòd ab ijsdem fideicõmissum ex testamẽto fratris patruelis consecutus sit? Respondit, nihil proponi, cur obstaret.

Fideicõmissum. CASVS Sempronius erat natus cum Caio Seio ex duobus fratribus, & ita erant fratres patrueles: dictus Sempronius instituit sibi hęredem dictum Caium Seium suũ fratrum patruelem, & Titio reliquit fideicommissum: & decessit dictus Sempronius: postea dictus Caius Seius hęres fuit occisus, & hæredes eius soluerunt dicto Titio fideicõmissũ. postea hic Titius qui accepit fideicomissum accusauit hęredes dicti Caij Seij hęredis Sẽpronij, quod mortem dicti Caij Seij hæredis Sempronij nõ uindicauerunt. nunquid potest, nõ obstante quod accepit ab eis fideicõmissum? Et dicitur quod sic. Viu.
h Patruelis. Filij duorum fratrum patrueles sunt: ut Insti. de gradib. §. quarto. & dic quod frater meus patruelis instituit Caium, & mihi ab eo fideicommissum reliquit, Caius decessit occisus: hæredes eius soluerũt mihi fideicommissum: accuso eos, quia mortẽ Caii nõ uindicauerunt, possum, non obstante quod accepi ab eis fideicommissum: nam & fiscus debet mihi soluere: ut s. eo. l. cum fisco. Accur.

Delictum unius ex hæredibus non nocet aliis. Bar.

Callistra. libro j. de iure fisci. XXVII.

Si de pluribus hæredibus, quibusdam inuitis, aut ignorãtibus, apertum erit testamentũ: non amittũt portiones [i] suas qui culpa carent.

Si de pluribus. CASVS. Titius instituit sibi quatuor hæredes: & postea fuit occisus: postea duo ex eis inuitis, uel ignorantibus alijs aperuerunt testamẽtum, & adiuerunt hæreditatẽ ante quęstionem, & supplicium de familia habitum. certe illi duo tantum, qui aperuerunt, & adiuerunt, admittunt suã partẽ, & non alij. & dic: ut s. eo. l. 3. §. quod ad causam. Viu.
i Portiones. Videtur ergo, quod ex sola apertura perdatur hęreditas: quod est verum secũdum quosdam. Vel si uelis tueri alios, dic quod & adita hic fuit hæreditas a quibusdam: ut no. s. eo. l. in cognitione. & nota dolũ vnius alteri non nocere. [k] sic s. de hæredi. instit. l. paterfamilias. & C. de dona. inter virũ & uxorem. l. ea uxoris. nec prodesse: ut s. l. si quis cau. l. si duo. t. responso. Accursius.

k Dolus unius alteri non nocet, nec prodest. Sed an dolus procuratoris noceat domino in beneficialibus, dic quod nõ, quãuis negligentia noceat. Imo. in ca. cũ olim. de cã poss. & proprieta. & Bal. in marg. uer. dolus.

TITVLVS VI.

SI QVIS ALIQUEM TESTARI PROHIBUERIT, VEL COEGERIT.

Ab eo qui prohibet testamentum fieri, vel mutari, aufertur hæreditas vt ab indigno. Bar.

Vlpianus libro xlviij. ad edict. I.

Qui, dum ca-

SI QVIS ALIquem testari prohibuerit &c.

Aliã causam ponit perdendæ hęreditatis: & habet locum, quãdo cogo te ut me instituas. Itẽ & quando cogo te, ut aliũ instituas: licet hoc casu quidã secus: ut C. eod. l. 1. Item & quando impedior testari, uel de nouo, uel quia volo testamentum primum mutare: ut j. eo. l. 1. in princi.

Qui, dũ captat. CASVS. Cũ pater meus uellet cõdere testam̃, ego prohibui ire notarium ad eũ quia volebã hẽre hĩditatem eius ab intestato: certè hãc hęreditatem debet habere fiscus, & non ego: & idem si pater meus instituit extraneum: & cum uellet mutare testamentum, extraneus nõ permisit uenire notariũ. Quid si Titius instituit seruũ meũ: & cum uellet mutare testamentũ, ego dolo feci quo minus mutaretur, & postea manumisi dictũ seruum: certè nõ habebo ego uel ipse hęreditatẽ: & idẽ est cum filium meũ instituit dictus Titius. l. ut si ego prohibui mutare testamẽtũ, nõ habeam ego uel ipse hæreditatẽ: secus si legatũ fuisset filio meo relictum in testamẽto, quod ego mutare prohibui: & fuit rogatus ut alij restitueret. nam aduenit tunc ad legatum filius à me emancipat⁹. Et si omnes hęredes instituti dolo fecerint, quo minus muta-

peat [a] hæreditatem legitimã, vel ex testamento [c] prohibuit testamẽtariũ introire, uolente eo [d] facere testamentum, [e] vel mutare: [f] diuus Adrianus constituit denegari ei debere actiones: denegatisque ei actionibus, fisco locum [g] fore.

Dolus domini prohibentis mutare testamentum, nocet seruo, & alijs institutis, non legatariis. Bar.

Si dominus dolo fecerit, ne testamenetum mutaretur, in quo seruus eius scriptus erat: quãuis manumissus adierit hæreditatem: actiones [h] ei denegantur. cum & liberis eius, si quid fuerit datũ, denegari debeat: & si nõ fuerint in potestate. Sed si legatum ei relictũ sit [k] idque restituere sit rogatus: consequens erit dicere, admitti eum ad legatum, quod non [l] ipse habiturus esset, sed ad aliũ sit translaturus. Si plures hæredes instituti sint, & oẽs dolo [m] fecerint, quo minus testamentum mutaretur: dicendum est actiones omnibus denegari: quia omnes dolo fecerunt.

Qui impedit testes accedere impedit testamentum fieri.

Paulus libro xlv. ad edictum. II.

SI quis dolo malo fecerit vt testes non veniant, & per hoc deficiat facultas [n] testamenti faciendi: denegãdæ [o] sunt actiones ei, qui dolo fecerit: siue legitimus hæres sit, siue priore testamento scriptus. Fratris autem factum [p] fratri non nocet. [q] Si fidei [r] eius, qui dolum admisit, commissum est, vt hæreditatem restitueret: ea hæreditas caduca cum suis oneribus fiet, ut commodum legis Falcidiæ [t] fiscus sentiat, dodrantis autem fideicommissarius.

Licet testatorem placare blando sermone. Bar.

Pap. lib. xv. respon. III.

VIrum, qui [u] nõ per vim, nec dolũ quò minus vxor contra eum mutata voluntate codicillos faceret, intercesserat, sed (vt fieri assolet) offensam ęgrę mulieris maritali sermone placauerat, in crimen nõ incidisse rñdi: nec ei, qđ testamento fuerat datum, auferendum.

[e] Ius ſequuntur. Id eſt uires ex eo capiunt: & tunc de ſide ratur ut teneat teſtamentū: quia eo ſufirmato, & illi infringuntur: ut j. l. proxi. Azo. & facit j. titu. 1. l. filius. in prin. & §. 2. & j. tit. 3. l. 1. §. fi. & l. 9.

Literæ. CASVS. Titius miſit mihi tales literas, q̄ ita cōtinebant: ego Titius promitto tibi Viuiano, qđ faciā te hæredē, uel inſtituo te hæredē, uel diligo te tāq iam filium meum: & ideo faciā te hæredem. nūquid habent vim codicillorū dictæ literæ? Et dicitur quod nō. Viuianus.

[f] Promittitur. Dicendo, ego faciā te hæredē. Vel dic directò & uerè eū inſtituendo, dicendo, ego facio te hæredem meum.

[g] Affectus. Dicendo, diligo te ut filiū. Vel dic, qđ eū inſtituit, aſſerens eū diligere ut filium. & ad primū intellectum utriuſque uerbi facit j. de lega. 3. l. fideicommiſſa. §. 1. & Inſti. de teſt. mil. §. exterum. & ad ſecundū facit C. de teſt. l. non codicillū. & de fideicom. l. & in epiſtola.

Plotiana. CASVS. Quædam mulier nomine Plotiana miſit in quadā epiſtola ſalutes Celſo, & in ea epiſtola expoſuit ei talē queſtionē, quærendo ab eo qd iuris eſſet. Lucius Titi' his uerbis ita cauit in teſtō ſuo: ſi quid ad hoc meū teſtamentū pertines reliquero alicui in tabulis, uel in quo alio genere: ita ualere volo ſicut reliquero. ipſe autem Titius fecerat codicillos ante dictum teſtamētum. nunquid ex dictis uerbis illi codicills valebunt? Et dicit Celſus quod ſic. Viuia.

[h] Ita ualere. Scilicet ſicut relictum inuenietur: alias deeſt ita.

[i] Rati eſſe. Dubitatio eſſe poterat ex eo, quod Papinianus dicebat, quod eſt Inſti. e. §. ſed cum ante. & no. ſ. eo. l. ante.

[k] Cōprehēdere. No. qđ' verbū futuri tpis etiā pterita comprehēdit: quia licet ante teſtamētū facti erāt codicilli, tamen poſtea uerum eſt eū reliquiſſe codicillos, Azo. facit j. de uerb. ſig. l. uerbum erit.

Is, qui unum. CASVS. Titius habens filium & uxorē prægnantē fecit codicillos, in quibus à dicto filio legauit quædā quibuſdam: & uxor ſua poſtea peperit aliu filium: & poſtea deceſſit dictus Titius relictis ſibi hæredibus ab inteſtato dictis duobus ſuis filijs. modo quæritur, nūquid codicilli prędicti euanuerint agnatione dicti poſthumi? Et dicitur qđ' nō. nūquid debētur ergo legata in eis relicta? Et dicit quod ſic, pro dimidia. ſ. quia filius qui uiuebat tēpore factorū dictorum codicillorum tenebitur dicta legata pro dimidia pręſtare. poſthumus autem nihil præſtabit: quia Titius eorū pater' nihil cogitauit de poſthumo tēpore quo fecit codicillos: quia non credebat uxorem prægnantē tunc eſſe: unde nō fuit eius intētio, ut grauaret poſthumum. Sed quid ſi uterque filiorū erat uiuus & natus tēpore quo fecit Titi' codicillos: putabat autem Titius alterum deceſſiſſe eorū? Dicūt quidā (& male) omnia perīde debere filiū illum ad quē ſcripſit Titius codicillos, atque ſi ſolus hæres extitiſſet patri. ſed Iuriſconſultus dicit, & bene, qđ duntaxat partē eorum debet. Sed quid retēto eodem caſu, ſi dictus Titius reliquerat in dictis codicillis ſeruitutē in prædio ſuo euidam: quæ quidem p parte pſtari nō pōts vel etiā libertatē alicui ſeruo? certe nihil pſtabit dictus filius de his indiuiduis. ſ. de iure ſtricto: & eſt ratio, qa pater Titius p̄ lictus nō fuiſſet ablaturus dicto filio, ad quem ſcripſit codicillos ea legata, niſi putaſſet eū ſolū ſibi eſſe hæredem: ipſe autē eſt cū alio hæres: credo tamen de æquitate, quod intregra libertas præſtabitur p eū: ut ſ. eo. l. qui graui. & æſtimatio partis ſeruitutis pdictæ, ut j. de leg. 2. l. cum filius. & h. d. Viuia.

[l] Hærede eo. Scilicet relicto, & dic eo relicto hærede. quem &c.

[n] Euanuiſſe. Vt & ſ. e. l. qui graui. & l. ab inteſtato. & l. ſi quis cum. §. 1. & hoc quando nō eſt factum teſtamentum. alias ſecus, ut C. e. l. 1.

[n] Dimidia. Supra eo. l. quidam. In fi. contra. Solu. hic corrigit, ut j. ſtatim dicet.

[o] Dici poteſt. Sed malè. nam ſtatim corrigitur, ſecundum Azo.

Imo.

a Imò. Corrigit quod dixerat: & sic corrigitur quòd est s.eod. l.quidam. in fin.

b Non possunt. Vt sunt seruitutes prædiales, ut j.de uerb.obl.l.stipulationes non diuiduntur. & libertates: ut j.de lib.can. l.duobus.

solus hæres extitisset patri. imò [a] duntaxat partem debet eorum: tamen quæ pro parte præstari non possunt, [b] nihil eorum [c] præstandum: quoniam ille [d] non fuerit filio ablaturus, nisi solúm putaret successorem sibi futurum.

Nominatio hæredis sine scriptura non facit, ut scriptura continens legata sine institutione sit testamentum: sed ut codicilli habentur. Bart.

Paulus libr. v. ad leg. Iul. & Papiam XX.

SI palàm [e] hæres nuncupatus sit, legata aût in tabulis collata fuerint: Iulianus ait, tabulas testamenti non intelligi, quibus hæres scriptus non est: [f] & magis codicilli, quàm testamentum [g] existimandæ sint. & hoc puto rectius dici.

c Nihil eorũ. Imo in totum: ut supra eod. l.qui graui. & lege sequen. Sed speciale in libertate: ut ibi dixi. Vel hic de rigore: ibi de æquitate. Item contra infra de leg.a.l.cum filius. in princ. Sol. ibi, per querelã fuit testamentũ ruptum pro parte, hic per agnationem posthumi. hæc sol. tollitur per d. l. qui graui. imo hic non fuit testamentum, sed nec codicilli rupti: ut in princ. huius leg. Dic ergo cum R. qui dixit non præstandum, scilicet ratione mera, non de æquitate: si quidem nunc tota vt libertas, non partis æstimatio præstatur, ut in seruitute legata, ut in d.l.cum filius. in princ. Vel refert uoluit a filio in totum præstare, etiam si non insolidum sit hæres, ut in vtroque contrario, an uero nihil, si in totum non sit hæres: ut hic subijcit.

d Ille. Alias ille, scilicet pater: & alias ille, scilicet filio qui est postea. & dic ablaturus. s. pater. q.d. nõ præsumitur, quòd pater filio abstulisset prælegata. Item contra infra tit. 3. l.post emancipationem. ij. respon. ubi insolidum alter præstat. Sed illud de æquitate, nel ut ibi, & j. de lega. a. l.cum pater. §.cum existimaret.

SI palam. CASVS. Titius uolẽs facere testm̃ in scriptis nuncupauit corã testibus hæredem, & non scripsit in testũ nomẽ, & legata quę reliquit, scripsit in tabulis. certè nõ est testm̃, imo codicilli: quia nomen hæredis non est scriptum in tabulis testamenti. Viuia.

e Si palam. i. coram testibus: nomen tamen hæredis in testamento scriptum non est. & ideo non tenet ut testamentum in scriptis: quia non sic ualere potuit: ut C.de test. l.iubemus. & authen. & eo. Item nec ut nuncupatiuum: quia noluit, cum dicit tabulas: ut arg. ã. ea. l. j. sed ualebit ut codicillus.

f Non est. Vt & s. de hære. insti. l.quoties. ij. respon. & Insti. de leg. §.ante hæredis.

g Testamentũ. Alias testm̃, alias tabulę, sed quõ ualẽt ut codicilli, ut supra eod. l. j. quæ est contra? Solu. hic rogaui legitimos de his legatis. Vel dic, quod si simpliciter reliquit, credunt facere codicillos potius quam testm̃: quia in eo non est institutio, uel exhęredatio: ut C.de testa. l.non codicillorum. & ne pereat quod agitur, ut infra de reb. dub. l.quoties. & est ad hoc C. de fideicõ. l.eam quam. ubi hęredes non possunt adire: & sic tenẽtur legitimi, ut ibi dicitur. Nec ob. s. l. j. quia ibi scriptũ erat nomen hæredis, & si qua alia solennia deerant. Item contra C.de testa. l.errore. Sol. ut ibi. Item C.eo. l.fi. §.illud contra. sed magis est simile.

A[illegible] Dic quod ibi fuit omissum errore scribentis. hic uoluntate testantis, secundum Bart. hic.

Digestorum, seu PANDECTArum Liber trigesimus.

TITVLVS I

DE LEGATIS, ET fideicommissis. j.

V[illegible]anus li[illegible]ro lvij. ad e[illegible]. I.

PEr oĩa exæquata [h] sunt legata fideicommissis.

Idem libro j. fideicommissorum. II.

SCiendum est eos demũ fideicommissum posse relinquere, qui testandi [i] ius habent.

Expressio conditionis per eum modum, per quem ex necessitate inest, nihil operatur. Bartol.

Idem libro iiij. ad Sabinum. III.

DE L[illegible] & [illegible]

Dixit de testamẽtis, nunc de accessoriis testamẽti. i. legatis. Sed quare in tres libros diuiditur iste tractatus de legatis? Resp. pp. plixitatẽ vitãdã, q̃ esset, si sub uno titulo posuisset. Vel dic in primo agi principaliter de reb' legatis. In secundo de psonis legantiũ, & legatariorum. In tertio de significatione uerborũ: & tñ quod uni attribuit, frequenter in aliis ponitur: ut no. j. de lega. 3. in rubr.

PEr oĩa. CASVS Mulæ dĩię erãt olĩ inter legata, & fideicõmissa: quas potes inuenire in Institu. per istam l. illæ dñiæ sublatæ sunt, & per omnia concordant. Viuia.

h Per oĩa exęquata. Imò I multis differunt. nã fideicom. non pñt peti efficaciter hoc iure: ut Insti. de fideicõ. hære. in prin. sed legata sic. Itẽ legata in testõ tm̃ relinquunt: ut Insti. de fideicõ. hęr. §.pterea. Itẽ post mortẽ hæredis nõ legari, sed fideicõmitti põt: ut Insti. de leg. §.post mortẽ. Itẽ a legatario non legat, sed fideicõmittit. ut Instit. de singu. reb. p fideicõ. re. in prin. q̃ sunt cõtra. Sol. [1] hoc est de media iuris prudentia, hodie p Iustinianũ approbata. ut C.cõm. de leg. l. 1. & 2. at illa ſm antiquũ ius: uel hęc erat Vlpiani opin. sed alij oẽs erãt in contrariũ legibus illis. sed Iustinia. approbat sñiam Vlpiani: ut C.cõmu. de lega. l. 1. & 2. & Insti. de lega. §.sed nõ vsq; . uel dic quod aliquid est hic detractũ a uerbis Vlpiani a cõpilatoribus noui iuris. & illud detractũ inducit nouitatẽ. Fraternizãt ergo hodie, ut cões habeant actiones, & effectũ & nomẽ: ut C.cõmu. de lega. l. 1. & 2. & in casu quo ad usum licet nõ de iure, remanet dr̃a nois: ut fideicõ. hæreditas, & libertas dicatur, nõ legataria. Item hęc cõto non est ad uniuersalis fideicõ. cũ ibi hęres cogatur adire, hic non: ut ã. si quis omis. cau. testa. l.si quis omissa, & Instit. ad leg. Fal. §.ex diuerso. & j. ad Trebel. l.mulier. §.fin.

SCiendum. CASVS. Quidam in codicillis reliquit Titio fideicommissum, quęritur vtrum ualeat? dicitur quod sic, si habet relinquens testamenti factionem actiuè. Viuianus.

i Qui testãdi. ut s. ti. j. l.diuus. §.pe. & j. ti. 2. l. j. I prin. & C.de fideicom. l.ex testamento. Qui antẽ sunt isti? Dic omnes, qui nõ prohibentur. Sunt aut xij. per quæ prohibitæ

[a] Vide q in hũc titulum scribit Anto. Aug. emẽdat. lib. 3. c. vlti. circa fi. uide et Vigliũ in §. legatariis autem. de testam. ord. Insti. li. 2.

Legata & fideicommissa conueniũt, & differunt.

[1] Ista solutio est uera, sed impfectè loquitur ſm Barto. & Pau.

prohibitæ: ut no. ṡ. de test. l. si quæramus. Sed oppono de donatione causa mortis, quæ relinquitur a filio, qui testari non pōt: ut j. de do. cau. mor. l. tā is. sed illa non est legatum, uel fideicō. imo in multis differunt: ut no. Inst. de donat. §. 1. in uerbo, fere. Item ecōtra legatur capacibus. quod dicit ut Insti. de lega. §. legari. sed licet hic pariſi cet testari, & legari: tamen facilius legatum, seu fideicommissum, quam testamētum confirmat: ut j. tit. 2. l. 1. §. 1.

Haec uerba testatoris, Quisquis mihi ex suprascriptis hęres erit [a] aut, Si hrs erit Seius: [b] uel, Si hęreditatem adierit: [c] subiectum [d] legatum, uel fideicommissum non faciunt [e] conditionale. [f]

Error nominis proprii non uitiat legatum. secus si erretur in corpore, uel in nomine appellatiuo. Bar.

Idem libro v. ad Sabinum. IIII.

Si quis in fundi [†] uocabulo [g] errauit, & Cornelianum pro Semproniano nominauit: [h] debebitur Sempronianus. Sed si in corpore [i] errauit: non debebitur, Quod si quis cum [k] uellet uestem legare, supellectilē adscripsit, dum putat [l] supellectilis appellatione uestem contineri: Pomponius scribit uestem nō deberi, [m] quemadmodum si [†] quis putet [n] auri appellatione electrū, [o] uel aurichalcum contineri: uel (quod est stultius) uestis appellatione, etiam argentum contineri. Rerum enim [p] uocabula [q] immutabilia sunt: [†] hominum [r] mutabilia.

Distributionem quisquis quod reperiris duo uerba: secundum quod distribuis actum primi, ita distribuis actū secundi. Bart.

HAec uerba. CASVS. Testator ita dixit, instituo mihi Titium, & Sēpronium, & Caium: & quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit, ab eo lego Cornelio decē, uel instituit sibi Seium hęredem, & ita dixit. Si Seius erit mihi hęres, uel hęreditatē meā adiuerit: ab eo lego Cornelio decem. Certè dicit hic Iurisconsultus, q prędicta uerba testatoris non faciunt prædictum legatū uel fideicōmissum cōditionale: & ita si legatarius prędictus decedat ante dictam a testatore conditionem. i. ante aditam ab hærede hæreditatem: transmittet petitionem ad suos hæredes. Viu.

[a] Erit. Sub. Titio decem det: cum plures instituisset.

[b] Seius. Subaudi det Titio decem: & dic solus Seius, secus si duobus institutis lego Titio x. si unus de institutis, puta Seius sit hæres: ut j. quando dies leg. ced. l. si Titio. in fi. Accur.

[c] Adierit. Subaudi det Titio decem.

[d] Subiectum. Id est, quod fuit ita relictum, ut dixi. Accursius.

[e] Non faciunt uerba testamenti.

[f] Cōditionale. i. ut ius legati conditionalis sortiatur hæc locutio: hoc est: ut ad hęredē nō transeat pendente conditione, mortuo legatario: ut d. l. si Titio. §. 1. idem est, & si sub eadē conditione legetur: sub qua hæres instituitur, ut j. quando dies le. ced. l. si dies. §. si sub con ditione. & est ratio in prædictis, quia idē esset etiā conditione nō apposita: ut arg. C. de fideius. l. non rectè. q. d. hæres præstat hoc illi: quis non præstat nisi hæres, & magis suspenditur hæreditas, quā legatū: ad hoc j. de condi. & demon. l. aliquando. & l. in conditionibus. §. 1. & ṡ. de hære. insti. l. talem. in prin.

Si quis in fundi. CASVS. Hæc lex facit differentiam: utrum testator uolens legare, errat in nomine proprio rei, quā uult legare: an in appellatiuo. Et dicit, quod si erret in noie proprio, nihil nocet, dū tamen de corpore sensit. unde si uolēs legare fundū Sempronianū, legauit Cornelianū, & in corpore non errauit, debebitur Sēpronianus: si aut in corpore errasset, non debetur. si aūt errat in nomine appellatiuo: non ualet legatū: etiā si non errauit in corpore: & de hoc ponit tria exēpla. Vnum est, qn uolebat legare uestem, & dixit, lego supellectilē. Secūdū est, qn uolebat electrum uel aurichalcū legare, & dixit, lego aurū. Tertium est qn uolebat legare argentū, & dixit, lego uestē. Vltimo reddit rationē diuersitatis: quare ualet legatū etiam si erretur in nomine proprio, nō aūt si in appellatiuo: quia uocabula rerū sunt immutabilia. s. appellatiua ab initio mundi constituta & naturalia, ut uestis, fundus, bō, domus, & similia. hominū aūt uocabula sunt mutabilia id est, illa quæ ab hominibus imponuntur: ut fund' Sempronianus, homo Stichus. Si qs hęredes. Quidā Gallicanus, siue Gallicens instituit sibi hæredem Titium, & Sēpronium, & postea ita dixit. Quicūque erit mihi hæres i rebus meis quæ sunt i Gallia, Seio det decem. quęritur utrum quilibet hęredū, qui habuit res Gallicanas debeat dare Seio decē, an vero oēs. & dicit hic, q oēs debent sola decem. Viuianus.

[g] Vocabulo. Id est nomine. [i] proprio. Et not. errat in proprio nomine. qui error non nocet. Item in corpore rei, seu substantia: & hic error nocet. Item & in appellatiuo: & ille nocet, ut j.

[h] Nominauit. Adiecta aliqua demonstratione, quæ fungatur uice proprij nominis: ut dicendo continea, uel quod sit ibi oliuetum fortè, ut ṡ. si cer. pet. l. certum.

[i] Sed si in corpore. Vt si intendebat testator legare pratū, qd iuxta Titium credebat esse: & dixit lego fundū quem habeo iuxta Titium: cum ibi erat uinea. & sic neutrū debet. No. ergo q error proprij nominis nō nocet, sed corporis sic. ut ṡ. de leg. l. si Fortidianum. & de test. l. si in nomine. & Insti. e. §. si quis in nomine. & j. de uer. obl. l. si in noie. & de hær. inst. l. quoties. in princ. & de rei uendi. l. idē Pōponius scribit si fūmé. ū. §. pe. & de cōtrahen. emp. l. in conditionibus. & j. tit. 2. l. patronus. § libertis. & j. de aur. & arg. leg. l. pediculis. §. argento. Item facit j. de reb. dub. l. penul.

[k] Quod si quis. Not. si in appellatiuo erretur, nocet. Accursius.

[l] Putat. Sed male putat: ut infra de supe. leg. lege 1.

[m] Non deberi. Quia uestem non scripsit, nec supellectilem: quia de ea non sensit: ut j. de re. du. l. in ambiguo & j. de sup leg. l. Labeo. in fi. Sed contra. j. tit. 2. l. librorum. §. quod tameo. Sol. ut ibi.

ADDITIO. Dic quod ideo ibi sustinetur dispositio: quia nomina appellatiua habebāt magnam conformitatem inter se, secundum Bart. & Ias.

[n] Puter. idē si sciat: ut in e. l. i ambiguo. & l. Labeo. i fi.

[o] Electrum. Genus metalli.

[p] Rerum enim. Nota rerum uocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia. Accur.

[q] Vocabula. i. quæ habēt hoc ipso, q sunt res sine impositione nois: qualia sunt appellatiua, ut si ego legem equū, cū de mulo sententiā, licet hoc constet: q de mulo sentiam, nō ualet. ut hic: & modo dixi de ueste, & j. de sup. le. l. Labeo. in fi. nisi hoc actū erat añ inter testatorē, & legatariū, cū dicā equum de mulo sentiam. nam & tunc posset legare: ut j. tit. 2 l. nutu. uel nisi consuetudo communis loci sic uteretur eo nomine: ut j. de sup. leg. l. Labeo. §. nec mirum. & §. uerum.

[r] Hominum. i. imposita ab hominibus: ut ā. in princ. huius

† Tu fac regulā indubitabilem, q error in nomine proprio nō uitiat. idē in cognomine, aut agnomine, cui cōcor. l. si in nomine. & ibi glo. C. de testa. quā tamē limitabis, eū ista & restringes per l. si. cū gl. 1. C. de impub. & ali. sub. & in le. 2. C. qui ætate. lib. 12. & glo. in l. si mater. §. si qs homines. ṡ. de exceptio. rei iudica.

† Facit gl. 1. post prin. in c. quoniam nobis. de off. deleg. Et quādo in ꝓprio, uel appellatiuo nomine uitiet, uide Bald. in l. si I nomine. C. de testa. & eūdem in le. non ideo. C. de hęredib. insti.

† Vide q̄ in hunc locū scripsit Alci. li. 7. Parer. c. 4.

† Idem agnomine, uel cognomine. secundū Alex. Error ꝓprij nominis nō nocet.

Si quis hæredes instituerit, & ita legauerit, Quisquis mihi Gallicanarum rerum hæres erit, dãnas esto dare: ab omnibus hæredibus videri legatum: quando ad omnes eos res Gallicanæ pertinent.

In ultimis uoluntatibus non possumus in electione uariare. Bar.

P u us ro j. ad h. V.

SErui electione legata, semel duntaxat optare possumus.

Quod commune est, meum est quantum ad dispositionem partis meæ. Bar.

Labeo ait, cum certa res aut persona legatur ita, Qui meus erit, cũ moriar, hæres dato: & communis fit: totum deberi. Trebatium uerò respondisse, partem deberi, Cassius scripsit. quod & verius est.

In dubio legando rem uidetur quis legare partem, quam habet in re. Bar.

Cùm fundus communis legatus sit non adiecta portione, sed meũ nominauerit. portionem deberi constat.

Relatiuum quit uel qui, iunctum uerbo futuri temporis inducit conditionem: uerbo præsentis temporis, demonstrationem. Bart.

us libro xxxi VI.

STichum, qui meus, erit, cum moriar, hæres meus dato. magis conditionem iniecisse legato, quàm demonstrare voluisse, patrem familias apparet: eo quòd si demõstrandi causa hęc oratio poneretur, ita concepta esset: Stichum qui meus est: non, Qui meus erit. Sed conditio

---

huius l. & facit C. de mut. no. l. j. Alij dicunt inspici hic frequentiam: nam cæteræ res frequenter in appellatiuis nominibus stant: & rarò imponitur proprium. & secundum hoc nõ expones, id est, imposita &c. Sed dic hominum vocabula, vt Stichus, & Titius. Econtra contingit in homine: quia vix stat in appellatiuo, qn assumat propriũ: & ideo illa non mutantur: hic sic. non ergo nocet, si alio nomine vocem Stichũ in legando: & est ratio secundum lo. q probabilius dubitatur in tali nomine, quam in appellatiuo. sic ȷ. de tri. ui. & ol. leg. l. si q vinũ. sic ergo substãtiua, & appellatiua non mutantur. Sed quid de adiectiuis? Rñ. idem quod de proprijs, cum sint accidentalia: vt albus, niger, rufus: vt ī. de ser. ven. l. si in eẽ. & facit ȷ. si cer. pet. l. certũ. & de aqua quot. l. j. §. 3. & facit ȷ. ti. eo. x. l. librorum. §. quod tñ Cassius. & de actio. & obli. l. in omnibus negotijs.

Ab omnibus. Ad quod est ȷ. tit. 2. l. si pluribus hæredib'. in prin. & hoc, nisi vni sint assignatæ: vt supra de hæred. instit. l. ex facto.

Erui.

Titius mihi legauit, q eligerem vnum de seruis suis: & Stichũ postea ego elegi, nunquid possum pœnitere, & alium eligere? Dicit quod non. Labeo. Titius fecit test. & ita legauit, Sempronio lego Stichum, qui meus erit cum moriar. vel prædicto modo legauit fundum. inueniẽ tempore mortis suæ Stichus, vel fundus communis esse testatori & cuidam alij: quæritur vtrũ legatarius possit petere totum, id est partem, quæ nunc est testatoris, & æstimationem alterius partis, quæ non est testatoris: an vero partem solam, quę nunc est testatoris? & dicit Labeo, & malè, quod totum. Trebatius dixit partẽ deberi: & bene: & Cassius approbat dictum Trebatij in quasi simili casu, s. quando testator legauit fundum sibi communem cum alio, non adiecta quantitate, sed dixit, lego fundum meum. nam debetur legatario medietas. Secundo dicit quod legatum de quo dicitur in princ. huius §. non solum habet demõstrationem inter se, sed etiam cõditionem. nam si voluisset testator demonstrare tm̃, & non conditionale legatum prædictum facere: adiecisset verbum præsentis temporis dicendo, lego Stichum qui meus est: non autem futurũ, sicut fecit dicendo, qui meus erit. Sed opponitur, si est ibi conditio, ergo deficiente conditione & non inuento eo toto testatoris tẽpore mortis testatoris, nihil habebit legatarius. sed respon. dicta condi. accipitur hoc modo, quod si totus inueniatur testatoris tẽpore mortis, totum habebit legatarius. & si pro parte, illam habeat. si nullo modo, nihil. & h. d. cum l. seq. tota. Viuia.

Serui. Quia testator legat mihi vnum de seruis suis, quem elegerim. Accur.

Possumus. Vt & ȷ. de opt. lega. l. apud Aufidium. & arg. ī. de trib. l. quod in hæredem. §. eligere. & hoc, si tenuerit electio ad quod plura sunt necessaria, s. q sit de seruis testatoris. Item q tota familia sit exhibita. Itẽ q hẽditas erat adita: vt ȷ. de opt. leg. l. 2. & 4. & l. optione. & quod eram maior: vt ā. de mi. l. ait prætor. § hodie certo. cũ princ. l. seq. & q dixi, eligo, nõ volo eligere: vt ȷ. de verbor. obl. l. si q stip. & q sit sui iuris optans: vt ȷ. eo. l. Iulia. Sed argu. contra ȷ. de verb. obli. l. est qui certarum. §. fin. Dic q ibi in contractibus, hic in vltimis volũtatibus, in quibus est secus, ex quo in eis electio trahit secum executionẽ. Bart. Pau. & Iason.

Ait. Et male.

Persona. s. serui.

Communis. No. q cõmune est, meũ dicere possum. sic ī. de serui. vrb. pd. l. in re cõmuni. & facit ȷ. de pecu. lega. l. dominus. §. dña. & de verb. sig. l. pupillus. §. fina. Itẽ facit ī. de condi. inst. l. 2. §. fi. & ȷ. de condit. & demon. l. falsa. §. fin. & Instit. de leg. §. si res aliena.

Constat. Etiã si post testamentum incipiat esse suus totus: vt ȷ. de aur. & arg. leg. l. si ita. Sed cur pars alterius non debetur: cũ si totus esset alienus, totus deberẽ, si testator hoc sciret: vt Insti. eo. §. si res aliena. Rñ. quia dixi suum: vnde ius quod in eo habet, videtur legare: vt ȷ. eod. l. si domus. §. fi. secus ergo si dixisset, Cornelianũ. Itẽ facit ȷ. de aur. & arg. leg. l. Quintus. §. 2. & ȷ. tit. 2. l. qui concubinã. §. qui fundũ. & l. vxori. & ȷ. de fun. istru. l. fundus. Sed arg. cõtra ȷ. de no. op. nunc. l. stipulatio. §. fin. Dic quod prouisio vnius ex socijs, poterat prodesse alijs, & non nocere: ideo ibi secus, secundum Bar. & Paulũ. Vel dic quod ibi speciale in stipulatione prætoria, ex quo eius verba fuerunt in rem concepta, secundum Petrum, & Iaso.

STichum qui meus. Id est si meus erit, vt statim probat.

Magis. Comparatiuè, non electiuè. nam utrumque continet, scilicet conditionem, & demonstrationem: vt ȷ. de aur. & arg. leg. l. scribit. §. fi. & ad hoc ȷ. de condit. & demon. l. nominatim. §. fi. Sed contra, ī. de hær. instit. l. 2. in prin. vbi verba, ex partibus quas adscripsero, non faciunt conditionem: sed certè & ibi est conditio, si ad diuersitatem partium fiat adscriptio, alias quia totũ testamentũ periret, non est cõditio. Itẽ arg. contra ī. de hære. instit. l. talem. §. 1. & ȷ. de condit. & demon. l. si in diẽ. §. fin. sed ibi rõ diuersitatis apparet.

Demonstrandi causa. Scilicet solummodo.

Qui meus est. Vel Stichum meũ: non aũt dixisset, qui meus erit &c. sic C. de cad. tollen. §. sin autem ad

---

Ista est vera expositio in se, sed non congruit tex. secundum Bar.

P. Flor. quoniam.

Istum tex. cui cõcor. l. si colon'. §. fi. & l. quod in rerum. §. 2. ȷ. eo. tit. glo. in l. vicino. §. fundus. ȷ. de lega. 2. & l. Stichus. ȷ. de vsufr. leg. & l. uxor C. de legatis. limitabis, & restringes p tex. uel de nota. 1 l. Iulia. in prin. ȷ. de lega. 2.

Ista respon. glo. nõ procedit, si referaẽ ad istũ tex. sed bene procedit, si referaẽ ad id, quod glo. voluit in prima parte sui. Bar. & Pau.

Istud dl, scilicet p dictis scribẽtibus: ideo dic aliter, vt per eosdem.

deficientis. ibi, sed varietatis &c.

a Coodiuo talis. Tacita.

b Extinguatur. H.d. ut j. titu. 2. l. 11. §. si rem. & de adi. leg. l. rem legatam. & facit j. de condi. iostit. l. 2. §. fin. & s. l. proxi. & j. de leg. 3. l. nuper. in fi. & j. de con di. & demon. l. illis. §. Titia. & j. eo. l. si quis legauerit. & j. titu. 2. l. Iulianus. §. serui. & de adimen. lega. l. cum seruus. & l. legatum. §. pater. Sed argu. contra j. de verb. oblig. l. si decem.

ADDITIO. Dic quod ibi dictio est, fuit adiecta executioni: ideo solu importat conditionē secundum Barto. & Iason.

talis a accipi debet, quatenus meus erit: ut si rotum alienauerit, legatum extinguatur: b si partē, pro ea parte debeatur, quæ testatoris mortis tēpore fuerit.

Paulus libro ij. ad Sabinum. VII.

Legatum a seruo delatum dominus pōt c repudiare.

Si res legatæ detrahitur, legatum minuitur: si adiicitur, augetur. h. d. Vel aliter. Quod operatur adiectio ad augmentum, idem operatur detractio quò ad diminutionem. Bart.

Legatum seruo. CASVS. Titius legauit seruo meo decem, ego uolo repudiare, quæritur vtrum possim? Et dicitur quod sic. Viuianus.

c Potest. Non tamen domino adimi potest: ut j. de adi. legat. l. legatum, & concordat huic, infra eod. l. si fundus. §. 1. & de op. leg. l. si Pamphilo. & de suc. eed. edi. l. 3. §. per seruum. Sed arg. contra infra titu. 1. l. Titia. §. Lucia. Solue ut ibi. Item contra s. de acquir. hær. l. in qui. §. fin. Solu. plus iuris hēt filius, quā seruus. Accur.

Pomponius lib. ij. ad Sabinum. VIII.

Si ex toto fundo legaro testator partē alienasset, d reliquam duntaxat e partē deberi placet: quia etsi adiecisset f aliqd ei fundo: augmentū legatario accederet.

Alternatiua posita inter grauatos, facit eos teneri insolidum, ut duos reos: & per petitionem,

uel partis perceptionem factam ab uno, nō inducitur diuisio. Bar.

Si ita scriptum sit, Lucius Titius hæres meus, aut Mæuius hæres meus decem Seio dato: cum utro uelit, g Seius aget: ut si cum uno actum sit, & solutum, alter liberetur: quasi si duo rei promittendi insolidum obligati fuissent. Quid ergo si ab altero partem petierit? Liberum ei erit, ab alterutro h reliquum petere. Idem erit, & si alter partem soluisset.

Si in una parte alternatiuæ legatum est unum, sed in alia plura, illud quod est unum: non recipit diminutionem. Bar.

Si ita legatum sit, Lecticarios i octo, aut pro his in homines singulos certam pecuniam, utrum legatarius uolet: non potest legatarius partē seruorum uindicare, pro parte numos petere: k

ADDITIO. Imò dic quod ibi loquitur in hæreditate: hic in legatis, secundum Alexan.

Si ex toto. CASVS. Legaui fundum tibi, postea sponte alienaui partem. certè pars alienata non debetur legatario. nam & si adiecissem etiā illud augmentum legatario deberetur.

Si ita scriptum. Io feci mihi Titium & Mæuium, & dixi ita postea: Aut Titius soluat Seio decem nomine legati, aut Mæuius hæres. dicitur hic quod legatarius Seius potest petere à quocunque hæredum vult solidū legatum: & si ab vno exegerit totum, alter liberatur in totum. Item si ab vno partem petierit, potest adhuc à quocunque vult partem petere superfluam. idem est si ab vno eorum pars legati soluta est. nam aliam petet à quocunque uoluerit.

Si ita legatum. Octo seruos, qui deferendæ lecticæ destinati erant, legaui tibi, aut pro quolibet decem libras, ad tuam electionē. tu uis petere quatuor seruos, & æstimationem aliorum quatuor, id est, quadraginta. dicitur quod non potes: quia legatū seruorum est unum: unde illud nō potes diuidere: ut j. de lega. 2. l. omnibus. & legatū æstimationis eorū est vnum similiter. unde nec illud potes diuidere. idem est, si lego tibi quinquaginta libras olei, aut octo denarios pro qualibet libra. ad tuā electionē: nā nec hoc casu poteris diuidere. si aūt cōcederet, q posset diuidi: iam sequeret illud absurdū: quia si legarem hominem tibi, aut decem, ad tuam electionem: posses quinque petere: & hominis partem. dico ergo in nostro casu, quod non possit diuidi taliter: nec interest vtrum dicta pecunia fuit legata, vt dixi, id est, pro quolibet seruo decem, uel pro qualibet libra olei octo denarij, an iuncta summa ponatur: puta hoc modo, Lego tibi octo seruos lecticarios, quorum quilibet valet decē, vt eos possis petere: aut octoginta sicut valent: & hoc ad tuam electionem, nā lecticarios utroque casu non poteris diuidere. Viuia.

d Alienasset. Animo adimendi: quod dic ut infra, titu. 2. l. 11. §. si rem. & de adimen. legat. l. rem legatam. & s. eod. l. Stichum. in fin.

e Duntaxat. Quā testator non alienauit.

f Adiecisset. Vt j. eod. l. quod in rerū. §. 2. & j. titu. 1. l. cū fundus. & l. peculium. & facit j. eod. l. grege. & l. seq. & In stit. eo. §. si grex. & j. de auro & arg. lega. l. si statuam. & l. pediculis. in prin. & j. de adim. lega. l. cum seruus. & s. de contrahen. empt. l. in modicis. & de do nat. inter uir. & uxor. l. cum hic status. §. pœnitētiam. & j. de fun. instru. l. si mancipia. & j. de condit. & demō. l. filiæ. § fin.

g Cum vtro uelit. Etiam insolidum, vt subijcit. & sic est contra, j. de duob. re. stipu. l. antepen. Sol. hic testator uoluit eos teneri insolidum: quod patet, quia alternando separauit eos, quod potuit: ut in eod. titu. l. ea. & C. de cad. tol. l. 1. §. sin autem ad deficientis. Vel solu. ut ibi. & facit j. titu. 2. l. ille aut ille.

h Ab alterutro. Ergo etiam ab eo, quem iam exegerat pro parte. & sic est contra C. de pact. l. si creditores. & de fideiuss. l. liberum. ubi dicitur, q ad eundem non potest redire. Sol. habeas hic altero: & nihil est contra. uel si habeas alterutro, pone pro altero. sic s. de libe. & posth. l. si ita scriptum, ibi, utroq; nato &c. & s. de pact. l. rescriptum. §. si pacto. uel dic q est hic fauor legati. quod dictum, siue quæ responsio non ualet, quia idem in alijs: ut C. de fideiuss. l. reos. dic ergo hic, q unum tantum pro parte exegerit. & sic ad eundem pro alia parte redit. & sic in d. l. reos. at in contrarijs omnes conuenit, & ab uno, vel quibusdam exegit. uel dic ut in d. l. si creditores. not. Item contra C. de uerb. signi. l. pen. Sed ibi in honorato, hic in onerato.

i Lecticarios octo. Id est qui sciebant facere lecticas. & facit uim in hoc quod dicit viij. quia secus si singulariter eos nomino, uel pro quolibet x. quia tunc plura legata sunt: & esset secus quam hic dicit: & sic potest loqui j. de verbor. obligat. l. scire debemus. §. stipulationes.

k Numos petere. s. de act. empt. l. si sterilis. §. si contra. So-

1 Ista glo. est singul. secundum Iol. de Imo. in le. cum quidam. j. de legat. 2. ad hoc q cōditio adiecta per relatiuum dicitur tacita.

2 Coniun ge l. 14. & 15. de acquir. hær.

3 P. si cedere t.

4 Dic q̄ ibi nō interuenit actus sufficiens ad inducendam repudiationē. Bart. & P. in l. cōtraria, allega ta j.

5 Per hūc text. limitabis le. si quis ita. ad fi. j. de verb. obli. & in capi. cum iter. de testi. & l ele. j. cum glo. in uerbo, quem et de concess. præbend. dum dicit alteroalius partē unam esse neram, satis esse, q fallit casu huius l. scilicet, quando alternatiua ponit inter grauatos de eodē facto. aliam fallentiam, vide in le. si duo. j. de uerbo. oblig.

tra. Solu. hoc in vltima voluntate: quia unum legatum est, vt subijcit: vnde diuidi non pôt: vt j. ut. 1. l. neminem. Hu. Vel ibi, quot anni, tot obligationes habitationum, & pensiunū: hic una obligatio q̄ semel tm̄ cedit.

a In alterutra. Si dicas alterutra: id est, utraque. & sic vnum legatum est. sic j. tit. j. l. si illud. Sed tunc contra j. titu. 2. l. 8. §. 1. & j. de verb. obli. l. scire debemus. §. stipulationis. & j. eo. l. plane. §. fin. si uero dicas proprie: quia in qualibet causa sit unum, id est, uel ī seruum, vel in decem, erit contra dictam l. si illud. quare dic quod est unum pp vnam præstationē: sed duo ꝓpter duas res nominatas ī legando. Accursius. ADDITIO. Ista glossa est uera ī se, sed non congruit menti huius literæ, quæ noluit dispone re, an esset unum legatum, vel plura respectu totius dispositionis, sed solum illud dicit q̄d in illa parte alternatiuè, in qua ponitur dictio numeralis, censetur esse vnum legatum, secūdum Bar. & Pau. & Iason.

quia unum in alterutra [a] causa legatum fit: quēadmodū si olei pondo quinquaginta, aut in singulas libras certum æs legatū sit: ne aliter obseruantibus, etiam uno homine legato, [b] diuisio concedatur. [c] Nec interest diuisa [d] ea summa, an iuncta [e] ponatur. Et certè octo seruis legatis, aut pro oībus certa pecunia [f] legata: non posse inuitū hæredem partem pecuniæ, partem mācipiorum debere [g] constat.

* Cōstat, nō est in F. Flor.

Id in quo habemus spem postliminii, potest legari. coniunge l. cum duæ. de cap. & postli. Bar.

Idem libro iij. ad Sabinum. IX.

ID, quod apud hostes est, legari posse, Octauenus scripsit, & postliminij iure [*] consistere. [h]

b Legato. Supple aut decem, prout legatarius uolet.

c Concedatur. Quod esse non debet: ut j. de verbor. obli. l. 2. §. 1. & l. in executionibus. §. pin parte. & s̄ de condi. inde. l. si nō sorté. §. pe. & j. tit. 1. l. si qs duob⁹. & facit j. eo. l. hmōi. §. fi. & j. tit. 1. l. cū filiꝰ. §. ualijs.

d Diuisa. Scilicet pro singulis seruis lego decem.

e Iuncta. Vt subijcit, & certe &c.

f Certa pecunia. Puta centum.

Vsiistio reprobat.

g Debere. Cum effectu vt soluat. Et not. uariationem reprobari. sic s̄. de procu. l. in causæ. Sed arg. contra j. de coll. bo. l. nonnunquam. in prin. Sed ibi specialet t ut ibi no. Item facit ad §. de acqui. hære. l. cum hæreditatem. & j. de duob. reis. l. 3. §. un. & j. titu. 2. l. si Titio aut Seio. & l. si quando. §. fin.

* Quia uerba edicti prætoris habebant tractu in futurum secundū Iasonem.

ID quod. CASVS. Seruus meus captus fuit ab hostibus, & ita amisi dominium: quæritur utrū ego in ciuitate existens possim eum legare? Et dicit quod sic. & in eo ius postliminij consistit, ut si quidem reuertatur, fingatur non fuisse captus: & ita eum habeat legatarius. Viuianus.

h Consistere. Id est, valere legatum. nam & in fa. erc. iudicio uenit: ut s̄. fam. ercisc. l. item Labeo. in fin. & l. seq. & in uēditione, & in stipulatione: ut s̄. de act. empt. l. fin. sed hoc si fuit noster, alias secus, si semper fuit hostium: vt j. de verb. obli. l. liber homo. in fi. Itē facit sup. de hære. instit. l. illa. §. 1. & j. eod. l. si seruus ab hostibus. & l. ab omnibus. §. etiam.

IVlianus. CASVS. Cuidam filiofamil. legaui optionem seruorum meorum. nunquid potest optare sine iussu patris? Certè non, nec etiam ante aditā hæreditatem: siue legatarius optionis sit filiusfamilias, siue sui iuris. Viuianus.

i Optari posse. Id est, filius nō pôt optare, licet optio alicuius rei sit ei relicta: & sic est contra j. de uerbor. obli. l. fin. in princ. Sol. ibi inter uiuos: uel ibi mera uoluntas: hic optio, quæ cum deliberatione fit. Vel ibi supple, quod & iussus sit necessarius per istam legem. Vel ibi per suam prouisionem habet electionem: quia sic fuit stipulatus, quē uolam &c. hic nō.

Paulus libro ij. ad Sabinum. X.

IVlianus nec à filiofamilias sine iussu patris optari posse, [i] nec ante aditam hæreditatem [k] putat. quod est uerum.

Qui capit commodum per mediam personam ex alterius ultima uoluntate, potest onere fideicommissi grauari: & si extraneo restituere grauatur, tunc ut hæres Trebellianicam quartam deducet. si ei per quem acquiritur, non uidetur grauatus ut hæres, nec quartam deducet: & fideicommiss. mortuo ante diem cedentem fideicommissum remanet apud grauatum. Bar.

k Nec ante aditam hæreditatem. Etiā cum iussu. sont enī plura necessaria: vt possit optari: ut no. s. eo. l. serul. Accur.

* Vide Ant. Aug. lib. 1. c. 2.

CVm filiofamilias. CASVS. Titius instituit mihi hæredem filium meum, & ēt legauit ei x. nunquid à me patre pôt relinquere fideicom. alicui alij? Et dicitur q̄d sic, & ī prædicto casu, quādo Titius instituit filium meū, & à me patre reliq̄t fideic. aut reliquū à me dādū dicto meo filio aut extraneo. si filio meo à me reliquit dandū, ex persona mea pr̄is capit uires fideicom. ut ualeat: & nō ex psona filij īstituti eiusdemq; fideic. si enī diceretur fideicom. capere uires ex persona filij, iam idem ipse esset īstitutus, & eidem esset fideicommissum relictū à seipso, quod esse non debet. si autem instituto filio meo à me relictū est fideicom. cuidam extraneo, tunc capit uires fideicōmissum ex persona filij mei instituti, & non ex mea: quia iam cessat hic illud absurdū quod s̄. dixi. Vnde pone quod dictus Titius testator instituit filium meū, ut dixi: & me patrem rogauit per fideicommis. quod cuidam extraneo restituerem illā hæreditatē: nunquid potero mihi retinere quartam Trebellianicā? & dicit quod sic, quod in isto casu tenet pater ad fideicom. ex psona filij sui instituti: & ita tenetur vt hr̄s. si aūt sim rogatus ego pater à testatore quod restituā ipsi filio meo hr̄ditatem prædictā, in qua ipse idē testator instituit dictum filiū meum hæredem: tunc non possum detrahere quartā Treb. quia in hoc casu non teneor ego pater ad fideicommissum filio præstandū ex psona filij: & ita non tanq̄ hæres videor esse rogatus à testatore, sed tanquā pater, i. tanquā aliquis, qui hēt commodū ex testamento. si non sum rogatus tanq̄ hr̄s, ergo non possum detrahere quartā. vt j. ad Treb. l. mulier, in fi. & quod nō sum obligatus ex psona filij mei, & ita non tanq̄ hr̄s ad restituendū dicto filio meo fideicom. taliter ꝓbat. si sum rogatus restituere filio meo, vt dictum est. ergo non possum dici obligatus filio ex psona filij: qui filius non erat obligatus sibi ipsi: ergo nec ego pater debeo teneri ex psona filij ipsi filio. Vnde pono tibi etiā talē alium casum, retento eodem themate. Titius instituit filium meū hæredem, vel ei aliquid legauit: & rogauit me patrē, vt post mortē meam restituerem illā hæreditatē, vel legatū ipsi eidē filio: filius autē meus antequā ego morerer, decessit: & ita antequā cederet dies fideicommissi tibi filio post mortē meā relicti. nunq̄d debet illud fideicōmissum remanere apud me prēm? Et

Papinianus lib. ix. quæstionum. XI.

CVm filiofamilias [†] uel seruo alieno legatum, uel hæreditas

† Vide Alcia. lib. Paradoxo. v. cap. 14. ad vltimi versiculi huius le. intelligentiā.

datur: fideicommitti patris [a] vel domini potest: ac tunc demum ex persona ipsorum [b] fideicommissum vires capit, [c] cùm ipsis, [d] per quos cõmodum hæreditatis, vel legati patri, dominoue quæritur, fideicõmissum hæreditatis relinquitur. Denique [e] Iulianus non insubtili ratione motus, patrem, cuius filius hæres institutus est, extero [f] quidem habita ratione legis Falcidiæ, [g] restituere hæreditatẽ respondit, quoniam ex persona filij [h] teneretur: ipsi vero filio, non admissa [i] Falcidia: quia ex persona sua sibi filius obligari non posset: [k] pater non ut hæres, sed vt pater [l] rogari uidetur. & ideo si filio rogatus sit pater post mortem suam, quod ad se peruenit ex legato, vel hæreditate filio relictis, [m] restituere: isq; uiuo patre decedat, omnimodo patrẽ id retenturũ: [n]

Et dicitur quod sic: & est ratio, vt dicit litera: quia dictum fideicommissum capit vires, vt valeat ex persona patris, & non ex persona filij instituti, vt dictum est. nam secus est si ex persona filij caperet uires fideicommissum: vt puta, qa extraneo rogatus esset pater restituere. quia tantum post mor.ẽ patris cederet dies fideicommissi. vnde post mortẽ filij nõ extingueretur, imo pater nihilominus teneretur illi extraneo. & quod dicit in in filio meo instituto a principio legis vsque ad finem, idẽ intelligas in seruo meo instituto. Viu.

Cum filiosfamilias. Titius reliquit filio, vel seruo Seij hæreditatem, vel legatum, vel patri, vel domino acquirendum: potest rogari pater, vel dominus, vt restituat, & aut ipsi filio, vel seruo: & tunc tenetur pater, uel dominus ex sua uoluntate, [1] scilicet si manumiserit: sed extraneo tenetur ad uoluntatem fideicommissarij detracta Falcidia, quam non detrahit, quando filio restituit. & est ratio: quia hæres retinere consueuit. unde primo casu, quando extraneo: ex persona filij qui est hæres retinet, in secundo non retinet: quia non pater, sed filius est hæres: & quia non ut hæres restituit, sed ut hæredi non retinet: sed si ante emancipationem decessit filius, remanet patris, ex cuius uoluntate pendebat fideicommissum. Accursius.

Patri. Alias patris, uel domini. aliàs patri uel domino. q. d. potest grauari pater, uel dominus, cum cõmodum ei quæritur, licet per obliquum, ut usufructus: ut C. com. de lega. l. j. §. & hæc disponimus. & ĩ. titu. 1. si alienus. in princ. & s. si quis omis. cau. test. l. si seruum. & ĩ. ad l. Falc. l. Nesennius. § seruo. & argu. l. si a seruo. & ad Treb l. quidam ita. §. si seruo.

Ex persona ipsorum. Id est, patris uel domini: id est ex eorum uoluntate.

Vires capit. Id est, ualet. Accursius.

Cum ipsis. Scilicet filio, uel seruo &c. sed si extraneo, [2] tunc habet necesse pater restituere, uelit nolit. Vel dic ea persona patris uel domini, id est non filij, nec serui: quia ipsi sibiipsis non debent: sed ipse pater uel dñs, si fiant sui iuris, quod est uerius. Sed quomodo filio uel seruo restituit: cum si una manu det, alia quæratur ei: ut etiam per momentũ non stet apud filium, uel seruum: ut s. de acquir. hæred. l. placet. Rñ. [3] fuit rogatus sub conditione, uel in diẽ restituere: & ante conditionem, uel diem emancipat uel manumisit. alias etiam secundum nouam leges cum pater habeat usumfruc. nisi à testatore sit uetitum: ut in Auth. at si. ma. & aui. in prin. nõ habet ea locũ quod hic dicit, secundum R. uel dic, [4] si pater sibi retinere nõ uult, nec filium emancipare, restituat filio res illas. & detur curator illis bonis: ut C. de bon. quæ liber. l. fi. §. sin autem patre, in seruo hoc nõ dico. Item cogitur pater restituere, si dissipat: ut ĩ. ad Treb l. Imperator. Vel dic [5] purè rogatum teneri quando erit sui iuris: ut ĩ. ad Treb. l. ubi purè. inest ergo tacita conditio, si fiat sui iuris.

Denique. Nunc dicit quando extraneo restituere rogatus est pater.

Extero. Aliàs ex Trebelliano, aliàs extero, aliàs ex testamento, aliàs extraneo.

Falcidiæ. Scilicet Trebellianicæ. Accursius.

Quoniam ex persona filij. Ergo vt hæres retinet. hoc autem ea ratione euenit, quoniam pater, vel dñs ex persona filiorum, vel seruorum eadẽ ratione & modo teneretur, qua teneretur filius, vel seruus si manumissi essent: sed si manumissi essent, extraneo tenerẽtur ex persona sua. & quartam detraherẽt. ergo & dominus, uel pater eorum ex psona tenentur, & detrahent. Item si manumissi essent sibi ipsis a seipsis legari non possent, uel relinqui: vt ĩ. eod. l. & quidã. nec ergo hic ex persona eorum tenebit relictũ a patre. & hoc subijcit, ipsi vero &c. Itẽ ad id quod dicit ex psona filij, quasi filius teneatur, est contra ĩ. titu. 1. l. si alien⁹, ibi, nec seruus &c. Solu. ut ibi.

ADDITIO. Dic quod quando à patre relinquitur fideicom. extraneo, filius non est grauatus expressè. est tamen grauatus tacitè. Paul. de Cast.

Non admissa. Id est, non retenta quarta: habent tñ locũ alia remedia Treb. ut ĩ. ad Treb. l. j. §. si filio. Acc.

Non posset. Ideoq; pater nõ ex psona filij tenetur filio, sed ex sua. Azo. ad quod est s. de euict. l. si ei cui. a. rñ. & ex sua non ut hæres: quia sic filiũ faceret hęredem utiliter restituendo, quod nõ facit: qa ipse filius directo est hæres. & ad hoc ĩ. ad Treb. l. mulier. §. fin.

Sed ut pater. Id est, ut homo, qui integra omnia ei reddit. & in hoc potest grauari. & nihil detrahit: quia hoc consueuerunt facere hæredes, non alij. a similia: ut ergo magis legatario, qui nil retinet: ut in C. commu. de leg. l. j. §. 1. Sed uidetur cõtra C. ad Treb. l. iubemus. §. idemq; in retinenda. Sol. ibi pater fuit institutus, & filio suo rogatus restituere. Sed quæro, quis est hæres? Respon. hic dicitur, filius est hæres. Sed obst. s. de acquir. hær. l. placet. ubi pater uel dominus uidetur hæres. sed ibi non dicit patrẽ hæredem, sed ei quæri hæreditatem. Et pro hoc quod filius sit hrs, est ĩ. de solu. l. qui hoiem. §. quidã. uel si dicas quod pater, dic quod potest rogari, ut hæres. & tunc retinet quartam. uel ut pater cõmodum sentiens: & tunc non, & sic hic fuit. & sic non refert filio, uel extraneo sit rogatus. prima placet: & cautè tacet de seruo, ab illo §. denique. usque ad fin. qualiter autem restituatur s. dixi.

Relictis Not. ad [6] duo singularia dari adiectiuum plurale, uel uerbum pluralis numeri. sic C de rep. l. cõsensu. §. hoc nisi. in fi. & ĩ. ad l. Iul. de adul. l. si postulauerit §. pe. & ĩ. de cap. l. 2. & s. de lib. & posthu. l. Gallus. in prin. & ĩ. ut le. no. ca. l. filio. & ad Treb. l. j. §. si filio. & s. de offi. præt l. illicitas. §. & ne tenuis. & s. de tut. & ra. distr. l. j. §. sed nonnullos. & s. de distr. pign. l. cum secundus. §. 1.

[7] Retenturum. Idem & in singulari fideicõmisso sic relicto post mortẽ hrdis: ut ĩ. de cõd. & demonst. l. hrs meus. 2. respon. sed in uniuersali est hoc plus: qa etiam purè rogato hærede, si decedat fideicõmissarius filius, uel alius non transmittit ante restitutionẽ: ut ĩ. ad Treb. l. apud. §. utrum. & §. Aotisti⁹. & l. postulante. sicut nec hrditas non adita: ut C. de cad. toll. l. j. §. in nouissimo. nec bo. poss. ut ĩ. de bon. poss. l. 3. §. acquirere. Sed hic fortè ita transmittit ius deliberandi, ut hæredi: ut C. de iur. delib. l. cũ antiquioribus. Sed ẽm hoc quare dicit.

[1] Imò potest ad fideicom. compelli. ideo dic melius ut per gl. positã in uerbo, cũ ipsis, secundum Bar. & P.

[2] Ista secunda expositio gl. est melior, secundum Bar. Pau. & Ias.

[3] Dimicatum est, licet sit in se uera, secundum Bar. Bald. & Ias.

[4] Ista est uera in se, sed nõ cõgruit literæ Bar. Pau. & Iason.

[5] Ista solutio glo. placet Bar. sed displicet Oldr. Pau. & Iasoni. ideo dic aliter secundum eos hic.

[6] Not. qđ quandoq; pluralitas resoluitur in singularitates. Bar. in l. talis. §. fi. ĩ. de cõdi. & demõ. Bald. in l. quauis. s. de impub. & ali. sub.

[7] Imo trãsmittit secundũ Bar. Pau. Are. Alex. & Ias.

re dicit, qm̃ fideicom. &c. enim semper fit idẽ ius cuicunque legetur? R. n. sibau. maxime. Vel verius: q̃a secus si extraneo. tetento eodẽ casu quod filius decesserit, non qd̃ fideicõmissarius extraneus. Sed an hr̃ a rogati cogat adire & restituere? R. ṽt no. C. eo. l. eã quã.

illa legatã quæ dedi, quibus dies non est appositus, ea hæres tali die det. & etiam post illa verba relinquat alia legata purè: non solum præcedentia, sed etiam sequentia legata pura, proferuntur & differuntur à testatore dicto. & ita nõ semper vltima scriptura valet, sed inspicimus uoluntatem testatoris, ut ibi posui duo exempla. hoc dicit. Viui.

quoniam fideicõmissum ex persona patris[a] vires acceperit.[b]

Quando plurium iura deueniunt ad unum, potest ille facere quod poterant illi plures. Bar.

Pomponius libro iij. ad Sabinum. XII.

SI mihi, & tibi eadem res legata fuerit,[c] deinde die legati cedẽte,[d] hæres tibi extitero: liberum mihi esse Labeo ait, ex meo legato, an ex eo, quòd tibi hæres sim, acquiram legatum. & si uoluero eam rem ex meo[e] legato ad me ptinere, vt tota[i] mea fit: ex hæreditario legato[f] petere eã me non posse.[g]

In testamentis difficultas præstat onus subducitur: & legatum firmum remanet. Bar.

Proculus ait,† Si quis seruos, quos Gadibus[h] haberet, eo testamento, quod Romæ moriens fecerat, triduo, quo mortuus fuerit, hæredem dare mihi damnauerit: ratũ esse legatum: & angustias[i] temporis nihil legato nocere.

Seruus dicitur esse capax, si capax est dominus. Bart.

Regula iuris ciuilis est, quæ efficit, ut quibus ipsis legare possum*,[k] eo-

ADDITIO Dic q̃ si est intra tẽpus deliberãdi, qd̃ habebat primus, poterit compelli; alias non. glo. & Barto. Bald. & Salicet. in l. eam quam. ĩ. alleg.

[a] Patria. Id est, ex volũtate: ut ĩ prine. huius l. no. secus ergo si esset relictum extraneo. tunc enĩ q̃a ex p̃sona filij teneret. non fideicõmissarij extranei: licet decederet filius, non periret legatũ. Azo. Itẽ huic verbo est cõtra ĩ. tit. 1. l. si idem termus. Sol. ibi. speciale in libertate, vt non pendeat ex uoluntate dñi.

[b] Acceperit. Et sic ipsũ si ualeret onerare: uerum si deficiat secundum l. C. de cad. toll. §. fin autem. eiusdem cõmodo cedit. R. & facit ĩ. de cõd. & demon. l. si tibi. §. 6. & l. seq. & C. de fideicom. l. quiuis.

SI mihi & tibi. CASUS Titius legauit mihi, & tibi equum suum, uolens q̃ quilibet nostrum haberet solidum equum. vnde vnus nostrum debet habere equum & alter æstimationem: vt ĩ. eod. l. si pluribus. 4. respon. mortuo testatore, & ita die legati prædicti cedente, tu instituisti me collegatariũ tuum hæredẽ. certè possum totum legatũ hr̃e, uolo ex meo legato, vel volo ex tuo: sed tamen ex quo voluero ex vno, nõ possim habere ex alio. Si quis seruos. Quidã Romanus fecit testamentum Romæ, & legauit mihi seruos, quos habebat Gadibus, remotis forte a Romana ciuitate per v. dietas. legauit dico præstandos mihi per hæredem suum tertia die post mortem testatoris quæritur nunquid ualeat legatum? Et uidetur q̃ non, quo enim dabit hæres legatario tertia die post mortẽ testatoris: cum terra vbi erant serui, distet ab illa, ubi fiebat testamentũ v. dietas? Resp. tñ q̃ valet legatũ, nec dẽt nocere dicta longinquitas: cũ bene possit tm̃ viuere testator post testamentũ, quod duci possint serui Romã: & ideo legatum non est impossibile, ex quo põt eueni re. quod ualeat. Regula. Quidam habent infra in litera legare possumus, & in fi. legare possimus: alij habẽt legare non possumus, & legare non possimus. & vtraque est bona & plana: quia si potest domino legari ut quia bene est capax, poterit etiam seruo suo: aliàs non.

In legatis. Quidã legauit mihi x. præsentia: postea dixit, illa x. volo ei præstari intra annum. Dicit̃ hic, q̃ non habeo nisi post annum: quia ultima scriptura ualet, & non prima. & idem est, si iussit mihi dari sub cõditione, q̃ mihi legauerat purè, vel in diem. & idẽ est si legauit, & postea ademit. vnde si ademit mihi dictũ legatum sub duabus cõditionibus. illa quæ vltimo scripta est, ualet. Quamuis aũt dixerim ultimam scripturam ualere generaliter: hoc tamen fallit, uelut si ita dicat testator: Quod Titio infra legauero, id neq; do, neq; lego nisi tunc ualet prima scriptura, & nõ secũda: & ita nõ habebit legatũ Titius. & ad hoc adducit simile. si enim testãtor purè leget aliquib. & postea ita dicat.

[c] Legata fuerit. Insolidum. vel dic cõiunctim. & sic partim iure suo, partim iure accrescẽdi, vel die disiũctim. & sic insolidum suo iure per alium nõ diminutum: vt C. de cadu. tollen. §. ubi autem. & §. si uero nõ omnes &c. & facit Instit. eod. §. si eadẽ rea duobus. & ĩ. eo. l. si pluribus.

[d] Cedente. Quod est à morte testatoria, quo ad trãsmissionem: ut C. de cadu. tollen. §. in nouissimo.

[e] Ex meo. Partim iure meo, partim iure accrescendi. secũdum primũ casum. vel die totum vno iure, secundum alium casum.

[i] Vt tota. Videtur q̃ partem tantũ altera repudiata, vt ĩ. titu. 1. l. si Titio. Solu. ut ibi. Sed quid prodest hoc posse: Respon. propter onus impositum parti defectæ quando disiunctim, & sic insolidum fuit ambobus legatum: ut C. de cadu. toll. l. j. §. sin autem. ad fi. Accur.

[f] Non posse. Non ob. ĩ. de act. empt. l. non est nouũ. quia ibi non sunt causæ lucratiuæ, hic sic: & ideo hic sufficit semel percipi: quod non est ibi: ut arg. ĩ. de act. & obl. l. omnes. & facit ĩ. de sol. l. si duo. & ĩ. de euict. l. si ei. §. 1. & ĩ. eo. l. duobus. & l. seruo meo. Sed an partim iure meo, partim iure hereditario? Respon. hic innuit q̃ possim. ibi, ut tota mea &c. quasi possim velle contra. Sed alij contra causã minuendarum litium: ut no. d. l. non est. Item si uelit dimidiam suo iure petere, & alterã repudiare, an possit? Rñ. qñ disiunctim, nõ: ut ĩ. tit. 1. l. neminẽ. qñ cõiunctim, ut q̃ sic: ut C. de cad. tol. §. ubi autẽ. & sic põt loq. ĩ. tit. 1. l. si Titio & mihi.

[h] Gadibus.* Nomina quorundam locorum, quæ sunt distantia à Roma.

[i] Angustias. id est breuitatẽ. Sed contra Insti. de verbor. obli §. loca. & ĩ. de eo qd̃ cer. loc. l. 2. §. si quis ita. Sol. ibi inter uiuos. Vel sol. vt inferiora contraria. Item contra Instit. eo. §. fin. & C. de his quæ pœ. no. l. j ubi impossibilitas uitiat legatũ. Sol. ibi impossibile ab initio fuit: hic possibile. nã testator poterat tantũ uiuere, quod serui poterãt Romã duci. vel hic remouet quod est impossibile scilicet festinatio: sed non tollitur legatum: quasi sit unum præceptũ habens duo mẽbra. sic ĩ. de arbi. l. Celsus. §. idẽ ait. Item no. angustiam tẽporis non nocere. sic C. eo. l. non tantũ. & ĩ. de int. act. l. edict. §. 1. & ĩ. ex quib. cau. mai. l. necnon. & si quis cau. l. 2. §. qd̃ aũt diximus. & ĩ. de dam. ifect. l. hoc amplius. §. 1. Sed arg. contra ĩ. de constit. pecu. l. item illa.

ADDITIO Tu dicas, quod ibi angustiæ temporum nocent, id est, non prosunt, ut reus constituatur in mora: ut ibi no. secundum Bart.

[k] Possumus. Sed fallit: quia aliquid seruo potest legari, quod non domino: ut si seruo lego rem domini, uel quod ei debeo, ualet: sed si domino, non ualet, ut infra

In P. P. petere eã posse, Proculus ait.

† Aliàs iste §. incipit, Si quis.

* Gades insulę duę sunt in fine Belgicæ prouinciæ, quo loco Europa ab Africa dirimitur.

Angustia temporis nõ nocet.

rum quoque seruis legare possimus.

Posterior voluntas seruatur, nisi præcedens sit derogatoria. Bart.

In legatis[a] nouissimę scripturæ ualent: q̃a mutari causa præcedentis legati, vel die, vel conditione, vel in totum ademptione potest. Sed & si sub alia, & alia conditione legatum ademptum est: nouissima[b] adẽptio spectanda est. Interdũ[†] tamen in legatis nõ posterior, sed præcedens scriptura ualet. Nam si ita scripsero: Quod Titio infrà legauero, id neq; do, neque lego: quod infra legatum erit, nõ ualebit.[c] Nam & eum[d] sermonẽ, quo præsentia legata[e] data in diem proferũtur ad postea quoque[f] scripta legata pertinere placuit. Volũtas ergo facit, quòd in testamento scriptum ualeat.[g]

In legato generis uidetur is legatus, qui postea legitimè est solutus. Bart.

Idem libro iiij. ad Sabinum. XIII.

CVm incertus[h] homo legatus tibi esset, hæres Stichum seruo tuo[i] tradidit. Neratius respondit, si voluntate[k] domini tradidit, uel ratum hoc dominus habuerit: perinde eum liberatum,[l] atq; si Stichus[m] legatus esset.[n]

Siue ademptio præcedat, siue sequatur in eodem testamento. legatum perimit ipso iure, & quod minimum est, debetur.

Vlpianus lib. xv. ad Sabinum. XIIII.

SI ita sit adscriptũ,[o] Si cui bis legauero, semel ei hæres dato: uel vt semel debeat: & eidem duas quantitates adscripserit, uel duos fundos: an utrunque debeatur? Et ait Aristo, unum uideri legatum,[p] nam quod ademptum[q] est, nec datum uideri, secundum Celsi, & Marcelli sententiam, quæ vera est. Sed Papinianus libr. xix. digesto. ait, & si post legata sæpius adscripta idẽ hoc subiecit, semel præstari velle, & hoc ante impletum testamentum fecerit: ipso iure[s] uideri cætera legata adempta. Sed quod magis erit ad-

---

situ. 1. l. debitor. §. fin. & ecõtra aliquid domino, quod non seruo: vt seruitutem ad prædium domini: vt infra de ser. leg. l. & si maximè. & sic nec id omne, nec quod solum: sed dicas id euenire mixta ratione personæ & rei: hic ratione personæ tñ: quia sit non capax, vel capax: vt d. l. debitor. in fin. & facit supra de hær. Instit. l. non minus. & l. seruum meum. in princ. & C. de hæred. instit. l. neque. Accur.

a In legatis. Apponendo diem, vel cõditionem in legatis puris: vt ĩ. eod. l. talis. vel adimẽdo in totum: vt C. eod. l. datum. Sed si ponas legatum purè ademptum. & postea sub conditione adimi, quid adimitur? Respon. adimendo sub conditione denuo legare videtur. arg. contra. in Authen. quib. mod. nat. effi. legit. §. quoniam. vbi faciendo repudium, uideor confiteri matrimonium: vt s̃. de acquir. hær. l. illud. Accur.

b Nouissima. Facit infra de adi. legat. l. translatio, in fi. & ĩ de condit. & demonst. l. quod traditũ. & s̃. de test. tu. l. tutor datus. §. fin. Accur.

c Non valebit. Nisi expressè prioris voluntatis dicat se pœnitere: vt ĩ. tit. 2. l. si quis ĩ prin. test. & s̃. titu. 2. l. diuus. §. licet. Sed quid si primo dixit, q̃d nõ liceret sibi pœnitere? Respon. nihilominus potest pœnitere, si exprimat qualitatẽ illius primæ volũtatis in secunda ut d. l. si quis.

† Facit ad hunc §. c. 1. cum gl. sup uerb. mortis. in medio ibi, & qui uoluntate. extra, q̃d met. cau.

* No. singulare q̃d pœnitẽtia testatoris debet probati per tot testes, quot requiruntur in testamento: signanter Bal. in l. fi. v. col. C. de fidei cõ. & Bar. in l. fideicommissum, e. tit.

d Nam & eum. Videtur quod prior scriptura magis spectetur: quia & hoc est alibi, nam &c. Azo. facit infra proxim. l. si ita.

e Præsentia legata. Vt si dixero, quæ purè legauero, tali die dentur.

f Postea quoque. Ergo & hic nõ tàm posterior scriptura, quàm prior spectatur: vt ĩ. eod. l. talis. in fi. nam tota velut vna scriptura videtur: vt s̃. titu. 1. l. conficiuntur. §. si ei servo. Sed contra ĩ. titu. 2. l. vxori. §. 1. Sed non est contra. vt ibi patet.

g Valeat. Vel non valeat. Azo. & facit infra de condi. & demonst. l. in conditione. Accur.

CVm incertus. CASVS. Legaui tibi hominem in genere, hæres meus tradidit seruo tuo Stichum voluntate tua, præcedente vel sequente traditione. nunquid est liberatus hæres à legato generis? Et resp. quod sic, quamuis Stichus non fuerit legatus, quem soluit hæres. Accursius.

h Cum incertus. Scilicet in genere. & dic quis eligat, vt no. famil. ercisc. l. hæredes. §. si incerto. Accur.

i Seruo tuo. Scilicet legatarij.

k Voluntate. Alioqui nõ: vt ĩ. eo. l. seruus legatus. §. 1.

l Liberatum. Hoc ita si pleno iure Stichus factus fuerit legatarij: vt ĩ. e. l. si a substituto. § j.

m Stichus. Ergo legatus non erat, & secundum hoc soluitur aliud pro debito: vt ĩ. pro solu. l. j. & Instit. quib. mod. tol. obli. in prin. Sed est contra ĩ. titu. 1. l. Mæuius. §. duob°. ibi, hominis &c. Sed dices: continet singulos, quo ad solutionem, nõ quo ad obligationẽ: vt singuli videantur obligati. vel sint l obligatione. Nec obstat s̃. de cõdict. indeb. l. cum his. §. fina. vt ibi not. Accur.

n Esset. Scilicet tantum in specie.

SI ita sit. CASVS. Ita scripsit testator in testamento. Si cui bis legauero: volo debeat ei semel tantum, & postea legauit bis x. vel duos fundos. Certè vnius solius fundi legatum ualebit, & vna tantum x. quando bis legauit decem. hæc vera sunt, etiam si post legata data bis ipse scripsit verba quæ dixi. in quo sic distinguendum est: nam aut scripsit ante testamentũ completũ dicta verba, aut post. primo casu liberatur hæs à legato ultra semel dato ipso iure, secũdo per exceptionẽ. sed cum non appareat, quod legatum de duobus prædictis sit ademptum: quæro, quod erit ademptum? Et respondeo quod maius: & minimum est præstandum.

o Adscriptum. In testamento. Accur.

p Videri legatum. Vt supra eodem lege, si mihi. §. fin. nisi expresse prioris voluntatis se pœnituisse dicat: vt ibi not. & facit supra de conditionibus institutionum. l. institutio.

q Ademptum. Eodem testamento, vt statim dicet.

s Ipso iure. Quia nec datum, alioqui si post perfectũ testamentum in alia voluntate: si quidem solenni, vt testamento alio, ipso iure adimitur si non solenni, vt codicilli: tunc per exceptionem: vt supra de his quæ in testamento delentur, lege prima. §. sed hoc ita. & §. sed consulto. & lege, proxime. §. sed nonnullos. Azo. Item & hoc quando expresse. nam si tacitè, & tunc per exceptionem doli: ut infra de adimen. lega. l. 3. §. fin. & lege ex parte.

Exiguus.

emptum? non enim apparet. Et ait, posse dici exiguius [a] esse pstādū. [b]

Voluntas testatoris probata, prævalet scripturæ in augmento, & diminutione legati. Bart.

Paulus libro iij. ad Sabinum. XV.

QVi quartam partē bonorum legare uoluit, dimidiā scripsit. Proculus rectè ait, posse defendi quartā legatā: quia inesset dimidiæ. Idem erit, & si quinquaginta voluit legare, & centū scripta sint: quinquaginta enim debebuntur. [c] Sed & si plus legare voluit, & minus scripsit: ualebit legatum. [d]

Nomina siue appellatiua, siue collectiua relata ad plures, coniunctionem uerbalem inducunt: & inter eos est ius accrescendi. Bar.

Si quis unam summā filiabus legauerit, ut etiā de posthuma sentiret: [e] si ea non est nata, superstiti solidum debebitur.

Qui non est, sed esse speratur, facit partem. Bar.

Pomponius libro v. ad Sabinum. XVI.

SI duobus res coniunctim legata sit: quamuis alter in rerum natura non fuerit, alteri deberi [f] solam partem. & hoc puto uerum esse.

Hæres tenetur ad totum onus iniunctum sibi, & ei qui à testatore grauari non poterat. Bar.

Hæres, adiecto ei nomine cuiusdā, qui hæres non sit, dare damnatus, [g] totū legatū dēt. [h] Nā & si duos ex hæredibus suis noïatim quis dānasset, & alter hæreditatē non adisset: qui adisset, [i] totū deberet: si pars eius, qui nō adisset ad eum, qui adisset peruenerit.

Qui non est in rerum natura, nec esse speratur: non facit partem, sed totum debetur coniuncto re tantum, uel re & uerbis tantum. Bar.

Si Titio, [k] & posthumis legatum sit: non nato posthumo totum Titius uendicabit. Sed & si testator Titio, & posthumis viriles partes dari [l] uoluerit, uel etiam id expresserit: [m] totū legatum Titio debetur, non

[a] Exiguius. Nota exiguum esse præstandum. sic ĵ. titu. 2. l. qui concubinam. §. 2. & l. omnis. & ĵ. eod. l. apud §. Seio. & de reg. iur. l. semper in obscuris. & de verb. obli. l. si ita. Sed arg. contra. ĵ. de reb. dub. l. si fuerit. Sed ibi est ambiguitas in personis, vbi vtrunque videtur ademptū: hic in rebus. Item argu. contra ĵ. de auro & argen. lega. l. qui lāceam. Sol. ibi. Et l. Titia. §. Seia. arg. contra. Sol. ibi. Item argum. contra ĵ. pro empt. l. emptor fundi. Sol. ibi. Item argu. contra ĵ. de aur. & arg. leg. l. scribit. §. item. Solu. ibi. Itē contra ĵ. de condit. & demon. l. id est, quę ipsi. Solu. ibi in libertate accipitur, qđ est vilius seruo.

[b] Præstandū. Not. in legatis quod minimum est debere præstari.

In legatis minimū præstandum est.

QVi quartam. CASVS. Titius testator gerens ī animo legare mihi quartā partem bonorum suorum, legauit dimidiam partē: certè quarta debebitur: & quod dictum est in qualitate, idē est in quantitate: vt si volens legare quinquaginta: legauit c. Sed econuerso, si plus legare uolens, minus legauit per errorem: valebit legatum in plus.

Si quis. Titius legauit filiabus suis xx. sentiēs quod & filia quæ erat in uētre vxoris suæ admitteretur ad hoc legatū. illa posthuma non fuit nata: & certum est, quod non nascetur. Certè superstitibus, vel superstiti debebit hæres legatum totum. sed secus si duobus lego, quorū vnus nō est in rerū natura, sed nasci speratū. nā ille qui est in rerū natura nō habebit nisi dimidiū. & hoc dicit vsq; ad primū. §. l. seq. Viuia.

[c] Debebuntur. Vt & s̄. de hæred. institu. l. quoties. §. sed & si maiorem.

[d] Valebit legatum. Scilicet in minus, vt ibi innuit: sed & si plus. & arg. s̄. l. proxi. in fi. & ĵ. de verb. obli. l. j. §. si stipulanti. Sed arg. s̄. de hæred institu. l. quoties. §. sed si non in corpore. ubi ualet ī eo qđ plus voluit. Sol. ibi constabat de voluntate per verba, licet non essent scripta: hic steterat in finibus voluntatis. Vel dic hic valebit in eo quod est plus, & sic concordat, & facit s̄. de arbit. l. diem. §. si plures. & C. plus val. quod agi. l. j.

[e] Sentiret. Quod est, si de ea fecit mentionem in testamento: vt ĵ. eod. l. qui filiabus.

SI duobus. Casum in prin. vide circa finē casus præcedē. Hæres. Institui Titiū hæredē solū, & postea dixi, à Sempronio hærede meo lego Caio x. certè bene debetur legatum: & adducit simile. nam si instituimihi quatuor hæredes, puta Titium, & Caium, & primom, & secūdum. & ita postea dixi. Titium, & Caium hæredes meos Mæuio damno dare x. & postea Titius hæres non adiuit hæreditatem, & pars sua peruenit ad Caiū simul secum grauatū: certè totum legatum debet Cai⁹ Mæuio.

Si Titio. Titio legaui xx. & posthumis, qui nascentur ex tali muliere. postea non fuit aliqs posthumus natus, & certum est quod non nascetur: certè Titius habebit totum legatū: & hoc est verum siue testator reliquit illa xx. coniunctim Titio prædicto, & posthumis, siue separatim. Viuia.

[f] Deberi. Imò coniuncto debet dari: vt C. de cad. toll. §. in primo. & §. pro secundo. Sol. secundum R. hic nō erat in rerū natura, sed sperabatur: vt & ĵ. ea. l. §. fi. ibi nō sperabatur, puta mortuus: vnde hic habet partem, s. interim, vel secundum Io. hic loquit̄ ī causa caduci: & qđ dicit, nō fuerit, s. tēpore mortis testatoris: sed tpe testamēti sic: & secundum hoc id corrigi per illū § pro secundo. at in pro non scripto etiam olim coniuncto debebatur: vt s̄. de hær. instit. l. quo loco. §. fin. & d. §. in primo. Item nō facit partē: etiā qui non admittitur ad partem. sic ĵ. eod. l. planè. §. si coniunctim. & l. huiusmodi. §. si Titio. Accur.

[g] Damnatus. Vt Titium hæredem meum, & regem Angliæ damno x. Seio præstare.

[h] Totum debet. Sic s̄. titu. 1. l. quidam. In fin. & ĵ. ad Trebel. l. si aliena res. In fi. & ĵ. eo. l. quidā. §. quoties. & s̄. de pac. l. tale. in fi. & ĵ. de verb. oblig. l. cū qui. § 1. & ĵ. titu. 1. l. mortuo. §. fi. Sed contra infra tit. 1. l. Celsus. §. pe. vbi nihil debet. Sol. ibi. repudiantem tm̄ damnauit: hic vtrunq;. vel ibi vn⁹ solus erat, & ille omisit.

[i] Qui adisset. Vtpote coniuncti re, & uerbis. erant enim & alij disiuncti: vt s̄. vbi dixit de hæredibus. ad quod fa. C. de cad. tol. §. si verò quidam.

[k] Si Titio. Scilicet primo, & posthumo postea: & sic sunt re tantum coniuncti: sed in sequenti re & verbis: in tertio, verbis tantum. & sic sunt tres casus.

[l] Dari. Scilicet tacitè, re & verbis eos coniungendo.

[m] Expresserit. Vt haberent viriles, & ita coniuncti verbis tm̄. & sic datur eis ius accrescendi: vt s̄. de hære. insti. l. si ita quis hæredes. sed s̄. de vsufr. accre. l. j. ij. responsum

Partẽ nõ facit, qui nõ admittitũ ad partem.

ſpon. & l. pen. quæ ſunt contra. nullo modo erant con iuncti. quinimo in l. pen. à diuerſis erat ſingulis legatum. & ſic etiam ſoluitur ī. tit. 1. l. & Proculo. Itẽ not. quod non facit partem, qui non admittitur ad partem: vt not. ī. eod. l. huiuſmodi. §. ſi Titio.

ª Non nato. Id eſt, quando incommutabiliter ſcietur eũ non naſci. ſic ī. de ve. b. obli. l. quicqd. §. fina. & facit ī. de rebus dub. l. utrum. in princ. & ī. titu. 2. l. re coniunctis. Accurſius.

Q Vi filiab⁹. CASVS. Filiabus meis reliqui decem: nunqd poſthuma admittetur? Et certè ſic: maximè ſi uerisſimile eſt quod uolui ego teſtator poſthumã admitti: vt puta, qa eã aliquo modo nominaui ĩ aliqua parte teſtamẽti. Sed pone, quod ita dixit teſtator, Siqua filia mihi naſcetur, hæres meus det ei cẽtum. poſtea fuerunt plures natæ: certè quælibet habebit c. niſi contrarium uoluiſſet teſtator, & hoc appareat.

Si uni. Inſtitui mihi duos hæredes, & uni ꝓlegaui fundum. uterque adiuit hæreditatẽ, & inceperunt iudicium fami. erciſc. petit ille cui fuit prælegatum, a iudice inter eos cognoſcente, quod det ante diuiſionem legatum. certe bene petit, & iudex debet eũ exaudire. nec obſtat, quod tibi à ſe legari non poteſt: quia hoc habebit pro parte iure hæreditario, cum non poſſit habere legati iure: pro parte autem cohæredis habebit iure legati. Sed pone, quod ille cui fuit prælegatum, abſtinuit ſe ab hæreditate, certe poterit totum conſequi act. ex teſtamento ab illo, qui fuit ſecum inſtitutus. nec obſt. quod a ſe ſibi legari non potuit: quia non uidetur inſtitutus, ex quo abſtinuit. h. d. cum l. ſequen. Viuia.

† In hũc locũ uide Alc. li. Parergon. 8. c. 13. concor. text. ĩ c. præſentis. eñ ibi not. extra de proba. & in c. de cætero. in fi. de teſtibus.

ª In P. Fl. mihi genitur. fortè legẽdum gignetur.

nato ª poſthumo.

Appellatione filiarum continetur poſthuma, ſi de ea teſtatorem ſenſiſſe aliquid appareat per indicia. Bar.

Vlpianus libr. xv. ad Sabinum. XVII.

QVi filiabus legauit, ſi mentionẽ aliqua parte teſtamẽti poſthumæ fecit, ᵇuidetur in filiarũ legato, & de poſthuma † ſenſiſſe.

Diſtributiuum ſi quis, ſi actũ primi uerbi attribuit pluribus inſolidum, eos in ſolidum ad emolumentum uocat. Bart.

Si quis ita legauerit, Si qua filia ª mihi genita erit, ei hæres meus centum dato: pluribus natis videtur ſingulis tantundem legaſſe. ᶜ quod ita accipiendum eſt, niſi euidens ſit contraria ſententia teſtatoris.

ᵇ Fecit. Non alias vt & ſ. eo. l. qui quartam. §. fin. Sed contra Inſti. qui dati tut. poſſ. §. fin. & ſ. de teſta. tute. l. ſi quis filiabus. Solu. hic legatum affectionis, ibi tutor ratione filiationis datur. & facit ī. de uerbor. ſign. l. nomen filiarum.

ᶜ Legaſſe. Hoc facit charitas: ut ī. eod. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. aliàs ſecus: vt ī. titu. 2. l. ſi quis Titio. in fi. vel hic diſtributiua ſunt verba, ibi alia. Item not. omnes comprehendi. ſic ī. de reb. dub. l. utrum. 2. reſpon. & arg. C. de fideicom. lib. l. cum intes. in fi. Sed contra ſ. de liber. & poſthu. l. 2. Solu. ibi exhæredatio odioſa nullum comprehendit. Item facit ſ. de hæred. inſtitu. l. clemens. & de pet. hæred. l. illud. in fi.

ᵈ Legatum. Id eſt prælegatum.

ᵉ Manifeſtum. Vt & C. famil. erciſc. l. à qua. & ſ. famil. erciſc. l. ſi tale. & continua l. ſequen.

ET quidem totum legatum. Cum enim repudiat hæreditatem pars, quam iure hæreditario habebat in legato, accreſcit cohæredibus cum certa parte hæreditatis, ſed cum ſuo onere: & ſic totum habet iure legati, vt hic, & ī. de his quib. vt indig. l. cum qui. §. pro parte. & ī. eod. l. quæſitum. §. duobus. Sed contra ī. tit. 2. l. miles. §. 1. vbi pro parte cohæredis tantũ habet. Sol. hic in ſuo propter verbum abſtinẽdi, quod eſt ſ. l. proxi. in fi. ibi, ſ extraneo. Vel aliud in eius hæde. ut ibi: argu. C. de euictio. l. fi. Vel dic ut ibi. Itẽ contra ī. de do. ea cept. l. apud. §. ſi ex vncia. 2. reſpon. Solu. ibi. Item in eod. tit. l. fi. §. fi. contra. Sol. ibi. Item arg. cõtra ī. ad Trebellia. l. ſi patroni. §. quid ergo. & facit ī. eod. l. filio. & l. nã nec. & l. quid ergo. ī. reſpon. Sed contra ī. eod. l. ſed non alias. & l. quid ergo. §. 1. Sed ibi apparet teſtatorẽ uoluiſſe cõtra. quæ poteſt eſſe ſolutio omnium. Accur.

Qui repudiat hæreditatem, conſequitur prælegatum totum. h. d. cum l. ſeq. Bar.

Si uni ex hæredibus fuerit legatum: ᵈhoc ei deberi officio iudicis familiæ erciſcundæ manifeſtum ᵉ eſt. Sed & ſi abſtinuerit ſe hæreditate: conſequi eum hoc legatum poſſe, conſtat.

Iulianus libro xxxj. digeſtorum. XVIII.

ET quidem totum legatum ᶠ petere poteſt: quàuis à ſemetipſo ᵍ inutiliter ei legatum fuiſſet.

Verbum, hoc amplius, inducit repetitionem, per quam præcedentia legata inualida confirmantur: ſecus in adiectione: quæ fit ad dilationem concedendam hæredi. Bar.

Vlpianus libro xv. ad Sabinum. XIX.

LEga----

ᶠ A ſemetipſo. Vt & ī. eod. l. legatum. §. 1. Sed nonne ſeruus hæres inſtitutus habet libertatẽ à ſeipſo? Sed dic ut ā. de hæred. inſtitu. l. ſed ſi in conditione. §. fin.

LEgata. CASVS. Legaui tibi ĩquilinos, ſiue colonos ſine ꝓdio quod mihi laborabant: certè illud legatum non ualet: quia non potuerunt alienari ſine ſolo: ut C. de agri. & cenſi. l. quemadmodum. & ī. eod. l. ſi quis inquilinos. poſtea dixi, lego tibi hoc amplius, domum Titianã: & hoc dixi ſiue in teſtã, ſiue in codicillis: certe nõ ſolum habebis legatum domus Titianæ, ſed etiã legatum inquilinorũ, quantum ad æſtimationem: qa efficitur utile ꝑ illam repetitionẽ teſtatoris hoc amplius &c. ſecus autem ſi dixiſſẽ iſto eodem caſu, quæ legata purè dedi, hæres meus debeat anno, biennio, triennio ſoluere: quia per hæc uerba non confirmatur inutile legatum: ꝑ prima autem uerba bene confirmatur illud quod erat inutile: unde de hoc pono tibi aliud exẽplum. Inſtitui mihi filium meum impuberem, & ab eo legaui Titio c. cum peruenerit impubes ad pubertatẽ puta: iſtud legatum inutile põt eſſe in caſu, puta ſi impubes filius moriat: poſtea dixi, Si filius mihi hr̃s non erit, uel ſi hr̃s erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo ei Caium: & repetij legatum relictum dandũ à ſubſtituto impuberis, hoc modo: Seio qđ delegaui Titio à filio meo impubere c. certè hoc amplius lego eidẽ Titio fundũ Cornelianum à ſubſtituto impuberis, ſ. Caio poſtea ĩpubes pr̃i hr̃s nõ extitit, & deceſſit in pupillari ætate. ita qđ legatum ab eo relictum Titio nõ ualeret, ſi nõ fuiſſet repetitũ à ſubſtituto: unde hẽt ſubſtitutus hr̃ditatẽ & dẽt ſoluere tàm legata à ſe relicta, quàm relicta ab impubere. Certè dr̃ hic, qđ illud legatũ relictum Titio ab impubere, & quod apparet inutile fore, niſi fuiſſet repetitum à ſubſtituto debet ꝓſtare Titio dictus ſubſtitutus & hoc propter uerba teſtatoris, hoc amplius &c.

In legato. Titio & Mæuio fundum reliqui non adie-

ctia

ctis partibus. Certè quilibet habebit dimidiam. Viuia.
a Legaui. Testator in testaméto minus solénl reliquit legatum fundi Titio: & sic inutiliter, uel fundus erat Titij: & sic non ualet legatum: postea fecit codicillos, & eidem Titio sic legauit: Titio hoc amplius lego c. Certè per hoc quod dicit hoc amplius, videtur legare iterū fundum: & sic cōfirmauit. Si tépore codicillorum fundus inuenitur alienus. Secundo dicit esse fictus in hoc alio casu: testa. ut inutiliter legauit fundum Titio purè: & postea eadem scriptura, uel alia dixit, Quæ legata purè reliqui, nolo deberi post annū, nā nō intelligitur cōfirmare tātū, sed ēt prorogare solutionem. Tertio adducit casum similem primo. Si testatur instituto filio impubere, reliqt legatū fundi inutiliter, & dedit ei substitutum, scilicet, si hæres non esset, & ab eodē substituto his uerbis, hoc amplius Titio lego c. vt repetere legatū fundi, & cōfirmare. Acc.
b Inutiliter. Propter defectū solénitatis, vel quia pinepta uerba: secus si propter personā legatarij: quia nō capax: uel propter rē: quia legari non possit ut j eod. l. apud. §. fi. & facit j e. l. si quis a filio. in prin. & l. seruo alieno. §. pe. & j. ti. 2. l. si pure. & l. si sic. & argu. s. de mili. testa. l. tribunus. §. fi.
c Dato. Scilicet decem.
d Quas pecunias. Quia plura legata reliquit, & I uno decem, & in altero alia decem: & sic de singulis, quorū legatorum quædam utilia, quædam inutilia erant.
e Impuberi. Exhæredato, secundum R. & secūdum hoc dic idē quod in proximo casu, sed ut nō ualeat repetitio, vel uerius institutio. & sic idem quod in primo casu legis. & dic inutiliter eodē modo, quo & s. nō, ut R. quod sit exhæredatus. Ideo dico institutū: quia alias nō pōt relinqui etiam a substituto: ut C. eo. l. cū quidā. & j. ad leg. Falc. l qui fundum, §. qui filios. ibi, nec contrarium &c. & j. tit. 2. l. fi. j. respon. & j. eo. l. planè. ij. respon.
f Et decesserit. Et pupil. nā utroq; casu admittit substitutus. s. siue nō sit hēs, siue sit, & decedat īpubes: & tenet repetitio, qn̄ lutiliter pri' data fuerūt, alias si utiliter, nō tenet repetitio eo casu quo eēt hēs īpubes: sed debebit substitutus tūc ut hæres impuberis, nō aūt ex repetitione: ut j. e. l. si fundū. §. si pf. & l. seruo alieno. §. fin si pf. & facit j. ti a l. 2. & j. e. l. si fūdū. §. fi. & l. se.
g Aequæ seruātur. Etiā si unis sæpius: ut C. eod. l. cū qū. a. Itē hoc nisi aliud appareat ex uoluntate testatoris expressa vel tacita: ut hic, & s. de hær. inst. l. quoties. §. hæredes. & l. Titius. & l. interdū. & j. ad Treb. l. quoties.
h Qui duos. Cum haberē duos seruos, legaui tibi unum: nec apparet quem legauerim: certè legatarius debet eligere. uolūtas enim testatoris nō est obscura hic, imo certū est, quod vnū de seruis suis legare uoluit: & mentem suā non retulit ad certum seruū: & ideo interpretatio hæredis non est necessaria. Viuia.
i Vnum ex his. Non nominādo proprio nomine, quia tunc hæres eligeret ut j. eo. l. si quis a filio. §. si quis plures. & l. apud. §. Scio, quæ sunt contra.
i Legatarij. A principio enim, secundum R. hoc hærede differēte eligere: ut infra eo. l. huiusmodi. §. si cui. Sed ibi in genere: & non erat aliquis seruus in familia. qd dic ut infra eo. l. legatū generaliter. Itē in seruitute legata quis eligat locum? dic ut no. s. de ser. rust. præd. l. si uia. Itē cōtra j. eo. l. cū res. §. sed si Stich'. Sed ibi alternatiuè, hic vnū de seruis suis, cum duos tantum haberet. Itē aliud in venditione, vt s. de act. emp. l. pe. §. fi. contra. Sol. hic testator necessarium legatario vt ei legaret sed certè & emptor emere. Sed dic fauore ultimę volūtatis.

ta a inutiliter b data. Papinianus libris quæstionum putat cōfirmari per repetitionē: idest, p hanc scripturā postea fortè in codicillis factā. Hoc amplius ei hæres me' dato: c & diuersum esse in illa scriptura, Quas pecunias d legaui, quibus dies appositus non est, annua, † bima, trima die heres meus dare damnas esto. non enim hoc egisse testatorē: ut cōfirmaret, q̄ inutilia essent: sed ut diē utilibus prorogaret. Idem eodē loco & in substituto impuberi e scribit: ut si fuerit ab impubere inutiliter legatum substitutus hoc dēat: si hoc amplius † legatum ab eo sit relictum aliquid, nec ille patri heres extiterit, & * impubes decesserit. f

Si partes no adijciantur in legato. intelliguntur æquæ. Bart.

In legato pluribus relicto, si partes adiectæ non sunt, æquæ seruantur. g

Si legatur incertum de certis, legatarii est electio. Bart.

Pomponius lib. v. ad Sabinum. XX.

QVi duos seruos habebat, si unum ex his h legasset, ut nō intelligeretur, quem legasset, legatarij i est electio.

Vniuersitati legata accedunt postea nata. Bart.

Vlpianus lib. xv. ad Sabinum. XXI.

GRege legato, & quę postea accedunt, ad legatarium pertinent. k

Vniuersitate legata, quod superest tēpore mortis, debetur: licet mutata fuerint legata, uel ad unum peruenerint. Bart.

Pomponius lib. v. ad Sabinum XXII.

SI grege legato † aliqua pecora uiuo testatore mortua essent, inque eorum locum alia essent substituta, eūdem gregem l uideri: & si deminutum ex eo grege pecus esset, & uel unus bos superesset: eum vindicari posse, m quamuis grex desijsset esse: n quē admodum insula legata

G Rege. C A- S. Gregem tibi legaui, in quo decē tantū oues erāt. q̄ gregē dicūtur facere, & postea adiunxi quinque. certè oēs legatarius habebit. Viuia.
k Pertinent. Etiam mora nō intercedēte, ut s. de uib. l. equis. R. quinimo etiā uiuo testatore: ut Insti. eo. §. si grex. & s. eo. l. si ex toto. in prin. & facit infra l. proxi.
SI grege. Aliqs legauit mihi gregē: si aliqua pecora de illo grege sunt mortua uiuo testatore, & in locum mortuorū aliqua sunt substituta: certè nihilominus habebit legatarius: quia idē grex vr. Sed quid si diminutū esset unum pecus de dicto grege decē ouium? Certè nouē pecora habebit legatarius, q̄uis non sit grex, & gregē legauerit testator. Item si sunt nouē pecora, uel boues diminuti de grege, & remansit unus solus: nihilominus uendicabit legatarius illum bouem uel pecus. Nā etsi insula, i. domus legata sit, & postea combusta est. legatarius aream uendicabit. Viuia.
l Eundem gregem. Vt infra de usucapio. l. rerum mixtura. §. fi. & supra de iudic. l. proponebatur. & facit infra tit. 2. l. peculium. & supra l. proxi. Accur.
m Posse. s. quib. mo. vsufr. amit. l. fi. cōtra. Sol. ibi, in legato usufructus, hic proprietatis: & ille facili' extinguitur, ut in domo cōbusta: ut j. pxi. & Inst. de usufr. §. fi.
n Desijsset esse. Imo nō desinit: ut s. qd cuiusq; uniuers.

Hic locutionē explicat Valla, 4. elegā. & Bu. l an. ad l. si necessarijs. ff. de pig. actio.

† Tu vide in hoc bo. glo. in l. 1. §. hæc uerba. ff. si cui pl' quā per l. Falc. plenius il si seruus §. si ita scriptum. J. atto tit.

In P. Fl. nō est, impubes.

† Facit ad hanc l. c. bonæ memoriæ. ij. cū glo. in uer. & licet illi dereliquerint. extra de elect.

si cōbusta esset, area posset uendicari. a

Legatarius partis bonorum non petit fructus, nisi a tempore moræ. Bart.

Paulus libr. iij. ad Sabinum. XXIII.

SI quis bonorum partem legauerit, ut hodie fit: b sine fructibus restituitur: c nisi mora hæredis intercesserit.

Quod futurum est, legari potest. Bart.

Pomponius lib. v. ad Sabinum. XXIIII.

QVod in rerum natura adhuc non sit, A legari posse: ueluti, Quicquid illam ancillam peperisse constiterit: e uel ita, Ex uino, quod in fundo meo natum erit, • uel fœtu, tantum dato.

In dubio uidetur quis legare ius quod habet in re, licet eius morte sit periturum. Bart.

Si usumfructū habeā, eumq; legauerim: nisi postea proprietatē eius nactus sim, inutile f legatum est.

Si res legata augetur, legatum crescit: si diminuitur, decrescit. Bart.

Si quis post testamentum factum, fundo Titiano legato partem aliquam adiecerit, quā fundo Titiano destinaret, id quod adiectum est, exigi à legatario d potest. & similis est causa alluuionis: maximè si ex alio agro, qui fuit eius cum testamentum faceret, eam partem adiecit. Quòd si post testamētum factum, ex fundo Titiano aliquid detraxit, & alii fundo adiecit: uidendū est, utrumne eam quoque partem legatarius petiturus sit, an hoc minus, quasi fundi Titiani esse desierit: cùm nostra destinatione, fundorum nomina, & domus, h non natura constituantur? Et magis est, ut quod alii destinatum est, ademptum esse uideatur.

Eadem est nauis, quæ destruitur, & reficitur, eadem carina remanente.

Si nauem legauero, & specialiter eam i adscri-

uet. l. sicut. §. si. Sol. noīe durat, ut hic: nō re, ut hic. Vel ibi duo sunt, vniuersitas, & res eius: vñ licet ad vnū recedat, remanet in uno pp res: hic autem solus numerus.

a Posset uendicari. Forte quia area insulæ pars est, & quidem maxima: ut ĵ. de sol. l. qui res. §. aream. Itē contra ĵ. eo. l. si ita legatū. §. fin. sed alius casus est. Accur.

SI quis bonorum. CASVS. Legaui Titio partem bonorum meorum, puta quartā: tenuit forte hæres p tres mēses, uel quatuor, ante quàm daret legatario, non tamē fuit in mora: certè non tenetur dare legatario fructus. & h. d. Viuianus.

b Hodie fit. Id est consuetum est fieri. & sic not. partē bonorum posse legari: vt ĵ. ad Treb. l. mulier. §. fi. & ĵ. e. l. nō amplius. §. fin. & ĵ. sit. 1. l. si quis seruū. §. fi. & l. seq. & s̄. de vulg. substitu. l. cum ex filio.

c Restituitur. Vt & s̄. de usu. l. Paul°. & ĵ. de adi. leg. l. cū annus. §. uerbis. ĵ. ad Treb. l. in fideicom. §. quoties. hoc autē secundum Io. si nō præsumatur testatorem contrarium uoluisse ex legatarij affectione, uel uerborum cōceptione: ut s̄. de usufr. l. in fideicō. §. nōnunq̄. & §. cū Polidius. Et eodē modo respōsum est ad l. ĵ. ad Treb. l. balista. & de do. præle. l. cum quis uxori. in fine. & infra titu. s. l. si ita relictum. §. Pegasus.

QVod in rerum. CASVS. Legaui tibi partū, qui nascetur ex Arethusa ancilla mea: uel decē amphoras uini, quod nascetur in fundo meo Titiano, uel tres agnos, qui nascentur ex pecudibus meis. nunquid ualet legatum? Et dicitur quod sic: quãuis partus Arethusæ, uel uinum ex fundo Titiano, uel agni prædicti nō sint in rerum natura: quia sperantur esse. Si usumfructum. In fundo Titiano habeo usumfructum: cum usumfructum legaui Sempronio. certè non ualet legatum: nisi proprietatem fundi prædicti Titii acquirā ante mortē meam. quomodo enim possum alicui legare usumfructum, qui morte mea finitur? non certe. Si quis post. Legaui tibi fundum Titianum: & post testamentum factum aliquid dicto fundo adieci. nunquid potes adiectionē prædictā tu legatarius uendicare? Dr̄ quod sic: siue dicta adiectio fundo Titiano fuit facta ex fundo, qui pertinebat ad testatorē eo tpe quo testamentū fecit: siue ex eo quē postea acquisiuit, sicut & si aliquid per alluuionem dicto fundo Titiano adiectum esset. quod quidem alluuionis incrementū ad legatariū sine dubio pertinet: & idem est econtrario, si aliquid ex dicto fundo Titiano detraxit testator. nam non debet ad legatariū pertinere: & est ratio, ut dicit litera. Si nauem. Legaui tibi nauem: & postea eam totam destruxi particulariter, fundo nauis integro manente, qui appellatur hic carina, quasi currina: quia currit super aquā: & postea eam totā refeci. nunquid potest legatarius eā habere? Et vr̄ quod non: quia non sunt ijdē asseres. & tñ dicitur quod sic: quia carina eadem permansit. Viuia.

d Non sit. Sed speratur, per hoc quod dicit adhuc. nec est conditionale tale legatum: ut infra, de conditionib. & demonstration. l. conditiones.

e Cōstiterit. Vt Insti. eo. §. ea quoque. & ĵ. tit. 2. l. etiam. & infra de conditio. & demonstratio. l. 1. in fi. & infra de annu. lega. l. legatum. §. viii. & supra, de contrahen emptio. l. nec emp. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. pro q. o. & l. interdum.

f Inutile. Vt & C. eod. l. uxor patrui. Sed cur nō tenet ut rei alienæ cū fuerit sciēs? vt ĵ. tit. 2. l. qui cōcubinam. §. fi. & de usufru. lega. l. Sticho. Resp. quia errabat, credēs posse legare, alias non legaturus, uel dic ut not. d. l. uxor. Itē si enim proprietatē, tenet relictum, vt hic. Sed oppo. de regula Catoniana: ut ĵ. de reg. Ca. l. 1. Respon. dies legati usufruct. cedit ab adita hæreditate: ut C. de cad. toll. l. 1. §. in nouissimo. & s̄. quando dies usufru. leg. cedat. l. 1. ergo Catoniana regula cessat: quia non habet locum, nisi in legatis. quorum dies cedit a morte testatoris: ut infra de regu. Cato. l. 3. & in aliis casibus fallit, ut C. eo. l. 1. & 2.

g A legatario. Quasi hæres est in hoc: ut infra de usufru. l. ad tempus. §. 1. & facit ad hoc, & ad sequentia. s̄. de pig. acti. l. si conuenerit. §. si nuda. & s̄. de vsufru. si Titio. §. fi. & infra tit. 2. l. si cui. & l. sæpe. & l. si chorus. §. area. & infra de auro & arg. leg. l. pediculis. §. fi. & s̄. eo. l. si ex toto. cum suis concor.

h Et domus. Pariete medio posito in domo, & fundo per regiones: ut s̄. commu. præd. l. si quis duas. §. si quis partem. & ĵ. eo. l. planè. §. fi. & de uerb. sign. l. locus. & s. communi diui. l. communi diui. §. 1. Item not. quod detractio est ademptionis loco, sic s̄. titu. 2. l. prædiis. per totum. & l. item. §. fin.

i Et specialiter eam. Si enim simpliciter nauem legasset, secus esset, ut infra eo. l. si domus. in princ. in fundo secus. & est ratio, ut not. s̄. de iur. dot. l. cum post. §. generi. Et dic specialiter, id est proprio nomine.

b In P. Fl. uel fœtus.

: Quid Bal. dicat uide in authē. ex e°. r t. col. C. de liber. præteri.

• P. Flor. meam.

Adscripsero.

a Adscripsero. In testamento. Accur.
b Carina. Id est, uentre. Ioan.
c Manente. Alioqui distinguo, quo animo dissoluitur, ut infra de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. & nauis. & de sol. l. qui res. §. aream. & supra quib. mod. usus fru. amit. l. quid tamen. §. si nauis. Accur.

A Filio hærede. CASVS. Titius instituit hæredem filium meũ: & mihi patri ab eo filio decem purè legauit. quæritur, nunquid ualeat legatũ? Et certe ualet, eo quod non est incõtinenti inutile. nam deberemus expectare ad sciendũ utrũ ualeat, uel non tẽpus quod dictus meus filius hæreditatẽ adibit, si tempore quo adit hæreditatem, in mea potestate est, nõ ualet legatũ, quia ipse acquirit mihi hæreditatem: unde legatum non potest mihi acquiri: quia iam essem hæres, & legatarius: quod esse non debet, ut ĩ. eod. l. legatum. §. 2. si autem tempore aditæ hæreditatis nõ est in mea potestate, ualet legatum, quãuis inspiciam tempus aditæ hæreditatis per filiũ: non tamen aliquid facit ad rhombũ tẽpus, quo dies legati cedit, id est, tẽpus mortis testatoris. Si ergo ponas dictũ filium esse in potestate patris tempore quo adit dictã hæreditatem, non ualet legatum patri relictum: ut dictum est: quãuis autem non ualet legatum, imputatur tamen mihi patri dictũ legatum in Falcidia. de quo ponas ita exẽplum. Filius meus (ut dixi) fuit institutus a Titio, & ab eo mihi patri x. fuerunt relicta: ut dictum est, & quibusdam aliis legata fuerunt relicta a dicto testatore. tempore quo adit filius meus hæreditatẽ, est in mea potestate: & ita hæreditatem mihi acquirit, unde legatum meum non ualet, ut dictũ est. nunc uolo soluere ego pater legata aliis legatariis relicta a testatore, cuius hæreditatẽ habeo per filium meum: & eis uolo detrahere Falcidiam de legatis dicens me non posse habere quartã. nisi deducam de legatis. Legatarii dicunt, computa tibi in Falcidiam illud legatum: quod fuit tibi relictũ a filio tuo hærede instituto. nunquid possunt hoc dicere legatarii? Et dicitur quod sic. Viuia.

† Cõcor. tex. in ca. consuluit. per rationẽ ibi positam, extra de iud.

* Coniunge l. ubi cura ad S.C. Treb. infra.

...psero,[a] eamq; per partes totam refecero, carina[b] eadem manente: [c]nihilomin[us] rectè à legatario uindicabitur. †

A filio hærede potest legari patri, sed si adierit iussu patris, non tenet legatum. Bart.

Paulus libro iij. ad Sabinum. XXV.

A Filio *[d] hęrede etiã purè patri legari potest: [e]nec interest: an die legati cedente [f] in patris potestate sit. [g]Igitur & si iussu [h] patris adita sit hæreditas, imputabitur ei in Falcidiam.[i]

Illud uideť quis habere, quod remanet deducto onere. Barto.

Pomponius libr. v. ad Sabinum. XXVI.

NOn amplius [k] legatorum nomine ad quenquam pertinere uidetur, quam quòd deducto eo, quod explendæ conditionis causa datum esset, superest.

Species legata perit periculo legatarii Bart.

Si certum corpus [l]

d A filio. Filiumfamilias institui: eius patri pure legaui præstandum a filio, ualet legatũ: nec curo tẽpe mortis meæ erit sui iuris, uel non: uerũ refert utrum tẽpore quo adiit, est sui iuris, ut tunc ualeat: uel non est sui iuris, & sic iussu patris adiit, & non ualet legatum. & sic remanet in hæreditate, & submouet Falcidiã aliorum legatorũ. Et sic no. q[uod] l uer. igitur & sic iussu patris &c. incipit loqui, quando non ualet: & sic iure ueteri potest loqui, uerum iure nouo potest loqui in aduentitio peculio: & sic est tota plana. & q[uod] in fi. dicit, imputabitur in Falcidiam. i. deducetur Falcidia de hoc ut de aliis.
e Potest. Ut ĩ. eo. l. quæsitum. in prin & Instit. eo. §. ex diuerso. sed non econtra, scilicet filio a patre instituto. ut Insti. eo. §. an seruo. & quære ibi rationem. Accur.
f Cedente. Id est, cum moritur testator: ut C. de cad. tollen. §. in nouissimo.
g Patris potestate sit. Sub. uel nõ sit: quia utrobiq; tenet legatũ. illud autẽ interest sit in patria ptãte, necne, cum eius iussu aditur hæreditas: quia altero casu tenet legatum. s. cum non sit in ptãte: altero non: ut infra quando dies leg. ced. l. cũ legato. in fi. & Instit. in d. §. an ser-

uo. & ad hoc subauditur casum scilicet, quando non tenet quia est in potestate: ut ĩ. dicit, infert, igitur &c. usq; in fi.
h Iussu. Per hoc patet, quod non loquitur in castrensi uel quasi: ut infra de castr. pecul. l. v. & per id quod sequitur, patrem retinere Falcidiam.

i Imputabitur ei in Falcidiam. Ut eam submoueat, non ut eam inducat: ut infra ad leg. Falc. l. si a seruo & l. ex asse. in fin. sed uidetur legata seu prælegata in Falcidiam, seu in quartam non imputari: sed lucro hæredis cedere: ut infrà ad leg. Falc. l. id autem. & l. in quartã. & l. in ratione. ij. §. pe. quæ sunt contra. Sed illud quãdo ualet, hoc quando nõ ualet hoc casu quo hic dicit: ut d. l. ex asse, in fine. Alii dicunt hanc loqui secũdum iura noua in aduentitio peculio, & dicunt imputari in Falcidia, id est, contribui secum in Falcidia: ut eam detrahat filius de hoc legato ut de cæteris, quod non placet.

NOn amplius. CASVS. Legaui Titio decem, si daret hæredi meo quinque. volo postea grauare legatarium in dandis sex Sempronio: certè non possum. nõ enim debet quis in plus onerari, quam honoretur: honoratus est autem Titius in x. & grauatus in xj. Si certum. Equum meum tibi legaui, & hæres meus non fuit in mora dandi tibi: postea periit equus dolo uel culpa hæredis non interueniente: certè damno legatarij perit, & ita fit eius legatarii deterior conditio. Cum bonorum. Legaui tibi quartam partem bonorũ meorum, quæ bona mea erant fortè in diuersis locis constituta: unde fortè malũ esset legatario, ire ad quatuor uillas, uel quinque, & in unaquaq; accipere quartam partem cuiuslibet meæ rei. unde perit ab hærede æstimationẽ dicti legati. quæritur quis habeat electionẽ? Et dicit hic quod hæres: licet quidã dicãt contrarium: & si uelit dare partẽ rerum, non concedetur ei, si res sunt, quæ non recipiunt diuisionem per naturã, sicut sunt seruitutes: uel non recipiunt diuisionẽ sine graui damno: sicut est equus. Sed pone, q[uod] hæres elegit dare legatario partem bonorũ, & non æstimationẽ: certe illarum rerum partem põt dare legatario in certis rebus, uel etiã in una re tantũ, sed uoluntate legatarii: ut si hæres dicat legatario, ego dabo tibi talem fundum, uel fundos pro parte tibi relicta: & legatarius dicat, libenter. si autem dicat, ego nolo dictos fundos pro dicta mea parte. imò uolo tales alios, tunc iudex debet æstimare, quos accipiat: & sic cõtinuando cõsulit etiã legatario, ne necesse habeat in omnibus rebus partem uindicare: quod quidem esset ei incommodum. h. d. cum l. seq. Viuia.
k Non amplius. Alicui legata est domus, si decem det hæredi. deductis decem residuum domus uĩ esse in legato, & nõ tota domus: & hoc si quæramus de eo onerando: ut infra tit. 1. l. Imperator. & ĩ. eo. l. ciuitatibus. §. 1. & infra ad leg. Falci. l. sed si non seruus. § quod si alienus. sed quoad alios legatarios tota domus intelligitur esse in legato: ut infra ad leg. Falci. l. ad ueterani. §. 1. quæ est contra. nam illud datum lucrifacit hæres, & sic cæteris non prodest: ut in eod. titu. l. in quartam. in fi. & facit infra de uerb. sign. l. subsignatum. §. bona. & supra solut. matrimo. l. fructus. Accur.
l Si certum corpus. Incertum enim perire non potest: ut ĩ.

ut infra ad legem Falc. l. in ratione. ij. §. incerta.

a Legatarii. Hic autem præsumitur, quod esset dolus uel culpa: ut j. eo. t. l. cum ita. §. species. & facit j. eo. l. cum res. §. item si res. & l. cum seruus. Sed contra j. eo. l. si seruus. §. qui quinq; . & §. si seruus. sed in utroque fuit hæres in culpa.

g Aestimauerit. Qui considerat quod utrique expedit. sic infra de solutio. l. 1. & 2. & infra de cap. l. postliminium §. transfuga. Accur.

Si creditori. C... Hæc lex tota cum l. seq. loquitur, quãdo debitor legat creditori illud quod ei debet & super hoc ponuntur tres casus.

hæres dare damnatus sit: nec fecerit, quò minus ibi, ubi id esset, traderetur: si id postea sine dolo, & culpa hæredis perierit, deterior fit legatarij[a] conditio.

Legatario partis bonorum potest hæres soluere æstimationem, uel partes rerum, uel res, prout sibi placebit, & iudici expedire uidebitur. Bart.

Cùm bonorum parte legata[b] dubium esset, utrum rerum partes,[c] an æstimatio deberetur. Sabinus quidem, & Cassius æstimationem, Proculus, & Nerua rerum partes esse legatas existimauerunt: sed oportet hæredi succurri, ut ipse eligat: siue rerum partes, siue æstimationem[d] dare maluerit, in his tamẽ rebus partem dare hæres conceditur, quæ sine damno diuidi possunt. Sin autem vel naturaliter indiuisæ sint: uel sine damno diuisio earum fieri nõ possit: æstimatio ab hærede omnimodo præstanda est.

Paulus libro ix. ad Plautium. XXVII.

POtest[e] autem hæres uel paucioribus, uel in una relictam partem[f] legatario dare, in quam uel legatarius cõsenserit, uel iudex æstimauerit.[g] nec necesse habet legatarius in omnibus rebus uindicare portionem.

Si creditori debitor leget debitum, ita demum ualet, si creditoris intersit. h. d. cum l. seq.

Vlpianus lib. xci. ad Sabinum. XXVIII.

SI creditori meo, tutus aduersus eum exceptione, id quod ei debeo, legem: utile[h] legatum est: quia remissa ei exceptio uidetur. Sic ut Aristo ait, Id quod honoraria[i] actione mihi debetur, si legetur mihi, legatum ualere: quia ciuilis mihi datur actio pro honoraria. Marcellus libro uigesimooctauo Quæstionum putat rem, quam ex stipulatu

Cõcor. tes. i. c. in nostra. extra de iureiur. & I c. sicut dignum. extra de homi. & l e. cãm. cum ibi no. de testib.

Item no. dãnum patitur qui perdit lucrum. i sic j. ne q d in loco publi. l. 2. §. merito. Sed arg. contra j. de dam. infec. l. Proculus.

A[c]ceptio Dic quod ibi impropriè dicitur damnum: ut infra l. 3. de dam. infec. vel dic quod legatarius patiatur dãnum, cum in eum recta uia dominiũ transit, & sic perdit quod est suum. Vel dic quod lex nõ dicit q patiatur damnũ, sed fit deterior conditio eius, quod est etiam perdẽdo lucrum: quod patet, quia ob hoc minor restituitur: ut l. 3. §. si. quid minori. cũ l. seq. s. de mino. secundum Barr. hic.

b Legata. Quod fieri potest: ut s. eo. l. si quis bonorum.

c Rerũ partes. Nõ ergo cõpellitur adire ex Trebel. ut infra ad Trebel. l. mulier. §. fin. lo.

d Aestimationem. Secus ergo si hic Trebel. locum haberet. nam tunc ipsarũ rerum fieret restitutio secundum lo. vt Instit. de fideicom. hæred. §. si quis. & infra ad leg. Falci. l. linea. in fin. Sed nõne pro parte uterq; sentit onera, ut Insti. de fideicom. hære. §. post quod senatuscon. Respon. non, imo hæres tantũ, & præstatur legatario pars eorũ, quæ supersunt, deducto ære alieno. & ita est intelligendũ, licet aliter in quadã sui parte innuat, quod est j. ti. 1. l. si quis seruum. §. fi. & l. seq. Azo. Et pro hoc q fiat restitutio deducto ære alieno, est s. de iure do. l. mulier. Item quomodo datur æstimatio, & aliud pro alio soluitur inuito legatario? Respon. bonorum dr in genere, non rerũ singularium: quia tunc secus, ut j. de verb. sign. l. bonorum & s. de usufr. l. quoties. §. fin. & facit q æstimatio possit præstari. j. de aur. & arg. leg. l. 2. in fi. & l. cũ certum. & l. Titia. §. 1. & j. titu. 1. l. cũ filius. in prin. & l. mortuo. § t. & C. cõi diui. l. 2. & j. de usufr. leg. l. generali. §. pe. & l fundi. & cõtinua l. sequ.

e Otest. Id est, debet, si utrique expediat: ut infra de alim. leg. l. solent.

Põt pro debet, & debet pro põt. Mãdo. in gl. facul. in procr. in uer. debemus.

f Partem. Scilicet, legitimam, tertiam, uel quartam, & hic est arg. q in una re possit detrahi Falci. sic infra ad leg. Falci. l. si ex pluribus. & C famil. ercisc. l. filium. & C. quãdo & qui. quat. pars. deb. l. 2. circa prin. & supra famil. ercisc. l. plane. Sed nos contra: ut C. ad leg. Falcid. l. 2. & arg. infra, de pec. leg. l. si peculium. §. 1.

Primus est, quando habeo exceptionẽ contra creditorem meum, qua me contra eum tueri possum: & postea lego illud quod ei debeo, & super quo habeo dictam exceptionem. certè ualet legatum: quia ex eo habet legatarius, idemq; creditor commodum, quia exceptio uidetur ei a me remissa. Secundus est, tu debes mihi pone centum, actione redhibitoria, quæ nõ durat ultra sex menses, & est prætoria, siue honoraria: legasti mihi dicta centum. certè ualet legatum: quia datur mihi postea actio ex testamento, q est ciuilis & perpetua loco illius, quæ erat tẽporalis: unde commodum habeo. Tertius est, actione ex stipulatu debes mihi centum, usque ad annũ pone, illa centum mihi legas in tuo testamẽto certè utile est legatũ per cõmodũ repræsentationis. si aũt nõ sit plus utilitatis in legato, q̃ fuerat in debito: nõ ualet legatum. Vtil.

h Vtile. Vt infra titu. t. l. Maximus. §. debitor. & Instit. eodem. §. si quis. & j. de lib. leg. l. si debitor. §. 1. & l. si creditor. & l. seq. & l. legaui. §. contra. & l. Aurelius. §. cum & infra tit. 2. l. si deportari. §. fi. & infra ea. l. §. fi. & l. seq. & infra tit. 1. l. debitor. Accur.

i Id quod honoraria. Vt de peculio, uel redhibitoria. & est tunc ratio, quia ex testamento perpetua, ut argu. s. proxi. respon. cum suis concord. & h. d. quia ciuilis, si perpetua, pro honoraria, scilicet temporali. Sed tunc est arg. cõtra s. si quis cau. l. si eum. §. qui Iniuriarum. Sed dic quod ibi proponebat testator facere perpetuum ius agentis, uel pone in prætoria perpetua vt de constitu. pecu. Et quod dicit, quia &c. dic secundum Azo. quod melior est ratio: quia iure ciuili erat indebitum quod legatur: cum ergo ius ciuile in testamentis, & legatis uertetur, dicitur tenere legatum: quia prætorium per ciuile non distinguitur: sed ciuile per prætorium sic. quod est posterius: ut s. de iusti. & iur. l. ius autem ciuile. §. 1. Item quod dicit pro honoraria: non dicas, quod per testamentum tollitur prætoria: sed adijcitur ciuilis, sic s. de exer. l. si eum. §. pen. sed respexit quod legatarius omittet prætoriam, & ciuilem intentabit: sic & ex sententia datur actio: licet & alia

primo

primo competeret: vt J. de re iud. l. miles. §. decẽ. Acc.

a Debes. Non purè. alioqui non teneret legatum: vt infra proxim. Azo. vel fortè tenet propter dominiũ: quod statim habebit, & propter sumptum: vt infra titulo secundo. l. tertia. §. si rem quis.

b Minuat. Imo minuit: ut infra ad leg. Falcid. l. 1. §. si quis creditori, contra. Solu. minuit in cõmodo repræsentationis, vt ibi: non in plus, ut hic. Vel cauit dies uel conditio uiuo testatore, nihilominus tamen tenet legatum: ut J. ad leg. Falc. l. verbis. cessat tamen Falcidia, quod nullũ commodum habet: ut J. titu. 2. l. debitor. in prin. sed in cõtrario extitit post mortẽ. Accursius.

c Si autem neq; modo. Dic modo: ut infra de his quæ sub modo. l. si. Vel dic quod erat alternatiua: ut infra de actio. & obliga. l. obligationum fere. §. modus. & facit J. l. prox. l. in princ. cũ suis concord.

e Talis scriptura. Titius faciens testamentũ, legata multa reliquit, & quædam purè, quædam in diem, quædam sub conditione, & quædam in pecunia, quędam in specie, & quædam in rebus, quæ cõstabant pondere, numero uel mensura. Item legauit Sempronio annua x. Caio legauit x. cum erit 20. annorum. & Cornelio legauit vinũ quod habebat in apotheca sua: uel pecuniam, quam in arca habebat: postea subiecit uerba, quæ hic ponuntur: Quas pecunias legaui, quibus dies appositus nõ est, eas hęres meus annua, bima, trima die dato: & post illam clausulam positã, quædam alia legata reliquit quibusdam: quæritur nũquid dicta clausula, quas pecunias &c. referatur ad ea legata quę sunt in specie, ut scilicet ea præstentur annua, bima, trima die? Et dicitur quod non, sed bene pertinet ad ea, quæ sunt data in his rebus, quæ constant pondere, numero, uel mensura. Item & ad ea legata pertinet: quibus non est appositus dies, sed non pertinet ad illud legatum quod relictum est annuatim: nec ad illud quod relictum est sub conditione: nec ad illud quod relictum fuit Caio cum habuerit 20. annos. quia omnia ista legata habent diem: & testator noluit prorogare, per dictam clausulam nisi ea, quæ non habent diem. Item non pertinet dicta clausula ad illud legatum quod fuit relictum Cornelio, id est, ad legatum pecuniæ, quæ est in arca, vel vini quod est in apotheca: quia speciei videtur legatum: & testator dixit quas pecunias &c. Item pertinet dicta clausula ad legata pura, & in pecunia existentia, quæ data sunt in testamento, uel in codicillis post prolatam a testatore dictam clausulam, quas pecunias &c. h. d. cum l. sequen. Viuia.

*In P. Fl. nõ est, mihi.

mihi debes, a si *mihi legaueris, utile esse legatũ: ut neq; Falcidia hoc minuat. b

[illegible]s lib. vj. ad leg. Iu[illegible] & [illegible]apiam. XXIX.

Si autem neq; modo, c neque tempore neq; conditione, neque loco debitum differatur: inutile est legatum.

Scriptura per quam legata pecuniaria, quibus dies non est adiecta, prorogantur: non pertinet ad corpora, nec ad legata, quibus dies est gratia differendæ solutionis, uel multiplicandæ obligationis, uel inducendæ conditionis adiecta: & porrigitur ad legata præcedentia & sequentia etiam post in codicillis relicta Bar.

V[illegible]ianus libr. xix. ad Sabinum. XXX.

Talis scriptura, e quas pecunias legaui, quibus dies appositus non est, eas hęres meus annua, bima, trima die dato, ad corpora d legata nõ pertinet: sed ad ea, quæ pondere, numero, mensura continẽtur: f & ad ea tantum legata pertinet, quibus dies nõ est appositus. Proinde si fortè purè g legatum est, ex hac adiectione prorogabitur. h

Quòd si fortè cẽtũ mihi legata sint præsentia: i * utrũ annua, bima, trima die dabũtur, an uerò præsentia? Et ait Seruius & Labeo, in * pñsens deberi. Quãuis igitur superuacua sit hæc adiectio, quãtum ad uim, & effectũ legati pertinet, k tamen ad hoc pficiet, ut præsenti die l legatũ debeatur. Sed & si in annos singulos, aut singulos mẽses sit legatum relictum, cessabit ea scriptura: quia hoc legatum & initium, m & finẽ habet. Sed & si sub conditione sit legatum relictum: potest dici, cessare annuã adiectionem: quia dies incertus appellatur conditio. n Cui cõgruit quod Trebatius existimat, si cui legetur, quãdo annorum xx. erit: uulgarẽ hãc clausulam cessare. Item si legetur pecunia, quæ in arca est, uel uinum, quod in apothecis est: dicendum est, cessare clausulã: quoniam quoties species o legatur, cessare dicimus.

Verbum legaui, præteriti temporis, porrigitur ad præterita, & futura Barto.

Hanc autẽ scripturã p

*In P. Fl. utrum annua die dabũtur.

*In, non est in P. Fl. alibi præsentia deberi.

d Corpora. Et pecunias testator legauit & purè, & non purè. Accur.

e Non pertinet. Cõtra J. tit. 2. l. quisqs. Sol. ibi, in summas: hic in pecunias. Itẽ ibi futuri temporis, hic præteriti uerbũ posuit. Accur.

f Continentur. Sic accipitur supra si cert. pet. l. 2. §. 1. Itẽ mutuum. alias largius: aliàs strictius ponitur, ut ibi nota. sed quare non omnia quæ legauerat? Respon. quia facilè erat ei dare quæ legauit, nisi restringere noluisset. fac C. de cadu. tollen. l. 1. §. sin autem ad deficientis. Accur.

g Purè. Exprimendo purè uel simpliciter.

h Prorogabit. Quia huic dies appositus non est. Sed contra infra de do. prælег. l. cum vulgari. sed ibi erat dies appositus saltem a lege. Vel speciale in legato solius repræsentationis: ut ibi.

i Præsentia. Hoc expressio: præsenti ergo die apposita.

k Pertinet. Vt utrũque statim possit exigi: siue simpliciter, siue in præsenti sit relictum. Accur.

l Præsenti die. Id est, non purè considerato hoc extrinseco. scilicet, prorogatione. sed uidetur purè, ut infra de verb. obl. l. liber homo. §. 1. contra. Sed ibi effectũ considerauit: & nihil extrinsecus. Item contra infra tit. 2. l. Titio. Sol. ibi. & facit infra de reg. iur. l. in omnibus.

[illegible] Dic quod ibi dixit, quas pecunias legaui, hæres meus dato annua, bima, trima die, nec ibi adiecit, quibus dies adiectus nõ est. unde refertur ad omnia. secundum Bart. hic.

m Initium. Id est, certitudinem temporis in se continet: & ideo non habet locum repetitio. & facit supra de dona. causa mort. l. senatus §. fi.

n Conditio. Et e cõtra: ut infra de cõdi. & demõ. l. dies.

o Species. Accipitur ergo pecunia, vt species quandoque: vt infra eod. l. plane. §. sed hoc. Accur.

p Hanc autem scripturam. Quibus dies &c. ut in princ. huius legis.

Vniuersa

non ad præcedentia sola legata, sed & ad uniuersa:[a] quæ testamento adscripta sunt, extendi Gallus Aquilius, Ofilius, Trebatius responderunt: idque uerum est.

Paulus libro iij. ad Sabinum. XXXI.

SEd etiam ad ea, quæ codicillis confirmatis postea[b] legata fuerint, hæc clausula pertinet.

Repetita a substituto intelliguntur repetita purè, nisi aliud exprimatur. Bart.

Vlpianus libr. xx. ad Sabinum. XXXII.

SI quis à filio pupillo hærede instituto, cùm is in tutelam suam[c] uenisset, pecuniam legauerit, & à substituto hęrede legatum repetierit: impubere filio mortuo, secundus hæres legatum non debebit. quod ita uerum esse, tam Sextus, quàm Pomponius putant, si repetitio legatorũ ad eum modũ concepta sit, Quæ à filio meo legaui, quæq; eum dare iussi, si mihi hæres esset, hæres meus iisdem diebus[d] dato. Sed si ita repetita fuerint. Quæ à filio meo legaui, hæres meus dato: purè repetita uidebũtur legata, & duntaxat demonstratio[e] eorum facta. igitur & hoc ipsum legatũ, de quo quęritur, præsens debebitur.

Si testator sensit de certo, & dubium est de quo, electio est hæredis. Bart.

Si quis plures[f] Stichos habens, Stichum legauerit: si non apparet, de quo Sticho: senserit quem[g] hæres elegerit[h] debet præstari.

Valet quod relinquitur parti ciuitatis Bart.

Si parti ciuitatis aliqd sit relictũ, quod ad ornatum, uel compendiũ Reipublicæ spectet, sine dubio debebitur.[i]

Si pluribus eadem res legatur coniunctim, cuilibet debetur

---

a Vniuersa. Etiam quæ sequuntur: dummodo sint in numero, pondere, & mensura: ut in prin. l. & facit ӡ. de verb. sign. l. Scęuola respon. & ӡ. l. proxim. & ӡ. de reb. dub. l. si. Sed contra ӡ. tit. 2. l. vxori. §. vxori. Solu. secus in donationibus, quæ fiunt inter viuos. quia uariis temporibus earum dies cedit, vt valeant, vel non, sed legata omnia simul cedũt. Azo. argum. ad hoc. ī. com. præ. l. fi. in fin. & ӡ. de do. causa mor. l. senatus. in fi. Sed hoc nõ placet, cum ibi loquatur de illis donationibus quæ morte confirmãtur omnes. Nec obst. C. de donatio. inter uir. & uxor. l. donationes. quia uerum est trahi retro: non quantum ad dominium, sed quãtum ad fructus. Hugo. Dic ergo, quod ibi erant contra ius futuræ, ad quod lex suam fictionem nõ extendit. argu. C. de condit. inser. l. 2. Hugo. Item ibi substantiam confirmauit: hic solam adiicit quantitatem. Item argu. contra hũc si. supra quib. ex cau. maio. l. sed & si per prętorem. §. deinde adiicit. & de postu. l. 1. §. eum qui.

ADDITIO Pro solu. huius cõtrarii, uide Bar. hic istam materiam late discutientem.

b SEd etiã. Postea. Verbum postea, determinat vel dictionem cõfirmatis, uel dictionem legata, quasi dicat, facti sint postea uel ante, & not. hic & superiori l. in fine præteritum porrigi ad futurum.[1] & sic est ӡ. tit. 1. l. cum pater §. fidei. & ī. l. proxi. in fi. & ī. eo. l. si mihi & tibi. §. fin. Accur.

[1] Cõcor. tex. ī e. de caussis. cũ gl. 1 verb. certũ. extrà, de off. dele. ca. si eo tempore. de rescript. lib. 6. & c. statutũ. eod. titu.

SI quis à filio. CASVS. Instituit mihi hæredem filiũ meum impuberem: & ab eo legaui Titio decẽ cum dictus impubes fuerit factus pubes: postea ita dixi, si filius meus mihi hæres non erit, uel si hæres erit, & in pupillari ętate decesserit: substituo ei Cornelium: & à Cornelio substituto, si habuerit hæreditatẽ meam ex substitutione, lego eadem x. dicto Titio: postea filius in pupillari ætate decessit, & sic substitutus habuit hęreditatem meam: nunquid debet legatum Titio? Et certè dicitur quod sic: secus si repetiisset legatũ ab impubere relictum cum fuerit factus pubes, eodem modo à substituto, scilicet cũ impubes fuerit factus pubes. nam non debebit legatum substitutus. impossibile enim esset præstari legatum per substitutum, cum impubes factus pubes nõ fuerit, nec enim potest amplius fieri pubes ille, qui mortuus est. Si quis. Plures seruos habebam, qui uocabantur Stichi: legaui Titio Stichum, & non apparet de quo Sticho ego senserim: certè hæres debet eligere quem præstet. Si parti. Quarterio sancti Proculi pone legaui x. ut facerent depingi sertalium, uel ut emant uineam, ex cuius fructibus soluant collectam: certè ualet legatum. Viuianus.

c In tutelam suam. Id est, in pubertatem: ut ӡ. titu. 2. l. cum filio. & sic sub conditione, & in diem: si autẽ purè ab utroque distingueretur: adiret impubes, uel non: ut ӡ. eo. l. seruo alieno. §. si pater. & l. si fundus. § si pater.

d Iisdem diebus. Id est, sub eadem conditione, si in suã tutel. &c. ita dato, sicut filius tenebatur dare: non aliter. sed filius non tenebatur dare, quia decessit impubes: ergo nec hic: & est hic nugatio quædam. sic suprà quib. mod. pig. uel hypo. sol. l. si debitor. §. 1. Azo.

e Duntaxat demõstratio. Quasi dicat, non conditio repetita: non enim debet uideri conditio repetita, quæ uitiaret legatũ: sic ӡ. de verbo. obli. l. Titia. §. 1. in dubio non uidetur repetita: ut ӡ. e. l. seruo alieno. §. si ab impubere. & l. si cui. §. si à filio. & l. licet. & ī. de hæred. insti. l. si sub conditione. & facit ӡ. tit. 1. l. cũ pater. §. ab intestato. & ī. eo. l. legata inutiliter.

f Si quis plures. Puta x. Et not. secundum R. quod hæc l. & aliæ, quæ legatariis electionẽ dant sic sunt intelligẽdę, ut ex pluribus nec hæredi deteriorem, nec legatario meliorem eligere cõcedant: ut infrà eod. l. legato. R.

g Hæres elegerit. Scilicet, quandocunq; etiã post suã moram, licet sm R. aliud sit, quando in genere: uel quãdo non sensit de certo: vt ӡ. eo. l. legato. & s. e. l. qui duos. quæ sunt contra. & reddebat rationem: quia non sic uerbum singulare, ut generale transfert electionem. Tu dic ad l. qui duos. quod hic sensit testator de aliquo certo, quod ex eo apparet, quia nomen Stichi apposuit, per quod nomen quisq; dignoscitur: unde uoluntatem defuncti hæredi magis[3] vt det quem uelit quam legatario interpretari concedit. ī. uero de nullo certo sensit: quia nec nomen propriũ adiecit, unde legatarii est electio, sicut & ubi in genere: ut ӡ. e. l. legato. & l. si seruus legatus. §. cum homo. Et not. s. sa. ce. l. hæredes. §. si incerto. Item cõtra ī. de testa. tut. l. duo. Sed ibi certo iudicio debet in tutela cauere: ut Insti. eod. §. tutor. sed adhuc subest quæstio. Sed dic ibi periculosum esse pupillo, si esset ille de quo non sensit: hic autẽ quicquid habeat legatarius, sibi commodum esset. Item facit ӡ. de vi. tri. leg. l. cum certum. Sed argu. contra ī. de iure deli. l. 1. in fi.[4] Item quid si dixit unũ de Stichis? Rñ. habet locum l. qui duos quia non sensit de certo.

h Debebitur. Vt ӡ. tit. 1. l. cum pater. §. fi. & infra eod. l. si hæres. §. 1. Accursius.

[*] In P. fl. nõ est, hæres.

[2] Cõcor. tex. in c. si tibi. cum ibi no extrà, de testa. & in e. nos quidẽ. eo. tit. & aliquid in e. si cautio quam. de fide instrument.

[3] Hãc gl nota. dicit Bart. in l ita stipulatus. nu. 8. q declaratio spectet ad hęredẽ. ff. de verb. obli.

[4] Dic quod ibi incertitudo erat in verbis prorogatis

Si

Paulus libro v. regularum. XXXIII.

SI pluribus eadem res legata fuerit: si quidē cōiunctim, etiam si alter uindicet, alter ex testamēto agat: [a] non amplius, quam partem habebit is, qui ex testamento aget. Quod si separatim: si quidem euidentissimè apparuerit, adēptione à priore legatario facta, ad secundum legatarium testatorem conuolasse: [b] solùm posteriorem ad legatum peruenire placet. Sin autem hoc minimè apparere potest: pro uirili portione [c] ad legatum omnes uenire: scilicet nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus esset, vtrúque eorum solidum accipere voluisse: tunc enim vni pretium, [d] alij ipsa res assignatur: electione rei, uel pretij seruāda ei, qui prior de legato, fideive cōmisso litem contestatus est. [e] ita tamen, ut non habeat licentiam altero electo, ad alterum transire.

Vlpianus lib. xxj. ad Sabinum. XXXIIII.

PLanè ubi transferre uoluit legatum in nouissimum, priori non debebitur, tametsi nouissimus talis sit: in

ideo declaratio est iudicis. hic in verbis testatoris: ideo declaratio ē hæredis, ſm Bart. hic.

SI pluribus. CASVS. Titio & Sempronio legaui fundum Cornelianum: & sic fuerunt re, & uerbis coniuncti: certè quilibet debet habere dimidiam, quacunque actione quilibet eorum agat pro hoc legato cōtra hæredem. Quid si ita dixi, Titio lego fundum Cornelianum, & Sempronio lego eundē fundum Cornelianum: & ita sunt separati uerbis, non tamen re? Certè aut apparet uoluisse testatorē adimere primo, & dare secundo, aut non. primo casu secundus habebit totum fundum: secundo ueniet ad legatum quilibet pro dimidia, nisi testator uoluisset quemlibet habere solidū: quia tunc unus debet habere fundum, & alter æstimationē. Sed qui habebit electionem, utrum habeat fundum, uel æstimationem? Et certe ille qui primo fuerit litem contestatus super uno de eis postquam tamē fuerit litem contestatus super uno, puta super æstimatione: non poterit postea petere fundum. dixi ergo suprà ꝙ quando testator vult adimere primo, & dare secundo: secundus debet habere, & primus amittere. Sed quid si cum de secūdo non erat testamenti factio, id est non poterat capere legatum? Certe nihilo magis habebit primus. Dixi ergo tibi, quando quibusdam coniunctim lego re, & uerbis, & quando lego aliquibus separatim uerbis, & coniunctim re: modo uideamus, quando legaui fundū Cornelianum quibusdam, & quosdam eorū posui coniunctos re, & uerbis & quosdā coniunctos re, & separatos uerbis: puta ita dixi. primo, & secundo, & tertio lego fundū Cornelianum: quarto lego fundū eundē: quinto lego fundū eundem. quomodo admittētur ad petitionē legati? Et certe tres coniuncti re, & uerbis loco unius habentur, & habebunt dimidiam fundi: ut duo habebūt aliam dimidiam, & h. d. usque ad §. j. l. plane. Viuia.

pars: si disiunctim. partes sibi faciunt per concursum: nisi testator voluerit a primo adimere, uel cuique insolidum concedere. h. d. cum prin. l. seq. Bart.

[a] In P. Fl. ad secūdū legatum.

[b] Cōcor. cum hoc tex. c. pen. in fi. super uerb. cum aliis ante medi. ibi, unde supple. extra, de procur.

a Agat. Vt & j. eod. l. duobus & facit ad sequentia, j. de duob. reis. l. reos. §. 1. & C. si plures una sententia. l. 1. & j. de uerb. obl. l. eum qui. 2. respon. & Insti. eo. §. si eidem. & C. eo. l. si Fortidianum.

b Conuolasse. Sic j. de his quæ pœ. no. l. 2. & j. tit. 2. l. uxorem. §. felicissimo. Accur.

c Portione. Nisi sint qui tam coniuncti re, & uerbis: alii re tantū cōiuncti, sed uerbis disiuncti, tunc coniuncti utroque modo, pro uno reputantur: ut j. l. proxim. 2. respō. & ita ipsi soli habent unā medietatē: alii disiuncti uiriles habent partes alterius medietatis. Azo.

d Pretium. Sic infra tit. 2. l. si res mihi. & infra titu. 3. l. qui duos. §. fi. & infra de manu test. l. Iulianus.

e Contestatus est. Sic s. de procu. l. pluribus. quādoque tamen expectatur sententia, ut sit melior cōditio: ut s. de noxa. l. si quis a multis. & de pec. l. si uero. Et not. ꝙ hic dicit Ioan. ꝙ ante litem contestatam nulli debetur: & tunc demū lite cōtestata incipit deberi, alioqui & duo haberent actionem insolidum, & dominium insolidum, quod est impossibile. sed & dici potest pro parte cuique quæsitum: sed sub conditione insolidum, si prius litem contestetur. quo casu alio contestante, alteri nihil quæsitum uidetur ſm Ioan. & facit j. de iniu. l. iniuriarum actio. & de verb. obl. l. si Titius. & C. de cad. tol. §. ubi autem leg. & s. de iudi. l. qui prior. & no. in fin. de uariatione. similia not. s. de procura. l. in causæ. in prin.

PLane. Casum lа hoc princ. uide in fine casus præce.

Si eadem. Titius in testamento suo legauit mihi bis equum suum, vel ter, uel quater. certè si extat equus, eum mihi debet dare hæres, aliàs æstimationem: sed equum & æstimationem habere non possum, secus si pluries legauit mihi eandem summam, uolens quod pluries eam mihi daret hæres: quia tunc bene potero habere plures. & reddit rationem inter speciē, & summam: sed quod dixi in specie, habebit locum in quantitate relicta tanquam esset species. ea autem quæ consistunt in pondere, numero uel mensura, non uidentur species, sed quantitas: & pluries præstātur, si pluries legata fuerint. Sed pone, ꝙ Titius legauit mihi equum suū in suo testamento, postea Sempronius legauit mihi eundem equum. certe si habeo æstimationem ex testamento unius, bene potero habere rem ex testamēto alterius. Sed quid si Titius legauit mihi equum, & ego eum postea emi a Sēpronio, & habeo ex causa emptionis, nunquid potero adhuc petere dictū equum ab hærede Titii? Certè sic, & consequar ab eo illud, quod mihi abest pro equo, i. pretium quod dedi Sempronio. Item quid si Titius legauit mihi equum suum, & nullū onus mihi imposuit, & Sempronius mihi eundem equū in suo testamento legauit, & rogauit me ꝙ eū restituerē Caio, uel rogauit me, ꝙ darem decem Caio: uel legauit mihi dictum equum dictus Sempronius sub conditione, si darem hæredi suo x. & postea habui equum legatum ab hærede Sempronii prædicti: & sic teneor eum restituere Caio, sicut Sēpronius me grauauit cum mihi legauit, uel teneor dare x. Caio, sicut Sempro. me grauauit. uel teneor dare x. hæredi Sempronii, sicut ipse me grauauit: postea peto equum ab hærede Titii primi testatoris, qui mihi legauit: certè bene possum hoc facere, sed tamen ipse nō dabit mihi equū, uel eius æstimationem, quia iam habui equū ex cā lucratiua: sed dabit mihi illud quod præstare teneor ex testō Sempronii: uidetur. n. illud mihi abesse occasione rei, quam habui ex causa lucratiua: ex quo teneor ad dandum aliis. literam aūt ita prosequaris sicut posui in casu. primo. u. legas vsque ad §. sed si duorum. & illum dimittas, & capias illū, sed si nō corpus. & legas vsque ad §. ꝙ si rem. & ibi dimittas, & reuertaris ad §. sed si duorū, & legas vsque ad §. sed si non corpus. & ibi dimittas, & capias §. quod si rem. & legas usque ad §. si coniunctim. Si coniunctim Titio & Sēpronio legaui fundū Cornelianū: certe quilibet debet habere dimidiā, si ambo capaces sunt:

sunt: si autem unus eorū non est capax, puta, quia seruus est testatoris: nihilominus alter habebit alterā dimidiam: unde pono tibi talem casum. Filium meum impuberem institui, & in hoc testamento equum meū Titio legaui: postea praedicto meo filio substitutū dedi, si intra pupillarem aetatem decederet: & in casum eundem equum legaui Seio: certè quilibet de dictis legatarijs debet habere dimidium in dicto equo. Sed antequam perueniat haereditas ad substitutum: Seius cui legatum fuit à substituto, non potest habere partem equi. nunquid in totum debet habere alius legatarius totum equum? Et dicitur quod nō: imo suam partem tantum, & ita non solum in superiori casu, sed etiam in isto ille qui non potest capere facit partem suo collegatario capaci.

Si duobus. Institui mihi haeredem Titium solum, & eidem Titio, & Caio fundum legaui: certè totum istud legatum pertinebit ad Caium collegatarium: quia Titio a seipso legari nō potuit: & super hoc quod non possit haeredi a seipso legari, ponit aliud exēplum. Ecce institui haeredes Titium, & Caium, scilicet Titium in una uncia, & Caium in undecim unciis: & postea eis fundum legaui: certè quia nullus eorū potest accipere legatū pro ea parte qua institutus est, ut dictum est: capiet quilibet eorum legatum pro parte haereditaria alterius. unde Titius qui fuit institutus in uncia, habebit legatum pro xj. partibus: & Caius qui fuit institutus in xj. uncijs, habebit legatum pro uncia vna: & habeas in secundo responso huius §. unciarum haeredem &c. quamuis autem dixerim, quod haeredi a seipso legari non potest: tamen si institui mihi haeredē, & legaui duobus fundum, & vnus de illis legatarijs extitit haeres haeredi, & sic deuenit pars sua legati ad eum casum, a quo incipere non potest, nihilominus retinebit pro sua parte legatum. Si ita. Legaui hoc modo Titio: habeas tibi fundum Seianum, aut usumfructum: est certè in arbitrio Titii utrum habeat fundum, uel usumfructum. Sed pone quod ita legaui Titio [illegible] fundum Seianum, ut partem eius habeat: certè [illegible] habebit Titius & non plus. Viuia.

a [illegible] constitit, ut infra de adimen. lega. l. & si transferam. Accursius.

* In P. Fl. disiunctique.

cuius persona legatū non constitit. a At si coniuncti b * disiunctique commisti sint, cōiuncti unius personae potestate c funguntur.

Si circa idem corpus multiplicetur a testatore legatum, non debetur nisi semel: secus si à diversis testatoribus. sed si circa quantitatem, vel genus, pluries debetur, si de voluntate testatoris processerit. Barto.

Si eadem res saepius legetur in eodem testamento: d amplius quàm semel peti non potest: sufficitq; uel rem consequi, uel rei aestimationē. Sed si duorum e testamentis mihi eadem res legata est: bis petere f potero: ut ex altero testamento rem consequar, ex altero aestimationem. Sed si non corpus sit legatum, sed quantitas eadem in eodem testamento saepius: diuus Pius rescripsit, tunc saepius praestandam summam: si euidentissimis probationibus ostendatur. g testatorē multiplicare legatum uoluisse, idemque & in fideicommisso constituitur. eiusq; rei ratio euidēs est: quod eadem res saepius praestari non potest: eadem summa uolente testatore multiplicari potest. Sed hoc ita erit accipiendum, si non certum numorum corpus sit saepius relictū: ut puta centum, quae in arca habet, saepius legauit: tunc enim fundo legato esse cōparandum h credo. Sed si pōdus auri, uel argenti saepius sit relictum: i Papinianus respondit, magis summae legato comparandum, meritò: quoniam non species k certa relicta uidetur. Proinde & si quid aliud l est, quod pōdere, numero, mensura continetur saepius relictum: idem erit dicendum. id est, saepius deberi, si hoc testator uoluerit.

Si res legata efficiatur mea, eatenus uales legatum quatenus mihi abest pro ea. Bart.

Quòd si rē emissem n mihi legatam, usque ad pretiū quod mihi abest, competet mihi ex testamento actio. Et multò magis hoc dicendum est, si duobus testamentis mihi eadem res legata sit: * si alter me re-

b Si coniuncti. Hic continua supra l. proxi. ibi pro uirili, &c. ut & ibi dixi secundum Azo. & Hugo.

c Potestate. Ut id solum ambobus praestetur, quod uni soli praestaretur. R. & facit infra de dot. praeleg. l. a. ij. respon. & C. de impu. & ali. substi. l. fin. & infra eod. l. huiusmodi. §. si Titio. & supra de haered. insti. l. Titius fundi. & s. de usufr. accre. l. si quis. H.

d In eodem testamēto. id est eiusdē. nam sine eodem testamento, siue testamēto & codicillis, idem est: ut hic, & j. de leg. 2. l. Maximus. §. duobus. & §. eum. & C. de lega. l. cum quidam. §. fina. & s. si quis omis. cau. testamen. l. si ab instituto. secus si essent duorum ista uoluntates. ut infra subijcit. Accur.

e Duorum. Quorum alter alterius non sit haeres: ut j. eod. l. huiusmodi. §. si Sempronius. quae est contra.

f Bis petere. Haec uera sunt, si prius habuit aestimationē ex altero, secus econtra: ut Institu. de le. §. si res aliena. & infra de act. & obl. l. omnes. quae sunt contra. & argu. s. de usufru. l. si alij. §. rerum. Item hoc si directo: secus si per obliquum: quod dic ut infra eod. l. si seruus legatus. §. 1.

g Ostendatur. Legatarius ergo probat. sed certè imo haeres: ut supra de proba. l. quinquaginta. quae est contra. Solu. haec secundum illam, ut dicatur hic legatarius probare eo ipso quod non probatur contra. secundum Ioan. Tu dic secundum R. & Azo. quod ibi in diuersis scripturis, hic in una. secundum hoc intellige j. de adi. leg. l. cum certū. & facit s. de iure dot. l. cum pater. Item no. hic cuidam permitti uariare. & sic ponunt similia. j. de colla. bono. l. nonnunquam. sed hic magis addidit: quam uariaueris. Item facit infra titu. 2. l. nutu. §. 1.

h Comparandū. No. etiā quantitatem accipi quandoque, ut speciē: ut hic, & j. eo. l. sed si certos. & s. eo. l. talis. §. item si legetur. & j. eo. l. si seruus legatus. §. qui quinque.

i Relictum. Puta marcha argenti. Accur.

k Non species. Imo quantitas: quia consistit in pondere: ut Insti. quib. mo. re contra. ob. in prin.

l Aliud. Ut decem pondo auri, uel olei.

Idem. Quod supra ea. l. §. sed si non corpus.

n Quod si rem emissem. Ab alio non ab haere. alioqui actione ex empto repeteres pretiū: ut j. ea. l. huiusmodi. §. qui sequu. & s. de act. emp. l. cum tes. & facit j. ad l. Fal. l. 4.

Restituere.

* In P. Fl. sed alter me restituere &c.

Per hāc glo. limitabis & restringes isto textu isto, l. fin. C. de codi. & l. Papi. §. sed nec impuberi. s. de inoff. test. cui concord. tex. i. e. cū cessante. extra de appell. de qua uide text. in l. gl. iustit. s. de re iudica.

stituere[a] rogauerit, vel ipsam rem, vel aliud pro ea: aut si sub conditione legasset dandi quid pro ea: nã hactenus mihi abesse res uidetur, quatenus sum præstaturus.[b]

Coniunctus, in cuius persona quoquo modo legatum consistit, vel speratur consistere, facit partem coniuncto. Bar.

Si coniunctim res legetur, constat partes ab initio fieri.[c] † nec solum ij partem faciunt,[d] quorum persona cõstitit legatũ: uerum ij quoque, in quorum persona non constitit legatum: ut puta si Titio, & seruo proprio[e] sine libertate. Sed si in pupillari testamẽto alij legauerit eandẽ rem, quam mihi in suo testamento legauit: Iulianus scribit concursu[f] partes non hr̃e. Interim igit̃ partem[g] habebit is, cui in suo testamento legauit.

Hæres idemque legatarius ab initio non facit partem collegatario: secus si legatarius per personam mediam hæres fuerit. Bar.

Si duobus sit legatum, quorum alter hæres institutus sit: à semetipso ei legatum inutiliter[h] uidetur. ideoq; quod ei à se legatum est, ad collegatarium pertinebit.[i]

Si à legatario legatur hæredibus, hæredes admittuntur pro hæreditariis portionibus. vel sic: Si hæredes grauantur inuicem præstare corpus hæreditarium, quilibet capiet pro hæreditaria portione alterius. Bar.

Inde dicitur,[k] si duo sint hæredes,[l] unus ex uncia: alter ex undecim uncijs, & eis fundus legatus sit: unciarum hæredẽ 11. partes in fundo habiturum: cohæredẽ unciã. Planè si alter ex legatarijs[m] hr̃s extiterit hæredi, à quo legatũ erat relictũ, non ideo minus partẽ collegatario faciet. retinet em̃ ꝓ parte legatũ.

In alternatiua si uerba executiua referuntur ad legatariũ, eius erit electio. Bar.

Si ita Titio legetur, Fundum Seianum, uel vsumfructũ eius sibi habeto. duo esse legata, & in arbitrio[n] eius esse an uelit usumfructum vindicare.

Pars fundi dicitur fundus, si de mente testatoris appareat. B.

Sed & si qs ita leget, Titio fundum do, lego, ut eũ pro parte[o] habeat: mihi uidetur, posse dici, partem habiturum: uideri enim fundi appellatione, non totum fundum, sed partem appellasse. Nam & pars fundi, fundus rectè appellatur.[p]

---

a Restituere. Quo casu id non uidetur mihi relictũ, quod mihi non remanet: ut j. titu. 1. l. cum ei qui. & j. eod. l. non quocunque. Accur.

b Præstaturus. Vt & s. eo. l. non amplius. in princ. & j. de condi. & demon. l. sed si hoc. §. 1. Sed contra j. ad leg. Fal. l. ad ueteran. §. si cui. Item facit supra, de negoc. gest. l. si qs mãdato.

c Ab initio fieri. Idem si disiunctiuæ: ut Insti. de leg. §. si eadem.

ADDITIO. Dic hoc uerum ex postfacto ꝑ concursum, non ex natura uerborum legati: ut C. de cadu. tol. §. si uero non omnes. secũdum Bal. hic.

d Partem faciunt. Id est, ut pariẽ, non totum legatum habeant: ut j. de reb. dub. l. utrum.

e Proprio. Testatoris, non Titij: vt j. tit. 1. l. si mihi pure. Et not. q̃ licet hoc legatum actionis deficiat: ut C. de leg. l. seruus. & j. titu. 1. l. statuliberũ. in prin. & de adi. leg. l. & si transferam. non tamen impij hæredes debent esse &c. vt C. de neces. seru. l. quidam. §. illud. unde secundum R. nõ est omnino inutile. Item contra j. eod. §. si duobus. & plenè dic, ut j. eo. l. huiusmodi. §. si Titio.

f Concursu. Quia uidetur repetitum à substituto: vt j. eod. l. licet.

g Partem. Scilicet suam pleno iure secundũ Io. & sic facit pro Io. in quæst. proposita s. si pars hære. pe. l. 2. Sed Azo & H. dicunt aliã, quam fortè ali⁹ est habiturus, & sic nõ facit pro Io. nam de sua nõ est dubium, & pro hoc s. quib. mod. vsusfr. amit. l. si sub conditione. & facit infra titu. 1. l. si Titio.

h Inutiliter. Vt & infra eo. l. legato generaliter. §. 1. & infra titu. 1. l. Titia. §. 1. & l. fin. §. Seio. Sed cõtra s. de vsufr. accr. l. si qs Titio. Sol. ibi. Itẽ à cohĩde põt ei legari: quod dic ponẽdo casum infra eo. l. legato. §. 1. Itẽ à legatario põt legari hr̃di, vt infra statim subijcit lecũdum vnã lect. & facit s. eo. l. qui filiabus. §. fi. & l. seq.

i Pertinebit. s. §. si coniuncti. contra. sed dic ut j. eo. l. huiusmodi. §. si Titio. Item continua hic j. §. planè.

k Inde dicitur. Quia inutiliter legatur hæredi à semetipso, ergo quod non à semetipso, debet ualere.

l Hæredes. Alleuius. & dic casum secundum Io. quod duo sunt instituti: alter ex vndecim vncijs: alter ex vna, & à quodam legatario cui legata fuerunt cẽtum, legatus est fundus hæredibus: certè habebunt fundum pro hæreditarijs portionibus, scilicet unus pro undecim partibus, alius pro duodecim: quia & pro eisdem partibus senserant onus de centum: & secundum hoc habeas in litera 11. vnciarum hæredem. Vel si habeas unciarum hæredem, secundũ Py. literam: dic casum vt prius: quod duo sunt instituti: alter ex 11. uncijs, alter ex una, & adiecit testator, vobis lego fundũ. nã tale est, ac si dixisset, à te instituto in 11. vnc. lego cohæredi fundũ, & ab alio instituto in vna legaui alij fundum: quibus casibus videor grauare institutum in 11. ut det 11. partes fundi alij, & alium ut det huic vnam: secus si vnum tantum onerasset alteri restituere: quia tunc ille suo cohæredi tenetur insolidum: sed hæc litera non placet R. & secundum neutram positionẽ legatur hæredi à seipso. & sic non ob. s. proxi. §. si duob⁹. Item contra j. eod. l. seruus, §. si ex pluribus. Sol. ut ibi. Itẽ facit j. de stat. liber. l. ita. §. 1. contra.

ADDITIO. Dic quod ibi propria nomina fuerũt expressa: hic non, secundũ Bar. hic.

m Legatarijs. Scilicet extraneis. nam adiungitur ad prin. §. si duobus.

n Arbitrio. Sic j. titu. 1. l. Lucio. & j. de vsufru. leg. l. si fundus Titio. Sed contra s. de iur. dot. l. plerunque in fi. Sol. in vltima uoluntate speciale. Item contra j. tit. 1. l. si ita relictum. §. fi. Sol. ibi est dato: hic habeto. Vel sol. ibi.

o Pro parte. Quæ intelligitur dimidia: vt j. de verbor. sign. l. nomen filiarum. §. portionis.

p Rectè appellatur. Sic supra, communi diuid. l. communi diuidundo. §. 1. & j. de uerb. sig. l. locus. & l. appellatione. & supra, eod. l. quod in rerum. §. pen. & de fun. dot. l. dotale prædium. §. 1. sic & in domibus pariete interposito: ut supra, commu. præd. l. si quis duas. §. planè. Sed contra hunc §. infra tit. 1. l. Caius. §. fin. Sol. ibi. Item facit infra titu. 1. l. si quis seruum. §. 1.

† Qui cõiuncti faciant, uel nõ faciãt partes iure digestorum, pulchre explicat Vldaric⁹ Zasius I intellectib⁹ suis singularib. q & §. hũc intelligit de ijs qui re, & uerbis coniuncti sunt.

† Per hãc gl. cũ suo textu limitabis, & restringes tex. in l. si quis arbitratu. j. de uerb. obli. de qua materia recurrea ad l. fin. §. sed & si quis. C. comm. de leg. : Mãdo. I 13. q. 13. Reg. cancel. not.

SI alienum. CASVS Legaui tibi seruum alienū, postea dominus serui prædicti eum manumisit antequam hæres meus esset in mora dandi tibi dictum seruum, vel æstimationem: certè ad nihil tenebitur hæres meus. Vinianus.

a Hæres. Secus si suā, vel testatoris: vt j. qui & à quib. l. hæres seruum.

b Nihil. Nisi culpa vel mora possit ei obijci. vt j. de verb. obl. l. si seruum. §. 2. & l. ia qui. & Inst. eod. §. si res legata. cum §. seq.

Interitu speciei sine culpa, hæres liberatur. Bar.

Paulus libro iij. ad Sabinum. XXXV.

SI alienum hominem hęres a dare damnatus sit, & hic à domino manumissus sit, nihil b ex hoc legato debetur.

Si duobus diuersæ species seruorum legantur, serui qui participant de vtraque debentur: siue fuerint excepti obscurè, siue non excepti. secus si clarè fuerint excepti. Bartol.

Pompo. libro vj ad Sabinum. XXXVI.

TItiæ c textores meos omnes, prterquā quos hoc testō alij legaui lego, Plotiæ † vernas meos omnes, præterquā quos alij legaui, lego. Cū essent quidā vernæ, ijdē & textores: Labeo ait, quoniā nec quos Titiæ textores non legauerit, aliter apparere possit, quā si cognitum fuerit, quos eorū Plotiæ legauerit: nec quos Plotiæ vernas non legauerit intelligi possit: d neutrius legato exceptos esse eos, de quibus q̄ritur. & ideo communes ambobus esse. Hoc enim iuris est, & si neutrius legati nomine quicq̄ esset exceptū. e Quòd si hoc modo esset legatū, Textores omnes pter vernas: & rursus, Vernas oēs præter textores: qui & vernę & textores essent, neutri fuisse legatos.

Inter &, & cum, non est differentia, quando ponuntur inter personas. Bar.

Nihil distat, f vtrū ita legetur, Titio, & Mæuio: an ita, Titio cum Mæuio. vtrobique enim coniunctim legatum videtur.

Si quantitas debetur ratione speciei, perempta specie debitor liberatur.

Si alteri Stichū hæres dedit, quem duobus dare damnatus fuerat: & ante quam interpellaretur ab altero, Stichus mortuus est: hæres non tenetur: g quia nihil per eum factū intelligitur.

In legato generis electio est legatarii, vt mediocrem eligat: sed si testator sensit de certo, electio est hæredis. Bar.

Vlpianus lib. xxj. ad Sabinum. XXXVII.

LEgato generaliter relicto veluti hominis, Caius Cassius scribit, idem esse obseruandum, ne vel a optimus, vel pessimus h † accipia-

TItiæ textores. CASVS. Quidam habebet multos seruos textores, qui non erant vernæ. i. non erant nati ex ancillis testatoris & habebat vernas, qui non erant textores, & multos alios, qui erant vernæ simul & textores, & dixit taliter in testa. suo: Titię lego omnes textores meos, præter illos textores quos i hoc testa. legaui alij. Plotiæ autem lego vernas meos omnes: præter illos vernas quos legaui aliū in hoc testamento. q̄ritur quid erit de illis, qui erant vernę, simul & textores? Et dicitur quod Titia & Plotia habebunt eos. & reddit rationē quare: quoniam nec quos &c. est alia ratio, hoc enim iuris &c. secus autem esset, si ita dixisset: Textores omnes præter vernas. lego Titiæ, & vernas omnes præter textores lego Plotiæ. nam illo casu illi qui sunt vernæ simul & textores, non videntur legati alicui earum. Nihil. Dixi supra, eod l. planè a. respon. quod illi qui sunt coniuncti re, & verbis, loco vnius habentur: nunc dicit quod cōiunctionem facit dictio cum. Si alteri. Legaui Stichum duobus insolidum, vnde tenetur hæres vni legatario ad dandum Stichum, alteri æstimationem: ut s. eo. l. si pluribus. in verbo. s. nisi ipse & cætera. fuit hæres interpellatus ab uno de legatariis, vt solueret ei Stichum: & postea apud legatarium decessit Stichus, antequam interpellaretur hęres ab alio legatario pro æstimatione. certè non tenetur amodo hęres: quia non est factum per eum ut Stichus moriatur. Viu.

c Titiæ. Cum quis testator haberet plures seruos textores, quosdam emptitios, quosdam natos de ancillis, qui dicuntur vernæ, dixit sic in testa. Omnes seruos textores lego Titiæ præter illos, quos alij legaui hoc testamento: & omnes vernas lego Plotiæ, præter illos, quos alij legaui hoc testamēto. certè cum omnes sint textores, nihil videtur primo legatum quod in exceptione non videatur secundo datum. vnde perinde est ac si diceret, Titiæ, & Plotię, omnes seruos meos textores lego, secus quando primo omne legat, & excipiendo nulli legat: quia nulli aliquid debetur. Nota ergo quod exceptio debet discerni ab eo a quo excipit, vt valeat.

d Intelligi possit. Subaudi aliter quā si apparuerit quot vernarum Titiæ legauit: si non habes in textu hoc quod subiicit, aliter quam si cognitum &c.

e Exceptū. Sed sic simpliciter dictum Titiæ textores, Plotiæ vernas lego. sed quidam illud habēt in text. sed tunc est contra j. de lega. 3. l. seruis vrbanis. §. si. Sol ibi. Item contra, j. de pec. le. l. seruo manumisso. Sol. ibi. Item contra. j. de le. 3. l. lez. seruia. §. si vnus. sed dissimilis casus est. Item dic. vernā natum esse ex ancillis nīis: vt Instim. de leg. §. huic proxima. Item adhuc contra j. de lega. t. l. vxorem. §. codicillis. Solut. ibi ideo ne diuidatur legatio.

f Nihil distat. sit s. cōmod. l. si ut certo. §. si me. & j. eo. l. si qui sequalimus. §. si i. a. & j. de reb. dub. l. si is. §. 1. & s. de vsufr. accresc. l. si quis Titio. Sed arg contra de fund. instrud. si cui. & s. depo. l. t. §. quæ depositis. Sol ut ibi.

g Non tenetur. Sic j. eo. l. filiusfa. § fi. & j. de actio. & obl. l. is qui. & s. eo. l. si hæres. & dic vtriqꝫ insolidum legatum: ut s. eod. si ex pluribus. § pen.

LEgato. CASVS. Legaui tibi hominem in genere, certè tu legatarius qui habes electionem, non potes capere meliorem seruum de hæreditate mea, puta actorem, id est, castaldum: nec hæres poterit dare deteriorem. unde accipias mediocrem, secus si non legaui in genere: sed cum haberem plures fundos Titianos, legaui tibi fundum Titianum: nec apparet de quo, nam tunc tu hæres habes electionem: sed si appareat, ille dabitur: & quod dico in fundo, idem est in lance legata. Vin.

h Pessimus. Idē in cæteris rebus, puta animalib. quæ sunt

† Qui apud veteres vernę dicti fuerint, & vnde, Alc. ab Alex. Genial. dierū. li. 3. cap. 22.

Verna qs dicatur.

a P. Fl. ne optimus.

† Nā promissio in genere, mediocritatē significat. & cōcordat c. literas. cū glos. super ver. in electiuum. extra, de filiis presb.

tur, [a] quæ ſententia reſcripto imperatoris noſtri, & diui Seueri iuuatꝰ qui reſcripſerūt, homine legato actorē nō poſſe eligi. Si de certo fundo ſenſit teſtator, [b] nec appareat, de quo cogitauit: [c] electio hæredis erit, quē uelit dare. at ſi appareat, ipſe fundus uindicabitꝰ. Sed & ſi lancem legauerit, nec appareat quam: ęq̄ [a] electio eſt hęredis. quàm uelit dare. [d]

Actio pro legato diuiditur inter hæredes: & ideo pōt unus acquirere, alius repudiare, licet defunctus non poſſit. Bar.

Pomponius. libro vj. ad Sabinū. XXXVIII.

Legatarius pro parte acquirere, ꝓparte repudiare legatum nō poteſt: [e] hæredes [f] eius poſſunt, ut alter eorum partem ſuā acquirat, alter repudiet.

Non dicitur legatum, ex quo eſt repudiatum. Bar.

Si legatum nobis relictum conſtituerimus nolle ad nos pertinere: ꝓ eo erit, quaſi nec legatū [g] q̄dē ſit: & ideo dicem⁹, nec confuſas [h] ſeruitutes, ſi fortè prędiū mihi legatū prędio meo debuerit ſeruitutes. Sed & īegra furti actio manebit, ſi ſeruus legatus ſit ei, cuius nomine furti agere poterit legatarius. [i]

Seruū exiſtentem in fuga, uel in lōginquo tempore teſtamēti, hæres debet ſuis ſumptibus perſequi, & legatario dare. Bar.

Paulus libro xxj. ad Sabinum. XXXIX.

Cum ſeruus legatus in fuga eſſet, [k]

ſunt talis generis, in quo reperiuntur nōnulla, quæ nō habere magis expediat quā habere. ſ. ut detur mediocris. in cæteris nempe ſecundu regulam, ut multis exēplis oſtendit, id quod minimū eſt, pręſtatur: ut ſ. eod. tit. l. ſi ita. in fi. & j. eo. l. ſi idem Iulianus. §. ſcio. & l. ſi domus. & j. tit. i. l. ſi ita relictum. §. ſi. & j. tit. 2. l. qui concubinā. §. 2. & l. numis. ſecundum R. Itē adhoc quod mediocris eligatur, eſt C. de dona. l. ſi quis argu. §. 2. & C. cō. de leg. l. fi. §. 1. & j. eo. l. ſi hæres generaliter. Sed quis habet electionē rei relictę in genere qū non minima eſt dandaꝰ Reſp. aut eſt genus generaliſſimū, ut legu rem, vel ſubſtantiam, & non valet. Aut ſubalternum, vt animal, & tunc idem: quia dando muſcā liberaretur. vnde eſt deriſoriū his duobus caſibus, vt de fundo iam dicam. Aut in genere inferiori: & tunc aut res eius generis habet certos fines à natura deſignatos: vt bos, equus, homo: aut habet fines ſola deſtinatione hominis: vt fundus: vt ſupra eodem, l. quod in rerum. §. ſi aut facto hominis: ut domus. nā per factū hominis de una fiunt duæ: uel de duabus una, reiectū uel appoſito pariete: ut ſ. cōmuni. prę. l. ſi q̄s duas §. 1. in prin. Circa electionē triplex eſt opinio. nam R. dat hæredi electionē ab initio, ſed ſi differat, tranſit electio in legatariū: ut & alias ſ. de ſerui. l. ſi cui. & j. de ſolu. l. 1. & ita ſoluit nodum multarū legum, quarum aliꝫ dant hæredi: aliæ legatario. ſed H. econtra ſemper legatario. Tu ſecundum Io. diſtingue: aut teſtator relinquit ſeruos, uel boues in ſuo patrimonio: & tunc eligit legatarius, ut hic, & Inſt. de leg. §. ſi gñaliter. & j. eo. l. ſi ſeruus legatus. §. cum homo. & j. de opti. leg. l. 2. & ſ. fam. ercis. l. hæredes. §. ſi incertū. Aut nō: & tunc hæres eligit: ut j. de tri. leg. l. 3. in prin. & l. 4. ubi autem teſtator de certis ſeruis reliquit incertum. aut ſenſit de certo, & hoc apparet per aliqua indicia: & tunc hæres eligit: ut ſ. e. l. ſi quis à filio. §. ſi quis. & arg. j. proxi. §. & arg. j. eo. l. ſi domus. primo reſpon. aut non ſenſit de certo, & tunc legatarij eſt electio: ut ſ. eo. l. qui duos. in ſecūdo dic ſcilicet in fundo quod non ualet: ut ſ. de iur. do. l. cū poſt. §. gener. & eſt rō: quia dando palmū terrę hęres liberatur, cum ſola deſtinatione conſtituatur fundus, ut d. l. quod in rerum. §. ſi in tertio, ſcilicet domu, dic ut j. eo. l. ſi dominus. in prin.

[a] Accipiatur. Per legatarium. eſt ergo eius electio: licet R. contra, ut ſtatim dices.

[b] Teſtator. Quia dixit Titianum: cum tamen plures Titianos haberet fundos: ut j. eo. l. ſi domus.

[c] Quo cogitauit. Vnde ſecundum cōmunem regulam inutile debet fieri legatum: ut de tutore dato cum eſſent duo Titij, legitur ſ. de teſt. tut. l. duo. R. ex benignitate ergo detur electio hæredi potius, quam pereat omnino. Et no. quod R. inducit hoc ꝓ ſe, ut relicti in genere hæres habeat electionem: quod dic ut ſ. proxi. Sed quid ſi non habeat fundum aliquem, ſed ſenſit de Titiano: cum uicini ſui plures haberent Titianos? uidetur legatarij electio: ut in ſeruis dixi ſ. proxi. ut illū teneatur hęres emere, & dare.

[d] Quam velit dare. ſed j. de auro & arg. lega. l. qui lācē, contra. Solu. ibi teſtator dixit minorem, vnde de media intelligitur: ut Inſtitu. de capit. dimi. §. 1.

Legatarius. CASVS. Legaui tibi fundum, tu vis habere medietatē, & aliam repudiare: certè nō potes. ſin autem decedas relictis duob. pone hæredibus, unus bene pōt acquirere ſuam partem, & alter repudiare. Si legatum. Legaſti mihi fundum tuum, qui fundo meo debebat ſeruitutē, certè ſi accipiā legatum, extinguitꝰ ſeruitus: ergo meꝰ fundus meo fundo ſeruire non poteſt. Si autem repudiaui legatū, non extinguitꝰ ſeruitus: quia perinde eſt, ac ſi mihi nō fuiſſet legatus, ex quo repudio: & idem eſt ſi legas mihi ſeruum tuum, qui mihi fecit furtum, ut ſi accipiam legatū extinguatur actio furti: ſi autem repudiem, non extinguatur. Viuia.

[e] Non poteſt. Vt j. ti. 1. l. 4. 5. & 6. & l. ſi cui tes.

[f] Hæredes. Poſſunt. j. de condi. & demon. l. cui fundus. in fi. contra. Sol. illud intelligitur, niſi det totū hęredi, quod debet ei dare. ſed illo dato poterit partem habere unus hæredū. Itē contra j. de uer. obli. l. 1. Sol. ibi ſtipulatio non recipit diuiſionem: hic autem res legata ſic, & facit ſ. de uſufruct. l. ſi alij.

[g] Nec legatū. Vt & j. e. l. ſeruū filij. §. 1. & l. ſibi homo. §. cū ſeruus. & ſ. ad le. Aquil. l. nā ſic. & ar. ſ. de iureiu. l. nō erit. §. ſi neq;. & C. de cur. fur. l. fi. §. pe. Acc.

[h] Nec confuſas. Quod eſſet ſi idem prædij utriuſque dominus eſſe cœpit: ut ſ. quemadmo. ſer. amit. l. 1.

[i] Legatarius. Qui extingueretur, ſi dominus eſſet factus, ut j. de. fur. l. à Titio. & facit infra de mann. l. 2.

Cum ſeruus. CASVS. Legaſti mihi Stichū ſeruū tuū, poſt mortē tuā ille Stichus aufugit cum culpa hæredis tui. Certè dicitur hic, q̄ non ſolū operā in eum requirendo, ſed etiā ſumptum hæres præſtare debet. Sed & ſi legaſti mihi fundū ruſticū, & hæres tuus fuit in mora præſtandi tenetur ad fructus etiam. & idē eſt ſi legaſti mihi ſeruos, & hęres tuus fuit in mora, nā tenetur ad operas: & idē eſt ſi legaſti mihi iumēta, uel boues, uel nauē, uel pecuniā. & non ſolū fructus tenetꝰ hęres pręſtare poſt moram: ſed etiam interitum rei legatæ: ſicut euenit in ſtipulatione. Item tenetur ad partus ancillarū legatarum. Itē tenetur præſtare, ſi hæreditatem uel legatum acquiſiuit ſeruus legatus. Viuia.

[k] In fuga eſſet. Tempore teſtamenti vel die ſecundo poſt mortem culpa hæredis. Accur.

[a] Natura huius dictionis æque, eſt parificare, nō ſolum in qualitate, ſed etiā in ſubſtantia, & effectu. Mando. in glo. Facult. §. Et in ipſa in ver. æquè. vbi ēt alia prin hac dictione æque.

Rei legatæ cuiuſ electio.

uel longinquo absens exigatur: [a] operam præstare hæres debet, ut eam rē requirat, & præstet. & ita Iulianus scribit. Num & sumptum in hanc rem facere hęres debeat.

Idem. XL.

APhricanus † libro xx. epistolarum apud Iulianum [b] quærit: putatq; sumptum pręstādum, quod & ego arbitror sequendum.

Hæres post mortem tenetur de fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt: & de interitu, & omni casu. Bart.

Fructus autem ij deducuntur [c] in petitionem, nō quos hęres percepit, sed quos legatarius percipere potuit: & id in operis seruorum: uel uecturis iumentorum, uel nautis nauium dicēdum. Quod in fructibus dicitur, hoc & in pensionibus urbanorum ędificiorum intelligendum erit. In usurarum [d] autem quantitate mos regionis erit sequendus. Iudex igitur usurarum modū æstimabit, & statuet. † Ipsius quoque rei interitum [e] post moram debet: sicut & in stipulatione. si post moram res interierit, ęstimatio eius præstatur. Item partus ancillarum, & si seruus fuerit legatus, & vel hęreditas, [f] vel legatū, vel aliud per eum acquisitū sit, hęres præstare debet.

Res mea testatori debita mihi p test legari & in quo consistat legatum, declarabit: euentus. idem in re aliena testatori debita. Bart.

Si Titius rem à me emisset, & eandem mihi legasset ante quam ei traderem, mox ei tradidero, & pretium recepero: uidetur quidem is prima facie rem mihi meam legasse: & ideo legatum non consistere. [g] sed ex empto actione liberatus, [h] vtiq; per legatum rem vindicare potero, quā tradidi. Sed si nondum erat solutum mihi pretiū: Iulianus scribit ex vendito quidem me acturū, vt pretiū consequar: [*] ex testamento uerò ut rem, quā uēdidi, & tradidi, recipiā. Idem subiungit, si pretiū quidē mihi erat solutum, rem autem nondum tradideram: ex testamento me agentem, liberationē consequi.

IDem † Iulianus scribit, si fundum testator,

[a] Exigatur. Scillicet per legatarium ab hærede. Distingue ergo quatuor tempora: scilicet tempus testamenti. & tunc suo sumptu hęres recuperat: ut hic. Si autem dubitetur sit in rerum natura, uel nō, tunc cauet: ut j. eo. l. seruo legato. §. fi. Item post testamentū ante mortem: & tunc hæres prosequitur sumptu, & periculo legatarij. & est ratio: quia debet dari, vbi erat tempore testamenti: ut j. eod. l. si seruus legatus. r. resp. Si autem post mortem, & aditam hæreditatem, & tunc aut culpa hæredis: & tunc tenetur ad æstimationem, aut non. & tunc cauebit de restituendo, si ad eum peruenerit. Sed si alien⁹ sit, uel hæredis, similiter distinguitur sit in culpa fugæ, vel nō: vt j. e. l. cū res. §. itaque si Stichus. & §. seq. & j. tit. 1. l. si quis seruum. hoc etiam casu cum fuerit in culpa posset hic loqui. Si autē ante aditā, uidetur idem: cum etiam in alieno potest culpa committi post aditam hæreditatem: ut j. eod. l. cum res. §. sed si alienus. & arg. j. de regu. iur. l. omnis hæreditas.

APhricanus. Casus in hac l. usque ad §. si Titius. fuit continuatus in casu præcedenti. Si Titius rem. Vendidi equum Titio, & ipse Titius eundem legauit mihi in suo testamento, antequam traderem ei ex causa venditionis, & antequā solueret mihi pretiū: postea ego tradidi ei equum prædictū ex causa uenditionis, & ipse soluit mihi pretium: & sic apparet, quod tempore legati ego uenditor habebam dominium rei legatæ: & sic non uidetur ualuisse legatum: cum res mea mihi legati non possit, & tamen dicit, quod actione ex testamento uendicare potero ego uenditor dictum equum ab hærede emptoris. si autem post legatum relictum mihi uēditori ab emptore ego tradidi ei rem, ipse autem non tradidit adhuc mihi pretium: tunc actione ex uendito petam pretium, & actione ex testmento equū. Sed econtra, si ego non tradideram ei equū, sed ipse mihi pretium: sic potero agere ex testamento contra hæredem, ut me liberet ab actione ex empto. dictum est ergo quando emptor uenditori legat rem, quam ab eo emit. Sed quid si legat alicui alij tempore, quo nō erat adhuc ei tradita. Certe hæres tenetur pręstare legatario actionem ex empto: quam habet contra uenditorem. Viuianus.

[b] Apud Iulianum. Continuatur pręcedenti l.

[c] Deducuntur. Ratione fugæ. & dic deducuntur, id est, detrahuntur qđ posset esse uerum secundum primam positionē casus superioris legis: sed non bene accederent sequentia: & ideo dicas fugisse post mortē, & culpa hæredis, & deducuntur. i. inducuntur in petitione, & cōcordāt ad sequentia. j. ti. 1. l. is qui. & l. patronus.

[d] In usurarum. Facit s. de admi. tut. l. tutor qui repertorium. §. ea cæteris. & s. de usur. l. 1. §. fi. & l. Herennius. 2.

[e] Interitum. ut j. e. l. cum res. in fi. & l. seruus legatus. §. si seruus.

[f] Hæreditas. Infra eod. l. si tibi homo. §. cum seruus. in fi.

[g] Non consistere. Quia quod meum est, amplius meum fieri non potest: ut Inst. eod. §. sed si rē legatarij. & C. eod. l. propria, sed tamen hic ualet: quia potius qđ ei debetur, videtur mihi legare quam quod sit meum: unde saltem consequor liberationē. & facit ad hoc j. de lib. lega. l. si ei cui. & s. de usufruc. l. quoties. §. si colono. & s. loc. l. si in lege. §. fin. & j eod. l. si tibi homo. §. valet.

[h] Liberatus. Per traditionem, quam feci.

IDem. Casus in princip. ponitur cum casu præcedenti. Si quis alicui. Legaui tibi ius cædendi lapidem in fundo meo, in quo erant fortè lapidicinæ. Certè nō transiuit it ad hęredem tuum, nisi ego fecissem mētionem de hęrede. Hæres. Tributa debebat fundus meus Titianus fisco, uel alia de quibus dicitur in litera. cum fundum tibi legaui, & à te legatario nouo possessore exacta sunt prædicta. certe hæres meus tenetur tibi ad id reficiēdum, & secundum hoc expone literam. Scio ex facto. Titius habens duos fundos Cornelianos, quorum unus erat maioris pretii quam alter, legauit mihi fundum Cornelianum: & non apparet de quo: nec apparere potest per probationes legatarij. minor certè intelligitur legatus. Constat. Rem Titij legaui Sempronio, certè ualet legatum, quamuis difficilè sit

Seruus fugitiuus legatus cui⁹ sumptibus quæri debet.

† Aliàs incipit, apud Iulianum.

† In quibusdā exēplar. legitur Ipsi⁹ quoque rei interitū post moram: sicut ī stipulatiōe. Itē partus ancillarū: & si seruus fuerit legatus, & uel hęreditas, vel legatū, vel aliud per eum, &c.

* P. F. exequar.

† Aliàs est §.

fit hæredi meo emere eam, puta quia Titius eam non vult vendere, uel nimis magnum pretium petit. Sed quid si legaui rem, quæ publicis vsibus seruit: uel quæ in patrimonio imperatoris est? Certe non ualet legatum: adeo vt æstimatio non debeat præstari. Vnui.

a Ex empto. Quasi uideatur legasse ius quod habebat: vt s. prox. l. §.

b Cedere. Hæc posset esse seruitus prædialis, si ad vtilitatē prædij quod haberet legatarius, ei legaretur: vt s. de ser. rust. præd. l. ergo. & l. veluti. & transiret ad hæredem. hic ergo nō habebat prædium ad cuius vtilitatem constitueretur illa seruitus unde ius est personale: non dico seruitus personalis: ut no. in eod. titu. l. pecoris. sic & alibi. j. de vsufru. lega. l. j. & de ser. leg. l. pater. & in d. l. pecoris.

c Præteritum. Imò legatari' possessor: vt infra de publi. & vect. l. Imperatores. & C. sine censu vel re. l. si quæ sunt contra. Sol. dic cogi tur legatario: vt j. d. censi. l. cum possessor. §. fi. & facit j. ti tu. 2. l. qui concubinā. §. q hortos. Ac.

ADDITIO. Quæri hic Bart. § est rō, quod hæres tenetur? Et respon. quia res est obligata: ergo hæres tenetur el luere: ut l. fi. res. j. eod. secundū Iac. de Are. & Bar.

d Solarium. Alias solariū: quia pro solo. alias salarium: & omnia hæc agnoscit fructuarius pro futuro tempore: ut j. de vsufruct. leg. l. quæro. & s. de usuf. l. si pendentes. §. si quid. & l. hactenus.

e Ferebatur. Id est dicebatur à sapientibus.

• In P. F. fatebatur.

quem ab alio emerat, mihi legauit: hæredem cogendum, mihi actionem ex empto a præstare. sed si nondū res tradita fuerit vel defuncto, vel hęredi.

Si uerba legati referuntur ad factum, in dubio concessio intelligitur personalis. Bar.

Si qs alicui legauerit, licere lapidem cędere: b quæsitum est; an eità ad hrdē hoc legatū trāseat? Et Marcelli' negat ad hæredē hoc legatum transmitti, nisi nomē hæredis adiectum legato fuerit.

Onus tributi, & uectigalis spectat ab hæredem pro tempore præterito. Bar.

Hæres cogitur legati prędij soluere vectigal præteritū, c vel tributū, uel solariū, d uel cloacariū, uel pro aquæ forma.

In dubio debetur quod minus est. h. d. Bar.

Scio ex facto tractatum, cùm quidā duos fundos eiusdem nominis habens legasset fundum Cornelianum, & esset alter pre tij maioris, alter minoris: & hæres diceret minorem legatū, legatarius maiorem: vulgo • fereba tur, e vtiq; minorē f eū legasse, si maiorē non potuerit docere legatarius.

Res quæ non est in commerci commercio, uel est in magna difficultate, non potest legari. secus

f Minorem. Sed si vellet hæres dare maiorem, utique poterit: ut infra, de verbor. obligatio. l. qui ex pluribus. nam is minor intelligitur: vt Instit. de actio. §. præterea. & infra, de condit. & demon. l. sub diuersis. & l. leuissimam. & sic intellige j. tit. t. l. si ita relictum. §. fi. & not. minimum uideri legatum, quod plenè not. supra, eo. l. legato. Sed arg. contra j. tit. t. l. Caius. §. fi. Itē contra j. de auro & arg. leg. l. qui lancem. Solu. minor ibi media dicitur: ut Instit. de ca. di. §. t. Item arg. contra supra, de test. tut. l. duo.

g Difficilis. Sed non multum difficilis: alioqui contra vt in fine huius l. & j. de statulibe. l. cum hæres. §. non est. & j. titu. 2. l. non dubium. § fin.

h Principalib. vt ibi solatietur, vel faciat hastiludium.

i Martium. Ad vsum publicum. &c.

si est in commerci commercio, sed non legatarii absque eius delicto: quia tunc æstimatio debetur. h. d. cum l. seq. Bar.

Constat etiam res alienas legari posse: † vtique si parari possint: etiam si difficilis g earum paratio sit. Si uerò Salustianos hortos, qui sunt Augusti, uel fundum Albanum, qui principalibus h vsibus deseruit, legauerit quis: furiosi est, talia legata testamēto adscribere. Item campum Martium, i aut forum Romanum, uel ædem sacram legari non posse constat. Sed & ea prædia Cæsaris, quæ in formam patrimonij redacta sub procuratore patrimonij sunt, si legētur, nec æstimatio k eorū debet præstari, quoniā commercium eorum, nisi iussu principis, non est: cum distrahi non soleant.

k Nec æstimatio. s. de eōtrah. empt. l. pacta. §. si. contra, vbi dicit posse uendi. Sed dic Iter ignorantes, ut uenditoc teneatur: ut in eod. titu. l. & liberi. Vel solue vtibi. & facit s. de offi. proc. Cæsa. l. j. §. t. & de tran sact. l. nulli. & facit Insti. eodem. §. nō solum. Acc.

SEd si res. CASVS. Legaui tibi rem, cuius commercium nō habes sicq; possidere eam non potes, puta per vitium pionæ, tuæ, vt quia tibi contracto legaui militiam cursoris, & bene sciebam te esse contractum: tamen habebis æstimationē, quamuis legatum habere non possis. Viuia.

l Non habet. Hoc est ad legatariū nō pertinet, siue habere non potest: vt qa est mutus, & legata est ei militia cantoris: vel debilis, & militia cursoris: uel seruus, & militia liberi: & hoc sciebat testator: ut j. de leg. 3. l. fideicommissa. § si quis seruo. Et distingue. aut nullius est commercium rei legatæ, vt quia uel sacra, uel religiosa, vel liber homo. uel est cum graui difficultate, & tunc nec æstimatio debetur, nisi in casu: vt s. l. prox. §. fi. & j. eod. l. senatus. §. fin. Aut non est hi di, sed legatario eit: & tunc valet: ut j. titu. a. l. mortuo. §. Labeo. Aut econtra: & tūc

† Istum §. limitabis p tex. in l. cum alienā. C. de lega. & tex. in c. si ius, & ibi In. & Hostie extra de test. ut non procedat in re ecclesiæ maximè Romanę, q. illo ea iu nec res nec eius æstimatio debetur. & vtrū hoc sit uerum in re omnium ecclesiarū, doc. ibi ambigūt: de quo g Bar. hic.

Idem libro ij. fideicommisso. XLII.

SEd si res aliena, cuius commercium legatarius non habet: l et cui m ius posidēdi nō est, p fideicōmissum relinquat: puto ęstimationē deberi.

Omnia possunt legari, quæ nō sunt prohibita. Item prohibita sunt, quæ adibus sunt iniuncta. Bart.

Idem libro xxij. ad Sabinum. XLIII.

aut propter delictum suum, ut quia Iudæus, uel hæreticus, cui legatur mancipium Christianum: & non ualet: ut dicto §. Labeo. & de uerb. obliga. l. multum. Aut propter corporis vitium, & testator scit: & tunc debetur æstimatio, alioqui non: vt hic, & dicta l. fideicommissa. §. si quis seruo. & j eo. l. filiusfamilias. §. si quid alicui.

m Et cui. Quidam dicunt, id est, et cuius non sit illa res: cæterum sua res frustra ei legatur. Vel dic ei cui &c. scilicet ex prædicta causa.

CAetera [a] igitur præter hæc videamus. Et quidē corpora legari omnia, & iura, [b] & seruitutes possunt. Sed ea, quæ ædibus iuncta sunt, legari non possunt: [c] quia hæc legari non posse senatus censuit, [d] Auiola, & Pansa consulibus.

Legatum purum ab initio inualidum, non confirmatur impedimento cessante: secus in legato conditionali. Bar.

Tractari tamē poterit, si quando marmora, vel colūnæ fuerint separatæ ab ædibus, an legatum cō ualescat? Et si quidem ab initio nō cōstitit legatū, ex postfacto non conualescet: quēadmodū nec res mea legata mihi, si post testamentum factū fuerit alienata: [e] quia vires ab initio legatum non habuit. Sed si sub conditione legetur: poterit legatum valere si existentis cōditionis tempore mea non sit, vel ædibus iuncta non sit: secundū eos, qui & emi rem meā sub conditione, & promitti mihi stipulanti, [f] & legari posse aiunt. Purum [g] igitur legatum Catoniana regula impediet, conditionale non: quia ad cōditionalia [h] Catoniana non pertinet.

Ex unius ædibus possunt res affixæ in alium transferri, si idē ast dominus utrarumque insolidum, secus si unius tantum, vel pro parte. h.d. cum §. si duobus. Bar.

Item quæri potest: si quis binas ædes habens, alteras legauerit, & ex alteris [i] aliquid iunctum ei, cui ædes legauit: an legatum ualeat? Mouet quæstionem, quòd ex senatusconsulto, & constitutionibus licet [k] nobis ab ædibus nostris in alias ædes transferre, possessoribus earum futuris, [l] id est, non distracturis. & ita Imperator noster, & diuus Seuerus rescripserunt. Nunquid ergo legari ei possit, cui aliam domum leget? Sed negandum erit: quia cui legatū est, non est possessor futurus. Si duobus domum legauerit Semproniană, & ex ea alteri eorū marmora ad extructionem domus Seianæ, quam ei legauerat. non malè agi-

CAetera. CASVS. Postquam ergo vidimus de rebus legatis, quarum non est commercium in cōmuni, sed legatario soli, videamus de aliis rebus, quæ sunt in commercio omnium. Et certè non solū corpora legari possunt, sed etiam nomina, & seruitutes. marmora autem, vel columnæ ædibus iuncta vel iunctæ legari non possunt: & non conualescit legatum. licet desierunt esse iunctæ, nā & si leges mihi rem meam, sicq; nō ualet legatum: nō conualescit, licet desierit esse mea. si vero res mea mihi leget sub conditione: si inueniatur nō mea tempore conditionis, bene ualet legatum. nam & emere, & stipulari rē meā sub conditione possum. regula ergo Catoniana non impedit legata conditionalia, pura autē sic, & hoc vsq; ad §. itē quæri. Item quæri. Ego habebam domum Titianam, & Seianam, legaui Sēpronio Titianam, & marmora Seianæ. certè non ualet legatum marmorū: quia legatarius prædictus non est possessor futurus utrarumq; ædium: imò remanet Seiana penes heredem testatoris. si autem esset possessor vtrarumque, bene valeret legatum.

Si duobus. Titio albo, & Titio nigro legaui domum Sempronianam. Item eidem Titio nigro legaui fundum Seianum, & ad eius Seianæ domus extructionem legaui marmora ex dicta domo Sēproniana, nunquid ualet legatū marmorum? Et certè non, nisi quantum ad æstimationem. Et idem dico tibi in isto alio casu. legaui tibi domū deductis marmoribus, non habebit heres meus marmora, sed æstimationem. Sed & si quis ad opus. Legaui reipub. columnas domus meæ ad faciendum palatium nouum, certè bene ualet legatum, & idem si promisi. Sed nunquid possum legare dictas columnas reipub. Mutinentium cum domus illa ex qua lego columnas, sit Bononiæ? Et certè non. ad domum autem meā Mutinæ constitutam bene possū portare colūnas de domo mea Bononiensi. Item scias quod senatusconsultum factum Auiola, & Pansa consulibus, de quo dictū est s. ea. l. §. 1. habet locum in omni ciuitate: & nō solum ad marmora, & columnas extenditur, sed etiā ad multa alia: scilicet ut non possint detrahi de domo per testatorem, de quib. uideas per te usque ad §. sed si parauerit quædam &c. vbi dicit pone: testator parauerat quædam de una sua domo causa transferendi in aliā. certè bene potest legare dicta parata. Si autem legauit aliquid ædibus non iunctum, & postea ædibus iunxit, ea iunctum erit legatum, nō autem extinguitur si hæres iungat, etiā si ignorauit hæres legata esse per testatorem ea quæ ipse hæres ædibus iunxit: quia ista iuncta domui per heredem cum prius legata a testatore fuissent, non erant iuncta ædibus tempore mortis testatoris. Viuia.

[a] Cætera. [1] de quibus dubitatur, an possint legari.

[b] Iura. i. actiones.

[c] Non possunt. Vt ea debeātur, sed debebitur æstimatio: ut j. e. l. §. si duobus. Accursius.

[d] Censuit. Hoc idē diuus Vespasianus: vt C. de ædi. pri. l. 2. & facit s. de contrahen. emptio. l. senatus.

[e] Alienata. Imo ui detur ualere: vt j. de regu. Cato. l. 1. in fi. Sol. ibi in una alienauit, hic post mortem. sed nō placet hæc solutio: ut Insti. eo. §. sed si rē. & facit C. eo. l. proprias.

[f] Stipulanti. Vt j. de uerb. ob. l. si rē. & l. si duo. & l. nemo. & de contrahē. empt. l. existimo.

[g] Purū. Cuius dies cedit a morte testatoris, non autem illa, quorum dies cedit ab adita hereditate, ut j. de reg. Ca. l. 3. quæ autem cedant ab adita hereditate, habes C. de cad. tol. l. 1. §. in nouissimo. hoc autem fallit in casu: ut j. de optio. leg. l. si optio. ubi legatū seruo legato cedit ab adita hæreditate, & tamen uitiatur per regulam, si est hæres necessarius.

[h] Ad conditionalia. [2] Quorum conditio, etiam si incontinenti moreretur testator, suspēderetur, alioqui quid dicemus, si Titio rem suam lego sub hac conditione, si sua non erit cū moriar? Certè per regulam Catonianā uitiatur secundum R. ut j. tit. 1. l. hæredem. & facit s. de cond. institu. l. mulier. §. pen. & de condit. & demonst. l. Mæuius.

A[illegible] [i] Quærit hic Bar. quæ sit rō qd regula Catoniana habet locum in legatis cōditionalibus? Respon. secundum eundem, quia ex eo, quod testator apponit conditionē, apparet qd non uult, quod inspiciatur tempus testamenti, sed aliud tempus futurum.

[i] Ex alteris. s. retentis, & repete, legauerit ei cui &c.

[k] Licet. Vt C. de ædif. priua. l. a. & l. si qs post hanc.

[l] Futuris. Vtrarumq; ædiū. uel, id est, ille de quo cogita

Spartia. in Adriano, & l. 2. C. de ædif. priua.

[1] De hac dictione cætera, qd ex ēsiue, & quid ab breuiata importet, vide bon. glos. in ca. qm cōtra falsam. in princip. in ver. & e. & ibi Lanfran. ā Orna. l prin. num. 13.

[2] Legatū cōditionale, vel in diem, vel submodo, vel an debeat naturaliter, vel ciuiliter, & quid dicatur, vide plenè per Bart. In l. ista stipulatio. j. de verb. obli.

tabitur, an valeat, quia dominus est vtriusque [a] legatarius. Et quid si quis domum deductis marmoribus legauerit, quæ voluit hæredem habere ad extruendam domum quã retinebat in hæreditate? Sed melius dicetur, in utroq; detractionem non valere: [b] legatum tamen valebit, vt æstimatio eorum præstetur.

Potest detrahi, vel legari ex ædibus ad vtilitatem reipublicæ, in cuius territorio res est, non alterius. Bar.

Sed si quis ad opus reipublicæ faciendum legauit: puto valere legatum. Nam & Papinianus libr. xj. responsorum refert, Imperatorem nostrum, & diuum Seuerum constituisse, eos, qui reipublicę ad opus promiserunt, posse detrahere ex ædib[us] suis vrbanis atque rusticis, & his ad id opus vti: quia hi quoque non promercij [c] causa id haberẽt. Sed videamus vtrum ei soli ciuitati legari possit, in cuius territorio est: an & de alia ciuitate in aliam transferre possit? Et puto non esse permittendum, quanquam cõstitutum [d] sit, vt de domo, quã aliquis habet, ei permittatur in domum alterius ciuitatis transferre.

Hoc senatusconsultum habet locum vbique, & pro debito publico non debet domus destrui. Bar.

Hoc senatusconsultũ [e] non tantum ad vrbem, [f] sed & ad alias ciuitates pertinet. Sed & diuorum fratrum est rescriptũ ad libellũ Procliani & Epityncani, ob debitum publicum [g] desiderantium, vt sibi distrahere permitteretur: quod eis ius distrahendi denegauerunt.

Prohibitio senatus extenditur ad omne ædificium, vt et iniuncta non detrahantur, secus in aliis quæ non sunt affixa. Bar.

Hoc senatuscõsultũ [h] non tantum ad ædes, sed & ad balnea, vel aliud quod ædificium, [i] Vel porticus in ædibus, [i] vel tabernas, vel popinas extenditur. Item prohibentur hæc legari, quæ non aliàs præstari possunt q̃ vt ædibus detrahantur, vel subducantur, id est, marmora, vel columnæ. Idem & in tegulis, tignis, & ostijs senatus censuit. sed & in bibliothecis, [k] parietibus inhærentibus. Sed si cancelli, [l] vel vela [m] sint, legari poterũt: non tamen fistulæ [n] vel castella [n] [†] sed & automata: [o] aut si qui canthari [p] sunt, per quos aquæ saliunt, poterunt legari, maximè si imposititij sint. Quid ergo in statuis dicendum? Si qui dem inhærẽt parietibus, non licebit: si verò aliàs existant: dubitari potest. verum mens senatusconsulti plenius accipienda est, vt si quæ ibi fuerunt perpetuo quasi portio ædium, [q] detrahi non possint. Proinde dicendum est, nec tabulas ædium affixas, & parietibus adiunctas, vel singula sigilla adæquata legari posse.

Licet res sit ædibus destinata, non prohibetur legari, & legatum extinguitur si postea per testatorem iniungitur: secus si per hæredem. Bar.

Sed si parauit quædam testator, quasi translaturus in aliam domum, [r] & hæc legauit: dubitari poterit, an valeat. Et puto valere. Sed si ea, quæ legauit, ædibus iunxit: extinctum [s] erit legatum. Sed si hæ res ea iunxit puto non extingui.

Idem lib. ij [...] Sabinum. XLIIII.

Siue sciuerit [t] siue ignorauerit.

Idem lib. xxj. ad Sabinum. XLV.

---

gitauit senatus scillicet verus dominus & est hęc ratio, qa in traditione potest cõstitui seruitus: ut ff. de ser. vr. præ. l. binas. & facit j. iii. 2. l. fideicommiss. §. si quis illi. & j. de dã. infec. l. si.

[a] Vtriusque. Alterius insolidũ. & alterius pro parte: per quod videbatur valere: vt ff. proxi. §. Et not. dict dominum qui est dominus partis. sic ff. eo. l. serui. §. si.

[b] Non valere. Scilicet in re. & sic loquitur supra eadem l. §. 1. quæ uidetur contra.

[c] Non promercij. In quem casum vetatur: ut ff. de contrahen. emp. l. senatus. sed si negotiandi causa sit prohibitio, cur prohibẽtur legari l Respõ. quia & illud quodammodo ex negotiatione quæritur legatario: vt ff. pro soci. l. nec adiecit. & l. & ita. & facit j. de dam. infec. l. fin.

[d] Constitutum. Vt C de ædi. pri. l. si qa post hanc.

[e] Hoc senatusconsultum. Adiunge cũ præcedenti §.

[f] Vrbem. Id est, Romam. per excellentiã: vt Inst. de iu. na. §. sed quoties. [t]

[g] Ob debitum publicũ. id est, ob pecuniam quam debebant reipublicæ.

[h] Hoc senatusconsultum. de quo dicitur ff. ea. l. §. 1.

[i] Aedibus. Aliàs porticus sine ædib. & aliàs porticus in ædibus, scilicet applicatas.

[k] Bibliothecis. Id est armatijs: vt infra tl. a. l. librorum. §. sed & si bibliothecam.

[l] Cancelli. Id est, ostia, quibus murus prętorij ante domũ positi tecto nõ coopertus clauditur, secundum Hug.

[m] Vela. Quæ frigoris causa, vel ventiponuntur: vt j. de fundo instruc. l. quę situm. §. idẽ. Acc.

[n] Castella. Quid sit. legitur j. de aqua quoti. & æsti. l. prima. §. hoc interdictum. & alias ponitur hic in masculino genere castelli, alibi neutro genere castella: vt ff. de actio. empt. & vendi. l. fundi. §. castella.

[o] Automata. Alias ornatoria: puta tabulas pictas: vt j. de fund. instructo. l. quæ situm. §. si domus.

[p] Canthari. Qui vulgariter dociæ dicuntur.

[q] Sigilla. Sigilla sunt quidam annuli de ferro, qui ponuntur ad murum. Accursius.

[r] In aliam domũ. sic ff. de acti. empti, & vend. l. granaria.

[s] Extinctum. Sic j. de aur. & ar. leg. l. Seia. in fin. Sed arg. cõtra j. tit. 2. l. fideicommissa. §. si rem.

ADDITIO

Dic quod hęc res iniũcta dicitur desijsse extare, quia per se non censetur: ut l. qui vniuersas, de acquiren. possess. secundum Bar.

[t] Siue sciuerit. sic infra titu. 2. l. si hæres rẽ. & ff. loca. l. sed

[†] Hoc spectant quæ latè tradit Q. Mãd. in gl. Facul. §. necnon electioni, in ver. vrbis.

[a] In P. Fl. vel porticus sine ædibus.

Automata ea dñr, q̃ spontaneã actionẽ habẽt, ut sunt horologia, & machinulæ, q̃ sponte videntur moueri. de qua voce pulchrè Politia. Miscella. 196.

Quid sit sigillũ, & an & qñ sigillo credatur, no. Bald. in l. 2. C. de rebus alien. non alie. Bar. in l. q̃ dotia. in fi. ff. solut. mat. tu vide melius in ca. 1. in fin. & ibi Ins. extra. de leg. gl. or. in c. 1. 89. di. Pa. in c. quod super his. in ver. in glos. 3. ex de fide instru. & latissimè p Mãdo. in gl. Facul. §. & propriũ. l ver. sigillum.

In P. Fl. vel castelli. sed & automataria & canthari. per quos &c. porro quę sint automata pulchrè. Alc. lib. 1. parerg. c. 20.

De Castellis pulchrè Bu. 1 anno. ad l. si fundi. ff. de acti. emp.

In P. Fl. distrahi.

l.sed addes.§.si inquilinus. Sed arg.contra ff.de cond. inde.l.in summa.§.pe. ADDITIO. Tu dic secundũ Bar.hic quod natura condictionis indebiti est, vt quis teneatur in quantum factus est locupletior: vt l.nã natura.& l.si non sortem.§.liberius.s.de cõdi.indebi.Si vero ignorans manumisit,ibi in nullo est locupletior: & sic nõ tenetur in aliquo. hic vero loquitur in actione ex testamento, quæ est alterius naturæ.Præterea si iniunxit domui suę, satis effectus est locupletior secundum Bar. hic.

Senatus enim ea, quæ sunt ædium, [a] legari non permisit. hæc autem mortis tempore ædium nõ fuerũt. hęres ergo ęstimationẽ [a] præstabit. sed si detraxerit, vt pstet: pœnis [b] erit locus: quamuis non vt vẽdat detraxerit, sed vt exoluat.

Parua domuncula rustica potest destrui, & per consequens legari. Bart.

Marcellus etiam scribit: si maritus [a] dietã in vxoris hortis, quos in dotẽ acceperat, fecerit: posse eũ hæc detrahere quæ vsui eius [c] futura sint, sine mulieris tamen dãno: neq; hoc ei senatuscõsultũ futurũ impedimento. Ergo si non est ei obsuturũ, quò minus detrahat: dici oportebit, posse eum hæc legare, q̃ detrahere potest. Legatũ in aliena [d] voluntate poni potest: in hæredis non potest. Qui ab hostibus redemptus erit, legari sibi poterit, [e] & proficiet legatum ad liberationem vinculi pignoris, [f] quod in eo habuit, qui redemit.

Regula Catoniana non habet locum in legatis, in quibus impedimentum cessat ex causa, quæ retrotrahitur. Bart.

Idem libro xxij. ad Sabinum. XLVI.

Seruum filij sui castrensis peculij legare pater potest, & si viuo patre mortuus sit filius, & apud patrẽ pecu-

[a] In P.F. legari permisit: sed nõ rectè.

[a] Diætas pro cœnaculo & loco, in quo excipiunt hospites, vsurpauit Aristophanes. Est itẽ immoratio apud Strabo. li. 1. Et hic tex. nõ est alibi secundũ Rom. singu. 330.

Senatus. CASVS. Titius legauit ea, quæ sunt iniuncta domui, an per hæredem detrahẽtur de domo? an præstabitur æstimatio? Et certè ęstimatio præstabitur. Sed si testator legauit mihi columnas nõ iunctas ædibus, & hæres post mortem testatoris eas iunxit ædibus, postmodum detraxit de domo, & mihi legatario præstitit: punietur secundum quod leges volunt. Item pone, quod vxor mea dedit mihi in dotem quosdam hortos: & ego feci domum delectationis causa. nunquid possum detrahere columnã de illa domo, & legare? Et certè dicit q̃d sic. Legatum. Lego tibi domum si volueris, certè bene valet legatum, sed hoc modo non valet, lego tibi domum, si hæres meus voluerit. Qui ab hostibus. Redemi Titium ab hostibus meis nummis: postea eũ sibiipsi legaui, certè valet legatum. Viuia.

[a] Aestimationem. Hoc quia est affixa modo. aliàs ipsam rem, non æstimationẽ. vt ff.titu.2.nutu.§.si.quæ est contra.

[b] Pœnis. Quæ sunt ff.de contrah.emp. & vendi.l.senatus. & ff.de dam.Insec.l.fi.

[c] Quæ vsui eius. Id est, ad eius commodum. secus si nihil est lamrus, nisi vt officiat: vt s.de impen.l pro voluptariis & facit s.de dona.inter vir. & vxo.l.Marcellus.& quod ibi not.

[d] Legatum in aliena. Scilicet legatarij: vt & ff.eo.l.si ita.§.illi.& ff.de cond.& demõ.l.si ita expressum. quę dicit aliena respectu hæredis: sic ff.de Sal.interdic.l.1. Valet ergo si dicam: lego tibi si voles. at in extranei voluntate tacita potest, expressa non potest: vt ff.eo.l. captatoriç.& ff.de condi.& demon.l nonnunquam & ff.de hæredi.insti.l.si quis Sempronium.Sed contra ff.titu.2.l 1.Sed expone vt ibi.Item si hæres velit, nõ valet: vt hic. quod intellige si libera sua voluntate: puta si voles.secus si non libera, vt si Castum putaueris, quæ valet: vt ff.eo.l.si sic.Vel nisi volueris, vel cũ volueris, vt ff.titul.2.l.fideicommissa.§.sic fideicommissum. quæ videntur cõtra. & sic facit ff.de reb.dub.l.vtrum.§.cum quidam.

[e] Sibi poterit.Sic C.de commu.seruo manu.l.x.

[f] Pignoris. Tenetur enim in pignore, donec reddatur pretium redẽptionis, vel etiam hodie seruiat per quinquennium.licet sit liber ut hic, & ff:de test.l.qui testamento, circa princ.& C.de cap.l.1. & l.fi.& facit ff.de li.l.e.l.ij.§.j.& ff le.iij.l.iij.§.fi.& ff.e.l.si dom'.§.fi. A.

Seruum. CASVS. Filium militem habebam, qui habebat peculium castrense, in quo erant serui. feci testamentum, & vnum de illis seruis legaui Titio credens illum meum esse, cum non esset: quo casu dixit lex non valere legatum: vt Insti.e.§. non solum. certè non erit incontinenti inutile legatũ sed expectabitur. donec ego moriar: & si inuenietur dictus meus filius mortu' ante me nõ facto testamento, sicque bona sua peruenerint ad me, firmum erit legatum: quia fingit me habuisse dominium serui tempore quo testamentũ feci. si autem superuixit mihi dictus me' filius, vel decessit ante me facto testamento, non erit firmum legatum a cõtrario sensu literæ. Si quis rem. Titius legauit mihi seruũ suum, ego ignorans mihi legatum, legaui eum Seio credens esse meum: vel etiá sine legato. vel non credens, non facio vim. postea cognoui mihi legatum esse a Titio dictum seruum, & volui ad me pertinere. certè valebit amodo legatum per me relictum Seio de eodem seruo: quia ex quo non repudiaui legatum tempore quo cognosco mihi legatum, videtur seruus meus fuisse ex illo tempore quo hæreditas Titij mihi legantis adita est, & in veritate fuit me'. si autem repudiassem, cum cognoui mihi legatum seruum, non valebit legatum de eodem seruo per me datum Seio, quia ius fingit fuisse hoc casu hæredis Titij mihi legantis rem legatam ex illo tempore quo adita fuit hæreditas dicti Titij: vt si quid interim acquisitum sit per seruũ, sit hr̃dis Titij: vt ff.e.l.si tibi homo.§.cum seruus. & est ratio vt credo, quare non valet hoc casu legatum, etiam quantum ad æstimationem dandam legatario, cui legaui: quia repudiando legatum mihi relictum de dicto seruo, videor dictum seruum mihi acquisitum per legatum alienare: & sic non mirum est, si extinguitur legatum quod debeo alij acquirere. vt s.eo.l.si ex toto, cum similibus. Si pocula. Scyphos argenteos tibi legaui, me mortuo de eis fecit hæres meus massam, vel tibi legaui massam argenti: & hæres meus fecit inde Scyphos, vel legaui tibi lanam, & hæres meus fecit inde vestimenta. nunquid debebuntur legatario ea quæ extant? Et certè sic, si ego testator non mutaui voluntatem. Sed pone, quod legaui tibi argenteam scutellã, & postea de ea facta est massa: & postea de illa massa factus est scyphus: certè debetur legatario scyphus. Si area. Legaui tibi aream: postea imposita est ibi domus, certè habebis domum & aream. Eum qui. Titius debebat mihi x. & inde habebam chirographum, siue instrumentum. legaui Seio dictum chirographum certè videor legare debitum. nam & si venderem ei dictum chirographũ, videor vendere ipsum debitum, & idem est si legem ei nomen. Si idem. regulariter si seruus sit legat', & est data ei libertas, præualet libertas: vt ff.

vt ĩ.titu.1.l.si idem seruus. quod dicit hic §.fallere in tribus casibus & uideas eos per te. Si statuliberum. Seruo dedi libertaté in testamento meo sub conditione si nauis ex Asia venerit, unde ipse factus est statuliber. me mortuo hæres meus eũ legauit Titio, certe hr̃s hæredis mei, qui tenetur legatario, melius faciet pro se, si det statuliberũ legatario, quam si det eius æstimationẽ, & est ratio in litera, & plana.

Si duos. Habebã fundum Titianum & Seianum. legaui primo vsumfructu Titiani, & secundo solidum Seianum. nunquid iure seruitutis debebit aditũ ad fundũ Titianũ, per fundu Seianum secundus, cui fuit legatus Seianus insolidũ ei, cui primo fuit legatus vsusfructus Titianus? Et dicitur quod non, sed hr̃s meus cogitur redimere aditũ à secundo, & dare primo, vt possit hr̃e vsumfructum suũ. Vivia.

lium remanserit: consistit [a] legatum. Cum enim filius iure suo [b] nõ vtitur: retro creditur pater dominium in seruo peculiari habuisse.

Qui rem sibi legatam ignorãs legat, sine acceptat. ualet legatum: secus si repudiat tunc enim euanescit legatum. Bartol.

Si quis rem sibi legatam ignorans [c] adhuc legauerit: postea cognouerit, & uoluerit ad se pertinere, legatum ualebit: quia vbi legatarius non repudiauit, retro ipsius fuisse videtur res, * ex quo adita hæreditas est. [d] si verò repudiauerit: retro videtur res repudiata fuisse hæredis.

Si fiat mutatio de materia in formam, uel econuerso, legatum non mutatur, si testator uoluntatem non mutauit Bart.

Si pocula quis legauerit, & massa facta sit, uel contra: item si lana legetur, & vestimentum ex ea fiat: Iulianus libr. xxxij. Digestorum scripsit, legatum in omnibus suprascriptis consistere: [e] & deberi, quod extat. quam sententiam puto ueram, si modo non mutauerit testator uoluntatem. Sed & si lancẽ legauit, & massam fecit, mox poculum: debebitur poculum. durante scilicet uoluntate.

Quod ædificatur in area legata, debetur legatario. Bar.

Si areæ legatæ domus imposita [f] sit: debebitur legatario, [g] nisi testator mutauerit uoluntatem.

Vbi est eadem ratio, licitum est arguere de contractibus ad ultimas uoluntates. Bar.

Eum, qui chirographum legat, [h] debitum legare, non solum tabulas, argumento est venditio. Nã si * chirographa ueneunt, nomen uenisse uidetur. [i] Sed & si nomen legetur: benignè id quod debetur, accipiendũ est, ut actiones aduersus debitorẽ cedantur. [k]

Legatum libertatis inualidum, ipsius serui legatum non perimit. Bart.

Si idem seruus & legatus, & liber esse iussus sit, [l] interdum procedere solum legatum poterit: ut puta si in fraudem creditoris [m] data erit libertas: uel si is sit seruus, qui in perpetuam seruitutem uenierit. [n] idem erit, uel si seruus est fortè pignori [o] datus.

Legato statulibero expedit hæredem soluere ipsum potius, quã æstimationem. Bart.

* Si statuliberum quis legauerit: expediet hæredi ipsum statuliberum

[a] Consistit. Si autẽ præmoriatur pater, uel filius testetur, nõ valet: quia ius quod habet, legare uidetur: vt ĩ.eo. l. si domus. §. fi. & facit ĩ. de castren. pe. l. 2. Accur.

[b] Iure suo. Scilicet testando, quod põt ut Instit. quibus nõ est permis. fa. e. testa. §. 1. Accur.

[c] Ignorans. Si uero sciuisset, eo ipso uidetur agnoscere: ut C. de iure delibet. l. si auia.

[d] Adita est. Hic ueritatem intuetur. sic ĩ. eod. l. si tibi homo. § cum seruus. & ĩ. si cer. pet. l. proinde. alias fictionẽ intuetur: ut ĩ. tit. 2. l. legatum. & infra de fur. l. à Titio. & ĩ. de pec. l. sed si dãnum. §. a. quæ sunt contra. & facit ĩ. eo. l. si fundus. §. si Titius. & ĩ. ad leg. Aquil. l. nam sicut. & ĩ. eo. l. legatarius. §. 1.

[e] Consistere. Sic infra titu. 2. l. quæsitum. §. illud. & l. item. §. pen. Sed contra infra eod. tit. l. lana. & infra de aur. & arg. leg. l. Seia. in fi. Solu. ibi testator, hic hæres hoc fecit. Item secus in usufructu, qui rei mutatione extinguitur, vt ĩ. quib. mod vsusfruct. amitta. lege quid tamen, §. si massæ. & de vsufructu, lege qui vsumfructum. circa principium.

[f] Imposita. A testatore.

[g] Legatario. Quia eadem est area, licet domus imposita fit: ut ĩ. de sol. l. qui res. §. aream. Secus econtra si legauerit domum, & eadem ceciderit viuo testatore, quia desinit esse domus, vt ĩ. eod. l. si ita legatum. §. si domus. & ĩ. de verb. obl. l. inter. §. sacram. in fi. §. Azo. & concor. huic ĩ. titu. 2. si areæ. & ĩ. eod. l. si ex toto. in prin. Sed contra ĩ. tit. 2. l. si chorus. §. aream. Sol. ibi mutauit uoluntatem. Item cõtra ĩ. quib. mod. vsusfruct. amit. l. repeti. §. fin. Solu. ibi in vsufructu.

[h] Legat. Debitoris ut differat à sequenti casu. Vel hic chirographum, ibi nomen. & facit infra tim. 2. l. qui chirographum. & l. nomen. & C. quæ res pi. ob. pos. l. 2. & de remis. pign. l. creditricem.

[i] Videtur. Arg. C. de hær. uel act. uẽ. l. postquam. Et not. arg. quod nos. Iostu. de lege Fusi. Ca. tol.

[k] Cedantur. Alij, non debitori. at debitor haberet exceptionem: vt ĩ. ut in pos lega. l. j §. si debitori. & ĩ. de libe. leg. l. 3. in princ. Itẽ contra ĩ. tit. 1. l. Caius. Sed ibi non legauit chirographũ specialiter.

[l] Iussus sit. Directo, & ita secũdum istam regulam præualet legatum libertatis: vt ĩ. titu. 1. l. si idem seruus. & l. q testamẽto. sed hoc fallit his tribus casibus. Accur.

[m] In fraudẽ creditoris. Quomodo ergo legatum ualet, si creditores fraudentur? Respon. fuit legatus, si legatarius det x. hæredi. Item quia Falcidia detrahitur de legato, nõ de libertate: ut ĩ. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. quoniã. & sic propter totum, nõ propter partem fraudantur creditores.

[n] Venierit. Quod fieri potest: ut C. si manci. ita fue. alie. l. ea quidem. Sed videtur hoc casu etiam legatum non valere: vt infra de fun. Instr. l. 3. §. fin. Sol ibi tacitè, hic expressè fuit legatus. Item ad idem contra infra titu. 1. l. si quis. Sed ibi non legauit, sed ut ministrum eum elegit. Item facit infra de fideicom. lib. l. si seruus, & de condit. & demon. l. si quis eum.

[o] Pignori. Specialiter. secus si generaliter: ut C. de ser. pig. da. l. ab eo. Nec ob. ĩ. de fideic. lib. l. generaliter. §. si quis seruo: qa ibi gñaliter: vel ibi de æquitate. Item hoc

* P. Fl. cõstitit.

* Res, nõ est ĩ P. Fl. nec infra ante uet. repudiata.

* P. Flor. nam cũ.

* In P. F. atque etiã in uet. quibus. f. exep. Si statuliberum hęres legauerit.

hoc nisi seruus luat ferat ȷ̃.de hær.insti.l.pignori.& fa cit C.de nece.ser.hære.insti.l.s.Accur.

a Præstabit. Si legatarius uolet recipere : nec eñ cogitur. nisi casu : ut ȷ̃.eo.l.si domus.§.qui confitetur.

b Liberi. Quia non habet æstimationem : ut s̃. ad.l. Rhod.de iact.l.a.§. cum in eadem.& §. corporum.

c Si duos. Plenius est ȷ̃.de usufr.leg.l. damnas.§.1.

d Legatarius. Id est, Titius.

e Non debebit. Obligatione personali.sed quia non dando aditum uidetur prohibere uti frui, habet cõfessoriam actionem: ut s̃.si ususfru.pe.l.1.§.1.& si ser. uend.l.a.§.recte. secundũ R.sed certè ibi debebatur seruitus fundo fructuario,hic non,nisi cõstituatur : quia antea esse nõ poterat : cũ ambo fundi erãt eiusdẽ domini: ut s̃. quemad. seru. amitt. l.1.

f Redimere aditũ. quem aut retentione, aut condictione incerti, & sine causa nullo dato redimet ab ipso legatario: ut s̃.de cond. inde.l.sed & si me putem. & de condi.sine cau.l.1.de acti.empt.l.si tibi.& ȷ̃.e.l.si fundũ.§.q fundũ.& s̃.si ser.uendi.l.testatrix. Idem est si fundũ alienasset: ut Insti. eo.§.2. secũdũ Ro. & facit s̃.de ser. ur.prædi.l. binas.& l.Olympico.& l.si binarum. & s̃.de reli.l.si quis sepulchrum.

præstare magis,quàm æstimationem. etenim æstimationẽ verã p̃stabit : a ipsum verò si dederit:existente cõditione, nullum sentiet damnũ. iam enim æstimatio liberi b hominis ab eo postea nõ petitur.

Qui legat vsumfructum in fundo videtur legare viam, si aliunde non habet. Bar.

Si duos c fundos habens testator, alterius mihi vsumfructum,alterum Titio leget: aditum mihi legatarius d non debebit. e sed hæres cogetur redimere aditum, f & præstare.

Quod contingit medio tempore,non vitiat legatum. Bar.

Pomponius libro vj. ad Sabinum XLVII.

SI à substituto pupilli ancillas tibi legassem, g easq; tu à pupillo emisses,& ante quam h scires tibi legatas esse, alienasses : vtile legatum esse, Neratius,& Aristo,& Offilius probant.

In legato generis hæres de euictione tenetur i secus in legato speciei. idem in stipulatione rem tradi. Bart.

Hæres seruum generaliter dare damnatus,sanũ esse eum promittere non debet, i sed furtis, & no

SI à substituto. CASVS. Instituti mihi filiũ impuberem hæredẽ:& ei substitui Titium: & à Titio substituto legaui equũ meum Seio.Seius eundem equũ emit ab impubere, & postea uendidit Caio.certè aget contra substitutũ, & petet equũ.& substitutus præstabit ei tm̃, quantũ abest ei Seio ex emptione,quã fecit ab impubere. Hæres. Legaui tibi hominẽ in gñe, unde hæres debebit tibi mediocrẽ seruũ de hæreditate mea: tu nisi qđ ipse caueat tibi de sanitate serui, & q non si ligatus seruus furtis, uel noxijs.certè de primo non tenet hæres.sed de secũdo sic.debet eñ talẽ seruũ legatario dare, qui nõ possit auferri legatario. sanitas autẽ serui nihil ad hoc facit sed furtũ à seruo factum, uel noxia ab eo cõmissa bene auferi cum legatario,noxia eñ caput sequitur, uñ legatarius tenetur illis, qui

sunt passi damnũ à seruo datũ, & ita est bñ obligatus seruus pro furtis & noxijs, ac si testator eũ obligasset alicui spãliter:sed si legaui Stichum,nõ debet hæres cauere de sanitate,nec de furtis, & noxijs.talẽ eñ dabit qualis est. Et quod distinxi in legato in specie uel in genere dato: idẽ distinguitur in stipulatione facta in genere, uel in specie. Viuianus.

xijs solutum esse,promittere debebit : quia ita dare debet, vt eum habere liceat. k Sanitas autem serui ad proprietatẽ eius non * pertinet. Sed ob id, quod furtum fecit seruus, aut noxam nocuit : euenit, quò minus eum habere domino liceat : sicut ob id, quòd obligatus est fundus, accidere possit, vt eum habere domino non liceat. Si verò certus homo legatus est:talis dari debet, qualis est.

Ista lex quia breuis est,non summatur, lex verò, Cum res. etiam quia ponit tot casus, non recipit congruam summationem, secundum Iacob. de Areti. sed diuide eam secundum Dy. prima ponit in quo loco debeat solui res legata. Secunda quid iuris sit. si res legata non appareat. Tertiã qualiter culpa hæredis æstimatur circa rem legatam. secunda ibi, itaque. tertia ibi. culpa. Bartol.

Idem libro ix. epistolarum. XLVIII.

QVæ de legato l dicta sunt, eadem transferre licebit ad eum qui vel Stichum, vel hominem dare m promiserit.

Vlpianus lib. xxi. ad Sabinum. XLIX.

g Legassem. Scilicet ego testator.

h Et ante quã. Maximè.Nã siue sciat, siue nesciat,siue alienet, siue non,tenet: quia desinit esse suus:ex causa emptionis,& incipit esse ea causa legati:ut ȷ̃.e.ti.l.huiusmodi. §.qui seruum. & infra ad leg. Falci.l.4. Azo. & Insti.eo.§. si rem alienam. Accursius.

* P. F. nihil.

i Non debet. Mediocrẽ tamẽ dare debet : ut s̃.eodem.l. legato.

k Liceat. Ergo ipsum non esse fugitiuũ debet promittere.quia eum habere non licet:ut s̃.de acti. em.l.Iulianus. §.j.& facit ȷ̃.eo.l.si hæres generaliter. & ȷ̃. de sol.l.qui decem.§.qui hominẽ & s̃.de euict.l.hæres seruum.& ȷ̃.tit. a.l. qui cõcubinam. §. si hæres. & ȷ̃.l. proxima.

l QVæ de legato. Subaudi ĩ genere relicto, & eñ hoc disiunctio testatoris erit, quæ sequit.sic s̃.de cõd. inde.l. cum in. §.si.& ȷ̃. de verbo. obli.l.2. Vel dic q de legato.s. in specie: & tunc erit disiunctio legis illa q sequitur. Acc.

m Dare. Id est,tradere. alioqui cõtra : vt ȷ̃.de verb. oblig. l.vbi autem. in fine. Accursius.

CVm res. CASVS. Hæc lex distinguit : ubi res legata præstari debeat:& qñ, & qualiter hæres teneat,si eã nõ habeat:& si qdẽ est res testatoris,& statim dari potest.statim debet eã hæres dare, alias tenet ad usuras ex mora. si autẽ res sit alibi, certè debet præstari ibi, ubi est:nisi testator uoluisset alibi p̃stari,nam uolũtatẽ eius sequemur, uel illud quod uerisimile est eum uoluisse.Sed quid si hæres post testm̃ transtulit eã ad aliũ locũ dolo ? Certè tenetur eam præstare in illo loco, ubi legatarius eam petit,& potest petere. si autẽ eã transtulit ad aliũ locũ sine dolo, p̃stabit eã colonĩ ubi

ubi eam transtulit. Si ergo Stichus, pone legatus non appareat culpa hæredis interueniente: præstabit æstimationẽ. si aũt sine culpa: cauebit legatario de restitutione serui, si in suã potestatẽ peruenit: sicut fit in rei uẽdi. Quid si dictus Stichus erat alienus, nõ testatoris ẽt, & aufugit sine culpa hæredis? cauebit hæres, ut prędixi. & idem si dictus seruus esset captus ab hostibus sine culpa hęredis. Item pone, qd legauit tibi Stichum aut Pamphilum disiunctiue. Stichus aufugit, uel ab hostibus captus est sine culpa hęredis. certè hæres qui habet electionẽ in alternatiuo legato p̃stabit legatario qdcunque uult ipse hęres, siue Pamphilũ præsentẽ, siue æstimationem Stichi absentis. Sed pone, qd dictus Stichus decessit sine culpa hæredis, certè adhuc habet hæres electionẽ utrum det legatario uiuum, aut mortui pretium. Quid si dictus Stichus & Pamphilus sint ambo in fuga sine culpa hæredis? Debet cauere hæres, quod quicunque eorum peruenerit in suam potestatem, dabit eum legatario, uel absentis æstimationem. Distinxi ergo supra, utrum culpa, uel nõ culpa hæredis res pereat, uel non pereat: modo uideam' de qua culpa debet intelligi. & certè debet intelligi de lata & leui. & etiam diligentiam debet præstare hæres. Sed nunquid casum præstabit hæres, puta si fundus legatus perijt chasmate? Et certè non, nisi culpa uel mora casum præcedant. Viuianus.

si cum dies. §. quid ergo.

f Alienis legatis. Scilicet rebus.

g Relicta est. Id est, existit.

h Petitur. De iure, quod est in trib. locis, Vbi est maior pars hæreditatis. Item ubi hæres habet domicilium. Item ubi res est: ut s̃. de iudi. l. si fideicõmissum, in princi. & §. fi. & l. seq. & l. si sic. § si ea. & not. in d. l. quod legatur.

Cvm res legata[†] est: [a] si quidem propria fuit testatoris, & copiã eius habet hæres: moram facere non debet, sed eam pręstare.* qua[b] intercedẽte, usuras[c] & omnem utilitatem præstãdam Sabinus ait. Sed si res alibi sit, quàm ubi petitur: primùm quidem constat, ibi esse præstandam, ubi relicta est: [d] nisi alibi testator uoluerit. Nam si alibi voluit: ibi præstanda est, ubi testator uoluit, uel ubi uerisimile [e] est eum uoluisse. & ita Iulianus scripsit tam in proprijs, quàm in alienis legatis. [f] Sed si alibi relicta est, [g] alibi autem ab hærede trãslata dolo malo eius, nisi ibi præstetur, ubi petitur, [h] hæres condemnabitur doli sui nomine. cæterum si sine dolo: ibi præstabitur, quò transtulit. [i] Sed si id petatur quod pondere, numero, mensura continetur: si quidem certum corpus legatum est, ueluti frumentum ex illo horreo, uel uinum ex apotheca illa: ibi præstabitur, ubi relictum est: [k] nisi alia mens fuit testantis. Sin uerò non fuit certa species: ibi erit præstandum, ubi petitur.[l] Itaq; [m] si Stichus sit legatus, & culpa hæredis non compareat,* debebit æstimationẽ eius p̃stare. Sed si culpa eius nulla interuenerit: cauere hæres debebit de restitutione [n] serui, non æstimationem præstare. (* Idem & in alijs [o] in rem actionibus Iulianus putat.) Sed & si alienus [p] seruus in fuga sit sine culpa hæredis, idem dici potest. Nam [q] in alieno culpa admitti potest. Cauebit [r] autem sic, ut si fuerit apprehensus: aut ipse, aut æstimatio præstetur, qd & in seruo ab hostib. capto constat. Sed si Stichus, aut Pãphilus legetur, [s] & alter ex his uel in fuga sit, uel apud hostes: dicẽdũ erit, pręsentẽ præstari, aut absentis æstimationem. Toties enim hæredi electio est cõmittenda, quoties morã non est facturus legatario. [t] Qua ratione placuit, & si alter decesserit alterum omnimodo præstandum, uel fortassis mortui pretium. [u] Sed si ambo sint in fuga: non ita cauendũ est, ut si in potestatem ambo redirent, sed si uel alter: & uel ipsum, uel absentis æstimationẽ præstãdam. Itẽ si res aliena uel

† Ista lex est magistralis, secundũ B. hic.

* Pręstare: q̃ postea sequuntur usque ad ueri. sed si res, non sunt in P. Flo.

* P. Flo. pareat: in aliquibus libris appareat.

* In P. F. desũt hęc, quę parentheti inclusa sunt.

a Cum res legata est. In specie.

b Qua. Scilicet mora.

c Vsuras. Si erat pecunia, aliàs contra: nisi in casibus ut supra, de usur. l. in fideicommissi. §. si auro. & l. cum quidam. §. fin. & facit s. eod. l. cum seruus. & l. apud.

d Relicta est. Id est, ubi factum est testamentũ, secundum quosdam. tu dic id est, existit: ut no. C. ubi fideicommis. pe. l. 1.

e Verisimile. Ex genere cõparationis, uel conditione personarum. quod plene not. ubi soluatur, & ubi petatur supra, de iud. l. quod legatur. & argum. s̃. de arbi. l.

i Transtulit. Nisi actor uelit dare sua impẽsa ubi petitur: ut s̃. de rei uendi. l. si res. & ad exhib. l. sed & si hæreditas. §. 1. & s̃. de posi. l. si in Asia. §. 1.

k Vbi relictum est. i. existit. Et not. qd quantitas ut spẽs. [l] relinquitur, sic s̃. e. l. plane. §. sed hue ita.

l Vbi petitur. Ratione fori. quod dic ut dixi in l. quod legatur.

m Itaque. Infertur ex illo. §. Sed si alibi. & §. cæterum. non ex proxi.

n De restitutione. si ipsum apprehenderit: ut j̃. sequitur. Sed arg. contra s̃. de rei uendi. l. si a bonæ fidei. & l. si uero. & l. si culpa.

ADDITIO. Dic sm Bar. hic, q̃ ista iura in cõtrariũ alle. concordat: & quia hic. & ibi tenetur de restituendo cauere, licet non de prosequendo.

o Idem & in aliis. ut fiat talis distinctio, qualis est ab illo uer. si. itaque si Stichus. usque huc. Accursius.

p Alienis. Quẽ legauit testator.

q Nam. Et bene dico sine culpa, nam &c. ut quia saltem fuit in mora: ut infra de uerbo. obliga tio. l. si seruũ. §. sin autem. & infra titulo primo, lege, si qs seruum. & quod subijcit cauebit, scilicet quando non fuit in culpa. & facit supra eod. l. cum seruus. & quod ibi no.

† Sic appellatione quãtitatis uenit quãdoque species. l. quis quis. j̃. de leg. 3. & ibi Bar. et in l. s. 1. op. C. de act. & ob.

r Cauebit. Scilicet hæres.

s Legetur. Alternatiue.

t Legatario. Hic autem faceret moram: quia diceret hæres se uelle dare illum qui est ab hostibus captus. & facit infra titulo primo, lege statuliberum. §. Stichum. & supra de eo quod cer. lo. lege secunda. §. qui Stichum.

u Pretium. f. cum uiuente non longe uilior foret, qui est

hæreditaria sine culpa hę redis perierit, uel nõ cõpareat nihil amplius quã cauere a eum oportebit. Sed si culpa b hæredis res perierit: statim damnandus est.

Quando testamentum uidetur factum principaliter causa hæredis, tenetur de culpa leuissima. h.d. cum glo. Bart.

Culpa autem qualiter sit æstimanda, videamus: an non solum ea, quæ dolo proxima, c verum etiam quæ leuis est? d aut nunquid & diligentia e quoque exigenda est ab hærede? Quod verius est. f

Testatoris periculum interitus pertinet ad hæredem. Bart.

Item si fundus chasmate † perierit: Labeo ait, vtique æstimationem non deberi. g quod ita verum est, si nõ post moram factam id euenerit. Potuit enim eum acceptum legatarius vendere. h

Legatarius agit contra hæredem ex delicto serui hæredis, et circa rem legatam. Bar.

Pomponius lib. vj. ad Sabinum. L.

Legatum est ita, Fundum Cornelianum, & mancipia, quę in eo fundo, dum [a] moriar, [d] mea erunt, hęres meus Titio dato. ancilla, quę in eo fundo esse consueuerat, mortis tempore (cum in fuga esset) enixa est. Quęro, an uel ipsa, uel partus eius legato cedat? Respōdi: Ancilla, quamuis in fuga sit, legata uidetur; & licet fugitiua erat, perinde habetur, ac si in eo fundo fuisset moriente patrefamilias. Huic consequens est, ut partus quoque matrem sequatur, [e] & perinde legato cedat, ac si in fundo editus fuisset.

Si unus ex rebus alternatiue legatis a testatore donatur: alia in legato remanet. Bart.

Si Titio Stichus aut Pamphilus, utrū eorum malit, [f] legatus sit: deinde Pamphilum testator Titio donauerit, Stichus in obligatione remanet.

Coniunctio uerbalis non inducit ius accrescendi in rebus prorsus diuersis. Bar.

Quibus [g] ita legatum fuerit: Titio, & Męuio singulos seruos do, lego: constat non concursuros in eundem seruum: sicuti non concurrunt, cum ita legatur, Titio seruum do, lego: Męuio alterum seruum do, lego.

Plures simul uenientes ad legatum concordare coguntur qua actione agant: secus si ueniant separatim. h. d. cum l. seq.

Si is, cui legatum fuerat ante quàm constitueret, qua actione uti uellet, [h] decessit duobus hęredibus relictis: legatum accipere simul [i] uenientes, nisi consenserint, non possunt. quare quamdiu alter rem uindicare uult, alter in personam [k] agere non potest. sed si consenserint; rem communiter habebunt. consentire autem uel sua sponte debent, uel iudice imminente.

† Quādo ponit uerbū uolet, uolā, & uoluero, no. Bal. ī l. uerbū. C. de fidei com. gl. & Doc. in l. hæc uēditio. I prin. in uerbo, obstrictus. ī. de cōtra. emp. tu ui de melius quā alibi I cle. j. §. uolumus. & ibi Card. de foro cō pet. glo. & Cardi. in cle. j. de rerū permut. & in cle. j. in fine, de censitis.

a F. Fl. cū.

ADDITIO. Dic quod istud est fauore ultimæ uoluntatis, secundum Bart. hic.

d Dum moriar. Sic j. de fundo instr. & instru. leg. l. Seiæ. §. Pamphilæ. & ī. de hæredi. instituen. l. ex facto. §. si. & j. de auro, & argen. leg. l. si uxori. §. cum ita. & j. titu. 2. l. quæsitū. in princ. & l. seruus. & l. si ita. Acc.

e Sequatur. Accessoriū sequitur principale. sic j. de pec. leg. l. 2.

f Malit. Ex hoc notant quidam, quod aliàs legatarius non eligeret, nisi a testatore ei data esset electio: sed est falsum. & hic sub. maximè: si enim hoc casu hęredi daret electionem, posito quod testator nō dederit legatario: iam eligeret Pamphilum. & sic legatū esset inutile, quod esse nō debet: imo sic interpretari debet ut ualeat, ut j. ti. 1. l. Titio. §. Lucius. & arg. j. eo. l. planè. §. si cui. & facit ī. e. l. si tibi. §. si. & l. seq. & l. non quocunq;. §. si.

g Quibus. Sic ī. de usufructu accres. l. fina.

h Vti uellet. Cum plures ei competāt: ut j. ti. 1. l. cū filius. §. uarijs.

i Simul. Secus si separatim: ut j. l. proxima.

k In personam Scilicet ex testamēto. & facit ī. de usufru. l. quoties. in prin. cōtra. Solu. ibi. & de seruitute rusticorū prædiorū. l. itinere. cōtra. Sol. ibi. Item facit ī. quib. modis usus fruct⁹ amittat. l. ij. in prin: & §. fi.

Paulus libr. xj. ad Plautium. LXXXVII.

DVobus coniunctim a fundus erat legatus. alter ex his partis æstimationem per actionem personalem b abstulit, alter, si totũ fundum vindicare c uelit, exceptione doli repellitur pro parte dimidia: quia defunctus semel ad eos legatum peruenire uoluit. d

Si res mea pignorata mihi legatur ab extraneo: tenetur hæres mihi soluendo pignus liberare. Barto.

Iulianus lib. xxxiiij. Digesto. LXXXVIII.

SI tibi homo, e quem pignori dederas, f legatus ab alio fuerit: actionem ex testamento habebis aduersus hæredem, ut pignus luatur. g

Qui consecutus est æstimationem totius a grauato singulariter: nil debet consequi a grauato ultra. Barto.

Si testamento Stichus ab uno hærede legatus fuerit Mæuio, & eidem codicillis idem Stichus ab omnibus hæredibus: h & antequam codicilli aperirentur, Mæuius litis æstimationem consecutus i fuerit: ipso iure uindicari ex codicillis non potest, k quia testator semel legatum ad eum peruenire voluit.

Rei legatæ vere, dominium transit ab adita hæreditate: & eodem modo debentur, quæ rei legatæ accedunt. Bar.

Cùm seruus legatur: & ipsius serui status, & omnium, quæ personam eius attingunt, in suspenso l est. Nam si legatarius repulerit m a se legatũ: nunquã eius fuisse uidebitur. si non repulerit: ex die aditæ hæreditatis m eius intelligetur. Secundum hanc regulam & de iure eorum, quæ per traditioné seruus acceperit, aut stipulatus fuerit, deq; ijs, q̃ legata, vel donata ei fuerint, statuetur: ut uel hęredi, uel legatario seruus singula gessisse existimetur

Actione personali ex testamento non potest conueniri hæres, nisi pro hæreditaria portione, etiam si insolidum rem possideat.

Si fundus n ab omnibus hæredibus legatus sit, qui unius hæredis esset, is quidem, cuius fundus esset, non amplius, quã partẽ suã præstabit, cæteri in reliquas partes tenebuntur. Valet o legatum, si superficies legatum...

DVobus. CASVS. Legaui coniunctim fundum duobus: alter egit actiõe ex testamento, & fuit cõsecutus æstimationem medietatis fundi, alter uult fundum totum uendicare, certè non potest. Viui.

a Duobus coniunctim. Re, & uerbis: uel re tantum: ut C. de caducis tollendis. §. ubi autem. & §. fin autem.

b Personalem. Ex testamento.

c Vendicare. Per rei vendicationem.

d Voluit. Pro uirilibus portionibus ut s. eodem. l. si mihi. in principio. & l. si pluribus. in principio.

SI tibi homo. CASVS. Stichum seruum meum obligaui Titio, & Sempronius eũ mihi legauit. certè tenetur mihi hæres Sempronij, ut luat pignus meum prædictum.

Si testamento. In testamento meo legaui Stichum Titio ab uno de hæredibus meis, postea feci codicillos, & eũdem Stichum ab omnibus hæredibus meis legaui eidem Titio. antequã aperirentur codicilli, egit Titius contra hęredem grauatum in testamento, & habuit ęstimationẽ Stichi. certè aperta postea codicillis non potest ex eis agere contra hæredes ad eundem Stichum, cuius æstimationem habuit. Cum seruus. Titius legauit mihi seruum, & decessit: & adita est hæreditas eius. unde dominium prædicti serui habeo ego legatarius etiam ignorans mihi legatum. certè adhuc est in suspenso status serui. scilicet utrum debeat remanere apud me, uel nõ: nam bene possum repudiare: & si repudio, nunquam fuisse meus fingetur: quamuis in ueritate fuerit. unde si aliquid seruus p̃dictus interim acquisiuit. i. postquã legatus fuit mihi usque ad tempus quo repudiaui eum, hæredi uidetur acquisisse. si autem uelim ad me pertinere seruum: intelligitur fuisse meus a tempore aditæ hæreditatis, sicut in ueritate fuit. & ea quæ interim acquisiuit, mihi acquisiuit. Si fundus. Instituit mihi tres hæredes: & ab eis reliqui fundum unius hæredis Titio, certe pro hæreditarijs partibus tenetur Titio, non autem solus ille hæres, cuius est fundus. Valet. Habeo superficiem in solo Titij, feci testamentum, & ei legaui superficiem in solo Titii. ualet legatum, & lucrifaciet dominus soli ipsam superficiem. Viuia.

e Sit tibi homo. Scilicet Titius.

f Dederas. Aliũ non leganti. alioqui aliud esset: ut j. de libe. leg. l. j. §. j.

g Luatur. Pignoris enim luitionem potius legare quam dominium eius uoluisse testatoré, est uerisimile. R. Sed arg. contra j. tit. a. l. Mæuius. §. pen. & not. hic, quod ualet legatum rei meæ, in qua alius habet ius. t

h Ab omnibus hæredibus. Secus si ab alio specialiter eadem res: ut s. eod. l. quid ergo. §. j. & j. eo. l. seruo. §. j. & facit ad hoc s. eodem, l. si fundum. §. si pater.

i Consecutus. Petendo Stichum nõ æstimationem: sed quia non præstitit eum, in æstimationem damnatus ille hæres a quo fuit relictus.

k Non potest. Quia nullum commodũ esse potest. Alias cõtra j. ti. j. l. Mæuius. circa prin. Item cõtra ea. l. §. eum. Sol. ibi, & dic plenè vt ibi notatur. Accursius.

l In suspensu. Nec obst. j. eo. l. legatũ. §. fin. quia refert an suspendatur legatũ expressim, ut per cõdi. ut ibi: aut tacitè, ut quia legatarius deliberat: ut hic, ibi autem non suspẽditur: sed statim extinguitur seruitus.

m Aditæ hæreditatis. Not. quando dominium rei legatæ transit in legatariũ. sic j. tit. j. l. mortuo. in prin. Sed alii dicunt a morte testatoris: ut j. de furtis. l. a Titio. & s. de nox. l. si seruus lega. & supra de peculio. l. sed si damnum. §. primo. & infra titu. primo. l. legatum. Sed proprie & inspecta ueritate istæ aliæ de fictione. & facit infra de rebus dubiis. l. quædam. & s. de fur. l. si is qui. & l. si dominium. & s. de rebus eo. l. magis. §. fundum. autem. & s. eod. l. legatarius. §. j. & l. apud. & l. seruum. §. j. & s. si certum peta. l. proinde. & j. si quid in frau. pa. l. j. §. utrum.

n Si fundus. Plana est litera. & facit j. titu. j. l. unum ex familia. §. si rem.

o Valet. Quia ei uendicanti de cætero non obstabit exceptio, quæ competebat superficiario: ut j. de superfic. l. j. §. quod ait.

t Pone exemplũ, ut l l. j. C. de usu. le. s. i re testatoris alteri locata. & ẽ diuerso an possit legari res, in qua quis habet ius, no. l. l. eũ alienã. C. de leg.

n Aliud repudiando, aliud in alienã do Lap. alle. 25. ad fi. & Mandos. I addit. ad ipsũ Apostil. pen. & ult.

Dñiũ rei legatæ qñ trãseat i legatarium.

Lucrifaciat

ta sit ei, cuius in solo fuerit: licet is dominus soli sit. nam consequetur, vt hac seruitute liberetur, & superficiem lucrifaciat. a

Suus, vel emancipatus si se abstinet: prælegatum in totũ cõsequitur: nisi testator aliud voluerit, vel prælegata loco hæreditatis posuerit. h. d. vsque ad l. quæsitum. Bar.

Papinianus li. xviij. quæstio: LXXXIX.

FIlio pater, quem in potestate retinuit, hærede pro parte instituto legatum quoq; reliquit. Durissima sententia est existimantium denegandam ei legati petitionẽ, b si patris abstinuerit hæreditate. Non enim impugnatur iudiciũ ab eo, qui iustis c rationibus noluit negotiis hæreditariis implicari.

Martianus libro vj. Institutionum. XC.

SEd si non alias voluit eũ pater habere legatum, nisi hæreditatem retineret: tũc neque aduersus cohæredem dandam ei legati petitionem secũdum Aristonis sententiam constat: cum ipsi filio non videretur eẽ soluendo hæreditas. & hoc ita est, licet non conditionaliter expressisset: intellexisse tamen manifestissimè approbetur.

Iulianus libro xxxvj. Digesto. XCI.

NAm nec emancipatus hrẽditate omissa legatum ab hærede petere prohibetur. Prætor enim pmittẽdo iis, qui in potestate fuerint, abstinere d se hrẽditate paterna: manifestum facit, id ius se in persona eorum tribuere, quod futurum esset: si liberum arbitriũ adeundæ hæreditatis habuissent.

Papinianus li. xviii. quæstionum. XCII.

QVid ergò si ita legauerit: Hoc ampli9 filio meo? Non dubiæ volũtatis quidem q̃stio erit: sed non absimilis prioris casus circa filii prouidentiam: nisi euidens volũtas contraria patris probetur. Planè si pluribus e filiis ĩstitutis, f (inter eos verbis legatorum bona diuiserit: g voluntatis) h ratione legatorum actio denegabitur ei, qui i non

a Lucrifaciat. Sed nonne superficies sequebatur solum, ut Instit. de rerum diui. §. cum in suo. Re spon. sic: sed per hoc dicitur lucrari, quia petet rem, exceptione non obstante. & facit s. eo. l. si domus. §. fi.

FIlio pater. CASVS. Filium meum quem in potestate habebã, hæredem institui cum quibusdam aliis, & ei prælegatum dedi. filius uult abstinere ab hæreditate, & legatum consequi, dicebant cohæredes sui: tu impugnas iudiciũ patris tui abstinendo ab hæreditate sua, unde non debes aliquid ex eo consequi. quæritur quid iuris sit? & dicitur quod bene habebit legatum quamuis ab hæreditate abstineat: nisi ego pater nolui eum alias habere prælegatum prædictum, quam si adierit hæreditatem meam: quia tunc non habebit, nisi adeat. & bene dixi filium in potestate cõstitutũ debere habere legatũ etiã si abstineat ab hæreditate patris, quando non apparet contraria uoluntas patris: quia idem dicitur in emancipato. & in potestate cõstitutus non habet minus ius abstinẽdi per prætorem, quã habeat emãcipat9 per ius ciuile. h. d. usque ad l. quid ergo. Vin.

b Petitionẽ. Quia nõ denegat. ut C. e. l. cũ responso, & j. de exce. doli. l. apud. §. si quis. & s. eod. l. qui filiabus. §. fin. & l. seq. & j. eo. l. quæsitum. §. duobus. Sed cõtra j. tit. 2. l. miles §. fi. nã ibi decedens & sic repudians non habet, nec transmittit legatum pro sua parte, & ita non ualet. Sol. hic repudiauit, ibi decessit: quæ non sunt paria: quia cum repudiat, extat conditio tacita sub qua ualet pro sua parte, at cum moritur ante aditam hæreditatem, ut ibi non extitit conditio eo uiuo, & sic non transmittit pro sua parte, ut ibi. pro alia. n. sp ualet: & ideo transmittit, ut ibi. Itẽ cõtra j. de excep. do. l. fi. §. fi. So. ut C. e. l. cum responso.

ADDITIO Vel dic secundum Barto. hic, quod ibi legatum habebat in se aliã conditionem q̃uã istam, si hæres non eris: quia conditio apposita in institutione, videbatur repetita in legato.

c Iustis. Vel non iustis, nam est pro ratione uoluntas: ut j. ad Tre. quia poterat. & facit s. si quis omis. cau. testa. l. si in testamento. in fi. & j. tit. 2. l. Sextilium. Acc.

d NAm nec. abstinere. Permittitur enim quod ius ciuile non facit: ut s. de acqui. hære. l. necessariis. & Insti. de hære. quali. & diffe. §. sed his. Accur.

QVid ergo. CASVS. Pater ita prælegauit filio quem habet in potestate: hoc amplius quam habet in hæreditate mea, prælego ei centum. nũquid erit idem quod dictum est, quando pater non dixit, hoc amplius. s. ut patris hæreditatem nolens adire in potestate constitutus nihilominus habeat prælegatum, & certe sic, nisi probetur per cohæredes patrem noluisse eũ habere prælegatum, nisi adeat hæreditatem suam. Sed quid si plures filios puta tres sibi instituit pater, & inter eos diuisit totam hæreditatem uerbis legatorum, hoc modo: uni hæreds lego tertiam hæreditatis, secundo aliam tertiam: & tertio aliam tertiam: & unus eorum uult repudiare suam tertiam: iure hæreditario, & eandem habere iure legati: nunquid potest? Certe non. uerisimile est enim in hoc casu, q non aliter uellet eos habere ea, quæ assignauit, nisi hæredes existant. & hoc dicit litera uoluntatis ratione scilicet præsente. Vinia.

e Plane. Fecit quidam testamẽtũ suũ, filios suos hæredes instituit: & diuisit inter eos bona, vt vnus haberet ultra Rhenum, & alter citra Rhenũ. nũc iste q habebat citra Rhenũ, habet in quolibet cespite medietatem iure suo: alterã medietatẽ iure prælegationis. si autem uelit habere id qd habet iure prelegationis, aliud repudiare non potest. sed contra s. eo. l. qui filiabus. §. fi. Sed ibi prælegatum est à testatore, hic autẽ habet illud prælegatum à lege.

f Si pluribus. Hic intendit, quod quando plures sunt instituti, unusquisque suam partem partim habet iure cohæredis, & sic iure prælegati: partim suo iure habet. sed si id quod suo iure habet, noluit, non potest habere aliquid iure cohæredis, & sic iure prælegati: quia habet a lege, & sic non obst. s. eo. l. qui filiabus. §. fin. ubi habet à testatore prælegatum.

g Bona diuiserit. Sed non omnia, sed maiorem partẽ: alia bona indiuisa reliquit. H.

h Volũtatis. Præsumptæ. i cum eni n pater inter eos diuiserit omnia, vel partẽ maiorem: uerisimile est non aliter uelle eos habere assignata, nisi essent hæredes.

i Ei qui. Cui per diuisionem maiorẽ partem assignauerat, quam ab intestato habiturus erat. Se facit s. fam.

* Sic I. P. F. Hal. legit, volunt negantis, &c. sed si rectè vide Ant. Aug. li. emẽ. 4. c. 17.

* Hæc, quæ parẽthesi ĩclusa sũt, nõ habentur I. P. Fl.

i Quia voluntas testatoris ea p̃sumit, q̃ de iure eẽ dẽt. Bal. s l. 2. C. de Ipu. & ali. sub. In. de Imn. in l. fi. j. de cõ dit. & demonstrat.

ercisc. l. si cum pater.

Quæsitum. CASVS. Filium, & ex eo nepotẽ habebã in potestate, dictus filius hæres fuit institutus à quodam extraneo, & ab eo fuit legatũ dicto nepoti meo. certe ualet legatũ, & etiam si legatũ fuisset fratri prædicti instituti, uel etiam seruo suo, uel patris sui, ualet legatum: quia etiam à filio meo instituto potest mihi legari. Præsente. Quando in testamento meo dedi pure libertatẽ seruo meo, bene possum ei legare, uel pure, uel sub conditione, si autem dem ei libertatem sub cõditione, & do ei legatum purè: quandoque ualet legatũ, quandoque non. nã si conditio libertati apposita potest adimpleri ante aditã hæreditatem, & sic antequã cedat dies legati sibi seruo purè relicti, inuenitur liber: unde potest sibi acquirere, dies autem dicti legati cedit ab adita hæreditate: ut C. de cadu. tol. l. j. §. in nouissimo. si autem conditio libertati apposita non possit adimpleri ante aditam hæreditatẽ, si alius esset institutus, de quo ponit duo exẽpla, non ualet dictum legatum: quia cum dies eius cedit. s. ab adita hæreditate, inuenitur seruus hæredis. unde sibi non potest acquirere legatum dictus seruus, nec hæredi: quia iam esset hæres & legatarius: quod esse nõ debet: quod autem dixi ualere legatum purè relictum seruo, cui data est libertas sub conditione, si conditio possit adimpleri ante aditam hæreditatem, & adimpleta sit: fallit in uno casu. ueluti quando Stichum seruum meum institui mihi hæredẽ necessariũ, & Pamphilo seruo meo dedi libertatẽ sub tali conditione, quæ posset adimpleri ante aditam hæreditatem, si alius esset institutus, & eidem Pamphilo aliquid purè legaui: quia hoc casu statim mortuo testatore, Stichus hæres est. siue uelit, siue nolit. unde non potest inueniri aliqua conditio, quæ in hoc casu possit adimpleri ante aditam hæreditatẽ. tẽpore ergo quo cedit dies legati, scilicet aditæ hæreditatis, si inuenitur seruus, ut dictum est, sibi legatum acquiri non potest, nec hæredi. unde iudicatur non ualere. h. d. usque ad §. duobus. Viuia.

agnouit hæreditatem.

A filio instituto potest legari patri, uel alteri cuicunque in eadem potestate constituto. Bart.

Iulianus libr. xxxvi. Digesto. XCIII.

Quæsitũ est, si filiusfamilias, q filiũ habebat, hæres ĩstitutus fuisset, [a] cum esset uterq; in potestate aliena: an ab eo, filio eius legari possit? Respondi: cum possit à filio patri legari: [b] cõsequẽs est, ut uel fratri ipsius, uel filio, uel ẽt seruo [c] pr̃is sui leger.

Si libertatis dies & legati cedit simul, uel libertatis prius, ualet legatum, secus si prius cedit dies legati. Bar.

Præsente quidem die data [d] libertate, seruo legari [e] uel purè, uel sub conditione poterit. [f] cũ uerò libertas sub conditione data fuerit: aliàs utiliter, aliàs inutiliter purè

[a] Institutus fuisset. A patre secundum quosdam: Imo ab extraneo: ut statim innuit cum dicit, aliena.

[b] Patri legari. Etiam pure: quod dic ut s. eo l. à filio. & facit infra, quando dies legati cedat. l. cum legato.

[c] Seruo. Imo uidetur quod filio uel seruo hæredis non iure legetur: ut Insti. de leg. §. an seruo, quæ est cõtra. Sol. hic sub conditione: ut & ibi permittit. Vel dic secundum Io. quod hic non erat filius, uel seruus hæredis: sed patris hæredis. Vel dic secundũ quosdam, quod ualeret secundum noua iura, secundum quæ quæritur proprietas legatario filio. sed secundum uetera iura ualebat, siue ipse hęres, siue legatarius fuit ante aditam hæreditatem emancipatus.

[d] Data. Id est, directè relicta à testatore.

[e] Legari. Eidem seruo.

legabitur. [g] nam si ea cõditio libertatis fuerit, ut patrefamilias statim mortuo, possit ante aditã hæreditatem existere conditio: ueluti, Stichus si decem Titio dederit, uel Capitolium ascẽderit, liber esto: utile [h] legatum est. [i] Huiusmodi autem conditiões, si hr̃di x. dederit, si post aditam hæreditatẽ Capitolium ascenderit: inutile legatũ efficient. [k] Necessariò autẽ hærede scripto [l] ex asse: etiam eę cõditiones, quę ante aditam [m] hæreditatem impleri possunt, inutile legatum efficient. [n]

Si seruo legato uiuo testatore obuenit libertas: relictum eidem debebitur. Bar.

Duobus hęredibus institutis, alteri Stichum legauerat, & eidem Sticho x. cum Stichus uiuo testatore ad libertatem

[f] Poterit. Et utriusque legati dies cedit ab adita hęreditate: ut C. de cad. tol. §. in nouissimo.

[g] Purè legabitur. s. à domino: ab extraneo uero indistinctè etiam purè legaretur.

[h] Vtile. Scilicet de decem. nam de libertate legatũ semper ualet.

[i] Legatum est. Imò quandoque non, ut j. de condit. & demon. l. cum seruus. in prine. Solu. ibi in mista cõditione, & dic ut ibi no.

[k] Efficient. Quia dies huius legati ab adita hæreditate cedit: ut in d. §. in nouissimo. quod hic esse non potest. Sed contra j. tit. z. l. qui concubinam. §. cũ testamento. Solut. ibi. & facit s̃. de hæredi. inst. l. qui filio. §. z. & s̃. eo. l. si post mortẽ. & j̃. de opt. legat. l. si optio. & infra titu. t. l. si quis seruo.

[l] Scripto. Et relicta libertate seruo, & legato ut supra.

[m] Aditam. Aliàs cum institutus est extraneus secundum R. nã suus, uel necessarius non dicitur adire. Vel dic ante aditam hæreditatẽ. i. ante immistionem. prætor enim permittit abstinere. ut s̃. eo. l. nam nec.

[n] Efficient. Si non impletæ fuerint statim testatore mortuo, uel adhuc eo uiuo, & est ratio secundum Ro. quia in hoc casu inter mortem, & hæreditatis acquisitionem nullum est medium. Duobus. CASVS. Duos mihi hæredes institui, & alteri eorũ legaui Stichum, & eidẽ Sticho legaui 10. Stichus peruenit ad libertatem me testatore uiuo. certè legatum prædictum habebit insolidum: id autem uerũ esse, uel hoc argumento probari potest. Nã si is seruus Stichus non fuisset liber effectus: alter hæres (cui legatus fuerat ipse Stichus) etiam hæreditate abstinens integrũ legatum ab altero hęrede adeũte cõsequeretur: nempe & ipsum Stichum, & decem Sticho legata. Seruo. Titio seruum legaui, & seruo legaui 10. & postea seruum alienaui in Mæuium: certe Mæuius habebit legatum seruo relictum. Cum seruus. Legaui Titio Stichum. & eidem Sticho legaui 10 certe possum grauare Titium de fideicommisso alicui dando, uel ipsi seruo cum erit liber. Si quis. Legaui Titio Stichum: & postea eundem alienaui in Sempronium: postea eidem seruo dedi in codicillis legatum. certe illud legatum Sempronio acquiritur. & idẽ est si eũ manumisi, postquã eum legaueram, & eidem postea legatum dedi in codicillis. nam ei manumisso acquiritur legatum. Si mihi. Titius instituit te hæredem, & mihi Stichum legauit.

Sempronius

Sempronius quidam alius fecit testamentum, & dicto Sticho legauit decem, decessit Sempronius secundus testator, & uiuo Titio primo testatore, sicque cessit dies legati, Sticho relicti: quare acquiritur hæreditati Titij primi testatoris, id est, ipsi Titio qui adhuc uiuebat, ut dictum est. certè licet postea moriatur Titius, cui acquisitum est legatum relictū seruo, qui adhuc erat suus, quamuis mihi legauerat eum, ut dictū est: tamē ad me cui Titius Stichum legauit, non pertinebit legatū relictū dicto Sticho per Semproniū, imo pertinebit ad hrdē Titij pdict l. Cum homo. Legasti mihi Stichū, ego sui litem contestatus contra hæredem tuum super hoc. certè quicquid à lite contestata usq; ad sententiā habitur[a] fuissem, si mihi datus esset tēpore litis contestatæ, totum debet mihi dare hæres, & ponit simile de ancilla legata, & de fundo legato. Viui.

[a] In P. Fl. non est, Titij.

peruenerit: totum legatum ei[a] debebitur. Nam insolidum constitisse causam legati in eius persona, hoc quoque argumento est: quòd si hæres, cui legatus fuerat, hæreditatem non adisset, solidum ab altero hærede consequi posSit.[b] Seruo legato legatum datum est. Si alienatus à testatore fuisset: legatum ad emptorem pertinebit.[c] Cùm seruus Titio, & eidem seruo aliquid legatur: fidei[a] Titij committi potest, ut aut seruum alicui restituat, uel ea, quę seruo legata sunt. Hoc amplius, etiam ipsi seruo, cum liber erit, fideicōmissum a Titio dari potest. Si quis Stichū legauerit, & eūdem alienauerit, uel manumiserit: deinde eidem legatū codicillis dederit: uel manumisso, uel emptori legatum debebitur.[d]

Ea quæ acquiruntur per seruum uiuo testatore non debentur legatario: secus in quæsitis post mortem, & aditam hæreditatem. Bart.

Si mihi seruus a te hærede legatus[e] fuerit, & eidem seruo aliquis[f] legauerit: & uiuo eo, qui mihi seruum legauerat, dies legati seruo dati cesserit:[g] confestim[h] id legatū hæreditati[i] acquiritur: & ideo quāuis postea moriatur is, qui mihi seruum legauerat: ad me id, quod seruo legatū est, non pertinebit.

Si legatur homo alienus, fructus, & accessiones ueniunt a tempore litis contestatæ. Bar.

Cùm homo ex testamēto petitus est:[k] causa eius temporis: quo lis cō testabatur,[l] repręsentari debet actori. & sicut partus ancillarū, sicut fruct[9] fundorū interim pcepti in hoc iudicium deducū tur: ita qd̄ seruo legatorū, uel hęreditatis nomine interim obuenerit, pstandum est petitori.

Qui consensit alienationi rei a testatore purè sibi relictæ, potest adhuc petere pretium, licet hæres soluendo rem, liberare se possit. Bart.

Iulianus libr. xxxix. Digesto. XCIIII.

SI fundum per fideicommissum relictum unus ex hęredibus (excusso ptio secūdū redditū[m] eius fundi) mercatus sit[n] pp̄ter ęs alienū[o] hęreditariū, pręsente, & assignā te eo, cui fideicōmissum debebatur: placet, nō fundum, sed pretium eius restitui debere.[p] Marcellus notat,[q] Si fundum restituere malit hęres: audiendum existimo.

[a] Totum legatum ei. Sticho: ut & j. quando dies legati ce. l. cum legato.

[b] Potuisset. j. tit. 1. l. miles. §. fi. contra. Sol. ibi.

[c] Pertinebit. j. §. 2. & j. quando dies le. ce. l. cum legato.

[d] Debebitur. supra, §. ij. & infra, quando dies leg. ced. l. cū legato.

[e] Legatus. A testatore.

[f] Aliqs. Extraneus.

[g] Cesserit. Quia decessit qui legauit.

[h] Confestim. Eo legante mortuo.

[i] Hæreditati. Id est bonis, quæ nunc sunt, spe futuræ hæreditatis. & sic nomē destinatum post mortem imponitur ante mortem: ut & posthumus dicitur post testamentum, natus etiam in uita & facit j. tit. 1. l. quod seruus.

[1] Limita istud dictū qn̄ cōmittat mora: & a quo tpe incipiat, uide p Ang. i l. unum. ij. col. s. si cer. pet.

[k] Petitus est. Per legatarium.

[l] Contestabatur. Ex hoc dicunt quidam moram fieri à tempore litis contestatæ.[1] Ioan. uero prius etiā à die interpellationis: ut j. ti. 1. si quis seruo. quod plenè dic: vt C. de usur. & fru. lega. l. 1. & facit s. si cert. peta. l. cū fundus. & j. de acquirendo rerū dominio. l. quæsitum. & s. eo. l. apud Iulianum. & j. ad Trebel. l. in fideicommissariam. in princip. & s. de usur. l. equis. & l. Paulus. & j. de opt. leg. l. filium. & j. tit. 2. l. patronus. ij. respon.

CASVS. SI fundū. Pluribus mihi hæredibus institutis fundum Titio per fideicommissum reliqui: unus ex hæredibus dixit cohæredibus: quia hæreditas est multum onerata debitis, uēdamus fundum prædictū, & expediamus nos à creditoribus: & si uultis, ego inquitā reddit[9] fundi, & ita quid potest ualere fundus, & emā eū. dixerunt cohæredes, uocemus Titiū cui relictus est dictus fundus: & si placebit ei, faciem[9]. unde uocauerunt eum, & dixerunt ei prædicta: & ipse respon. non consentiam aliter, nisi dentis mihi quantum postea ualet fund[9]: sed ita bene consentio. & ita factū est: postea uult fideicōmissarius fundum: non potest, sed pretiū eius sic. si tamē hæredes uelint ei dare fundum, bene possunt. Viui.

[m] Secundum redditum. No. pretiū rei secūdum redditum: ut in Auth. de non alie. §. quod aūt. in fi. col. 2. & C. de rescin. uen. l. si quos.

[n] Mercatus sit. A cohæredibus suis, quo casu etiam partem suam potest emere. ut s. de in diē addic. l. quod si uno. §. fi.

[o] Propter æs alienū. Quod fortè minuebat legatum. R. sed hoc non allegabatur hic.

[p] Restitui debere. Imo nihil uidetur deberi: ut j. titu. 1. l. codicillis. § j. contra. Sol. hæc secundum illam, quia eo animo hic cōsensit, ut non perderet fideicommissum. Et eodem modo respōdetur ad l. infra eodem. l. nihil. §. 1. quæ est contra. uel dic ut ibi. Item eodem modo respon. infra tit. 1. l. cum pater. §. liberis. Item not. hic prxsentiam nocere quo ad fundum. sic s. de pignor. l. fideiussor. §. 1. Sed argumen. contra. s. de pigno. actio. l. Caius. & j. titu. 2. l. Titia. §. Lucia. Sed dic ut in qualibet earum no. Item no. quod pretium succedit loco rei.[2] sic. s. de peti. hæreditatis. l. si & rem.

[2] Limitabis hanc glo. & l. in ea alleg. p tex. sing. i l. 1.

[q] Marcellus notat. Corrigendo, ut tantum fundus debeatur secundum quosdam, quod non placet, sed est in

Licet modus per casum deficiat, debetur legatum. Bar.

Iulianus. XCV.

[a] SI Titio [a] pecunia legata fuerit, & eius fideicommissum, ut alienum seruum manumitterer, nec dominus eum uendere uelit: [b] nihilominus legatũ capiet: qa per eum non stat, quo minus fideicõmissum pstet. nam & si mortuus fuisset seruus a legato nõ submoueretur. [c]

Potest relinqui fideicommissum a succedentibus ab intestato pupillo, quod expirat pubertate adueniente h.d. usq; ad §. qui rogatus, in l. planè. Bart.

Sicuri cõcedit unicuiq; ab eo, ad quem legitima eius hr̃ditas, uel bonorũ possessio puentura est, fideicõmissum dare: [d], ita ab eo, ad quẽ impuberis filij [e] legitima hr̃ditas, uel bonorum possessio puentura est, fideicommissa rectè dabuntur.

Vlpianus lib. j. fideicommissor. XCVI.

QVod fideicommissum hactenus, quatenus [f] impubes decedat, ualebit: cæterũ si pubes factus decesserit: euanescit [g] fideicõmissũ.

Iulianus libro xxxix. Digesto. XCVII.

PLanè si filium impuberem exhæredauerit: fideicommissum legitimus hæres præstare cogendus [h] non erit, nisi idem & patri hæres fuerit. [i]

Venditor serui hæredis de restituendo rogati tenetur fideicommissario. si est soluendo: aliàs contra emptorem habetur regressus. Bart.

Qui rogatus erat hæreditatem, ex qua seruus eius hęres institutus erat restituere alij, seruum uendidit. * [k] Quæsitum est, an hæreditatem restituere cogendus esset is, ad quem hęreditas ex emptione serui hæredis scripti peruenisset? Dixi compellendum esse ad fideicommissum restituendum eum, qui seruũ suũ hęredem scriptum uendidit: cum pretium hæreditatis, quam restituere rogatus est, habeat. [l] Is autem, ad quem hæreditas ex emptione serui hæredis scripti puenerit: [m] ex causa cogendus erit fideicommissum præstare, id est, si dominus serui hæredis scripti soluendo non erit. [n]

Grauatus dare unam de rebus alternatiuè relictis, tenetur ad illam, etiam si aliam elegerit. Barto.

Si cui Stichus, aut Da-

in solutiõe fiend*. & facit s. sol. ma. l. si uerò. §. si. Itẽ facit j. ti. 1. l. si. §. quatuor. cõtra. Sed ibi alij ignorauerũt.

SI Titio. CASVS. Titio legaui x. & fideicitus commisi, ut seruum Mæuij manumitteret, si dominus serui non uult eum uendere, nihilominus Titius legatum habebit. nam nõ remanet per cũ ac si mortuus esset dictus seruus. Sicuti. Filium meum impuberem mihi hæredẽ institui, & ita dixi. quicunq; erit hæres filio meo ab intestato, uolo qd det Titio x. certe ualet hoc fideicommissum: nam & ualet cum relinquo ab hærede meo legitimo: & est uerũ qd dixi, si dictus filius meus decedat impubes, non aliàs. h. d. cum l. seq. Viui.

[a] Si Titio. Aliàs §. Iulianus. aliàs l. si Titio.

[b] Velit. Idẽ si uelis, sed immẽso pretio: ut j. tit. 1. l. non dubium. §. si.

[c] Non submoueretur. Vt & arg. s. e. l. Turpia. §. 1. & infra de opt. leg. l. filium. & C. de insti. & substi. l. j. & j. de ali. le. l. pecunię. & s. de cõdi. institu. l. quæ sub condi. §. quoties. & j. tit. 1. l. si qs Titio. & infra tit. 2. l. pr. §. Tusculanus.

[d] Dare. Vt & s. tit. 2. l. 3. & C. de fideicommis. lib. l. ex testamento.

[e] Filij. Instituti, nõ exhæredati: ut C. de legat. l. cum quidam. & infra eod. l. planè. in princ. cum enim posset pro eo testari: ut Inst. de pupil. substi. In princ. ergo si non facit ipse pater, uidetur relinquere legitimis filiis: ut s. tit. 2. l. cõficiuntur. circa princip. Vel dic, quod pater intestatus obiit: sed codicillos fecit pro filio: secus in testamento, quod hic pater tantum filio faceret: quia non ualeret, nisi & pater sibi faciat: ut s. de uulg. substi. l. 2. §. prima.

[f] [g] QVod fideicommissum. Quatenus. l. quãdo. Euanescit. Sic substitutio pupillaris euanescit adueniente pubertate: ut Instit. de pupill. substi. §. 1.

PLanè. CASVS. Ego exhæredaui filium, & ab eius legitimo hærede reliqui fideicommissum: non ualet, nisi legitimus filius fuerit meus hæres, & tunc præstabit fideicommissum, non quasi hæres filii, sed quasi meus. Qui rogatus. Seruum tuum hæredem institui & hęreditatem meam rogaui te dominum, ut alii restitueres: tu uendidisti seruũ, & habuisti pretium serui & hæreditatis: certè teneris ad fideicommissum præstandum: & emptor ita demum, si tu soluendo non es. Si cui. Legaui tibi Stichum, aut Damam, ad tuam electionem: & rogaui te, quod Stichum Titio dares ex testamento: ut petisti Damam, & habuisti: certè quãuis Dama sit uilior quam Stichus, nihilominus Stichum Titio dabis: quia per te stetit quo minus habeas Stichum ex testamento meo, quem rogaui te Titio dare. Qui testamento. Si do seruo meo libertatem, & nihil aliud t non possum grauare eũ in aliquo: nec illum similiter possũ grauare cui lego seruum, ut eum manumittat quia isti duo non recipiunt in testamento meo pecuniarium commodum. quidam tamẽ dicebant recipere pecuniarium commodum illum. cui rogatus est de manumittendo: quia potest eidem manumittendo operas imponere. unde sic põt grauari fideicõmissum: quod uetat lex sequens. Viui.

[h] Cogendus. Vt & infra tit. 2. l. si. & C. de leg. l. cum quidã. & infra ad legẽ Falcid am. l. qui fundum. §. qui filios.

[i] Hæres fuerit. Sic infra ad legem Falcidiam. l. in ratione. §. fina.

[k] Vendidit. Antequam uellet adire hæreditatem. & sic iussu emptoris adiuit: ut Institu. de hęredibus Instituendis. § alienus. alias si iã adisset, apud uenditorem remaneret: sicuti aliud eius peculium: ut supra de contrahenda emptione. l. quotiens. Accursius.

[l] Habeat. per medium. fiducia enim hæreditatis quærendæ carius emit. Et not. pretium succedere loco rei: ut s. de peti. hære. l. si & rem.

[m] Peruenerit. Quia emptor serui iussit adire.

[n] Non erit. Sic s. de eo per quem fact. erit. l. si. in prin. Sed quid in nostro casu: si eum manumisit, antequam adeat iussu domini? Resp. manumissum teneri: ut infra tit. 1. l. si alienus seruus.

j. de dist. pigno. l. in Bar. in l. is qui a debitore. l pri. uers sic. sed qo. j. de bis quæ in fraud. cre. Bal. 1 l. si. §. & si pssa tã. 14. no. C. de iur. deli. & Ange. & Ale. plenè in l. si rem. de pe. hęr. ut nõ pcedat in actione hypothecaria particulari.

* In P. Fl. & scriptis qbusdam exẽpla. incipit, Iulianus. & est §. legis pcedentis.

* P. Fl. cũ alii seruũ uẽdidisset

Stetu-

ma legatus esset, electione legatario data: & fidei eius commissum eẽt, vt Stichum alteri præstaret: si Damam vindicare maluerit, nihilomin' Stichum ex causa fideicommissi præstare debebit. Siue enim pluris est Dama, compellendus est Stichum redimere: siue minoris, æquè Stichum iustè dare cogetur, cùm per eum steterit, a quò minus ex testamento haberet, quod fideicommissum fuerit.

Cui est prouisum non pecuniariter, grauari non potest. Bartolus.

Qui testamento manumittitur, b & neq; legatum, neq; hr̃ditatẽ capit: fideicommissum præstare cogẽdus non est: ac ne is quidem, qui seruum legatum rogatus fuerit manumittere. c Is enim demum pecuniam ex causa fideicommissi præstare cogendus est, qui aliquid eiusdem generis, vel simile ex testamento consequitur.

Vlpianus lib. primo fidei com. XCVIII.

VIdendum est tamẽ nunquid si vice operarum rogauerit eum aliquid d dare, e debeat hoc fideicommissum valere. Quod nequaquam dicendum est: quia nec operæ imponi huiusmodi liberto possunt: nec impositæ exiguntur: e quãuis testator ita cauerit.

Designatio unde legatum soluatur, post legatum relictum apposita, ipsum conditionale non facit. Bar.

Iulianus lib. xxxix. Digestor. XCIX.

QVidam testamẽto, vel codicillis ita legauit, aureos quadringentos Pamphilę dari volo, ita vt infra scriptum est, ab Iulio actore f aureos tot: & in castris, quos g habeo, tot: & in numerato, quos habeo, tot: post multos annos eadem voluntate manente decessit: cùm omnes summæ in alios vsus translatæ essent: quæro, an debeatur fideicommissum? Respondi, vero similius esse patremfamiliàs demonstrare potius hæredibus voluisse, vnde aureos quadringẽtos sine incommodo rei familiaris contrahere possent, quam conditionem fideicõmisso iniecisse, h quod initio purè datum esset: & ideo quadringenti Pamphilæ debebuntur.

Bona vadunt ad fiscum cum onere legatorum. Bar.

Quoties † lege Iulia bona vacantia ad fiscum pertinent: & legata & fideicommissa pręstantur, i quæ præstare cogeretur hæres, a quo relicta erant.

Qui tenetur ad pretium rei, re perempta liberatur. Vel sic, Qui tenetur ad quantitatem ratione speciei, perempta specie liberatur. Bar.

Si tibi seruus legatus fuerit, & petitum a te, vt Titio aliquid præstares vsque ad pretium serui, deinde seruus decesserit: k nihil fideicommissi

a Steterit. Et est alia ratio: qa is uidetur melior, quem elegerit: ut Inst. de act. §. huic autẽ: aliàs nisi essent istę rationes: esset contra j. tit. e. l. Imperator.

b Qui testõ manumittitur. Directo. idẽ si p fideicommis. ut statim innuit. Sed arg. cõtra j. de manu. test. l. libertas. §. hæc scriptura, & l. Mæuia. sed reddere rõnes nõ est soluere de suo: & accendere candelas nõ est pecuniarium: & sic nec per hoc dicitur grauari.

c Manumittere. Nam non est locupletior, qui liberum habet: ut j. de regu. iur. l. nemo. §. fi. & j. de assign. lib. l. assigna re.

c Manumittere. Non enim persenserit commodũ: ut & j. eod. l. quidam. §. si tibi.

d Videndũ. Aliquid. s. dare. uel dic ad dationem pertinens.

e Exiguntur. Vt C. de oper. lib. lege matet. etiam si hoc dixit testator: ut j. de ope. lib. l. cerdonem. & l. campanos. nisi esset filius testatoris, & pater hoc præceperit. ut j. de bo. liber. l. qui ex eã. & de fideicõm. liber. l. si filius. in prin.

QVidam. CASVS. Titius ita legauit: Pamphilæ uolo dari aureos quadringentos, & uolo quod hæredes mei accipiant partem tertiam de dictis quadringentis a Iulio castaldo meo: & superfluum accipiant de talibus aliis locis. postea testator abstulit denarios castaldo, & in alios usus conuertit, & decessit non mutato testamento. certe nihilominus ualet fideicommissum Pamphilæ datum, quamuis sint summę in alios usus translatæ: quia non apposuit conditionem, imo demonstrationem, cum dixit, a Iulio, &c.

Quoties. Institui mihi hæredem, & ab eo legata reliqui. ipse non uult hæreditatem: & uacat hæreditas: unde fiscus uult eam habere: certè fiscus præstabit dicta legata. Si tibi. Legaui tibi Stichum ualentem 10. & rogaui te, quod Titio 10. dares. postea antequam legatum agnosceres, est mortuus Stichus: certè non præstabis fideicommissum a te relictum. Si scriptus. Plures institui mihi hæredes & legata ab eis reliqui: & dixi, uolo quod Titius hæres percipiat omnia legata, & ea inter legatarios distribuat: certè legatum alicui sub conditione relictum nou percipiet Titius hæres ante conditionem: pendente tamen conditione legati, cauebunt cohæredes aut Titio commissario, aut legatario conditionali, quod præstabunt legatum cõditione adueniente.

Cui statulibet. Libertatẽ dedi seruo meo sub conditione, si daret tibi 10. & te grauaui in præstandis Titio 10. certè bene ualet fideicommissum a te relictum Titio, & est ratio quare possum te grauare ut dicit litera, nam cũ possit, &c. Viuianus.

f Actore. Id est castaldo.

g Quos. Aureos. Accurs.

h Iniecisse. Sic j. ti. t. l. Lucius. i prin. & j. titu. 2. l. Paulo Callimacho. §. fina. & j. de ali. & ciba. lega. l. Lucius. & j. titu. 2. l. prædiis. in prin. & l. fideicommissa. §. si rem.

i Præstantur. A fisco: ut s. ad Sylla. l. cum fisco. & j. de iure fis. l. quod dicitur. & j. ad Trebel. l. Marcellus. §. fin. & s. si quis ali. test. p. l. si quis. & C. ad leg. Fal. l. etiam.

k Decesserit. Non præcedente mora hæredis, antequam legatum agnosceres. vel dic etiam postea: & ideo liberatur interitu serui: qa cum dixit testator usque ad pretium serui, uidetur ei electionem dedisse uelit dare seruum, uel eius

* Date, si est i P. Fl.

† Et rõ huius §. est, qa quãuis fiscus succedens in hr̃ditate, nõ sit hęres noĩe, est tñ effectu, vt nota. in l. ex facto. §. fi. inf. de vulga. & pup. & bonus est tex. i l. 3. C. ad L. Falcid. de quo vide in l. si ser uus. §. si quis ante. & ibi Bar. s. eo. tit.

eius pretium: & si etiam alterum tantum sit in obligatione, & electio sit debitoris, seruo mortuo debet liberari: quia cum eligere potuit, argu. ad hoc ȷ.eo. l. filiusfam. §. apud Marcellum. & ȷ. de re iudi. l. miles. §. 1. & dixi s. eod. l. cum res. H. sed in vera alternatiua altero mortuo, qui superest, dandus est: ut s. de eo quod cer. loc. l. 2. §. qui stichũ. & facit C. com. de leg. l. 1. & ȷ. titu. 2. l. si legatarius.

nomine præstare cogendus eris.

Executor non debet ante pecuniam petere, quàm conditio legati extiterit. Bar.

Si scriptus ex parte hæres rogatus sit percipere[a] pecuniam, & eis quibus testamento legatum erat, distribuere: id, quod sub conditione legatum est,[b] tunc percipere debebit, cùm conditio extiterit: interim[c] aut ei, aut iis, quibus legatum est, satisdari oportet.

Ille cui datur aliquid causa conditionis implendæ, potest onerare fideicommissi grauari. Bart.

Cui statuliber pecuniam dare iussus est,[d] is rogari potest, ut eandem pecuniã alicui restituat. Nam cùm posit testator codicillis purè libertatem dare, & hoc modo conditionẽ extinguere:[e] cur non etiam per fideicommissum eandem pecuniam adimendi potestatem habeat?

Fideicommissum inuinctum de re legata præstatur, ut accipitur: si de alia præstatur, in integrum. Bart.

Idem lib. xlii. Dig. C.

SI mihi Stichus legatus esset, fideiq; meæ commissum, ut aut Stichum,[f] aut Pamphilum seruum meum redderẽ, & in Sticho aliquid ex legato propter legem Falcidiam perdidissem: necesse habeo, aut Pamphilum seruum meum Titio totum dare, aut eam partem[g] Stichi, quam legatorum nomine accepero.

Is, in quo ius est postliminii, potest legari. Bar.

Idem libro ij. Digestorum. CI.

SEruus[h] ab hostibus captus rectè legatur. Hoc enim iure postliminij fit: ut quemadmodum hæredem instituere possumus seruũ, qui in hostium potestate est: ita legare eũ quoq; possumus.

Cui optio est legata, potest optare seruum specialiter alteri legatum. Bar.

Idem libro lxx. Digestorum. CII.

SI domino[i] Stichus legatus esset, & seruo eius[k] optio data,[l] partem dimidiam Stichi dico ad dominum pertinere, quod[m] posit seruus manumissus eundem Stichum optare.[n]

Dispositio hæredis non tollit dispositionem defuncti. Bar.

Idẽ lib lxxvj. Dig. CIII.

SI mihi[o] Sempronius à Titio hærede legatum ...

---

a Percipere. Vt minister, & ut momẽtaneam curam habeat. aliàs contra ȷ. titu. 1. l. si quis Titio. & de adi. leg. l. pecuniæ.

b Legatum est. Facit s. famil. ercisc. l. & post. §. 1.

c Interim. Id est pẽdente conditione.

d Iussus est. In testamento.

e Extinguere. Et sic directò aufert pecuniam ei, cui statuliber iussus erat dare: q̃ñq; tñ p obliquum, siue p fideicommissum. ut hæreditas i codicillis: vt C. de codi. l. hæreditatẽ. & facit s. de donat. cau. mor. l. quod statuliber.

SI mihi Stichus. CASVS Matius legauit mihi Stichum, & rogauit me, quod darem Titio dictum Stichũ, aut Pamphilum seruum meum: hæres Mæuii detraxit mihi Falcidiam de Sticho. certè adhuc est mea electio, utrum dem Titio partem Stichi quam habeo, an Pamphilum seruum meum. Viuia.

f Aut Stichum. Mihi legatum.

g Eam partẽ. Non deducto aliquo. sic s. de annu. leg. l. liberto. §. à liberto. & ȷ. tit. 1. l. cum pr. §. 1. & l. Imperator. Sed contra ȷ. ad leg. Falc. l. pœnales. §. si. vbi legatarius deducit, si ei deductum est. Sol. ibi in relicto quantitatis, hic in specie indiuisibili. sic & alias s. eo. l. si fundũ sub conditione. §. si libertus, & ȷ. eod. l. ab omnibus. 1. respon. & not. de hoc C. commu. de leg. l. j.

SEruus. CASVS Dicitur hic, quod sicut seruũ ab hostibus captum possum hæredem instituere: ita eum aliũ legare possum. Viui.

h Seruus. Facit s. de hæred. instit. l. illa. § 1. & ȷ. eod. l. si seruo. § 1. & l. ab omnibus. §. etiam. & s. eod. l. id quod. Sed arg. contra ȷ. de verb. oblig. l. liber homo.

SI domino. CASVS Pamphilo Titij seruo legaui optionem seruorum meorum, inter quos erat Stichus. postea ipsi Titio dño legaui dictum Stichum. certè seruo Pamphilo, cui legaui optionẽ, non habet Titius dñs Pamphili nisi dimidiam in Sticho: quia poterit esse, quod Pamphilus perueniet ad libertatẽ, & optabit Stichum, qui legat' est domino suo. unde in eo cõcurreret quilibet in dimidia. Viui.

i Si domino. Puta Pamphili.

k Seruo. Eius domini. s. Pamphilo.

l Data. Scilicet ut optet vnũ ex illis, cũ duo tñ essent: alioqui generale legatũ optionis l uno seruo de familia nõ derogaret speciali: vt ȷ. de pec. le. l. seruo manumisso. & ȷ. opt. le. cum ita. §. 1. & l. si hæs. q̃ sunt cõtra. Sed R. intelligit qđ hic dicit, esse verum ex significatio ne verborũ defuncti: sed secus ex interpretatione uoluntatis eius, vt in contrariis. Et hoc not. hic per plura uerba, & secundũ hoc fuit legata optio serui à tota familia. Sed pone me instituiũ, & seruo meo relictam optionẽ serui, videtur non ualere: ut Inst. de lega. §. an seruo. Sed dico contra: quia legatũ optionis est conditionale, scilicet si optauerit, ut Insti. de leg. §. optionis. sed regula Catoniana non pertinet ad conditionalia recte: ut ȷ. de reg. Caro. l. 1. & d. §. an ser uo. in fi. Acc.

m Quod. i. quia.

n Optare. De rigore verborum. Vel dic, q erant duo tantum ut dixi, & secũdum vtrunq; fiunt partes concursu. nã potest eligere in Sticho: cum & ipse cõtinebatur in optione hominis cui legatur &c. ut ȷ. titu. 1. l. Mæuius. §. 1. Sed huic l. secundum quod R. ponit, sunt contraria iura, quæ dicunt generi per speciem derogari, non speciei per genus: ut ȷ. titu. 2. l. seruis urbanis. §. fin. & ȷ. de regul iu. l. in toto. sed ex prædictis apparet sol.

SI mihi. CASVS Sẽpronius legauit mihi equũ suum sub conditione ab hærede suo Titio. Titius hæres postea mihi eundem equum sum eadem conditione legauit. certè adueniente conditione consequar equum ex primo testamento Sempronii, & non ex secundo Titii. Viuianus.

o Si mihi. Facit ȷ. de legat. 2. l. Mæuius. 1. rñ. & ȷ. ad l. Falcid.

---

* In P. F. præcipere.

* Præcipere, I. P. Flor.

r Quæ debet hæres ab hærede, etiã si agat de præiudicio tertii in lucris captãdis, non si de dãnis inferendis. Bart. in l. si quis à filio. §. 1. s. e. Quãdo autem agitur de interpretatione totius testamenti, ptinet ad iudicem, per l. uoluntatis. & ibi Bal. C. de fideicom.

Falcid. l. fundo. Sed contra ī. eo. l. planè. §. t. solu. vt dixi ī. eod. l. huiusmodi. §. t.

SI seruo. CASVS. Titius in testamento suo legauit seruo meo Stichum, & postea fecit codicillos, & mihi legauit eundem Stichum. ego nesciens mihi legatum esse Stichū in codicillis, repudiaui ex testamento: certè nihilomin⁹ postea potero petere ex codicillis.

Siei. Capto apud hostes aliquid legaui, & ipse ibi mortuus est. certè nihil valet legatū quamnis si redisset ab hostibus per postliminiū confirmarē legatū, & ualeret. Vi.

a Possum. Vt infra titu. r. l. si duob⁹. & l. si mihi purè. & ī. de transact. l. cū Aquiliana. & l. qui eū tutoribus. in princ. & Insti. de inoffic. testam. §. mater. & §. cæterum.

b Momenti. Habetur enim hoc legatum pro nō scripto: vt C. de cadu. tol. §. in primo. & facit ī. eo. l. seruus.

SI minor. CASVS. Quidam minor xx. annis manumisit seruū suum non probata causa apud consilium, sicut debet facere per l. Aeliam Sentiam, & ita nō ualuit manumissio: & postea eidem seruo legatū reliquit in testamēto suo. & postea eūdem seruum alienauit in Titium, & Titius dedit ei libertatem, quę ualuit. nūquid capiet dictus seruus, nunc liber legatum, sibi à dicto minore relictū? Et dicitur q̄ non. sicut enim nō valeret legatum, si ei legasset sine libertate, ita non valet quando legat ei data ei libertate inutiliter: vt fuit in nostro casu. Viuianus.

c Alienatus. Ab illo testatore viuente postea.

d Sine libertate. Nam non pōt minor sine causa probata corā iudice dare libertatē etiā in ultima voluntatē: vt hic, & Insti. qui manumit. nō pos. §. eadem. licet ibi ad 17. an. reducatur, & hodie per auth. ad 14. an. ut C. qui ma. non pos. auth. sed hodie. & sic nō ob. C. eo. l. seruis. sed cum tēpe mortis minoris sit liber, uidetur ualere. sed certè ideo non ualet; quia sub conditione uidetur legatum, scilicet ac si ex manumissione perueneri ad libertatem: ut ī. de condi. indeb. l. seruo.

IN tacitis. CASVS. Si testātor nō in testō vel codicillis, sed domestica cautione obligat hæredem suū de præstando fideicōmisso illi, qui capere non pōt, vī fieri fraus legi, quæ dicit, quod non capientibus nō relinquatur. & habebit fiscus illud fideicommissum. Vi.

e Rogatur. Expresse, & euidenter, licet dicat, facias quod scis, vel da ei, cui scis me velle.

f Non potest. Ad hoc ī. de iur. fisc. in prin. & l. in fraudem. & ī. de vsur. l. cum quidam. §. i tacita. Accur.

---

uerit, Titiusq́ue mihi sub eadem conditione eandē rem legauerit, existente conditione capiam legatum ex testamento Sempronij.

Qui repudiat ex persona serui, potest agnoscere ex sua. Bart.

Idem libr. lxxviij. Digestorum. CIIII.

SI seruo meo Stichus legatus fuerit testamēto, idq́; legatum repudiauero: deinde prolatis codicillis apparuerit, mihi quoq́; eundem Stichū legatum esse: nihilominus eundē vendicare possū. a

Qui decedit apud hostes, uidetur mortuus tempore captiuitatis: qui reuertitur, uidetur semper fuisse in ciuitate. Bar.

Si ei, qui in hostiū potestate est, legatū fuerit, & is apud hostes decesserit: nullius momenti b legatum erit: quāuis postliminio cōfirmari potuit.

Legatum purè relictum seruo non iustè manumisso non ualet: nec confirmatur, si postea manumittatur. Bar.

Idem libro lxxxj. Digestorum. CV.

SI minor xx. annis dominus seruum causa non probata manumiserit, & postea legatū ei dederit, isq́; alienatus c ad libertatem perductus fuisset: legatum non capit: nā perinde nullius momenti est legatum, ac si sine libertate d datum fuisset.

Tunc in fraudem uidetur quis fideicommissum assumere, quando non publicè, sed secretè de restituendo promisit. Bar.

Idem libr. lxxxiii. Digestorum. CVI.

HAeredē meum. CASVS. Tu habebas seruum Stichum: ego feci testamentum: & rogaui hæredem meum. ut si dictus Stichus nō erit tuus tempore mortis meæ: eum tibi det. nunquid ualet legatum? Et uidetur quod nō: quia res tua non potest tibi legari, & tamē dicit quod ualet. possum enim tibi rē tuā legare in eū casum, quo tua non erit. Vi[illegible].

SI is cui. CASVS. Legaui tibi Stichum, aut Pamphilum, ad tuam electionem: tu credens Stichum tantum tibi legatum, Stichū ab hærede meo uendicasti, postea cognouisti te electionem habere, & uolebas Pamphilum petere, & Stichum reddere. Certè non audieris: & idem est, si hæres meus habēs electionem utrum det tibi Stichum, aut Pamphilum, credens se tantum teneri ad Stichum, eum tibi soluerit. nā non repetet. Viuia.

d Legatum. A testatore. & sic in facto errabat.

e Permissum. A iure Ro. uel dic, à testatore, qd melius est dicere: ut sit hic casus similis prio casui. Io. cuius ergo est electio ī alternatiuo legato? Resp. ut ⁊.e.l. Lucio.

f Nihil repetere. Imò repetet, & aliud soluet si uult, ut ⁊.de condi.indeb.l.cū is.§.si.Sol. illa hanc corrigit. utpotè à Iustiniano approbata: ut C. de cōdic.indeb.l.pen. uel ibi in facto errauit, hic in iure, credens se teneri ad meliorem. tu dic, ut ibi. Acc.

ET Proculo. CASVS. Ego & Titius seruum communē habebamus, scilicet ego pro duabus partibus, & ipse pro tertia. Seius testator ei seruo x. legauit: ego repudiaui legatum. Certè non accrescit Titio habito respectu ad dominorum personas: quia non uidentur eis legata to. prædicta coniunctim, sed pro partibus: quas ī seruo prædicto habent: unde eorū personis inspectis nō ē inter eos ius accrescendi. Viuia.

g Non accrescere. Imo sic accrescit: ut ā.de usufr. accres. l.1. §.1. contra. Sol. hic secundum rigorem uerborū, illud secundum interpretationem: & mentē testatoris. Rog. Tu dic, quod ibi in usufru. hic in proprietate: qui ususfructus sicut facilius accrescit. ut infra eod.l. fina. ita facilius ius coniunctionis recipit. alij aliter, ut no. ibi. Item contra infra eo.l.si duobus. Sol. ut ibi.

CVm quidam. CASVS. Titia dedit mihi in dotem 40. & sol.mat. ea sibi restitui: postea feci testamētum, & uolens ei donare 40. ita dixi, lego uxori meæ 40. quæ ei nomine dotis debeo. nunquid ualet legatum? Et certè sic. non obst. quod ei dotem reddideram. etenim uerbū &c. Viuia.

h Prætextu. Id est, colore uerborum, scilicet præcipio ei reddi dotem 40. ualet enim non obstante falsa demonstratione: quia quantitas, uel species est nominata, aliàs secus: ut supra titulo primo. l.si sic.§.1. & C. de fal. cau. adie. leg.l.ij. & fin.

i Recipit. Sic ⁊.de uer.sig.l.uerbum reddendi. & ⁊.ti.1.l.Lucius.§.1.& l.hæres meus. Accur.

LVcius Titius. CASVS. Lucius Titius habebat quandam militiam, ex qua certos redditus quolibet anno colligebat: dictam militiam Publio Mæuio legauit, uel pecuniam, quæ redigi poterat ex uenditione

Mæuio militiam [a] ſuam reliquit, ſiue pecuniam eius, quæcunq; redigi ex uenditione eius [b] potuerit, cum ſuis cõmodis. [c] ſed [*] cũ ſuperuixerit teſtator Lucius Titius, militiam uendidit, & pretiũ exegit: & hoc ei dedit, cui militiã illam, uel pretium eius teſtamẽto dari uoluerit. poſt mortẽ Lucij Titij iterũ [d] Publius Mæuius uel militiam, uel pretium eius ab hæredibus Lucij Titij exigebat: Celſus: Exiſtimo pretiũ militiæ præſtari nõ oportere: [e] niſi legatarius oſtenderit, teſtatorem, & poſt factam ſolutionem iterum eum pretium militiæ accipere uoluiſſe. [f] qđ ſi nõ totũ pretiũ militiæ, ſed partem eius teſtator legatario dedit: reliqui [g] ſupeſſe exactionẽ: niſi hæres & ab hoc receſsiſſe teſtatorem oſtenderit: [h] onus enim probandi mutatam eſſe uoluntatem defuncti, ad eũ [i] pertinet, qui fideicommiſſum recuſat.

In alternatiuis in dubio electio eſt legatarij. Bart.

Marcellus libr. xiij. Digeſtorum. XXIII.

Lucio Titio fundum Seianum, uel uſumfructum fundi Seiani lego. Poteſt legatarius, uel fundum uindicare, [k] uel fructum: [l] quod facere non poteſt is, cui tantum fundus legatus eſt.

Si electio perſonæ committitur in liberam uoluntatem hæredis, poteſt eligere indignum: ſecus ſi in arbitrium: & ſi eligere differat, omnes uocantur, & ad hæredes tranſmittunt: niſi ipſi in petendo negligentes fuerint. Bart.

Vlpianus libr. ij. fideicõmiſſorum. XXIIII.

Cum quidam ita fideicommiſſum reliquiſſet, Rogo, reſtituas libertis meis, quibus uoles: Marcellus putauit, hæredem poſſe etiam

---

diſtæ militiæ: poſtea idẽ teſtator antequam decederet, dictam militiam uendidit, & pretium habuit: & illud pretium dedit prædicto legatario, & mortuus eſt Lucius Titius teſtator. nũc petit legatarius dictã militiã iterum. Certè non tenẽtur hæredes, niſi legatarius probet teſtatorem uoluiſſe eum iterũ habere pecuniam. Sed quid ſi dictus teſtator, qui uendidit militiam poſtquã eam legauerat, & pretiũ habuit, non dedit dicto legatario niſi pretij medietatem? Certè mortuo teſtatore petet legatari[us] ab hæredibus ſuperfluum pretij, niſi probent hæredes quod eo animo dedit teſtator legatario medietatem pretij militiæ, quod nolebat legatarium amplius debere habere. nam ſi hoc probauerint, nihil amplius legatarius habebit. & h. d. Vitia.

[*] In P. Fl. cũ ſuperuixiſſet teſtamento, Luci[us] &c.

a Militiam. Talem, ſcilicet quæ alienari poſſit, ut ſubijcit: ut C. de pig. act. l. fin.

b Eius. Militiæ ſcilicet quæcunq;. Accurſius.

c Commodis. Sed hoc non dicto non debent præſtari cõmoda, quæ medio tempore obueniſſent: ut in fructu uideo: ut j. eod. l. cum pater. §. filiæ. & l. Lucius.

d Iterum. Propriè cõſiderata datione habita inter uiuos. ſic ſ. de eden. l. ueluti. §. hæc uox.

e Non oportere. Vt C. eodem. l. filia. & ſ. de iur. dot. l. cum pater. & ſ. ſol. ma. l. ſi cum dotẽ. §. ſi pater. & j. e. l. Titia. §. qui in uita. & j. de do. præle. l. j. §. ideo. & j. de ma te. l. 4.

f Voluiſſe. Præſumitur ergo quod noluit plus dari, niſi contra liqueat. ſ. ſi illud pretium conſumpſit teſtator uiuens adhuc. uel alias in rationes ſuas cõuertiſſet: ut j. eo. l. Lucius. in princ. & in l. cum pater. §. filia.

g Reliqui. Scilicet pretij propter illa uerba, ſiue pecuniã &c. alias res ipſa peteretur, ſi ex neceſſitate eſſet alienata: ut ſ. tit. 1 l. fideicõmiſſa. §. ſi rem. aliud ſi ex uoluntate: ut j. de adi. leg. l. rem legatam. Azo.

[*] Aliàs, incipit, lege quinquaginta. Et quod mutatio uoluntatis nõ præſumatur, Mãdo. in 4. q. 5. Reg. cancel. nu. 4. & i præfa. 13. Reg. nu. 1.

h Oſtenderit. Qui enim mutatã uoluntatẽ dicit, probet: ut & ſ. de prob. l. eum qui. & l. quingenta. [*] Acc.

i Ad eum. Scilicet hæredem.

Lucio Titio. CASVS. Ita dicit teſtator, lego Lucio Titio fundum Seianum, uel eiuſdẽ fundi uſumfructũ: & do ei electionẽ, quod habeat quodcunq; uult. Certè poterit legatarius petere uel proprietatẽ nudam dicti fundi, uel uſumfructum ſine proprietate. ſi autẽ legaſſet fundũ ei: quãuis & uſumfructum uideatur ei legaſſe, tamen nõ poterit petere uſumfructũ, & dimittere proprietatem, uel econtra: quia unum ſolum legatum eſt: & ideo illud diuidere non poteſt. ut ſ. eo. l. neminem. Viuia.

k Vendicare. Eligit ergo legatarius: ut hic. Sed contra ſ. de iure do. l. pleruque. §. fi. Sol. illud in cõtractibus, qđ non placet: ut j. eo. l. ſi ita. §. fi. Vel hic expreſſe dedit electionẽ legatario. Tu dic, ſi dicat teſtator, uendicato uel percipito tibi rẽ iſtam. in uendicando uidetur dediſſe electionem: ut hic, & ſup. de lega. j. l. planè. §. fi. ſed ſi dicat, hæres dato; in dando uidetur dediſſe hæredi electionem: ut j. e. l. ſi ita. §. fin. ſed ſi dicat, lego: in dubio interpretor pro legatario, quia benignius, & plenius, ut hic, & ſ. eo. l. ſi is cui. & j. de reg. iu. l. in teſtamẽtis. hic in legatis, ſecus in contractibus, ut in cõtrarijs: ut ſup. de contrahẽ. empt. l. ſi ita diſtrahitur. & l. ſi in emptione. §. fi.

l Vel fructum. Nõ partẽ unius, & partem alterius: cum unum legatum ſit: ut j. eo. l. ſi illud. & ſ. eo. l. neminem. ſed quo ad numerationem ſunt plura: ut ſ. titu. 1. l. planè. §. fi. Accur.

Cum quidam. CASVS. In hac l. primo ponuntur dicta quatuor Marcelli, uſque illue, Scæuola autem. & in primo & ſecũdo ſuo dicto bene dixit uſque illue, Idem ait in tertio, & in quarto male. Idem in tertio una ratione per Scæuolam reprehenditur, in quarto duabus. In primo ergo; & ſecundo dicto facit differentiam inter hæredem rogatum: ut reſtituat fundum pone quibus libertis uolet: & ei rogatum reſtituat, quos dignos putauerit. nam primus poteſt eligere etiam indignum, alius non: imo ſi eligat, ut ei reſtituat: dignus habet repetitionem contra eum indignum ab hærede electũ. Tertiũ dictũ Marcelli eſt, quod ſi hæres, cui data eſt electio ut præſtet, quibus libertis uolet (ut in primo dicto continetur) omittat eligere libertos, quos uult, in continenti: omnes liberti continuo admittuntur ad petitionem fideicommiſſi. & in hoc tertio reprehenditur: quia hoc non eſt uerum, niſi aliquo modico tempore tranſacto, quo poterit hæres eligere: & hæc reprehenſio colligitur in fine l. ibi, niſi forte &c. Quartum dictũ Marcel. eſt ibi, Planè &c. & dicit, quod ſi omnes decedant liberi rectẽ to primo caſu huius l. & unus ſolus libertus ſuperſit: ille ſolus ad petendum fideicõmiſſum admittitur, cum hæres iam fuerat in mora eligẽdi ante mortem dictorum libertorum, uel eius liberti hæres ſi moriatur ipſe ante, quam petat: alij autem primo mortui ad ſuos hæredes non tranſmittunt: & in hoc quarto caſu reprehenditur

hendituc duabus rationibus. Prima est illa, si omnes li berti petere potuerunt: quare superstes tantum potest transmittere, & non cæteri. quasi dicat nulla ratione: & sic omnes transmittere possunt. Secunda reprehensio sumitur ex ipsius Marcelli dicto, ubi dicit, si hæres nulli restituit, & nō eligit incontinenti, quos libertos uult, continuo omnes habēt petitionem. male ergo dixit, quod unus tantum transmittat ad hæredem suum. Vltimo occasione reprehensionis tertij dicti Marcelli quæ est in si legis, adijcitur similis casus in l. seq. & dicit, si hærede differente eligere, ticque liberti petition m habent, aliqui ex libertis sint absentes & præsentes petant fideicommissum, uocari debent absentes per iudicem: ut sciatur an uelint petere, & debet eis certum tempus dari, intra quod ueniant, & si non ueniant intra illud tempus, non audientur postea. hoc dicit cum l. seq. Vlu.

In P.F. desūt hęc, & alij noluerunt.

indignum [a] præferre. at si ita ijs, quos dignos putaueris: petere posse ait [b] eos, qui nō offenderint. [c] Idem ait: [d] si neminem elegerit, [e] omnes ad petitionem fideicommissi admitti uideri, [f] quasi iam præsenti die datum sit, cùm sic [g] relinquitur, Quibus uoles: nec ulli offerat. [h] Planè si cæteri defuncti sunt: superstiti dandum, uel hæredi eius, [i] si prius, quam peteret, decessit. [k] Scæuola autem notat, [l] si omnes petere potuerūt, [*] & alij noluerunt, [m] cùm nulli offertur: [n] cur non & qui decesserūt, ad hæredē transmiserunt: [o] utique si uno [p] petente iam eligere non potest cui det? Videtur [q] enim Marcello, cùm fideicommissum ita relinquitur, Ex libertis, cui uolueris: arbitrari, nisi offerat hæres, cui uelit, & statim offerat, sine aliquo scilicet interuallo: [r] statim competere omnibus petitionem. [s] Cùm igitur omnibus competat: meritò notatus est, [t] cur superstiti soli putet dandū, nisi fortè antè, quā iustū [u] tēpus ꝑtereat, quo potuit eligere, cui potius offerat, cæteri decesserint.

Marcellus lib. xv. digestorum. XXV.

SI tamen quibusdam absentibus præsentes petant, cùm præsente [x] die relictū sit fideicōmissum: causa cognita [y] statuendū est, explorandūq; an & alij sint petituri.

Hæres non potest retinere usumfructum in re legata antea sibi debitum. Bar.

Idem libro xvj. Digestorum. XXVI.

IS, cuius in seruo proprietas erat, fructuario hærede instituto, ali-

[a] Etiam indignum. Nec enim &c. ut ȷ. de reb. dub. l. utrū. §. cum ita.

[b] Ait. Marcellus. Accur.

[c] Qui non offenderint. Scilicet si eligat indignos: quia ut bono uiro est ei commissum: ut ȷ. tit. 2. l. fideicō[illegible]. §. quanquā. secus autem si dignos: quia alij repelluntur. ubi autem nullum eligit, habet locum quod sequitur. Azo. Quid si aliqui sunt plus digni? Respon. non est uis: ut ȷ. eod. l. cum pater. §. rogo. Item not. quod quilibet præsumitur bonus &c. sic ȷ. de manu. testa. l. seruos. Accur.

[d] Idem ait. Scilicet Marcellus, & male. nam reprehenditur à Scæuola.

[e] Neminem elegerit. Scilicet eo tempore quo debuerit, scilicet cum potuit, & ita cœpit esse in mora: ut in fin. Azo.

[f] Admitti uideri. Quod dicunt ȷ. e. l. cū filius. §. pater.

[g] Cum sic. q. d. hæc sunt uera, cum sic &c. nam si dixit, quos dignos &c. tantum digni admitterentur: hic uero omnes. uel sub. etiam cum sic &c. quasi dicat; multo magis idem erit, ubi ita dixit, quos dignos pu. &c. quia minorem habet potestatem cum tanquam uir bonus sit electus.

[h] Offerat. Scilicet hæres, & sic sit in mora. Accur.

[i] Hæredi eius. Scilicet superstitis, quasi dicat, non cæterorum primo defunctorum hæredibus: & sub. dicit Marcellus.

[k] Decessit. Scilicet, superstes.

[l] Notat. s. q Marcellus dixit: & superstiti, & eius hæredi tantum, non autem cæterorum hæredibus. Acc.

[m] Noluerunt. Id est, non agnouerunt legatum ante, quam decederent, non tamen spreuerunt. Accur.

[n] Offertur. Scilicet ab hærede. Accur.

[o] Ad hæredem transmiserunt. Scilicet potestatem hanc petendi, subaudi, & certe transmittunt.

[p] Vtique si uno. Scilicet de superstitibus, uel de hæredibus præmortuorum. Et no. primo committi morā, & sic omnes posse petere: & superstites, & hæredes mortuorum: sed adhuc potest offerre hæres, & eligere, quasi purget moram: ut probatur hic: ibi, sed omnes petere &c. & ibi, cum nulli offertur. cæterum si unus de prædictis in iure petat: aufert hæredi electionem. & h. d. utique &c. q. d. trāsmitut ad hæredes, ita quod hæres non purget moram, utique &c. Sed an petens aufert ius alijs legatarijs? Respon. quod sic, quasi sint plures rei credēdi. arg. ȷ. de duo. re. l. ex duob. & sup. de cōst. pec. l. idem est. nisi per in integr. resti. iuuantur: ut infra l. proxim. uel dicas quod nō. sed solummodo hæredi aufertur electio.

[q] Videtur enim. Merito Marcel. notatur, quia hoc etiā ex uerbis eius apparet: uidet enim &c.

[r] Interuallo. Scilicet maximo. modicum autē est, quod magis intellectu, ꝗ elocutione potest exprimi: ut ȷ. de sol. l. ratum. & ȷ. ad legem Fal. l. j. §. itē si ita. hoc autem contingit, cum est in mora eligendi, uel eligit indignum.

[s] Petitionem. Multo magis cū relinquitur his, quos dignos esse putaueris, cum minus sit in cōditionali relicto. Accur.

[t] Notatus est. Scilicet Marcellus in eo quod dixit s. §. plane. & statim repetit.

[u] Iustum. Quod est modicum tempus, post quod cedit dies legati: & usque tunc uidetur conditionale. & ideo pendente conditione legatarius ad hæredem non transmittit: ut C. de cad. tol. §. sin autem.

[x] SI tamen. Præsente. Cū iā fuerit hæres in mora eligendi: & sic præsenti die uidetur relictum. Acc.

[y] Causa cognita. Scilicet si talis, quæ indulgeat restitutionem in inte. uel non secundū R. quod est falsum apte: quia licet iusta cā sint absentes, non tñ petunt legatū per restitutionē: sed suo iure. Azo. sed est intelligendum, q explorabit iudex, & statuet tempus intra quod ueniant, & petant si uoluerint: & si non uenerint, nō admittentur post: ut ȷ. de bo. auth. iud. poss. l. 4. Acc.

IS cuius CASVS. Cum nudā proprietatē in seruo Sticho haberē, & tu usumfructū, te fructuarium hæredem institui, & dictū seruum alij sub cōditione legaui: & sic pendente cōditione existente dominio serui apud te hæredē, extinctus est ususfructus tuus: post aduenićte cōditiōe legati, legatarius petitate seruū prædictum,

dictum, & plenam eius proprietatem: tu hæres uis eũ exceptione repellere, ea eo quod ipſe legatarius non permittit tibi retinere uſumfructũ in dicto ſeruo. Certè non potes eum repellere. Viu.

a Seruum legauit. Purè, uel ſub cõditione: ut ꝟ.eo.l. cum filius. §.dominus, diuerſum tamẽ in ſeruitutibus prædialibus: ut ſ.de ſer. l.Papinianus. & ſupra tit.j.l.ſeruus Titij. & eſt ratio, quia hic duas res uidetur legaſſe, quod non poteſt dici in ſeruitute prædiali: ut d. §.dominus. H. & facit infra de uer.obl. l.qui uſumfructum. Accur.

cui eũ ſeruum legauit, a nõ poteſt hæres doli mali exceptione uti, ſi legatarius uindicare ſeruum uelit, non relicto hæredi uſuſfructu.

Legatum alternatiuè, uel ſub diuerſis conditionibus relictum, eſt unum reſpectu unius ſolutionis. Bar.

Celſus libro xxxij. Digeſtorum. XXVII.

Si illud, aut illud legatum ſit, unum legatum b eſt. Si ſub contrarijs conditionibus aliud, atque aliud legatum eſt: unum legatum eſſe arbitramur. neque refert & hæredum, & eorum, quibus legatum eſt diuerſas pſonas eſſe: ueluti ſi ita legatum eſt, Si Nerua conſul factus erit, Titius hęres Attio det fundum: ſi non erit Nerua conſul factus, Seius hæres Mæuio centum dato.

Si illud. CASUS. Si lego tibi Stichum, aut Pamphilum, unum eſt legatum. Et idem eſt, ſi lego tibi Stichũ, ſi nauis ex Aſia uenerit: & ſi non uenerit, lego tibi Pãphilum. & idem eſt ſi ſub contrariis cõditionibus lego diuerſas res a diuerſis perſonis hæredũ, & diuerſis perſonis legatariorum: de quo litera plenè exemplũ ponit. Viu.

b Vnum legatum. Mirũ eſt hoc caſu: & magis in inferiori, quod eſt unũ, ut infra quando dies le.ce.l.cum illud. & ſic eſt contra ſupra tit. 1.l.planè. §.fin. ſolu. unum eſt, quia unius rei præſtatione liberatio contingit: ſed duo propter duas res nominatas in legando: ſic dicitur ĩ duobus reis ſtipulandi, uel debendi. ut infra de duo. re.l.3. §.ſi. & l.eadem. §.ſi. & Inſti.de duo. reis. §.ſi. Item cõtra ſ.eo.l.ſi quis ſeruum. §.ſi ita. ſol.ut ibi. Accur.

Priuilegium perſonale non tranſit ad cohæredem. Bar.

Marcellus libro .x. digeſtorum. XXVIII

Cum patronus ex debita c parte inſtitutus, fideicommiſſum relictum ab eo præſtare nõ cogatur: d ſi omiſerit inſtitutionem: utrum qui eam partem uindicat, eodẽ modo retinere, an uerò præſtare debeat fideicõmiſſum? Et magis eſt deberi e fideicõmiſſum, quoniam quod illius perſonæ f præſtatur, hoc nequaquam ad aliam pertinere debet.

Cum patronus. CASUS. Libertus inſtituit patronum ſuum hæredem in ea parte bonorum ſuorũ liberti, quam lex dat ipſi patrono: & eum patronũ de fideicommiſſo alicui dãdo grauauit. Certè nõ cogitur patronus illud præſtare. Sed quid ſi patronus repudiet dictam partẽ, in qua eũ inſtituit libertus, & ſic accreſcat cohæredi ſuo: nunquid cohæres tenebitur præſtare fideicõmiſſum prædictum à patrono relictũ? Et dicitur quod ſic, & redditur ratio in litera. Vin.

c Ea debita. Olim dimidia: hodie tertia: ut Inſt.de ſuc. lib.in princ. & §.ſed noſtra. H.

ᵃ Iſtam materiã Dy. tractat latius in cap. priuilegium perſonale. de reg. iur. lib. vj.

d Non cogatur. Niſi quod relictum eſt liberis & parẽtibus: ut ꝟ.de condi. & demonſt. l.ſi is. hodie autem habet debitam partem ſine omni grauamine: ut Inſtitu. de ſucceſ.lib. §.ſed noſtra. H.

e Deberi. Sic ſ.de admi.tut.l.ex pluribus. & de reg.iur. l.priuilegia. & ſ.ſi quis omiſ.cau.teſta. l.quia autem. §.ſi patronus. & facit ꝟ.ti.1.l.ſi. §.ſi. & ſ.de uul.ſubſt. l.& ſi cõtra. & ſ.de ijs, quæ in teſta.delen. l.2. & infra de leg.præſt. contra tabul.bon.poſſ.pe.l.ſi filium. & ſ.tit. 1. l.ſi duobus. §.hæres. Accurſius.

Legata caduca remanent apud hæredem cũ onere ſuo. Bar.

Celſus libro xxxvj. digeſtorum. XXIX.

Celſus pater f meus referebat, cùm eſſet in conſilio Ducennij Veri cõſulis, itum in ſententiam ſuam, i ut cum Otacilius Catullus filia ex aſſe hærede inſtituta, liberto ducenta legaſſet, petiſſetq; ab eo ut ea concubinæ ipſius daret, & libertus uiuo teſtatore g deceſsiſſet, & quod ei relictum erat, apud filiam remanſiſſet: cogeretur filia id fideicommiſſum concubinæ reddere.

Portio cohæredis deficiens accreſcit ſine onere, [illegible] nominatim aduncto h.d. [illegible] ſeq. Bart.

Quod alicuius hæredis fidei nominatim committitur: poteſt uideri ita demum dari uoluiſſe, ſi ille extitiſſet h hřs.

Celſus. CASUS. Hæc lex tres caſus ponit. Primus eſt, quando legatum eſt in cauſam caduci: ut quia ille qui debebat habere legatum, & alij dare, deceſſit poſt teſtamentum adhuc uiuo teſtatore: quo caſu legatum redit ad hæredem cum ſuo onere. Secundus caſus eſt, quando ab uno de hæredibus proprio nomine ei' expreſſo legatum relinquitur: quo caſu ſi ille hæres nõ exiſtat, ille cui portio ſua accreuit, non pſtat legatum. Tertius caſus dicit idẽ quod ſecundus, & de filio, cui accreuit portio cohæredis, ſpecialiter loquitur: ne quis credat quod in filio aliud ſit, quam in alio hærede, quaſi ipſe tantam debeat affectionem patri, ut omnino debeat ſuam uoluntatem adimplere. Viu.

i Suam. Id eſt, conſulis: uel ſuam, Celſi conſulentis, uel dic interlocutum, id eſt, interlocutoriam datam. Accurſius.

g Viuo teſtatore. Sed poſt teſtamentum: & ſic eſt in cauſa caduci, & ita remanet cum onere: ſed ſecus in pro non ſcripto: vt C.de caduc. tollend. §.in primo. & §.pro ij. & infra §.penulti. & §.finali. Sed cum hoc ſit ius uetus remanere cum onere quaſi caduca: quomodo dicit Iuſti. ibi ſe hoc nouum inueniſſe? Reſpond. id eſt, nullus alius Imperator ante eum fecit: ut & ibi notatur. Item huic contra infra de ann. lega. l.Titia. Solut. hic non cœpit uile legatum eſſe: ibi cœpit deberi, uel ibi finitur commodum: ſic ergo & onus hic autem incipit commodum hæredis: & ita onus. Item facit infra eodem, lege cum pater. §.cum exiſtimaret. & l. peculium.

h Extitiſſet. Ex hoc & ſequenti §. nota partem hæreditatis defectam accreſcere alteri cohæredi ſine onere. Sed contra, ſupra de ijs, quæ in teſtamen. delen. l.2. & ꝟ.eod. l.ſi Titio. §.Iulianus. & infra ad legem Fal. l.in ſingulis.

ᵃ Quod priuilegia perſonalia alteri pſit, uide plene p Bal. l. ı. infanti. iij. opp. de iure delibe. Spe. in tit. de inſtru. edic. §.nũc aũt uidendũ. verſi. Itẽ qđ fuit cõceſſum pſonæ.

f Alias, incipit, pater &c.

ᵍ In P.F. Ducem.

singulis.& l.seq.& C.de cad.tol.§.pro secũdo. & ĩ.de usufr.leg.l.si ab eo.& C. ad Treb.l.non iustam.& s.in prin. huius l.Solu.hic loquitur in pro non scriptis: aliæ in quasi caducis & in caducis:ut C.de cad.tol.§.in j.& secundum hoc dic, hic extitisset hæres, id est,esset in rerum natura tẽpore testamenti. Nam tunc demum uel ab eo, uel alio cui accrescit, præstatur. Alij distinguunt,an testator utatur uerbis appellatiuis,puta hæredes mei sic faciant, uel dent. & tunc transibit onus ad alios hæredes uno non existente hærede. An ꝓprio. puta, Titius hæres me' ita faciat.& tũc non: ut s.tit.r.l.si duobus.§.hæres. & hoc se. §.cum dicitur nominatim.Tertij ut Ro. distinguunt, an onus sit tale, quod possit ab alio adimpleri, uel non, ut C.de cadu.tol.§.ne autẽ.sed illa distinctio habet locum qñ in faciendo, nõ in dando, ut ibi dicit. sed hic dicit in dãdo:unde nõ deberet distingui. Tu dic secundum Azo.quod hic loquitur secũdum ius antiquum,quod hodie corrigitur:ut ĩ.eod.l.si Titio.§.Iulianus. sic etiam loquitur in caduco, & in causa caduci : ut C.de cad.tol.§.ne autem.in fi.§.

Si filio [a] hæredi pars eius,à quo nominatim legatum est,accrescit: non præstabit legatũ, quod [b] iure antiquo capit. [c]

Legatum incertum ad uiam reficiendam ualet.Bar.

Idem libro xxxvij. digestorum XXX.

Q Vidã in testamento ita scripsit,Reipublicę [a] Gallicanorũ lego in tutelã uiæ, [c] quæ est in colonia eorũ, usq; ad [d] uiã Aureliam. Quæsitũ est, an hoc legatũ ualeat? Iuuentius Celsus respõdit, Propemodũ quidẽ imperfecta est hęc scriptura: in tutelã Aureliæ uiæ : quia summa adscripta non est. potest tamen uideri tanta summa legata, quanta ei rei sufficiat: [e] si modo nõ appareat aliam fuisse defuncti uoluntatem, aut ex magnitudine eius pecuniæ, aut ex mediocritate facultatum, quam testator reliquit. tunc enim officio iudicis secũdum æstimationẽ patrimonij, & legati quantitas definiri potest.

[a] In P.F. Grausfeanorum.

[b] P.F.viæ reficiẽdæ.

Si deficit fideicommissum, legatum non remanet apud nudum ministrum.Bar.

Modestinus libro [illegible] regularum. XXXI.

S I quis quos non poterat manumittere [f] legauit,ut manumitterentur: nec legatum, nec libertas ualet.

Legata simpliciter debentur ab adita hæreditate.Bar.

Idem libro [illegible] regularum. XXXII.

O Mnia, [g] quæ testamentis sine die uel conditione adscribũtur: ex die [h] aditæ hæreditatis præstantur.

Pendente conditione legati potest res legata cum fructibus reuocari à legatario. Bar.

Fundum ante conditionem [i] completam ab hærede nõ traditum, sed à legatario detentũ hæres uindicare cum fructibus poterit.

Appellatione rerũ, quæ sunt in loco,continentur serui. Bar.

[a] Si filio. Superiori in genere hic in specie, id est, in filio qui uidebatur teneri,quasi magis debeat adimplere uotum patris:sed tamen idem est.

[b] Quod. Scilicet, legatum una cum alijs bonis accrescentibus. Accur.

[c] Capit. Id est,caperet de iure antiquo. Id est, lege 12. tab. si nemo esset institutus:ut Instit.de hære.ab intesta.in princi.non autem dico, qđ suam habeat iure institutionis accrescẽtem ab intestato: quia sic pro parte testatus,& pro parte intestatus decederet: qđ non potest esse:ut Insti.de hæred.insti.§.non autem. uel dic, capit propriè iure antiquo.i.leg.xij.tabu. quæ confirmat testamentarias successiones:ut ĩ.de uer.sig.l.lege.& facit ĩ.de reg.iur.l.quoties duplici. & s.proxi. §.& quod ibi not. Accur.

Q Vidam. CASVS. Reipublicæ cuiusdã ciuitatis ita legaui, Lego ei ad reficiendam talẽ uiam, & eã nominaui:non tñ nominaui certã summã in legato.Certè ualet legatum fauore reipublicę,licet sit incertũ. & tantã dabit hæres meus pecuniã dictæ reipublicæ, quantã sufficiet ad dictã uiã reficiẽdã: nisi fortè nimis magna summa esset necessaria ad uiã reficiendam:uel nõ erat nimis magna, sed tamẽ facultates meę testatoris non erant sufficientes ad commode soluendã summam necessariam uię:quia in his duobus casibus debet præsumi me testatorem uoluisse tãtam summam dari,quãta esset necessaria uiæ. unde iudex debet tunc æstimare quantam soluet hæres,uidẽdo quantitatem patrimonij mei.Viuia.

[d] Vsque ad. Inclusiue:ut infra,ibi pater, in tutelam uiæ Aureliæ.

[e] Sufficiat. Sic ergo ualet fauore relicti. sic ĩ.ti.r.l.Sticnus. & ĩ. de ann. le.l.si cui. & ĩ.de adi.leg.l.pen. Sed regulariter contra : ut supra de iure dot. l.cum post.§.gener. & ĩ.e.l.Titia j.respon.nisi conferatur in arbitrium alicuius: ut ĩ.eod.l.prima. Accursius.

S I quis quos. CASVS. Quidã minor 20.ann. cũ seruos suos non posset manumittere propter legem Aeliam Sẽtiam, legauit eos Titio ut eos manumitteret. Certè nõ ualet legatum : & ideo legatarius eos manumittere nõ poterit.Viuia.

[f] Manumittere. Quia ad libertatem non poterant peruenire: secus si in fraudem creditorum fiat. tunc enim interdum tenet legatum, quandoq; nõ: ut supra titulo primo,l.seruum filij.§.si idem seruus. Sed uidetur etiam quod in primo ualet legatum, licet non libertas. ut infra,de conditio.& demonstr. l.si quis eum quem. quæ est contra.Solu.hic ut ministro legabatur, ibi non:uel solu. ut ibi.Item facit infra eodem.l.qui testamento. & supra titulo j.l.si seruus. §.si seruus.& facit ĩ.eodẽ.l.codicillis.in princip.& infra tit. t.l.uxorem.in fine. Accursius.

† Hãc materiã, ubi & qñ debeant legata, uide ad longũ in l.qđ legat.& Igl. & doct.s.de iudic. Cy.in l.1. C.ubi fideicõ.peti opor.

O Mnia. CASVS. Legaui Titio equũ meũ purè: tũc certè petere põt, cũ hæres meus adiuerit hæreditatem meã.Secundo dicit,legaui tibi fundũ sub cõditione. pendente cõditione tu intrasti in possessionẽ fundi tua autoritate,& fructus percepisti. Certè hęres meus potest a te uendicare fundum,& fructus. Tertio dicit, legaui tibi fundũ Cornelianũ cum omnibus rebus,quæ erat in eodem fundo.Certè mãcipia,quę sunt in fundo,continentur in legato.Viuia.

[g] Omnia. Nisi talia sint, quæ in se tacitam conditionẽ habeant:ut ĩ.de cond.& demon.l.r.in fi. & de uer.obl.l.interdum. H.alias est in litera nomina.

[h] Ex die. Cum quodã temporis temperamẽto quod magis intellectu percipi, quam elocutione possit exprimi,ut ĩ.de sol.l.quod dicimus.& diximus s.e.l.cũ quidam.H.& facit ĩ.de reg.iur.l.in omnibus.Acc.

Fundum ante conditionẽ.Sed postea, poterit hæres petere

petere per interdictum quorum legatorũ: ut ĩ.quo.le. l.j.& C.quo.le.l.j.non autem per rei uendi.H.& facit ĩ.de cond. & demon.l.legata.

a Hoc amplius. Fortè legauerat ei aliud. Vel dic quod alij domum,& huic hoc amplius fundũ:unde & in domo habet partẽ: ut ĩ. tit.j.l.ſi ſic.

b Mancipia. Quæ perpetuo ibi ſunt:ut ĩ.tit.j.l.ſi ita legatũ. & C.de uerb.ſigni.l.s.Accur.

CVm ita. CASVS. Ita dixit teſtator, lego Titio quicquid in horreo meo erit,cũ moriar. Titius poſuit me ui uẽte teſtatore quaſdam res in horreo, quæ non erant ſibi legatæ: poſuit dico ad hoc,ut contineãtur in legato. certè non continebũtur. Secundo dicit:legaui tibi decem, & rogaui te ut alij reſtitueres,poſtea cedente die legati legatarius deceſſit: certè hæres legatarij ad fideicommiſſum tenetur. Tertio dicit: legaui tibi certam ſpeciem, puta equũ meum brunum: & ſine dolo hæredis nõ inuenitur in hæreditate. certè non poteſt petere legatarius legatũ. Quarto dicit: Titius faciens teſtamentum familiæ ſuæ fideicõmiſſum reliquit: dixit tamen quibuſdam de familia, quod uolebat eos ad fideicommiſſum admitti primo, puta Titium, & Seium, & Caium, qui erant agnati ipſius,& fortè non de proximioribus,certe ipſi debent prius admitti ad fideicommiſſum:eis autem deficientibus admittentur ij, qui de familia fuerunt tempore mortis teſtatoris:ut tamẽ ipſi primo admittantur, qui ſunt in gradu proximiori: & hoc niſi defunctus dixerit aliquos primo admittẽdos,qui erant in gradu ulteriori. Viuia.

Cùm ita legatur, Illi hoc amplius [a] fundum illum cũ omnibus rebus, quæ in eodẽ fundo erũt: mancipia [b] quoque continentur.

Nõ uidetur eſſe ĩ loco quod dolo legatarii illuc illatũ eſt. Bart.

Idem. XXXIII.

[a] CVm ita legatur, Quicquid in horreo meo erit: [c] & is cui legatum eſt, ex rebus nõ legatis ignorante eo, ampliandi legati ſui gratia in horreũ intulerit:quod illatum eſt, non uidetur eſſe [d] legatum.

Morte grauati non extinguitur fideicommiſſum. Bart.

Quòd à legatario petitum erat, ut alij reſtitueret:ſi legatarius decedat, [e] hæres quoq; eius id,qđ legatum eſt,prẹſtare debebit.

Hæres nõ tenetur ad ſpeciem legatam, niſi probetur eam habere, uel dolo deſiiſſe poſſidere. Bartolus.

Species [f] nominatim legatę ſi non reperiãtur, nec dolo [g] hæredis deeſſe probentur: peti ex eo teſtamento non poſſunt.

Ad relictũ familiæ primo uocantur nominati, poſt eos qui proximiores ſunt in gradu. Bar.

In fideicõmiſſo quod familiæ [h] relinquitur: ij ad petitionem eius admitti poſſunt, qui nominati ſunt: [i] aut poſt eos omnes extinctos [k] qui [l] ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur, [m] & q ex his [n] primo [o] gradu procreati ſint: niſi ſpecialiter defunct [o] ad ulteriores [p] uoluntatẽ ſuam extenderit.

Non tenetur quis ad legatum ex perſona cohæredis, qui non eſt ſoluendo. Bar.

Idem lib ix. reſpõſorum reſpondit. XXXIIII.

c Erit. Puta cum morior. Accur.

d Non uidetur eſſe. Sic C.de tranſac.l.ſi de certa.& ĩ. de tranſa.l.cum Aquiliana. & ĩ.de pact. l.tres fratres. & de contrah.empt.l.in l.& ĩ.tit.j.l.ſi ita legatũ. & l. ſi fundus.& ĩ.de auro.& arg.leg.l pen.§.ſi.

e Decedat. Qui ſponte agnouerat legatum ſibi relictũ eſſe.nec enim cogitur, nec hæres eius tenetur: ut ĩ.ad Treb.l.nam quod.§.ſi.ſed hæres legantis.ut ĩ.eo.l.Celſus.ſiue ſit caducum, ſiue in cauſa caduci. ut C.de cad. tol.§.ne autem.in ſi.§.

f Species. Secus ſi pecunia:ut ĩ.eo.l.ſi pecunis.

g Nec dolo. Qui ergo dolum dicit, probet: ut ĩ.de probatio. l.quoties. §.qui dolo. Sed cõtra ſup.loca.l.ſi quis domũ.§.Imperator. ubi caprarius probat ſe ſine fraude amiſiſſe capras.Sol.ibi. Itẽ cõtra ĩ.de eden.l.ſi quis ex argentarijs.§.prohibet. ſed ſpeciale in argẽtario,ut pbet caſum:q̃a eius officiũ eſt cuſtodire,& habere rõnes. ſic & in cuſtode carceris. nam probare debet non ſuo dolo occiſum illũ,qui cuſtoditur:ut ĩ.de cuſt. re.l.ſi.§.ſi.& facit ĩ.eo.l.cum res.§.item.

h Familiæ. Accipe,ut C.de uerb.ſig.l.ſi.

i Nominati ſunt. Quid eſt quod dicitur nominatos admitti,cum,ut ĩ.dictũ eſt,familiæ relictũ eſt? ſi enim familię eſt relictũ, omnes de familia priores debent admitti. Item ſi quibuſdam nominatis de familia reliquit, alij non admittuntur: ut C.de uerb.ſign.l. ſi. Reſp.ita reliquit, familiæ meæ c.do. ſ. Petro & Ioanni, Azo. Vel ſicut prius uocentur Petrus, & Ioãnes. hi enim omnibus alijs præferuntur,poſt hos admittuntur,qui eodẽ gradu: & eodem nomine ſunt tempore mortis defuncti. puta nominati erant fratres conſobrini, innominati ſunt ſimiliter conſobrini: hi admittantur poſt nominatos. & non patrueles, qui ſunt ex alio nomine, ſcilicet agnationis,ſed prædictæ cognationis, (& hoc innuit uerbum, ex eo nomine, quod ex eo, quidam habent cancellatum) deinde ſi ſij conſobrinorum non patruelium: licet hodie hæc differẽtia agnationis, & cognationis ſublata eſt:ut in Authen.de hæ.ab inteſt. §.ex his.col.9.planius autem eſt ſi habeas cancellatum eo, & dic ex nomine, id eſt,ex familia, & ſic poſt nominatos admittuntur oẽs,qui proximiores ſunt in gradu ſiue agnationis, ſiue cognationis,& ſecundũ hoc non eſt quæſtio quæ ſit, an poſt nominatos admittantẽ pcedentes, ut fratres defuncti: & patrui, & dicunt quod non,quaſi per hanc literam poſt eos &c.uocentur tãtum ſequentes, non præcedẽtes: ſed dic,poſt eos defunctos notare ordinem ſucceſſionis, nõ ordinẽ graduũ. Item eſt pro eis arg.cõtra ĩ.de ſucceſ.edic.l.j. §.q̃bus.

k Extinctos. Scilicet nominatos.

l Qui. Subaudi,illi poſſunt admitti,qui & cætera.

m Moreretur. Imo & tẽpore teſtamẽti:ut ĩ.de reb.du. l.ſi cognatis. quæ eſt contra. Sol.ibi non erat ordo in ſuccedendo:& ideo etiã tunc tẽpus teſtamenti inſpicitur.omnes enim cognati ibi uocãtur quocunq; gradu. At hic per ordinem admittũtur poſt nominatos: ut C. de uerb.ſig.l.ſi.ſic an ſit capax tempore mortis inſpicitur:ut ĩ.de iur.fiſc.l.non intelligitur.§.quando.

n Et qui ex his. Scilicet conſobrinis. Vel dic ex his,ſcilicet proximis tempore mortis.

o Primo. Quandoq, qui ſunt in gradu impari, æqualiter admittuntur:ut filij fratrum cum fratribus: ut C. de leg.hær.Auth. ceſſante. Accur.

p Ad ulteriores. Puta patrueles: ut dicunt. Vel dic ad quintum uel ad ſextum gradum. Item facit ĩ.de aur.& arg.leg.l.ſi.in princip.

Lega-

[a] In P.Fl. eſt caput ſeparatũ,ſed θεμάτιον eſt pcedẽtis capitis.

[f] Dolũ allegãs probet.cõcor. gl.ĩ c.ſi.ex tra de renun.lib.6. Mando.q. 2. Reg. de uerif. n.j. & qualiter pbet.uide to gl. in l. ſi quis domũ. §.Imperator. ĩ. locati.

Legatorum[a] petitio aduersus hędes pro partibus hæreditarijs cō petit:[b] nec pro ijs, qui soluendo non sunt, onerari cohæredes oportet.

Clausula generalis restringitur ad specificata tantùm, si plura fuerint. Bar.

Qui plures hæredes instituit, testamento à quibusdam nominatim reliquit legata: postea codicillos ad omnes hæredes scripsit,[c] Quæro quæ legata debeantur? Modestinus respondit: Cùm manifestè testator testamento expresserit, à quibus hæredibus legata præstari uellet: licet codicillos ad omnes scripserit: apparet tamen ea, quæ codicillis dedit, ab ijs præstanda esse, quos munere[d] fungi debere, testamento ostendit testator.

Verba enunciatiua de futuro emissa propter aliud, uel enunciatiua de præterito, sine expressione rei dispositionem non inducūt. Barto.

Idem libro x. responsorum. XXXV.

Titia cùm testamento facto decederet hæredibus institutis Mæuia, & Sempronio filijs suis ex æquis partibus,

Legatorum. CASVS. Legatarij debent conuenire hæredes pro partibus hęreditarijs, & vnus hęres non debet pro altero teneri. Secūdo dicit, Titius instituit sibi quatuor hęredes, & à duobus legata reliquit: postea fecit codicillos, in quibus ita dixit, Præcipio q̄ hæredes mei indistinctè legata præstent legatarijs. & istos codicillos misit omnibus hæredibus, cum essent absentes, quæritur utrum ob ea verba I codicillis generaliter ad omnes hæredes directa, legata indistinctè debeant præstari ab omnib' hæredibus: an uero ab illis duobus solū qui onerati fuerunt in testamento? Et dicit quod illi soli debent præstare legata omnia. & sic p̄ præcedentia determinantur sequentia. Viuianus.

a Legatorum. Alias l. legatorum. alias §. idem respondit.

b Competit. Nisi nominauit hæredes omnes, vel quosdā proprijs nominibus & tunc tenentur ad uiriles: vt ī. titu. r. l. turpia. §. fin. & ī. titu. r. l. si plures. ī. ad Treb. l. l. nonnunquam. & l. quoties. Accursius.

c Hæredes scripsit. Scilicet præcipiens hæredes suos indistinctè legata præstare. R.

d Munere. Id est, onere. & facit C. fami. ercisc. l. quoties. & ī. de alim. lega. l. Caio. in princ. & ī. eod. l. Mæuius. §. cum. Arg. contra ī. de verb. sig. l. si cum fundū.

ADDITIO. Dic secundum Dyn. quod hic præcedentia declarant, & limitant sequentia, ibi sequentia declarant & limitant præcedentia, & sic non est contra. Item hic non dicitur, quod omnes damnauerit in codicillis, sed quod scripserit codicillos ad omnes, secundum Bar. post Dyn.

Titia. CASVS. Titia instituit sibi hæredes Mæuiam, & Semproniū filios suos ex æquis partibus, postea fecit codicillos, & in eis dixit, peto à te filia mea Mæuia, ut Stichum seruum tuum manumittas cū legauero tibi decem seruos: & postea decessit hæc Titia, & non legauit ei dictos x. seruos. quæro nunquid Mæuia possit petere dictos seruos propter uerba testatricis, & nunquid teneatur seruum Stichū manumittere? Et dr̄ quod non tenetur, nec pōt dictos seruos petere.

Lucius. Lucius Titius instituit sibi hęredes Octauianam, & Octauianum filios suos: & postea ita dixit, uolo te Octauianam à te ipsa accipere talem meum fundum, & volo te Octauianum a te ipso accipere talem alium meum fundum. nunquid quilibet eorum poterit habere totum fundum sibi prælegatum, vt partem habeat iure hæreditario & aliam partem iure prælegationis a cohærede? an vero oportet, quod filia soluat cohæredi suo pro parte sua pretiū fundi, ut sic habeat totum, & idem sit in filio? Et respon. quod quilibet habebit integrum suum prælegatum, ut dictum est.

Lucia Titia. Lucia ab intestato decedens reliquit seruo Titij quandam domum: ea mortua sibi, qui sunt ei hæredes diuiserunt hæreditatem, & etiam domū prædictam inter se: & Titius prædictus dn̄s serui prædicti fuit testis illi diuisioni, & non contradixit diuisioni prædictæ domus. certè non amittit propter hoc legatum domus per seruum sibi acquisitum.

Caius. Caius iuit ad standum in domo vxoris suæ, & portauit secum quasdam suas res, & ibi decessit facto testamento, in quo instituit vxorē suam hæredem cū quibusdam alijs: & ita dixit: sciant hæredes mei nullā pecuniam penes vxorem meam esse, nec aliud quicquam: ideoque hoc nomine eam inquietari nolo: certe nisi mulier probet maritum dixisse dicta verba in testamento, quia uolebat eam legati nomine percipere omnia, quæ portauit maritus in domum suæ vxoris, non habebit mulier ea præcipua: imo communicabit cohæredibus suis.

Si ea. Liberto meo legaui decem, si à filijs meis non recederet: me mortuo tutor filiorum meorū non permittit libertum stare cum dictis filijs meis: habebit certè libertus legatum: quia per eum non remanet.

Qui inuita. Soluto matrimonio inter filiam meam, & maritum suum egi inuita dicta filia mea actione de dote contra generum meum quondam: & exegi dotem: postea exhæredaui filiam prædictam, & filium meum mihi hæredē institui: & legaui dictæ filiæ c. ut ea in dotē habeat: certe propter hoc legatū non amisit actio. de dote filia contra maritū suum quondā: sed non debet cōsequi totū legatū à fratre suo, & totā dotē à marito: sed si dos est maior quam legatū, & illā vult petere à marito suo quondā, non petet à fratre legatū: si autem plus sit in legato quam in dote, & vult legatum petere, non admittetur nisi in eo quod excedet dotis quantitatem: & postea rationem reddit.

Lucius. Lucius Titius instituit sibi hęredes Titianū, & Paulianam filios suos. & Titianum in octo uncijs pone: & Paulianam in quatuor: & inter alia verba, quæ dixit, ita dixit, uolo quod Titianus præstet omnia legata quæ reliqui. & postea dixit: peto à te Pauliana ut nō irascaris ex eo, quod plus dedi Titiano, quam tibi: quia tu scis eum magna onera sustentaturum, & legata, quę supra reliqui præstaturum. certè propter ista verba, quia tu scis &c. non debet Titianus soluere creditoribus solus: sed legata debet bene præstare solus.

Titia. Titia Caio Seio nupsit: & ei in dotē dedit prædia, & partē Castelli Naclcorum, & multa alia: & ex eo postea filiam habuit: & ab intestato decedens hæc Titia ita dixit filię, Caium Seium commendo tibi ò filia, & volo des ei omnia, quæ ei in dotē dedi: ut inde habeat uitam suam: & rogo te, quod non molestes eū in prædictis: quia erunt prædia tua, & filiorum tuorum post mortē dicti mei viri: & postea multa alia eidē viro legauit, vt habeat ea quandiu viuet. mortua hac Titia maritus suus prædictus habuit oīa prædicta, & donec vixit tenuit: & postea mortuus est. petit filia prædicta ab hæredibus dicti viri omnes illas res, quas reliquit ei Titia, tanq̄ ex fideicom. propter illa verba quæ dicta

Titia

Titia: erunt enim post mortem eius tua ô filia, & filio rum tuorum &c. certè bene potest hoc facere. & hoc dicit tota hæc lex. Viuianus.

a Periit. In codicillis postea factis.

b Seruum suum. Proprium Mæuiæ. sed quid in hæreditario? Respõ. idē, quia verba quæ subiiciuntur, exprimūt conditionem.

c Tot capita. q.d. multa.

d Et mancipia. Repete, & cautum sit man. &c.

e Duarum. Scilicet Mæuiæ, & Sempronij.

f Nihil. Iudicij sub audi.

g Legasse. Id est, legaturum esse. & sic tempus pro tēpore. vel facit similitudinē. q.d. sicut si dixit, legaui, non expressa quātitate vel specie, cum nihil legauerit, nullū est relictum: sic si dixerit legauero, non expressa quantitate, & nihil postea leget.

h Nec adiecerit. Testator.

i Speciem. Quid si dixerit? Respō. nec tunc valet quasi cōditionale: & ideo subau. maximè. Inerat enim etiā expressa specie, vel q̄titate cōditio: vt s. de condi. indeb. l. q promisit. & ī. tit. 1. l. Stichum. & non idē in præterito dico re expressa: ut ī. de do. Lex hac. arg. cōtra ī. ēd. cōd. & dem. l. cū tale. §. falsam.

k Neque legati. Scilicet de capitib' seruorū. sed cōtra ī. de do. Lex hac. Sol. ibi donator est vlsus verbis præteriti tempo ris, hic futuri secundum quosdā. vel hic nō fuit expressa species, vel quātitas, ibi sic: & ideo valet ar. C. de fal. cau. adiec. l. 1. §. Vel ibi æquitas: hic rigor. Item cōtra ī. eo. l. quidā. vbi incertitudo nō nocet. Sol. ibi. Itē in eo quod subijcit non valere libertatē, videt valere non obstante falsa demonstratione: vt ī. de cōdit. & demō. l. demonstratio. cōtra. Sol. ibi demōstratio sit in præterito, vel præsenti, hic in futuro: dicit em̄ legauero, quod conditionem inducit. vt ī. titu. 1. l. 4. Item cōtra ī. eo. l. cū pater. §. si. Sol. ibi non inducit conditionē, licet futuri tēporis sit. & hoc ideo, qa hic in repræsentatione

* In P. Fl. Græca sic habētur, Ὀκταβιάνῃ Στρατονίκῃ τῇ γλυκυτάτῃ μου θυγατρὶ χαίρειν. Βούλομαι αὐτὴν παρ' ἑαυτῆς λαβεῖν χωρίον Γάζαν σὺν ταῖς ἐνθήκαις αὐτοῖ πάσαις. Ὀκταβιανῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ γλυκυτάτῳ μου υἱῷ ἐξαίρετον. Βούλομαι αὐτὸν παρ' αὐτῆς λαβεῖν σὺ γύτησιν ἀγρορόρον κομιδήν, σὺν αἷς ἔχει ἐνθήκαις πάσαις.

† Id est Octauianæ Stratonicæ dulcissimæ filiæ meæ S. Volo vt ipsa a semetipsa prædium Gazan cū oībus eius dotib' ac-

petijt[a] à Mæuia, vt Stichum seruum suum[b] manumitteret, in hæc verba, A te autem Mæuia filia charissima peto, ut Stichum seruum tuū manu mittas: cum in ministeriū tuū tot capita[c] seruorū tibi his codicillis legaue ro: nec legauit. Quæro, quid his verbis relictū videatur: cùm (vt suprà cautum est) duobus hæredibus institutis defuncta testatrice, & mancipia[d] hæreditaria duarū[e] personarū fuissent, & codicillis nihil[f] relictū sit de p̄ stādis mācipijs: nec possit vtile fideicommissum putari, quod datū nō sit: cùm legasse[g] se dixerit, nec adiecerit[h] speciem[i] legati: nec ab hærede vti præstarentur mancipia, petierit: Modestinus r̄ndit. ex verbis consultatio ni insertis, Mæuiam neq; legati,[k] neque fideicommissi petitionem habere, neque libertatem seruo suo dare compelli.

Verba testatoris extra propriā significationem verborum intelliguntur, vt legatum non reddatur inutile. Bart.

Lucius Titius in testamento suo ita cauit:

* Ὀκταβιάνῃ † Στρατονίκῃ τῇ γλυκυτάτῃ μου θυγατρὶ χαίρειν. Βούλομαι ἐκείνην παρ' ἑαυτῆς λαβεῖν τὴν κώμην. Γάζαν σὺν ταῖς ἐν αὐτῇ ἐνθήκαις ἁπάσαις Ὀκταβιανῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ γλυκυτάτῳ μου υἱῷ χαίρειν. Βούλομαι ἐκεῖνον παρ' ἑαυτοῦ ἐξαίρετον λαβεῖν τὴν συνθεσιν τῶν ἀφόρων κωμῶν σὺν ταῖς ἐν αὐταῖς ἐνθήκαις.

(Id est, Octauianæ Stratonicæ dulcissimæ filiæ meæ, salutem. Volo eā à seipsa accipere villam[l] Gazā cū impositionibus suis omnibus. Octauiano Alexādro dulcissimo filio meo salutē. Præcipuā volo eā à seipso accipere * synthesi[m] steriliū villarū cum impositionibus suis.) Quæro, an huiusmodi scriptura integrum prædiū singulis hr̄dibus datū esse videat[n] an verò partē hæreditariam dūtaxat côtineat?[o] cùm inutiliter à semetipso quē que eorū, quam habebat partē, accipere voluerit? Modestinus r̄ndit, nō sic interpretādam[p] scripturam, de qua quæritur, vt fideicommissum inutile fiat. Item quæro, si integrum prædium relictum esse uideat, an pretiū portionis fratri & cohæredi soluendū sit: vt hoc ipso quòd à semetipso accipe re p̄cepit, pretio illato integrum eū habere uoluerit? Itē r̄ndit, ad solutionē pretij fideicōmissariū minimè compellendum.

Qui est adhibitus actui vo testis, non praeiudicat iuri suo. Bartolus.

onere, ibi secus. & facit infra de vsufr. leg. l. qui plures.

l Villam. Id est, vniuersitatem quandam prædiorum, & holum. vel id est, domum. nam infra vocat prædiū.

m Synthesim. Nomen villæ legatæ.

n Videatur. Hoc erat verum.

o Continent. Hoc non erat verum.

p Non sic interpretandam. Innuit hāc scripturam, lego vni hæredum talem rē à seipso. multas habere significatiōes, seu interpretationes: duas malas, & tres bonas. Prima vt capiat portionem hæreditariam tātum, & nō vltra: quia ei à se legari nō potest. Secunda: vt capiat totam, sed non gratis, quia debet pretiū soluere pro parte cohæredis: quasi à se, id est, à sua bursa capiat alterā partem: & has reprobē dit Modestin. Sunt aliæ benigniores, q̄ non vitiant, vt à seipso dicatur accipere, id est, non per filium, vel ser. ut: q̄d posset quādoq; sibi prodesse: vt ī. de le. præstan. l. 3. §. liberis. & §. hoc autem. quasi dicat, non lego filio vel seruo institutū: quia tunc nō videtur legari à se, vel non ab alio accepit per fideicommis. quod esset, si testator extraneo legasset, & eū rogasset restituere vni hæredum: sed à se, id est, per se habet dice ā q̄: quod est expeditius. Vel tertio à se, id est, vt non petat ab alio, sed sua autoritate ingrediatur, quasi ex præmissione defuncti. sic & aliàs C. de pig. l. creditores. istæ expositiones sic quidē sunt eligēdæ, nō vt pereat: vt ifra de reb. dub. l. quoties. & secundū hoc con tra ī. tit. 1. l. planè. §. si duobus. & l. legatū. §. hr̄di. quæ di cunt hæredi à seipso non legari. Sol. si vnus hæres tan tum est, ei à se nunquam legatur. Si autem plures sunt hæredes, vni ab altero legatur, & tenet vt præcipiat: vt ī. titu. 1. l. qui filiabus. §. si. & ī. eo. l. 6. §. quatuor. & l. miles. §. pro parte. & ī. de hæred. institu. l. ex facto. & sic hic intelligitur. si autē legatur vni hæredū, & alij, vel alijs extraneis, puta duobus: dic ut ī. titu. 1. l. legatum. §.

cipiat. Octauiano Alexādro dulcissimo filio meo salutē. Volo vt ipse à se ipso possessionem Comianā agnitā cū vniuersis dotibus, quæ i ea sunt, percipiat, inque eximium habeat.

* Synthe sis quidsit pulchrè Alc. lib. 1. p̄termis. ī hac ipsa dictione.

* Hæredibus, nō est in P. Flor.

rum. §. hæredi. & no. in l. planè. §. si duobus.
a Reliquit. In codicillis.
b Adfuit. Solummodo, & fortè sui iuris ignarus.
c Non esse. Tria not. ad primũ scilicet quod non præiudicat præsentia. est contra ſ. de pigno. l. fideiussor. §. t. & quibus modis pignus, vel hypo. sol. l. Titius. §. fi. Solu. super huiusmodi quæstionibus inter scientiam domini & causam, quare interfuit diuisioni, distinguitur secundum Ro. tu dic secũdum lo. an eo contradicente poterat fieri, & tunc præsentia vel scientia non nocet, vt hic. an nõ: & tunc nocet: vt in contrarijs: vt nota. ſ. de pignorat. acti. l. Caius. Item cõtra ad idem ſ. in eod. titu. l. codicillis. §. 1. Solu. ibi consenserunt. Item cõtra ad idem ſ. tit. 1. l. si fundum. in prin. Sol. ibi plus fecit, quia ssignauit: & sic nõ in fundum, sed in pretium remanet fidei commi. Item ad id qđ subijcit nõ posse dominum repudiare, est contra ſ. titu. 1. l. legatum. in prin. Solut. non potest scilicet taliter existẽdo testis: alio modo sic. Vel subaudi videri: quod in idem recidit. vel hic agnouerat iam: vt ſ. de suc. edic. l. j. §. de e[illegible]alis. & facit infra de conditio. & demonstratio. l. qui hæredi. & de solut. l. Strichum. §. vsumfruct. & l. si stipulãtem. & de doli exceptin. l. apud. §. quæsitum.
d Penes vxorem. Quod verum erat: quia testator penes se dicebatur habere translata, nõ vxor: vt infra de verborũ significat. l. penes. nisi vxor testamẽti tempore amonerat res & testator sciebat, 1 nam tũc liberationẽ legasse videtur: nisi hæredes probent contrariũ: vt C. de sal. cau. adiect. leg. l. j. qđ pñt: nisi testator luraue rat: vt ſ Auth. de iu-

In P. Fl. ijdem qui hæredes.

In P. Fl. qđ ne repudiatū q. dè potest. atque ita etiã scriptum reperimus in vet. exempla. manu scripto.

Dñm. non est in P. Flor.

1 Collige ex ista gl. qđ scientia & patientia habetur pro expresso consensu de filiosami. & quẽ admodũ pater C. lib. 10. vide omnino Bal. in l. si fine. i fin. j. col. C. ad Velleia.

... ſtitui poteſt, a ita etiā legatarijs. Videamus, an idem fieri poſſit, & cùm mortis cauſa donabitur: vt id ꝑmittat ille alteri, ſi ipſe capere nō poterit. b Quod magis eſt q̄a in poſterioris quoq; perſonam donatio conferē. c

Si legatur vna ex rebus alternatiuè debitis: euentus ſolutionis declarabit, an legatum valeat. Bartolus.

Paulus. LII.

SI Titius mihi Stichum, aut decē debeat: d & legauero tibi Stichum, quem mihi e debet: placet extingui legatum, decem ſolutis. Et ex diuerſo ſi alii decem, alii Stichus legatus fuerit: f ex euentu g ſolutionis legatum valet.

Relatiuum quantitatis coniunctum verbo futuri temporis, in dubio conditionem non facit. Bartolus.

Cùm ita legatum eſt: Quantam f pecuniam hæres meus a Titio exegerit, tantam Mæuio dato: ſi ſub conditione legatum eſt, ante quā exacta pecunia ſit, legatarius agere nō poteſt: h q̄ ſi ſta tī dies legati cedit i (vt Publicius rectè putat) le gatarius agere poteſt, vt actiones præſtentur.

Verbum poteſt, eſt extenſiuum: & ideo licet ſit præſentis temporis, porrigitur ad futura. Barto.

Vlpia. li. viij. ad leg. Iul. & Papiam. LIII.

SI ita quis teſtamento ſuo cauiſſet, illi, quantum plurimū per legem accipere pôt, dari volo: vtique tunc cùm a quandoque k capere poterit, videtur ei relictum. Sed & ſi dixerit. Quantam maximam partem dare poſſum, l Damnas eſto hæres meus ei dare: idem erit dicendum.

Ciuiles filii conditionem non implent. Vel aliter: Ad implementum conditionis non ſufficit ciuiliter factum. Bar.

Is, cui in tempus liberorum tertia pars relicta eſt, vtique non poterit adoptando tertiam partem conſequi. m

Non debet de habilitate perſonæ diſputari ſeparatim ab alia lite. Bar.

Terentius Clemens libr. iij. ad legem Iuliam & Papiam. LIIII.

d S I Titius. C A S V S. Titius debebat mihi Stichū, aut decē, & ſic erat ſua electio: ego legaui tibi dictum Stichum: poſtea Titius debitor ſoluit hæredi meo decem: & ita eſt liberatus à Sticho. Certè extinguitur legatum de Sticho. Sed retento eodem themate, ſi alij Stichum legaui, alij decem: & Titius debitor electionē habens ſoluat hæredi meo decē: valet legatum de decem, & extinguitur legatū Stichi: & ſi ſoluat Stichum hęredi, valet legatū Stichi: & extinguitur legatū de decem. Cum ita. Titius mihi centum debebat: ego feci teſtamē tum, & ita dixi, quātam pecuniam hæres meus exegerit à Titio, tantam det Mænio, certè legatarius Mæuius poteſt agere contra hæredem meum, vt hæres præſtet ei actionē contra Titium. non enim iudicatur legatum conditionale: quia tunc non poſſet agere legatarius, niſi hęres exegiſſet pecuniam a Titio. Viuianus.
d Debeat. Ex ſtipulatione.
e Mihi. Scilicet teſtanti: uel hęredi meo, ſi hæres non habet electionem: ut ſup. tit. 1. l. ſi ſic. §. fin. & l. quod ſi quis. & l. non quocunque. §. qui Caium.
f Legatus fuerit. A me, cui debeatur alterum eorum. & dic ex diuerſo: quia ſup. uni, & unum: hic duo, & duo bus legauit. Item ſup. ſolum unum caſſauit tantum: hic fecit unum ualere, alterum annihilauit.
g Ex euentu. Si enim mihi Stichus ſoluatur, ualet in eo legatum, & non in decem, idē econtra. ſic ergo rei ſolutæ duntaxat, tenet legatum: niſi probetur quod teſtator pœnituit. Alij dicunt econtra, ut rei exactæ non teneat legatum, niſi ex coniecturis contra pateat: ſed

h Non poteſt. Vt ℑ. de condition. & demonſtrati. l. qui hæredi. §. fin.
i Cedit. Et ita dicas purum. Sed quid in dubio? Reſpond. præſumo purum, ut hic dicit, & ℑ. eod. l. omnia. & ℑ. de condit. & demonſt. l. j. ℑ princi. & de regulis iuris. l. in omnibus.

S I ita quis. C A S V S. Ita dixit teſtator, lego Titio tantum, quātum poteſt capere ſecundum leges, uel ita, lego Titio tantum, quārum ei dare poſſum ſecūdum leges: certè etiam ſi tunc nō poteſt capere, ſi tamē poterit capere tempore procedēte, illad quod poterit capere, uidetur ei relictum.

Is cui. Tertiam partē hæreditatis mea. legaui Titio. cum liberos habuerit. ipſe Titius adoptauit ſibi filios quoſdam, ut conſequi poſſet legatum: certè nihil prodeſt ei ut legatum habere poſſit. Viuia.
k Quandoque. Id eſt, quandocunque. Et nota, quod hæc benignitas contigit propter duo. Primo propter uerbum poteſt, quod eſt extēſiuū ad futura licet ſit præſentis temporis: ut hic, & ſupra de conditio. cau. da. l. quod ſeruus. in ſi. & Inſti. quib. mod. teſta. infir. §. 1. Secundo ut res non pereat. ut arg. ſup. co. l. Titia. §. 1. aliās præſens tempus teſtamenti inſpiceretur: vt ſup. de iniuſt. teſta. l. cum in ſecundo. §. quod ſi ad præſens. & infra de auro & argen. legat. l. ſi ita ſcripſiſſet. & infra de verbor. oblig. l. continuus. §. cum quis. & ſup. de hęr. inſtit. l. ſi alienum. §. 1. & facit ℑ. de condit. & demon. l. cum qui.
l Poſſum. Inſpecta ſua capacitate legatarij.
m Conſequi. Non ſufficit ciuiliter fieri. ſic ℑ. de cōdi.

* In P. Fl. θεματι-ον eſt capitis præcedentis.
† De telatiuo, quantam, & ad uerbio q̄ti, q̄uo ponat, & ali quādo pro numero quot: vide ad longū ꝑ Bar. i l. ſi ſic legatū. § prin cipio. ſ. de leg. 1. & ꝑ eūdē in l. 1. ℑ. de cōdit. & demon.
* In P. Fl. quādo capeſt potuerit.
* P. Flo. Quā maximam.
† Cōcor. gl. in cle. a. vbi etiā bonus tex tus, de re. leb. mil. & in c. conſit luit. extra de offi. lega. & i cle mē. audi tor. de reſcrip. is.

& demonstr.l.fideicom.& ȷ.deuerb.oblig.l.ex ea.§.in insulam.& C.de iis qui uen. ætа.l. fin. Sed arg.contra C.de instit.& substitu.l. si mater.

N On oportet. CASUS. Legaui Titio decem, uel institui eum hæredem: certe cum quæritur, an capere possit hæreditatem uel legatum uel non possit: debemus inspicere illud tempus, quo possit ad eum pertinere hæreditas uel legatum: & si tunc est capax, habebit, etiã si prius non fuit capax: si autem tunc non sit capax, illud non habebit, etiã si prius fuit capax. illud autem tempus est, quando morior ego testator. Viuianus.

N On oportet a prius de cõditione cuiusquam quæri, quàm ad eũ hæreditas, legatumve pertineat. b

Si legatum ab uno hærede relictum animo compẽsandi cum debito deficiat: ille hæres illius debiti onus sustinet: & debitum quod quis insolidum sustinet, in totum computat in imponenda ratione Falcidiæ. Bar.

Idem lib. iiij. ad leg. Iul. & Papiam. L V.

C Vm ab vno hærede mulieri pro dote cõpensandi animo c legatum est, eaq; dotem suã ferre, quam legatum maluit: utrum in omnes hæredes, an in eum solum, à quo legatum est, actio de dote d ei dari debeat, quæritur. Et Iulianus in eum primum, à quo legatum sit, actionẽ dandam putat. e Nam cum aut suo iure, f aut iudicio mariti g cõtenta esse debeat: æquum esse eum, à quo ei maritus aliquid pro dote legauerat, vsq; ad quantitatem legati onus huius æris h alieni sustinere, reliqua parte dotis ab hæredibus i ei præstanda. Eadem erunt dicenda, k si hæres instituta l pro dote omiserit hęreditatem, vt in substitutũ m actio detur: & hoc verum est. Sed de legatis, & legis Falcidiæ ratione bellè dubitatur: verũ is, in quẽ solum dotis actio n datur, legata integra ex persona sua o debeat, perinde, ac si omnes hęredes dotem totã præstarẽt: an dotem totam in ære alieno computare, quia in eum solum actio eius detur. Quòd sanè magis rõnem habere videtur. p

Vales legatum rei vendendæ pro iusta æstimatione. Bar.

a Non oportet. Id est, non expedit.

b Pertineat. Id est, pertinere possit, vel sit possibile, ut quia testator decessit, nõ ante ut s. ad leg. Aquil.l.inde Neratius §.idem Iulianus scribit, & tunc ergo, id est, tempore mortis quæretur de eo tempore, & de præcedenti. id est, institutionis. sed & tempore aditionis debet esse capax: qđ dic ut not. Insti.de hęr. qual.& diffe §.in extraneis. & s.de hær.insti.l.si alienum.§.1.& ȷ.de reb.du.l.si cognatis. & facit ad hoc ȷ. de iure fisc.l non intelligitur.§. quando. et ȷ. tit. 1.l.1. §. 1.& l.si deportati.& ȷ.de condit. & demonst. l.hæres. & s.tit.2.l.quidam.ubi dicit: esse enim debet cui detur, deinde quæri an datum consistat.

C Vm ab uno. CASUS. Tres hæredes mihi institui & uxori meæ, à qua e.in dotem habueram, legaui fundum in recõpensationem dotis ab vno solo de hæredibus, unde ipsa habet electionem, utrum petat dotẽ, uel legatum uult ipsa nunc dotem. quæro utrum solus hæres legato grauatus debeat præstare ei dotem, an uero omnes hæredes? Et dicitur qđ ille solus: & si dos est plus quam legatum, ad illud plus cum aliis cõmuniter tenebitur: & idem est si eam hæredẽ institui animo cõpẽsandi ei dotem, & ei substitutũ dedi, nam si repudiet hęreditatẽ, & dotem suam potius habere uelit, dabitur ei actio de dote contra substitutum suum. Sed pone in primo casu huius l.qđ ab illo hærede, qui fuit grauatus de legato uxori dando, fuerunt etiam aliis legata relicta & tot quod soluta per eum uxori dote, & aliis legatis solutis non remanet ei quarta pars suæ partis hæreditatis. nunquid poterit detrahere de aliis legatis Falcidiam? Et uidetur quod non: quia nomine duorum suorum cohæredum ipse soluit uxori duas partes dotis. ergo ipsi uidentur soluere: si ipsi soluere uidetur, ergo uidetur soluere tantum tertiam: unde non habet locũ lex Falcidiæ. sed uerius est, ut detrahere possit Falcid. & totam dotem in suo ære alieno computare, cum ipse solus eam soluat, ut dictum est. Viuianus.

c Compensandi animo. Alioqui utrunque consequi posset sublato interdicto de alterutro: ut C. de rei uxo. actione. §. sciendum.

d De dote. Quæ uocatur ex stipulatu: ut Instit. de actio. §. fuerat.

e Putat. Ex stipulatu: ut s. & ȷ.hac l. si mulier uult non aliàs. sed hoc quomodo, cum omnes hęredes pro portionibus hæreditariis teneātur: ut s. tit. 1.l.seruo legato. §.si testator. & ȷ.ti. 1.l.nomen.§.uni.& s.fam ercisc.l.si filia. & C.de pac.l.pactorũ Respon. speciale in dote causa vitandi circuitus: ut argu.s. de cond. inde.l. dominus. Alij dicunt dari in eum actionẽ non directo, sed per obliquum: quia conuenientur hæredes omnes actiõe de dote, & cæteri conuenient illum actione famil.ercisc. ut s.familercisc.l.si filia.§. 1.& §. Papinianus. & §.fin.& l his consequenter. §.sed si monumentum. uel dic actione ex testamento.

f Suo iure. Scilicet dotis: quo tenentur omnes hæredes.

g Mariti. Quia tenetur unus solus.

h Onus huius æris. No. vnum hæredem solum grauari. sic e contra exoneratur unus tãtum: ut sup. titu. 1.l.ab omnibus.

i Ab hæredibus. suo, & aliis: ad quod est ȷ.tit.1.l. nomen.§.uni.

k Eadem erunt dicenda, scilicet vt sit contenta iudicio defuncti, vel suo iure: vt C. de hære. institu. l. si compensandi.

l Instituta. Vel sola, uel cum alia.

m In substitutum, scilicet ei mulieri.

n Dotis actio, scilicet ex stipulatu: vel dic ex testamẽto nomine dotis: ut s.dixi.

o Ex persona sua. Puta duo sunt hęredes Titius, & Mæuius: unusquisque habet 12.lib. Bononien. pro sua dimidia. à Titio legati sunt xl. solidi Bonon. vni, & xl. solidi Bonon. alij. octo sunt in dote: in quibus Titius tantum est grauatus. si Męuius præstaret tantum partẽ suam de dote, Titius præstaret integra legata, & dimidiam dotis: quæ dimidia sunt 4. lib. Bonon. cum Falcid. habeat, & plus cum habeat 4. libr. Bononienses. sic ergo habet plus Falcid. 20. soli. Bononienses cum tres lib. sint quarta de 12. libris. hic ergo ubi Titius soluit totum, idem uidebatur: quia nomine Mæuij facit: ergo Mæuius uidetur soluere: sed non est ita. computat enim totam dotem in ære alieno, habito respectu ad mulierem: non ad cohæredem, cui uidetur legatum, & ita de legatis, scilicet de 4. lib. Bononiensibus detrahit Falcid. tantum, non de aliis octo quæ sunt dos, & debentur ut æs alienum, secundum Azo.

p Videtur. Vt cũ Titius esset institutus in dimidia hæreditatis, quæ dimidia ualebat 12. lib. Bononiens. & grauatus

e Totam, non est in P.F.

grauatus ad dotem quæ est octo: & ad legata, quæ ualebant 4. lib. Bonnniens. uni 40. alteri alia 40. & sic ad totam dimidiam: deductis 8. lib. Bononiensibus pro dote dandis a Titio, remanent 4. lib. Bononienses penes Titium: & de his 4. habet soluere legata. & si inluctit legata quæ sunt 4. nihil penes eum de sua parte, id est 12. remanet ergo deducet Falcid. de his 4. legatis, non de octo: quæ octo ut æs alienum deducuntur. Accursius.

... ad leg. Iul. &

LVI.

SI cui fund' cētū dign' legatus fuerit, si cētū hæredi, vel cuilibet alij dederit: vberrimū vr̃ esse legatū. nā alias interest legatarij, fundum potius habere, q̃ cētū. Sępe. n. cō fines fundos ét s. iustā æstimationē interest nostra acquirere.

... ad leg. Iul.

LVII.

SI mihi, & Titio eadē res legata fuerit, & is die legati cedente decesserit me hærede relicto: & vel ex mea ꝓpria causa, vel hæreditaria legatum repudiauero, magis placere video partem defecisse.

Hæreditas repræsentat personam defuncti, non hæredis. Bar.

Si eo herede instituto, qui vel nihil, vel non totum capere potest, seruo hæreditario legatum fuerit: tractantibus nobis de capacitate, [b] videndū est, verū hæredis, [i] an defuncti [k] persona, an neutrius spectari debeat. Et post multas varietates placet, vt (quia nullus est dominus, in cuius persona de capacitate quæri posſit) sine vllo impedimento acquiratur legatū hæreditati, [l] atque ob id omnimodò ad eum pertineat, quicunque postea hæres extiterit, secundū quod accipere potest: [m] reliqua autem pars [n] ad eos, qui iure vocantur [o] veniat.

Relictum sub nomine dignitatis transit ad successorem in dignitate, si dignitatē quis habebat per se, secus si per consequentiam alterius: h. d. cum l. seq. Bar.

... a ...

LVIII.

QVod principi relictū est, q antequam dies legati cedat, [p] ...

I cui. Fundum ualentem centum legaui Titio, si Titius daret alicui centum, numquid valet legatum? Et certe sic, si legatarij interest aliquo modo dictum fundum habere: puta quia erat uicinus alijs eius fundus, uel alijs modis interest eius: alias non ualeret. Viu.

Vberrimum. Vt & j. ad leg. Falcid. l. si fundum. in prin. Sed contra ibi, in fi. & sup. ti. 1. l. ciuitatibus. §. fi. ubi plenè solui.

Confines. Et ratione consanguinitatis: ut s. de minor. l. si in emptione. & de tu. & rat. distrah. l. 1. §. sed nonullos. & s. ti. j. l. & si ęquo. & j. de bo. lib. l. libertus qui soluendo. & argu. supra mand. l. cum seruus.

I mihi. Mihi, & Titio legauit Seius fundum: & Titius die legati cedente moriens instituit me hæredem: ego autem meam, vel hæreditariam partem repudiaui: certe illam partē quam repudiaui, non habebo tāquam meæ personæ debitam: licet habeam eam, quia accrescit alteri parti quam non repudiaui.

Si eo hærede ꝛc. Titius instituit sibi heredem Seium non capacem: postea Caius fecit testamentum, & seruo hæreditario Titij legauit centum: certe pro ... dictum centum acquiritur legatum hæreditati Titij, quæ iacet, & per consequens illi qui postea hæres extiterit, si totum potest capere: alias pertinet ad eū pro ea parte quam capere potest: & superfluum ad hæredes Titij venientes ab intestato: & si nil capere potest, totum habebunt legitimi. Viu.

[c] Die cedente. Idem & non cedente die: quia tunc & deficit & accrescit: vt habetur C. de cad. tol. l. 1. §. pro secundo. sed de die ideo dicit, quia tunc demum repudio quod delatum est: ante non: vt j. sequitur. & s. eo. l. si ita. §. si sub conditione ꝛc.

[d] Magis. Electiuè ponitur.

[e] Placere ꝛc. Sapientibus.

[f] Partem. Repudiatā, quæcunque sit illa, aut cuicunque delata: sed tamen accrescit alteri parti nō repudiatę: vt s. ti. 1. l. si mihi & tibi. quæ est contra. & s. e. l. si duobus seruis. Alij dicunt, quod erat ibi legatū, vt vterque haberet in solidum: hic viriliter: quod esse posset: vt s. ti. 1. l. si pluribus. sed non placet: quia tunc non accresceret, q lex illa contraria dicit: sed ex se haberet: ut d. l. si pluribus. & C. de cad. tol. §. si uero nemo. Accur.

[g] Capere potest. Qui multi sunt: ut not. Instit. eod. §. legati.

[h] Capacitate. Esse enim debet persona cui detur: deinde q̃ri, an datū cōsistat: ut j. tit. 2. l. quidam.

[i] Hæredis. Qui non est capax.

[k] Defuncti. Qui est capax.

[l] Hæreditati. Velut dominæ: ut s. tit. 1. l. legatum. §. seruo legato. hic secus in hæreditate ei relicta & usufru. ut j. de acqui. rer. do. l. hæreditas licet institui posſit: ut s. de hęr. insti. l. si seruus. Item contra j. eo. l. debitor. §. seruo. sed hic erat uiuens dominus. Item contra j. de noua. l. nouatio. ubi hæredis personam obtinet hæreditas. Sol. ibi. A ... io. Dic secundum Bart. q iacēte hæreditate personam defuncti repræsentat: ut hic, & l. mortuo. de fideiuſ. & ea adita retro fingitur repræsentasse personam hæredis: ut l. hæres quandoque. de acqui. hęred. & l. si ex rebus. in fi. de stipul. ser. cum concord. quæ fictio non habet locum, nisi pro ea parte pro qua quis potest succedere: ut hic patet.

[m] Accipere potest. De hæreditate, in qua est seruus legatarius.

[n] Pars. Illius legati. Azo.

[o] Vocantur. Scilicet ad hæreditatis partem, quam hic institutus capere nequit: & sunt isti cohæredes uel substituti, uel uxor, uel fiscus, & facit s. de hære. Instit. l. non minus. §. 1.

QVod principi. CASVS. Legaui Imperatori c. & ipse decessit ante diem legati cedentem, id est, ante mortem meam. certè ad sequentem Imperatorem transmittitur: secus autem esset in Augusta, cui legatum esset. & hoc dicit l. sequens. Viu.

[p] Cedat. Loquitur de iure ueteri, secundum quod cedebat dies legatorum ab apertura tabularum, nisi in parentibus & liberis: ut C. de cad. tollen. §. 1. & nisi in principe ut hic. & secundum hoc dic cedeat, scilicet ante apertas tabul. hodie uero communiter a die mortis: ut d. l. C. de cad. tollen. §. cum igitur. Vel dic hic loqui etiam secundum noua iura. & secundū hoc die cedat, scilicet antequam decedat testator: sed post testamentum quo casu priuatus non transmittit: princeps sic: ut C. de cad. tol. §. pro secundo & hic. secundum utranque positionem est contra C. qui ... tace. poss. cum hæredes. ubi dicit communi iure s... ... Sol. ibi quo ad testamenti solennitatem: hic quo ad transmissionem. Item contra infra, lex proxima. Solu. ibi.

ab hominibus [a] ereptus est: ex constitutione diui Antonini successori eius debetur.

Iunius Mauricianus ad legem Iul. & Pap. li. ij. LIX.

SI Augustę legaueris, & ea inter homines esse desierit, deficit quod ei relictum est: sicuti diuus Adrianus in Plotinę, & proximè Imperator Antoninus in Faustinæ Augustæ persona constituit, cùm ea ante iter homines esse desierit, quàm testator decederet.

Qui agnoscit partem, videtur agnoscere totum legatum. Bar.

Caius. LX.

SI cui [c] res legata fuerit, & omnino aliqua ex parte voluerit suam esse: totam acquirit.

Potest quis ex persona sua repudiare, & ex persona serui agnoscere. Bar.

Terentius Clemens lib. xv. ad legem Iuliam & Papiam. LXI.

SI mihi purè, & seruo meo vel purè, vel sub cõditione eadem res legata [d] fit: egoq; legatum quod mihi datum est, repudiem: deinde cõditione existẽte id, quod seruo meo legatum est, velim ad me pertinere: partem legati deficere responsum est: [e] nisi si quis dubitet, an existente con ditione si seruus viuat, [f] omnino legatum meum [g] fiat, quod semel ad me pertinere voluerim. [h] quod æquius eẽ videtur. Idem est, & si duobus [i] seruis meis eadem res legetur.

Si fideicommissum deficit, legatũ remanet penes legatarium, & ad hæredem non redit. Bar.

Vlpianus lib. xvj. ad leg. Iul. & Papiam LXII.

IVlianus ait, Si a filio herede legatum sit Seio, fideique eius [k] commissum sub conditione [l] vt Titio daret, & Titius pendente cõditione decesserit: fideicommissum deficiẽs [m] apud Seium [n] remanet, non ad filium hæredem pertinet: quia in fideicommisso potiorem causam habere eum, cuius fides [o] electa sit, senatus voluit.

Si portio non grauata accedit grauatæ, fit contributio, & legata solida præstantur. Bart.

Idem lib. ... & Pa[piam] LXIII.

SI Titio, & Mæuio hæredibus institutis, qui cccc. relinquebat, [p] à Titio cc. legauerit: & quisquis hæres esset, cẽtum: [q] neque Mæuius hęreditatem adierit ccc. Titius debebit.

---

[a] Ab hominibus. Aliàs ab omnibus & aliàs ab hominibus.

[b] SI Augustæ. Desierit. Aliàs deficit. contra supra l. proxi. nam eum eadem deberet habere priuilegia Augusta, quæ princeps: vt s. de leg. & Senatuscons. l. princeps. & j. de iure fisc. l. fiscus. §. fi. hic non habet. Solu. hic est pro non scriptum. superior l. in causa caduci: & secũdum hoc dic hic, antequam testator decederet. subaudi, & antequã faceret testamentum. vel tu dic eadem priuilegia, sed non omnia: nam nec legis condendæ.

SI cui. CASVS. Legaui tibi fundum: tu uis habere medietatem tantũ: certè non potes. Vi.

[c] Si cui. Facit s. tit. 1. l. legatarius. & s. eod. l. 2. & 4. & 5. & 6. & supra de acqui. hæred. l. si ex asse. & C. de iure deliberã. l. quidam. vbi plenè. nota.

SI mihi. CASVS. Titius legauit mihi purè fundum Sempronianum: & eundem sub conditione seruo meo legauit: & ita nisi repudiatẽ, acquisitus est mihi totus scilicet, propter me medietas, & propter seruum meum alia medietas. ego repudiaui meam medietatẽ & adueniente conditione, sub qua legatum fuit seruo meo, volo habere partẽ, quam habeo propter seruum: certè in specta mea persona, deficit pars mea: sed in specta parte, quã nõ repudiaui, debet accrescere pars quam repudiaui, & totum debet esse legatum meum: & hoc est verius, & æquius.

[†] Limitabis per illũ tex. l. legatarius. s. pro quo dicebat quod legatarius non poterat pro parte accepta re, & pro parte repudiare legatum. de quo vide l. nemine. sup. e.

[d] Legata sit. In eiusdem testamento. Ioan. aliàs non diceret infra, partem deficere, cum totum deficeret ex vno testamento, & totum peteret ex alio.

[e] Responsum est. Et bene vt nec ad me pertineat, nisi per ius accrescendi: & hoc est, nisi &c. Azo. & no. s. e. l. si Titio, & mihi.

[f] Viuat. Scilicet apud me non alienatus existente conditione: vt j. quando dies leg. ced. l. si ususfr. §. fi.

[g] Meum. Partem iure meo partem iure accrescendi: quia pars deficientis alteri accrescit.

[h] Voluerim. Alias voluerit, scilicet testator.

[i] Duobus. Facit supra eo. l. si duobus.

IVlianus. CASVS. Institui mihi hæredem filiũ meum, & legaui Seio decem, & rogaui Seium vt dicta decem daret Titio sub conditione, si nauis ex Asia venerit. pendẽte cõditione Titius decessit: & ita antequam dies fideicommissi cederet: quare deficit in eius persona fideicõmis. certè non redibit ad hæredẽ: sed Seius retinebit. Vin.

[k] Eius. Scilicet Seij.

[l] Conditione. Scilicet aliqua.

[m] Deficiens. Deficit enim: vt supra eodem, l. si pecunia. §. quod ita. Accursius.

[n] Seium. Qui nõ vt ministret tantum fuit electus: vt sup. eodem, l. si quis Titio. & infra titu. 1. l. patet. §. Tusculan. & supra eodem. l. si quis quos. & dic vt ibi not. in l. si quis Titio.

[o] Fides. Non vt ministret tantum: vt dixi. & facit infr. de ali. legat. l. pecuniæ. Argumen. contra infra de adi. lega. l. filio. §. j.

SI Titio. CASVS. Seius habens in bonis cccc. instituit sibi hæredes Titium, & Mæuium: & à Titio cc. legauit: & postea dixit, quisquis mihi hæres erit, det Caio centum. Mæuius postea hæreditatem repudiauit: & ita Titius habet eam totam: certè omnia trecenta soluet Titius legatarijs.

Iulianus. Cũ duos ab intestato hæredes habere sperarem, ab vno eorum fideicommissum Titio reliqui in codicillis. me mortuo grauatus fideicommisso repudiauit suam partem hæreditatis, & sic accreuit cohæredi suo. nunquid cohæres tenetur præstare Titio dictum fideicommissum? Et Iulianus dixit quod non, & male: verisimile est enim quod teneatur, sicut substitutus tenetur præstare legata relicta ab instituto. Viui.

[p] Relinquebat. In hæreditate.

[q] Centum. Scilicet præter, dixit testator. in his ergo centum Mæuius si adiret, pro medietate teneretur: quæ medietas imponitur Titio propter accrescentem partem:

tem: qui Titius suo iure in cel. teneretur. Sed quid econ tra si Titius non adiuit, sed Mæuius? Respond. idem: quia Mæuius in cce. teneretur: sed in l. iure suo: in resi-duo propter partē Titij: ut j. proxi. §. & C. ad Treb. l. non iustam. & ut dixi j. eod. l. Celsus. §. pe. & §. fi. & fa cit sup. ti. t. l. quidā. & sup. tit. t. l. si duobus. §. t. & l. ciuitati bus. §. Lucius. & C. de cad. toll. §. is ita.

a Ex legitimis. Ab intestato venientibus.

b Portionem. Obuenientem sibi ab intestato, puta dimidiam, cum sint duo in eodem gradu.

c Relictum in codicillis.

d Sed post rescriptum. Cuius habet mentio sup. ti. t. l. li cet Imperator.

e Cum suo onere. Hic est argu. contra j. tit. t. l. t. §. fi. vbi si ne onere venit ad alium. Solu. hic ambos grauauit in codicillis, dicens: rogo venientes ab intesta to, ibi vnum tātum nominando eum, secundū Ro. sed certè nec hic, nec ibi grauauit nisi unū. Die ergo quod hic erant ambo eodē gradu: vnde ambo succedunt ex tacita voluntate defuncti. vt supra ti. a. l. conficiuntur. §. 1. & ex tacita voluntate defuncti accrescit: cum testator sciebat eos esse pares. at in contrario erant in diuerso gradu: nec habet sequens ex tacita voluntate, qui cœpit esse proximus post mortem: sed suo iure. vnde non cum onere secundum Azo. sed huic Solut. secundum Hugon. videtur obstare supra titu. a. l. qui graui & l. penul ti. vnde prima placet. Item facit quod not. supra eod. l. Celsus. §. penult. & fina. & infra eodem l. cum pater. §. cum pater.

Portio deficiens accrescit cū onere etiam succedentibus ab intestato. Bar.

Iulianus quidem ait: si alter ex legitimis a hæredibus repudiasset portionem, b cùm esset ab eo fideicōmissum relictū: c cohæredem eius cogendum non esse fideicommissa præstare: portionem enim eius ad cohæredē sine onere pertinere. sed post rescriptum d Seueri, quo fideicommissa ab instituto relicta, à substitutis debentur, & hic quasi substitutus cū suo onere e consequetur accrescentem portionē.

Si per seruum non quæritur hæreditas domino, sed sibi, manumissor tenetur ad onera domino imposita. Bar.

Licinius Rufinus lib. iij. regu. LXIIII.

S I alienus seruus hæres institutus fuerit, a domino eius fideicommissum relinq potest. f sed ita hoc fideicommissum dominus præstare debet, si per seruum factus sit hæres. quòd si ante quā iussu eius adiretur hæreditas, seruus manu-

S I alienus. CASVS. Seruum Titij hæredem instituí, & a Titio domino reliqui fideicommissum Sempronio: certè bene tenetur dominus, si per seruum est factus hæres, aliàs non: puta, quia dictum seruum ante aditam hæreditatem manumisit, & liber factus adierit hæreditatem. Sed nunquid hoc casu ille liber factus tenetur? secundum rigorem non: quia non fuit rogatus de fideicommisso præstando, sed de æquitate benè tenetur: quia emolumentum hæreditatis habet. & hoc dicit. Viu.

f Potest. Vt supra ti. t. l. cum filio. in prin.

g Adierit hæreditatem. Quod facere potest: vt Insti. de hære. insti. §. seruus autem.

h Non est. Id est, non potest lucrari, aliàs, i. non habet lucrum: ergo nō potest onerari. & est bona ratio: vt j. tit. t. l. sed & si sic. in fi. Accur.

i Rogatus non est: Suban. nec rogato substitutus, uel cōiūctus. alioqui nulla esset ratio: ut probatur j. l. pro xi. t. respō. & §. Iulianus. nec successor rogati. tunc enim teneretur: ut j. tit. t. l. sed & si sic. t. respon. Item uidetur quod directo teneatur seruus. si em seruus uel filius iussu domini, uel patris rogati adiuerit, dominus tenetur ex g sona serui, & patet ex filij persona r ut supra titu. t. l. cum filio. §. denique. unde patet seruum adeuntem naturaliter teneri pro eo quod rogatus est domina. si ergo liber factus adeat, tenetur ciuiliter, & naturaliter, quasi liber adeundo cōtrahere ui deatur: ut infra quibus ex caus. in poss. ea. l. apud Iulianum. §. fi. & l. sequen. Respon. si rogatus esset, & adiret in serui tute, naturaliter tenetetur: sed cum dominus sit rogatus, seruus adiens nulli obligatione naturali (ut ita dixerim) tenetur, & ciuiliter teneturs adiens liber. Azo.

k Itaque. Quia æquum est ut quam actionem dari: cum seruus gaudeat testantis uoluntate: licet non sit rogatus. & ita similiter contrarium, quod est infra, titulo t. in l. t. §. fin. & not. sup. l. p xi. §. fina.

l Vtilis actio Quia de rigore alia actio deficit. Accur.

In P. Fl. nec seru°, quia rogatus dominus est.

missus fuerit, & suo arbitrio adierit hæreditatē: g dominus id debiturus nō est: quia hæres factus nō est, h nec seruus: quia rogatus non est. i Itaque k vtilis actio l hoc casu competit, vt is, ad quem emolumentum hæreditatis peruenerit, & fideicommissum præstare compellatur.

Si per hæredem res legata sine dolo consumatur: legatario per actionem in factum succurritur. Bar.

Callistra. libro iiij. edicti monito. LXV.

S I hæres rem legatam ignorans in funus cōsumpsit: ad exhibendum actione non tenebitur: m quia nec possidet, nec dolo malo fecit, quò minus possideret, sed per in factum actionem legatario consulitur, n vt indemnitas ei ab hærede præstetur.

Verba enunciatiua inducunt probationem eorum, quæ in testamento sunt gesta. Bar.

Papinianus lib. xv. quæstionum. LXVI.

C Vm proponeba--

S I hæres. CASVS. Institui mihi hæredē: & tibi legaui fundum: hæres ignorans fundū tibi legatū, eū uendidit & pecuniam consumpsit in meū funus: certe tenetur legatario actio in fact. ut de hoc coletur eum indemnem: non autē tenetur act. ad exhibendum. Vi.

m Nec dolo. Nec culpa, alioqui contra ut j. ad exhi. l. exhibitionis. Accur.

n Consulitur. De æquitate. sic ergo non distinguitur fuerit sciens, uel ignorans. vt Instit. eo. §. si hæredes. & est ratio, quia cōmodum habet a defuncto: alias secus: vt argumen. contra j. de condit. inde. l. in summa. §. penul. Item contra j. de relig. l. si plures. §. fi. Sol. ibi, & facit in eo. ti. l. at si quis. & l. si. §. si hæres. & §. fin. & sup. titu. t. l. si. hæredis. & l. cætera. §. si & l. si quis. & l. quid ergo. §. pe. & j. eo. l. Mæuius §. in fundo.

C Vm proponebatur. Filium meū impu bete institui mihi hæredem, & ei pupillariter substitui Titium, & Sempronium, & eosdē adinuicem substitui.

stitui: postea dixi: si non eritis hęredes filij mei, eius fideicommitto, vt vobis det fundum Sempronianũ: & I eo fundo vos adinuicem substituo: & omnia hæc scripsit tabellio præter substitutionem in fundo factam: & illam dimisit, quia nõ fuit recordatus: postea dictus pupillus excessit pupillarem ætatem, sicque euanuit substitutio, & solum fundum pubes factus dicto Titio, & Sempronio restituit. Titius post ea decessit sine filijs: venit Sempronius, & quærit vtrum possit petere partẽ fundi ex substitutione, quæ fuit dicta non tamẽ scripta? Et dicitur ei quod sic, dummodo probet eam esse dictam. Vel dic ut in gloss. sequen. Viuianus.

† Verba enuntiatiua sufficiunt ad fideicommissum: sed an ex sola coniectura possit fideicõmissũ validari? dic quod non sufficeret, per Bald. in l. cum virum. in vl. colum. uer. Item no. considerari. C. de fideic.

† Coniectura.

† Aliàs, in suis tabulis.

tur, ᵃ † in scriptura ᵇ fideicõmissi, quod plurib' sub cõditione † fuerat relictũ, per errorẽ omissam mutuã substitutionẽ, quã testator in secũdis † tabulis cum eosdem substituere ᶜ expressisset: diui Marcus, & Commodus Imperatores rescripserũt voluntatem manifestam videri mutuò factę substitutionis. etenim ᵈ in causa fideicommissi (vtcunque ᵉ precaria voluntas ᶠ quæreretur) ᵍ coniectura ʰ potuit admitti.

Si legatur uniuersitas, augmentum, & diminutio contingens etiam uiuo testatore, ad legatarium pertinet. Bar.

Idem libro xvj. quæstionum. LXVII.

PEculium legatum augeri, & minui ⁱ põr, si res peculij postea esse incipiant, aut desinant. ᵏ

ᵃ Cum proponebatur. CASVS. Titius instituit duos filios pupillos hæredes, & fundum per fideicommis. reliquit duobus extraneis sub conditione, si nauis venerit ex Asia: & cum pupillariter substitueret prædictos duos fideicommissarios, fecit mentionem: quod eos duos ad inuicẽ granauerat, ut qui eorum decederet sine liberis, alteri suam partem fundi redderet: quod tamen scriptum non fuerat. Acc.

ᵇ Scriptura. Not. in scriptura. q.d. non est omissum in voce, vel in verborum prolatione: sed in scriptura errore librarij: vt ĩ. de reg. iur. l. si librarius. vel testantis: vt ī. de hære. insti. l. quoties. §. 1.

ᶜ Substituere. Pupillo. Acc.

ᵈ Et enim. Scilicet est verum. enim, id est, quia in causa fideicommiss. &c.

ᵉ Vtcunque. Aliàs vbicunq;, id est in cuiuscunq; testamento: aliàs vtcunq;. id est qualitercunque.

ᶠ Voluntas. Scilicet rogatiua.

ᵍ Quæreretur. Id est, inueniretur. per argumenta potest coniectura admitti: & sic est contra C. de fideicõ. l. fi. ibi, cum enim &c. vbi per solẽnitatem testium, nõ coniectura probatur. Sol. per secundas tabulas, & per septem testes in testamento nuncupatiuo, vel quinq; in codicillis probatur coniectura, & non alio modo, etiam per scripturam nũcupatiui testamẽti: sed si erat in scriptis, sola scriptura probat substitutionem, secundum R. & Azo. Alij vt Ioan. & H. generaliter intelligunt prædictis, scilicet alijs modis, vel alijs: vt ĩ prin. huius l. no. & l. contraria intelligatur, cum vult probare per testes, & non per coniecturas alias: & pro hoc s. titu. 1. l. pen. & ĩ. tit. 1. l. nutu. & ĩ. de sup. leg. l. Labeo. Item contra C. de test. l. iubemus. Sol. ibi.

ʰ Coniectura. Id est, probatio per legitimum numerũ septem testium in testamento, vel quinq; in codicillis: sicut in fi. huius legis dicitur & probatur de substitutione facta de fundo legato, ut ad superstitẽ veniat, si vnus decedat sine liberis: licet secundum testamentũ, id est, tabulæ, non proferretur, quod tamẽ hic proferebatur, secundum R. & Azo. vel secundum Io. & H. potest esse & alia coniectura, si testator coram testibus septem dixit se ita velle disponere, vt substituat: & postea vocauit tabellionem, & omisit substitutionem: & postmodum facto testamento dixit coram eisdem testibus per errorẽ se omisisse, uel obliuionem. tali enim coniecturę ex hac leg. in fi. uidetur standum: ut ĩ. de do. præle. l. Theopompus.

Idem in familia erit: siue vniuersam familiam suã, siue certam, veluti vrbanam, ˡ aut rusticam legauerit: ac postea seruorum officia, ᵐ vel ministeria mutauerit. ⁿ Eadem sunt in ᵒ lecticariis, aut pedisequis legatis.

Si legatur res ex pluribus corporibus consistens: si extinguitur, quod ibi est principale, perit legatum. Bar.

Quadrigæ legatum, e quo postea mortuo ᵒ perire quidam ita credunt, si equus ille decessit, qui demonstrabat ᵖ quadrigam. sed si medio tẽpore diminuta suppleatur: ad legatarium pertinebit.

Si legatum relinquitur ab uno sub conditione, quæ ex eius persona dependet: si legatum transferatur ad alium, non transfertur conditio. Bart.

Titio Stichus legatus

ᵃ In, nõ est i P. Fl.

PEculium. CASVS. Legaui tibi peculium quoddam: certè si minuũ aliquas res, tantum de eo minus habebis; si adiungam: tantum plus habebis, & idem est si lego tibi familiam seruorum, uel pedissequas meas, qua lectos ferre sciunt. Quid si legem tibi quadrigam & unus de equis postea mortuus est? certe extinguitur legatum. Sed quid si eo mortuo alium equũ adiungã? debetur quadriga.

Titio. Titio legaui Stichum seruum meum, & rogaui eũ Titium, ut post mortem suam Titij eidem det libertatem: certè si hæres meus adeat hæreditatem, ualet legatum Stichi Titio à me relictum, & etiam libertas post mortem Titij: & idem est si iussi eũ esse liberum moriente Titio: & hoc casu statim cum Titius erit in articulo mortis, erit liber Stichus. & idẽ est si institui Titium ex parte, & dictum Stichum dicto Titio legaui: & libertatem post mortem Titij Sticho reliqui. nam & hoc casu ualet legatum, & libertas, siue adierit Titius hæreditatem, siue non. dum tamen cohæres eius adeat. & h.d. Viuia.

ⁱ Minui. Etiam viuente testatore. Acc.

ᵏ Desinãt. Distinguitur, ut Inst. e. §. si peculium. & ĩ. de pec. leg. l. denique. §. fi. & facit ĩ. de pecu. l. peculiũ.

ˡ Vrbanam. Quod dic vt ĩ. de ver. sign. l. vrbana. & ĩ. ti. 1. l. seruis vrbanis.

ᵐ Officia. Differentiam inter hæc duo vide ĩ. q. mo. vsusfr. amit. l. sicut. & facit ĩ. de adi. le. l. filio. 3. resp. Ac.

ⁿ Mutauerit. In perpetuum, non ad tempus: vt ĩ. ti. 1. l. si fundum. & l. si ita.

ᵒ Mortuo. Testatore uiuo: secus si postea: ut ĩ. tit. 1. l. si ita. §. si domus. & l. grege. & l. si ex toto. & l. si grege. & l. quod in rerum §. si quis. Accur.

ᵖ Demonstrabat. Quia erat magister quadrigæ. imo demonstrabat, quia erat de substantia quadrigæ factę à testatore: secus si legasset quadrigam conficiẽdam ex equis testatoris non nominatis: quia genus nõ põt perire, ut ĩ. ad l. Fal. l. in ratione. §. si uero argenti. Sed cur alio in peculio: vt ĩ. in princ. huius l. & area postea ædificata: ut ĩ. e. l. si areę? R. ñ. quia quadriga desinit vno mortuo: vt ĩ. quib. mod. vsusfr. amit. l. quã tũ. §. fi. & l.

ᵒ Sic C. si cer. pet. l. incendiũ. qd sit genus, vide gl. singul. ĩ §. hactenus. Inst. de gradib. affinita text. in e. nõ debet. de cõsag. & affinit.

post mortem Titij libertatem[a] accepit. Et legatum[b] adita hęreditate,[c] & libertas post mortem Titij competit. Idemque est,[d] & si moriēte Titio liber esse iussus est: si tamen Titio ex parte hære de instituto seruus legatus,[e] & post mortē eius liber esse iussus sit, siue adierit hæreditatem Titius, siue non adierit:[f] post cuius[g] mortem libertas ei data est, defuncto eo libertas competit.

Debitor partis fundi si creditori sub eadem conditione qua debebat, legauit: intelligitur aliam partem, non illam quam debebat legare. Bar.

Idem libro xvij. quæstionum. LXVIII.

MAeuius fundū mihi ac Titio[h] sub conditione legauit: hæres autem eius eundē sub eadem cōditione mihi legauit. Verendum esse Iulianus ait, ne[i] existente conditione, pars eadē[k] ex vtroque testamēto mihi debeatur: voluntatis[l] tamen quęstio erit. Nam incredibile[m] videtur, id egisse hæredem, vt eadē portio bis eidem debeatur: sed verisimile est, de altera parte[n] eum cogitasse. Sanè[o] constitutio principis, qua placuit, eidem sæpe legatum corpus[p] non onerare hæredem, ad vnum testamentum[q] pertinet. Debitor autē[r] non semper quod debet, iure legat: sed ita si plus sit[s] in specie legati. Si enim idem sub eadē conditione reliquit,* quod emolumentum legati futurum est?[t]

Duæ causæ lucratiuæ in eiusdem persona, & in eadem specie, quæ verè possunt ad oculum demonstrari, non possunt concurrere eodem tempore, quo ad effectū solidæ exactionis. Bar.

* P.F. Relinquitur.

& l. nisi. & facit ī. de condi. & demon. l. filiæ. §. fi. & ī. pro soc. l. si id quod. Acc.

a Libertatem. Hęc sunt verba testatoris. & dic accepit à testatore. Acc.

b Et legatum. Hic incipit respondere, sic & legatum, &c. & quod dicit & legatum, sub. Stichi relicti Titio: & ita non est contra quod legitur supra titu. i. l. si post mortem. §. sed si ser un. & §. vsque adeo. Si autem diceres & libertatem, & pecuniarium legatum relictum seruo post mortem Titij, non valet pecuniarium. vel aliter, ibi ab alio legatum, ab alio libertas fuit relicta, hic ab eodem: si intelligas secundo modo. It. tamen dedit multas solutiones, quæ nihil valent, s. quod ibi Titius fuit necessarius, vt ibi postquam &c. vel hic res aliena fuit legata seruo, ibi testatoris. Item contra ad hoc princip. & fi. huius §. sup. ti. i. l. si post mortem. in fi. Solu. vt ibi. [illegible] Dic quod ibi fuit relicta libertas per fideicōmissū. & hoc tenet Dy. secundum Bart.

c Hæreditate. Eius Stichū legauit. R.

d Idemq; est. Quod dicit post mortem Titij: hoc tamen hic plus quam suprà: quod hic etiam viuo Titio, moriendo tamen competit libertas: vt infra de manumiss. testa. l. qui duos. §. i.

e Legatus. Id est, prælegatus. Acc.

f Non adierit. Alius tamen adiuit: vt supra de test. tutel. l. si nemo.

g Cuius. Scilicet Titij: & facit ī. eo. l. si idem seruus.

MÆuius. CASVS. Mæuius instituit hæredem Sempronium: & mihi, & Titio legauit fundū sub cōditione, & ita debemus habere quilibet dimidium. Sempronius hæres instituit sibi hæredem Caium: & ab eo legauit mihi eundem fundum, & sub eadē conditione. modo est quæstio, an partem tantum legatam mihi in primo testamēto possim habere: an aliam, & æstimationē illius quæ iam mihi relicta erat? Et respon. quod hæres Mæuij videtur sensisse tantū de alia: & ita hæres hæredis Mæuij scilicet Caius, tenetur mihi ad aliā, & Titio cui ipsa erat legata, dabit æstimationem. nam non erat solutum adhuc à Sempronio legatum mihi & Titio ex testamento Męuij. Item debebit mihi illam partem, quæ mihi erat legata in testamento Mæuij, quæ non erat adhuc soluta, vt dictum est: & eius æstimationem non debebit iterum ex testamento sui testatoris, scilicet Sempronij hæredis Mæuij: & hoc ideo quia incredibile videtur, vt eadem portio bis eidem debeatur. h. d. vsq; ad §. duobus. Viu.

h Ac Titio. Ac, pro et: non autem habeas à Titio.

i Ne. Id est an.

k Pars eadem. Id est ex vtraque pars eadem: vt confusè ponatur & cōiunctiue, id est, vna dimidia ex uno, & alia dimidia ex altero.

l Voluntatis. Licet eam pro iuris quæstione posuerit, in facto tamen, quod ignotum est, consistit: iuris tamen est, vt attendi, quid magis præsumatur: præsumam enim alteru magis. nam &c. Vel sic, benè dicit voluntatis esse quęstionē: cum vtrunque testator possit velle, & quod eadē ex vtroque, vel ea vno vna, ea alio altera: & magis videtur vltimū. nam &c. & secundum hoc ponitur nam, continuatiuè. sed Rog. ponit pro certè.

m Nam incredibile. Possibile tamen est: vt ī. de fideiuss. l. hęres a debitore. §. non est. Azo. licet sit argu. contra inf. de verbor obligatio. l. quibus. sed expone vt ibi.

ADDITIO. Dic quod alia res est in secundo legato quā in primo, secundum Bar. hic.

n Parte. Cuius æstimatio præstabitur.

o Sanè. Patet denuo grauati hæredem circa eandem rem: & sic obstat cōstitutio: vt sup. de lega. i. l. planè. §. i. sed hic respon. Item & non circa idē hic dicit: sed circa aliam partem non prius legatam eidem. Acc.

p Corpus. Ab uno: quod ipse qui legat facere potest, nō autem hæres eius, qui est debitor legati: & hoc est, debitor autem &c. ne ergo sit inutile facta relatione ad partem debitam, refertur legatum ad alteram nō debitam: sic ā. ti. i. l. si quādo. in prin. & ī. e. ti. l. Titia. §. i. Vel dic, nō obstat huic legi constitutio: sed nec quod debitum aliàs legauerit: ad hoc debitor autem &c. facit ī. de insti. ac. l. in eum. §. tabernæ.

q Vnum testamentum. Id est, unius hominis testamentum. nam si idem plura fecerit, & in eis sæpe idē corpus legauerit, idem erit: vt ī. ea. l. §. eum.

r Debitor autem. Vt hæres Męuij erat.

s Plus sit. Quod quatuor modis attenditur: vt Instit. de ac. §. plus. Item & quinto modo: vt sup. ti. i. l. si creditori. §. id quod. & facit supra ti. i. l. huiusmodi. §. j. & ī. de dot. preleg. l. i. & de libe. lega. l. si idem. & ī. titu. i. l. num. & Insti. eo. §. econtrario.

t Legati futurum est. Quasi dicat nullum.

Duorum testamentis. CASVS. Męuius habebat partem in fundo aliquo, primus cā mihi legauit in suo testamento, & similiter secūdus in suo testamēto legauit mihi eandem partem, & ita dixit quilibet testatorum, lego tali partem Męuij, quam habet ī tali fundo, certè soluta parte Mæuij ex uno testamento, ex alio non

non possum petere: quia sublata est obligatio ex vtroque testamēto per solutionē eius, quod debebatur: nec renascitur postea: licet eam partē mihi solutā alienauero, ĩecēs si primus in suo testamēto legauit mihi partē fundi simpliciter, & similiter secūdus, hoc non addito, quæ Mæuij est: quia tunc licet pars Mæuij mihi fuerit soluta, quam scilicet habebat pro indiuiso ex testamento primi: non propter hoc est liberatus hæres secundi: eū non possit dicere quod illud quod mihi debebat, fuerit mihi solutum: quia tenebatur mihi ad partem simpliciter: non ad partem Mæuij: & plus dicit, quod si alienauero partem solutā mihi pro indiuiso, illa eadem poterit mihi solui. Postea respondet tacitæ obiectioni, quæ sibi posset fieri: diceret enī quis, ergo duæ lucratiuæ causæ in eadem re concurrunt: quod esse non debet, sed respondet, quod non concurrunt in eadem rē, quæ ad oculum possit demonstrari: de qua regula intelligitur. Iam quod Mæuius partem in eo fundo habeat partem alius, puta Sempronius ad iuris duntaxat intellectu, non reali ipsius fundi diuisione fit. & cum verum sit fundum vtriusq; esse non tamen constat, vtra pars alterius sit: non enim habent dominiū in fundo diuisione corporū, vt dictū est, sed solo iuris intellectu: quo iure totus illis fundus communis est. Igitur si soluatur mihi pars fundi, quæ Mæuij est, rectè soluta est, quam si alienauero, eādē aliquo modo suam effectam poterit alter hęs mihi soluere, tanq̃ ferè eadē nō sit, cū potuerit iuris intellectū Sēpronij eē. ergo tāquā diuersa soluit. porro corruptus textus forsit Accursiū & sequaces: ille.n. legit, Neq; plures in vno &c. cū emendati codices habeāt, Nanq; plures in vno &c. secus autē est, qn̄ hō legatur mihi in testō duorū: quia si solutus fuit mihi Stichus ex testamento vnius, ex alio nō pōt mihi solui ille idem, & idē in stipulatione: nam si duo promiserunt mihi hominē, & vnus soluit Stichū: alius eundem soluere non pōt, & reddit rationē quare, qa vbi soluitur Stichus ex legato, vel stipulatione, ille videtur ab initio debitus & ad oculum pōt demonstrari res, in qua duæ causæ lucratiuæ concurrerēt, si alius eundem solueret, quod esse non debet. vnde sicut ille qui promittit hominem, nō pōt illum qui tempore stipulationis est stipulatoris, soluere: ita nec illum qui postea factus est suus, licet alienauerit. Viu.

^a Duorum testamentis ^a pars fundi, quæ Mæuij est, ^b Titio legata ē. Non ineleganter probatum est, ab vno hærede soluta parte fundi, quæ Mæuij fuit, ex alio testamento liberationem obtingere: ^c nec postea ^d parte ^e alienata reuocari actionem semel ^f extinctam. ^g Sed si pars ^h fundi simpliciter, non q̃ Mæuii fuit, legetur: ^i ^• solutio prior non perimit ^• ^k alterā actionem: atque etiam hanc eandem ^l partē aliquo modo suam ^m factam poterit alter hęres soluere: ^• neque plures in vno fundo dominiū iuris intellectu, non diuisionē ^n corporum obtinent. Nō idē ^o respondetur, cùm duobus ^p testamentis generatim homo legatur; ^q Nam qui ^r soluente altero, legatarij factus est: quāuis postea sit alienatus, ^s ab altero hærede idem solui non poterit. Eadem quoque ratio stipulationis ^t est: hominis

^a Duorū testamentis. Id est, duorū. s. Titij, & Sēpronij.

ADDITIO. Prius legebatur duobus. sed iuxta P. Flo. duorum, vt hic.

^b Mæuij est. Habebat ergo Mæuius secundum communem cum alio pro indiuiso. Acc.

^c Obtingere. Propter regulam ĵ. de act. & oblig. l. omnes. & Insti. eo. §. si res.

^d Postea. Benè dicit, postea: quia secus fortè si alienetur viuente testatore altero, ex cuius testō non est solutum: quia nunc ex eius testamento solui poterit.

^e Parte ↄ. Scilicet soluta.

^f Semel. Solutione ab vno facta secundum quosdam.

^g Extinctam. Sic ĵ. de sol. l. qui res §. aream. & de ver. obli. l. inter stipulantem. §. sacram. circa prin.

^h Si pars. Dimidia, si aliud nō liqueat: vt vicesima: vt infra de verb. sig. l. nomen §. 1 vel dic, pro indiuiso.

^i Legitur. Puta dixit vnus testator, lego Titio medietatem fundi Cornel. & alter testator eodē modo dixit.

^k Nō perimit. Et est ratio, quia soluta pars ab uno, nō erat ab altero debita illa eadem pars soluta: quia si esset ab eodem debita illa pars, iam esset sublata solutione ab uno facta: quia non possunt duæ lucratiuæ causæ in eadem persona concurrere: ut d. l. omnes. & supra si pars hære. pe. l. 1. §. 2. & 3. & infra statim, ibi, neque plures &c.

^l Hanc eandē. Malè dicit hanc, cū per hanc, id est, per dictionem hāc, corpus vtiliter & pro diuiso debeat ostendere. dic ergo hanc eandem, scilicet iuris intellectu, & pro indiuiso: & hoc est quod subditur: neq; plures. &c. hoc modo, dixi solui posse eandem partem iuris intellectu non facta demonstratione ad corpus: quia non potest dare aliquam partem, ut dimidiam insolidum, neque enim plures &c. id est, legatarius cui pars soluta est, & alter hæres, qui non soluit aliquid: & sic est quasi loco collegatario. & recipere: neque obtinēt dominium in uno fundo, uel parte aliqua fundi insolidum, ut possit hic, uel ille dicere, hæc pars tantum mea est non tua. non obtinent inquam, iuris intellectu: ius enim intelligit quemcunque habere dimidiam indiuisibiliter in qualibet parte, quæ possit ostendi non facta diuisione: & sic non ostenditur regula ĵ. de act. & obli. l. omnes. cum non possit designari ad oculum pars, in qua duæ causæ lucratiuæ concurrant: alioqui facta diuisione ego meum, tu tuum dicere possumus: ut ĵ. de uerb. signi. l. recte. §. quintus. & tunc ostenderetur regula, si eandem partem diceremos solui posse: & secundū hoc subauditur ibi enim: neque enim plures &c. vel dic secūdum Ro. neq; &c. scilicet ob hoc, quod dixit eandem partem solui posse. nam intellexi de parte indiuisa quæ intellectu percipitur, non oculo videtur. nec enim videri potest: ita subauditur enim ibi. neque plures &c. & facit sup. cōmo. l. si ut certo. §. fina. & de cast. pecu. l. pen. §. pater. & supra tit. 1. l. non quocunque. in prin. Acc.

^m Suam. Alterius hæredis.

^n Non diuisione ↄ. Scilicet facta.

^o Non idē. Scilicet quod dixi quando simpliciter pars fuit legata. Sed certè imo idem: quia sicut s. ita nec hic vno soluente liberatur alius. est tamen hic alius: quia homo qui ab uno mihi soluitur, si desinat esse meus, non soluetur ab alio, quia ostendi pōt homo ad oculū, in quo concurrit huiusmodi causa lucratiua: vnde & solutus videtur in obligatione solus fuisse, & nō alius: & hoc est hominis &c. sed pars fundi soluta nō potest ostendi: vnde nec fuisse videtur ex causa lucratiua debita: vnde eadem solui potest. Azo.

^p Duobus. Id est, duorum ↄ.

^q Legatur. Eidem ↄ.

^r Nam qui. Puta Stichus.

^s Alienatus. A legatario.

^t Stipulationis. Puta si sim stipulatus à te hominem in gñe, & ab alio stipulatus sim similiter hominem in genere: aliud autem si ab vno essem tātum stipulatus, quia poterit solui qui meus fuerit: vt ĵ. de sol. l. qui decem. §.

^• Vide q̃ in hūc. §. scripsit elegāter Alcia. lib. dispun. 1. c. 24.

^• Sic in P. F. Hal. autē legit, solutio rior periuit.

^• Vide Anto. Aug. libr. 1. emē. ca. 2.

^• Sic i P. Fl. Hal. autē [illegible], nanq; plures [illegible] no fun[illegible] [illegible] no diuisione corpo. obtinent. quam lectionēam plectitur Alci. li. 1. dispunct. ca 24. certè locum hunc dicti eīdem esse putat Anto. August. emē. li. 1. c. 2. [illegible] veriorē lectionē, magis probes.

filiis inſtitutis vicissim eos per fideicomm. ſubſtituit, nec expreſſim prohibuit alienationem. nam ibi licèt vnus alienet, nihilominus alterius partẽ reuocabit: qa non fecit expreſsè contra voluntatẽ. Itẽ hic nullo modo tenet alienatio: quia teſtator prohibuit eã: ſed ibi tenet ſtatim, licet reuocetur ex poſt facto: ſm. Azo.

rent, ſi excepto uno cæteri partes ſuas uẽdiderint:[a] qui non uendidit, cæterorũ partes, quibus non dedit alienandi uoluntatem,[b] intregras petet: eos enim ad fideicommiſſum uidetur inuitaſſe, q iudicio paruerunt[c] alioquin[d] perabſurdum erit, uice mutua petitionem induci: ſcilicet ut ab altero partem alienatam quis petat, cum partem ſuam alienando perdiderit.[e] Sed hoc ita procedere poteſt,[f] ſi pariter alienauerint. Cæterùm prout quiſq; prior[g] alienauerit, partẽ poſterioribus non faciet.[h] Qui uerò tardius uendidit:[i] ei qui non uendidit,[k] in ſuperiorum partibus[l] feciſſe partem intelligitur. At ſi nemo vendiderit,[m] & nouiſſimus ſine liberis vita deceſſerit: fideicommiſſi petitio non ſupererit.

Filius libertæ connumeratur in familia libertorum. Bar.

Cum inter libertos ad prædij legatum, liberta quoque fuiſſet admiſſa:[n] quod[o] patronus petiit vt de nomine familiæ[p] † non exiret, hæredem libertæ filium[q] partem prædij, quam mater accepit, retinere viſum eſt.

Si ille, quem defunctus putabat ab inteſtato ſucceſſurum in ſolidum, ſuccedit pro parte: legata ab eo nominatim relicta præſtabuntur pro parte libertates inſolidum. Bar.

Cum exiſtimaret[r] ad ſolam conſobrinam ſua bona peruentura: codicillis ad eã[*] factis, pluribus fideicommiſſa reliquerat. Iure ſucceſsionis ad duos[ſ] eiuſdem gradus poſſeſsione[t] deuoluta rationibus[u] æquitatis,† & perpetui[x] edicti exemplo pro parte dimidia mulierem releuandam reſpondi: ſed libertates ab ea præſtan

[a] Vẽdiderint. Vnus poſt alium.

[b] Voluntatẽ. Sed ſi cõſenſit, nunqd ſaltẽ pretiũ petet? Videtur qd ſic: vt ſ. tit. 1. l. ſi fundum p fideicom. in pñe. Sed contra j. eo. l. codicillis. §. inſulã. Azo.

ADDITIO. Pro ſolutione huius cõtrarij vide Bar. in l. ſi fundum per fidei cõmiſſum. in prin. ſ. titu. 1.

[c] Paruerunt. Id eſt nõ alienauerũt, vel nõ cõſenſerũt. Ac.

[d] Alioqui. Id eſt, ſi non alienauerunt vel nõ cõſenſerũt, ſm Azo & male. quia & is qui alienauit inuitatur in partibus alienatis priuſquam ipſe alienauerit: vt j. ſequitur. Item ſi conſenſerit quibuſdam tantum in aliis, nõ paratur ei præiudicium, ut hic innuit. Intelligas ergo hic in partib' alienatis, poſtquã alienauit is, qui vult reuocare alienatum ab altero. ſecus ſi cõſentiat alienanti: qa fauori ſuo videtur renunciare: vnde partes alienatas poſtea ſine ſe reuocat, quia in nullo peccauit, ſecundum Azo.

[e] Perdiderit. Scilicet ius petendi in alienatis poſt. ſecus ſi ante. Azo.

[f] Procedere poteſt. Scilicet vt iure alienetur, vel vt nemo repetat alienatum: quia abſurdum ſit, vt dictum eſt, vice mutua induci petitionem. Azo.

[g] Prior. Pone Titius, & Mæuius, & Seius, & Caius sũt liberti: alienauit Titius primo, Mæuius ſecundo, Seius tertio, Caius quarto: in alienatis a primo omnes tres ſequentes admittuntur. in alienatis a ſecundo admittitur tertius, & quartus. I alienatis a tertio ſolus admittitur quartus. in alienatis a quarto nullus. & ita regula eſt, vt de alienato poſtquam alienaui, nihil petam: in alienatis prius petam pro parte. Azo.

[h] Non faciet. Id eſt, non faciet vt alij, qui fortè nondum alienauerunt, ſcilicet tertius, & quartus, vendicẽt tãtum pro parte partem ſecundi alienatam, imo totã petent: non obſtante primo, qui ſuam ante alienauit. at licet huic ſecundo alienanti a modo actio nõ naſcatur, nata tamen primo in parte primi perſeuerat.

[i] Tardius vendidit. Puta tertius.

[k] Non vendidit. Puta quartus.

[l] Partibus. Primi, & ſecundi, qui ante alienauerunt.

[m] Vendiderit. Etiam. nam & ei qui vendidit poſterius, faciet partem. Azo. & facit ſ. tit. 1. l. nihil. §. 1. & j. de an. lega. l. quintus. & C. de fideicom. l. quoties. & ſ. ti. 1. l. filiusfamilias. §. diui & j. ti. 1. l. pater. §. quindecim. & ſ. de min. l. auxilium. in fine.

Cum inter. CASVS. Titius babebat tres libertos, & vnam libertam: eis omnibus fundũ legauit nõ alienandũ in alios. dicta liberta habebat vnũ filium: & ea mortua fuit eius hæres. Certè illam partẽ prædicti fundi quam liberta accepit, retinebit filius eius. cũ enim ſit hæres legitimus dictę libertę, non videtur retinere contra voluntatẽ defuncti.

[n] Admiſſa. Vt j. de verb. ſign. l. liberti.

[o] Quod. Subaudi de eo quod &c. vel qd ſcilicet legatum.

[p] Familiæ. Libertorum.

[q] Filiũ. Fortè colibertũ. cęterum ſi familię maternę (alias paternę) qd pertineret? Reſpon. certè nihil: vt j. de obſe. l. hæres. & j. de I. iu. l. non ſolum. §. quanq. & j. tit. 1. l. pater. §. 1. q ſunt cõtra. Sed certè ſecundũ Azo. imo vr eſſe de familia, licet ſit ingenuus: quia viuẽte matre ut liberta põt reuocari in ſeruitutem: vt C. de libe. & eorum libe. l. ſi. & hoc innuit lex iſta, cum Iter &c. quaſi diceret quia mater. nã ſi filius eſſet libertus admitteretur, ſiue admittatur mater, ſiue non. Sed ar. cõtra ſ. eo. l. peto. §. fratre. Sed põt dici quod ibi non loquitur de familia libertorum. Acc.

Cum exiſtimaret. CASVS. Titius habens vnam conſobrinã, & unũ conſobrinum, & neſciẽs ſe habere conſobrinũ: & ſic credẽs ad ſolã conſobrinã prędicta omnia ſua bona debere peruenire ab inteſtato, fecit codicillos. Et ab ea reliquit plura fideicommiſſa & libertates. mortuo Titio peruenit hæreditas eius ad conſobrinum, & conſobrinã. Certè cõſobrina tenetur tñ pro parte ad ſoluenda fideicommiſſa pecuniaria ab ea relicta. ſed libertates ab ea relictas inſolidũ præſtare debebit: quia durum videtur releuare conſobrinã pro parte dimidia damno libertatis præſtandæ, & ſic facere intercidere libertates prędictas. i. interire. interirent enim in totum, ſi pro parte interirẽt. nam nemo poteſt eſſe pro parte liber, & pro parte ſeruus. Vi.

[r] Cum exiſtimaret. Scilicet aliquis.

[ſ] Ad duos. Scilicet dictam conſobrinam, & alium.

[t] Poſſeſſione. Vnde cognati.

[u] Rationibus. Aequitatis.

[x] Perpetui. Id eſt, generalis, quo continebat, vbi emolumẽtũ minuit, & onus: ſic & I iſtituto: vt j. ti. j. l. fina.

† Nomẽ familię, p ſonas, & hẽditatẽ cõplectit. l. ſi. C. de ver. ſigni. ſed qũo cognoſcatur, vide ibi do. & maximè. Bar.

[*] Aliàs ab ea.

† Aliàs deeſt ęquitatis.

[r] Mãd. in gl. Facul. in ſupſcriptio. I ver ſi. ad ppetu ſ. ol. a. & ibi plenè quot modis qd dicat perpetuum.

fin. sed certè imo adhuc insolidum tenetur cõsobrina, ut j.tit.1.l.post emãcipationẽ.§. item quæsijt &c.Sol. hic de æquitate, ut hic prædixit. uel dic ut ibi.

ADDITIO. Vel dic aliter secundum Bar.quod ibi succedit pro parte, sicut testator putabat, licet non eodem modo quo putabat: hic uerò successit pro parte. & testator putabat insolidum.

a Præstandas. Scilicet respondit.

b Damni causa. Id est, ea ratione, qđ habeat damnũ consobrina: nam hic nõ attenditur. Sed cur nõ præstant ab utroque sicut fideicom. Respond. quia fideicom. pro parte præstari potest, libertas nõ: unde ab eo solo præstatur, qui rogatus est. Azo. redemptis partibus a coherede, scilicet isti⁹ serui qui debuit manumitti: ut s.tit.a.l. qui grauis. & l. sequ. Sed videtur quod a nullo: ut s.ti.a.l.pe. in fin. Sol. hic æquitas: ut & s.eo.l.cum filius.in prin. ibi rigor: & facit j.de except.rei iud.l. indicatæ.in princ. & de liber.cau.l. duobus & C.de inoff. test.l.cũ duobus.& s.de pac. l.talc.§.fina.& j.de uerb.obl.l. eum qui ita.§. te & Titium. & j.tit.1.l.1.§. fin.& s. eo.l. si quis testamento. & j. ad Trebel. l. epistolam.

das, [a] quas damni causa [b] intercidere durũ videbatur.

Si fideicom. inuicem datum continet tantundem in qualitate, & quantitate, non valet. Item æstimatio testatoris nullam necessitatem inducit. Bar.

Pater, qui filio semissem dederat, & sororibus eius impuberibus quadrantes: quibus fratrem tutorem dedit, ita fuerat locutus: Fili, contentus eris pro tuo semisse ducẽtis aureis: [c] & vos filiæ, pro vestris quadrantibus, centenis aureis. Vice mutua liberis fideicommissum hęreditatis [d] reliqsse non videbatur, sed æstimationem (vt a parentibus frugi [e] fieri solet) patrimonij sui fecisse: nec idcirco fratrẽ iudicio tutelæ bonæ fidei rationes quãdoque præscriptione demonstratæ quantitatis exclusurum. [f]

Pater qui filio. CASVS. Titius habens filiũ maiorem 25. ann. & duas filias impuberes reliquit filio sex uncias honorum suorum, & duabus filiabus alias sex vncias: & dictum filium sororibus suis tutorem dedit: & ita dixit postea: Fili, contẽtus eris pro tuo semisse ducentis aureis, & vos filiæ sitis contentæ centenis aureis pro uestris quadrantibus, id est, pro vestro semisse quem uobis reliqui. Certè non videtur pater rogasse eos per fideicommissum, vt vnus alteri restitueret: id quod plus habet de hæreditate, quã sit quantitas a patre designata: imo uidetur pater æstimasse patrimonium suum, sicut boni patres solent facere: & ideo fratrem eundemq; tutorem sororum suarum nõ exclusurum aliquo tẽpore rationem reddendæ tutelæ sororum, scilicet quin teneatur reddere rationem etiam de eo quod sorores habent plus in earum semisse quem pater postea æstimauit dicendo. Et vos filiæ pro uestris quadrantibus &c. quod est s. in litera. Viuianus.

c Aureis ducentis. Per hæc verba videbatur legasse ducentos filio: & eum rogasse restituere quicquid habet de hæreditate: sic econtra dic de filiabus: quod remouet hæc lex. Accursius.

d Hæreditatis. Nec etiam aureorum: nam quantũ dat filijs in aureis, tantum recipit: & sic filiæ dat, & eodẽ modo in partibus hæreditatis: unde uidetur ridiculũ: vt j.ad l.Fal. l.si fundus.in fi.secus si appareat utilitas eius cui relinquit: ut s.e.l.peto. in prin. quæ est cõtra.

ADDITIO. Dic quod hoc ideo, quia esset ridiculum: tantum enim daret unus, quantum acciperet: simile s.tit.1.l.ab omnibus.§. quod si Titio.secudum Bar.

e Frugi. Fruges suas æstimantibus. q. d. bene sufficit, quod dimitto uobis: quia ualet tantum.

f Exclusurum. Id est, frater idemq; tutor non excludet ratiões, quin in solidũ substantiam teneatur: licet testator uideatur eam taxasse: & hoc dicit præscriptione taxatæ quantitatis: scilicet a testatore: ut hic, & C.arbi. tutel. l.t.nisi iurasset: ut in Authen. de iureiur. a mo.præst. coll.5.§.1.& facit ã.tit.1.l. si fundum sub conditiõe.§. si libertus.

Si testator grauat hæredem in eo, quod sibi hæredi debebat, & debitum cum fructibus compensat, fraudem facere non videtur: secus si debitum cum Falcidia compensaret. Bar.

Titio, [g] fratri suo [h] Męuius hęreditatem Seij a quo [i] hæres institutus erat, [k] post mortem suã restituere rogatus, [l] eodem Titio hærede scripto [m] petiit vt moriens Titius, tã suam, [n] quam Seij hęreditatẽ Sempronio restitueret. Cum ex fructibus [o] medio tẽpore perceptis fideicommissi debitam quantitatẽ [p] Titius percepisset: æris alieni loco non esse deducẽdum fideicommissum respondi: quoniá ratione compensationis [q] percepisse debitum videretur:

g Titio. Seius instituit Mæuium, & rogauit restituere Titio fratri Męuij post mortem ipsius Mæuij, hic Mæuius postea fratrem Titium instituit tam in suis quam in Seiana bonis: & rogauit utrũque restituere Sempronio post mortẽ Titij: hic Titius rogatus uult retinere hęreditatẽ Seianam ut æs alienum, & nõ restituere Sempronio. Item de Męuianis uult retinere quartã: quod uidetur posse: ut C. ad leg. Falc. l. irritum. sed tamen distinguitur: percepit tot fructus de hæreditate Mæuiana, qui valeant Seianam, & non potest: aliàs sic: non dico de fructibus Seianæ: quia suo iure eos percepit Titius, ut a se. Secũdo pone quod Mæuius prædictus Titium instituit ea lege, ne accipiat fideicommis. Seianæ hæreditatis, certè non adibit Mæuianam nisi renuntiet fideicom. quo facto adeat, & computet sibi in damnum amissi fideicom. Falc. hęredi. Mæuianę, quod est graue: maximè, dum non æquiualet illa Falcidia fideicommisso, & ideo contra iniquitatem dat consilium, quod habet locum re integra.

h Fratri suo. Scilicet Mæuij.

i A quo. Seio.

k Erat. Mæuius.

l Rogatus. A Seio.

m Scripto. In hæreditate. Mæuiana.

n Tam suam. Scilicet. Mæuianam. Quid si de Titiana rogasset? Respondeo: vt s.tit.1.l.filius.§. vt quis. Accursius.

o Ex fructibus. Scilicet Mæuianæ hæreditatis.

p Debitam quantitatem. Id est, fructus, quorum æstimatio continet tantam quantitatem, quantam cõtinet dodrans Seianæ hæreditatis, vel etiam totam, si Mæuius ex fructibus habuit quartam: arg. contra uidetur supra eo.tit.l.Imperator.§.1.ibi, Enim uero &c.

ADDITIO. Dic quod ibi quantitas legatur, & in propria specie quis grauatur. hic autem grauatur in hæreditate, quæ loco quantitatis habetur, in d.l.Impera tor.§. cum quidam. secundum Barto.

q Compẽsationis. Id est, cõputationis. sic impropriè

 ponitur:

ponitur ĩ.eo.l.Titia.§.qui inuita.quæ sit ad concurrẽtem æstimationẽ fructuum, & hæreditat.Seianæ:ut ĩ.eo.l.Imperator.§.cum quidã. Imo & si non cõcurrat idem videtur:ut ĩ.ad leg. Falcid. l. si debitor. Sed respon. hic non dixerat, ne computaret: sed si dixisset, idem tamẽ esset: ut ĩ.e.l. Imperator.§.cum quidam. Azo.

Planè si ea lege Mæuius Titium hæredem instituat, ne fideicommissum ex testamento Seij retineat: [a] Falcidiã [b] quidem [c] cõpẽsationi [a] sufficere: [c] sed iniquitatẽ [d] occurrere. Prudẽtius autẽ fecerit, si ex testõ fratris hæreditatem repudiauerit, & intestati possessionem acceperit, nec videbit dolo fecisse, cũ fraudem [f] excluserit. [e]

Disiuncta posita inter personas, inter quas cadit affectio ordinata: non resoluitur in coniunctam. Bart.

A te peto marite, si qd liberorum habueris, illis prędia relinquas: vel si non habueris, tuis, siue meis propinquis, aut ẽt nostris libertis. Non esse datam electionẽ, sed ordine [*] [f] scripturæ factã substitutionem respondi.

Valet legatum, licet qualitas non fuerit adiecta, quam testator adiecturum se dixerit. Bart.

Vicos [g] ciuitati relictos, qui proprios fines habebant, ex causa fideicommissi [h] nõ ideo minus deberi placuit, quod testator fines eorum significaturũ, & certaminis formam, [i] quam celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac postea morte præuẽtus [k] non fecit.

Iusta causa in parte, non tollit moram in alia parte.

Idem libro ix. responsorum. LXXX.

QVi solidum fidei-

[a] Retineat. Quo casu ex testamẽto hæreditatem nõ aliter adire conceditur quam si illi cuius interest, ut cohæredi suo Titij, vel etiam seruo publico propter legatarios caueat se nõ deducturum fideicõmissum ut æs alienum: ut ĩ. de cond. & demon. l. Mutianæ. quo facto Seianam hæreditatem non iure proprio fideicõmiss. sed Mæuianæ hæredi. nomine velut cæteras bona Titij accipiet cum cohærede, vel solus: ut ã.eo.l. si mihi pure. Ro. Sed quod dixit de cautione Mutiana, non habet locũ: quia loquitur quando sub conditione non faciendi aliquid relinquit. ut d. l. Mutianæ. Dic ergo, quod aut sub conditione scilicet dandi vel faciendi aliquid relinquitur: & tunc prius debet impleri, quam accipiatur relictum: [t] ut ĩ. de condi. & demo. l. qui hæredi. in fi. Aut non faciendi, & tunc etiam habet locum cautio Mutiana. Aut sub modo, & tunc cauetur de implendo modum. & postea percipietur: vt hic, & ĩ. titulo. r. l. si tibi. & ĩ. de fideicommiss. liber. l. cum in testamento. est enim hic modus ne retineat, id est, vt non retineat. Acc.

[b] Falcidiam. Quæ ex bonis Mæuij detrahitur: licet enim ex Mæuianis, & Seianis possit detrahi Falcidia, quia omnia debent dici Mæuiana: tamen compensationi obijcitur illa tantum Falcidia, quæ ex Mæuiania detrahitur, quę valuerunt pone l. non illa, quæ ea Seianis, quæ fortè valuerunt centum tantum, sic ergo Mæuiana possunt esse adeo ampla, vt eorum Falcidia sufficiat & æquiualeat fideicommisso: alia enim, scilicet Seiana, quo ad hoc non videtur capere a Mæuio. Ro. tamen hic scripsit Falcidiam Mæuianorum semper eẽ minorem fideicommiss. quod apertè quilibet potest perpendere esse falsum. Azo.

[c] Compensationi. Id est, computationi vt prædixi. Item quod dicit sufficere, scilicet posse: potest enim esse sic ampla hæreditas Mæuiana quod eius Falcidia tãta sit, quanta fideicom. & potest esse quod nõ: vtroq; enim casu iniquitas, sed altero maior.

[d] Iniquitatem. Quia & Falc. Mæuianę sine onere & fideicom. Seianę debet habere secundum R. arg. C. de ins. dot. l. cum patrẽ. Sed contra ĩ. ad Treb. l. Lucius. §. maritus. vbi sufficit, si habet tantum in hęreditate testantis, quantum erat dos debita. Dic ergo iniquitatẽ esse, quia iure communi sic solet contingere. vt Falci. habeat, & debitum deducat: vt C. ad l. Fal. l. in imponenda. & l. irritũ, sed hic non facit: sic ergo iniquum:

[*] Quidã, non est in P. Fl.

[*] In P. Fl. sed iniquitate occurrere, & tunc pro iniquitati. Hæc verba recitantĩ in gl. si. in fi. in e. ad andiẽtiã de iis q̃ vi, metusue cau. fi.

[f] Fraudẽ hoc loco possis accipere, pro periculo, aut ẽt lesiõe. nõ est aũt nouũ fraudẽ in iure pro periculo accipi, vt cũ dicim⁹ ne ea res fraudi sit. vel expõe, fraudẽ excluserit, id est effecerit, vt ius suũ saluũ sibi esset. ita.n. dicimus qđ si ne fraude sua, aliorũ q̃ fiat, id est saluo suo, alieno q̃ iure.

[s] Limitabis hãc gl. & alle. l. q hrđi p tea. 1 l. si tibi ĩ. pxi. tit. vt nõ pcedat, quãdo legatarius pstat cautionem de implendo cõditionẽ. de quo vide in le. ea l. §. fin. ĩ. eo.

sed tamen quia ipse sciens voluntatem defuncti adeundo & cauendo consensit, cogitur parere: vt ĩ. ad leg. Fal. l. si debitor. Azo. si modo tantum est in Falcid. Mæuianæ, quantum est Seianæ: ut d. §. maritus.

[e] Excluserit. Not. sic ĩ. ad Treb. l. recusare. §. pen. & ĩ. de inof. testa. l. Papinianus. §. cum igitur. & l. nihil. §. si cũ fili⁹. & de ne. ge. l. acquiri. §. cum me. & de aqua plu n. arcen. l. j. §. deniq;. & ã. si qs omiss. cau. testa. l. qui aũt. §. quid deinde dicemus. & Instit. ad leg. Aqui. §. iniuria. & ĩ. de excep. do. l. r. §. 1. Item facit ad §. C. de bo. aut. iud. pos. l. 2. & ĩ. de dot. præleg. l. 3. & de aur. & arg. lega. l. si vxori. in princip. Accursius.

A te peto. CASVS. Titia vxor Mæuij fecit testamentum, & dicto Mæuio reliquit duo prædia: & postea ita locuta est marito: peto a te &c. usq; illuc, non esse datã: & dicit quod per dicta verba Titiæ non est data electio marito, vt det dicta prædia liberis uel propinquis, aut etiam libertis prout uult, sed uidetur substituisse propinquos liberis secundum ordinem verborum dictæ mulieris: scilicet ut si habeat maritus liberos, illis relinquat: alioqui sui mariti propinquis, illis non existentibus relinquat propinquis mulieris, & sic postea libertis ordo seruetur. Viuianus.

[f] Ordine. Not. de ordine: [z] sic ĩ. de usufruc. l. quoties. in prin. arg. contra. ã. ead. l. §. fidei. tuæ. Item uidetur, quod simul admittãtur, & ita vel, pro & accipiatur: ut C. de ver. sig. l. cũ quidam. & ĩ. de instit. & substit. l. generaliter. in princ. Sol. secundum R. ex sermonis cõceptione & personarum affectione, hæc & illa verba aliter & aliter intelligenda proculdubio patet.

Vicos ciuitati. . CASVS Titius fecit testamentum & reliquit uicos, id est, quasdã cõtratas ciuitati Bononiæ: qui vici habebant certos fines, & ita dixit postea dictus testator: Ego designabo intra fines vicorũ. Item scribam quod certamen volo, quod dicta ciuitas faciat omni anno in meam memoriam propter vicos quos ei relinquo: postea morte pręuẽtus Titius non fecit prędicta duo. Certè nihilominus valet legatum vicorũ. Vi.

[g] Vicos. Expone: ut ĩ. tit. r. l. si hæres. §. 1.

[h] Fideicommissi. In testamento perfecto relicti.

[i] Formam. Quam formã voluit seruari in illo prædio: puta uolebat fortè ut sibi fieret ludus gratorum (alias pugnæ) & hanc formã dixit sed dicturũ ĩ alia volũtate.

[k] Præuentus. Prima scriptura per omnes suas partes iam est perfecta: & sic non obstat infra de vsufruct. legat. l. qui cum plures. Item contra supra eodem lege, Titia in principio. Soln. ibi. Item contra supra de hæred. instit. l. quoties. §. tantundem. Solu. ibi. & C. de institut. & substit. l. penult.

QVi solidum. CASVS Titius fecit testamentũ. & reliquit per fideicommissum ab hærede suo

Titio

[*] P. F. sed ordinem scripturæ factũ substitutioni respondi.

[z] Ordo scripturę quo seruãdus & quo nõ, Mãd. I 46. qõ. 16. Reg. Cancell. nu. 3. & seq.

commissum frustra [a] petebat, hærede Falcidiam obiiciente, si partẽ [b] interim solui sibi desiderauerit, neq; acceperit: [c] in ea [d] moram passus [e] intelligitur.

Legatario debetur æstimatio ipsius rei, vel partis quæ ad hæredem loco rei peruenit. Bar.

Cùm post mortẽ emptoris venditiones prædiorum Reipublicæ [f] optimus, maximusque princeps noster Seuerus Augustus rescindit, hæredib° ꝓtio restituto iussisset: [g] de pecunia legatario, cui prædium emptor ex ea possessione [h] legauerat, coniectura voluntatis [i] pro modo æstimationis [k] partẽ soluendam [l] esse respõdi.

Respublica propter moram tenetur ad vsuras, propter temeritatem ad impensas litis: licet habeat regressum contra administratorem. idem in pupillo, & tutoribus. Bar.

Etiam respublica [m] post moram fideicommissi vsuras [n] præstare cogitur: sed damnum, si quod ex ea re [o] fuerit secutum, ab iis [p] sarciendum [q] erit, qui post dictam sententiam iudicatum soluere supersedere

Titio viginti, & tot alia legata reliquit aliis, quod debebat Falcidia locum habere: postea Titius petiit ab hærede dicta viginti integra: & frustra petebat, quia de eis debebat detrahi Falcid. sicut de aliis relictis: & hoc ei hęres obiiciebat in iudicio: dixit fideicommissarius hæredi, ego peto a te viginti: & vis detrahere quartam propter Falcidiam, solues modo mihi in nomine domini quindecim, & procedamus in causa super v. dixit hæres ei: Ego nolo tibi aliquid dare, nisi prius causa finiatur: quæritur quid iuris sit? Et certè quantum ad dicta xv. hęres videtur fuisse in mora, ideo ad vsuras tenetur.

Cum post mortẽ. Resp. vendidit Titio quandã vniuersitatem prædiorum i certo territorio positorũ: puta i Coralcola. Titius emptor diuisit dictã vniuersitatem prædiorũ in plura pręd ia: postea fecit testamentum dictus emptor, & vnum de dictis prædiis, puta Cornelianum, legauit Sempronio: & sic decessit emptor relictis pluribus hæredibus. Venit postea administrator dictæ Reip. coram Imperatore Seuero, & petiit restitui in integrum nomine dictæ Reipublicæ venditi eis, & probata eam læsam in dicta venditione vniuersitatis prædiorum, habuit restitutionem eius nomine: & sic dictus Imperator iussit dictam venditionem rescindi, & prædia reipublicę per hæredes emptoris restitui: & iussit ei, quod respub. restitueret hæredibus emptoris pretium, quod receperat ab emptore: quæritur quomodo consuli debeat Sempronio legatario, cui emptor legauit prædium Cornelianum ex dicta vniuersitate: quod prædium Sempronius habere non potest: quia reipub. debet restitui ex iussu dicti Imperatoris. & certè de pretio quod restituit resp. hæredibus emptoris, ea pars æstimationis quæ dictum prædium legatum contingit, soluetur legatario: & hoc ideo, quia ita videtur voluisse emptor, qui ei legauit. & hoc dicit coniectura voluntatis, &c.

Etiam. Titius instituit sibi hęredem rempublicam, & ab ea reliquit fideicommissa. fuit in mora soluendi fideicommissa, certè tenetur ad vsuras: sicut teneretur aliquis priuatus. sed totum illud damnum, quod contingit reipubl. propter vsuras prædictas solutas fideicommissario, debent resarcire reipublicæ administratores eius. Item debent resarcire sumptus: quos fecerunt de bonis Reipublic. litigando contra fideicommissarium: & quod dixit in administratoribus reipub. idem est in tutoribus pupillorum.

Prædium. Titius instituit sibi hæredes tres suos filios pone, & ita postea dixit, Rogo vos per fideicommissum, quod prædia mea, quæ sunt in tali loco, non alienetis extra familiam nostram. Vnus de dictis filiis decessit, & non reliquit suam partem dictorũ ꝓdiorũ in familia. secundus decessit, & fecit idẽ. Vnde Titius superstes potest reuocare partes mortuorum in extraneos alienatas. Decedens ergo iste Titius sine liberis, instituit sibi hæredem quendam extraneum: quęritur nunquid iste extraneus hæres Titii possit ita reuocare partes præcedentium in extraneos alienatas, sicut poterat Titius? Et videtur quod non: quia dictus Titius ita bene facit contra præceptum testatoris, sicut alii duo. sed certè benè potest. nam in persona tertii vltimo decedentis finitum fuit testatoris præceptũ.

Si creditor. Ego obligaui domũ meã Titio. post feci testamentum, & dictam domum legaui Seio, vel per fideicõmissum reliqui. postea dictus creditor Titius vendidit dictã domum Caio, sciẽti etiam quòd ego debitor legaueram dictam domum Seio. nunquid Seius fideicommissarius poterit petere domum ab emptore? Et dicitur quod non. Vivian.

[a] Frustra. Propter Falcidiam, quæ resecat: & dic quod commodè poterat diuidi.

[b] Partem. Quæ scilicet deberi poterat ad minus, puta tres partes. & dic quod non offerebat satisdationem: aliàs totum petere potest: vt C. de vsu, & vsufruct. leg. l. a.

[c] Acceperit. Quia hæres non dat.

[d] In ea. Scilicet parte.

[e] Passus. Et sic ad vsuras accesserit, & tenetur hæres: vt C. de vsu, & vsufruc. lega. l. 1. & ĩ. § etiam. & l. si quis seruo. Item hoc si hæres credebat se teneri: vt s̃. si cer. peta. l. quod te. & de vsu. l. sciendum. & facit s̃. de rei vendic. l. quæ de tota. Acc.

[f] Reipublicæ. Respublica vendidit posses. Titio, in qua erant plura prædia: quorum vnum Titius alii legauit, tandem respublica restituta in integrum, recuperauit prædia, & pretium restituit hæredibus Titii. de hoc pretio dic satisfieri legatario, secundum valentiam prædii legati.

[g] Iussisset. Per in integrum restit. vt C. ex quibus cau. maio. l respublica.

[h] Possessione. Per prædia diuisa. vel à republ. vel a Titio, quod potest fieri: vt s̃. tit. t. l. quod in rerum. §. si quis. Acc.

[i] Voluntatis. Scilicet Titii, nam qua ratione voluit legatarium habere ꝓdium: eadem & eius pretium. Acc.

[k] Aestimationis. Quę subtiliter perpenditur, quantũ pro eo pretio datum fuit: vt s̃. de ædil. edi. l. pen. & s̃. de eui. l. 1. & s̃. eo. l. si quid. Item vĩ hoic l. contra. s̃. eo. l. cum pater. §. euictis. Sed ibi rem alienam legauit, hic suam, & quodam speciali iure euictam, & ideo ei, id est, legatario quodam speciali iure fuit prouidendum. sic supra de euict. l. minor.

[l] Soluendam. Ab hæredibus, quibus respublica restituit, vtili forte actione ex testamento, vel officio iud.

[m] Etiam respublica. Instituta & grauata.

[n] Vsuras. Vt ĩ. eo. l. si quis seruo. & ĩ. ad leg. Fal. l diuus. §. 1. & ad Trebel. l. deducta. in princ. & ĩ. eo. l. Titio. §. 1. & sup. ea. l. in princ.

[o] Ex ea re. Id est, mora: vt in vsuris, vel aliis accessionibus. Acc.

[p] Ab his. Scilicet rempublicam administrantibus.

[q] Sarciendum. Id est, restituẽdum reipub. sic supra, si cer. pet. l. ciuitas. & C. vt in poss. leg. l. fi.

derunt. a Nec aliud ser-nabitur ĩ litis sumptib9, b si ratio litigandi non fuit. † Ignauiã c etenim prætendentes audiri nõ oportet, quod ĩ tutorib. d quoque probatur.

Iussus de familia prædium alienare prohibitus, eius petitionem ad extraneum hæredem trã smittit. Bar.

Prædiũ pater de familia liberorũ alienari verbis fideicõmissi prohibuit. Supremus ex liberis, qui fideicommissum petere potuit, e nõ idcirco minus actionẽ f in bonis reliquisse visus est, ꝙ hæredẽ extraneum g sine liberis decedens habuit.

Qui vocantur ad fideicõmissum, prædio alienato non reuocant ab eo, qui emit a creditore testatoris. Bar.

Si creditor ab eo, qui testamentum fecit, h domum acceptam iure pignoris i vendidit: cõtra emptorem k fideicõmissi causa (tametsi voluntatem defuncti non ignorauit) nihil decernetur.

Qui per ignorantiam iuris patitur alium vti re sibi debita, nõ cadit a credito. Bar.

Idem libro xj. responsorum. LXXXI.

QVæ fideicommissum moriens libertis viri debuit, l eorundẽ prędiorum suis quoq; m libertis fructũ reliquit: iuris ignoratiõe n lapsi, qui prædia petere ex mariti testamento debuerunt, secundum fideicõmissum inter cæteros longo tempore perceperunt. Non ideo peremptam o videri petitionem prioris fideicommissi consistit.

Dominium transit in legatarium recta via, sicut in hærede adeunte. Vel aliter, Quod operatur aditio quo ad hæredem, illud operatur agnitio legati quo ad legatarium. Bar.

Idem libr. j. definitionum. LXXXII.

LEgatum p ita dominium rei legatarii q facit, vt hæreditas hæredis r res singulas. Quod eo pertinet, vt si purè f res relicta sit, & legatarius nõ repudiauerit defuncti voluntatem: recta via dominium, quod hæreditatis fuit, ad legatarium transeat, nunquam

a Supersederunt. Vel etiam ante, si prius mora fuit: vt C. de usu & usufruct. leg. l. 1. not.

b In litis sumptibus. Quos dederunt administrantes tunc rempublicã uictori de pecunia reipub. quia reddens respub. & nnt. si ratio &c. quia iusta ignorãtia excusat a litis sumptibus, etiã olim, quod dic, ut C. de iudi. l. properandũ. §. sin. autem alterutra.

c Ignauiam. Id est, stultitiam: sic ĩ. de iur. & fac. igno. l. regula. §. quod imperitia. Acc.

d In tutoribus. Vt damnum ex eorum mora vel malitia in litigando refundãt pupillis: sic, C. de iudi. l. properandũ. §. fi. & arg. ĩ. de adm. tutor. l. quoties. §. sicut. & C. de admin. tut. l. non est.

e Potuit. Alijs alienantibus.

f Actionem. Per quam reuocat alienationem factã ab eis. sic ergo extraneus hic hæres habebit actionem pro partib. aliorum alienatis, & reuocabit. Acc.

g Hæredem extraneũ. Nam quia nullus est, qui petere possit, etiam extraneũ instituit: ut ea. l. cũ pater. §. libertis. ĩ fi. nec obsta. ĩ. e. l. peto. §. frater. in fin. vt ibi dixit Azo. & facit. C. quãdo d. es leg. ced. l. a. & ĩ. tit. 2. l. pater filium. §. fundus. & l. Iulianus. & l. Lucius. & supra titu. 1. l. filius. §. diui.

h Testamẽtum fecit. Et eam domum per fideicommiss. reliquit.

i Iure pignoris. Ex pacto, vel ex lege: si autem vendita non esset, quis debeat luere, dic vt supra tit. 1. l. si res obligata.

k Contra emptorẽ. Et est ratio: quia debitor non potuit impedire venditionem: vt C. debit. vẽd. pig. impe. non pos. l. 1. alias est in tex. contra hæredem: & tunc est eadẽ ratio, vt hæres non teneatur: hoc tamen casu imputatur hæredi, si soluere potuit, & non fecit.

Væ fideicõmissum. CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ vxorem suam, & eam per fideicom. rogauit, vt prædia quædam viri restitueret quibusdã libertis viri. hęc vxor decessit, postea reliquit vsumfructum dictorum prædiorũ libertis prædicti viri & quibusdã alijs libertis proprijs vxoris: liberti autem viri cum libertis uxoris longo tempore postea perceperunt vsumfructum dictorũ prædiorum nunqd præiudicant sibi liberti viri taliter percipiendo vt dictũ est, quin possint petere proprietatem dictorũ prædiorum ab hæredibus uxoris? Et dicitur quod non. Bar.

l Debuit. Ex testamento mariti sui. illa moriens eorundem &c.

m Suis quoque. Quasi dicat, non solũ libertis mariti.

n Iuris ignoratione. Quia putabant quod uxor testamentũ mariti sui posset immutare. Accursius.

o Peremptam. Et sic non nocet hic iuris error. Sed contra ĩ. si in fraud. pat. l. si patron9 hęres. Sol. quarta, quæ debetur patrono, dicit quasi debita ut arrogatn: ut ĩ. de inoff. testa. l. Papinianus. §. si quis impubes. hic autem per testamentum uidet debitum: sic & filij hæreditas dicitur quasi debita matri: ut C. de cod. l. fi. §. 2. & ideo errore iuris perdet: vt C. qui pe. tutor. l. fi. Item contra ĩ. de ac qui. hære. l. Clodius, in prin. & in fi. vbi per factũ erroneum iure perdit debitam hęreditatẽ. Solut. vt ibi, & nn. non vitiari utile p inutile. t sic ĩ. de donat. inter vir. & vxorẽ. l. quod autem. §. si uxor. & ĩ. de inoffic. testa. l. mater. & C. de iuris. & fac. igno. l. si post dies. & ĩ. fam. ercisc. & l. cum putarem. Acc.

LEgatum. CASVS. Sicut hæreditas alicui delata facit hæredis res singulas, quæ sunt ĩ hæreditate, scilicet si hrs adit hæreditatẽ, ita legatum facit dominiũ rei legatæ legatarij recta via, si legatarius legatum non repudiauit. & hoc dicit. Vin.

p Legatum. Id est, legatio, seu ipsum legare.

q Legatarij. Vt infra de fur. l. a Titio. & supra de pecu. l. sed si damnum. §. 1. & infra si in frau. patr. l. 2. §. aduersus. & supra titu. 2. l. seruum filij. §. 1. & l. seruus Titij, & supra eodem lege, cum pater. §. fundo. Sed contra supra tit. 1. l. legatum est de libatio &c. § fin. Solut. ibi. Item contra de ser. l. Papinianus. Solut. ibi. Item contra supra de condi. insti. l. si quis ita. Solu. ibi. Item contra supra tit. 2. l. si tibi homo. §. cum seruum. Solut. ibi. Accur.

r Vt hæreditas hæredis. Ibi tamen est necessaria aditio, vt infra de acquirenda possessione. lege, cum hæredes. Sed legatum etiam ignoranti: vt supra eodem lege, cum pater. §. fundo. & facit supra de rebus eorum. lege, magis. §. fundum. & de dolo. l. & eleganter. §. item si. Acc.

f Purè. Nec tacitè in sit conditio. Acc.

Ignorãtia iusta a litis sumptibus excusat.

† Ergo si fit iusta eã litigãdi, excusat quis ab expensis vt hic, & in c. finẽ litibus, in gl. magna post me. ibi, nõ debet condemnari &c. extra de dol. & cõt. in Rota Romana expẽsarũ condẽnatio indifferẽter fit. limita vt p Mãd. ĩ xi. q. Regu. de subrogan. nume. 4. & 12.

t Not. limitationẽ, nisi essent separabilia, q Ba. posuit i l. fi. ĩ. de iu. om. indi. Car. in cle. 1. §. eadẽ, de supplẽ. neg. p la. & vide certos casus fallentiæ p Bal. in l. certi. §. qm. 1. nota. ĩ. si cer. pet. p præmissis vide Mãd. in 9. q. Regu. d idio. nu. 6. 7. & in 24. de non iudi. nu. 19.

factum hæredis.

Legata relicta scriptis uenientibus ab intestato, non debentur. Bart.

Paulus lib. ix. quæstionum. LXXXIII.

SI quis testamento facto a filijs suis, quos hęredes instituisset, fidei commissum reliquerit, non ut a legitimis [a] hæredibus, [*] sed ut a scriptis, & testamentum aliquo casu [b] irritum factũ sit: filij ab intestato uenientes fideicommissa ex testamẽto pręstare compelli non possunt.

Quando superuenit causa tendens ad eũdem effectum: licet ea existente dispositio ab initio non ualuisset, dispositio non uitiatur. Bartolus.

Idem libro. x. quæstionum. LXXXIIII.

DEbitor decem legauit creditori, quæ ei post annum sub pignore debebat. Non (ut quidam putant) medij temporis tantum cõmodum ex testamento debetur, sed tota decem peti possunt: nec tollitur petitio, si interim [c] annus superuenit. nam sufficit quod utiliter [d] dies cesserit. Quod si uiuo testatore annus superueniat: dicendum erit, inutile [e] effici legatum, quanquam constiterit ab initio. Sic & in dote præ legata responsum est, totam eam ex testamento peti posse. alioqui secundum illam sententiam, si interusurium tantum est in legato quid dicemus, si fundus legatus sit ex die debitus? nam nec pecunia [f] peti potest, quæ non est legata: nec pars fundi facilè inueniretur, quæ posit peti pro commodo.

Si plures sunt substituti, quilibet tenetur ad legata relicta ab institutis, in quorum locum succedunt. Bar.

Si Primo, † & Secundo, & Tertio hæredibus institutis, sic legata dentur, Si mihi Primus hæres non erit, Secundns Titio decem dato: si Secundus mihi hæres non erit, Primus Seio fundum Tusculanum dato: utrisque omittentibus hæreditatem, Primo, & Secundo: quærebatur, substituti, quos eis dederat, an & cui legata præstare debeant, ab utroque [g] sub-

SI quis testamento. CASVS. Titius instituit sibi hæredes filios suos, & ab eis reliquit fideicommissa, & dixit: Volo: quod ea præstetis si eritis hæredes mihi ex testamento & non alias: postea testamentum eius fuit irritum & annihilatum, & ita filij, eius habent hæreditatem ab intestato. nunquid præstabunt dicta fideicommissa? & dicitur quod nõ. Viuianus.

[a] Vt a legitimis. Id est, non reperijt ab intestato, quod posset nisi in casu: ut s. de inoff. testa. l. Titia. Accursius.

[b] Aliquo casu. Vno excepto secundum hæc iura: vt s. de iniusto testam. l. posthumus. quę est contra hodie rupto prætetitione, uel exhæredatione relictis ualent: ut C. de liber. præteri. auth. ex causa. Vel in l. posthumus. iure ciuili, non pretorio fuit ruptum: hic vtroq;, vt maxima, vel media capitis diminutione testatoris. & facit C. de fideicommis. l. eam quam. & l. ex testamento. & s. eod. l. cum pater. §. filius. & j. eodẽ. l. Lucius. §. filiam. & l. codicillis. §. fin. Accursius.

DEbitor. CASVS. Sub pignore debebam tibi decem: post annũ feci testamentum, & dicta decem tibi legaui. nunquid ualet legatum? & dicitur quod sic. Sed quid continetur in isto legato? & dixerunt quidam, quod continetur commodum medij tẽporis tantũ, id est, usura, quę possent redigi ab illis decem usque ad annum: sed hoc est falsum, Imo ipsa decem poteris petere ab hærede meo. Quid autem si mortuo me testatore finitus sit dictus annus? Non tollitur certè propter hoc petitio de decem. sufficit enim, quod semel ualuit legatum. si autẽ me uiuo testatore finitus sit annus, efficitur inutile legatũ: quia tẽpore quo fuit finitus annus, non cesserat dies legati, quia ego testator viuebam. unde cum postea tempore mortis mei testatoris non inueniatur aliqua cõmoditas in legato ultra, quam esset in debito, nihil ualet legatum: sicut autem possunt peti tota decẽ legata: quæ debebant legatario post annũ, ut dictum est: ita est in dote in pecunia consistente, quæ debetur quidem uxori post annum a morte uiri. nã si maritus eam purè leget uxori: poteris petere decẽ, & non solúmodo commodum, quod inde euenire posset. Illos autem, qui dicunt quòd in dicto legato de decem continetur commodum medij temporis tantum, & non decem deduco ad incõueniens: pone enim, quod debebam tibi fundũ post diem, & eum tibi legaui: certè ex fundo non põt usura peti, & sic pro certo apparet, & quod x. sunt in legato, & non cõmodo tantũ. hoc dicit vsq; ad §. si primo. Viuia.

[c] Interim. Id est, lite pendente post testatoris mortem.

[d] Quod utiliter. Quia post mortem testatoris.

[e] Inutile, Id est, si nec commodo valet tamen legatum, ut actione ex testamẽto peti possit: ut Insti. eo. §. ecõtrario. quæ est contra. ad quod est j. de uerb. obligat. l. qui bis. & de fideiuss. l. hẽs. §. non est, uel illud nouum, hoc uetus ius.

[f] Nec pecunia. Id est usura. sic ergo in primo casu totius legis sunt decem in legato: & non usura, uel commodum medij tẽporis. Sed tamẽ quo ad l. Fal. ut detrahi possit, cõmodum uidetur legatum esse: ut infra ad l. Falc. l. 1. §. si creditori. & facit s. ti. 1. l. si creditori. & l. seq. & j. de lib. leg. l. si creditor & j. ad leg. Falcid. l. uerbis. & s. tit. 1. l. Mæuius. §. debitor autem.

Si Primo, & Secũdo, CASVS. Institui mihi hæredẽ Primum, Secundum, & Tertium: & si hẽs non esset Primus, substitui ei Quartũ: & si Secũdus hęres non esset, substitui ei Quintum. & postea legata reliqui Primo, & Secundo hæredibus hoc modo: Si Primus hæres mihi non erit: volo quod Secundus det Titio 10. & si secundus hæres non erit, volo quod det Primus Seio fundum Tusculanum. postea Primus, & Secundus omiserunt hæreditatem. quæritur, nunquid Quartus, & Quintus substituti Primi, & Secundi debeant soluere relicta ab illis, quibus fuerunt substituti? Et dicit quod sic. Quartus ergo substitutus primo, debet soluere fundum Tusculanum Seio, & Quintus substitutus Secundo, debet soluere Titio decem. & h. d. Vio.

[g] Ab utroque. Hic respon. uni, sed nõ alteri quæstioni: sed dic cuilibet suum: & facit s. eo. l. cum pater. § ab instituto. & l. si Titio. §. 1.

Seruo alieno. Sempronius fecit testamentum, & seruo Titij legauit propriam rem ipsius Titij: vel id quod Sempronius pure Titio debebat. quærebatur

[*] Sic l F.F Hal. autẽ scripsit, sed vt a scriptis filiis. in quibus data exempl. manu scri pt. sed ut a scriptis aliis.

† Iste §. facit quod iudex talem potestatẽ hẽt in recõuẽtione, qualẽ hẽt in conuẽtione: ut j. e. s. extra de mu. petit.

ſtituto legata debentur.

Seruo alius, qui eſt capax po- teſt relinqui quod eidem ſeruo facto libero relinqui poſſet, licet non eo modo. Bart.

Seruo alieno poſſe rem [a] domini legari, Valens ſcribit. [b] Item id quod domino [c] eius purè debetur. [d] Cum enim ſeruo alieno aliquid in teſtamento damus, domini perſona ad hoc tantum inſpicitur, ut ſit cum eo teſtamenti factio. [e] cæterum [f] ex perſona ſerui conſtitit [g] legatũ: & ideo [h] rectiſsime Iulianus definit, id demũ [i] ſeruo alieno legari poſſe, quod ipſe liber factus capere poſſet. Calumnioſa [k] eſt enim illa adnotatio [l] poſſe legari ſeruo, & quandiu ſeruiat: nam & hoc [m] legatum ex perſona ſerui uires accipit. [n] alioquin [o] & illud adnotaremus, [p] eſſe quoſdam ſeruos, qui licet libertatem conſequi non poſſunt, [q] attamen legatum, & hæreditatem poſſunt acquirere domino. [r] Ex illo igitur præcepto, quod diximus ſerui inſpici perſonam in teſtamentis, dictum eſt ſeruo hæreditario legari poſſe. [ſ] Ita [t] non mirum, ſi res domini, & quod ei debetur, ſeruo eius purè legari poſſit: [u] quamuis domino eius utiliter hæc legari non polsint.

Conditio adiecta fideicommiſſo, intelligitur repetita in ſubſtitutione facta circa idem de eadem perſona. Bart.

batur, vtrum teneret legatum? Et dicitur hic ꝙ ſic. Diceret aliquis, imo videtur quod non teneat: quia cum legatur ſeruo alieno, capit legatum vires ex perſona domini. & domino, ſcilicet Titio non poſſet legari res ſua, vel quod ſibi debetur: ergo nec ſeruo ſuo, cum ex pſona domini, ſcilicet Titij capiat vires legatũ. Ad iſtud autem reſpondet Iuriſcõ. & dicit. Quod dicimus perſonã domini inſpici, hoc ad id ſolum pertinet vt ſciam⁹ ſit capax aliquid accipere ex teſtamento, vel non: vt ſi ſit capax, & ſeruo ei⁹ legari poſſit, aliàs non: ſed nõ inſpicimus perſonã domini. vt ſciamus poſſit capere ipſam rem relictam, vel non: vt ſic dicamus interdum poſſe legari rem illam ſeruo, interdum non: ſed in caſu propoſito ex perſona ſerui conſiſtit legatum. hoc eſt dicere quia ſi tẽpore quo ceſſerit dies legati, inuentus fuerit, liber habebit legatum: aliàs non habebit: & quia ſi ex perſona ſerui conſiſtit legatum, dixit Iulianus, & rectè q̃d id demum ſeruo alieno legari poteſt, quod ipſe liber factus capere poſſet. Et ſi aliquis uellet argumẽtari hoc modo. Dicis, ꝙ ea demũ res põt legari ſeruo alieno, quã ipſe liber factus capere poſſet. ergo ſibi, ſ. ſeruo, quandiu ſeruiat legari non põt: cum liber effectus capere id non poſſet iſtud reprehendere calumnioſum eſt non eſt enim vera reprehenſio legari poſſe ſeruo quandiu ſeruiat: nã ꝑt legari: et ſi aliquis hoc reprehẽderet calumnioſe, id eſt non verè reprehenderet. nam & hoc legatum ex pſona ſerui capit vires, id eſt, quia res talis ei, quam caperet liber factus, licet nõ eo modo: alioqui id eſt, ſi reciperetur illa reprehenſio, iã eueniret iſtud abſurdũ, q̃d ſi ſeruus eſſet talis, qui nõ poſſet ad libertatẽ peruenire, iã ſi legaretur ſibi, nõ valeret legatũ. ſeruũ enim, quia non poteſt ad libertatẽ peruenire, poſſe domino acquirere, iſtud reprehẽdere malũ eſſet, imo bene ꝑt acquirere. ex quo ergo apparet, quod ſerui perſona inſpicitur, apparet quod ſeruo hæreditario legari poteſt. & ex his apparet quod in propoſita ſpecie res domini, vel quod purè ei debet, legari poteſt ſeruo eius. Viuianus.

[a] Rem. Hoc eſt, quod extraneus ſeruo meo rem meã legare potuit.

[b] Scribit. A nõ domino, ſcilicet, potuit legari: vt Inſti. eo. §. ſed ſi rem. & ſ. ti. 1. l. extera. §. 1. Acc.

[c] Domino. Nec hoc dño. vt Inſti. eo. §. ex cõtrario.

[d] Debetur. A teſtatore, ſubaudi, legari poteſt.

[e] Teſtamenti factio. Non vt ſciam dominus capere poſſit, vel non rem ſeruo legatam: quia poteſt eſſe, ꝙ poteſt capere, alias non habet rem. & eſt ad hoc ſ. ti. 1. l. ſi mihi & tibi. §. regula. & ĩ. de hære. inſti. l. non minus. & C. de hære. inſti. l. neq; per ſe. Accur.

[f] Cæterum. Pro certè.

[g] Conſtitit. Vt liber factus eo tẽpore quo cedit dies legati, capiat: nullum autem ſit legatum ſeruo in eadẽ cauſa manente: vt ĩ. quando dies lega. ced. l. ſi vſuſfructus. §. fi. Azo. Sed videtur obſtare regula Catoniana: vt ĩ. de regu. Catonia. l. 1. Solu. ibi.

ADDITIO. Aduerte hic ſecundum Bar. ꝙ regu. Catoniana non habet locum, quando legatum non valeret ab initio, ꝓpter perſonam legatarij.

[h] Et ideo. Quia ex perſona ſerui non domini valet: ideo &c.

[i] Id demum. Sed non omne, & non ſemper: vt ĩ. titu. primo l. fideicommiſſa. §. & ſi ſeruo alieno. & d. l. ſi vſuſfructus. in fin. Chriſtianum ergo mancipium ſeruo hæretico legari nõ poteſt, quia etiam liber nõ caperet: nec illa quorum commercium non eſt: vt C. de epiſcop. & cleric. l. ſi. na. §. fin. & ſupra titu. j. l. apud Iulianũ. §. fina. & l. extera. Item eſt bonum exemplum infra de ſerui. leg. l. & ſi maxiè. & hoc dicit Rom. rei, aut perſonæ rõne non obſtante.

[k] Calumnioſa. Id eſt, mala: quaſi dicat, dixiſti poſſe legari ſeruo, quod libero facto, & econtra: ſed ſeruo poſſum legare quandiu ſeruiat, puta decem annua, & valet quaſi domino relictum: vt hic, & infrà de conditionibus, & demonſtrationibus. lege, filiæ. & infrà de annu. legat. lege finali, ergo & libero quandiu ſeruiat. Reſpondeo nõ valet: quia infert de quid ad quale, uel ad qualitatem relinquendi. ſic infra de regulis iuris, lege, ea eſt natura. Accurſius.

[l] Adnotatio. Id eſt, reprehenſio.

[m] Nam & hoc. Scilicet quandiu ſeruiat.

[n] Accipit. Quia res talis eſt legata, quam caperet liber. non dico quod poſſit ſic libero relinqui, vt dixi. Item non valet hoc ad vtilitatem ſerui, ſed domini: vt d. l. filiæ. Acc.

[o] Alioquin. Scilicet ſi prædicta adnotatio, ſiue reprehenſio reciperetur.

[p] Adnotaremus. Id eſt, reprehenderemus ſubaudi q̃d dicitur econtra. ſecundum quoſdam &c. quod facere non debemus.

[q] Non poſſunt. Pacto fortè domini vendentis.

[r] Domino. Nam & hic videtur vitiari regula prædicta: quia ſeruo relinquitur, quod libero non poteſt relinqui, cum liber eſſe non poſſit. ſed tamen hic valet ex perſona ſerui, licet ad vtilitatem domini, vt ſuperiori caſu dixi.

[ſ] Poſſe. Et quæritur hæreditati ſtatim, non inſpecto ſit capax hæres, vel defunctus, vel non, licet poſtea inſpiciatur: vt ſ. eo. l. ſi mihi. & Titio. §. fi. Acc.

[t] Ita. Quaſi dicat, patet ex prædictis eſſe verum rem domini, &c.

[u] Poſſunt. vt in prin. §. no. hoc verum, niſi ratiõe iuris quod habet aliquis alius: vt ĩ. e. l. Mæuius. §. pe. dixi. Itẽ contra. ſ. tit. 1. l. ſi mihi, §. regula. Sol. ibi. Acc. Latinus.

Latinus. CASVS Titius libertus Sempronij fecit testamentũ. & Semproniũ patronum suum instituit in unum semissem, i. dimidiam hæreditatis sui liberti. quandam suam liberti filiã in alium semissem: & rogauit dictam filiam per fideicõmissum quod suũ semissem restitueret quibusdam ancillis dicti sui patroni, cũ liberæ essent. Item fecit postea substitutionem, dicens, quod si filia sua non esset hæres: illæ ancillæ hæredes essẽt, quibus fideicommissum reliquerat. Accidit autem quod filia non adiuit, & patronus iussit adire dictas ancillas: ancillę autẽ petebant fideicommissum illud cum peruenissent ad libertatem: quia ille patronus postea manumisit eas. & hoc ideo petebant, quia illud fideicommissum relictum fuit a filia liberti hærede instituta, quæ habuit substitutas ipsas ancillas, a quib. dicebant fideicommissum relictum repetitum uideri, quæritur quid sit? Et respon. quod non videtur repetitum fideicommissum in hunc casum vbi filia liberti non adiuit: sed alterutrum, scilicet vel hæreditas, vel fideicommis. videtur dictis ancillis datum, scilicet hæreditas cũ filia liberti non adiuit. melius est ergo, quod dicatur, quod in eum casum videantur esse substitutæ: in quem fideicõmissum habituræ erant, hoc est, cum essent liberæ. Viuia.

[margin: P. Fl. Libertinus.]

[margin: In P.F. iussu dñi, i. p̃roni adierunt, &c.]

Idẽ lib. xj. q̃st. LXXXV.

Latinus [a] Largus. Proximè ex facto incidit species talis: Libertus patronũ ex semisse hæredẽ ĩstituit, & filiã suam ex alio semisse: [b] fideicommisit filiæ: vt quibusdã ancillis patroni restitueret, [c] cum hæ manumissæ essent: & si eadẽ filia [d] hæres non esset, substituit ei easdẽ ancillas. Quoniã filia nõ voluit hr̃s existere: ancillæ [*] iussu domini [e] adierunt defuncti hæreditatẽ. post aliquantulũ temporis ab eo manumissæ q̃rebãt, an fideicõmissũ [f] petere ab eodẽ patrono possent? Rogo ergo, quid de hoc existimes, rescribas. Rñdi, nec repetitũ videri in hunc casum fideicõmissum: sed alterutrum datum, vel fideicõmissum, vel ipsam hæreditatẽ. melius [g] autem dici, in eundem casum [h] substitutas videri, in quẽ casum fideicommissum meruerũt: & ideo ad substitutionem [i] eas vocari. Cum. n. seruo alieno fideicommissum ab vno ex hæredibus sub conditione libertatis fuerit datũ, idemq; seruus ei hæredi substituat: licet purè [k] substitutio facta sit, tñ sub eadem cõditione substitui videtur, [l] sub qua fideicõmissũ meruit.

[a] Latinus. Attulit talem quæstionem.

[b] Semisse. Sub conditione, quæ sequitur.

[c] Restitueret. Sed an possit cogere institutum adire, & restituere? Dic vt j. ad Treb. l. cogi. §. sed si seruo. & l. mulier. §. non est. Accur.

[d] Filia. Ecce substituto.

[e] Domini. Scilicet patroni, id est, adierũt ancillæ iussu domini qui est patronus testatoris. Accur.

[f] Fideicommissum. Scilicet ancillis restituẽdum: sed videtur repetitum: vt s̃. eo. l. cum pater. §. ab instituto. & s̃. titu. i. l. licet Imperator. Solu. hic eædem sunt substitutæ & fideicommiss. ut dicta l. licet. in fi. vel hic repetito esset inutilis, quia legaretur ancillis a domino: vt Institu. eo. § an seruo. & infra de verb. obli. l. Titia. §. antepenul. aliàs secus: ut ibi dicitur. sed licet fideicommissum non sit repetitum: conditio tamen libertatis sic: vt j. proxi. §. Accur.

[g] Melius. Quam contrarium, vel melius quam alterum dictum: licet & illud bene sit, & non reprobat prædicta secundum. Roga.

[h] Casum. Scilicet si erunt liberæ. Accur.

[i] Ad substitutionem. Si sunt liberæ tempore quo cedit dies substitutionis, & domino non quærit: ut j. proxi.

[k] Purè. Quo ad verba: licet non repetita conditione libertatis.

[l] Videtur. Vt s̃. de condi. indeb. l. cum seruus. & j. de condi. & demõ. l. a via. sic ergo hæreditatis dominio non quæritur, quia nõ erat delata: ut j. de reg. iu. l. quæ legata. Accursius.

Si libertas per fideicommissum debita retardetur: nihilominus ipsa & fideicommissum pecuniarum debebitur.

Idem libro xxj. quæstionum LXXXVI.

Si quis seruo suo fideicõmissariam [*] [m] libertatẽ reliquit, & aliud quid adscripsit: quidã dicunt, q̃a placebat ab hærede eum manumitti [n] debere, futurum esse, vt non admittatur ad fideicommissum. Sed hoc iniquũ est. in huiusmodi. n. persona vtriusque quodammodo dies cessit, [o] & libertatis, & pecuniæ petendæ: adeò vt putem si mora fiat pręstandæ libertati; etiam fideicommisso moram videri factam, & vsurarum onus accedere. nam & cætera, quæ medio tempore acquisiuit [p] domino dũ moratur præstare liber-

[margin: P. F. fideicõmissam.]

Si quis seruo. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum per fideicom. quod daret libertatem Sticho seruo meo, & eidem Sticho legaui 10. postea Titius hæres adiuit hæreditatem meam, & manumisit dictum Stichum: vult nunc Stichus petere ab hærede dicta 10. quæritur utrum possit? Et quidam dixerunt quod non, & dicũt quod dies dicti legati Sticho relicti cessit a morte testatoris, & Stichus tunc non erat liber. imo fuit libertas ei data tantum post aditam hæreditatem ab hærede si cessit dies eo existente in seruitute. ergo videtur acquisitũ legatum hæredi, vnde non valet. sed certè ipsi malè dicunt: imò bene potest petere: quia dies libertatis suæ & legati sibi relicti cessit ab adita hæreditate tantum, non quidem summo iure: sed ex æquitate. vnde si hæres non manumittat eũ incontinenti adita hæreditate, facit moram libertati, & etiam fideicommisso. & tenetur ad vsuram fideicommissi. & non solum fideicommissum debet habere facta sibi mora in libertate præstanda, sed etiã omnia quæ acquisiuit domino interim, dum sit sibi mora in libertate præstanda. Viuia.

[m] Fideicommissariam. In directa non erat dubium: quia simul cedit dies legati, & libertatis. sed hic suspenditur dies legati propter libertatem: ut s̃. ti. i. l. quæsitum. §. i. & C. de cadu. tollen. §. in nouissimo.

[n] Manumitti. Ergo domino, id est, ab isto hærede qui ẽst dominus modo.

[o] Cessit. S. de æquitate, licet de rigore aliud innuat.

[p] Acquisiuit. Ex hoc patet, quod seruus est adhuc, licet mora sit ei facta: q̃a ut domino quærit, ut hic: nec potest

potest hic dici bonæ fidei poss. ut ex ea causa quærat: enim interpellatus scit se debere: ut ī. de acq. re. do. l. quæ sitū. Itē lex uocat ancillā eā, quæ est passa morā: ut ī. ad Trebe. l. nō est cogendus. & ī. de suis & leg. hę. l. 3. §. quæri. Sed tamen ex serua, ut ibi dicitur, nascitur ingenu⁹. cōpetit ergo libertas moram passo, cū iudicatum est libertatem debe rint ī. de fideicom. li. l. cum uero. §. sub uentum. & C. de fideicom. lib. l. ancillā. Azo. & facit s. e. l. qui solidum. in prin. & §. etiam. & ī. eo. l. Titia. §. ultras. & s. ti. 1. l. apud. §. ipsi⁹. & ī. de fidei com. li. l. cum uero. §. 1. & C. ad Sylla. l. pe. & ī. ti. 1. l. si lega tarius. §. seruo. & l. patronus. in prin. & l. qui concub. §. cum in testamento. & ī. ad leg. Falc. l. impuberem. §. 1. & de alim. le. l. cum unus. §. 1.

tatem, eidē restitui oportere rectissimè responsum est.

Si debitor legat creditori: in dubio non intelligitur animo compensandi. Bar.

Idem libr. iiij. responsorum. LXXXVII.

Creditorem, cui res pignoris iure obligata, a debitore legata esset, nō prohiberi [a] pecuniam creditam petere: si voluntas testatoris compensare volentis euidenter non ostenderetur.

In legato generali non continentur nomina debitorum. Bar.

Idem libro xiij. responsorum. LXXXVIII.

Caius Seius pronepos meus hrs mihi esto ex semisse bonorum meorum, [*] exceptis domibus meis paternis, in quibus habito, cū omnibus quæ ibi sunt. quæ oīa scias, ad portionē hæreditatis, quā tibi [b] dedi, nō pertinere. Quæro, cū sit in his domibus argentū, nomina debitorum, supellex, mancipia: an hęc omnia, quæ illic inueniūtur, ad alios hæredes institutos debeant pertinere? Paulus, respondi nomina debitorum [c] non contineri, sed omnium hæc esse communia: in cæteris verò [d] nullum pronepoti locum esse.

Diuisio gratia vberioris culturæ, diuersos fundos non facit. B.

Titius cùm fratris filio fundos, & vrbana prædia legaret, in his & fundum Seianū legauit, quē ipse paterfamilias, quoad viueret vno quidē [e] nomine vniuersum habuit: sed quò facilius cōductorē iueniret, per duas partes locabat: ita vt ex qualitate loci superiorē partē Seianum superiorē: inferiorē autē partem Seianum inferiorem appellaret. [f] Quæro, an is totus fundus ad fratris filium pertineat? Paulus respōdit, si testator fundum Seianum vno nomine vniuersum possedit, quamuis eundem diuisis partibus locauerat: vniuersum eum ex causa fideicommissi præstare oportere, nisi si hæres, de qua parte testator sēserit, euidenter probauerit.

In legato quantitatis non habet locum regula de duabus causis lucratiuis. Bar.

Idem libro xiiij. responsorum. LXXXIX.

Creditorē. CASVS. Titio obligaui codicē meū pro te. postea feci testamentum. & dictum codicem legaui eidem Titio. nunquid poterit Titius petere ab hærede meo decem prædicta? Et dicitur quod sic, nisi euidēter probent hæredes mei, quod ego legaui Titio creditori codicem, ut amplius nō peteret debitum, id est, decem. Viu.

[a] Prohiberi. Licet agnouerit legatum: si autem non agnouerit, certè petit pecuniam, licet testator compensare uoluerit: de rei uero æstimatione nō est quærendum: ut s. e. l. imperator. §. si eē tum. Azo. & facit C. eod. l. creditor. & s. tit. 1. l. Lucius. & ī. l. fi. §. pen.

[*] In P.F. excepta domo mea, & paterna, in quibus habito, &c.

Caius Seius. CASVS. Institui mihi hæredē Titium Seium pronepotē meum in semisse hæreditatis meæ, exceptis domibus meis, in quibus habitabā, relictis mihi a patre meo, cū omnibus quæ in dictis domibus sunt: & institui mihi Semproniū, & Titiū in alio semisse. quæritur utrum omnia quæ sunt in dictis domibus exceptis, debeāt pertinere ad Sempronium, & Titium an uerò & ad pnepotē meum prędictum? Et distinguitur inter res, quę erant in dictis domib. exceptis. nam si erant ibi nomina debitorū, illa nō continebuntur in exceptiōe facta per testatorē, imò erūt & pronepotis: & aliorum hæredū. si autem erat in dictis domibus exceptis argentū, vel supellex, vel mancipia, vel aliæ res: in eis nullum participium habebit pronepos: imo Sempronij erunt & Titij. Titius. Titius habebat fundum nomine Seianum, quem fundū ipse Titius donec uixit, habuit uno nomine uniuersum. sed ut facilius conductorem inueniret, dictus Titius locabat eū per duas ptes & superiorem partē dicti fundi appellabat fundū Seianū superiorē, inferiorēq; partē dicti fundi appellabat fundum Seianū inferiorē: fecit hic Titius testamentū, & filiæ fratris sui legauit multa prædia, inter quæ erat dict⁹ fundus Seianus. quæritur an ad dictam legatariam pertineat totus fundus prædictus, scilicet. inferior, & superior pars? & respondet quod sic: nisi hæredes dicti Titij probauerint de vna dictarum partium testatorem sensisse. Viuianus.

[b] Tibi. Pronepoti. Accur.

[c] Nomina debitorum. nec enim cæteras res augent: vt ī. tit. 1. l. uxorem. §. legauerat. nec minuunt. vt s. de iudi. l. si fideicōmissum. §. tractum. & dicto §. legauerat. & ī. ti. 1. l. si fundus. & l. quę situ. in prin. & §. 1. & l. si mihi Męuia. in prin. & §. his verbis. & l. qui filium. Io. Sed contra s. ti. 1. l. seruum filij. §. cum. Soin. vt ibi. ALITER. Dic quod ibi legauit chirographum specialiter. hic generaliter legauit omnia quæ in domo sunt: in quo legato non uenit chirographū. secus si uniuersaliter legaret mensam vel calendarium, ut l. cum pater. §. mensæ. s. eo. cum simi. secundum Bart.

[d] In cæteris vero. Quæ ibi non sunt ad tempus: vt ī. tit. 1. l. si fundus. & facit ī. de vsufruc. leg. l. generali. §. uxori. & de fun. instru. l. prædia.

[e] Vno quidem. Secus si duo fundi essent eodem nomine: tunc minor debetur: nisi ostendat legatarius testatorem de maiori sensisse: vt s. ti. 1. l. apud Iulianū. §. scio, quæ est contra. sed hic unus erat fundus: sed diuisit, vt congruentius locaretur. simile secūdū unum intellectum. C. de sacrosanct. eccl. l. iubemus. §. 1. & facit ī. ti. 1. l. prædijs. §. fi. & s. ti. 1. l. planè. §. fi. & ī. de rebus dubiis. l. 1. Accur.

[f] Appellaret. Hoc est partem superiorem appellabat fundum

fundum Seianum superiorem, inferiorem autem partem vocabat fundum Seianum inferiorem.

Titia Seio. CASVS. Titia fecit testamentum: & iussit hæredibus suis vt emerent Seio vnam tesseram frumentariã: post certum tempus Seius emit, vel ex causa lucratiua habuit vnam tesseram frumẽtariam. nunquid poterit petere vt hæredes emãt ei aliã tesseram? & dicitur quod sic: & ideo Seio est præstãdum pretiũ tesseræ. & est ratio, quia dictum fideicommissũ non tam consistit ĩ specie, quam in quantitate. Vlpian. Titiæ puellæ in testamento meo decem legaui, quæ Titia erat minor 25. ann. quæritur quando currat vsura de dictis decem legatis? Et dicitur quod ante 25. ann. dictæ puellæ: currunt etiam sine interpellatione. completis autem xxv. ann. desinunt currere, donec interpellatio congruo loco, & tpe sit facta. sed ea interueniẽte ꝑpetuo debebuntur.

Titia Seio tesserã [a] frumentariam comparari voluit post diẽ tricesimum à morte ipsius. [b] Quæro, cũ Seius viua testatrice tesserã frumentariam ex cã lucratiua [c] habere cœperit, nec possit id quod habet, petere: [d] an ei actio competat? Paulus rñdit ei, de quo quæritur, pretiũ tesseræ præstandũ: quoniam tale fideicommissum magis [e] in quãtitate, quàm in corpore consistat.

Finita causa priuilegii, finitur priuilegium: & ad moram sufficit vna interpellatio. Bar.

Vsuras [f] fideicõmissi post impletos annos vigintiquinque puellæ, ex quo mora [g] facta est, deberi respondi. Quamuis enim constitutum sit vt minorib. xxv. an. vsuræ omnimõ præstent: tñ non pro mora [h] †. hoc habẽdũ ẽ: quã sufficit semel interuenisse, [i] vt ꝑpetuò [k] debeantur.

Fideicommissum relictum ab vno ex hæredibus, qui vltimus decesserit, facit videri hæredes inuicem substitutos. Bar.

Seia libertis suis [l] fundum legauit, [m] fideique eorum ita commisit: Fidei autẽ vestræ Vere, & Sapide committo, ne eũ fundum vendatis, [n] eũque, qui ex vobis vltimus decesserit, cùm morietur, restituat Symphoro liberto meo & successori [o] & Berillo, & Sapido, [p] quos infra manumisi, [q] quive ex his tũc

Seia. Seia habebat duos libertos: quorum vnus vocabatur Verus, & alter Sapidus. & fecit testamentum. & instituit sibi hæredem Semproniũ, qui erat similiter suus libertus: & fundũ Titianũ legauit dicto Vero, & Sapido libertis, & fidei eorum commisit, ne dictum fundum venderent, & vt ille qui ex eis vltimus decederet, restitueret eum fundum cum moreretur, dicto Sẽpronio instituto, & etiam duobus suis seruis, quos infra se manumissurum dixit (quorũ unus vocabatur Berillus, & alter Sapidus, sicut libertus qui nominatus est) vel restitueret illi ex dictis tribus, qui superuiueret eo tempore, quo vltimus ex dictis libertis legatariis moreretur. postea decessit Verus libertus: pone: quæritur vtrum pars sua fundi pertineat ad Sapidum suũ collegatarium? Et uidetur quod non: quia cum eis legauit fundũ, non substituit eos ad inuicẽ in legato. sed certè bene pertinet ad Sapidum collegatarium: quia dixit testatrix, vt ille collegatarius, qui vltimus decederet, restitueret cum moreretur, Sempronio successori, & dicto Berillo, & Sapido libertis. Videtur ergo testatrix duos gradus substitutionis fecisse, unum, ut is, qui ex duobus libertis collegatariis prior moreretur, alteri restitueret. alterũ gradum substitutionis uidetur fecisse: ut nouissimus collegatarius decedens restitueret Berillo, & alij Sapido, quos nominatim postea enumerauit testatrix. Imperator. Titia habebat duos nepotes ex filio suo mortuo. scilicet Titium, & Seium, & ipsa magis diligens Titium, quam Seium, & timens ne Seius ageret querela inofficiosi testamenti, si ipsa institueret solum Titium, & uolens Titium habere omnia sua bona, donauit inter uiuos dicto Titio. nunquid Seius poterit habere remedium contra fraudem auiæ suæ? & dicitur quod sic. nã poterit reuocare a Titio dimidiam eius, quod ei donauit auia. hoc dicit usque ad §. Lucius. Vi.

[a] Tesseram. Vas ad mensurandum, [r] sicut si præcepisset emi corbem: vel id est mensurã frumenti: sicut not. s. de iud. l. sed & si susceperit. §. 1. & dic in genere. Et not. quod non legauit tesseram: tunc enim non esset in quantitate, sed in specie: licet in genere iussisset comparari tesseram. vnde vel res, vel pretium datur. vt j. titu. 1. l. nõ dubiũ. §. fi. & j. de aur. & arg. leg. l. Titię. & hic in fi. alias tessera tantum esset in obligatione.

[b] Ipsius. Scilicet Titiæ. Acc.

[c] Lucratiua. Idem si non ex lucratiua causa sit nactus.

[d] Petere. Id est, tesseram in gñe, quam habet in specie: nec impeditur, quia habet: ut not. s. eod. l. Mæuius. §. duobus. sed quia hæres non potest, vel non nisi immodico pretio redimere: vt j. tit. v. l. non dubium. §. fin.

[e] Magis. Comparatiue, quia possit vel non possit redimere tenetur ad p̃tium, sed ad rem ita demum, si possit redimere. Azo. & facit supra eodem tit. l. mortuo. §. 1. & supra titul. primo. l. planè. §. 1. & 2.

[f] Vsuras Casus est, q̃ si fideicom. debetur minori. ex solo tempore tardæ solutionis currit usura, ut in bo. fi. iud. vt hic: & C. in qui. cau. l. in minorũ. sed eo facto maiori desinunt currere iure speciali: & sic solo cursu tẽporis purgatur mora hæc specialis: quia finita ætate pro qua priuilegiatur, finitur & priuilegiũ, & de nouo incipiunt currere, facta de nouo interpellatione iure communi post xxv. an. vt hic, & no. ä. de vsu. l. mora.

[g] Mora. Cõmunis, & post minorem ætatem. Accur.

[h] Mora. Scilicet ætatis priuilegio. Acc.

[i] Interuenisse. Scilicet per interpellationem.

[k] Perpetuo. Vt s. de vsu. l. cum patrisfam. & facit s. e. l. qui solidum. §. etiã. & de admin. tut. l. maximè. & infra de adi. leg. l. 3. §. 1. in fi.

[l] Seia libertis suis. Scilicet Berillo, & Sapido.

[m] Legauit. Id est prælegauit: ut j. dicit, cum esset de institutis. vel dic propriè, quia alius institutus erat: vt infra dicit. Acc.

[n] Vendatis. Ex hoc patet quod unum altero uendente, vel alienante, noluit substitui. non autem ex inferiori verbo vltimus decesserit. & sic non est contra supra de uulg. subst. l. vel singulis.

[o] Successori. Nam eum scripserat hæredem, vel solum, vel cum alijs.

[p] Berillo, & Sapido. Hic de alio Sapido, quam ã. loquitur. alioqui sibiipsi substitui nõ posset, vel alius Sapido mortuo restituere rogari non potest, vt ei Sapido iam mortuo restituatur: vt s. de vul. subst. l. fi. §. 1. Az.

[q] Manumisi. Id est, manumittam, & hoc indicat j. aduerbium, quod est in textu. Item quod dicit in fin. si postea enumerauit. quidam tamen vtrobique habent uerbum, siue aduerbium præteriti temporis. nam infra habent, antea enumeraui.

[r] Budæ. s. de iud. l. sed & si susceperit, tesseræ (inquit) frumentariæ signa erãt frumentaria, eiuib. exhibitis, frumentũ a principe dabat populo Romano; vt hodie qui busdam ĩ locianum mi plumbei, vel ærei, vel qd simile qđ pro symbolo sit, ex quo factũ est, vt tessera ꝑ iure percipiendi frumenti ponatur. hęc ille.

† Iste tex. infringit opi. Io. de Por. l. l. cũ res. s. de leg. 1. vide Bal. in l. g Romæ. § Seia. j. de ver. ob. & hic.

superuiuent, Quæro, cū nec in prima parte testamenti, qua fundum prælegauit, [a] eos substituit: in secunda tñ adiecerit verbum, qui vltimus [b] decesserit: an pars vnius defuncti ad alterum pertineret? Paulus rñdit [a] testatricē videri in eo fideicōmisso, de quo quæritur, duos gradus substitutionis fecisse: vnū, vt is, q ex duob⁹ prior moreretē, alteri restitueret. alterū, vt nouissimus iis restitueret, quos nominatim postea enumerauit.

Donatio inofficiosa colla:a in filiū, vel nepotem per aliū vsq; ad legitimam reuocatur. Bar.

Imperator Alexāder Augustus Claudiano Iuliano præfecto vrbi. Si liquet tibi Iuliane charissime, auiā ad interuertēdā inofficiosi q̄relā [a] patrimoniū suū donationib. ī nepotē factis exinanisse: ratio deposcit, id qd' donatum est, pro dimidia [c] parte reuocari.

It cui donatur inofficiosè, potest onere fideicōmissi grauari. Item querela potest in modum replicationis proponi. Bar.

Lucius Titius, cum haberet quinque liberos, vniuersos emancipauit: & in vnum filium Caiū Seium amplissimas facultates donationibus contulit: & modicum sibi residuum seruauit: & vniuersos liberos cū vxore scripsit hr̄des. In eodē testamento duas possessiones, quas retinuerat, eidē Caio Seio prælegauit: & ab eo petiit, vt ex redditibus prædiorum quæ viuus ei donauerat, Mæuię filiæ tot aureos daret: itē alteri fratri alios tot. conuentus a Mæuia sorore sua legem Falcidiam implorat, quæro, cum sanctissimus Impator (vt supra scriptum est [d]) cōtra volū-

[a] Prælegauit. Vel proprie, vel id est legauit. sic infra de dot. prælег. per totum.

[b] Vltimus. Ex hoc tamen verbo, qui vltimus decesserit &c. non inducitur substitutio. Azo. sed alias substitutio erit ex verbis testatricis. vt j. in fin. §. & modo. not. ī. prox. §. in gl. ex hoc petet. Acc.

[c] Dimidia. Dicas quod auia duos habebat nepotes ex filio, vel filia pmortuia, & vni donauit omnia: alter reuocabat pro dimidia: sed non aperit cuius totius sit dimidia. sed dic secundum H. & M. eius quod excessit dodrantem, scilicet medietatē trium vnciarum, cum tres vnciæ deberentur inter ambos pro debito bonorum subsidio. & sic non obstat C. de inoffi. do. l. si totas. & l. si liqueat. & aliæ quæ dicunt hanc querelam ad instar querelæ inofficiosi testamenti inductam, in qua non fit reuocatio in plus [t] ut ī. de inof. tes. l. 1. 2. & 3. & l. cum donationibus. & secundū hoc intelligitur l. si mater. in eo. tit. Alij dicunt hic dimidiam partem omnium donatorum: & sic totum quod erat habiturus ab intestato. pro quibus est C. de reuo. do. l. si unquā. & dicta contraria soluunt, quod hic fuit inoffic. re, & cō silio, vt hic dicit: [t] ibi re tantum. vel ibi donauit alij filio, hic extraneo: & sic hic reuocat totum: ut not. C. de Inof. don. l. t. in gl. magna. in §. q. Item an ipso iure sit nulla, & sic per ipsum patrē reuocetur. arg. ī. prox. §. an aliqua. & sic eo demum mortuo. & dic ut no. C. de inoffi. don. l. si totas. Item si diuersis temporibus donauit: & tantum propter vltimam apparet inofficiositas. an etiam primæ reuocentur? Respon. vltima tantum: [t] quia primæ statim valuerunt irreuocabiliter. & aliud in Fal. & lega. quia etiā prima ad vltima trahuntur. ut j. ad leg. Falc. l. in quantitate. §. sed & si legata. vel dic ut not. C. de inoffic. dona. l. t.

Lucius Titius. CASVS. Lucius Titius habens quinque liberos scilicet, Caium, Seium, & Mæuiam, & tres alios: & habens uxorem Titiam, emancipauit vniuersos suos liberos: & in prædictū Caium Seiū contulit per donationē amplissimas facultates suas. & reseruauit sibi modicū residuū. & sic alios filios suos fraudauit ea portione, quā ab intestato habituri essent, & dictā suam uxorē Titiam, & Caium Seium prædictū, & Mæuiā suam filiam prædictam, & tres alios suos filios scripsit sibi hæredes in illo modico, qd' sibi retinuit: & in eodē testamēto legauit prædicto Caio duas possessiones, quas sibi reseruauerat in dicto modico: & in eodē testamēto petijt ab eodē Caio Seio ut daret 20. aureos, pone, Mæuiæ filię suæ pdictæ ex redditibus prædictarum amplissimarum facultatum, quas eidem Caio Seio inter viuos donauerat, Item daret alteri ex dictis 5. fratribus, & filijs suis Lucij Titij alios 20. mortuo dicto Lucio Titio testatore, Mæuia prędicta sua filia egit contra dictū Caium Seium fratrem suum, & petit dicta 20. per fideicom. sibi relicta existentibus eis coram iudice. dictus Caius Seius ita opponebat ei. Quamuis pater noster Lucius Titius mihi multa donauerit. & sic sororem meam: & alios nostros fratres debita portiōe fraudauerit, possūt tamē a me reuocari per uos, & ita non habeo nisi hæreditariam portionem, in qua fui institutus vobiscum. unde nolo tibi sorori meæ soluere dictos 20. aureos, nisi secundū hæreditariam portionem contingentem mihi: & quia mea pars hæreditatis est exinanita, ꝓpter tuum fideicommissum de 20. & propter aliud fideicomis. relictū a me altero meo & tuo fratri, volo tibi Falcidiam detrahere. Ista quæstione pēdente, decessit dicta Mæuia, & habuit hæredem Sempronium. modo quæritur, an dictus Caius Seius sit compellendus secundum voluntatem Lucij Titij patris præstare Sempronio hæredi sororis fideicommissum de 20. ex donationibus immensis sibi per patrem factis, an vero ex hæreditaria portione sibi in dicta institutione contingente? & vtrum possit detrahere Falcid. dato quod pro hæreditaria portione debeat conueniri tantum, & dato quod sua hæreditaria portio sit exinanita propter dicta fideicommissa a te relicta? Et respon. quod tenetur dictus Caius præstare dictum fideicommissum hæredi sororis secundum hæreditatis portionem sibi contingentem, & non secundum donationes sibi immensas per patrem factas, quæ quidem donationes immensæ reuocari ab eo possunt per fratres dicti Caij secum institutos, & etiam per Lucium Titium patrem si viueret secundum rescriptum sacratissimi Imperatoris Alexandri, de quo fuit facta mentio supra, prox. §. & si in hoc casu habeat locum Fal. non tamen detraheret eam Caius Seius propter rationem immodicarū donationum in eum per patrem collatarum. nam cū pater poterat dictas donationes reuocare. vt dictum est: ergo Caius Seius suus filius erat in hoc suus debitor: & ideo potuit pater ab eo fideicommissum relinquere insolidum præstandum secundum suam hæreditariam portionem Viu.

[d] Supra scri, tum est. Vt sup. proxi. §.

[a] Vide q ad huius tx̄ si interptationē scribit Vi. gl. I §. vel singulis. de pupill. substit. in stit. lib. 2.

[a] Subaudi gratia, de quo vide Ant. Aug. lib. 2. e. t.

[t] Quid si testator donauit filio suo tm moderatē: q̄ritur, an in totū reuocetur illa donatio? dic q ꝓ ea parte, q est immoderata reuocatur. ita Bar. in l. pe. C. de inof. don.

Secundum

tatem donantis, ea, quæ donata sunt renocari ꝓceperit: an Caius Seius compellendus sit secundum voluntaté patris [a] ex donationibus fideicommissum prestare hęredi sororis? Paulus respondit, post literas īperatoris nostri dubitari nō oportere, quin ī hac quoq; specie de qua q̄ritur, subueniendū [b] sit liberis, quorū portio ī vnū filiū donatiōibus collatis imminuta est: ꝑsertim cū Impator noster cōtra voluntatem patris subuenerit. [c] In proposita auté causa etiā voluntas [d] patris pro ijs, q fideicōmissum petunt intercedit: sed & si Falcidia lex intercedat: fideicommissa insolidum esse præstanda propter immodicarum [e] donationum rationem.

In legato vniuersitatis redit quod ex ea deducitur, si in eam postea redigatur. Bar.

Scæuola lib. iij. responsorum. X C.

LVcius Titius testamento ita cauit: Si quid cuiq; liberorū meorū dedi, aut donaui, aut ī vsum cōcessi, aut sibi acquisiui, aut ei ab aliquo datū, aut relictū ē: id sibi ꝑcipiat, sumat, habeat. filij nomine Calendariū fecerat. [f] postea sententia dicta [g] ē: & placuit, id quod sub nomine ipsius filij in Calēdario remāserat, ei deberi: nō ēt id, quod exactum in rationes suas pater cōnertisset. Quæro, si id, quod exegisset pater ex nominibus filij ante testamentum [h] factū, iterū post testamétum factum, in nomen filij cōuertisset: [i] an ad filiū secundum sententiam pertineret? Respondi, id quod ex eadem [k] causa exactū, in eandem [l] causam redisset, deberi.

Nudus minister nullum commodum sentire debet. Bar.

A te peto Titi, fideiq; tuç cōmitto, vti [m] curā cōdendi corporis mei [n] suscipias: & pro hoc decem aureos è medio ꝑcipito. Quæro, an si Lucius Titius minus, quàm decé aureos erogauerit reliqua summa hæredibus proficiat? Respondi secundum ea quæ proponerentur, hęredum commodo proficere. [o]

Cum iniunguntur onera præterita, & futura, intelligitur de præteritis pendentibus nondum finitis. Bart.

[a] Secundum voluntatem patris. Fideicommissum relinquentis.

[b] Subueniendum. Iure replicationis.

[c] Subuenerit. Iure actionis, scilicét querelę.

[d] Voluntas. Venit pater contra factum suum: quod iure nō tenet. sic C. de agric. & censi. l. quemadmodum. li. xj. arg. contra ī. de adop. l. post morté. & no. C. de inof. dona. l. si totas. & de inoffi. testam. auth. unde & si.

ADDITIO. Intellige istud verum, quando donatio ualet omnino: sed hic poterat aliquo modo reuocari secundum Bar. hic

[e] Immodicarum. Hoc est, immodicæ donationes, siue magnæ faciunt Falci. in fideicommis. &c. Accursius.

LVcius. Titius. CASVS. Lucius Titius instituit sibi hæredes tres suos filios pone. unius autē ex dictis filijs nomīe fecerat idem Lucius Titius Calendarium, id est nomina debitorum. postea de dicto Calendario, siue nominibus debitorum, quæ nomine filij fecerat, aliqd exegit antequam faceret dictū testamentum: & postea iterum in nomē filij cōuertit. postea ita dixit in dicto testamento: si aliquid dedi alicui liberorum meorum aut donaui, aut in usum cōcessi, aut sibi acqsiuit aut ab aliquo datum, aut relictum est: id sibi præcipiat, & sumat, & habeat. postea de dicto Calēdario, siue nominib. debitorū quæ nomine filij fecerat testator, fuit quæstio inter dictū filium, & fratres suos, & fuit iudicatum deberi filio illud quod sub nomine ipsius filij in Calendario remāserat, non etiam id deberi dicto filio quod pater exegit, & in suas patris rationes conuertit: quæritur nunquid propter dictam sententiam, siue pronuntiationē pertineat ad dictum filium id, quod exegit pater ex nominibus filij, & antequam faceret testamentum in nomen filij conuertit: & respon. quod sic. Viuia.

[f] Fecerat. Scilicet pater.

[g] Sententia dicta. In iudicio fa. er. & placuit. s. iudicanti per sententiam, & bene, id q &c. ut s. ti. 1. l. quidam in testamēto. & ī. de pe. le. l. si. & ī. ti. 1. l. prędijs.

[h] Ante testamentum. Vnde in Calendario permansisse negabatur.

[i] Conuertisset. Vnde nullo tempore a Calendario separatum uidebatur, id est, ante testamentum exegit a debitore Calendarij, & post testamentum ex illa pecunia exacta alium constituit debitorem in Calendario.

[k] Ex eadem. Scilicet in quam redigitur postea.

[l] In eandem. Adeo ut non uideatur exisse: ut s. de pignor. l. penult. & ī. de adimen. leg. l. pe. §. fi. & ī. ti. j. l. fideicommissa. §. si rem. & facit s. eod. l. Lucius.

A te peto. CASVS. Caius instituit sibi hæredes Seium, Sempronium, & Titium: & dicto Titio fuit locut⁹ in testamento ita, fidei tuæ committo, ut suscipias curam sepeliendi me: & pro hoc uolo, quod accipias ante partem 10. aureos. mortuo testatore Titius accepit a cohęredibus 10. aureos: & fecit sepeliri corpus, & non expendit nisi sex aureos. nunquid retinebit sibi alios quatuor aureos? & dicitur quod non, imo, erunt omniū hæredū. alij dicunt quod dictus Lucius fuit hæres institutus, & utrunque stare potest. Viuianus.

[m] Vti. Pro ut. Acc.

[n] Corporis mei. Id est sepeliendi. Accursius.

[o] Proficere. Fuit enim electus ut minister. vnde nihil apud eum debet remanere: ut s. eo. tit. l. si quis Titio. & sic nō ob. s. mā. l. ante pe. §. si inter. quia & si ibi deficeret usura. tenebatur de suo supplere maritus hic secus. & facit s. man. l. ex. mandato. & s. de cōdit. ob cau. l. si hæres. & facit ī. de auro & arg. leg. l. si. §. fin. & ī. de ann. leg. l. libertos. §. Lucius. & ī. tit. 1. l. Titius. & ī. de uerb signi l. cum in testamēto. & s. de nego. gest. l. qui aliena. §. libertos. & de reli. & sumpt. fun. l. at. si quis. §. æquum. & de condit. & demon. l. quibus. §. fin. Accur.

Quæ marito. CASVS. Titius instituit sibi uxorē suam Męuiam in dimidiam hæreditatis suæ, & quosdā alios in alia dimidia, postea dicta Mæuia fecit testamētum, & Mæuium & Sempr. filios suos instituit hęredes cum quibusdam alijs: & ita dixit Mæuia, volo quòd tu

tu Mæul, & Sempron. qui estis mei filij accipiatis ante partem quicquid ex hæreditate Titij mariti mei prædicti ad me peruenit mortis eius tempore, sub hac cõdi. vt omne onus eius, quod peruenit ad me de hæreditate dicti mariti mei, agnoscatis, & tam in præteritum, quam in futurum, necnon & si quid post mortem dicti mei mariti solui creditoribus suis. quæritur nunquid pertineat ad onus dictorum filiorum, si ipsa soluit aliqd creditoribus mariti post mortẽ mariti? an verò illud tantum sit ad on⁹ filiorum quod remansit soluendum creditoribus mariti post mortem Mæuiæ? Respond. vt in litera. Viuianus.

Quæ marito [a] hæres extiterat, ita testamento cauit: Mæui, & Semproni dulcissimi filij, præcipitote omne quicquid ex hæreditate, bonisve [b] Titij domini [c] mei patris vestri ad me [d] peruenit mortis eius tempore; ita tamen, vt omne onus eiusdem hæreditatis tã in pteritũ, [e] quàm in futurum, [f] necnon [g] etiam si quid post mortem Titii domini mei * solui, agnoscatis. Quæro, an si qd soluisset post mortem mariti, * cum ipsa fructus quos percepisset, dedisset, [h] ad onus [i] eorum pertineret? Respondi secundum ea, quæ proponerentur, ea duntaxat onera legatariis imposuisse, quæ superessent.

Legatarius per quem nõ stat, quò minus impleat modum: etiã si stet per casum admittitur ad legatum. Bar.

Quisquis mihi hæres, hæredesve erunt, * hoc amplius Lucius Eutychus (quanquã eum hæredẽ [k] institui) è media hęreditate sumito, sibiq; habeto vna cum Pamphilo, quem liberum eẽ iubeo, instrumentum tabernæ ferrariæ, ita vt [l] * negotium exerceant. Lucius Eutychus viua testatrice decessit, pars hæreditatis eius ad cohæredẽ pertinuit. Quæro an Pamphilus eodem testamento manumissus ad pętitionem partis instrumenti admitti possit: licet taberna, vt voluit testatrix, exerceri nõ possit? respõdi admitti. [m]

Qui factum hæredis impugnat, non testamentum, non est indignus legato. Bar.

Sempronia substituta hæredi instituto, legata accepit, si hæres non esset. mouit [n] contra institutum actionẽ [o] quòd dolo eius factum esse

* In P.F. nõ est, solui.

* In P.F. cũ ipsa fructus cæpisset, dedisset &c.

* In P.F. hoc amplius Lu. En. quam quod cũ hrdẽ &c.

* In P.F. negotiũ, exerceatis.

Mar. 16.

[a] Quæ marito. Scilicet domino Titio. Accur.

[b] Bonisve. Id est, facultatibus. Acc.

[c] Domini. Qui fuerat maritus.

[d] Ad me. Vxorem.

[e] Tam in præteritum. Id est, purè à defuncto debitum.

[f] In futurũ. Quod ipse debuit sub conditione, quæ adhuc pendet. & dic quod hic mater filios, & quosdam alios instituerat hæredes.

[g] Nec non. Pro id est, secũdum R. vel dic te mũ esse membrum scilicet olim debitũ, sed per hanc satisfactũ vnde volebat, quod filij hoc refunderent alijs hæredibus.

[h] Dedisset. Ad onera hæreditaria: & hoc si habes in text. si tamen hoc est &c.

[i] Ad onus. Hoc est in quibusdam libris cancellatum: sed bene posset poni. Azo. & facit s̃. eod. l. cum filius. §. 1. & de rei ven. l. emptor. & l. sumptus.

Quisquis. CASVS. Titia testatrix instituit sibi hæredem quendam, qui vocabatur Lucius Eutychus pro dimidia, & Caium pone pro alia dimidia, de quo Caio non fit mentio in hoc §. & postea ita fuit locuta in eodem testamento: Lucius Eutychus, quanquam eum hæredem institui in media hæreditate mea, hoc amplius sumito, sibique habeto vnà cum Pamphilo, quisquis mihi hæres, hæredesve erunt, instrumentum tabernæ mea, in qua venditur ferrum: ita scilicet, vt negotium dictæ tabernę ferrariæ exerceat. his ita factis Lucius Eutychus prædictus decessit viua testatrice: vnde pars eius hæreditatis caduca peruenit ad Caium cohæredem suum. quæritur, utrum Pamphilus prædictus eodem testamento manumissus, & collegatarius dicti Lucii Eutychi in instrumento tabernę, possit admitti ad petitionem partis dicti instrumenti relicti sibi Pamphilo: & videtur quod non: quia dicta taberna non potest exerceri sicut voluit testatrix. id est per Lucium Eutychum, & Pamphilum: quia Lucius Eutychus mortuus est vt dictũ est. respondet tamen, quod potest admitti Pamphilus. Viuianus.

[k] Eum hæredem. Vnde non videbatur esse necessarium, quod interim restitueretur: quod fit per hæc verba, hoc amplius &c. ut j. de ann. leg. l. Seio. §. uxori. sed tamẽ testator (quia fortè offensæ inter eos interuenerunt) hoc fecit, quod prodest hæredi: ut j. de adi. lega. l. 3. §. fin. & l. seq. & l. ex parte. nec tamẽ ut habeat maiorẽ partem. ut C. de leg. l. cum quæstio. §. fi. licet sit ar. contra j. de sti. ser. l. 4. sic & in diuina scriptura, Dicitũ discipulis eius, & Petro. vt C. de ser. & aqua. in tit.

[l] Ita ut. Ergo sub modo, qui fit per vt & j. de condi. & demonst. l. demonstratio. §. fi. Acc.

[m] Admitti. Quia scilicet per Pamphilum non remanet, quo min⁹ pareatur modo, vel exerceat tabernam cum Lucio, ut C. de leg. l. 1. sed ad quam partem admittatur? ad suam dimidiam constat eum admitti: sed dic secundum Azo. ad dimidiam alterius dimidiæ, quæ fuit Lucij. nam suam dimidiam habiturus erat Lucius partim iure hæreditario, in qua non ualebat legatum. & hoc vadit ad cohæredem. aliam quartam iure legati, & hoc ad Pamphilum collegatarium: ut s̃. eod. l. unles. §. fin. & C. de cadu. tol. §. his ita. & §. pro secundo. Alij dicunt totam dimidiam Lucij habere cohæredem quasi coniunctum re, & verbis, & sic Pamphilus suam dimidiam tantum habet. & facit infra de conditio. & demonstra. l. cui & infra titulo. t. l. vxorem. & infra de vsufruc. leg. l. illi. & s̃. eo. l. cum filius. §. non iurę.

Sempronia. CASVS. Titia instituit sibi hæredẽ Seium, & substituit Semproniam, & ita dixit postea Titia in eodem testamẽto. si Sempronia prædicta nõ erit mihi hæres ea substitutione, lego eidem Semproniæ c. & equum meum similiter: dicta Sempronia egit mortua dicta testatrice contra dictum Seium prædictum institutum dicens quod dolo instituti factum erat, quo minus dicta testatrix volens primo loco scribere dictam Semproniam hæredem, testamentum mutaret: & non obtinuit Sempronia. quæritur vtrum possit consequi dicta legata sibi a testatrice relicta: & dicitur quod sic Vin.

[n] Mouit. Dicta Sempronia. Acc.

[o] Actionem. De dolo, vel in factũ ad interesse: ut arg. sup. de dol. l. si qs affirmauerit. & de præscri. ver. l. quoties. hodie condictione ex l. ad duplum. vt in Auth. vt nulli

nulli iudi. §. primo. collatio. 8. & hic peruenit. nam hic confiscatus: ut supra si quis aliquem testari prohibu. l. 1. §. primo.

a Testatrix. Scilicet testamentum mutaret. quod est infra quod volebat testatrix, sed institutus prohibuit.

b Saluam haberet. Imo perdit, vt C. de iis quib. vt indign. l. alliã. & ſ. de iis quibus vt indign. l. post legatum. §. 1. in fin. quæ est contra. Sol. hic non egit contra testamẽtum: sed de dolo conuenit hęredem. ibi verò cõtra testamentum, dicẽs falsum. idem quod hic si dixit non iure factũ: vt dicta l. post legatum. §. 1. l. prin. & l. penulti. & facit supra titu. 1. l. ab omnibus. §. cum quidã. & in Anthe. vt cum de appell. cog. §. causaa. colla. 8.

Casum ponit.

c Testator. Casus sic ponitur secundũ Ro. Testator reliqt plura legata Titio soluenda post quinquennium, quædam soluit hæres ante quinquenniũ. nunc adueniente tẽpore ex aliis vult tantum detrahere, quantum fuit commodum repræsentationis, sicut si soluisset plus re: quod remouet. Vel secundum Azo. hic hæres soluit quædam ante quinquennium. nunc conuenitur ab eodem, & ab alijs vt & alia soluat: quasi in solutis, & in soluẽdis sibi præiudicauerit, quod remouet: & secundum hoc dic non propterea minus: subaudi vel plus. vel etiam minus pro magis, quod in idem recidit. & sic est argumen. contra C. ad legem Falcid. anthent. sed cum testator. sed ibi re, hic tempore plus soluit. Item contra C. de fideicomm. l. 1. Solu. ibi re, & est sauor alimentorum. Acc.

d Repræsentationem. Id est compensationem repræsentationis, secundum primum casum.

e Possit. Scilicet legatarius secundum primum: uel id est, hæres secundum alium.

f Deberi. Sua die. & facit ſ. ad leg. Falc. l. 3. & l. pœnales. §. annua.

Lucius Titius. CASVS. Lucius Titius sibi instituit aliquos hæredes, & postea dixit ita, prædiolum meum uolo dari libertis, libertabusque meis, & illis quos manumisi in hoc testamento, & aliis quos prius manumiserã, & Seiæ alumnæ meæ ita ne de nomine familiæ meæ exeat dictum prædiolũ, donec ad unum de supradictis proprietas eius peruenerit. quæritur utrum omnes prędicti habeant uiriles partes, an uero habeat tantum Seia prædicta, quantum omnes alij simul? & dicitur quod uiriles debent habere omnes prædicti in prædiolo. Vi.

dicebat, quò minus testatrix [a] volẽs primo loco scribere eam hæredẽ, testamentum mutaret: nec obtinuit. Quęro an legati persecutionem saluam haberet. [b] Respõdi secũdum ea, quæ proponerentur, saluam habere.

Solutum ab hærede plus debito non cedit ad incommodũ aliorum legatorum. Bar.

Testator [c] legata ante quinquennium vetuit peti, præstariq;. sed hæres quædam sua sponte ante quinquennium soluit. Quæsitum est, an eius, quod ante diem existentem solutum est, repræsentationem [d] in reliqua solutione legati [e] repu-tare possit? [e] Respondi, nõ propter ea minus relictum deberi, [f] quòd aliquid ante diem sit solutum.

In P. Fl. repudiare possit.

Aliàs uideri.

Plures coniuncti admittuntur in viriles portiones, si res prohibetur alienari extra familiã. Bar.

Lucius Titius testamento ita cauit: prædiolum meum dari volo libertis, libertabusque meis, & quos hoc testamento manumisi, & Seię alumnæ meæ: ita, ne de nomine familiæ meæ exeat, donec ad vnũ proprietas pueniat. [g] Quæro, an Seia in cõmunione cũ libertis habeat portionem, [h] an verò sibi partem dimidiam eius prædioli vindicari possit? Respondi, perspicuam esse testantis voluntatẽ, oẽs ad viriles [i] partes vocantis.

Duplicatio legatorum trahitur ad legata, quæ consistunt in quãtitate: non ad ea, quæ consistunt in specie. Bar.

Impuberem filium hæredem instituit: [k] vxori dotẽm prælegauit, item ornamenta, & seruos, & aureos decem: & si impubes decessisset, substituit: [l] a quibus ita legauit: Quæcunque primis tabulis dedi, eadem omnia ab hæredibus quoque hæredis mei in duplũ dari volo. Quærit̃, an ex substitutiõe impubere mortuo, dos quoque iterum debeatur? Rñdi, non videri de dotis legato duplicando testatorem sensisse. [m] Itẽ q̃ro, cum corpora legata etiam nunc ex lucratiua

g Perueniat. Quasi dicat etiam si unus solus superent de familia.

h Portionem. Virilem. Accur.

i Ad viriles. Imo Seia quantum omnes alijs ut C. de impube. & alijs substitut. l. fina. §. alia applicata. & §. in secunda. & s̃. de uulg. substit. l. si pater. & s̃. de usufr. accres. l. si quis Titio. & s̃. de hæredi. institu. l. Interdum. a. respons. Solu. omnes liberti, & libertæ uiriles partes habebunt, id est unam dimidiam aliam habet Seia: uel dic ex uerbo, quo uetuit alienari extra familiam, præsumitur uoluisse cuique dari uirilem. quia magis voluit prouidere familiæ, quam Seię, quę non erat de familia. vel hic fuit appositum verbum æque, vel aliud ęquipollens, qđ denotat æquas portiones esse faciendas. sic s̃. de hære. insti. l. interdum. 1. respon. vel dic vt not. C. de impub. & alijs substit. l. fin. & acit. ſ. de usufruct. eg. l. codicill. §. fin. & ea. l. si. C. de imp. & alijs substitut. in princ Acc.

Impuberem. CASVS. Titius instituit sibi hæredem filium suum impuberem, & vxori suæ prælegauit dotem, quam ab ea habuit. & legauit ei etiam ornamenta, & seruos, & aureos decẽ: & postea ita dixit, si filius meus prædictus decesserit: substituo ei primum, & secundum vicinos meos: a quibus substitutis, si hæreditatem meam habuerint, in duplum dari uolo ea omnia quæcunque primis tabulis dedi. decessit postea dictus filius testatoris impubes, & ita substituti habuerunt hæreditatem. quæritur nunquid teneãtur substituti præstare duplicatum legatum dotis vxoris relictum, sicut alia legata: & nunquid teneãtur pręstare vxori prædictæ illa legata ex supradictis quæ ipsa inuenitur nũc possidere ex causa lucratiua? & respon. ad vtrunque, quod non. Vi.

k Instituit. Scilicet aliquis.

l Substituit. Aliquos extraneos.

m Sensisse. Forte iõ, qa in specie dos cõsistebat. aliàs contra s̃. ti. 1. l. planè. §. sed si nõ corpus. & l. si seruus

&

& s̃.eod. l. cum quidam. vel quia ad dotem inuitatur mulier tanquam ad æs alienum: ut j̃.ad leg. Falcid.l.si usufru.§.1.& j̃.ad Treb.l.cum hæredes. Hugo.

a Non posse. Aliud in quantitate: ut s̃.tit.1.l.planè.§.1.& s̃.eo.l.si pluribus.§.1.& est ad hoc Insti.eod.§.si res.& j̃.ti.1.l.natu.§.1.& j̃.de actio.& ob.l.oẽs. & de uerb. ob.l.inter stipulantẽ.§.1.& j̃.ti.1.l.Lucius.§.Semproniæ.

Ciuib. meis. CASVS. Titius fecit testamentũ, & instituit sibi hæredem Lucium, & postea in eodem testamento ita dixit, Reipublicæ Bononiæ lego chirographum Caij Seij, in quo ipse debet mihi centum. postea autem fecit codicillos, & in eis uetuit exigi dicta c. a dicto Caio Seio. Item in eisdem codicillis petijt ab hærede suo Lucio, ut de debito quod debebat sibi Petrus, dictam summam de c. daret dictæ reipubli. mortuo postmodum testatore inuenitur non soluendo Petrus debitor in codicillis nominatus: nunquid tenebitur Lucius hæres ad præstandum integra c. reipubli. & dicitur quod nõ. Imo liberatur a republi. si cedat ei actiones cõtra dictũ Petrum, non soluendo existentem. Viuianus.

causa possideantur, an a substitutis peti possint? Respondi non posse. a

Si legatur nomen debitoris: hæres liberatur cedendo actionem. Bar.

Ciuibus b meis do lego chirographum c Caij Seij. postea codicillis vetuit, a Seio exigi: & ab hærede petiit, vt ex alterius debitoris debito, quem codicillis nominauit, eandẽ summã reipublicæ daret. Quæsitũ est, si posterior idoneus non esset: an integrá q̃titaté hæres præstare debeat? d Respondi, hæredem reipublicæ aduersus eum duntaxat debitoré, qui nouissimis codicillis, vt proponit, designatus est, actionem p̃stare e debere. †

Relictum in d. f.ctum institutorum, videtur relinqui a venientibus ab intestato. Item verbum pertinere, trahitur ad fidei commissum. Bar.

Filiam ex asse instituit f hæredé: eiq; substituit nepotem suum, & ita cauit: Si (quod abominor) neque filia mea, g neq; nepos h meus hæredes

b Ciuib. Per hoc videtur ciuitati relinquere: ut j̃.de re. dub.l.2.

c Chirographum. per hoc videtur legare debitum chirographi: vt infra titu.1.l.qui chirographum.

d Debeat. Quod uidebatur fauore reipu. quod remouet.

e Præstare. Sic s̃.tit.1.l.si sic.§.1. Sed arg. contra j̃.ti.1.l.Paolo Cal.§.fi. Sol. ibi hæs exegerat pecuniam a fisco. & fiscus a debitore: unde cum ad hæredem peruenerat pecunia, restituit eam de suo. & facit j̃. de ui.tri. & oleo.lega.l.certus.& s̃.eo.l.seruum filij.§.cum. Itẽ arg. contra s̃.ti.1.l.quidam. in prin.

Filiam ex asse. CASVS. Titius habebat filiam Titiam, & nepoté ex alio filio, vel filia, & pronepoté ex dicto nepote. fecit testamentũ hic Titius, & instituit hoc hæredẽ filiã ex asse, & substituit ei prædictum nepotẽ: & ita postea dixit, si neq; filia, neq; nepos prædicti erunt mihi hæredes, uolo pertinere tũc ad libertos meos portionẽ meã partis dimidiæ fundi Titiani. habebat.n. in eo fundo dictus testator forte dimidiã dimidiæ. his actis dicta filia, & nepos decesserũt añ testatoré dictũ, & sic hæreditas deuenit ab intestato ad dictum pronepoté. nunquid tenebitur præstare dictis libertis dictum fideicommissum? & dicitur quod sic. Vi.

f Instituit. Pater. Acc.

g Mea Instituta. Acc.

h Nepos. substitutus. Acc.

† Cõcor. gl. in ver. actiones. ibi, si cessio actionis sit I vltima volũtate, tenet cessio. c. ex pte, ex de ali. iu. mut. causa fact.

mei erunt, tunc portionem meam partis dimidiæ i fundi illius ad libertos meos ptinere volo. Quæritur, cùm ante testatorem, & filia, & nepos decesserũt, & itestati bona pertinuerunt ad pronepoté eius: an fidei commissum k ad libertos pertineat? Respondi secundum ea, quę proponerenẽ: si nullus alius hęres institutus, substitutusq; esset, quàm filia & nepos: videri legitimorũ fideicommissum esse, vt præstaretur.

Confessio debiti facta a testatore non probat debitum, sed fideicommissi petitionẽ inducit. Bar.

Quisquis mihi hæres erit, sciat me debere Demetrio patruo meo denaria tria: & deposita apud me a Seleucho patruo meo denaria tria, † quæ etiam protinus reddi, & solui ei iubeo. Quęsitum est, an & si nõ deberentur, actio esset? Rñdi si non deberẽtur, nullam quasi ex debito l actionem esse, sed ex fideicommisso. m

i Partis dimidiæ. Id est, quæ est dimidia pars. habet ergo communionem cum alio.

k Fideicõmissum. & est ratio: quia id videtur dixisse. cum enim ita dixit, si neque filia, neque nepos &c. nec alios instituerat: perinde ẽ acsi dixisset, si decedam intestatus. & sic non est contra: sed concordat C.de fideicom. l. eã quã. & l.ex testamento. sic s̃.e.l. cum pater. §. filius. & j̃.l.prox. §.fin.

Quisquis mihi. CASVS. Feci testamentum, & institui mihi hæredes, postea dixi, Quisqs, mihi hæres erit, sciat me debere tria denaria Demetrio patruo meo, & sciat similiter quod Seleuchus patru' me' deposuit apud me alia tria denaria, que etiam protinus reddi, & solui eis iubeo. in veritate autem nihil debebam alicui de dictis meis patruis. nunquid poterunt petere dicti patrui dicta denaria quasi ex fideicommisso? & dicitur quod sic: non autem poterunt petere quasi debita eis. Viuian.

l Ex debito. Vt & C. de prob. l. rationes. nisi iurauerit: vt j̃.ei.1.l.cum quis §.codicillis. Itẽ contra C. de non nu pec.l.generaliter.

m Sed ex fideicommisso. Vt j̃.de donat.l. ex hac. & C.de donat.l.si donatio. Sed contra. s̃.de probat.l.qui testamentum. Sol. ibi non capax. Item hoc nisi probetur testatorem per errorem scripsisse: vt j̃.de au. & ar. leg.l.qui uxori.& C.de falsa cau. adiec. leg. l.1. & tacit s̃.ti.1.l.si sic.§.1.& j̃.de lib.leg.l. legaui. & j̃.tit.1.l. Lucius.§.1.

Lucius Titius. CASVS. Lucius Titius habebat duos libertos, scilicet Damam, & Pamphilum: & habebat multos seruos, quibus omnibus dabat alimenta, & secum in domo tenebat eos. Lucius Titius dictos Damam, & Pamphilum de domo expulit, quia ipsi offenderũt eum, & desiit eis duob. alimẽta pręstare. postea stetit per biennium. & tunc fecit testamentum, & instituit sibi hæredẽ, & quibusdã ex dictis serui dedit libertatem directam, & quibusdã fideicommissariã, & postea ita dixit in co. te l. quisquis mihi hæres erit, omnibus

† Sita l. vi detur esse de directo cõtra rex. I l. 1.& gl. fi. & Bal. I ver. errore, de fal. cã adiecta legato, qđ solue vt g gl. ll. cum qs.§. codicil. j̃.de lega.3.

bus libertis meis quos in testamento hoc manumisi, & quos añ habui, quosque ut manumittantur petij: dn ali mentorum nomine xx. in singulos menses. Quæritur, utrum illis duobus libertis quibus desijt præstare alimenta, fideicōmissum prædictū debeatur, id est Damæ & Pāphilo, qui eum offenderāt: ut dictū est & respō. q̄ non nisi ipsi duo doceāt manifestè. q̄ dictus Lucius Titius patronus cœpit habere de nouo eum animum, cum fecit testamentum, ut ipsi fideicōmissum haberent. Viuia.

a Dimisit, id est, licentiauit non alens eos postea. Acc.

b Desijt Offensus à seruis quondam qui modo sunt liberti.

c Docerent. Sequētibus eorum meritis inspectis: ut quia offensus fuerat patronus: alioqui si non fuit offensus, secus puto cum generalibus uerbis includantur, quibus standū est: ut infra titu. 1. l. non aliter. Azo. & ad hoc infra de adimen. lega. l. iij. in fi. & l. iiij. & C. famil. ercis. l. in ipsins.

Damę & Pamphilo. CASVS. Titia habebat duos seruos scilicet Damam, & Pāphilum, & dictus Pāphilus habebat vnā filiam, quæ uocabatur Pamphila, & sic erat filia naturalis dicti Pāphili, fecit dicta Titia testamētum, & instituit sibi hæredes Seium, & Sempronium, & Damæ, & Pamphilo dedit libertatem directam: & fundum Cornelianum eisdē Damę, & Pamphilo legauit, ita ut post mortem eorum Pāphili, & Damæ restituerent dictum fundum filijs eorum Damæ, & Pamphili. Item petijt a dictis hæredib. dicta testatrix, ut dictam Pamphilam Pamphili filiam manumitterent. mortua dicta testatrice dictus Pāphilus instituit sibi hæredem Mæuiam, & rogauit eum p̄ fideicommiss. ut hæreditatem suam Pamphili, id est, fundi prædicti partem dimidiā, quam solam in bonis ex testamento patronæ suæ prædictæ habebat Pamphilus, restitueret Pamphilæ filiæ suæ Pamphili, cum primum libera fuisset dicta Pamphila sua filia mortuo Pāphilo prædicto, & manumissa dicta Pamphila, uolebat Pāphila habere dictum fideicommissum medietatis fundi ex testamento superiore patronæ prædicti patris sui Pāphili: ut sic Falci. ei non detrahatur, qa patri suo nō fuit detracta, eo q̄ dicta Titia testatrix erat dives, ita quod non habuit locum lex Falcidia in testamento suo. Mæuia aūt hæres dicti Pāphili patris Pamphilæ uolebat ei Pāphilæ dare dictum fideicō. ex testamento Pamphili pauperis, ita q̄ habebat locum lex Falc. nā, ut dictū est, nihil habebat ī bonis Pamphilus, nisi medietatē dicti fundi, qua ritur quid iuris sit? Et dicitur, quòd ex superiore testamento patronę Pamphili habebit Pamphila fideicom. & sic non detrahetur ei Falci. & est ratio secundum Claudium: quia eū dicta testatrix reliquit fundum prædictum Damæ, & Pamphilo, ita ut post mortē eorum Pāphili, & Damæ restitueretur filijs eorum, bene cōtinetur dicta naturalis filia Pamphili, appellatione filiorum. h. d. Viuianus.

Verba generalia etiam in beneficijs restringuntur: ut odiosa nō comprehendantur. hoc dicit secū dum Iac. de Are. Vel aliter. Offendentib. non probantibus sequēns meritum legatum non debetur. h. d. secundum Dyn. Bar.

Lucius Titius Damā, & Pamphilum libertos suos ante biennium mortis suæ de domo dimisit: a & cibaria, quæ dabat præstare desijt: b mox facto testamento ita legauit. Quisquis mihi hæres erit, omnibus libertis meis, quos hoc testamento manumisi, & quos ante habui, quosque ut manumittantur, petij, alimentorum nomine ī mēses singulos certam pecuniam dato. Quæsitum est an Damæ, & Pamphilo fideicommissum debeatur? Respōdi secundum ea, quæ proponerentur, ita deberi, si ij, qui peterent, manifestè docerēt, c eo animo circa se patronum cum testamentū faceret, esse cœpisse, ut ijs quoq; legatum dari uellet: alioquin nihil ipsis præstetur.

Si hæres in suo testamento relinquit quod testator legauerat; debetur ex primo testamento, non ex secundo. Item appellatione filiorum, continentur naturales in seruitute concepti. Bar.

Si seruo. CASVS. Seruo Titij legaui militiam meam. uolui enim quod dict⁹ seruus Titij staret ad quoddam meum castrum pro milite, & haberet quolibet die quinque solidos pone quam quidem militiam serui habere non possint, vt datur intelligi in fine huius §. modo quæritur, an Titio domino acquiratur dictum legatum? Et distinguitur: aut ego testator sciui eum esse seruum, cum ei legaui militiam, aut ignoraui. Primo casu debetur legatum: sed quia seruus non potest habere militiam, vt dictum est, datur domino eius æstimatio militiæ. Secundo casu non ualet legatum aliquo modo: & est ratio in hoc secundo casu, quia non est verisimile, quod ego testator reliq̃ssem seruo militiã, si sciuissem eum esse seruũ: quamuis cum sciui eũ esse seruũ tpe quo legaui ei militiam, ualeat legatũ quantũ ad æstimationẽ militiæ dandã domino serui, vt dictum est in ipso casu. ex his aũt, quæ dicta sunt in dicto primo casu, istud potes colligere, quod cũ aliquid relinquit̃ alicui per fideicommissum, vel per legatũ, illud præstandũ est quod relictum est, si potest præstari: aliàs æstimatio est p̃standa. Viuian.

[s] Militia. Quam seruos habere fuerat inusitatũ, non tamen

---

† Facit e. l. cum gl. super uerbo, mortis. in medio ibi, & qui uoluntatem. ex tra, de his q̃ vi, met. cau. & Mã do. in 4. quæst. 1. Reg. cancel. nu. 4. & in p̃sa. 13. Regu. sume. 1.

† Aliàs, constantia, id est, εὐςάθεια.

• In P. Fl. nõ potuit accipere. sed hic rectius. pro inde puto posteriorem negationem omissam negligentia librarij. Et sic putat legẽ dum Taurel. vt in text. nro.

Prouerb. cap. 22. Reg. c. 4. Et ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad seruiendũ sibi Pan. Cast. in l. maritũ. in §. eleganter. ff. sol. matri.

† Nam quod necessario destruendum est, non est in ei⁹ destructione auctoritas superioris necessaria, ut ex̃ d ele. c. venerabile. cum glo. super ver. venire in ius.

• Si, non est in P. F.

• Casus ẽ hic sing. q̃ hæres condemnatus vt mutuet C. Titio, non possit exigere cautionẽ de illo mutuo reddẽdo. Rom. sing. 187.

tamen iure, aut natura vetitum penitus, secundum R. ω. vel fortè de iure est vetitum: vt C. qui mili. non pos. l. super seruis. per totum.

hæres non potest exigere dictã cautionem à legatario. Item dicit, quòd si legatarius vltra semel perdiderit x. non tenetur ei iterũ dare hæres x. colligitur ergo responsio primi, scilicet quod si semel perdiderit 10. legatarius, alia x. ei hæres dare tenetur, non amplius. Vin.

esse: & dico æstimationem deberi. [a] aut ignorauit, & denegari [b] fideicommissi persecutio debet: quia si scisset seruũ, non reliquisset: [c] Ex his apparet, [d] cùm per fideicommissum aliquid relinquitur: præstãdũ ipsum, quod relictum est: cum vero ipsum præstari non potest [e] æstimationem esse præstandam.

Dictio rursus, verificatur in duabus vicibus tantum. Bar.

Si quis alicui decẽ per fideicommissum reliquerit, & si perdidisset id quod testamento relictũ est, rursus ei reliquerit; † quærebatur, an sequẽs fideicommissum valeat, vel an exigere hæres debeat cautionem, [f] salua fore decem, ne cogatur ad præstationem? & an si sæpius perdidisset: sæpius ei sarciretur fideicõmissum? [g] Diuus Pius rescripsit, neque cautionem exigendam: [h] & non amplius quàm semel, [i] post quàm perdidisset, præstandum. nõ enim onerandus est hæres, vt in infinitum [k] † quoties perdiderit, restituere ei tantundem debeat: sed vt per fideicommissum posterius duplicata ei legata videantur: nec amplius ad periculũ hæredis ꝑtineat, si quid postea is consumpserit, exoluto & posteriore fideicommisso.

Fideicommissum relictũ animo compensandi, petitionem nõ inducit. Bar.

Item si quis certã quantitatem cui [l] reliquerit, & addiderit, facilius hãc summam posse [m] compensari: cùm debitor sit fideicommissarius ex causa hẽreditatis Caij [n] Seij: nec velit ille adire hæreditatẽ Caij Seij, sed petat fideicommissum. Imperator noster contra voluntatem [o] eum testãtis petere fideicõmissum [p] rescripsit: cum in fideicõmissis præcipuè spectan-

[a] Deberi. Huic enim relicto talis inest natura: vt supra tit. 1. l. mortuo. §. 1. R.

[b] Denegari. Sed hæc militia posset legari ei libero, ergo ei seruo, vt s. ti. 2. l. debitor. §. seruo. quæ est contra. Sed dic non omne: sed nec id quod ratione rei legatæ, vel personæ legatarij impeditur: potest legari libero, & seruo: & quod impedit, nec vni nec alteri: hic autẽ non rei, personæ ve ratione impeditur omnino legatum, sed ex coniectura mentis defuncti: ꝑsumitur enim, quoniam non consueuerunt serui militiam habere, si scisset seruum, nihil ei relicturus esset testator. nã & aliàs ex legatarij vsu & scientia, testatoris voluntas colligitur: ut s. de vsu & ha. l. plenum. §. sed si pecoris. & §. equitij. & s. de leg. 2. l. si seruus plurium. §. fin. & de iudi. l. sed & si susceperit. §. 1. & 2.

[c] Non reliquisset. Hoc enim hic præsumitur, sicut in re aliena legata: & in substitutione seruo instituto heredi, vulgariter facta aliud voluisse eum, præsumitur, vt C. eod. l. cum alienam. & s. de hæ. insti. l. pater filio.

[d] Apparet. Not. rem legatam præstari debere: quæ si præstari non potest, eius æstimatio præstetur legatario.

[e] Præstari non potest. Huic ergo minime est inhærendum: difficultatis enim, & non impossibilitatis respectu hoc non posse dicit, vt in re aliena legata quã dominus nõ vult vendere: ceterum iure natura vel relicto resistente nihil omnino dabitur: vt in mancipio orthodoxo hæretico: & in campo Martio, & homine libero relicti a dicit, ut s. tit. 2. l. apud Iulianum. * §. fi. & l. cetera. & distingue vt ibi no. in l. sed si rea. & facit j. de aur. & argen. lega. l. Titia. §. 1. & s. ti. 2. l. filiusfamilias. §. 4. & j. de. verb. obl. l. multum.

Si quis decem. CASVS. Legaui 10. Titio ab herede meo: & ita dixi, si Titius perdiderit dicta 10. rursus lego ei 10. modo quærit hic de tribus. Primũ vtrum valeat secundum legatũ. Secundũ est, vtrum hæres meus possit exigere à Titio legatario cautionem ut ipse legatarius faciat salua x. quæ primo ei soluuntur: Ita q hæres non teneatur ad præstãda amplius x. Tertiũ est, si Titius legatarius perdiderit bis, vel ter, vel quater dicta x. an hæres teneatur semper dare alia x. Et iurisconsultus respondet ad secundum, & tertium, per quã responsionem colligitur responsio primi, & dicit, quòd

[f] Cautionem. A legatario.

[g] Fideicõmissum. scilicet legatario.

[h] Exigendam. Id est non exiget hæres cautionem.

[i] Quam semel. Cõtra s. quib. mo. vsus fru. amit. l. sicut. sed ibi dixit quoties. sed hic dixit rursus. Item not. sufficit semel olim, & quandoque non: vt no. C. de iur. delib. l. fi. §. sed quia. Item not. cõtra infinitatem. sic j. de dam. infec. l. qui bona. §. fi. & s. de arbi. l. nõ distinguemus. §. quæsitum. & j. de re iud. l. à diuo. §. sed si emptor. & C. de sac. san. eccle. l. fi. §. sed oe. & s. pro soc. l. si socius pro filia. §. quod si salua. & j. ut leg. no. ca. l. 1. §. si cui. Sed ar. contra. j. de fideiuss. l. si ita stipulatus à Seio. & j. de in lit. iur. l. videamus. §. iurare. & in Auth. de nõn alie. §. sancimus. col. 2. ibi, in quo optima meo iura &c. & s. de edẽ. l. veluti. §. hæc vox. Azo.

[k] In infinitũ. Not. infinitatẽ vitandã.

Item si quis. CASVS. Cum Cornelius deberet existere hæres ab intestato Caio Seio: qui Caius Seius fuerat debitor Titij in decẽ ex aliqua causa, & ita Cornelius propter dictam hæreditatem est debitor Titij in dictis decem, si eam adeat: hic Titius fecit testamentum, & instituit sibi Martinum hæredẽ, & legauit dicto Cornelio decem. & ita subiunxit, tu Martinus hæres poteris facile compensare hæc decem cum Cornelio, qui vt dictum est, debet mihi decem propter hæreditatem Caij Seij. postea Cornelius noluit adire hæreditatem Caij Seij, sed volebat fideicommissum de decem sibi à Titio prædicto relictum. quæritur, nunquid possit habere? Et dicitur quòd non: quia videtur esse contra voluntatem testatoris, quæ præcipuè seruanda est in fideicommissis. Vin.

[l] Cui. Id est alicui.

[m] Posse. No. facilius compensamus, quã soluimus.

[n] Caij. Quia Caius instituit fideicommissarium, quẽ Caius fuerat debitor testatoris secundi.

[o] Voluntatem. Tacitam, quasi sub hac conditione legauerat. si ille Caio Seio fuerit hæres, & compensauerit. Facilius enim remittimus, quæ speramus, quam demus quæ possidemus. sic s. de legat. 2. l. vnum ex. §. si rem. & facit j. tit. 1. l. 1.

[p] Fideicommissum. Not. in fideicommissis præcipuè spectandã,

† Q. rursus verificetur de duabus vicibus, vide in l. 1. §. si cui ff. vt lega. no. cautea. & d. Barto. in l. eũ qui. ff. de verb. obl. Mãd. super cõmis. 11. lo ver. toties, quoties.

* Alias ẽ l. idẽ Iulianus.

† Nam infinitas vitatur. & cõ cor. c. cum in multis, extra de rescri. li. 6.

Infinitas vitanda ẽ.

spectandam, seruandaq; est testatoris voluntas.

[a] Voluntas. Vt & s. tit. 2. l. pe. not. & j. de sup. leg. l. Labeo. & j. de auro & arg. leg. l. Quintus.

Plerunq; euenit. Hic §. ponit duas regulas. In prima non ponit exempla, in secunda sic. Prima est talis: Potest esse qd multorū intersit fieri qd dictū est à testatore: & tamē vnus tantum habet actionem, eo qd testator eum solum honorare voluit: & potes si vis ponere exemplum quando duo non socij promiserunt centum in solidum testatori: & ipse legauit vni eorum libertatem. quamuis enim intersit alterius, vt ambo liberentur: tamen non liberabitur nisi ille, cui legata est liberatio, & liberabitur per pactum, & non per acceptilationem: ad hoc ut liberatio nō prosit alij: ut j. de libe. leg. l. 3. §. 2. Secunda regula est contra ad primam. Potest enim esse, qd vnum est legatum à testatore relictum: & tamen plures ad illum admittuntur eo qd testator plures voluit honorare. & ponitur in litera tale exēplum. Ego, & Titius stipulati fuimus insolidum à Seio nobis dari Stichum. postea Cornelius fecit testamentum, & petijt ab hærede suo vt daret mihi, & Titio dictum Stichum debitum nobis a Seio, quamuis enim vnum, id est vnius hæredis Stichi sit legatum: tamen Seius, & Titius admittentur ad petitionem ipsius: & prout cuiusq; nostrum interest, tantum ex dicto legato consequemur. Quid si ego petij totum Stichum ab hærede Cornelij, & litem tecum sui cōtestatus? certe totum debet mihi soluere: dum tamen caueam ei quod defendā eū à Titio collegatario meo. & hæc sunt verba, siue ego, & Titius meus collegatarius eramus socij, siue non. & qd dixi i hærede Cornelij rogato a Cornelio, vt daret mihi, & Titio Stichum nobis debitum à Seio: idem est si Cornelius dictum Stichum alicui per fideicommissum reliquisset, & dictum fideicōmissarium rogasset de dando mihi, & Titio dictum Stichum. Viuia.

[b] Plerunq;. Not. ex prin. huius §. illi soli deberi fideicommissum, quem testator voluit honorare. Accur.

[c] Vni. Ergo ei soli ex fideicommisso tali competit actio.

[d] Habitum. Pone exemplum, si plures sint rei debendi, & vni legatur liberatio: vel si lego tibi quod Titius tibi debet, qui est forte non soluendo. nam refert gratia vnius vel plurium: ut j. de lib. lega. l. 3. §. fi. & j. ea. l. §. Interdum.

[e] Verissima. Vt ei tantum debeatur, quem testator voluit honorare.

[f] Si pluribus. Creditoribus Titij.

[g] Eius Scilicet legati.

[h] Eiusdem. Scilicet hominis.

[i] Rei. Non testatoris.

da, seruandaque sit testatoris volūtas. [a] Plerūq; [b] euenit, multorū interesse id, quod relinquitur: verum testatorem vni [c] voluisse honorem habitum. [d] & hæc est sententia Marcelli verissima. [e] Sic euenit, vt interdum si pluribus testator honorem habere voluit, & de pluribus sensit: quamuis unum legatum sit, tamen ad persecutionem eius [g] plures admittantur: vt puta si decē fuerunt eiusdem [h] rei [i] stipulandi: [k] & hæres vel fideicommissarius rogatus est, [l] vt eis solueret. hic enim si omniū [m] interest, & de omnibus [n] sensit testator: fideicommissum relictum omnes petere poterunt. Sed vtrum in partem agent, [o] an insolidum, videamus. Et credo, prout cuiusque interest, consecuturos. Vnus igitur, qui occupat agendo, totum consequitur: ita, vt caueat [*] defensum iri. [p] aduersus cæteros fideicommissarios eum, [q] qui soluit; [r] siue socij sint, siue non. Interdum alterius nomen scribitur in testamento, alteri verò fideicommissi petitio, vel legati competit; vt puta, si fidei hæredis cōmittatur, [*] vt ipse publicano pro Titio præstet fideicommissum: hoc legatum non publicanus [f] petit, licet sit ei adscriptum: sed ipse petere poterit, pro quo legatum relictum est. Multùm autē interesse arbitror, cui voluerit [*] [s] prospectum: cuiusque contemplatione testator fecerit. Plerunque autem intelligendum est, priuati causa hoc fecisse, licet emolumentū publicano quæratur. [u]

In indiuiduis quilibet hæredū tenetur insolidum Bar.

Si in opere ciuitatis fa

[k] Stipulandi. Non testatoris.

[l] Rogatus est. Ab eo qui erat non debitor.

[m] Omnium. Scilicet creditorum.

[n] De omnibus. Scilicet honorandis, alioqui aget debitor tantum: ut j. proxi. §. & facit s. tit. 2. l. si fideiussor.

[o] Agent. Scilicet quilibet pro parte debiti sui.

[p] Defensum iri. j. de libe. lega. l. quid ergo.

[q] Eum. Scilicet hæredem.

[r] Soluit legatum.

Interdum. CASVS. Hic §. ponit vnam regulam: & saepe eam ponit exemplum, & illud exemplum postea determinat. Regula est talis. Quandoque vnius nomē in testamento inscribitur in legando, & alteri petitio competi legati. Exemplum est tale: Titius debebat publicano decem propter passagium forte. ego feci testamētum, & rogaui hæredem meum, ut solueret decem publicano pro dicto Titio: certè Titius admittitur ad portionem fideicommissi, & non publicanus: nisi probet publicanus, quod pro suo publicani amore ego reliqui fideicom. prædictum. Viuia.

[f] Non publicanus. Cū nulla eius gratia sit relictum: imò vt minister eligat: ut s. ti. t. l. si quis Titio decem. alias secus ut j. de condi. & demon. l. Titio. §. Titio genero: & s. ea. l. proxi. § & s. de vsufr. ea. te. l. tribus. in fi. quæ sunt contra. & facit s. ti. 2. l. si fideiussor. & l. seruo legato. §. testator. & l. si seruus legatus. §. pen.

[s] Voluerit. Testator.

[u] Quæratur. Prima facie.

Si in opere. CASVS. Institui mihi hæredes Proculā, & Titiū: & rogaui eos, qd facerent fieri vnum palatium reipu. Bononiæ, in quo expenderent mille libras. vel iussi eis, quod ponerēt vnam statuam in curia publicam ad honorem reipublicæ, vel iussi eis quod sustinerent per domos meas, quæ erant iuxta palatium, seruitutem cloacæ cōmunis immittendæ, vel iussi eis qd facerēt aliquid aliđ quod diuisionē nō recipit. nūc veniunt procuratores reipublicæ, & conueniunt ad prædicta faciēda, vel aliquod prædictorū dictam Proculam solam, cum Titius eius cohæres sit absens. vnde hæc Procula conquesta fuit de hoc per literas suas diuo Marco, & Lucio Vero Imperatoribus, dicendo eis. quod

[*] In P. F. defensu iri. Anto. Aug lib. 2. c. 2.

[*] In P. Fl. vt ipse publicum pro Titio præstet fideicōmissum hoc vel legatum nō publicanus.

[*] Aliàs voluit, alias vellet.

quòd ipsa volebat adimplere bene pro parte sua, & nō pro parte Titij cohæredis sui: certe dicti Imperatores rescripserunt ei, quod volebant eam certum tempus habere, intra quod faciat venire cohæredem suum pro faciendis prædictis: post quod tempus volunt quòd ipsa sola faciat prædicta: & quòd possit imputare cohæredi suo Titio partem dimidiam sumptuum, quos faciet in prædictis: vel aliquo prædictorũ: quę diuisionem nō recipiunt. Viuia.

ciendo aliquid relictum sit: vnumquenque hæredem insolidum teneri, diuus Marcus & Lucius Verus Proculæ a rescripserunt; tempus tamẽ cohæredi b præstituerunt, intra quod mittat c ad opus faciendum: post qđ solam d Proculam voluerunt facere imputaturam cohæredi sumptum e pro parte eius. Ergo & in statua, & in seruitute, cæterisque, quæ diuisionem non admittunt f, idem diuus Marcus rescripsit. Si quis opus facere iussus paratus sit pecuniam dare reipublicæ, vt ipsa faciat, cum testator ꝑ ipsum id fieri voluerit: non audietur g, & ita diuus Marcus rescripsit.

Legatum incertum relictum in his, quæ alimenta respiciunt, valet. Bar.

Valens libro j. fideicommissorum. XII.

Stichus liber esto: & vt eum hæres artificium doceat, vñ se tueri possit, peto. Pegasus inutile fideicōmissum esse ait h: quia genus artificij adiectũ nō esset. Sed prætor, aut arbiter ex volũtate i defuncti, & ætate, & conditione, & natura ingenioque k eius, cui relictum erit, statuet, quod potissimum artificium l hæres docere eum sumptibus suis debeat.

a Proculę. Ipsi Proculæ supplicãti, quæ sola pulsabatur.

b Cohæredi. Proculæ genitiui casus. ad quod est s. de usufr. l. cũ quidam. §. fin. & j. de ope. pub. l. si legatum. §. 1.

c Mittat. Ille cohæres.

d Solam. Proculam in iudicio conuentam. Acc.

e Sumptum. In iudicio fam. erci. vt s. fam. ercil. l. hęedes. §. non tantum.

f Non admittunt. Nam quæ diuisionẽ non admittunt, tũc insolidum ab hæredibus, & hæredibus debentur: vt s. fam. erc. l. hæredes. §. antea. & j. de ser. leg. l. fi. & facit j. tit. 1. l. Quætius. §. ad antho ritatem.

g Non audietur. Vt j. de polli. l. antep.

Stichus. CASVS. Institui mihi hæredẽ Titiũ, & Sticho seruo meo libertatem dedi, & præcepi prędicto hæredi, vt doceat, vel doceri faciat dictum Stichũ vnum artificium, ex quo artificio possit lucrari victũ, & vestitum competentem. quæritur nunquid Stichus poterit petere ab hęrede, vt faciat eum doceri leges, vt fiat doctor legum? certè non: imo arbitrabitur iudex, quod artificium competens potius hęres docere eum debeat sumptibus hæredis ipsius: & in causæ cognitione debet inspicere iudex voluntatem defuncti qui dixit: vnde possit se tueri &c. Item debet inspicere iudex ætatem Stichi & conditionem, & naturam, & ingenium: ut si est aptus ad calculariam, ad eam eum ponat: si est aptus ad aliam artem, ad eam eum ponat. Pegasi autem sententia, qui dixit fideicommiss. prædictum non valere, est reprobata. Viuian.

h Ait. Et male.

i Voluntate. C. de fideic. l. voluntatis.

k Ingenioque. Nota quod ex ingenio, & natura, & ętate, & conditione alicuius, eius consideratur officium.

l Artificium. Valet ergo relictum, licet incertum, propter fauorem alimentorum: vt not. sup. tit. 1. l. quidam. & facit j. de solut. l. inter artifices.

Si sic. CASVS. Institui mihi hęredẽ Caiũ, & ita postea dixit, hæres meus dato Titio fundum meum Cornelianum positum in tali loco. Itẽ Seio dato hoc amplius decem. quęritur quid importent hæc verba, hoc amplius decem, posita in legato Seij de decem? Et dicitur quod Seius propter illa verba habebit integra decem: & medietatem fundi Titio relicti. Viuian.

Mecianus lib. ij. fideicommissorum. XIII.

Si sic locutus erit testator, Hæres meus illi fundum dato m: Seio hoc amplius decẽ. n nō erit dubitandum, quin Seius & fundi partẽ, & decem ex testamento percipere debeat. o

Caius lib. j. fideicommissorum. XIIII.

Non dubium p est, quin si vxori legatum sit, si non nupserit, idque alij restituere rogata sit: cogenda sit, si nu-

m Dato. Sed tamen adiecto fundi nomine. alioqui inutile est relictum: ut s. de iure dot. l. cum post. §. gener.

n Decem. Scilicet dato.

o Debeat. Vt j. eod. l. si tibi purè. & s. si certũ petat. l. lecta. circa prin. sed contra s. ti. 2. l. si seruus legatus. §. si ita. sed hic pronomen hoc, soluit contrarietatem: licet R. aliter soluat: ut ibi. Azo. Item facit j. eod. l. si seruus. §. si ei. & j. de usufr. leg. l. si alij. & s. de usufr. ac. l. inde Neratius. §. non solum.

Non dubiũ. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & legaui uxori meę centũ, si non nupserit. & rogaui eam quod restitueret Sempronio dicta c. si nuberet. ipsa fuit consecuta legatum ab hærede meo, & postea nupsit: nunquid tenetur restituere Sẽpronio? Et dicitur quod nō est dubium, quod bene est cogenda restituere, id est dicere, bene tenetur restituere, quamuis possit nubere contra conditionem sibi appositam in legato & legatum consequi. & tamen nihilominus tenetur restituere Sempronio, ut dictum est: ut euenit in hærede instituto sub conditione, si iurauerit se Capitolium ascẽdere, a quo herede legatum, vel fideicommissum relictum est Sempronio pone, nam quamuis remittatur ei conditio iurisiurandi à iure, & habere possit hæreditatem: nihilominus tamen tenetur legatum, vel fideicom. dare Sempronio. Alij exponunt in princ. huius l. quin, pro quod non: & dicunt ꝙ vxor nō tenetur restituere Sempronio. sed ego pono propriè verbum quia propter aliud verbum quoq; positum ibi, hęres quoque iurisiurandi &c. Sed si cui. Legaui Titio cẽtũ, & rogaui eum, quod emeret equum Sempronij, qui valebat quinquaginta: & eum daret Caio. Titius iuit ad Sempronium: & volebat ei dare de dicto equo quinquaginta. Sempronius dixit, nolo vendere. vel dixit, nolo vendere nisi habeam inde centum libras, vel ducentas. nunquid tenetur Titius dare Sempronio pro equo tantum, quantum petit: vt sic eum equum postea det Caio iuxta pręceptum mei testatoris? Et dicitur quod non, sed dabit Titius Caio iustam æstimationem equi. id est, quinquaginta. Viu.

p Non dubium. Pone casum tribus modis. Primo quòd loquatur secundum iura noua, quę permittunt talem casum

† Cõcor. c. cũ in iuuẽtute. in gl. sup ver. ad senilẽ, ibi, itẽ ꝑ mittur pro senilis ætate potius ꝙ pro iuuenili. Et in risperitus ex verbis senium rusticorũ argumentatur. extra de ꝓsump.

Casum ponit.

pserit, restituere. Hæres quoque, cui iurisiurandi conditio a remittitur, legatum & fideicommissum debet. Sed si cui legatum relictum est, vt alienam rẽ redimat, vel præstet: si redimere non posit, quod dominus id non vendat, vel immodico b pretio vendat: iustam æstimationem inferet. c

Mæcianus lib. ij. fideicommissorum. XV.

HAeres testatoris legata, quæ ĩ profundo d esse dicuntur, quãdoque e apparuerint, præstat.

Pomponius lib. j. fideicõmissorum. XVI.

SAepe f legatum plenius g restituitur fideicõmissario, quàm est relictũ: veluti si alluuione ager auctus h est, vel etiam insulæ natæ. †

Mæcianus libro ij. fideicommis. XVII.

ETiam ea, quæ futura sunt, legari possunt: vt insula vel in mari, vel in fluminibus i nata. Seruitus quoque seruo prædium habenti k. rectè legatur.

Legatum relictum in voluntate solenni per voluntatem minus solennem non intelligitur tacitè reuocatum. Bar.

Pomponius libro j. fideicommissorum. XVIII.

SI iure testamento facto fideicommissum tibi reliquero: deinde aliud postea fecero non iure †, in quo fideicommissum tibi relinquã, * vel aliud, quã quod priore testamento, vel omnino nõ sit relictum: videndũ est, an mens mea hæc fuerit facientis postea testamentum, vt nolim ratum l tibi sit priore testõ relictum: quia m fideicommissa n voluntate nuda o infirmanť. Sed vix id obtinere potest: fortassis p iõ, quòd ita demum à priore te-

casũ imponi nuptæ, ne secũdas ineat nuptias: ut in Auth. de nup. §. quæ uero. col. 4. & C. de indi. vidui. auth. cui. sed iure veteri cõtra: vt ĵ. de condi. & demon. l. quoties. & l. cũ tale. in fi. & secũdum hoc hæc dictio quin, simpliciter ponitur pro ꝙ. & secundum hoc valet fideicõmissum in eum casum in quem voluit testator. vel in quocunque, si hoc voluit scilicet, vel viduitatis, vel si nupserit. Secũdo dic, quod in casu viduitatis tantum relinquitur fideicõmis. sub qua & legatum erat relictũ: sed in l. quoties. quæ est contra, dicit non valere fideicõmissum, si fuit relictũ in casu, si nuberet. & lege quando, pro quod: ut s̃. Vel dic tertio, quod non valet fideicomm. & dic relictum in pœnam si nupserit: vt d. l. quoties. & secũdum hoc quin, ponitur pro ꝙ nõ: & hæc dictio non, ponitur iuxta verbum cogẽda sit: & quod dicit si nupserit, sub. etiã. & tunc hæc, & illa l. quoties. quæ dicit idem, corriguntur per dictam authenticam.

a Conditio. Erat enim institutus, si iuraret se daturum Titio decem. nam licet iuramentum remittatur, decem tamẽ dare debet: ut hic. & s̃. de condit. instit. l. quæ sub conditione. § prin. & § quoties, & ĵ. de condit. & demonstra. l. hæc scriptura. & s̃. tit. a. l. si quis Inquilinos. §. fi.

b Immodico. Id est, magno. Et not. non vendere, vel immoderato pretio vendere, æquipollent.

c Inferet. Nota de re aliena præstanda grauatus si eam habere non possit, vel difficulter: tenetur ad æstimationem: ut Insti. eo. §. nõ solum. & ĵ. e. l. qui concubinam. §. fi. & dic ut ibi. & ĵ. de auro & arg. leg. l. Titia. §. 1. & arg. s̃. deposi. l. 3. & s̃. tit. 1. l. mortuo. §. 1. & 2. & ĵ. ad leg. Falc. l. alienus. & ĵ. de fideic. lib. l. alieno. §. si quis.

HAeres. CASVS. Institui mihi Titium hęredẽ. & legaui Sempronio loricam meam, quam credebam esse in scrinio meo: & ipsa erat in profundo maris. certè non tenetur hæres ante præstare legatario loricam, vel eius æstimationem: quam extracta fuerit de profundo maris, tunc enim tenetur. Viuia.

d In profundo. Maris. Accu.

e Quandoque. Alias quandocunque.

SAepe legatum. CASVS. Legaui Titio agrum, & rogaui eum, quod restitueret Sempronio, fuit consecutus Titius agrum prædictum ab hærede meo: & antequam eum Sempronio restitueret, per alluuionem auctus est ager, vel insulæ in eo natæ sunt. nunquid tenetur Titius restituere Sempronio agrum, & augmentum? Et dicitur quod sic. Viuianus.

f Sæpe. Id est, frequenter.

g Plenius. Id est, pinguius.

h Auctus. Sic s̃. ti. 2. l. quod in rerum. §. si quis. & ĵ. de acqui. re. do. l. ergo. & s̃. de pign. l. grege.

ETiam. CASVS. Hæc lex dicit plene quod non solum præsentia, sed etiam futura legari possunt. Item dicit, ꝙ si seruus Titij habeat in peculio fundum: bene põt alius extraneus legare seruitutem prædij seruo, propter prædiũ quod in peculio habet. Viuia.

i In fluminib9. Qđ frequenter accidit: sed in mari raro: ut ĵ. de acqui. re. do. l. adeo. §. insula. & cũ de futuris dicat, dic nata, id est, nascitura: sic C. de legi. & senatusc. l. 1. & s̃. pro so. l. omne. & ĵ. de verbo. signi. l. verbum erit.

k Prædium habenti. Aliàs deest seruo, & est plana. & concor. s̃. commu. pręd. l. 1. & alias est seruo habenti pręedium: & tunc dic in peculio, non dominicum: ut ĵ. de ser. leg. l. & si maximè. & supra tit. 1. l. si debito. §. fin.

SI iure. CASVS. Feci testamentũ solenne: & in eo Titio reliqui centum: postea feci aliud testamentum non solenne: in quo reliqui eidem Titio vnum equum, vel ẽt nihil reliqui ei in secũdo. nunquid per secundum testamentũ annihilatur illud quod Titio reliqui in primo, id est, centum? Et videtur quod sic: quia nuda voluntate etiam verba fideicommissi infirmantur. sed certè hoc non est verum in hoc casu, quia verisimile est ita demum me velle recedere a primo testamento, si secundum valeat, & non alias: & quia fideicommiss. equi relictum a me Titio in secundo testamento non solenni, non debetur ei Titio, etiam si ijdem hęredes instituti a me in primo & secũdo testamento exstiterint mihi hæredes ex priore testamento. si ergo non potest aliquo modo Titius habere legatum sibi a me relictum in secundo testamento, quomodo auferri debet illud, quod ei in primo reliqui? certè nullo modo. Viuian.

l Nolim ratum. Quod semper præsumitur, nisi contrarium sit liquidum. H.

m Quia. Et videbatur quod sic.

n Fideicommissa. Nota nuda voluntate fideicommissa infirmari.

o Nuda. A sermone. Azo. ad hoc. C. de fideic. l. fideicommissum. & ĵ. de adi. leg. l. ex parte. & leg. 4. & de his qui. vt indi. l. cum quidã. & ĵ. ad Treb. l. si quis priore. & de supel. leg. l. Labeo. & inst. quib. mod. test. infir. §. 1. & facit ad hoc s̃. de mil. te. l. miles. §. si testamẽtũ.

p Fortassis. Abundat.

* Quæcunq; Ant. Aug. ea. 7. lib. 1.

† De insulatum nascẽtiũ rõne. Pli. lib. 11. na. histo. ca. 87. & seq.

Vẽdere ꝓ tio nõ iusto, & non vẽdere æquipollent.

† Cõcor. gl. ĵ ver. reuocat. ibi, si primũ testm̃ sit inter liberos et cũ ipse testator legẽ testandi sibi dixit sic: si fecero aliũ testamentum, non valeat. c. licet R. Põt. de cõst. libro 6.

* P. Fl. fideicõmissũ relictũ tibi.

Fideicommissa nuda voluntate infirmantur.

Velim.

stamento recedi velim a si posterius valiturũ sit: & nunc ex posteriore testamento fideicommissum ei non debetur, etiã si iidem hæredes vtroq; testamento instituti ex priore extiterint.

Non potest peti legatum, nisi caueatur de modo implendo. Ba.

Valens lib. v. fideicommissorum. XIX.

SI tibi legatum est, vel fideicommissum relictum, vti quid facias: b etiam si non interest hæredis id fieri, negandam tibi actionem, si non caueas c heredi futurum, quod defunctus voluit; Nerua, & Attilicinus rectè putauerunt.

Vlpianus lib. vj. fideicõmissorum. XX.

SI res mihi per fideicõmissum relicta, eadẽ tibi legata, vel per fideimissum relicta sit, non communicandi animo, sed vtrique insolidum: d ambigendum non est, si alteri sit soluta, alterum quidem nullum ius in ipsa re habere, sed actionẽ de pretio integram tamẽ habere.

Paulus lib. iiij. sententiarum. XXI.

NVtu e etiam relinquitur fideicommissum: dummodo is nutu relinquat, qui & loqui f potest, g nisi superueniens morbus ei impedimento sit. Fideicommissum h relictum, & apud eum cui relictum est, ex causa lucratiua inuentum, extingui placuit: i nisi defunctus æstimationem quoque eius præstari voluerit. Columnis ædium vel tignis per fideicommissum relictis, ea tantummodo amplissimus ordo † præstari voluit, nulla æstimationis facta mentione, quæ sine domus iniuria auferri k possunt. l

Si prima voluntas est derogatiua vltimæ, prima præualet: nisi per vltimam specialiter reuocetur, Bart.

Hermogenia. libr. iiij. iuris epitom. XXII.

SI quis in principio † testamenti adscripserit: Cui bis legauero, semel deberi volo. postea eodem testamento, vel codicillis sciens sæpè eidem legauerit: suprema voluntas potior m habetur. Nemo enim n eã sibi legem potest dicere, vt à priore * voluntate ei recedere non liceat.

a Velim. Nota ita demum à priori testamento recedi, si posterius valeat. Accur.

SI tibi. CASVS. Legaui tibi centum, vt facias foueam quidam extraneo de Francia pone, peus centum ab hærede meo. dicit hæres: nõ soluam tibi, nisi caueas mihi de fouea facienda: & tu dicis hæredi, non teneor cauere, quia tua non interest quod fouea fiat. certe iudicatur hic, qđ bene teneris cauere, si vis centum. Viuia.

b Facias. Quod tamen ineptũ non sit: ut s. tit. 2. l. seruo alieno. §. fi. Itẽ quod fieri non sui solius intersit: vt j. de con dit. & demonst. l. Titio. 1. respon. & facit s. de arb. l. cum pœna. Accursius.

c Caueas. Not. omnino cauendum: vt no. C. de ijs. quæ sub modo. l. 1. Sed cõtra j. ti. 1. libertæ. §. largius. ubi non cauetur. Sol. ibi Mæuius non legatarius, sed legatarij minister erat, & facit s. loca. l. insulam. §. fin.

SI res. CASVS. Legaui Titio & Sempronio insolidũ equum meum. venit Titius ad hæredem meum, & fecit sibi dari equũ. certè Sempronius nihil habet dicere Titio, qui habet equũ: sed habet integram actionem ad pretium equi contra hæredem meum Sempronius. Viuia.

d Insolidum. Hoc expresso a testatore: vt s. tit. 2. l. si pluribus. & s. tit. 1. l. qui duos. §. si is. & j. tit. 2. l. duos. & C. de caduc. soll. §. sin autem disiunctim.

NVtu etiam. CASVS. Non solum verbis, sed & nutu potest fideicommissum relinqui. dummodo is qui nutu relinquit loqui possit. si autem morbus ita est ei impedimento, vt loqui non possit: non valet fideicommissum ab eo nutu relictum.

Fideicommissum. Locaui Titio fundum Cornelianum: me mortuo inuenitur apud eũ dictus fundus ex causa lucratiua. certe non poterit petere amplius ab hærede, nisi probet testatorem voluisse eum habere æstimationem, & non fundum. Columnis. Legaui Titio columnas vel tigna domus meæ. certè ea tigna & columnas tenetur hæres meus ei dare, quæ possunt de domo extrahi sine iniuria domus, & non præstabit hęres æstimationem earum legatario, quæ possent à domo separari sine iniuria domus.

e Nutu. Nota quod nutu legari, vel fideicommitti potest, nisi sit mutus à natura.

f Loqui. Alioqui nullo modo fideicommissum potest relinquere mutus, nisi superueniens morbus &c. quasi dicat, si à natura, id est, à natiuitate sit mutus & surdus. nõ potest. si ex accidenti. literarum peritus potest, non tamen nutu. si autẽ discretus sit morbus dic vt C. q testa. fa. pos. l. discretis. & facit C. de fideic. l. & in epistola. & j. de supel. leg. l. Labeo.

g Potest. Id est, loqui posset, nisi esset impedimẽto morb.

h Fideicommissum. Facit s. tit. 1. l. Mæuius. §. duobus. & l. antepen. §. impuberẽ. & j. de actio. & obli. l. omnes. & in stit. eod. §. si res.

i Placuit. No. non posse concurrere duas causas lucratiuas in eundem.

k Auferri. No. non posse de domo aliquid legari, propter qđ domus destruatur.

l Possunt. Supra ti. 2. l. senatus. in princ. contra. Sol. ibi. Item facit in eo. tit. l. Lucre ra. & l. filius is mi-lias. §. ædes. & s. eo. l. fideicommissa. §. si quis illicite.

SI quis in principio. CASVS. Titius in capite testamenti sui ita scripsit: cui bis legauero, semel deberi volo. postea in eodem testamento vel codicillis legauit Seio equum & postea legauit eidem Seio eodicem: & postea ita dixit: pœnitet me prioris voluntatis quam scripsi in capite testamenti, & volo vt dictus Seius habeat dictum equum & codicem. nunquid habebit Seius equum & codicem? Et dictur quod sic. non obstante prima voluntate: quia Titius non potuit eam legem sibi dicere, vt ab ea sibi recedere non liceat.

Miles. Miles deseruit militiam. propter quod damnatus fuit. & in sententia ei permissum est, vt testari posset. certe poterit testari, & fideicommissum relinquere.

Mortis. Reliqui tibi Stichũ per fideicommissum, qui Stichus erat meus, vel non erat, non facio vim, antequam hęres meus esset in mora dandi tibi, decessit dictus Stichus. certè damnum est tuum, & non hæredis mei. Vi.

m Potior. Si modo hoc exprimat: vt hic subijcit: aliàs esset contra s. de leg. j. l. si mihi & tibi. §. fi.

n Nemo enim. Not. neminem sibi posse legem imponere,

† De amplissimo ordĩe pulch. è Bud. s. de sena. l. vlti.

† Facit ad hanc l. e. 1. cu gl. sup verti. mortis. circa med. respon. dr q verum est extra, qđ vt nic. cõ. fact. est.

* In P. P. nõ est. voluntate.

nere, vt ab ea recedere non possit. Item not. quod quantumcunque dicat testator, nolo me posse reuocare hoc meum testamentum: nihilominus potest reuocare; si modo hoc exprimat in vltimo testamento.

a Accipiat. Alias prima voluntas quasi vltima valet: vt hic & d. l. si mihi. §. si. & l. si item. Sed contra s. tit. 1. l. si. in prin. Solut. ibi. Item contra s. de codicil. l. diuus. §. licet. Solu. valet quidem, ut ibi dicitur. Sed si agitur obstat excep. Vel distingue an in eodem testamento fiat hæc determinatio, quæ quasi ademptio est, in quo postea legat: sicut & s. de leg. 1. l. si ita sit adscriptū. dixit, illud non multum placet ut dicam hic determinauit ante quam legaret, unde facilius impeditur legatum, an postquam legauit. nam & ibi facta videtur ante: quia dicit, nam ea quæ postea &c. Vel soln. vt ibi. Item qd si dicat, nolo ualere si quod testamentum fecero? Respō. hęc lex locū habet. Item quid si dicat, nolo valere si quod fecero, nisi fiat illo, uel illo modo, vel nisi tales sint testes, uel nisi expressim hæc verba repetantur? Respon. semper videtur, quod habet locum hæc lex, quod valeat primum nisi specialiter reuocetur primum per secundum. tunc enim primum vitiatur. arg. C. de test. aut. hoc inter. super l. hac consultissima & arg. ff. de verb. obl. l. qui Romæ. §. Flauius. Item not. hic ar. pro rescriptis vel priuilegijs contra legem quod valeant, si dicat princeps, non obstante &c. vt C. de test. auth. hoc inter. super l. hac consultissima. & C. si contra ius. l. si. not. Item facit s. de vul. subst. l. si quis eum. & de leg. & senatusc. l. non est. & s. fa. ercis. l. ex parte. §. si. & ff. de don. cau. mort. l. si alienam rem. Sed arg. contra in eodem tit. l. vbi ita. item not. ex sola scientia non præsumi voluntatem. Sed argu. contra s. de vsu & habit. l. plenum. §. equitij, & C. de testa. milit. l. sicut.

Sed hoc ita locum habebit: si specialiter dixerit prioris voluntatis se pœnituisse & voluisse, vt legatari[a] plura legata accipiat.[a] Miles, in eū ex militari delicto capitali dicta sententia, permittente eo in ipsa sententia, q damnauit, sicut testamenti faciendi, ita fideicommissi relinquēdi potestatem consequitur.[b]

Mortis damnum per fideicommissum serui relicti antè, quàm mora fiat, fideicommissarius solus patitur:[c] licet alienus relinquatur.

Paulus libr. v. sententiarum. XXIII.

Ex imperfecto testamento legata, vel fideicommissa Imperatorem vindicare[*] verecundum[d] est: decet[e] enim tantæ maiestati eas seruare leges,[*] quibus ipse solutus esse[*] videtur. †

Neratius lib. ij responsorum. XXIIII.

Creditori[f] ita pôt legari, ne idebitum ab eo repetatur.

Paulus libro ij. ad Neratium. XXV.

Ille, aut ille hæres Seio centum dato. potest Seius ab vtro[g] velit, petere.[h] Cum in verbis nulla est ambiguitas; nō debet admitti voluntatis quæstio.[i]

Idem libro ij. ad Neratium. XXVI.

Is, qui fideicommissum debet, post morā[k] nō tantum fructus, sed etiā omne damnum, quo affectus est fideicōmissarius,[l] præstare cogitur.

Legatum filiæ in testamento non reuocatur per legatum factū patri in codicillis. Bar.

Idem libro secundo decretorum. XXVII.

* Inuerecundū in P. Fl. scriptum esse admonet Ant. Aug. emē. li. 1. c. 3. significat eqꝫ idē qd' impudēs nō ut Ac. putat valde verecūdum.

Priuilegiū cōtra legē quādoque validū ē.

* Vnde Claudianus. In cōe iubes si qd cēsesve tenēdum, Primus iussa subi, &c.

* Côcor. gl. 1 c. j. de côstit. lib. 6. & in c. inter cætera, 16. q. 3.

† Præclarè in hac sniam Plutarc. in libello de doctrina principû, Quia igit (inquit) imperabit principi? Nêpe lex omnium regina, & mortalium, & immortaliū, vt ait Pindarus: nō ista quidē lex foris i libris, aut tabulis scripta ligneis, sed viua illi sita rō semp côuiuēs, & familiaris principi.

f Creditori. CASVS. Titio debebam decem: ipse fecit mihi pactum de non petēdo: postea feci testamentū, & legaui ei dicta decem, postea heres meus soluit ei dicta decem. Certè nō poterit heres meus ab eo repetere dicta decem quasi indebita, quamuis ego habuerim contra eum exceptionem perpetuam, & fauorabilem, scilicet prędicti pacti, & hoc dicit, licet obscure. Viui.

f Creditori. Dic putatiuo, cui iam est solutum indebitum, & sic factus est debitor: vel dic creditori vero, cōtra quē debitor habet exceptionem fauorabilem: ut mulier. Velleiani. nam siue iam soluerit mulier, siue legatum, vt hic: ne condicat hæres conditione in debiti: si ue nō soluerit, tenetur hæres soluere, & solutum non repetere: quod repeteret alias, vt supra de condit. indebi. lege, qui exceptionem.

b Consequitur. Facit s. de mil. test. l. ex militari. & s. de don. inter vir. & vxor. l. cum hic status. §. si miles. & supra de iniusto test. l. si quis exhæredato. §. irritum. & not. C. de test. mil. l. & militibus.

c Patitur. Vt nec æstimatio debeatur, secus si post moram decedat. sic & s. ti. 2. l. cum res. §. si. & s. ti. 1. l. si qa seruo. & ff. de verb. oblig. l. si ex legati. Item facit supra tit. 2. l. filiusfamilias. in fin.

Ex imperfecto. CASVS. Titius reliquit Imperatori legatum vel fideicommissum in testamēto suo non iure facto. Certe non debet capere Imperator, qa verecundia esset Imperatori non seruare leges, quamuis ipse legibus sit solutus. Viuia.

d Verecundum. Alias inuerecundum, id est, valde: & s. de liber. & posthu. l. Gallus. §. ille. & facit C. de testam. l. 3. & qui testa. fac. pos. l. cum heredes. & Instit. quib. mod. testa. infir. §. si. & C. de leg. & const. l. digna. & s. de iudic. l. non quicquid.

e Decet. Not. decet tantæ maiestati eas leges seruare, quibus ipse solutus esse videtur.

Ille. CASVS. Institui mihi hæredes Titium, & Caium: & ita postea dixi: Titius prædictus, aut Caius dent Seio centum. certè potest petere Seius centum, a quo eorum vult. Secundo dicit, pone quod Titio legaui cētum libras Bononiorum paruorum. certè ista verba certum habent sensum: & ideo non debemus recurrere ad interpretādam voluntatem testatoris: in certis enim non est locus coniecturis. Viuia.

g Ab vtro. Id est, à quo velit.

h Petere. Vt suprà tit. 2. l. si ex toto. §. 1. & facit s. ti. 2. l. si Titio aut Seio. & sic aut, ponitur pro &: ut C. de ver. significat. l. penult.

i Questio. Vt s. eod. l. non aliter. & facit C. de fideicom. l. voluntatis. & s. de test. l. hæredes. §. pen. & ff. de lapel. l. Labeo. & infra de auro, & argen. legat. l. pediculis. Accursius.

Is qui. CASVS. Centum per fideicōmissum Titio reliqui, vel etiā fundū: me mortuo hæres meus fuit in mora soluēdi Titio. certè tenetur hæres præstare Titio fructus, & etiā omne damnū quod sustinuit Titius: ex eo, qꝫ sibi per hæredem satisfactum non est. Viuia.

k Post moram. Facit supra e. l. si quis in principio testamenti. in §. fin. & supra de usur. l. equis. & de usufru. l. si usufructus. & l. quæsitum. & supra tit. 2. l. apud. §. item. & ff. de alim. & cib. l. cum vnus. §. verbis. & ff. de ann. leg. l. 2. & C. de usufruct. l. si pater.

l Fideicommissarius. Vt quia res perijt. secus si in rebus suis proprijs patiatur damnum. Accu.

Paula.

PAula Callinico ex p̃te hærede instituto, filiæ eiuſdem [a] Iubentianæ decem, cum in familia nupſiſſet, teſtamento legauit, deinde poſt tempus codicillis factis, centum eidem Callinico reliquerat [b], non adiecto, [c] hoc amplius. Pronunciaui [d], vtranque ſummam [e] deberi: maximè cum in codicillis filiæ Callinici nihil legatum fuiſſet.

Si teſtator iubet aliquem eſſe cõtentum aliqua certa re pro his, quæ in teſtõ reliquerat, intelligitur de relictis purè, non ſub conditione. h. d. iſtis na. § Bar.

Pompeius Hermippus filium Hermippum ex dodrante: filiam Titianam ex quadrante hæredes inſtituerat, & prædia certa ſingulis p̃legauerat. præterea ſi ſine liberis Hermippus moreretur, aliam poſſeſſionem filiæ dari iuſſerat. poſt teſtamentum factis codicillis certa filiæ prædia dederat, eamque his contentam eſſe voluit pro omni hæreditate [f], & iis, quæ in teſtamento reliquerat [g]. Hermippi bona ad fiſcum peruenerant: Titiana ſoror fideicommiſſum petebat. Quærebatur, vtrum pro hæreditate tãtum [h], an & pro iis, quę poſt mortem frater rogatus erat reſtituere, pater eam voluiſſet accipere ea, quæ codicillis reliquerat. Mihi [h] ab omni voluntate receſſum videbatur [i]. Placuit humanius interpretari ea ſola, quæ viuente fratre acceptura erat, adempta videri. non etiam [k] quæ poſt mortẽ eius reliquerat, ſi ſine liberis decederet: & ita pronunciaui. [l]

Si debitum demonſtratur vnde ſoluatur ſeu ut ex eo fiat ſolutio non videtur grauatus debitor, ſed hæres. Bar.

[a] Iulius Seuerus dece-

PAula. CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredẽ Paulum Callinicum, & Seium. & in eodem teſtamento legauit Iubentianæ filiæ eiuſdem Pauli Callinici decem, cum ipſa Iubentiana nupſiſſet in familia ipſius Titij teſtatoris. poſtea fecit dictus Titius codicillos, & reliquit per prælegationem centum eidem Paulo Callinico, & in ipſo prælegato non dixit Titius, hoc amplius quam Iubentianæ eius filiæ decem reliqui, centum ei relinquo. ſed ita ſimpliciter dixit, centum ei relinquo. certè de legato de centum Paulo in codicillis relicto dubiũ non eſt. quin debeatur, ſed eſt dubium de decem Iubentianæ relictis. nam videbatur quibuſdam coram iudice allegãtibus pro hæredibus Titij, quod non debeãtur, quia legatum prædictum de decem Iubentianæ relictum fuit acquiſitum Paulo Callinico cum Iubentiana eſſet in ſua poteſtate. legando ergo poſtea Paulo centum, non adijciendo hoc amplius, videbatur reuocatum legatum de decem ſecũdum eos. iudex tamen prædictus p̃nunciauit, & bene, Paulo deberi decem & centum. Viuian.

[a] Eiuſdem. Id eſt, Callinici.

[b] Reliquerat. Per præceptionem.

[c] Non adiecto. Nam præter hæc certum nihil in codicillis fuerat relictum. Azo ſecundum R. idem eſt, ſi aliud quid, non tamen animo mutandæ primæ voluntatis: vt ã. eod. ſi iure.

[d] Pronunciaui. Scilicet ego Paulus autor huius legis.

[e] Summam. Id eſt præceptionem, & filiæ legatum.

Pompeius. CASVS. Pompeius Hermippus fecit teſtamentum, & filium ſuum Hermippum nomine inſtituit ſibi hẽdẽ in nouẽ vncijs hæreditatis ſuæ: & filiam ſuam nomine Titianam, inſtituit hẽdem in tribus vncijs: & poſtea prælegauit cuilibet eorum certa prædia. poſtea ita in eodem teſtamento dixit, rogo filium meum Hermippum, quod det filiæ meę prædictę Titianæ poſſeſſionem meam, quam habeo ad burgum Panicalem, ſi ipſe Heremippus deceſſerit ſine liberis. facto hoc teſtamento fecit codicillos: & in eis reliquit filiæ prædium Titianum, & Cornelianum, quæ habebat ad Bixanum, poſtea ſubiunxit in eiſdem codicillis, quod volebat dictam ſuam filiã eſſe contentam dicto prædio Titiano, & Corneliano pro illis tribus vncijs hæreditatis, quas ei dederat in teſtamento prędicto, & pro his quæ in teſtamento prędicto eidẽ filię reliquerat: poſtea prędictus filius teſtatoris nomine Hermippus commiſit maleficium, propter quod bona ſua peruenerunt in fiſcum. Titiana prędicta ſoror Hermippi cœpit agere contra fiſcum hæredem dicti ſui fratris, & petijt ab eo fiſco dictam poſſeſſionem poſitam ad burgum Panicalem, relictam ſibi in teſtamento per fideicommiſſum, ſi dictus ſuus frater ſine liberis decederet. fiſcus autẽ, ſiue ille, qui pro fiſco allegabat, taliter reſpondebat, nõ ſolum non potes à me petere partem hęreditatis tibi relictam in teſtamẽto, ſed etiam non potes petere dictã poſſeſſionem ad burgum Panicalem poſitam: quia teſtator voluit te eſſe contentam prędio Titiano, & Corneliano, quod erat ad Bixanum, pro parte hęreditatis tuę, & pro his quę in teſtamento tibi reliquit in codicillis ſupra nominatis. Titiana autem reſpondit ita. teſtator ademiſſe mihi videtur in codicillis ea ſola, quæ viuente fratre meo acceptura erã, id eſt, partem meam hæreditatis, & prædia mihi prælegata in teſtamento: non autem videtur mihi ademiſſe illud quod habere debebam poſt mortem fratris mei, ſi ſine liberis decederet, id eſt, fideicommiſſum, quod a te fiſco peto. quæritur, quid iuris ſit? Et reſpondetur, quod de iuris rigore fiſcus melius allegat: de æquitate autem melius allegat Titiana. & ita pronunciauit ſecundum æquitatem iudex ſuper hoc aditus. Viuianus.

[f] In teſtamento reliquerat. Hic oritur dubitatio.

[g] Pro hæreditate tantum. Subaudi, & pro legato in vita fratris.

[h] Mihi. Paulo autori huius legis.

[i] Videbat. Quo ad verborũ anguſtias, vel prima facie.

[k] Non etiam. Sed certè imò & futura videntur adimi: vt ff. de verb. obl. l. qui Romę. § ſi. quæ eſt contra: vbi duo fratres hæreditatem communem diuidẽtes, & p̃mittentes non venire contra, etiam rõne fideicomm. futuri, nõ poſſunt venire contra. Sol. ibi rigor, hic ęquitas vel hic benignius inter filios, quã ibi inter fratres. nam vt ait R. enixo, imò ardenti deſiderio parẽtũ inſpectu, & voto, & charitate tranſmittendarum ad liberos facultatum, ſic princeps interpretatur, vt hic. & ar. C. de inſti. & ſubſt. l. generaliter. §. cũ autem. vel aliud in contractu, vt ibi, quàm in vltima voluntate, vt hic.

[l] Pronunciaui. Scilicet ego. vel pronunciauit imperator vel eius procurator, qui imet fiſcum, & dictam filiam cognoſcit illa agente actione ex teſtamento.

Iulius. CASVS. Iulius Seuerus in articulo mortis exiſtens fecit teſtamẽtum, & inſtituit ſibi hæredes Titium

[a] In P. F. incipit, Iulianus Seuerus.

dens institutis quibusdã hæredibus, alumno suo quinquaginta legauerat, eaque a Iulio Mauro colono suo ex pensionibus fundi ab eo debitis præstari voluit: eidẽq; Mauro quædam legauerat. Cum de hæreditate [a] fiscus quæstionem mouisset, iussu procuratoris Maurus pecuniam fisco soluerat: postea hæres scriptus obtinuerat fiscum, alumno aũt mortuo, hæres eius, [b] fideicommissum ab hærede Mauri [c] petebat. Placuit Imperatori, non videri eius fideicommissum, sed demonstratum vnde accipere [d] posset: & ideo hæredẽ Seueri hæc præstare debere.

Idẽ lib. sing. ad Senatusc. Tertulianum. XXVIII.

SI fidei meæ committatur, [e] vt quod mihi relictum fuerit supraquã capere possũ, alij restituã: posse me id capere cõstat.

Duo adiectiua prolata respectiue generis verificant dispositionem in altero, licet vtrunq; veritati non concurrat. Bar.

Labeo libro ij. posteriorum a Iabolcho epitomatum. XXIX.

QVi cõcubinã habebat, ei vestem prioris cõcubinæ vtẽdã dederat: deinde ita legauit: Vestẽ, q̃ eius cã empta, parata est. Cascelli[e], & Trebatius negãt ei deberi prioris cõcubinæ cã parata: qa alia [f] conditio esset in vxore. Labeo id non probat: [g] quia in eiusmodi legato non ius vxoriũ [h] sequendũ, sed verborum interpretatio esset facienda. idemq; vel in filia, vel qualibet alia persona iuris esse, Labeonis sententia vera est.

In dubio assumimus, quod est minus. Bar.

[a] A, nõ est in P. F.

[a] In aliquibus codicibus, aduersus fiscũ.

tium, & Seium: & Caio alumno suo legauit quinquaginta. & ita dixit, volo dicta quinquaginta præstari, & dari Caio prædicto per Iulium Mauru colonũ meũ: qui Iulius debet mihi quinquaginta ex pensionibus fundi mei Corneliani, quem colit, & coluit: & eidem Mauro colono lego Codicẽ, & Digestũ meum. mortuo dicto testatore, & possidentibus dictis suis hæredibus hæreditatem suam, vocauit procurator fisci dictos hæredes coram procuratore Cæsaris, & petijt per libellum hæreditatem dicti testatoris forte ideo: quia dicebat dictum testatorem commisisse in legem Iuliam maiestatis. pendẽte lite coram procuratore Cæsaris procedit dictus procurator Cæsaris cum dicto Mauro colono, vt solueret fisco dicta quinquaginta, quæ debebat idem Maurus prædicto testatori pro pensione fundi dicti, postmodum procuratore fisci non probante dictũ testatorem in legem Iuliam maiestatis commisisse, obtinuerunt hæredes prædicti contra fiscum, & sic retinuerunt dictam hæreditatem, & postea decessit Caius alumnus testatoris prædictus, & habuit hæredem. & postea decessit Maurus colonus prædictus, & habuit hæredem. venit hæres Caij, cui Caio legata fuerunt quinquaginta, vt dictum est, & petijt ea quinquaginta ab hęredi Mauri coloni ideo, quia testator dixit, cum legauit ea Caio, volo dicta quinquaginta dari Caio per Iulium Maurum colonũ meum: qui Iulius debet mihi quinquaginta ex pensionibus fundi mei Corneliani, quem colit, & coluit, nunquid potest petere ab hęrede Mauri coloni? Et dicitur quod non: quia non videtur fidei Mauri coloni commissum vt præstaret Caio quinquaginta, sed demonstrauit testator, vnde Caius accipere posset legatum sibi relictum. hæredes ergo testatoris, scilicet Titius, & Seius prædicti præstare debent dicto Caio dicta quinquaginta, & ea repetent a fisco, cui fisco soluta sunt per Maurum colonum iussu procuratoris Cæsaris pendente lite coram eo inter dictos hæredes, & procuratorem fisci. vt dictum est s. Viu.

[a] Cum de hæreditate. s. Seueri.

[b] Eius. Scilicet coloni, alias alumni.

[c] Ab hærede Mauri. Id est alumni.

[d] Vnde accipere. Id est, sine incõmodo rei familiaris vt & s. tit. 2. l. quidã. in prin. & facit ad hoc j. de cond. & demon. l. in conditionib. Sed contra s. ti. 1. l. antep. §. cuibus. Solu. ibi. Item quare non tenetur ut legatarius? quædã enim alia erant Mauro legata. Resp. qa nõ ut a legatario, sed vt a debitore fuit ab eo relictũ: vt patet ex verbis. sed certè etiam a debitore potest legari: ut s. tit. 2. l. si pecuniam. & l. si seruus legatus. §. pe. Sed respon. eo casu fuit per iudicem soluere alij: vel non; agnouit legatum liberationis tacitè et relicta opponendo exceptionem: vt not. in d. l. si pecuniam.

[e] SI fidei. CASVS. Scias, quod filius naturalis tantũ non potest capere de bonis patris vltra vnam vnciam filijs legitimis, & naturalibus extantibus: vt in auth. quib. mod. na. eff. sui. §. di ferentis. Pone ergo, q̃ filio meo naturali tantum reliqui sex vncias de bonis meis, & rogaui eum ut Titio capaciter restitueret. certe quamuis non possit capere sex vncias ad suã vtilitatem, tamẽ capiet propter voluntatem Titij. Viui.

[e] Cõmittatur. Dic casum & concordantias: vt s. de. 1. l. cum ei qui. Accur.

QVi cõcubinam. CASVS. Titiam habui concubinam, & eam expuli, & retinui vestes mihi, quas parauerat eius causa; postea accepi secundam concubinam, & vestes prioris ei vtendas dedi. & postea feci testamentum, & legaui dictæ secundæ concubinæ vestem, quæ eius secundæ cõcubinæ causa empta parata esset: quæritur nunquid dictæ vestes, quæ fuerunt primæ concubinæ, videantur legatæ secundę per dicta verba? & Cascellius, & Trebatius dixerũt q̃ nõ. aliud est enim in vxore secunda, cui maritus tali modo legasset, cui quidem benè deberentur vestes prioris uxoris, & aliud est in concubina sm Cascellium, & Trebatium. Labeo autem dicit q̃ sic: & non approbat p̃dictã distinctionẽ inter vxorẽ, & cõcubinam, imo idem iuris dicit esse in concubina quod in uxore, & idẽ in qualibet alia persona, cui tali modo legatũ esset. & sententia Labeonis est vera. Viu.

[f] Quia alia. Quasi dicat iam video aliud in vxore secunda, cui sic legatur: vt j. eo. l. si quid earum. sed differunt secundum istos.

[g] Non probat. s. distinctionem inter vxorem, & concubinam. nam idem erit in vtraque: vt hic, & j. eod. l. item legato. §. parui.

[h] Non ius vxorium. Quasi dicat non debetur uxori, quia sit vxor, quia verba id portãt. sunt enim eius causa parata, licet fuerint causa primæ parata.

Cum ita. CASVS. Institui mihi vnum hæredem in quinq; vnciis. alium in quatuor, & alium in tribus. postea ita dixi: volo quòd vxor mea habeat quantum vnus de hæredibus meis. nunquid habebit vxor quinque vncias, an tres? & dicitur q̃ tres tantum. Sententia autem Quinti Mutij, & Galli est reprobata, qui dixerunt eam debere habere quinque. Viu.

Esset.

a Effet. Vt & ℏ. de exceptio. rei iu. l. si quis cum eo, & ℏ. de ver. obli. l. 1. §. ex contrario.
b Minor. Nota maiori summę inest minor.
c Daret. Consonat ī. ti. 2. l. si ita sit scriptum. in fi. & l. apud. §. scio. & ī. tit. 1. l. si ita relictum. in prin. & §. fin. Sed contra ℏ. de aur. & arg. leg. l. qui lantem. Sol. vt ibi.

Cum ita legatum esset [a] vt tantam Titia vxor mea partem habeat, quantam vnus hæres: si non æquales partes essent hæredum. Quintus Mutius, & Gallus putabant maximam partem legatam esse: quia in maiore parte minor [b] quoque inesset. Seruius, Ofilius minimam, quia cùm hæres dare damnatus esset, in potestate eius esset, quã partem daret. [c] Labeo hoc probat, idq; verum est.

Verbum peruenisse, seu peruenerit, intelligitur cum effectu. Barto.

Cum ita legatum esset: Quanta pecunia ex hæreditate Titij ad me [d] peruenit, [†] tantam pecuniam hæres meus Seio dato. id legatum putat Labeo, quod acceptum in tabulas [e] suas ex ea hęreditate testator retulisset. cæterum negat cauendum hæredi a legatario, si quid fortè postea eius hæreditatis nomine hæres damnatus [f] esset, ego puto contrà: quia non potest videri ad hæredem peruenisse, qđ eius hæreditatis nomine prestaturus [g] esset. Idẽ Alphenus Varus Seruio placuisse scribit: quod & verum est.

Cum ita, CASVS. Titius instituit me hæredem; & de hæreditate sua peruenerunt ad me centum libræ, & ego hæres feci in libro rationũ mearum, postea feci testamentum, & ita dixi: quanta pecunia ex hæreditate Titij ad me peruenit, tantam pecuniam hæres meus Seio dato: certè illud videor Seio legasse, quod posui in dicto meo libro rationum, id est, centum prædicta. Sed nunquid cum hæres meus soluit dicta centum Seio, tenetur Seio ei cauere de conseruando eum hæredem quantum est pro centum libris prædictis indẽnem, si nomine dictæ Titianæ hæreditatis in aliquo hæres meus damnatus esset alicui: quidam dixerunt quòd nõ: sed verius est quod sic. Viui.

d Ad me: Sempronius fecit testamentum in quo legauit Seio quicquid habuerat à Titio.
e In tabulas. Id est, quod in libro rationum scripsi Sempronius habuisse a Titio.
f Damnatus. Id est, si velit hæres sibi caueri a legatario hoc modo, caueas mihi de reddendo, si testator cui extitit hæres, fuit grauatus a suo testatore aliquid dare propter illud legatum ei relictum. Vi.
g Præstaturus. Sic ℏ. ad Treb. l. cogi. §. sed et si quis. circa princ. & infra de uerb. sign. l. aliud. & ī. de hær. ven. l. 2. §. illud.

Marginalia: * P. Fl. vt Titia vxor mea tantandẽ (alias tãtidẽ) partẽ habeat q̃ tulã, &c. † Istũ tex tũ inquam tum dicit uerbũ peruenit, esse cũ effectu intelligendũ, limita bis per tex. l. 1. 2. §. puenisse. ſ. de hæred. uel act. uẽ. nt nõ procedat in cõtractib. & ult. uolũ. nisi deductis expẽsis. * P. Fl. in tabulis suis. * Per. n. p fectionẽ, & actus consumationẽ desi gnat, ut p bat Mãd. in Gl. Facult. §. ae tã, in uer. p ginnas.

Si hæres. CASVS. Legaui tibi seruum in genere. postea hæres meus tradidit tibi Stichum, & postea Stichus tibi euictus est ab aliquo, nunquid tenetur hæres ex testamento adhuc? Et dicitur quod sic, si tu legatarius eidem denuntiasti, quod Stichi prædicti nomine mouebatur tibi quæstio, alias agenti tibi ex testamento contra hæredem opponet doli exceptionem. Viu.

h Si hæres. Construe. si hæres tibi Stichum tradiderit, & hoc dico, seruo &c. sic sunt ablatiui obsoluti.
i Legatum. Vel etiã promisso vt ī. tit. a. l. quæ de legato.
k Ex testamento. Hoc magis ex obligationis qualitate, quam genere: qui tit. procedit quasi plene traditã, sed postea euicta.

debetur euictio. Item qui ex causa lucratiua est habiturus regressum de euictione, debet ante iudicium acceptum denuntiationẽ facere. Bar.

Si hæres [h] tibi seruo generaliter legato, [i] Stichum tradiderit, isq; a te euictus fuerit: posse te ex testo [k] agere, Labeo scribit: quia non videtur hę res dedisse [l] qđ ita dedẽ rat vt habere non possit: [m] & hoc verum puto. Sed hoc amplius ait, debere te prius, quàm iudicium [n] accipiatur, denũtiare hæredi. Nam si aliter feceris: agenti ex testamẽto opponetur tibi doli mali exceptio.

Pluralitas geminat duas singularitates. concordat l. falsa. in fi. de condi. & demon. Bar.

Si Stichus, & Dama serui mei in potestate mea erunt, cum moriar, tunc [*] Stichus, & Dama liberi sunto, & fundum illum sibi habento. Si alterum ex his post testamentum factum dominus alienasset, vel manumisisset: neutrum liberum futurum, [o] Labeo putat: Sed Tubero eum, qui remansisset in potestate, liberum futurum, & legatum habiturum [p] putat. Tuberonis sententiam voluntati defuncti magis conuenire puto. ...

ex quacunque. n. ca genus sit debitum, non aliter contingit liberatio, quã si res accipienti sit facta sua iri secundum Rom. vt & infra de solut. l. qui res. in princ. & l. cum quis. §. qui hominem. & hic subijcit: quia &c. secus si in specie legatum sit: quia tale, quale est datur: vt ī. tit. a. l. si a substituto.
l Hæres dedisse. Certa li casu in genere. Item contra supra ti tu. primo l. cum pater. §. euictis. Solut. ibi. Item contra infra de vsufr. leg. l. Stichn. Solut. ibi. & facit supra de euict. l. hæres. & de condit. indeb. l. eleganter. §. penul.
m Non possit. Not. non videtur dari qđ ita datur vt non possit retineri ab eo, cui traditur.
n Iudicium. Id est, sententia, dummodo non minus proprie. & sic non est contra ī. de euict. l. si ita quam. §. fin. vel dic vt ibi. & facit ī. de euic. l. emptor. Acc.

Si Stichus. CASVS. Titius ita dixit in testamẽto suo si Stichus, & Dama serui mei in potestate mea erunt cum moriar, tunc dictus Stichus, & Dama liberi sint, & fundũ meum Titianum habeant. postea facto testamento alienauit, vel manumisit testator vnũ ex eis, puta Stichum. nunquid Dama, qui remansit in potestate erit liber, & habebit legatum? Et dicitur quod sic, quamuis Labeo diceret contrarium. Viu.

Marginal: * P. Flo. tum.

o Neutrum liberum futurum. Ex testamento.
p Et legatum habiturum. Scilicet maximè. Nam & manumissus habebit legatum. cum non est verisimile testatorem voluisse adimere legatum ei cui libertatem donare festinauit. & sic non est contra supra de hæred. instit. l. talem. §. si quis. Quia ex eo quod est ibi, suppletur quod hic deficit. vel Solu. vt ibi. Item facit supra de legatis 1. l. 6. & infra de auro, & argento legato. l. scribit. §. item. & supra de condi. insti. lege secunda.

functi magis puto conuenire. a Qui quatuor b pocula oleaginea c habebat d, ita legauit, Pocula oleaginea paria e duo. Respondi vnū par legatum esse: quia nō ita esset f, Bina paria. g neque ita, Poculorum paria duo. Idem & Trebatius. Qui ortos publicos à republica conductos h habebat, eorum ortorum fructus vsque ad lustrū, quo conducti essent: Aufidio legauerat: & hæredem eam conductionem i eorum ortorum ei dare dānauerat k, finereq; eum vti & frui. Respondi, hǣdem teneri sinere frui, hoc ampli⁹ hęredem mercede quoque eorum ortorum reipublicæ præstaturum. l

Conditio apposita libertati videtur apposita legato. Bar.

Cum in testamēto scriptum esset, Sticho seruo meo hæres quinq; dato. & si Stichus hæredi meo biennium seruierit, liber esto. post biennium legatum deberi existimo: m quia in id tempus & libertas, & legatum referri debent. n quod & Trebatius respondit. Si fundum mihi vendere certo pretio dānatus es, nullum fructum eius rei ea venditione excipere tibi liberū erit n: quia id pretium ad totam causam o fundi pertinet. Qui fundum mandatu meo in societatem mihi, & sibi emerat, deinde eū finibus diuiserat: & prius quàm mihi traderet, ita eum tibi legauerat, Fundum meum illi do. Negaui *amplius parte illi deberi: quia uerisimile nō esset, ita testatum esse patremfamilias, ut mandati hæres eius damnaretur. p

Legatum quod quis cum filio moraretur, debetur semper si per filium stat: sed si per casum, debetur pro eo anno tantum, quo morari incepit, non pro futuris. Bar.

Vxori meæ dum cum filio meo Capuæ erit,

da.l.1.ē oot.hic, quod pluralis locutio geminat singularem sigoificatiooem. sic ĩ.de cōd.& demō.l.falsa. §.fi. Sed arg.contra C.de impu.& ali.substi.l.quamuis.

a Conuenire. Ergo prævalet: ut d.l. falsa. Accur.

Qui quatuor. CASVS Ego habens quatuor pocula ad reponendum oleum apta, ita legaui, lego Titio pocula oleaginea paria duo. quæritur, nunquid videat legasse vnum par poculorū tantum, an vero omnia quatuor pocula? Et dicitur quod vnū par tantum videor legasse. secus autem si ita legassem lego Titio bina paria poculorum: vel ita, poculorum paria duo: quia tunc bene videor legasse oīa quatuor pocula mea. Viuianus.

b Qui quatuor. Alias l. alias §.

c Oleaginea. Id est, plena oleo, vel apta ad oleum reponendū vel tenendū. H.

d Habebat. Alias paria habebat. & dic paria. a id est, æqualia.

e Paria. Id est, duo pocula.

f Quia non ita esset. Scilicet legatū.

g Bina paria. Id est, quatuor.

Qui ortos. CASVS. Quosdam ortos à repub. Bononiæ conduxi usque ad quinquennium, & constitui ei dare pro mercede quolibet ann. 20. postea feci testamentum, & legaui Aufidio per fideicommiss. fructus dictorum ortorum, qui ex eis colligerent usque ad dictum quinquennium. & damnaui hęredem meum, ut daret dicto Aufidio dictam conductionem ortorum, & quod sineret eum vti frui dictis ortis usque ad dictū tempus. certè tenetur hæres meus soluere dictam mercedem reipubl. & tenetur dimittere frui dictis ortis dictum Aufidium. Viu.

h Conductos. Mercede in pecunia constituta. & propriè est locatio: ut supra depo.l.1.§. si quis seruum.

i Conductionē. Alias conductionē, alias conditionē.

k Damnauerat. Id est, permittas ei sic frui, ac si conduxisset.

l Præstaturum. Imo conductor: ut ĩ.de vsufr.l. hactenus. & l. si pendentes. §. si quid cloacarij. & ĩ.de vsufr. leg.l. quæro. So. si conductor hic solueret: nihil, vel quasi nihil contineretur in legato. ar. ĩ. tit. 1. l. si res, vel refecti pro fructibus, vt hic: no ex fructibus pensio præstetur: ubi. & facit ĩ. eo. l. his uerbis. §. fi. & ĩ. ti. 2. l. apud Iulianum. §. hæres. & arg. ĩ. de ser. vrb. prædi. l. binas. & ĩ. si vsusfr. pe. l. 1.

Cum in testamēto. CASVS. In testamēto meo ita dixi. Sticho seruo meo hęres quinq; dato: & si dictus Stichus seruierit hæredi meo per biennium, liber esto. certe non debetur Sticho legatum prędictum, nisi post biennium: vt si quidem seruierit hæredi, post biennium habeat libertatem, & legatum: alias si diceremus ante biennium ei legatum deberi, periret legatum. Viu.

m Existimo. Imo videtur non valere ut legatū: vt ĩ. tit. 2. l. quęsitum. §. 1. Sol. illud verum nisi contrarium liqueat. & nisi semper contrarium liqueat, conditio apposita libertati videtur apposita legato. vt ĩ. de cond. & demō. l. Iulianus. & l. cum seruus. & l. auis. & ĩ. de hære. instit. l. 3. & facit ĩ. tit. 1. l. si quis seruo.

Si fundum. CASVS Titius instituit te hæredem, & damnauit te, ut fundū Titianum mihi pro centum venderes, tu in venditione volebas tibi retinere fructus, qui pendebant in dicto fundo. certè non potes: quia dicta centum, quæ tibi do pro pretio, pertinent ad totam causam fundi: id est, etiam ad fructus in eo pendētes. Viuianus.

n Liberum erit. Me inutio.

o Ad totam causam. Scilicet tam ad fundum, quā ad fructus. & facit ĩ. fa. ercisc. l. hæredes eius. & infra ad leg. Fal. l. in ratiōe. §. 1. & ĩ. de rei uen. l. fructus pendētes. & de act. emp. l. Iulianus. §. si fructibus. & l. si hæres. in prin. Accur.

Qui fundum. CASVS Mandaui Titio, ut emeret mihi, & sibi fundū, & ipse emit: & postea eum diuisit per medium ut daret mihi medietatem. antequā autē traderet mihi medietatem, legauit dictū fundum Seio hoc modo: Seio fundum meum do, lego. nunquid debebit habere Seius totum fundū, an vero tantū dimidiā? Et dicitur quod dimidiam tantum: quia non est verisimile, quod dictus testator taliter legasset Seio fundū, ut hæres suus testatoris teneretur mihi mandati actione propter medietatem dicti fundi. Viuia.

p Damnaretur. Vt ar. ĩ. de usufr. le. l. Sticho. in fi. & ĩ. tit. 2. l. 5. §. Labeo. & §. 2. & facit ĩ. pro soc. l. societatē. & ĩ. de do. præleg. l. pe. & ĩ. de pec. leg. l. dominus. §. testamento. & ĩ. eo. l. si quis seruos.

Vxori. CASVS. Ita dixi in testamento meo, vxori meæ dum cum filio meo Capuę erit, hęres meus ducēta dato omni anno. me mortuo filius meus à matre migrauit: nihilominus tamen stetit Capuę, non tñ simul cum matre. nunquid debetur matri legatum ducētorū omni anno? Et dicitur quod sic. si aūt exiuit filius me⁹ de Capua, & uxor mea potuit eū seq, & nō fuit secuta, imò

Mod. in 1.q.3. Regu. nu. 4.

* In P.F. principiū ē capitis, cui⁹ ĩ scriptio ē, Labeo lib. 2. posterio. a Iabolene epitomatorū.

* Sic ĩ P. Fl. Halo. autē scripsit, eam conditionem.

a Paria. i. æqualia, & alias vt p Mod. ĩ gl. Facu. §. & in ipsa, in ver. parib..

* P. Fl. debetet.

* In P.F. & ampli⁹ partē deberi. ĩ vulga. ampli⁹ q partem.

imò remansit Capuę, non debebitur matri legatū, nisi pro illo anno, quo ego decessi, etiam si nō steterit cū filio in illo anno, nisi per vnum diem. si autē mulier nō potuit sequi filium, qui exiuit Capuam, vel alio modo nō fuit in mora, quominus staret cū filio, debetur ei omni anno legatum.

hæres meus ducēta[a] dato. filius à matre migrauit.[b] Si ambo Capuæ habitassent: legatum matri debitum iri putaui, quāuis vnà[a] non habitassent.[c] Sinautem in aliud municipium transissent: vnius tantummodo anni debitum iri, quo vnà habitassent, quantolibet tempore,[d] Trebatius ait. Videamus an his verbis, dum cum filio meo Capuæ erit, non cōditio significetur, sed ea scriptura ꝑ supuacuo debeat haberi. Quod nō probo. Sinautem per mulierem mora nō est, quò minus cum filio habitet: legatum[*] ei deberi.

Qui non potest emere quod testator iussit, tenetur ad æstimationem. Bar.

Si ædes,[e] alienas ut dares, damnatus sis, neque eas vlla cōditione emere possis: æstimare iudicem oportere, Atteius scribit, quāti ædes sint, vt pretio soluto hęres liberetur. Idemque iuris est, & si cum potuisses emere,[f] † non emeris.

Ratione aditus indicatur de cœnaculo cuicedat. Bar.

Labeo lib. Pithanon: Paulo epitom. XXX.

SI cui ędes legatę fint: is oē habebit id ædificium,[*] quod supra solum earū ædium erit.[g] Paulus. Hoc tunc demū falsum est, cum dominus binarum ædium aliquod conclaue, quod esset supra concamerationem alterarum[h] ædium, in vsum alterarum cōuertit, atque ita his vsus fuerit: namque eo modo alteris ædibus id accedet,[i] al teris decedet.

Prælegata non veniunt in substitutione vulgari. Bar.

Scę. lib. xiiij. Dig. XXXI.

SExtiam filiam ex quadrante, ex reliquis Seium, & Marium sororis filios scripsit hæredes: Sextiam substituit[k] Mario, & Marium Sextiæ. dedit autem per præceptionem Mario[l] certas species. Marius partem hęreditatis ex qua scriptus erat omisit: & eo intestato defunctō bona eius ad fratrem legitimū Seiū deuoluta[*] sunt.

Glossa:

per prædicta autē apparet quod dicta verba, dū eū filio meo Capuæ erit, &c. non habentur pro supersluis: imo habēt aliā conditionem. Viuia.

a Ducenta. Scilicet singulis annis.

b Migrauit. Id est, recessit.

c Non habitassent. quia stetit per filiū.

d Quantolibet tempore. Quāto tēpore habitare sufficit pato boni viri arbitrio committi. Vel dic, quod etiam si mini ma parte anni habitauerit, deberet habere, ꝑ totum: ut j. de annu leg. l. à vobis. & l. in singulis. & facit j. de alim. leg. l. Caio. §. Imperator. & l. Stichus. §. fi. & C. de leg. l. 1. & j. tit. 1. l. Mæuia. §. pen. & fin. & l. annua. & j. de auro, & arg. leg. l. Titia. & j. de condit. & demonstr. l. si quis ita.

e Si ædes. CASUS. Instituì mihi hæredem, & rogaui eum, quod daret Seio ædes Caij, certe siue Titius hæres potuit emere dictas ędes à Caio, & non emit, si ue nō potuit emere: dabit initium pretium ædium Seio legatario, & erit ab eo liberatus. Viuianus. Si ædes. Illa conditione, quod dominus non vendat, vel pretio immodico: vt supra eod. l. non dubium. §. fins.

f Potuisses emere. Pretio immodico, nō iusto. Sed quid si iusto potuisti prius emere pretio: nūc autē dominus nullo modo vendere vult? dico te nō liberari præstādo iustam æstimationem: ut probatur j. ad le Fal. l. cū pater. §. fi. & l. leg. & s. de in lit. iur. l. 1. & facit ad hoc, q detur æstimatio. s. tit. 2. l. sed si res. & l. filius fa. §. si quidē. & l. apud. §. fi. & l. seq. & C. de fideicom. l. prædia. s. ti. 1. l. mortuo. §. 1. & l. codicillis. §. insulam.

SI cui. CASUS. Legaui Titio ædes meas Titianas. certe habebit Titius omne ædificium, quod supra solum earum Titianarum ædium est. istud tamē fallit in hoc casu, pone q habebam ædes Titianas, & Seianas. & supra concamerationē Titianarū erat quoddam conclaue, id est quidam locus tutus: sicut videmus de facto, quia ciuis aliquis duas domus habet coniunctas, puta Titianas, & Seianas. & in Titianis moratur in inferiori earum parte: & Seianas locat scholaribus cum superiori parte Titianarum: & ita scholares habent aditum de ædibus conductis, scilicet Seianis in partem superiorem Titianarum, his Titius legauit Titio dictas ædes Titianas, quæ habent supra se dictum conclaue certè remanebit conclaue ad usum ædium Seianarum. Viuia.

g Aedium erit. Nā quicquid est inædificatum, solo cedit: ut instit. de rer. diui. §. cum in suo. & nulla cohæret solo superficies, vt & infra de act. & obl. l. obligationum fere. §. placet.

h Alterarum. Legatarum.

i Accedet. Quibus legatis conclaue debetur ex uia testatoris, nempe ex vsu testatoris eius voluntas quandoq colligitur: vt j. de vsufruct. leg. l. damnas. §. fi. & j. eod. l. tetuus legatus. & supra i. sec. ven. l. testatrix. Item quod hic dicit, est verum, non solum si cōtignatio, quę conclaue sustinet, oriretur ex parte illarum ædium, in quarum vsum conuersum erit, sed & si contignatio tota in aliarum ædium pariete deberetur j. de damn. infect. l. pen. s prin. & §. 1. & facit infra eod. l. prędijs. §. balneas. & §. fin.

SExtiam. CASUS. Ego habens filiam nomine Sextiam, & duos nepotes ex sorore mea scilicet Seium, & Mariū, filiam mei hęredem Sextiā in tribus vncijs hęreditatis meę, & Seiū & Marium in residuo. & Mario prædicto prælegaui codicem, & digestum meum, & postea Marium, & Sextiam adinuicem substitui: & Marius me mortuo omisit suam partem hæreditatis meæ, & postea ab intestato decessit. vnde bona sua peruenerunt ad dictum Seium fratrem sui, venit mō Sextia. & vult habere ex substitutiōe non solum partem hæreditatis Marij, in qua ego eum instituissed & codicem, & digestum, quæ ei prælegaui. Et respondetur hic quod dicta prælegata habere non potest. Viuianus.

k Substituit. Scilicet vulgariter.

l Mario. Scilicet soli. exterum si inter diuisiōis, id est, si singulis prælegasset res certas, secus contingeret: ut supra titulo secundo. lege, quid ergo si ita. R. Hug. & Azo. & facit supra titulo secundo. lege, qui filiabus §. finali. & lege sequenti. & lege filio. & infra de iis quib. ut in dignis. lege eum. §. penultimo. & infra eodem. lege, si Titius. & C. de legatis. lege, cum responso.

Marginalia:

* Pro huius aduerbii significatu, Mād. in glo. Facul. §. & in ipsa. in verū. vnà.

* Aliàs, ꝑ supuacua.

* Aliàs, legata.

† Cōcor. c. nō remittit ꝑmissā diā soluenda sunt. de reg. ipse diā iteque ter sūā mutat iniam sicut scripture idē cal 12. q. 4.

* In P. Fl. quod solū earum ædium erit.

* De bonis, successiōe, hæreditate, & aliis deuolutis, Mando. sug. 4. com. 1 ꝟ. deuolutæ.

Non

a Non esse. Hoc in substitutione vulgari, in fideicommissaria autē dic vt C. de fideicom. l. cum virum. & in ff. ad Trebel. l. Marcellus. §. pen.

Vxori. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium, & vxori suæ Titij legauit pone victum, & vestitum, & domus eam partem, in qua morari consueuerunt. quæritur, an ea tantummodo cubicula videatur ei legasse, in quibus eā ea dormire cōsueuerat, an vero omnem eam partē domus, i qua morari cum familia sua consueuisset? Et dicitur, quod omnem partem domus videtur vxori legasse, in qua morari cum familia sua cōsueuisset. vnde si totam domū in vsu habebat, totam videtur vxori legasse, si de ea aliquid alicui alij non legauit.

Vxori suæ. Titius instituit sibi hęredē Seium, & vxori suæ legauit pone victum & vestitū: & postea ita dixit, vxori meæ quicquid viuus ei dedi, donaui, vsibus ve eius comparaui cōcedi volo. facto testamento donauit vxori suæ prædictæ vnū equum, nunquid equum videtur ei concessisse per dicta verba testamenti? Et dicitur quod nō: quia dicta verba testamēti fuerunt de præterito, & non de futuro. & ut hic casus nō videatur tibi derisorius, videas legem ff. de leg. j. l. si quando. quam nō habes hic in glossa.

Cum Seius. Titia vxor Seij obligauit ornamentum suum Caio pro centum aureis. venit postea Seius maritus eius, & soluit Caio creditori centum aureos. & luit ornamentum vxoris, & restituit vxori. postea hic Seius maritus fecit testamentum: & vxori suæ prædictæ legauit quicquid ad Caium creditorem in stipulatum eius concessit: & hoc amplius vicenos aureos annuos. quæritur an dictos centum aureos, quos soluit maritus pro vxore creditori, hæredes viri ab vxore, vel ab hæredibus vxoris repetere possint? Et dicitur, quod si vir soluit creditori uxoris causa deferendæ donationis in persona uxoris, & hæredes uiri repetant ab uxore, uel ab eius hæredibus, & exigant dictos centum aureos, tenebuntur eos ei restituere ex causa fideicommissi. sed & si uxor, uel hæredes eius nolunt restituere hæredibus uiri: & postea ex causa fideicommissi repetere, sed apponere uolunt exceptionem contra hęredes uiri, benè possunt hoc facere. quod autem uir uoluerit donare uxori dictos centum aureos, quos soluit creditori vxoris, vt dictum est, debet præsumi, nisi ab hæredibus viri contrarium probetur, id est, quod vir noluit donare: quo casu tenebuntur hæredes viri ex fideicom. non autem exceptione repelluntur ab vxore, vel hæredibus vxoris. Viuia.

Quæsitum est, an Sextia ex substitutiōe etiā hæc, quæ prælegata Mario erant, iure substitutionis à legitimo hęrede defuncti sibi vindicare possit? Respondi, secundum ea, quę proponerentur, Sextiam in legatis, quæ Mario data essent, substitutam nō esse. a

Ibi dicitur quis morari, vbi cum familia sua moratur. Bar.

Idem libro xv. Digestorum. XXXII.

VXori suæ inter cætera ita legauit. Et domus eam partem, in qua morari consueuimus. Quæsitum est, cùm tam testamenti faciendi tempore, quàm mortis, totā domum in vsu habuerit, nec quicquam ex ea locatum: b an ea tantummodo videatur legasse cubicula, c in quibus dormire consueuerat? Respondi eā omnem partem, in qua morari cum d familia e sua consueuisset.

Verbum præteritum licet alias porrigatur ad futurum, non tamen porrigitur ad ea, quæ à iure communi exorbitant. Bartolus.

Vxori suæ inter cætera ita legauit: Vxori meæ quicquid viuus dedi, donaui, vsibusve eius comparaui: cōcedi volo. Quæro, an quod post testamētum factum ei donatum est, id quoq; concessum videatur? Respōdit, verba quæ proponerentur, f nihil pro futuro tēpore significare. Cùm Seius pro vxore centum aureos creditori soluerit, & ornamentum pignori positum g luerit: postea autem testamento facto vxori suæ legauit quicquid ad eum, h in ve stipulatum i eius cōcessit, k & hoc amplius vicenos aureos annuos: quæsitum est, an hos cētum aureos hęredes viri ab vxore, vel hæredibus eius repetāt? Respondit: si l donationis causa creditori m soluisset, n teneri hæredes ex cā fideicommissi, o si repetant: atq; exceptione etiam petentes submoueri: quod præsumptum p esse debet, nisi contrariū ab hærede approbetur.

In legato nominis continetur debitum, & vsura. Bar.

b Locatum. Scilicet alij.

c Et cubicula. Quod est infra.

d Morari. Id est, habitare.

e Cum familia. Non ergo horrea aut penus continebuntur relicta: sed tota alia domus cōtinebitur, si totam cum familia habitationem occupabat. nec enim de una parte magis posset dici, quam de alia. & ita propter incertitudinem nomine partis t continebitur tota, sicut in figura synecdochæ, secundum Roge. dicitur. & facit C. de hæred. institu. l. 2.

f Proponerentur. A quibus non receditur, nisi appareat testatorem contrarium sensisse: vt infra eo. l. Iulianus. §. fina. & l. non aliter. Sed contra ff. tit. t. l. cum pater. §. fideicōmis. & facit ff. de vsu & habit. l. si ita. §. licet. Sol. ibi. Item cōtra ff. tit. t. l. si mihi. §. fin. & l. talis. in fi. Sol. vt d. l. talis. in fi. Item contra ff. de ali. leg. l. Mela. §. 1. Solut. hic in præteritū loquitur, vt euidenter apparet. & facit ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius.

g Positum. Ab vxore.

h Ad eum. Scilicet creditorē vxoris R.

i In stipulatum. Talis est litera Py. & ponitur, vel pro etiam: & dic in stipulatum, id est, in eius stipulationē vel obligationem soluendam.

k Concesserit. Pro sua vxore. R.

l Si. Id est, quamuis. a Acc.

m Creditori. Scilicet vxoris.

n Soluisset. Scilicet vir.

o Fideicommissi. Nulla enim fuit donatio, sed specialiter potuit confirmari: vt C. de donat. inter vir. & vxorem. l. antepen. si verò tenuisset donatio nulla esset cōfirmatio. vt supra titu. 2. l. si quando. & infra de lib. leg. l. peritor. Azo.

p Quod præsumptō. Scilicet vt sit donatio, ideo quia sic dixit, quicquid concessi pro uxore, ad eius obligationem soluendā, do lego. nisi. n. vellet innuere quod donasset, nō posuisset illud verbum concessi: quia ibi soluisset pro ea, vt eam obligaret. est enim contra. C. de dno. l. donatio. sic ergo pro alio statut verbo eius: vt & sup. ad

t Imò partis appellatione in dubio ueniret dimidia. l. nomē filiarū §. portionis, & l. recté §. fin. ff. de uer. sign. M Sd. qo. te. nu. a. sup 33. Regu. hic uenit pars minor, uel maior, seu tota, ppter demōstrationē, q̄ sumitur vel his uerbis, in qua morari consueuisset.

t Mādo. in §. si ex præcepto; & ibi quot aliis etiā modis si ponatur I Glo. Faco.

ad Sylla.l.1.in fin. R. Azo. ideo præsumitur donatio, quia erat vir nobilis, & diues : ut s. de dona. inter vir. & vxor.l. vtrum. Alij aliter dixerunt:ut not.C. de don. inter virum & vxorem.l.si filij tui. H.& facit s.de iure do. l. cum post.ptimo responso.

visit, & dicto suo filio omnium rerum suarum administrationē concessit. filius aūt ante mortem dicti testatoris procurauit negotia patris bene per decem annos,& contra vete:em consuetudinem dicti testatoris suique patris, quia per eum patrem calendarium exercebatur, multos nouos debitores fecit, & omnes in dicto calendario scripsit : quibus nouis debitoribus amplas patris pecunias mutuauit. Item & veteribus patris debitoribus, qui erant in calendario scripti,& qui paruam debebant pecuniam, magnam pecuniæ quātitatem mutuauit. & eos postea in Calendario scripsit, & ista fecit ideo, vt viginti nominibus ferè omnis substantia in Calendario scripta contineretur: vt sic eligendo ipse filius viginti nomina, quæ vellet ex Calendario secundum præceptionem sibi a patre datam, haberet ipse quasi totam substantiam patris, & cohęredes sui haberent quasi nihil.modo quæritur nunquid debeat ei dari præceptio siue electio eorum nominum,quæ ipse fecit? Et dicitur quod non,imo eorū tantū, quæ testator habuit in calēdario tempore facti testamenti. & sic frans sua nihil ei proderit. Vivianus.

Nomen. CASVS. Titia in Italia existens habebat multos debitores in prouincia : inter quos erant hæredes Caij Seij : & habebat actores, siue castaldos suos in prouincia prædicta, qui procurabant dicta debita.hæc Titia fecit testamentū, & legauit Titio vnum equum: & vnam domū pone. & postea ita dixit, Titio prædicto hoc amplius dari volo decem, quę hæredes Caij Seij mihi debent: aduersus quos hęredes Caij Seij ei Titio actionē mandari volo: eiq; Titio eorum hæredem Caij Seij pignora tradi volo: quæritur, vtrum hæredes testatricis prædictę decem tantum dare debeant Titio, an totum debitum. & in vsuras debeant Titio mandata actionem. Et dicitur. quód videtur legata Titio vniuersa eius nominis obligatio. Sed pone,q dicti castaldi, qui erant in prouincia, traxerūt rationem cum dictis hæredibus Caij Seij de vsura dictorum decem aureorum. & cepit usura alios decem aureos: & illos decem aureos nomine vsurarum stipulati sunt ab eis hæredibus Caij Seij ignorante dicta testatrice. nunquid per verba supradicta dictæ testatricis videātur hæc decem, quę sunt vsura legata Titio? Et dicitur quod sic. Vivianus.

Idem libro xvj. Digestorum XXXIII.

Nomen debitoris in hæc verba legauit, a Titio hoc amplius dari volo decem aureos, quos mihi hęredes Caij Seij debent : aduersus quos ei actionem mandari volo: eiq́ue eorundē pignora tradi. Quæro vtrum hæredes tātum decem b dare debeāt? an ī omne debitū, hoc est, & in vsuras debeant mādare? Respōdit, videri vniuersam eius nominis obligationē legatam. Itē quæro,cū ignorante matrefamilias c actores in ꝓuincia adiectis sorti vsuris, decem stipulati sint : an ex causa fideicōmissi suprascripti etiam incrementum huius debiti ad Titiū ꝑtineat? Respondit, pertinere. d

Verba futuri temporis, propter fraudem hæredis trahuntur ad tempus testamenti. Bart.

Filio e ex parte hærede scripto pręceptionem dedit f inter cætera his verbis : Titio filio meo nomina ex calendario g q̄ elegerit h filius meus sibi, viginti i dare damnas sunto k sine dolo l malo. eidem filio viuus omnium rerum suarum administrationem permisit : qui post testamentū factum ante mortem patris annos m decem, quibus ꝓcurabat patri, contra veterem consuetudinem n patris, qua calendariū exercebatur, nouos debitores amplarum pecuniarū fecit, & in priores, quos pater exiguarū fortunarum habebat, maius creditum contulit ad hoc, vt viginti nominibus prope o omnis substantia p calēdarij esset. Quæsitum est, an huic filio eorum nominū, quæ ipse fecit, præceptio permittenda esset? Respondit, ex iis electionem habere, quæ testamenti tempore q testator in calen

a Legauit. Quędam mulier.
b Tantum decem. Quasi diceret non vsuras.
c Matrefamilias. Quę legauerat Titio x. vt dictum est.
d Pertinere. Facit s.ti.2.l.seruum filij.§. eum qui chirographum. & j.de lib.leg.l. Aurelius.§.1.& 2.& l.creditor.§.pe. & s.qui pot.in pig.hab.l. Lucius.

Filio ex parte. CASVS. Seius habebat multos debitores,quos omnes habebat in quaterno quodā scriptos, in quo quaterno ponebat ea quę mutuabat & ea quę, a debitoribus recipiebat: & illum quaternū calendariū appellabat. hic Seius fecit testam. & instituit sibi hęredem filium suum Titium,& duos alios pone, & dicto suo filio Titio multa legauit : & inter alia quæ ei legauit, pręceptionem siue prelegatum dedit ei his verbis, damno cohęredes mei filij Titij dare ei xx. nomina quę elegerit dictus meus filius ex calendario meo sine dolo. facto hoc testamento non decessit incontinenti dictus testator, imò magno tempore

e Filio. Datiui casus.
f Dedit. Testator.
g Ex calendario. Quid sit hoc, dic ut j.e.l. qui filium.
h Elegerit. Scilicet ipse filius. & hoc verbum futuri temporis facit pro eo filio.arg. s.tit. 2.l.cum pater.§.si dei tuæ.sed alia hic repugnant.
i Viginti. s. nomina.id est, viginti personales actiones contra debitores.
k Sunto. s. vos omnes mei hæredes, quo casu deducta sua parte cohæredes dare debent : ut s.titu. 2.l. ab omnibus.§. si Titio.
l Sine dolo. Hæc oratio & cum superioribus, & inferioribus melius legi potest.
m Annos. Subaudi,per. Accur.
n Consuetudinem. Ergo & contra voluntatem : nisi contrarium sit liquidum. nimirum ex co nsuetudine viuentium, & eorum morientium voluntates præsumuntur: ut s.tit.2.l.si seruus plurium.§. fi. & j.eod. l. nummis.& j.de aur.& arg.leg.l.inter vestem.
o Prope. Id est, fere.
p Omnis substantia. Ex hoc quod fere omnis substātia in calendario erat, dolus præsumitur : ut j.quæ in frau.cre.l.omnes. §. Lucius.
q Quæ testamenti tempore. Sic j. de auro,& arg. leg. l.medico.

l.medico.ſed contrariũ ℸ.de opt. leg.l.ſi. Sol. hic præter rigorem verborum quibus in legando fuit pater uſus recte objiciebatur & cauſa tranſcurſus temporis, & dolus ſuus, & patris conſuetudo, contra quam filius nomina ampliauerat, & ſic etiam ſoluit contra ℸ.de alī.leg.l. Mela. §. 1. quæ eſt contra. & ℸ. de lib.le.l.ſi.ſi ſed dicas ibi tunc id eſt, tempore mortis. ſed ſi dicas tunc, id eſt, tempore teſtamẽti, concordat.

dario habuit.

Legatarius hæreditatis non tenetur ad onera, niſi inquantum vel fuerint onerati per teſtatorem deſtinatæ. Bart.

Vni ex hæredibus per præceptionem reliquit [a] ea quæ ex patrimonio uiri ſui Aretonis ei ſupererant: eiusque fidei commiſit, hæc eadem reſtituere pronepoti, cũ erit annorum 16. in quibus hęc uerba adiecit. Itẽ rogo, uti reliquum æs alienum quod ex bonis Aretonis [b] debetur, omnibus creditoribus ex redditib⁹ eorũ bonorum ſoluas, reddas, ſatisque facias. Quæſitum eſt, an ſi probauerit hæres, non ſufficere redditũ bonorum ad totius debiti ſolutionem, nihilominus tamen ipſe debeat agnoſcere on⁹ æris alieni? Reſpondit manifeſtè ꝓponi, ex redditibus bonorum eorum iuſſum, alienum æs non de proprio [c] exoluere.

Verba ad declarationem appoſita non debent diminutionem inducere. Bart.

Pater filio, & filia hæredibus ĩſtitutis, cum ſingulis certa prædia & calendaria prælegaſſet [d] ita cauit: A te autem fili chariſſime peto, quęcũq; legaui, præſtari volo: & ſi quid euenerit æris alieni, quod in tempus pro mortuo acceperã, & debuero, a te ſolui uolo: vt quod ſorori tuæ reliqui, integrum ad eam pertineat. Quæſitum eſt, an quod ex quacunq; [e] cauſa debuit pater, a filio ſit præſtandum? Reſpondi, poſſe filiam ex fideicommiſſo conſequi† vt releuareẽ [f] quò magis integrũ quod teſtator dediſſet, ad eam perueniat.

Si hæres eſt iuſſus rem alteri comparare: poſt moram poteſt ad æſtimationem conueniri. Bartolus.

Idem libro xvij. Digeſtorum. XXXIII.

PAtronus liberto ſtatim [a] tribum [g] emi petierat. [h] libertus din morã [i] ab hærede patroni paſſus eſt: decedens hr̃dẽ reliquit clariſſimũ virum. Quæſitum eſt

Vni ex hæredibus. CASVS. Titia virum habuit nomine Aretonẽ: qui maritus eam hæredem inſtituit. ipſa autem multa expendit de hæreditate uiri, ita quod non remãſit ei forte ultra centũ libras de eius hæreditate. poſtea fecit ipſa teſtamẽtum: & inſtituit ſibi tres hæredes pone: & vni dictorũ ſuorum hæredum reliquit per pręceptionem ea, quę ſupererãt ei teſtatrici ex patrimonio dicti ſui uiri, & eiuſdem hęredis fidei cõmiſit, ut pręcicta, quæ ei ſupererant, reſtitueret cuidam pronepoti ipſius teſtatricis, cum ipſe pronepos erit xvj. annorum. Item adiecit hæc verba dicta teſtatrix, item rogo te hæredem meum, cui prælegatũ prædictum dedi vt reliquum æs alienum, quod debetur creditoribus ex bonis dicti mei viri, ex redditibus eorũ bonorum, quæ ſupererant mihi de bonis dicti mei viri, interim donec ueniat annus ſexdecim dicti mei pronepotis, ſoluas, & ſatisfacias. veniunt modo mortua teſtatrice creditores dicti ſui uiri, & petunt ab iſto teſtatricis hærede: cui ipſa taliter prælegauit, ut dictum eſt, ut ſecundum præceptum teſtatricis ei ſoluat creditum eorum: & dicunt quod ipſe tenetur eis in totum ſatisfacere debitum. non ſolũ de redditu dicti prælegati, ſed etiam de bonis teſtatricis & de bonis ſuis hæredis. hæres autem prędictus allegat ſe non teneri, niſi ſecundum redditum, qui exiuit de dicto prælegato à tempore mortis teſtatricis vſq; ad 16. annos pronepotis prędictę teſtatricis: & probat dictus hæres per teſtes, quod dictus redditus prælegati nõ ſufficit ad prædictorum creditorum ſolutionem. quæritur quid iuris ſit? Et reſpondetur, quod dictus hæres nõ tenetur ſoluere dicta credita, niſi ex dictis redditibus dicti prælegati: & non de bonis dictæ teſtatricis, neque de ſuis. Viu.

[a] Reliquit. Scilicet teſtatrix.

[b] Aretonis. Proprium nomen viri.

[c] Non de proprio. Ipſius teſtatoris: aliàs multo minus de proprio hæredis.

Pater filio. CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredes filium ſuum Seiũ & filiã ſuã Teucarã: & cuilibet eorũ prælegauit certa prædia, & certa calendaria: & poſtea in eodem teſtamẽto ita dixit: à te aũt Seio filio chariſſimo peto ut præſtes quęcunque legaui alicui, uel aliquibus: ut ſi quid euenerit æris alieni, id eſt, ſi quid pro tempore præterito mutuo accepi, & debui, a te ſolui uolo: ut quod ſorori tuæ reliqui, integrũ ad eã pertineat: quæritur nunquid oĩa legata, & debita teſtatoris ſolus dictus filius debeat, ita quòd ſoror integrã habeat ſuã partem? Et dr̃ ꝙ ſic, & h.d. Viu.

[d] Prælegaſſet. Id eſt per diuiſionem aſſignaſſet.

[e] Ex quacunque, &c. Scilicet etiam extra mutuum, &c.

[f] Releuareẽ. Pro filia erat, quia dixit æris alieni. Itẽ quod dixit debuero: ideo integrũ ad eam: ſed cõtra eam, quia ſpecificauit mutuũ. dic ergo, releueẽ. ſ. ab ꝯ ære alieno, & non a mutuo tantũ: licet ipſum ſolũ fuerit nominatũ. & facit ĩ. ſi. certi. l. ſi filia. §. idẽ pa. & ĩ. tit. 2. l. ſeruo legato. §. 2. & ſi ea filius nominarat, & alij legarat. ut ĩ. eo. l. fideicommiſſa. §. interdum, &c.

PAtronus. CASVS. Titius fecit teſtamentum: & iuſſit hæredibus ſuis, ut liberto ſuo Sticho emerent tribũ. i. progeniem quandam ſeruorũ quã habebat quidã eius uicinus: ſtatim poſt mortẽ ſuã patroni mortuo, dicto patrono hæredes ſui fuerunt in mora emendi dictã tribũ liberto prædicto. poſtea libertus deceſſit, & habuit hr̃dẽ quendã urũ. nõ facio uim utrũ fuerit vir clariſſimus: vel non. modo quæritur, an æſtimatio dictæ tribus hæredi liberti debeatur, cum diſperſa fortè ſit tribus? Et reſpondetur ꝙ ſic. Itẽ quæritur an cõmoda, & liberalitates, quæ eſſent collatæ aliqbus de ſeruis, quia erãt in dicta tribu, quas libertus ex dicta tribu uſq; in diem mortis ſuæ conſecutus fuiſſet ſi dicta tribus eſſet ei cõparata ſtatim mortuo teſtatore: an verò viuręæſtimationis tribus hæredi eius liberti debeantur? Et dr̃ ꝙ quicquid ipſe libertus conſecutus eſſet, ad hæredem ſuum tranſmittit. Viu.

[g] Tribum. Id eſt, progeniem ſeruorum, ſicut dicimus ex tribu Neptalim, &c. Accur.

[h] Petierat. Ab hærede, &c.

[i] Moram, &c. Quia potuit hæres ſtatim tribum emere, &

† Cõcor. c. abbate. §. contra. quod ibi ꝓfecto ſic intelligenda ſunt illa verba, ut res de qua agitur ualere poſſit potius ꝗ perire. & gloſ. in verſ. poti⁹ eẽ de uer. ſign.

* Alc. li. 1. parerg. c. 16. porro tribum emi ut & militiã dicebãt, cũ qs in tribũ, uel militiam aliquo dato cooptabatur. ca. 7. xj. & olĩ. C. de proxi. ſa. ſcri. & cõſtit. noue. 57. & 97.

re, & non fecit.

a Deberi. Sed quare non ipsa tribus? Respondi. quia certe personæ, vt liberto voluit emi, sed propter morā debetur æstimatio. & facit s.ti.2.l. Titia Seio, in princ.

b Consecuturus. Et hoc propter moram hæredis: vt s.ti.2.l. qui solidum. §. etiam. & l. si quis seruo. & s.tit.2.l. apud Iulianum. §. ipsius. & l. quæsitum. §. fina.

an tribus æstimatio hæredi eius debeatur? Respondi deberi. a Itē quęsitum est, an & commoda, & principales liberalitates, quas libertus ex eadem tribu vsq; in diē mortis suæ consecutu-rus fuisset, si ei ea tribus secundum voluntatem patroni sui tunc comparata esset: an verò vsuræ æstimationis hæredi eius debeantur? Respondi quicquid ipse consecuturus b esset, id ad hæredem suum transmittere.

Dictio vsque, quando ponitur ad determinandum prædia discriminas, ponitur inclusiue. Bart.

Sempronio ita legauit, Sempronius sumito prædia ea omnia, quæ sunt vsque c ad prędiū, quod vocatur Gaza in finibus d Galatiæ, sub cura villici primi, ita vt hæc oīa instructa sunt. Quæsitum est, cum in eodem confinio prædiorum vnum sit prædium, non in Galatiæ, sed Cappadociæ e finibus, sub cura tamen eiusdem villici: an etiam id prædium cum cæteris ad Sempronium pertineat? Respondi & hoc deberi. f

Error regionis non nocet, si de corpore constat. Bar.

Sempronio. CASVS. Titius testator ita Sempron. legauit: Sempronius sumito prædia mea omnia, quæ sunt vsque ad prædium quod vocatur Gaza sub finibus cuiusdā prouinciæ, quæ vocatur Galatia, & sub cura villici mei, qui vocatur primus ita sumito dico dicta prædia sicut ipsa omnia instructa sunt. modo inuenitur vsque ad prædium Gaza vnum prædium positū in finibus Cappadociæ, non autē Galatiæ, & sub cura dicti villici primi: quæritur nunquid illud prædium pertineat ad Semproniū cum aliis prædiis: licet sit in eo erratum quantum ad fines Galatiæ? Et dicitur quod sic. Viu.

c Vsq; Inclusiuè. 1

d Finibus. Sub. positum in eodem, extra prædium quod vocatur Gaza.

e Cappadocię. Quæ ipsa sit circa Galatiam.

f Et hoc deberi. Quasi n̄ noceat falsa demonstratio. vel quia in finibus sit erratū: vt j.§.j. & j. eod.l. prædiis.§. Titio. & §. fin. & j. de reb. dub. l. pen. & C. de leg. l. si Fortidianum. & de test. l. si in nomine.

1 Cōcor. glo. in c. si gratiose. ex̄ de resc. li. 6. in c. j. I vers. vsq; de ord. ab epis. pdictiōe vsq; Curt. Iun. consi. 20. nu. 2.

Libertis. CASVS. Titius testator ita dixit: volo dari Pamphilo, & Sticho libertis meis fundum Trebatianum: qui est in regione Arelatia, item fundum Satrianum. qui est in regione Niphana cum taberna, quę est in dicto fundo Satriano: mortuo testatore inuenitur quidā fundus nomine Satrianus inter fundos quos supra legauit dictus testator: non est tamen in regione Niphana: quæritur nunquid libertis prædictis debeatur dictus fundus, quamuis in regione designanda lapsus sit testator? Et dicitur quod sic, si de eo legando sensit testator. Viu.

g Lapsus esset. Sic supra proxi.§. cum suis concor. & supra titu. 2. l. 4.

Codicillis. CASVS. Titius fecit testamentum: & in eo confirmauit codicillos, si quos postea faceret: & postea fecit codicillos: & in eis ita cauit, Tyburtibus municipibus meis, quos valde diligo, scitis, siue sciatis vos hæredes mei, me legare balneum nomine Iulianum domui meæ iunctum, ita vt publicè decē mensibus totius anni pbeatur gratis sumptu hæredum meorum & diligentia: mortuo dicto Titio, quæstio fuit inter municipes & hæredes Titij. nam municipes volebant, quod hæredes Titij facerent sumptus non solum ad calefaciendum, & præbendum balneum, sed etiam ad reficiendum balneum: hæredes autem nolebant sumptus facere, nisi ad calefaciendum, & præbēdum: quæritur quid iuris sit? Dicitur quod municipes habent ius. Viu.

Libertis, quos nominauerat, ita legauit, fundū Trebatianū, qui a est in regione Arelatia, itē fundum Satrianum, qui est in regiōe Niphana, cum taberna dari volo. Quæsitum est, cum inter fundos, quos supra legauit, sit quidam fundus vocabulo Satrianus, in regione tamen Niphana non sit: an ex causa fideicommissi libertis debeatur? Respondi: si nullus esset Satrianus in regione Niphana, & de eo sensisse testatorem certum sit, q alibi esset, † non idcirco minus deberi: quia in regione designanda lapsus esset. g

Legato vsu balnei, videntur legata omnia necessaria ad balneum. Bart.

Codicillis cōfirmatis h ita cauit: Tyburtib municipibus meis a amantissimis, quod scitis, balneum Iulianū iunctum domui meę, ita i vt publicè k sumptu hrēdū meorū, & diligētia decē mēsibus totius anni pbeatur gratis. Quæsitum est, an & sumptus refectionibus necessarios hæredes pstare debeāt? rn̄di secundū ea q̄ proponerent, videri testatorē, & sup calefactionis, & prębitiōis onus de iis quoque sensisse, qui ad quotidianam tutelā pti-

a In P. Fl. in regiōe Atellata.

† Conco. gl. in vers. putabat. ibi, si quis aūt erat I pprio nomine dum tñ certum sit de quo cōsentiat, hoc nōo. ficit. § itē si qs. 19. q. prima.

a In P. Fl. amantissimisq; scitis balneū Iulianum &c.

h Codicillis confirmatis. Testamento: quod erat olim op'; si fierent post testamentum: hodie vero non: vt institutio. de codicillis. §. 1. Acc.

i Ita. Scilicet lego vt &c. & sic not. viu Balnei legato, & ad id necessaria legari videntur.

k Publicè. Id est in publico sumptu hæredum &c.

Apud Scæuolam. CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem quendam extraneum, & filium suum proprium exhæredauit, & legata dedit quibusdam: & postea ita dixit in eodem testamento. Si contingeret aliquo modo testamentum meum rumpi, & ita me intestatum remanere: lego ab eo qui erit mihi hæres ab intestato decem Seio, & viginti Sempronio. Mortuo dicto testatore filius suus prædictus egit querela inofficiosi testamenti, & fecit rumpi testamentum: & habuit hæreditatem patris ab intestato, Nunquid tenetur ad præstanda legata relicta ab intestato? Et dicitur quod non: quia nec aliud aliquid valet quod pertineat ad suprema iudicia eius, cuius testamentū per querelam ruptum est, quasi testator fuerit

rit furiosus: creditur enim furiosus fuisse, qui filium exhæredauit. Viuianus.

a Data. Id est relicta. & facit supra de inofficio. testamen. l. Titia. & l. Papinianus. §. finali. & quod nota supra eodem. l. secunda. & facit C. de fideicom. l. quidam. & supra. tit. secundo. l. antepenult.

*Balineę, id. P. Flo.

neant, quibus, b balneæ aut instruantur, aut deni que inter solitas cessatio num vices parari, purga riq; vt habiles ad lauandum fierent, sint solitæ.

Rupto testamento per querelam, non præstantur legata, nec si ab intestato fuerant repetita. Bartolus.

a Apud Sceuolam libr. xviij. Digestorum Claudius notat: Nec fideicõmissa ab intestato data a debentur ab eo, cuius de inofficioso testamento constitisset: quia crederetur quasi furiosus testamentum facere non potuisse. ideoque nec aliud quid pertinens ad suprema eius iudicia valet.

Simon tenet legatum, nec onus fideicommissi adiectum. Bar.

Scæuola libro xviij. Digestorum. XXXV.

Cum quis decedens Seiæ matri b fundum, c qui proprius matris erat, legauerat, ab ea petiit, vt eundem, cùm moreretur, Flauiæ Albinæ coniugi suæ restitueret: post mortem testatoris mater apud magistratum professa c est, nihil se aduersus voluntatem filii sui facturam: paratamque, se fundum Flauiæ Albinæ tradere, si sibi annua bina d præstarentur redditũ nomine: sed neque possessionem tradidit, neque annua bi

CASVS. Vm quis. Titius habebat matrem Seiam, & vxorem nomine Flauiam Albinam. dictus Titius decedens dictæ suæ matri legauit fundum, qui erat proprius ipsius matris, & ab ea matre petijt, ut cum moreretur ipsa mater restitueret dictum fundũ dictę uxori suæ: mortuo dictu testatore mater dixit coram iudice, q̃ volebat facere illud, q̃ dixerat testator: & quod volebat tradere dictum fundũ dictæ vxori filij, si sibi matri præstarentur reddituũ nomine binæ libræ singulis annis, donec moreretur ipsa mater: possessionẽ autem fundi non tradidit dictæ vxori filij: nec dictas binas libras sibi ea accepit mater. nunc autem volebat mater vendere alicui dictum suum fundum. nun quid potest hoc facere? & videtur q̃ non propter confessionem supradictã, quam coram iudice fecit: tamen respondetur quod bene potest vendere. nam legatum sibi relictum à filio de dicto suo fundo nihil valuit: nec potuit filius eã grauare de restituendo uxori, cum nihil aliud matri reliquerit. Viu.

*In P.F. caput est separatũ à præcedenti.

*In P. F. constituisset.

*Sic in P. Fl. Haluã. autem legit, qui prius mater erat.

b Seiæ matri. aliàs suæ matri.

c Professa. At hinc quæstio oriebatur: & pro hoc s. de test. tut. l. ex sententiis. & infra de falsis. leg. vxori. §. primo. quæ sunt contra.

d Annua bina. Id est, singulis annis duo pondo auri vel argenti.

e Legabat. Vt C. eo. l. propter. tu dic ut ibi not.

f Processisse. Scilicet cum effectu, cum nõ possit onerari, quis honoratus nõ est: vt & C. de fideicõ. l. ab eo. & s. tit. 2. l. planè. §. si. & s. tit. 1. l. Imperator. Accur.

na accepit. Quæ sitũ est, an fundum iure alij uendere possit? Respondi: si de iure legati fideique commissi quæreretur, secũdum ea quæ proponerentur, nec ualuisse, q̃ matri suũ legabat: e ne que onus fideicommissi processisse, f si modò nihil præterea mater cepisset.

Promissio facta contemplatione alicuius certi emolumenti, ipso cassato non tenet. Bar.

Qui testamento hęredem scripserat, ducenta Mæuio legauit: & fideieius commisit, ut centum daret Claucæ, Tichę, Elpidrę g autem quinquaginta. h postea Mæuius uolente testatore literas i emisit ad eas, secundum uoluntatem testatoris k restiturum, postea testator fecit codicillos, l qbus & hoc pręcepit, vt pter hos codicillos m si quid aliud n prolatum esset, non valeret. quæsitum est, an Mæuius, qui ducẽta accepit (quia mutauit voluntatem de ea epistola testator) à mulieribus cõueniri ex causa fideicommissi possit? Respondit secundum ea quæ proponerentur, frustra Mæuium o ex causa fideicommissi conueniri: siue ducenta, siue prædium pro his accepisset.

Qui testamento. CASVS. Titius instituit sibi Caium hæredem, & Mæuio ducenta legauit: & fidei Mæuij cõmisit, vt centum daret cuidã noïe Claudię, & quinquaginta daret Albinę, & quinquaginta alteri dicto Caio hæredi & sic rogauit eum de restituẽdo alijs totũ legatũ suũ ducẽtorũ. postea Mæuius legatarius prædictus no lẽte dicto testatore lras misit ad dictã Claudiã, & Albino fideicõmissarias, in quibus ita cõtinebatur: sciatis quod ego dabo vobis fideicõmissa vestra secũdũ voluntatẽ testatoris postea testator fecit codicillos, in quib. Mæuio legatario prędicto legauit vnum prædium loco ducentorum, quæ ei legauerat: & pręcepit in eis codicillis, ut præter hos codicillos si quid aliud appareret, nõ ualeat. & ita noluit valere dictam epistolam quã de sua voluntate miserat Mæuius fideicommissarijs r motuo Titio testatore petunt Claudia & Albina fideicommissa a Mæuio legato: quęrit, an possint? Et videtur q̃ sic ppter prædictas literas: videtur enim Mæuius dictis literis cauisse dictis fideicommissarijs de præstandis eis fideicõmissum: vnde nõ obstantibus verbis, quę in codicillis dixit testator, videt q̃ fideicõmissarię possunt conuenire Mæuiũ ex propria eius cautione. Respõ. tñ hic quod nõ possũt petere. Viu.

*P.F. legabatur.

g Claucæ Tychæ Elpidrę. Id est, Titiæ, & Seię secundũ R. earum enim nomina posuit in Grę co. Acc.

*In P.F. nõ ẽ, ex cã fideicom.

h Quinquaginta. alias viginti. Accur.

i Literas. Quibus adhęrebant fideicõmissariæ, quasi ex propria cautione Mæuium legatarium sibi teneri contendentes.

k Testatoris. Promittendo se &c.

l Fecit codicillos. In quibus legauit prædium Mæuio pro cc. vt in fine patet, & præcepit, &c.

m Codicillos. Quibus Mæuio p cc. pdium legauit. R.

n Aliud. Vel. I epistola ad eos missa. Azo. vel in testo.

o Pro his accepisset. In testamento vel codicillis.

Sciam

Seiam. CASVS. Lucius Titius qui erat libertus Publij Sempronij pupilli, & qui erat eius pupilli domini sui tutor, habebat duos libertos, scilicet Seiam, & Mæuium. fecit hic Lucius Titius testamentum, & dictos Seiam, & Mæuium libertos suos scripsit hæredes æqualiter: & Mæuio prædicto substituit dictũ Publium Mæuium suum dominum: postea in eodem testamẽto cõfirmauit p fideicõmissum codicillos, quos postea contingeret eum fortè facere: postea fecit codicillos, & ita in eis cauit: ego Lucius Titius testator, & codicillator mitto salutes Seiæ hæredi meæ, quam pro parte dimidia hæredẽ institui: scias q Mæuium liberũ meũ quem tecum æqualiter institui, eam partẽ hæreditatis, q̃ eum tangebat, uetο accipere, ɪ cuius locum, & partẽ nolo esse hæredem Publium Semproniũ dominum meum: & dicto Mæuio dari uolo cẽtum quinquaginta lagœnas uini ueτusti. modo quæritur, an dictus Publius Sempronius dominus Lucij Titij testatoris possit petere fideicommissum de parte hæreditatis, in qua instiτutus fuerat Mæuius libertus testatoris, & a quo possit illud fideicõmissum petere? Et videtur quod non possit petere duabus rationibus. Vna, quia in codicillis erat dicta pars hæreditatis Mæuii liberti verbis directis relicta eidem Publio Sempronio, & dicto Mæuio adempta. Secunda, quia ad Seiam libertam fuerunt scripti codicilli, non ad Mæuium, qui erat oneratus? Respondetur tamen hic quòd bene potest dictus Publius Sempronius petere fideicommissum à Mæuio prædicto. Viuia.

Verba directa in codicillis prolata trahuntur ad fideicommissum. Bar.

Seiam, & Mæuium libertos suos æquis partibus hæredes scripsit: Mæuio substituit [a] Sempronium pupillum suum: [b] deinde codicillos [c] per fideicommissum confirmauit, [d] quibus ita cauit: Lucius Titius [e] Seiæ hæredi suæ, quã pro parte dimidia institui, salutem. Mæuium libertum meum, quem in testamẽto pro parte dimidia hæredem institui eam hæreditatis partem veto accipere: [f] cuius in locum, partemve eius Publium Semproniũ dominum [g] meum hæredẽ esse volo. Et Mæuio, ad quem hæreditatis portionem noluit peruenire, cũ hoc elogio [h] fideicommissum reliquit. Mæuio liberto meo nihil de me merito dari uolo [i] lagœnas vini vetusti centum quinquaginta. Quæsitum est: cum voluntas testatoris hæc fuerit, vt omnimodò perueniat portio hæreditatis ad Sempronium pupillum: an fideicommissum [k] ex verbis suprascriptis valere intelligatur: & à quo Sempronius petere possit, cũ ad certam personam [l] codicillos scripserit? Respondit, posse fideicomissum a Mæuio [m] peti.

In P.Fl. lagynos: puto antẽ scribi debuisse. γαλλητ̃ς

[a] Substituit. Scilicet vulgariter.

[b] Pupillum suum. Eundemque patronum, cuius erat tutor, & ideo infra dominum, hic uero pupillum vocat suum. Accur.

[c] Codicillos. Scilicet futuros.

[d] Confirmauit. Ita scilicet committo fidei hæredum meorum ea fieri, quę dicam in codicillis.

[e] Lucius Titius testator.

[f] Accipere. Id est, capere volebat. volebat enim eam restitui Sempronio. nam directò non potest adimi hæreditas in codicillis.

[g] Dominum. Id est, patronum. sic enim causa honoris vocat.

[h] Elogio. Id est, sermone, qui sequitur.

[i] Lagœnas. Quasdam mensuras.

[k] An fideicommissum. Portionis hæreditatis relictæ Mæuio.

[l] Ad certam personam. Puta Seiam. quod tamen non nocet fideicom. ut supra titu. 1. l. peto. in prin. & l. unã §. tin. & l. cum pater. §. donationis.

[m] A Mæuio. Non tamen a Seia: quia ipsa non habebat eã partem: nec eam poterat dare, licet ad eam codicilli sint facti. Et not. quod duo obijciebantur Sempronio. primum, codicillis solis per uerba directa nec dari nec admitti posse hæreditatem: & ita nec adimi Mæuio nec dari Sẽpronio: ut inst. de codici. §. pen. Item ad Seiam non ad Mæuiũ, qui erat honorãdus codicillos forte directos. sed ad primũ dic, quod in codicillis uerba directa trahuntur ad fideicõ. ut & ff. ad Trebel. l. Scæuola. quod est notãdum. & sic nõ de rigore uerborũ, sed ex benignitate tãtum. & facit, ff. de his quib. ut indig. l. iij. Sed argu. contra ff. de cõd. inst. l. pe. in fin. Solu. ibi. Itẽ facit ff. de exce. do. l. apud Celsum. §. prætera. & ff. de mili. testa. l. militis.

Donatario oblato potest imponi onus fideicommissi tanquam debitori. Bar.

Pater emancipato filio bona sua vniuersa, exceptis duobus seruis non mortis causa donauit: [n] & stipulatus est a filio in hæc verba: Quæ tibi mancipia, quæque prædia donationis causa tradidi, cessi: per te non fieri dolo vt malo, neque per eum ad quem ea res pertinebit quo minus ea mancipia, quæque ex his adgnata erunt, eaque prædia cum instrumento, cum ego

Pater. CASVS. Lucius Titius habens filiũ a se emãcipatũ, qui uocabatur similiter Lucius Titius, donauit inter uiuos dicto suo filio uniuersa sua bona exceptis duobus seruis: & a dicto filio ita stipulatus est, tu promittis mihi, quod omnia ea, quæ extabunt de bonis meis, quæ tibi donaui, restitues mihi cum volã, vel cum morieris si uiuam, aut cui ego volam. & filius dixit, promitto. postea pater decedens misit epistolam filio hæc verba continentem: fidei tuæ fili committo, vt Mæuio præstes decem, & Caio decem: & Lucrionem seruum meum liberum esse uolo. mortuo patre venit Mæuius, & Caius, & Lucrio, & petunt a filio fideicommissum, & filius respondet eis: ego non sum hæres, uel bonorum possessor patris mei, & nihil ex hęreditate sua possideo: imo habent hæreditatem eius petrus, & Martinus, vnde non debeo uobis respondere. quæritur qd iuris sit? Et respondetur, quod hæredes patris scilicet Petrus, & Martinus possunt conuenire filium ex stipulatu ut adimpleat prædicta. Item Mæuius, & Caius, & Lucrio: quorum interest, possunt petere fideicommissa eorum à filio, quasi debitore patris: bene enim potest creditor onerare fideicommissis debitorem suũ. Viuia.

[n] Donauit. Scilicet inter uiuos sub modo. aliàs nulla esset quæstio. nam tam a legatario, quam a donatario causa mortis potest legari: ut supra eodem. l. j. §. pen. & l. ij. in prin. & l. v. §. 1.

a In rerum natura. Sub. esse desijssent, aut in potestate esse desijssent, &c.

b Ab hæredibus patris. Scilicet tantum veteri iure: hodie verò istis fideicommissariis datur ex stipulatu: vt C. de do. quæ sub mo. l. quoties.

c Quasi debitorem. A quo debitore potest legari: vt supra titu. 2. l. si pecunia. & l. si seruus lega. §. qui margarita. & facit infra de do. l. hæreditatem. & supra titu. 2. l. filio. & s. ep. l. Sextiliam, & j. ad Trebel. l. si cui.

uolã, vel cùm morieris, quæque eorum extabũt, neq; dolo malo, aut fraude, factoue tuo, eiusque, ad quem ea res pertinebit, ita in rerum natura,[a] aut in potestate eẽ desiisent: si viuam mihi, aut cui ego volã, reddantur, restituantur: stipulatus est Lucius Titius pater: respondit Lucius Titius filius. Idem pater decedens fideicommissariam epistolam ad filium suum scripsit in hæc verba: Lucius Titius filio suo salutẽ: Certus de tua pietate, fidei tuæ committo, vt des, præstes illi, & illi certam pecuniam: & Lucrionem seruum meũ liberum esse volo. Quæsitum est, cùm filius nec patris bonorũ possessionem acceperit: nec hæres ei extiterit: an ex epistola fideicommissa, & libertatem præstare debeat? Respondi, & si neque hæreditatem adiisset, neq; bonorum possessionem petiisset, & nihil ex hæreditate possideret: nihilominus tamẽ ex stipulatu ab hæredibus[b] patris, & fideicommisso ab iis, quorum interest, quasi debitorẽ[c] cõueniri posse maximè post constitutionẽ diui Pij, quæ hoc iduxit.

Qui stipulatur dotem sibi reddi mandato mulieris: in dubio præsumitur vt minister adhibitus. Bar.

2. Nuptura, duobus filiis suis, quos ex priore marito habebat, mandauit,[d] vt xx. quæ doti dabat,[e] stipularentur in omnem casum, quo solui posset matrimonium: vt ẽt alterutri ex his tota dos soluatur: constãte matrimonio vno ex filiis mortuo, vxor per epistolam[f] petiit a superstite filio, vt quandoque partem dimidiam duntaxat dotis exigeret, & ea[*] cõtentus erat: alterã ãt partem apud maritũ eius remanere concedat. Quæsitũ est, postea in matrimonio muliere defũncta, an maritus si de tota dote cõueniatur a filio, doli mali exceptione se tueri possit: & an vltro[*] ex cã fideicommissi actio ei cõpetat, vt de parte obligatiõis accepto ei feratur? Respondit, exceptionem vtilem fore: & vltra ex fideicommisso peti posse.[g] Idem quærit, an de reliqua[h] dimidia parte mãdati actio vtilis sit hæredibus mulieris aduersus filium eius? Respondit secũdum ea, quæ proponerentur (maximè[i] post literas ad filium scriptas) non fore vtilem. Claudius:[k] quoniam in his expressit, vt contentus esset parte dimidia[*][l] dotis: qbus verbis satis fideicommissum filio relinqui placuit.[m]

Nuptura. CASVS. Titia habuit duos filios ex marito suo Titio: mortuo dicto Titio volebat nubere Sempronio, & dare ei in dotem xx. fecit ergo dicta Titia venire dictos suos filios duos, & fecit eos stipulari a dicto Sempronio secundo marito dictam dotẽ in omnem casum, quo solui posset matrimonium inter eam, & Sempronium, & sic sunt stipulati a Sempronio insolidum id est, vt etiam alterutri ex his filiis Titiæ tota dos soluatur: & duo rei stipulandi fuerunt: illud autem faciebat mulier prædicta: vt magis esset secura de dote sua: non autem volebat quicquã dictis suis filiis donare: postea iis euenit de facto, quod constante matrimonio, vnus ex dictis suis filiis decessit, vnde remãsit filio superstiti integra actio dotis. Titia autem prædicta petiit per epistolam suam quæ vltimam voluntatem continebat a dicto filio superstite, vt cum exegisset a Sempronio suo marito partem dimidiã dictæ dotis, ea dimidia contentus esset, & aliam dimidiã remanere cõcederet apud maritum: postea decessit dicta Titia, & habuit hæredem ab intestato dictum filium superstitem, & quosdã alios: vult nunc filius conuenire Sempronium maritum ad integram dotem ex stipulatione: maritus opponit ei excep. doli propter epistolam matris supradictam, & dicit: non debeo tibi soluere, nisi dimidiã dotis, imo dico tibi plus. dicit enim maritus, ego volo quod tu liberes me per acceptilationem de dimidia dotis, quæritur quid iuris? & dicitur quod maritus habet ius in eo quod dicit: soluit ergo maritus dimidiam dotis filio vxoris, & aliã dimidiam sibi retinet: vnde veniunt alij hæredes mulieris, & agunt actione mandati contra filium eorum cohæredem, & petunt ab eo dimidiam dotis, quã soluit ei maritus: filius respõdit eis & dicit, non debeo vobis dimidiam dotis; quia mater mea reliquit eã mihi per fideic. in epistola supra dicta quã mihi misit: expressit enim in ea epistola, vt ego essem contẽtus parte dimidia dotis: propter quæ verba videtur mihi eã per fideicõmissum reliquisse; quæritur quid iuris sit? Et dicitur q filius habet ius. V m.

d Mandauit. Nolens illis quicquam dare: sed in stipulationis illius negotio illorum filiorum volens vti ministerio. R.

e Dabat. Secundo marito. Acc.

f Per epistolam. s. vltimæ voluntatis: vt & C. de fideicõ. l. & in epistola. & hoc etiam declarat respõsio quæ sit infra.

g Peti posse. Quasi a debitore fideicommisso relicto, quod potest vt s. proxi. §. scilicet vt liberetur: vt j. de lib. leg. l. 1. §. nunc. Sed contra C. de iu. do. l. 2. Sol. ibi voluit filio donare, hic nõ: & eodem modo respond. s. de pac. do. l. cum maritus. §. si. & s. so. ma. l. quæ dotis. & j. de do. prælegat. l. Seia. quæ sunt contra.

h De reliqua. Quæ nõ remanet in viro.

i Maximè. Abundat, vt statĩ subiicit. sic C. de ma. test. l. si §. 1. præterea nullum esset fideicommissi si filius ante literas non teneretur mandati, quia ei donatum esset. Azo.

k Claudius. Continuat præ dicta.

l Dimidia. Præmittit dimidiæ.

m Relinqui placuit. Non ergo præsumitur ab initio donatum filio. alioqui quomodo valeret fideicommissum eius, quod ei donasset? & sic facit hæc lex ad id quod notatur supra de negotijs gestis. l. Nesennius.

[*] In P. Fl. earum natura, aut in potestate, &c.

[*] In P. Fl. contentus erit.

[*] Sic s. de cond. cau. da. l. 3. & alij vltra legunt, id est insup.

[*] P. F. partis dimidiæ.

1 M. id. in glo. Facul. §. nos qui. in ver. præsertim, colum. 2. vbi et de significatu dictionum maximè, præsertim, & similium.

Codicil-

Confessio debiti facta in testamento si testator iurauit, vel iurasse se dicit, probationem inducit.

Codicillis [a] ita scripsit: † Βούλομαι πάντα τὰ ὑποτεταγμένα, κύρια εἶναι. Μαξίμῳ κυρίῳ μου δηνάρια μύρια πεντακισχίλια, ἅτινα ἔλαβον παρὰ κατάθήκην παρὰ τοῦ θείου αὐτοῦ Ἰουλίου Μαξίμου, ἵνα αὐτῷ ἀνδρωθέντι ἀποδώσω, [a] καὶ γίνονται σὺν τόκῳ τρὶς μύρια, ἀποδοθῆναι δὲ αὐτῷ βούλομαι, οὕτω γὰρ τῷ θείῳ αὐτοῦ ὤμοσα. id est, (Volo omnia, quæ infra ordinata sunt, firma esse. Maximo [b] domino meo denaria decies quinquies mille, q̃ accepi in depositũ a patruo eius Iulio Maximo, vt ei [c] viro facto, vel adulto reddam, cum vsuris, q̃ sunt triginta milia, ei dari volo: ita enim patruo suo iuraui. [d]) Quæsitũ est, an ad depositã pecuniam petendam sufficiant verba codicillorũ: cum hanc solam, nec aliam vllam probationẽ hebeant [e]? Respondi ex his, quæ ꝓponerentur, scilicet cum iusiurandũ dedisse super hoc testator affirmauit, credendum [e] esse scripturæ.

Si testator confitetur se debere non capaci, talis confessio nil operatur. Bar.

Titia honestissima fœmina cũm in negotiis suis opera Callimachi semper vteretur, qui [f] ex testamento capere nõ poterat: testõ facto manu sua, [g] ita cauit: [h] †Τιτία διεθέμην † καὶ βούλομαι δοθῆναι Καλλιμάχῳ μισθοῦ χάριν δηνάρια μύρια. (Id est, Titia testm̃ cõdidi: & volo dẽtur Callimacho mercedis gratia denaria decies mille.) Quæro, an hæc pecunia ex causa mercedis ab hæredibus Titiæ exigi possit? Rñdi, non idcirco qđ scriptũ sit exigi posse, [i] in fraudẽ [k] legis relictũ.

Dictio siue, nõ inducit restitutionẽ simile de dictione seq. Bar.

Ex his verbis testamẽti, Oĩbus, quos, quasve manumisi, manumiserã, siue his tabulis, siue quibuscunq; aliis, filios, filiasve suas omnes concedi volo. Quæsitum est, an iis, quos viuꝰ manumisisset, debeãtur filij? Respõdit, iis quoq;, quos, quasve ante testm̃ factum manumisisset, filios, filiasve ex causa fideicommissi ꝑstari oportere. [l]

Prohibitio alienationis ad alienationẽ necessariam se nõ extendit, sed ad voluntariam. Bar.

Idem libro xix. Digestorum. XXXVI.

Codicillis. CASVS. Titius libertus cuiusdam, qui vocabatur Maximus, fecit testamentum suum & instituit sibi hæredes Caium, & Sempronium, postea fecit codicillos, & ita in eis scripsit. Maximo domino meo 10. milia denaria dari volo. Item eidẽ domino meo dari volo quinquies mille, quæ accepi in depositum a patruo dicti mei domini ea cõditione, vt eidem domino meo Maximo viro facto reddã qui patruus vocabatur Iulius Maximus. & dictum depositũ volo dari eidẽ meo domino cum vsuris, quæ cucurrerũt vsq; nunc, quę sunt in summa triginta milia. ita enim iuraui domino Iulio Maximo patruo dicti domini mei Maximi. mortuo dicto Titio agunt procu. Maximi contra hæredes dicti Titij actione depositi, & petũt dictas pecunię quantitates: & non habent pro se alias probationes, nisi dicta verba codicillorũ. quæritur, nunquid obtinere debeãt dicti actores? Et dicitur qđ sic: hoc ideo quia dictus Titius testator & codicillator affirmauit in codicillis se iurasse prædicta reddere patruo domini Iul.

[a] Codicillis. Videtur hic in medio esse Græcum: eius autem interpretatio, volo omnia &c.

[b] Maximo. Proprium nomen est.

[c] Vt ei. Scilicet nepoti ac viro. No. virum demũ esse adultum: sicut & mulier corrupta: ut supra de contrahen. emptio. l. alioqui.

[d] Iuraui. Vsq; huc est Græci interpretatio: quã interpretationem R. nõ habebat, q vaticinabatur hic, dicens quod hæc pecunia fuit ab aliquo deposita apud testatorem, vel a se apud vnum de hæredibus suis, & sic fuit in Græco confessus: & qđ iurauit: verum hæc confessio & iuramentum parum prodest. arg. C. de proba. l. rationes. & l. exempla. & ff. de iureiur. l. 3. §. 1. secundum Ro. sed certè imo prodest, ut hic expresse dicit: quia contra se est confessus, & dictę ll. loquuntur, quando ꝓ se. & est ad hoc ff. de interro. act. l. de ætatę. §. 1. & sup. deposi. l. Publia. § fi. & C. de fal. cau. adie. l. 1. & ff. de leg. 2. l. ante pe. § quisquis. & ff. de dona. l. ex hac scriptura.

[e] Credẽdum. Ab hæredibus tantum: vt in Auth. de iureiur. à mo. §. 1. colla. 5. & C. cõmunia vtri. iu. l. scriptura. Argu. contra ff. proxi. §. sed & si nõ crederetur, tamen haberet fideicom. vt d. §. quisquis.

Titia. CASVS. Honestissima mulier, quæ vocabatur Titia ita dixit in testamento suo, qđ testamentũ fecit sua manu: sciebat enim scribere. Volo dari Callimacho decem milia denar. gratia mercedis: quia opera sua vsa fui in negotijs meis: & in veritate dictus Callimachus erat talis persona, qui ex testamento alicuius aliquid capere non poterat: quæritur nunquid dictus Callimachus possit petere dictam pecuniã sub nomine mercedis? Et dicitur quod non quia præsumitur ei relicta in fraudẽ legis, quæ eũ prohibebat ex testamẽto capere ꝯ. Viua.

[f] Qui. Callimachus. Acc.

[g] Sua. Titiæ: sic ergo fuit in scriptis.

[h] Ita cauit. Habeas, disposui, & volui dare decem milia nomine mercedis. Accursius.

[i] Exigi posse. Quasi sit idonea probatio, quod merces debeatur Titiæ confessione, argu. superioris respon. sed tamen contra est, ut subijcit, & ff. de test. l. qui testamentum. & est ratio, quia ibi iurauit, & fuit capax legatarius: hic in vero que secus: & facit ff. tit. 2. l. In tacitis. & l. Lucius. §. In testamento.

[k] In fraudẽ. Quod semper præsumitur, nisi contrarium probetur, secundum R. vid. l. q testamẽtũ.

Ex his. CASVS. Titius fecit testamẽtum, & multos seruos suos & ancillas libertate donauit & alios, & alias in seruitute reliquit: & postea in eodem testamento ita dixit: oĩbus, quos, quas ve manumiserim siue his tabulis, siue quibuscunq, alijs: volo concedi filios filias ve omnes eorum manumissorum. quæritur an filij eorũ seruorũ, & ancillarũ, quos quas ve viuꝰ manumisit, debeant eis concedi. Et respon. quod sic. Viuia.

[l] Oportere. Scilicet ab hęrede si habeas in textu instituerat, suban. quas. & dic præstari oportere. s. eorum filios, & filias: & facit ff. de alis. le. l. à filio. §. fi.

† Alci. li. dispun. 3. c. 12. locũ hũc ex P. Flo. reposuit. quem ita vertit Græ. Hal. Volo vt omnia quæ subiecta sunt firma tamẽ obtineãt. Maximo Dño meo denariũ quindecim milia, quę depositi nomine à Iulio Maximo patruo eius accepi, vt illi cũ in virũ ꝓuectꝰ eẽt restituerẽ, vt maxĩe cũ vsuris triginta milia excurrãt, ei restitui volo. sic.n. patruo eius iuraui.

[a] In P.F. ἀγίνονται.

[a] P. Fl. habeat.

† Locum hunc (inquit Alci. li. præter. 2.) restituit Ange. Politianus ex P. Flo.

Alias, διατίθεμαι.

Pater filium heredem [a] prędia alienare, seu pignori ponere prohibuerat: sed conseruare liberis ex iustis nuptijs, & cęteris cognatis fideicommiserat: filius prædia, quæ pater obligata reliquerat, dimisso hæreditario creditore numis noui creditoris, à priore in sequentem creditorē pignoris hypothecę ve nomine transtulit: quæsitū est, an pignus rectè contractum esset? Respondi secundum ea, quæ proponerentur rectè contractū. [b] Idem quæsijt: cum filius prędia hęreditaria, vt dimitteret hæreditarios creditores, distraxisset: an emptores, qui fideicommissum ignorarunt, [c] bene emerint? Respondi secundum ea, quę proponerentur, rectè cōtractum, si non erat aliud in hæreditate, vnde † debitum exolueret, [d]

Libertus liberti non continetur appellatione libertorum. Bart.

Duobus libertis Sticho & Erotę hæredibus institutis, ita cauit: Fundum Cornelianum de nomine † meorum exire veto. Vnus ex hæredib. Stichus ancillam Arescusam testamēto liberam esse iussit, eidemque partē suā fundi legauit: quæro, an Eros, & cæteri colliberti Stichi ex causa fideicommissi eius fundi partem ab hærede Stichi petere possint? Respondi, nō contineri. [e]

Res contemplatione plurium prohibita alienari, ad eum ex pluribus pertinet, qui superest tempore alienationis. Bar.

Filiam suam hæredem scripserat, & ita cauerat, Veto autem ędificium de meo nomine [f] exire: sed ad vernas [g] meos, quos hoc testamento nominaui, [h] pertinere volo: quæsitum est, defuncta hærede, [i] & legatarijs [k] vernis, an ad unum libertum, qui remāsit, totum fideicommissum pertineret? Respondi, ad eum qui ex vernis superesset, secundum ea, quæ proponerentur, virilem pārtem pertinere.

Pater filium. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium suum filium: & prohibuit eum alienare, seu pignori ponere prædia, quæ in hæreditate sui testatoris erant: sed fidei eius commisit, vt dicta prædia conseruaret filijs suis conceptis ex iustis nuptijs, & cæteris eius cognatis: mortuo Titio patre Seius eius filius māsulit pignoris, & hypotecæ nomine in Caiū prædia hæreditaria, quæ pater obligata reliquerat Martino: & acceptis a dicto Caio centum mutuo super dictis prędijs soluit ea centum Martino prædicto, cui pater obligauerat dicta prædia pro centum: vel dicta prædia hæreditaria uendidit Caio pro centū, & ea soluit Martino, cui ea obligauerat pater pro centum: quæritur, nunquid valeat obligatio, uel alienatio prædicta. Et videtur qđ non quia testator prohibuit obligationē, & alienationem eorum, & cum eā: dicitur tamen hic, quod valet vtrunque, quia ea fecit filius ex necessitate, & non ex voluntate. Vi.

[a] Hæredem. Institutum à se.

[b] Rectè contractū. Quasi secundus loco sit primus: sic C. de his qui in prio. cre. l. j. & ij. & supra de donatio. inter uirum & vxo. l. si donatæ. §. 2.

[c] Ignorarunt. Maximè. nam idem si sciuissent.

[d] Exolueret. i. Solui posset: prohibita ergo alienatione uoluntaria, uidetur prohiberi nō necessaria: sic s. tit. 2. l. filiusfam §. diui. & §. cum pr. & s. tit. 1. l. peto. §. prędium. l. qui solidū. §. fi. & s. fam. er cis. l. alienationes. & s. de admi. tut. l. quidam. §. pe. & de reb. eo. qui sub tut. vel cura. l. si pupillorum.

Duobus. CASVS. Titius habebat multos liberos, inter quos erant Stichus & Eros. fecit dictus Titius testamentum, & instituit sibi hæredes dictum Stichum, Erotem: & ita postea in eodem testamento cauit: fundum Cornelianum meum de nomine meorum familiarium exire veto. mortuo Titio testatore Stichus prædictus qui erat unus ex hæredibus, uenit ad mortem: & Arescusam ancillā hæreditariam testamento suo liberā esse iussit, & eidem Arescusæ legauit partē suam dicti fundi Corneliani, postea decesserūt. nēs illi q cōtinebantur appellatione familiæ dicti Titij, ueniunt modo, nēpe dictus Eros cohæres Stichi, & cæteri colliberti Stichi, & petūt dictū fundū Cornelianū ab hærede Stichi ſ dicti, quasi dicta pars fundi Corneliani sit alienata per Stichum in eā personam, scilicet Arescusam prædictam, quæ non continetur appellatione familiarium dicti Titij testatoris, quæritur vtrum possint? Et respon. Quod sic. Viuia.

[e] Non contineri. Arescusam istam nomine meorum & ideo Stichi pars ad Erotem, & cæteros collibertos pertinet: scilicet si deficiant cæteri, qui familiæ appellatione continentur, q sunt præferendi: ut C. de uer. signi. l. fin. & supra titu. 1. l. peto. §. fratre. & facit infra de verb. signifi. l. Modestinus. Sed contra supra tit. 1. l. cum pater. §. cum inter. solu. vt ibi. vel ibi in filio libertæ, hic in liberto libertæ, & futuro de quo nō cogitabatur. Itē arg. contra ỹ. de ali. legat. l. alimenta. §. 1. Sed ibi apparet solu. Itē contra s. tit. 1. l. cum pater. §. fidei. solu. ut ibi.

Filiam suam. CASVS. Titius habēs ædificium super solo Sempronij, instituit sibi hęredem filiam suam Seiam: & ita postea dixit, veto autem ędificium de nomine meo exire: sed ad uernas meos, id est, seruos ex ancillis meis natos, quos uernas hoc testamēto nominaui, & manumisi pertinere uolo. mortuo dicto titio testatore filia sua Seia ab eo hæres instituta, instituit sibi hæredē quēdā extraneū, qui non erat de familia sua: postea dicta hæres extraneus decessit. Item decesserunt dicti vernę legatarij, & remansit unus ex dictis vernis. quæritur nunquid ad eum pertineat totum dictum ædificium? Et dicitur quod si omnes vernæ superuixissent, vel eorum pars: ad quemlibet eorum virilis pars dicti ædificij pertineret, si autē unus tantum ex dictis vernis uixisset, totū dictum ædificium haberet: & hoc vult dicere litera, licet ipsa nimis sit breuis. Viuia.

[f] Meo nomine. Huic uerbo cæteri liberti, qui nō erāt vernæ, confidebant: sed perperam. Roma.

[g] Sed ad vernas. Id est, domesticos ex ancillis suis. s. natos: vt infra. eo. §. huic autem proxi.

[h] Nomina ui. Manumittendo.

[i] Defuncta hęrede. Et relicto hærede alio, qui non sit de familia. Rom.

[k] Et legatarijs. Alias est ad legatarios uernas: & tunc dic ad vnum libertum, scilicet alium nō uernam. Item secūdū hoc dic ad eū id est, ad eos. vulgari enim, & simplici sermone hic Scæuola utitur. nam ad eum pro eos omnea

† Cōcor. c. placuit. in gl. sup ver. necessitate. xij. q. 2. & c. ea. n. §. hoc ius porrectū. ibi, in cęteris eatenus excipi si debitū vrget. & ibi si autē debitū qđ vrget, ex mobilibus solui nō valet: primo res immobiles dentur pignori & c. x. q. 2.

† Tu ad loci huius intelligentiam vide Alcia. lib. dispun. 4. cap. 1. circa. fin.

omnes ponit. sic ff. tit. 1. l. cum quidam. & l. si pluribus. in prin. & propriè ponit virilem : vt C. de ca. tol. §. vbi euté. alias est in litera, & legatarijs vernis, scilicet defunctis omnibus præter vnum. & quod dicit ad vnum scilicet vernam, & propriè ponit eum : sed quod dicit virilem, connectotũ:

ª ea quo unus tantum uerna superest, nam pro toto pars, sicut pro plurali singularis numerus ponitur : ut ĵ. de uerb. signi. l. uirili. & l. in uis. & in re eo. l. Lucius. §. collegiũ. sic & uniuersitas remanet i in uno: ut supra quod cuiusque uniuer. l. sicut. §. si. Accur.

Vide q de hac re scripsit Alcia. in cũmen. ad l. virilis. ĵ. de ver. & re. sign.

ꝉ Cócor. text. cum glo. in ca. gretũ. ex. de postu. prælat. & c. si. innct. gl. n. t. 65. distin.

Fundum. CASVS. Seius instituit sibi hæredem filiũ suũ : & in eodẽ testamẽto quo eũ instituit, eum uetuit uenundare, donare, & pignorare fundũ Titianum hęreditariũ quoad uiueret ipse filius, & adiecit hęc uerba : si aduersus meam uoluntatem facere uoluerit dictus meus filius, fundum Titianũ prædictum ad fiscũ pertinere uolo: ita fiet ut fundus Titianus prædictus de nomine nostro nunquã exeat. mortuo testatore filius retinuit dictum fundum usque ad mortem suam, & cũ uenit ad mortẽ, instituit sibi quendã extraneum in dicto fundo, & in elijs suis bonis : modo quæritur, nunquid dictus extreneus possi t tenere dictum fundum, an uero illi de familia testatoris Seij : an vero fiscus ? & uidetur quod extraneus habere non possit : quia ita dixit testator Seius : ita enim fiet, ut fundus Titianus de nomine nostro nunquam exeat &c. iudicatur tamen hic, quod dictus extraneus habeat : quia per uerba Seij testatoris talis eius uoluntas colligi potest scilicet filium, donec uiueret solummodo alienare, uel pignorare, uel donare prohibitum esse, sed hæredes etiam extraneos non solum in elijs rebus sed etiam in dicto fundo instituere posse. Viuia.

Alienatio prohibita ad tempus, uidetur esse permissa post tempus. Bar.

Fundum Titianum à filio, quoad vixerit, vetuit venundari, donari, pignorari: & hæc verba adiecit: Quòd si aduersus voluntatem meam facere voluerit, fundum Titianum a ꝉ fiscum pertinere: ita enim fiet, vt fundus Titianus de nomine vestro ª nunquam exeat. Quęsitum est, cum unius filius eum fundum secundum uoluntatem patris retinuerit: an defuncto eo, non ad hæredes scriptos ᵇ a filio, sed ad eos, qui de familia sunt, pertineat? Respondi, hoc ex voluntate defuncti colligi posse, filium quoad viueret, ᶜ alienare, vel pignorare non posse: testamenti autem factionem, & in eo fundo in extraneos ᵈ etiam hæredes habiturum.

Nudum præceptum, vel prohibitio alienationis sine causa, alienationem non impedit. Bar.

ª Nomine uestro. Loquitur familiæ, & ex hoc oritur dubitatio.

ᵇ Hæredes scriptos. Scilicet extraneos.

ᶜ Quoad uiueret. Solummodo.

ᵈ In extraneos. Vnde apparet, quod superflua sint illa uerba ita enim &c. & facit C. de fideicom. l. uoluntas. & supra tit. e. l. filiusfam. §. diui. & §. cum pater. & l. qui solidum. §. prædium. & ĵ. proxi. §. Item contra supra tit. 1. l. peto. §. fratre. Sol. ut ibi.

Iulius Agrippa. CASVS. Iulius Agrippa primipilaris habens filiã Titiã, & existens patruus magnus cuiusdam mulieris, quæ uocabatur Iulia. i. frater aui Iuliæ dictæ fecit testamentum, & instituit sibi hæredem dictam suam filiam, & pręcepit in dicto testamento, ne ullo modo reliquias rationum, quæ supererant a quodã qui administrauerat negotia sua, & prædium suburbanum, aut domum maiorem hæres eius pignoraret, aut ullo modo alienaret: nec adiecit causam prohibitionis : dicte filia sua hæres ab eo scripta (ut dictũ est) mortuo eo testatore hæredem reliquit filiam suam quæ erat neptis dicti testatoris i. Iulij Agrippæ primipilaris: quæ neptis mortua dicte sua matre easdem res diu possedit : & decedẽs ipsa neptis extraneos instituit hæredes in dictis rebus, quæ prohibitæ sunt alienari: & in alijs suis bonis : modo quæritur, an dicti extranei hæredes neptis possint habere dictas res alienari prohibitas: an uero pertinerent ad dictam Iuliã, cuius erat patruus magnus dictus Iulius Agrippa primipilaris: sicque ipsa Iulia erat de familia Iulij. Et uidetur, ꝙ ad dictam Iuliam debeant pertinere : quia idem dictarum rerum uidetur prohibuisse alienationem ut remanerent illis de familia sua, siue cognatione: quia autem ipse hoc non expressit, sicque fuit suum preceptum nudum, iudicatur hic, quod hæredes extranei dictæ neptis habere debeant. & hoc dicit. Viuie.

Iulius Agrippa primipilaris suo testamento cauit, ne vllo modo reliquias ᶜ eius, & prædium suburbanum, aut domum maiorem ᶠ hæres eius pignoraret, aut vllo modo alienaret: filia eius hęres scripta hæredem reliquit filiam suam neptem primipilaris : quæ easdẽ res diu possedit : & decedẽs extraneos instituit hæredes. Quęsitum est, an ea prędia extraneus hęres haberet : an verò ad Iuliã dominã, quę habuit patrnum maiorem Iuliũ Agrippam, pertinerent? Respondi cum hoc nudum pręceptum esset : nihil proponi contra voluntatẽ defuncti factũ, ᵍ quo minus ad hæredes pertinerent.

Qui prohibetur alienare partem suam, non uidetur prohibitus alienare partem, quam redemit. Bar.

Quindecim libertis, quos nominauerat, pręediolum cum taberna legauerat, & adiecerat hęc

ᶜ Reliquias. Puta monumentum, quod una cum prædio, in quo est, posset alienari, uel ignorantia : nisi esset prohibitio : ut ff. de act. empt. l. si mercedem. §. 1. & ff. de contrahen. empt. l. & liberi.

ᶠ Maiorem. Fratrẽ aui paterni. ut Insti. de grad. §. 4.

ᵍ Factum. imo extraneum instituendo facit contra uoluntatem: ut ff. tit. 1. l. peto. §. fratre. quæ est contra. Sol. transit ad hæredem etiam extraneum ut hic: sed agitur ad interesse, ut ad legitimum institutum transiret sine pœna, secundum Io. Sed contra ẽ. ti. 1. l. codicillis. §. matre. ubi excludunt legitimus omnino. sed certe ibi fuit specialiter prohibitum legitimum: uel hoc fuit præceptũ nudum, in l. illa peto. & in l. illa codicillis non fuit nudum. ad quod est ff. titu. 2. l. si filius. §. diui. Item ad hoc ĵ. eo. l. Lucius in prin. & ẽ. tit. 1. l. cum pater. §. libertis. & l. qui solidum. §. prædium. & supra proxi. §.

ʰ Quindecim. CASVS. Titia fecit testamentum, & instituit sibi hæredem : & legauit quoddam prædiolũ suum cum taberna quindecim suis libertis quos nominauit in testamento, & adiecit postea talia uerba: & uolo eos libertos sibi habere, & possidere dictũ prædiolũ

cum taberna ea lege, & conditione, ne quis eorum partem suam uendere, uel donare, uel aliquid aliud facere alij extraneo uelit. quod si aduersus ea aliquid factum erit: tunc eas portiones, prędiumve cum taberna ad rempublicam Tusculanorum pertinere uolo. mortua dicta testatrice duo ex dictis quindecim libertis uendiderũt suas partes dicti prędioli cum taberna duobus alijs de dictis quindecim libertis, puta Sticho, & Pamphilo. dicti autẽ emptores uenerunt ad mortem, & instituerunt sibi hęredem quendam extraneũ, qui uocabať Caius Seius. modo quæritur utrum partes dictæ uenditæ pertineant ad Caium Seium extraneum institutum à Sticho, & Pamphilo emptoribus, an ad superstites collibertos, qui partes suas non uendiderunt, an verò ad rempublicam Tusculanorum? Et respon. q̃d ad Caium Seium extraneum debent pertinere, & non ad alios collibertos, uel rempublicã Tusculanorum. & est ratio secundum Claudium, quare nõ pertinent ad collibertos: quia non est respicienda persona possidentis, id est, Caij Seij extranei instituti à Sticho, & Pamphilo, qui emerunt ab alijs: sed est inspicienda persona dicti Stichi, & Pãphili emptorũ: qui secundum uoluntatem defunctę tacitè ex illis libertis quindecim fuerũt, q̃bus tacite permiserat testatrix uendi, si inspiciatur eorũ persona. & ipsi aut alij non sunt prohibiti alienare, nisi partes suas: ergo partes quas emerunt ab alijs secundum tacitam uoluntatem defunctæ non sunt prohibiti alienare, vel extraneos in eis hæredes instituere. Item ratio est, quare non habet respublica Tusculanorum: quia conditio dati dictæ reipubli. fideicommissi partium contra præceptum testatricis alienatarum non extitit. eo quod fuerunt partes prædictæ uenditæ dicto Sticho, & Pamphilo: uel ideo quod dicti emptores extraneum hæredem reliquerunt: quia ut dictũ. est inspicienda est persona emptorum, & non hæredis extranei. Viuia.

verba, Sibiq́; eos habere, possidere volo ea lege & conditione, ne quis eorũ partem suam [a] vendere, donare, aliudve quid facere alij velit. quòd si aduersus ea quid factum erit: tunc eas portiones, prædiumve cum taberna ad rempublicam Tusculanorum pertinere volo. quidam ex his libertis [b] uendiderunt partes suas duobus collibertis suis ex eodem corpore: emptores autem defuncti Caiũ Seium extrâneum hęredem reliquerũt. quæsitum est: partes, quæ uenierunt, vtrum ad Caium Seium, [c] an ad superstites collibertos suos, q̃ partes suas non vendiderunt, pertinerent? Respondi secundum ea, quæ proponerentur, ad Caium Seium ꝑtinere. Item quæsijt, an partes uenditæ ad rempublicam Tusculanorũ pertinerent? Respondi non pertinere. [d] Claudius. quia non possidentis persona, qui nunc extraneus est, respicienda est: sed emptorum, qui secundum voluntatem defunctæ ex illis fuerunt, quibus permiserat testatrix venundari: nec conditio extitit [e] dati fideicommissi reipublicæ Tusculanorum.

[a] Partem suam. Nota partem suam.
[b] Ex libertis. Quod permitit tacitè defunctus: ut C. de fideicom. l. uoluntas. & l. quoties. R. & in fi. huius §.
[c] Ad Caium Seium. Ad collibertos enim non pertinet quia si alienarentur, non ipsi, sed reipubli. testator eas uoluit restitui. R.
[d] non pertinere. Sed ipsorum partes, quas ex testamẽto habuerunt, non quas a collibertis emerunt, reipubli. debebuntur extraneo hærede instituto: ut supra titu. 1. l. peto. §. fratre. quæ est contra. quilibet enim de familia de parte sua tantum, & nõ de parte eorũ qui sunt de familia, rogatus est ex quacunque causa eam partem quærat: sed partem suam quilibet necesse habet seruare: ut dixi.
[e] Conditio extitit. Scilicet quia fuerant partes venditæ collibertis: sed extitit, quia extraneum instituit: ut s̃. ti. 1. l. peto. §. fratre. quæ est cõtra, secundum H. uel dic, nec tunc, nisi in partibus suis quas ex testamento habent: ut dixi secundum Ro. & facit supra eodem. §. fundum Titianum. & supra titu. 1. l. cũ pater. §. libertis. & l. qui solidum. §. prędium. & l. unum ex familia. §. 1.

Fideicommissum, quod tenuit a principio, si deficit ex post facto, remanet apud legatariũ. Bar.

[a] Tusculanus fidei eius, cui duo milia solidorum legauerat, commisit in hæc verba, a te Petroni peto, vti ea duo milia solidorum reddas collegio cuiusdam templi: quæsitum est, cum id collegiũ postea dissolutum sit, vtrum legatum ad Petronium pertineat, an verò apud hæredem remanere debeat? Respondi Petronium iure petere, vtique si per eum non stetit, [f] parere defuncti volũtati.

Non solum ex verbis, sed ex mente testatoris fideicommissum inducitur. Barto.

[a] Pater filios hæredes scripserat, & adiecerat: Prædia, quæ ad eos ex bonis meis peruentura sunt, nulla ex causa alienent, sed conseruent successioni suæ: deque ea re inuicem sibi caueant; ex his verbis quęsitum est, an prædia per fideicommissum relicta videantur:

Tusculanus. CASVS. Quidam nomine Tusculanus, instituit sibi hæredẽ Titium, & legauit cuidam nomine Petronio duo milia solidorum, & fidei dicti Petronij commisit in hęc uerba: a te Petroni peto, vt dicta duo milia solidorum, q̃ ubi legaui reddas collegio, pone beati Dominici: mortuo dicto Tusculano dictum collegium dissolutũ est antequam dictus Petronius assequeretur ab hærede dicti Tusculani dicta duo milia solidorum: & sic annihilatum est fideicommis. dicto collegio relictũ: modo quæritur, utrum dictũ legatum pertineat ad Petroniũ legatarium, an uero remaneat apud hæredẽ Tusculani? Et respondetur, quod si non remansit per Petronium, quo minus solueret dictum fideicommissum collegio, sed per casum dissolutionis collegij. potest petere Petronius ab hærede Tusculani dicta duo milia solidorum. Viuia.

[f] Non stetit. Sed per casum fortuitum. Sed contra s̃. tit. 1. l. si quis Titio. Sol. hic alius erat legatarius, ibi non, sed ut ministro. Itẽ contra s̃. tit. 2. l. codicillis. in princip. Sol. vt ibi. Item contra j. de adi. le. l. fillo. §. 1. Sol. & ibi vt ministro. Itẽ facit s̃. tit. 1. l. si quis quos. & l. Iulia. & supra tit. 2. l. si fundum, per. §. 1. Pater filios. CASVS.

[a] In P. Fl. nũ est Tusculanus, sed hoc. θεμάτιον. sic incipit, Fideicommisi eius, cui duo milia legauerat, in hęc uerba &c.

[a] In P. Fl. mater filios &c.

Titius instituit sibi hæredes Seium, & Caiũ suos filios: & adiecit hæc uerba: prædia quæ ad eos ex bonis meis peruentura sunt, nulla ex causa alienent, sed conseruent successioni suæ. i. filiorum, & ita fecit Titius quod dicti filij cauerent sibi, inuicem, quod ita obseruarent: mortuo dicto Titio successores dictorum filiorũ Titij petebant a dictis filijs titij dicta prędia ꝑ fideicõ. quæritur nunquid possint? Et dicitur quod nõ. sed mortuis dictis filijs Titij bene debent peruenire dicta prædia ad successores filiorũ Titij. Viuia.

a Proponi Quo ad uerba, secus ea mẽte, ꝗ præualet. ut supra eodem. l. fidei commissa. §. hæc uerba. & supra titulo 2. l. etiam hoc modo. & l. & eo modo. & supra titu. 1. l. unum ex familia. §. fina. & facit ĩ. eo. l. Iulianus. §. 1.

Ex parte. CASVS. Titius instituit sibi hæredes Seium & Semproniũ quemlibet pro dimidia: & præter partem hæreditariam prædictam prælegauit Seio quendam suum fundum nomine Iulianum, & ab eo Seio ita petijt, peto à te, ut uelis cohæredem tibi recipere in dicto fundo Claudium Verũ nepotẽ meum, qui est tuus cognatus. quæritur an pars dicti fundi debeatur dicto Claudio ex causa fideicommissi? & respon. quod sic, licet nomine cohæredis sit uocatus. Viuia.

Respondi, nihil de fideicommisso proponi. a

Verba institutionis trahuntur ad fideicommissum. Bar.

Ex parte dimidia hæredi instituto ꝑ præceptionem fundũ legauit, & ab eo ita petijt: Peto, ut uelis cohæredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quẽ hôc amplius te ꝑcipere iussi Claudium Verum nepotem meum, cognatũ tuum: quæsitũ est, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti debeatur? Respondi, deberi. b

Verba enunciatiua ad grauatum directa dispositionem inducunt. Bar.

Idem libro xx. Digestorum. XXXVII.

Pamphilo liberto hoc amplius, quàm codicillis reliqui, dari uolo cẽtum. scio omnia, quæ tibi Pamphile, relinquo, ad filios meos peruentura: cum affectionem tuã circa eos bene perspectã habeam. c Quæro, an verbis suprascriptis Pamphili fidei commiserit. vt post mortem filijs defuncti centum restituat? Respondi secundum ea, quæ proponerentur, non uideri quidem (quantum ad uerba testatoris pertinet) fideicommissum Pamphilo, * vt centum restitueret: sed cum sententiam d defuncti e à liberto decipi satis inhumanum sit, centum ei relicta, filijs testatoris debere restitui: quia in simili specie f. & Imperator noster diuus Marcus hoc constituit.

Verbum volo, seu vellem, inducit dispositionem quando à testatore profertur. Bar.

Propositum est, g † non habentem liberos, nec cognatos, in discrimine vitæ constitutum ꝑ infirmitatem, accersitis h amicis, Caio Seio contubernali i dixisse, k ꝙ uelit * ei relinquere prædia, quæ nominas.

Mando. in 4. q. 16. Reg. n. 2. & in 20. ð Infir. n. 7.

* P. Fl. Pamphili.

† Hoc responsum interpretatur Alcia. lib. 3. parer. c. 23.

* P. Flor. uellet.

b Deberi. Licet non nomine fideicõmissarij, sed cohæredis sit uocatus: & facit ĩ. eo. l. Lucius. §. fi. Sed contra ĩ. eo. l. Iulianus. §. ex his. sed illud de rigore: ut ĩ. proxi. not. uel alia uerba sunt ibi.

Pamphilo. CASVS. Titius fecit codicillos, & Pamphilo liberto suo in eis codicillis multa reliquit: postea fecit testamentum, & instituit filios suos sibi hæredes: & ita in eodem testamento dixit. Pamphilo liberto meo hoc amplius, quam in codicillis reliqui, dari uolo centum. Item postea ita subiunxit, scio omnia quæ tibi Pamphile relinquo, ad filios meos peruentura, cum affectionem tuam circa eos bene perspectam habeam. quæritur utrum uideatur Titius per dicta uerba Pamphili fidei commisisse, ut post mortem suam Pamphilus restituat centum prædicta filijs defuncti? & dicitur quod non quantum ad uerba testatoris, sed secundum sententiam sic. Propositum. Titius Caius, & Seius milites erant, & erant cotubernales, id est, socij in quodam castro pro imperatore. dictus Titius non habens liberos, nec cognatos, infirmus existẽs conuocatis amicis suis dixit dicto Caio contubernali suo, quod uolebat ei relinquere prædium suum Titianum. & Cornelianum: & Caius Seius interrogauit eum coram testibus, si ita placebat ei, & ipse respondit quod sic. quæritur nunquid ex causa fideicommissi dicta prædia pertineant ad Caium Seium? Et uidetur quod non: quia Titius non dixit, relinquo: imo dixit, uolo relinquere. Respondetur tamẽ quod sic.

Duas filias. Titius instituit sibi hæredes duas suas filias ex æquis partibus: quarum una uocabatur Titia, & alia Seia: & alteri puta Titiæ prælegauerat fundum Titianum: & ab eadem Titia petijt gratia dicti ꝑlegati, ut sorori suæ Seiæ uiginti daret. Item petijt ab eadẽ Titia, ut partem dimidiam dicti fundi Titiani dictæ Seiæ restitueret. mortuo Titio est nunc quæstio inter Titiam, & Seiam de dictis xx. & dicebat Seia, se debere habere medietatem fundi, & xx. Titia autem dicebat quod Seia non debebat habere, nisi medietatem fundi. quia per fideicommissum relictum Seiæ a Titia de medietate fundi fuit annihilatum legatum Titiæ de dicto fundo: quia illa pars fundi prædicti, quæ remanet apud Titiã, non remanet apud eam iure prælegati: imò iure hæreditario. cũ enim uni ex hæredib. aliquid pręlegatur, medietatem prælegati capit a cohærede suo iure prælegati: & aliam medietatem iure hæreditario: quia a seipso non potest sibi legari. Si ergo est annihilatum, prælegatum meum, dicit Titia, ergo debet præsumi, ꝙ nec sibi Seiæ uoluerit pater noster dari per me uiginti prædicta. quæritur quid iuris sit? Et Respon. quod Titia fouet rationem: & non dabit Seiæ nisi medietatem fundi.

c Perspectam habeam. Quasi dicat & ideo nominatim, & expressim te non grauo.

d Cum sententiam. Tacitam.

e Defuncti. Qui plurimum confidens de liberto non grauauit eum expressim.

f In simili specie. Scilicet inter uirum & uxorem. ut ĩ. titu. 1. l. unum ex. §. fina. & facit infra de adi. lega. l. aliumnæ. in principio. & facit supra. l. prox. §. pe. cum suis concor.

g Propositum est. Quendam militem.

h Accersitis. Id est, uocatis.

i Contubernali. Ex hoc uerbo liquet testatorem hunc fuisse militem. R. cum contubernales propriè dicantur in exercitu. in eodem puta tentorio duo milites uel tres ut supra commodati. l. rem mihi. §. in exercitu.

Contubernales qui dicuntur.

k Dixisse. Propositum est. Quod est ĩ. in prin. §.

set: eaq; dicta in testationem Caium Seium redegisse, [a] etiam ipso testatore interrogato, an ea dixisset, [a] & responso eius tali inserto [b] ναὶ. Quęsitum est an prædia quæ destinata essent, ex causa fideicommissi ad Caium Seium pertinerent? Respondi, super hoc nec dubitandum esse quin fideicommissum valeat.

Reuocato legato uidetur reuocatum onus legato appositum. Barto.

Duas [c] filias æquis ex partibus hæredes fecerat. alteri [d] fundum prælegauerat: & ab ea [e] petierat, [f] vt sorori suæ xx. daret. ab eadem [g] filia petijt, ut partem dimidiam fundi eidem sorori restitueret: quęsitum est, an viginti præstari non deberent? Respondi, non esse præstanda. [h]

Grauatus præstare fideicommissum tenetur ad illud insolidum: licet tam ipse, quam alius cum eo succedat defuncto alio iure, quam defunctus crederet, sed in eadem portione. Bartol.

Idem libro xxj. Digestorum. XXXVIII.

POst emancipationem patris susceptam [i] à patruo vt legitimo [k] hęrede petierat, vt partem hæreditatis auunculo [l] suo daret, & agros duos: ad vtrunq; autem vt proximum cognatum successio eius pertinuit, per bonorum possessionem. [m] Quæsitum est, cum in parte hæreditatis fideicommissum non constiterit, quam suo iure per bonorum possessionem auũculus habiturus esset an nihilominus in parte agrorum consistat, vt Titius partes agrorum duas, [n] id est, vnam, quam suo iure per bonorum possessionem habeat: alteram uero partem ex causa fideicommissi petere debeat? Respondi, petere posse. [o] Idem quæsijt, si ab eodem patruo fideicommissa alij quoque dederit,

[a] In Pan. Fl. responso eius tali, μάλιστα. inserto.

a Redegisse, id est, vocauit de hoc testes, non autem fuit scriptum.

b Tali inserto. Scilicet quod dixit se dixisse, nam ad interrogatum in Latino, videtur responsum in Græco: vt Insti. de inut. stipu. §. præterea. est enim hic Græcum. & facit ſ. de milit. testa. l. duius.

c Duas. Puta Titiā & Seiam.

d Alteri. Scilicet Titiæ.

e Et ab ea. Scilicet Titia.

f Petierat. Scilicet gratia huius prælegati.

g Ab eadem. Scilicet Titia. & sic prælegatum est nullum.

h Præstanda. Cum enim certum sit testatorem pœnituisse de prælegato, ergo & de onere propter id imposito videtur pœnituisse: & sic no. secundum R. quod si uni ex hæredibus aliquid prælegatur, & partem eius, & aliquid aliud rogetur restituere, pro eo quod ultra partem est: non valet relictum.

POst emancipationem. CASVS. Caius habens filiam Titiam, quā habuit postquā fuit emācipatus a patre suo habebat similiter fratrem Seium, qui erat patruus ad dictam Titiā, & qui Seius per emancipatione dicti Caij fratris sui desijt esse eius agnatus & cœpit esse inter cognatos. Item habebat dictus Caius pater Titię fratrem uxoris suæ Caiæ: quæ Caia erat mater dictæ Titiæ qui frater uxoris Caij erat auunculus ad dictā Titiam, & uocabatur Titius. decessit dictus Caius, & remansit filia Titia: quæ Titia fecit codicillos: & credens dictum suum patruum adhuc esse eius agnatum, & solum habere debere hæreditatem eius ab intestato, petijt ab eo in dictis codicillis, ut partem hæreditatis dicto Titio auunculo suo daret. & ut daret eidem auunculo fundum Titianum, & Seianum, qui erat ipsius Titiæ. Item petijt ab eodem patruo ut quędam fideicommissa quibusdam alijs daret: mortua dicta Titia successio eius per bonorum possessionem peruenit simul ad dictum patruum, & auunculum: quia erant eius proximi cognati: auunculus est enim inter cognatos: patruus autem factus est inter cognatos, per emancipationem prædicti Caij patris Titiæ, & sic deuenit hæreditas Titiæ ad eos quos ipsa uolebat, licet alio tramite: de fideicommisso ergo patris hæreditatis dando per patruum auunculo, planum est quod non ualuit, ideo quia suo iure per bonorum possessionem eam partem hæreditatis habiturus erat auunculus, sed de fideicommisso dicti fundi Titiani, & Seiani, dādo per dictum patruum auunculo, quæritur hoc modo. s. an dictus Titius auunculus ambas partes dictorū agrorum habere possit. s. vnam partem suo iure per bonorum possessionē, aliam vero ex causa fideicommissi petere possit à patruo cohærede suo. & dicitur qđ sic. Sed quid? an quod dictus patruus debet solus & insolidum præstare alia fideicommissa relicta per Titiam ab eo patruo quibusdam alijs? an vero tātum pro parte, hęreditatis Titiæ, quæ sibi remansit? Et dicitur quod insolidū.

Seiam ex. Titius instituit sibi hæredem Seiam ex nouem vncijs hæreditatis suæ, & Mæuiū in tribus, & ita postea dixit: quisquis de omnibus hæredibus meis hæres mihi erit, præstet illud, quod alicui legaui, & præstari sic riue iussero: postea fidei prædictæ Seiæ in nouem vncijs institutæ cōmisit in hæc verba: à te Seia peto, fideiq; tuæ cōmitto, vt quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, restituas filio tuo retētis tibi ortis meis: in quibus quidē ortis dicta Seia habebat tres partes. sicut ipsa erat instituta in nouem uncijs, & cohæres suus Mæuius habebat in eis ortis quartam partem sicut ipse fuit in quadrantem institutus: modo quæritur vtrum Seia debeat habere integros ortos prędictos, cum dictas nouem uncias hęreditatis restituit filio suo secundum pręceptum testatoris? Et respōdetur quod sic. nam fidei Męuij cohęredis uidetur cōmissum per testatorem, ut redderet Seię illum quadrantem, quem in dictis ortis habebat dictus Męuius: ut dictum est. Viui.

i Suscepta. Et concepta: ut insti. quib. mod. ius pa. po. solui. §. si.

k Vt legitimo. Ergo in codicillis rogauit: in quibus possunt grauari legitimi: ut ſ. tit. 3. l. conficiuntur. in prin. Et no. quod hic ignorabat ius agnationis esse finitum per emancipationem sui patris: hodie tamen nō tollitur inter patrem & filium: & sic nec inter hanc neptem & patruum ut Insti. de leg. agna. suc. §. fi.

l Auũculo. Et sic p fideicommis. auunculum hęredē fieri uoluit simul cū patruo, quē sperabat ei successurum.

m Per bonorum possessionē. Vnde cognati: qua uocantur etiam agnati capite minuti ut insti. de success. cog. in prin. & sic deuentum est eo, quo defuncta uoluit, licet alio tramite.

n Duas. Non dicit duas respectu tertię: sed, id est, ambas, eis diuisis in duas partes.

o Posse. Hoc enim uoluit testatrix ut prędia insolidum

dum haberet auunculus.

a Præstari. Non aperit à quo: vnde si dicas ab utroq;, obst. s̄. tit. 1. l. Celsus. §. penult. vbi neuter præstat: nec is qui sperabatur & non est, nec alius qui est præter spem. Sol. aliud est, cum sit testamentũ, & unus instituitur. tunc enim si ille non est hæres, non valet testamentum, & ideo nec legatum. hic aũt fecit codicillos: sed dicas à patruo solo. Sic enim hic quærit: ad quod uidetur esse responsum. sed tũc est contra s̄. titu. 2. l. cũ pater. §. cum existimaret. & de codic. l. is qui. Solu. ibi de æquitate: hic de rigore. ibi unum tantũ credebat successurum: vnde nõ mirum si legatum minuitur: hic autẽ de ambobus credidit: & ambo sunt, licet alio tramite, quam sperabat: & sic patruus solidũ p̃stat.

b Retentis. Hinc oritur quæstio: ut j. dicam.

c Fideicõmissum videri. Licet sit retinere eorum tantũ quæ iam habemus. & facit ā. titu. 2. l. cũ pater. in princ. & s̄. titu. 2. l. si seruus legatus. §. fi. & de alimen. lega. l. à filio.

d Vindices. Id est, dimidiam partẽ: alioqui si hoc non dixisset, vxor haberet dimidiam, & aliam dimidiam diuideret cum filio per medium, & sic filius hẽret quartam & reliquã uxor: ut j. de pec. leg. l. dñs. §. dñs. & facit C. si quis alteri vel sibi. l. mutuum. & s̄. titu. 2. l. serui electio. §. fin.

verum insolidum, an verò pro parte ab eo præstanda sint? Respondi, in solidum præstari. a

Iussus aliquod corpus hæreditarium retinere: pro parte sua retentionem, pro parte cohæredum etiam petitionem habebit. Barto.

Seiam ex dodrante, Meuiam ex quadrante instituit hæredes: fidei Seiæ cõmisit in hæc uerba: A te peto, tuæq; fidei cõmitto, ut quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit restituas filio tuo, retentis b tibi ortis meis. Quæsitũ est, cùm generali capite fideicommisisset, quisquis hæres erit de omnibus, ut præstaret, quod cuiq; legasset, præstari, fierive iussisset: an cùm dodrãtem hæreditatis restituerit, ortos in assem uindicare Seiæ debeat? Respondi, etiam cohæredis fideicõmissum uideri, c ut quadrantem, quem in his ortis hẽt, Seiæ redderet.

Si uerba legati sint ambigua, causa legati est inspicienda. Bar.

Idem libro xxij. Digestorum. XXXIX.

Vxorem, & filium cõmunem hæredes instituit, & uxoris fidei commisit in hæc verba, peto à te domina uxor, ne ex fundo Titiano partem tibi uindices: d cum scias me uniuersam emptionem eius fundi fecisse: sed beneficio affectionis, & pietatis, quam tibi debui, eandem emptionẽ (cùm numis meis comparassem) tecum cõmunicasse. Quæsitum est, an eum fundum insolidum filij esse voluerit? Respondit, eum, de quo quæreretur, perinde rationem in fundo haberi uoluisse, ac si vniuersus hæreditarius esset: ut pro parte dimidia & vxor, & filius agrum ut hæreditarium habeant.

Non est uerisimile testatorẽ grauare hæredem uoluisse dupli ci præstatione. Bar.

In testamento ita scriptum fuit: Domũ meam cum orto applicito e libertis meis concedi uolo. & alio capite f Fortunio liberto meo ex domo mea, quam libertis meis dedi, diætam, in qua habitabam, item cellarium iunctum eidem diætæ ab hærede meo concedi uolo. Quæsitum est, an hæres testatoris oneratus uideatur in præstando legato Fortunio quamuis domus vniuersa libertis sit prælegata? Respondit, non esse oneratum. g

Vxorem. CASVS. Titius de sua pecunia emit fundũ Titianũ: sed quia diligebat uxorem suã Seiã, ita instrumentum cõscribi fecit, quasi ipse cum vxore emeret: postea fecit testamẽtum, & instituit sibi hæredem dictam vxorem, & filium, quẽ ex ea habebat: & uxoris fidei commisit in hæc uerba: peto à te dña vxor, ne uendices tibi ex causa emptionis partem ex dicto fundo: cũ scias me uniuersam emptionem ipsius fundi fecisse, sed communicasse me tecum eandem emptionem beneficio affectionis, & pietatis, quam tibi debui. modo quæritur, utrũ per dicta verba debeat habere filius totum fundum? Et dicitur quòd nõ: imò videtur uoluisse dictus Titius testator, vt pro dimidia diuidant dictũ fundum cum si non dixisset dicta verba, & non appa ret alio modo totam emptionem in ueritate testatoris fuisse, vxor haberet dimidiam fundi ex emptione, & aliam dimidiam diuideret cum filio. Viuia.

In testamento. CASVS. Titius habens multos libertos, inter quos erat quidã qui uocabat Fortunius, ita inter alia scripsit in testamento suo: domum meam Titianam cum orto ei applicito libertis meis concedi uolo. postea ita dixit. Fortunio liberto meo ex dicta domo diætam in qua habitabam, item cellariũ iunctum eidem diætæ ab hærede meo concedi uolo: quæritur, utrum hæs teneatur p̃stare Fortunio dictam domũ, & cellarium? Et dicitur quod non, quia vniuersa domus Titiana, in qua erat dicta diæta, & cellarium, fuit legata libertis, inter quos libertos erat dictus Fortunius. Vnde nõ debet eadem res esse legata bis ab eodẽ testatore: quod esset, si deberetur ei diæta, & cellarium. Viuianus.

e Applicito. Eidẽ domui.

f Ex alio capite. Scilicet, ita scriptũ fuit. Hug.

g Oneratum. Scilicet omnibus libertis generaliter, & isti specialiter: vel isti æstimationem diætæ, & cellarij ex hac clausula: ex superiori uero sibi & alijs totum legatũ quod in idem recidit: & hoc uerũ nisi aliud appareat uoluisse testatorẽ, ut C. de cad. tol. l. j. §. penul. & s̄. titu. 2. l. si pluribus. §. 1. Itẽ non obstat s̄. tit. 1. l. qui duobus. §. 1. sed ibi in quantitate: hic in specie legata bis eidem personæ: ut C. eod. l. cum quæstio. §. 2. & s̄. titu. 2. l. planc. §. 1. Dic ergo secundum Azo. primum legatum minui tantum, quantum secundo datur: & secundum contentum esse suo speciali: quia sic videtur testator voluisse: vt s̄. titu. 1. l. si pluribus. & C. eod. l. cum quæstio in princ.

i Cõ cor. gl. in uer. opposuit. ibi arg. qđ nõ est recedendũ à significatione verborũ, nisi cum constat testatorem voluisse. c. ex literis. extra de sponſ. & matri.

Codicillis. CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem vxorem suam Seiam, & quo'dã alios

alios: & in eodem testamento confirmauit codicillos, si quos postea fecerit; postea fecit codicillos, & ita in eis cauit: omnibus autem libertis meis, quos manumisi inter viuos, vel in his codicillis, vel quos postea manumisero, lego cõtubernales suas, id est, vxores eorũ. Item lego eis filios, & filias eorum preter illos filios, & filias libertorũ, quos, & quas volui in testamento meo pertinere ad vxorem meam: & præter illos, quos eidẽ vxori meæ nominatim legauero: postea fecit quandam epistolam dictus Titius, & in ea petijt ab heredibus suis vt regionem Vmbriæ Tusciæ positam in Piceno restituerẽt vxori suæ prædictæ, que erat eorum cohæres, cum omnibus quæ in dicta regione erant, & cum mancipijs rusticis, & vrbanis, & actoribus, qui in dicta regione erãt exceptis manumissis: & non subiunxit, & exceptis filijs eorum, & filiabus. & contubernalibus. mortuo dict. Titio uenit Dama qui stabat in dicta regione uxori legata, quem Damã testator prædictus viu' manumiserat: & petebat à dicta vxore, & a cohæredibus suis duos suos filios seruos testatoris, quorũ unus vocabatur Stichus, & alter Eros: & allegabat pro se uerba codicillorum quæ talia fuerunt, ut dictũ est: omnibus autẽ libertis meis &c. dicebat uxor, imo debent dicti tui filij ad me pertinere: quia in epistola supra posita mariti mei non continetur aliquid de filijs, imò dixit sic maritus meus, exceptis manumissis &c. & non dixit, & exceptis filijs eorum: quæritur quid iuris fit? Et dicitur quod ad Damam patrem debent pertinere intuitu pietatis. Viuia.

quia non reliquit nominatim vxori. & facit ĩ. titu. s. l. Titiæ textores.

Legato generali per minus generale derogatur. Bar.

Codicillis confirmatis ita cauit: Omnibus autẽ libertis meis, & quos viuus, & quos his codicillis manumisi, vel postea manumisero: [a] contubernales suas, item filios, filiasve lego: nisi si quos, quasve ad vxorem meã testamento pertinere volui, vel ei nominatim legaui, legauero. idem postea epistola [a] ab hęredibus suis petijt, ut regionem Vmbriæ [a] Tusciæ in Piceno cohæredes uxori suæ restituerent cũ omnibus, quæ ibi essent, & mancipijs rusticis, vel vrbanis, & actoribus, exceptis manumissis. Quæsitum est, cùm Eros, & Stichus serui in diem uitæ testatoris in Vmbria, in Piceno actum administrauerint, sint autem Damæ [a] (quem testator viuus manumiserat) filij naturales: utrum eidem Damæ ex verbis codicillorum ab hæredibus præstandi sint: an verò ad Seiam vxorem ex verbis epistolæ pertineant? Respondi, ex codicillis ad patrem naturalẽ eos pietatis intuitu [b] pertinere.

Generi per speciem derogatur. B.

Felicissimo. CASVS. Titia habens filium Titiũ, & habens seruum nomine Felicissimum, & ancillam nomine Felicissimam, & habẽs multa legata ex testamẽto Præsentis sui viri quondam, inter quæ legata erat quidam fundus, qui vocabatur Gargilianus, & habens similiter multa legata ex testamento Cœlij iusti fratris dicti mariti, fecit testm̃, & instituit sibi hędẽ dictũ suũ filiũ, & tres alios: & dicto Felicissimo, & Felicissimæ libertatẽ dedit. postea legauit dicto Felicissimo, & Felicissimæ dictum fundũ Gargilianũ cum quadam casa, siue domo quæ erat iuxta eum fundũ: postea filio suo prædicto prælegauit in hæc verba, Titi fili hoc amplius de medio sumito legata mea, quæ mihi tam Pater tuus Præsens, quàm dict' Clœlius Iustus frater pris tui mihi reliquerũt in veritate aũt, sicut dictũ est, dictus fundus Gargilianus erat inter alia legata, quæ Præsens maritus testatricis reliquerat eidẽ testatrici. modo quæritur cui dict' fundus debeatur, utrum Titio filio testatricis tm̃ ex verbis generalibus testatricis: an Felicissimo & Felicissimæ ex speciali legato eis prius per testatricem relicto: an vero tribus eis? Et dr̃ quod ad Felicissimum, & Felicissimã: quia nõ est verisimile, quod testatrix uoluerit trãsferre legatum dicti fundi de Felicissimo, & Felicissima: quibus nihil aliud reliquerat, nisi dictum fundum, specialiter in filium suum Titiũ, cui hæreditatis suæ quartam partem reliquit: & hoc per illa generalia verba, Titi fili hoc amplius &c. quæ ã. posita sunt. Viuia.

Felicissimo, & Felicissimæ, quibus libertatem dederat, [c] fundum Gargilianum legauit cum casa: & alio capite Titio filio quem ex quarta parte hæredem scripserat, prælegauit in hæc verba: Titi fili hoc amplius de medio sumito legata mea, quæ mihi tàm pater tu' Præsens, quàm Clœlius Iustus frater patris reliquerunt. Quæsitum est, cùm fundus Gargilianus testatrici à marito eius, id est, à patre Titij filij, legatus sit, cui fundus ex causa fideicõmissi debeatur? utrum filio Titio tãtum, an Felicissimo, & Felicissimæ, an tribus? [d] Respondi, non esse verisimile, eam quę nihil aliud Felicissimo, & Felicissimę, nisi hæc, quæ specialiter legauit: ad filiũ, cui & hr̃ditatis suæ partem reliquit legatum generali sermone [e] transferre voluisse.

Verba præsentis temporis restringuntur ad tempus testamenti. Bar.

Testamento ita pueros legauerat: Publio Mæuio [a] domino meo ab heredibus meis dari volo pueros quinq; ex meis, duntaxat intra annos se-

[a] Sic in P. Fl. Haloã. autẽ scripsit contubernales suos, sed nõ rectè, vt annot. Ant. Au. emen. lib. 3. c. 2. quo loco elegãter explicat, q̃ dicatur contubernalis.

[a] Epistola, non est in P. Flor.

[a] In P. Fl. deest, Tusciæ.

[a] Damæ. Datiui casus Damæ.

[b] Pietatis intuitu. Cuius intuitu nonnunquam à iure communi receditur, nedum à proprietate verborum. est ergo hæc pietas ut non separentur: vt & ã. t itu. s. l. si domus. §. qui confitet. & C. cõmu. viri in. l. possessionẽ. & ĩ. ea. l. §. cõcubinæ. Est & alia ratio, quia spẽs derogat generi: & non ecõtra, ut ĩ. ,pxi. §. & ĩ. de reg. iur. l. in toto. & ĩ. eo. l. seruis vrbanis. §. si. est & alia hic,

[c] Dederat. Quædam mulier.

[d] An trib'. Id est, Felicissimo, & Felicissimæ, & Titio.

[e] Generali sermone. Not. ex generali concessione videri detrahi quod alij conceditur specialiter: quia species generi derogat: [t] vt & C. de secund nupt. auth. nunc autem. & ĩ. qui. ex cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. deinde. & ã. si quis ex cau. l. sed & si. §. quæ tisi.

[a] In P. Fl. dominulo meo.

[t] Cõcor. text in c. generi. & ibi gl. or. extra de reg. iu. r. q̃ regula an & quãdo procedat, vide Dy. & do tor. ibi.

Testamento

Testamento ita pueros. CASVS. Titius libertus Publij Mæuij fecit testamẽtum, & instituit sibi hǽdes Caium, & Seium: & ita postea dixit, Publio Mænio domino meo dari volo ab hæredibus meis quinque pueros ex seruis meis existentes duntaxat intra annos septem. postea post multos annos decessit dictus testator. certe iudicatur hic, quod illi septẽ pueri, qui fuerunt intra septem annos tempore testamenti, debẽt dari legatario: & non illi qui sunt septem annorum tempore mortis testatoris. Viuia.

ptem. a post annos complures, quàm fecit testamentum, moritur. Quæsitũ est, cuius ætatis Mæuio mancipia debeãtur? Vtrumne, quæ testamenti facti tempore intra septem annos fuerunt, an quæ mortis tempore intra eam ætatem inueniãtur? Respondit eam uideri ætatem designatã, quæ esset, cùm à testatore b relinquerentur.

Propter duram separationem uitandam uerbum filii porrigitur ad nepotes. Bart.

Concubinæ † inter cætera his verbis legauerat, fundum in Appia c cum uillico suo, & contubernali eius, & filijs dari uolo. Quæsitum est, an nepotes quoque uillici, & contubernalis eius testator ad concubinam ptinere voluerit? Respondit, nihil proponi, cur non deberentur. d

Appellatione patriæ etiam suburbia continentur. Item calendaria, & pecunia ad calendariũ destinata non cedunt legato eorum quæ sunt in loco. Bar.

Legauerat per fideicõmissum Mæuio e ita, Quicquid in patria Gadibus f possideo: Quæsitum est, an si quam suburbanam g adiacentem possessionẽ haberet, hæc quoque ex causa fideicommisi Mæuio debeatur? Respondit, posse ad hanc quoque verborum significationẽ extendi. h Item quæsitum est, si calendarij, i quod in patria sua, uel intra k fines eius defunctus exercuit, instrumenta in domo, quam in patria sua l habebat, reliquit: m an id quoque calẽdarium propter verba suprascripta Mæuio ex causa fideicõmissi deberetur? Respondit, nõ deberi. Item quæsitum est: an pecunia, quæ in arca domi Gadibus inuenta esset, uel ex diuersis nominibus exacta & ibi deposita, ex fideicommisso debeatur? Respondi, supra responsum. n

Ex legato reuocato, vel cui renunciatum est, nil petitur. Bartolus.

Testamento, quo filiũ,

a Intra annos septem id est, q sunt minores septẽ annis. & facit ĵ. de verbor. sig. l. pueri. l. fi.

b Cum à testatore. Imò mortis tempore. ut ĵ. de ali. & ciba. lega. l. Mæla. §. 1. Sol. ibi. Item arg. contra ĵ. de cõdi. & demon. l. filiæ. §. fi. & ĵ. de fun. instr. & instru. lega. l. pen. & facit s. eo. l. nomẽ. §. filio. & quod ibi not. & ĵ. de aur. & argen. lega. l. si ita.

Cõcubinæ. CASVS. Titius legauit concubinæ suæ hoc modo: fundum meũ positũ in Appia volo dari concubinæ meæ cum villico, qui stat pro meo in dicto fundo, & contubernali dicti villici, & filijs. Cernẽdũ hic, quod in hoc legato continetur non solũ dicta contubernalis, & filij villici, sed etiam nepos villici. Viuia.

c In Appia. Nomẽ regionis: sed alias mancipia. Accur.

d Cur non deberetur. Nam appellatione filij continentur nepotes ex causa pietatis, dum de dura separatione tractatur: ut hic & ĵ. de verb. sign. l. liberorum. §. 1. & sic potest intelligi in eod. titu. l. filij. & l. Iusta. & sic soluitur contra In institu. qui da. tu. pos. §. fina. Vel aliter ut ibi no. & facit s. ead. l. §. codicillis.

Legauerat. CASVS. Titius qui erat de quadam insula, quæ vocabatur Gades, & qui habebat multas possessiones, & domos in urbe eius insulæ, & in eius suburbijs, & qui habebat ĩ dicta terra, vel in suburbijs calendarium, ubi erant scripta debita sua & credita, & qui habebat in quadam domo in dicta terra posita pecuniam depositam in quadam arca: dictus Titius dico legauit ita Mæuio: lego Mæuio quicquid in patria Gadibus possideo. certè non solum possessio, quæ est intra dictam ciuitatem, continetur legato: sed etiam illa quæ est in suburbijs, non autem continetur dictum calendarium, vel pecunia deposita. Viuia.

e Mæuio. Alias Mæuius, scilicet testator. sed est falsa vt ĵ. patet.

f Gadibus. Sic enim vocatur illa patria de qua fit mẽtio s. tit. 2. l. si mihi. §. ĵ. & subest Venetis, & est sedes eorũ patriarchalis, alias autem est hoc Gradibus & similiter est nomen loci.

g Suburbanam. Id est, in suburbio ciuitatis: sed quandoq; ponitur pro rustico vt C. de præd. mi. l. si prædium. Hugo.

h Extendi. sic ĵ. e. l. cuique. & ĵ. de verb. signi. l. 2. & l. ut Alphenus. & l. ædificia. & l. quæ in continentibus.

i Si calẽdarij. Hoc expone: vt ĵ. eod. l. qui filium. Accur.

k Intra. Id est, iuxta. sic C. de posthu. hæredi. insti. l. fina.

l Patria sua. Scilicet Gadibus p̃dicta.

m Reliquit. Id est, dimisit instrumenta calendarij in domo: non dicas q ea legauerit: & sic nõ continet dictis verbis: quicquid & certũ hic & s. tit. 1. l. Caius & sic sunt verba iurisconsulti, nõ testatoris, alias rectè cõtradiceret ĵ. eo. l. chirographũ. & s. tit. 2. l. seruũ filij. §. cũ. sed certe si sunt iurisconsulti, quare non continent instrumenta? R. q. ga nõ ut perpetuo ibi sint erant ibi: ut s. de hær. insti. l. ex facto. §. rerum. & ĵ. proxi. respon. no.

n Supra respõsum. Scilicet non deberi per hoc, quod nec calendariũ, nec instrumenta debentur & hoc si ad tempus sit ibi, Scilicet vt fœneretur: non perpetuò, ut thesaurus. vt ĵ. eod. l. si chorus. §. 1. & l. si fundum. & ĵ. de auro & argento legato. l. si uxori. §. cum ita. & infra titulo secundo. lege, generali. §. uxori. & Infra de fundo instructo, & instrumento legato, lege cum delanionis. §. Sabinus. & lege, prædis. §. primo. & argumen. infra eodem lege, prædijs. §. Titio.

Testamento, quo. CASVS. Titius habens vxorem, & filium, & filiam, instituit sibi hæredes filium, & vxorem: & filiæ legauit centum cum ipsa in familia nuberet: & adiecit ita, Fidei tuæ filia committo, ut alicui ex familia nubas. & quocunque nubas, patieris de dote tua quam dabis, patrem dimidiam stipulari dictum meum filium fratrem tuum, & matrem tuam prædictam in casum dotis restituendæ. facto hoc testamento ipsemet Titius pater maritauit dictam suam filiam

cuiq;

a In P. Fl. relinquerentur.

b Dic secundum Bar. quod ibi pp factum defuncti augentis, vel minuentis relictũ inspicitur tp̃s mortis, secundum Dy.

† In quantum iste tex. vr innuere q̃ appellatione filiorũ pp duram separationẽ uitandã nepotes ueniant, limitabunt nõ intelligatur de ulterioribus ut per l. liberorũ in prin. ĵ. de verbo. sig. de quo vide l. filius. C. ad Maced.

a P. Flor. Mæuijs, prout etiã infra.

a Calẽdarium etci pe pro libro rationũ in quo fœneratores nomina debitorũ describebant, q solebant ĩ singulas calendas, id est ĩ singulos mẽses mutuũ dare: vt pa tet ex l. lecta. ff. si cer. petat. ibi, in dies trigintaquinq; denarios cẽtenos &c. sic enim illic legendũ est ex Pan. Flor.

& vxorem hæredes instituerat, filiæ per fideicommissum centum, cùm in familia nuberet, legauit: & adiecit ita: Fidei tuæ committo filia, ut cum in familia nubas, & quotiescunque nubes, patiaris ex dote tua, quam dabis, partem dimidiam stipulari fratrem tuum, & Seiam matrem tuam pro partibus dimidijs dari sibi, si i matrimonio eius, cui nubes, [a] siue diuortio facto: prius quàm dos tua reddatur, eove nomine satisfactum erit, morièris nullo filio, filiave ex eo relicto. Pater filiã virginem nuptum collocauit, eiusque nomine dotem dedit, [b] & post diuortium eandem recepit, & alij in matrimonium cum dote dedit, & stipulatus est eam sibi, aut filiæ suæ reddi. Manente filia in secúdo matrimonio, testator mortuus est eodem testamento relicto, eique hæredes extiternnt filius, & vxor. Postea marito defuncto puella dote [c] recepta nupsit alij, præsentibus, & consentientibus fratre, & matre, quæ etiam dotem eius auxit: & neuter eorum stipulati sunt dotem. mox matri filius, & filia hæredes extiterunt: deinde decessit in matrimonio [d] filia marito, hærede relicto. Quæsitum est cum puella non ex causa legati pecuniam in dotem ab hæredibus patris acceperat, sed mortuo secundo marito materfamilias facta dotem recuperauerat: [e] an hæres eius [f] ex causa fideicommissi fratri defunctæ teneatur in eam pecuniam, quam percipere posset, si dotem stipulatus esset? Respondit secundum ea, quæ proponerentur, non teneri. [g]

Onus de aliquo adoptando, & fideicommissum in defectum adoptionis iniunctum non tenet. Bartolus.

[*] Hæres, vel legatarius rogatus est, ut quendam adoptaret, his uerbis adiectis: Si aliter fecerit, exhæres esto: uel perdat legatum. Quæsitum est, si non adoptauerit, an ei qui adoptatus non est, [†] actio quædam ex fideicommisso competat? Respondit fideicommissum, quo quis rogatur, ut adoptet, ratum non esse. [h]

Vno ex his, cui hæres iussus est uendere, parato emere, competit uendicatio patris. Bartolus.

eiusq; nomine dotem dedit: postea filia diuertit à viro suo. dictus pater repetijt dotem, quam dederat pro ea. postea maritauit dictam suam filiã secundo, & dedit dotem similiter, & stipulatus est pater à secúdo viro dotem sibi, aut filiæ reddi. manente filia in matrimonio secúdo decessit pater nõ mutato dicto testaméto, in quo instituerat filium, & uxorem: & in quo legauerat filiæ prædictę centum: ut dictum est, & eius extiterũt hæredes filius, & uxor sicut eos instituerat. postea decessit secundus maritus dictæ filiæ: & ipsa dote sua recuperata ab hæredib⁹ secundi uiri, nupsit tertio præsentibus fratre, & matre sua prædicta, quæ mater etiam dotem dictæ filiæ auxit tertio viro: & neq; frater, neq; mater stipulatus est doté pro aliqua parte à tertio uiro: postea mater decessit, & dicta filia, & filius extiterunt ei hæredes, postea filia decessit, & instituit sibi hæredem dictum suũ virum tertium. modo quæritur, an dictus vir tertius hæres dictæ filiæ suæ vxoris ex causa fideicommissi teneatur fratri ob dotem suæ vxoris in tanta pecunia, quantam percipere potuisset dict⁹ frater, si doté stipulatus esset iuxta pręceptũ patris? Et dicitur quod nõ: quia filia non accepit pecuniam in doté ex causa legati, sicut pr̃ pręceperat, à fratre, & à matre hæredibus patris: sed mortuo primo, & secundo marito, materfamilias facta dicta filia dotem recuperauit, ut dictũ est, & tertio uiro dedit. Vivianus.

[a] Cui nubes. Accipe morieris quod ponitur ĩ.

[b] Dedit. Scilicet centum: ut ĩ. dixit: & quod supra eod. §. legauerat. unde legatum uidetur ademisse: ut C. eod. l. filia.

[c] Dote. Eadem, quod hodie facere tenetur: ut C. de rei vxor. actio. authen. sed quamuis.

[d] Matrimonio suo. Aliàs suo, aliàs secúdo. & dic mortuus est. scilicet pater.

[e] Recuperauerat. Quod facere potuit vel ex stipulatione patris: ut ĩ. sol. matr. l. Caius. & ĩ. de verb. oblig. l. quodcunque. §. 1. vel ex stipulatione legali: ut C. de rei uxor. actio. §. videamus. & §. & hoc. Accur.

[f] Hæres eius. Scilicet mariti: eius, scilicet puellæ.

[g] Non teneri. Tribus rationibus. s. tum quia pater dotem dando, sibique vel filiæ reddi doté stipulando, uoluntatem testaméto expressam credit mutasse: tum quia mater, & frater fideic. repudiasse videtur: cũ sorori danti consentientes stipulationem omiserunt. præterea quod nec ad filiam legatũ puenire potuit si pro ea in doté virum pater dedit, quod testamento antea reliquerat: ut C. de lega. l. filia. R. & facit ĩ. ad Trebel. l. filia.

Hæres vel. CASVS. Institui mihi hæredem Titiũ, & rogaui eum ut adoptaret Seiũ: & si nõ adoptaret, dixi, q esset exhæres. Titi⁹ hæres non adoptauit Seium, & certũ est quod amodo nõ adoptabit. nunquid Seius, qui debebat adoptari, habebit hæreditatem meã? Et dicitur q̃ non. & quod dixi in hærede, idem dicas in legatario. Vivia.

[h] Nõ esse. Ad hoc id est, vt ille q adoptatus non est, petere possit hæreditatem, vel legatum quasi ex tacito fideicommis. secus tamen quãtum ad illũ, q iussus est adoptare: quia habet, si paratus est hoc facere: ut s. de condi. instit. l. si quis testaméto. uel dic quod vocat hic fideicom. id est, rogauit de adoptando: q nõ ualet nec hic, nec ibi: quia contra bonos mores, uel contra ius, sed liberè remanet apud rogatum: & illã expone, ut ibi not. Aliud autem si rogatur de emancipando: vt ĩ. de condit. & demon. l. sicut. licet sit argum. contra s. eitu. a. l. filiusfamilias. §. secundum vulgarem.

Agri plagam. CASVS. Institui mihi hæredes Publium, & Caium & Petrum & Martinum: & ita postea dixi, agri mei plagam siue partem, quæ est ad burgum Panicalis, dicto Publio, & Caio transferibi volo per dictum Petrum, & Martinum, quos cum eis hæredes institui

[*] In P.F. incipi⁺, eius hæres &c.

[†] Aliàs desunt, ei q adoptat⁹ non est.

instituti, pretio facto boni viri arbitratu, & hæreditati illato: & volo quod Petrus, & Martinus promittant de euictione dicto Publio, & Caio nomine dictæ plagæ. Item uolo, quod dictus Publius & Caius promittant Petro, & Martino sub pœna centū quod dicta plaga, vel pars eius nō ꝑueniet aliqua rōne ad Seium, uel posteros eius me testatore mortuo. Caius non vult emere aliquid de dicta plaga: Publius autē sic. quæritur nunquid Publius debeat habere dimidiū ex causa emptionis? Et dicitur quod sic, & debet promittere Publius dicto Petro, & Martino, quod dimidia quā cōsequetur, non ꝑueniet ad Seiū, vel ad eius posteros aliqua rōne, & hoc sub pœna centum. Viuianus.

Agri plagam, [a] quæ est in regione illa, [b] Mæuio Publio, & Caio [c] transcribi [d] uolo, pretio facto viri boni arbitratu, & hæreditati illato, duplæ euictione [e] expromissa à reliquis hæredibus, ita ut sub pœna centum promittant, [f] eam agri plagam, partemue ad Seiā, posterosue eius non peruenturam quaque [g] ratione. Quæsitum est, an legatum ualeat: cùm Publius emere uelit, Caius nolit? Respondit eum, qui fideicōmmissum sibi præstari uelit, posse partem dimidiam eius agri, qui legatus est, petere, [h] quamuis alter persequi nolit. Item quæsitum est: cautio, [i] quæ interponi debet secundum uoluntatem, pro quota parte cuique [k] hæredum præstanda [l] sit? Respondit, pro ea portione, quæ ex fideicommisso præstatur. [m]

* In P.F. ex ꝓmissa reliquis hrdibus, sed hic rectius.

[a] Agri plagam. Id est, partem.

[b] Illa. Septentrionali, uel Australi. Hug.

[c] Et Caio. Qui pro parte fuerant hæredes scripti, & alij plures cum eis: ut patet ex sequētib⁹.

[d] Transcribi. Id est, uendi: quod ualet etiam iusto pretio: vt hic, & s. titu. 2. l. & si equo.

[e] Expromissa. Publio, & Caio a cæteris hæredibus. Accur.

[f] Promittant. Publius, & Caius.

[g] Quaque. Alias qua: & semper dic. id est, aliqua: & sunt uerba testatoris vsque illic: quæsitum est &c. uel si habes qua, posset ibi incipere quæstio: qua ratione quæsitum est &c.

[h] Petere. Nil mirum: quia etiam totū si uelit potest: vt C. de cadu. tol. §. ubi autem R. & facit s. titu. 2. l. si quis le. in fi. & s. titu. 1. l. antepen. §. 3.

[i] Cautio. Ne ad Seiam aliqua ratione perueniat. Io. & sub pœna centum.

[k] Cuique. Id est, cuilibet ex illis quibus est præstāda.

[l] Præstanda sit. A Publio Mæuio, qui solus vult.

[m] Præstatur. Scilicet pro dimidia: & sic sub pœna quinquaginta: uel si totū accipiat, quod potest, ut dixi, sub pœna integra centum promittet. Accur.

Sorori. CASVS. Titius faciens testamentū instituit sibi hr̄des duos filios, & duos extraneos alios: & sorori suæ Titiæ legauit duos seruos, & duas ancillas: & sororis fidei commisit, ut cum moreretur ipsa soror, restitueret dicta mancipia filijs suis testatoris. quæritur, utrum ea, quæ nata sunt ex dictis ancillis, & seruis medio tempore ante mortē sororis, contineantur fideicommisso cum patribus, & matribus eorum, & ita debeant restitui filijs testatoris, uel alijs eius hæredibus? Et dicitur quod non. Imo mortua dicta sorore debent remanere apud hæredem sororis. Viuia.

[n] Homines. Id est, ancillas: ut patet j. quia dicit de partu: est enim communis generis.

[o] Filijs. Scilicet testatoris: & dic non institutis, sed exhæredatis, vel cum alijs extraneis institutis. Accur.

Appellatione mancipiorū non continentur postea nati ex eis. Bartolus.

Sorori legauit homines, [n] quos nominauit, testamento: eiusq; fidei commisit, ut eadem mancipia filijs [o] suis, cùm obiret restitueret. Quæsitum est: agnata [p] ex his: * an defuncti filijs, an hæredibus [q] restituēda sint post mortē legatariæ, an remaneāt apud hæredes eius? Respōdit, q̄ postea agnata [t] essent, uerbis fideicōmissi nō cōtineri. [r]

Pater naturalis dotando filiam, in dubio non videtur habere animum donandi, sed magis animum compensandi cum eo, quod filia debet. Bar.

[p] Agnata. Id est, nata.

[q] Hæredibus. Dicunt quidam, s. filiorum: & sic opponitur eis, quod sit conditionale: & sic interim nō transmittitur: ut j. qn̄ dies le. ced. l. 3. & dātur hic extitisse cōditionem vltius filijs. vel dicunt fuisse diem, non conditionem, vel esse hæredes filios filiorum, qui comprehēdantur sub uerbo liberis, quæ somnia sunt. nam hic dicit an: unde, & filij & hæredes, s. testatoris erant simul, & hæredes legatariæ. Dices ergo hæredibus, scilicet testatoris, si ne filius nullo modo sit hæres, siue sit cum alijs.

[r] Non contineri. Scilicet qa nec sunt relicta, nec accessionis iure debentur, s. cum post mortē testatoris, & ante mortē sororis, & sic ante morā nata sunt: alias secus esset: ut s. de legat. 1. l. apud Iulianu. §. item partus. & j. de fideicō. libe. l. cū vero. §. cū quidam. & C. de fideicom. liber. l. 3. & j. de optio. leg. l. pe. & s. de usur. l. Paulus respon. & s. tit. 1. l. Licinius. Sed cō tra s. tit. 1. l. cū pr̄. §. pr̄ filiæ. ubi partus [t] debet. Solu. ibi ex testatoris sciētia speciale præsumitur: uel ideo est illud, quia dotalis ancillæ partus nec minus quàm ipsa mater dotalis intelligitur: ut C. de rei uxor. actio. §. itaque. at ancillæ legatæ partus nunquam legatus matris ratione dicit.

* In P.F. an defuncti filij hæredibus restituenda sint, &c.

[t] Conco. e. consensus. in gl. super uer. posteritate. ibi, qa post manumissionem proles à libero suscepta nullius patrocinio est obnoxia. extra de reb. eccle. alien. uel non.

[t] An partus ueniat cum legato ancillæ, & an sit fruct⁹ t vide quod no. I apo. in allega. l. cum pater §. pater filiæ. I co. uer.

Pater naturalis. CASVS. Titia habens patrē naturalem, & non legitimum, habebat uirum Titiū: qui vir ueniens ad mortem instituit hæredem dictum patrem naturalem uxoris suæ Titiæ: & ab eo hr̄de multa fideicommissa reliquit uxori suæ. mortuo dicto Titio marito suo dicta Titia nupsit secūdo: & dictus suus pater dedit centum nomine dotis marito secundo pro ea. cum non teneretur hoc facere, ideo quia naturalis tantum erat: ut dictum est: & stipulatus est dictus pater à viro secundo sibi dictam dotem reddi, si filia sua decederet in matrimonio sine liberis. filia postea suscepit filiam ex dicto secundo viro, & ita defecit conditio stipulationis patris. modo petit dicta filia à patre suo illa fideicommissa, quæ primus suus vir ei reliquit. Nunquid potest? Et uidetur q non: quia certum est, ex quo habet filiam ex secūdo uiro, quod dos data pro ea secundo uiro debet iterū manere apud eū, unde uidetur, quod fideicommissa debeant cōpensari cum dote. Resp. tn̄ hic, quod bene potest filia petere fideicommissa, si non habet ratam dationē prædictā dotis, quā fecit pater marito eius secūdo. & idem est, cuū si pater paratus est liberare per acceptilationē maritum suū filiæ à dicta dotis promissione. Sed quid si dictus pater ea conditione dedit dictam dotē dicto secūdo marito filiæ, ut ipse faceret dictam filiā ratum hr̄e: & ipsa nunc non habet ratum, ut dictū est? certè aget pater contra maritum condictione ob causam ad repetendā dotem:

dotem. Viuianus.
[a] Pater. Inſtitutus à marito filiæ naturalis. Accur.
[b] Naturalis. Scilicet tantum. nam legitimus videtur de ſuo dediſſe: nec a fideicō. videtur liberatus: vt C. de dot. promiſ. l. fi.
[c] Fideicommiſſum. Aliàs fideicommiſſi debitor: aliàs fideicōmiſſum debebat: ut quia maritus filiæ inſtituerat patrem, & eum fideicommiſſo grauauerat.

[a] In P. F. mariti ci' fideicommiſſi debitor, cum ea, &c.

Pater [a] naturalis [b] filiæ ſuæ ex teſtamento [*] mariti eius fideicommiſſum [c] debebat, cùm ea mulier nuberet alij, non mandato mulieris dotem marito eius dedit, & ſibi eam reddi ſtipulatus eſt, ſi ſine liberis filia moreretur: filiam mulier ſuſcepit. Quæſitum eſt, an fideicommiſſum à patre exigere poſsit? Reſpōdit: ſi nec ratam [d] habuiſſet dotem datam, ſupereſſe fideicommiſsi petitionē. Item quæſitum eſt, an ſi pater accepto facere ſtipulationem uelit, mulieri perſecutio fideicōmiſſorum denegāda ſit? Reſpondit, ſupra reſpōſum: [e] eumque [f] patrem, de quo quæreretur ſi ita dediſſet, ut mulier ratum [g] hēret, poſſe cōdicere. [h]

Reſtitutio fideicommiſſi facta ante diem, alii non præiudicat. Bartolus.

Seium maritum ſcripſit [i] hæredem, eique ſubſtituit [k] Appiam alumnam: fideique hæredis cō miſit, [l] ut poſt mortem ſuam hæreditatem eidem alumnæ reſtitueret: [m]

[d] Si nec ratam. Ratam autem dotē habere tunc cogitur, ſi pater vult, & remittat ſtipulationem viro. aliàs nullus eſt effectus ratihabitionis, cum ſibi ſtipulatus eſt pater: cum in eius datione vtiliter negotium ipſius pater geſſiſſet: vt ſ. de neg. geſ. l. quæ vtiliter in prin. & §. fi. & j. de doli except. l. ſi opera. R.
[e] Reſponſum. Vt non ſiot denegāda, niſi ratam habuit dotem datam.
[f] Eumque. Tertium anoectit caſum.
[g] Mulier ratum. Id eſt, vt tunc demum apud virum remaneret. Azo.
[h] Condicere. Scilicet condictione ob cauſam ea ratum nō habente: vt & ſ. de cōdic. ob cau. l. ſi donaturus. §. 1. & facit j. de col. do. l. j. §. pe.

Seium maritum. CASVS. Titia ſcripſit hęredem Seium maritum ſuū, & ſubſtituit ei Appiam. Item cōmiſit fidei dicti ſui mariti, vt poſt mortem ſui mariti hæreditatem reſtitueret dictæ Appiæ: & ſi ante Appia moreretur quàm maritus, tunc reſtitueret maritus hæreditatem dictam Valeriano. Seius maritus viuus exiſtens reſtituit dictam hęreditatem dictæ Appiæ, cum non teneretur hoc facere. modo quæritur, an quid ſit liberatus Seius a Valeriano? Et dicitur quod non, imo eſt in pendenti: vt ſi quidem moriatur Appia ante Seium teneatur Seius Valeriano ex fideicommiſſo, ſecundum quod voluit teſtatrix. Viu.
[i] Seium maritum ſcripſit. Scilicet Berta: & hoc ſi habeas Seium. alias eſt Seia.
[k] Subſtituit. Vulgariter, ſ. ſi hęres non eſſet maritus.
[l] Commiſit. Scilicet ſi hæres eſſet.
[m] Reſtitueret. Sic alumna vulgariter, & fideicommiſſi iure Seio ſuit ſubſtituta. R.
[o] Contigiſſet. Alias accidiſſet: qa decederet alumna: vt j. de verb. ſigo. l. in vulgari. §. 1. ſic ergo apparet dupliciter ſuſpenſum alumnæ relictū in diē mortis hæredis. Item & ſi tūc vixerit ipſa alūna. nullo ergo modo teſtatricis voluntate Appiæ reſtitutam hæreditatem dici poteſt i caſu propoſito. at ea ſimpliciter relicta poſt mortem hæredis ſecus diceretur: vt C. de fideicom. l. poſt mortem: & ſ. tit. 1. l. cum pater. §. hæreditatē. & §. à filia. R. & ſ. d le. j. l. ſi filiusfamilias. §. diuus.

aut ſi quid ante contigiſſet [n] alumnæ, tunc Valeriano fratres filio reſtitueret eandem hæreditatem. Quæſitum eſt, ſi Seius uiuus quicquid ad eum ex hæreditate perueniſſet, alumnæ reſtituiſſet: an ſecundum voluntatem defunctæ id feciſſe videret, præſertim cùm hæc eidem ſubſtituta eſſet? Reſpondit: ſi viuo Seio Appia deceſſiſſet, [o] non eſſe liberatum [p] a fideicommiſſo Valeriano relicto.

Rogatus reſtituere cùm volet, poſt mortem rogatus videtur Vel aliter, In vltimis voluntatibus moriendo quis velle videtur. Barto.

Scæuola [q] reſpondit, Cùm hęres ſcriptus rogatus eſſet, cùm uolet, [†] interim [r] non eſſe compellendum [ſ] ad fideicō miſſum. Claudius: Poſt mortem [t] enim utiq; creditur datum.

Fideicommiſſum purè relictum poteſt peti incontinenti; & qui vetat ſatiſdationem exigi, non videtur fideicommiſſi diem differre Bart.

Hæredi ſcripti fidei-

[o] Deceſſiſſet. Vnde defecit Appiæ relictum, & cōditio alterius, ſcilicet Valeriani extitit: licet ni riuſq; dies, id eſt, mortis viri, tūc quoque penderet. R.
[p] Libertatē. Non ergo ſecūdum teſtatricis voluntatem alumnę reſtituiſſe eſt dicendum: ſed eſſet liberatus, ſi illa ſuperuixiſſet: vt ſ. de condi. indebit. l. ſub conditione.

Scæuola. CASVS. Inſtituit Titia Seiū maritum ſuum ſibi hæredem, & rogauit: vt hæreditatem reſtitueret Appiæ cum vellet ipſe maritus. certè creditur rogatus, vt reſtituat poſt mortem ſuam mariti: & ideo interim dum viuit maritus, non eſt compellendus ad fideicommiſſum præſtandū. Viuian.
[q] Scæuola. Aliàs §. & tunc dic quod fuit rogatus reſtituere poſt mortem. vnde tacitè quando vellet, prius videtur rogatus: vt C. de fideicommiſ. l. poſt mortem. Vel dic qđ expreſsè dixit cum voles vel velles ſecundum diuerſas literas: ſecus ſi voles: vt 00. ſupra eodem l. fideicommiſſa. §. ſi ſic. & ſta de verb. obli. l. centeſimis. §. j. aliàs deeſt §. & tunc ſecundum R. pone: vt ſ. quia fuit rogatus reſtituere alumnæ quando vellet tacitè. ſed ſi ipſa præcederet, tunc Valeriano. nam non ſuſper. dicitur poſt mortem. Acc.

[†] Facit iſte tex. ad hoc quod no. Alex. poſt Bart. & Ang. in l. centeſimis. §. ſi. alias eſt l. ſi ita ſtipulatus. a. ſ. de verbo. obl. ſcilicet quod legamus cum hæres volet, intelligitur deberi poſt mortē hǣdis.

[r] Interim. Dum viuit.
[ſ] Compellendum. Sed ſponte poteſt.
[t] Poſt mortem. Hæredis tantū, & non quandocunque vellet ipſe hæres reſtituere. Roger. ſecundum tertium caſum.

Hęredis. CASVS. Titius inſtituit ſibi hęredem Seium, & eius fidei commiſit, vt Sey vxori Titij vniuerſam reſtitueret hæreditatem, & dictæ vxoris fidei commiſit, vt quicquid ad eam ex dicta hęreditate perueneri, reddat Mæuiæ infanti, exceptis iis, quæ ei vxori legauerat: & vetuit exigi ſatiſdationem ab vxore de præſtando fideicommiſſo Mæuiæ infanti. poſtea Seius hæres reſtituit hæredi. dictæ vxori teſtatoris. modo petit

Mæuia

Mænia infans à dicta vxore, vt statim restituat sibi dictam hæreditatem, nunquid potest? Et dicitur quod sic. Viu.

a A qua Seia. s. in secunda persona dixit Seiæ: nunc in tertia dicit de ea: & dic satis exigi, Id est, satisdare de restituendo fideicōmis. vniuersali infanti: quam alias præstaret. nisi testator remisisset: vt C. vt i poss. leg. l. cum Archimedoram. an autem retineat quartā hæc secūdo rogata, dic vt C. ad Trebel. l. iancimus. §. fi. Accursius.

b Eam. Seiam vxorem.

c Rem aucturā. Id est, restitutionem facturam, quam detrimentum &c. cui detrimento adesset Seia, si restitutionē differret. & alias esset auctura.

d Possit. Scilicet statim: dubium autem erat, quia per hoc quod satisdationem remisit, videbatur fideicom. distulisse: quod est falsum. nam & pro puncto pręstatur satisdatio: cum multas moras habeat iudicium: vt s. vt in poss. leg. l. etiam. in prin. & facit s. tit. 1. l. omnia. & j. de condi. & demon. l. t. in princip. Sed contra infra ad Trebellian. l. epistola. §. finali, sed ibi alia voluntas fuit: vt ex verbis ibi apparet.

commiserat, vt Seiæ vxori vniuersam restitueret hæreditatem: & vxoris fidei commisit in hęc verba, A te Seia peto, vt quicquid ad te ex hæreditate mea peruenerit, exceptis ijs, si qua tibi suprà legaui, reliquum omne reddas, restituas Męuię infanti dulcissimę: a qua Seia a satis exigi veto: cū sciam eam b potius rē aucturam, c quàm detrimento futuram. Quæsitum est, an statim Męuia fideicommissum a Seia petere possit? d Respondit, nihil proponi, cur non possit.

It, cui cura monumenti committitur, ad expensas insolidum non tenetur. Bar.

Idem libro xxxiij. Digestorum. XL.

Titius hæredes instituit e Seiam vxorē ex parte duodecima, Męuiam ex reliquis partibus: & de monumēto, quod sibi extrui volebat, ita cauit; Corpus meum vxori meæ tradi volo sepeliendum in fundo illo, & monumētū extrui vsque ad quadringentos aureos. quæro, cū in duodecima parte non amplius, quam centum quinquaginta aurei ex bonis mariti ad vxorē peueniāt: an hac scriptura ab ea sola monumentū sibi testator extrui voluerit? Respondit, ab vtraque hærede monumentum pro hæreditarijs portionibus extruendum.* f

Titius. CASVS. Titius instituit sibi vxorem hæredem suā in vna vncia hæreditatis suæ, in qua vncia esse poterant de hæreditate centum quinquaginta aurei, & non plus. Mæuiam autē instituit in xi. vncijs: & ita postea dixit: corpus meum vxori meæ tradi volo sepeliendum in fundo Titiano, & volo extrui monumentum in dicto fundo, in quo expendantur quadringenti aurei. quæritur, nunquid per dicta verba videatur testator voluisse, vt vxor sola faceret monumentum, an pro hæreditarijs partibus ab vtroque hærede? Et dicitur quod ab vtroque pro hæreditarijs partibus videtur voluisse fieri monumentum. Viu.

e Instituit. His verbis, Seiam &c.

f Extruendum. Alias inferendum. & ad hoc cogitur pontificali vel præsidis authoritate, & prætoris officio: vt s. de pet. hæred. l. hæreditas. & de relig. l. at si qs. §. si cui. & iudicio fami. ercisc. vt s. fami. erciscun. l. is consequenter. §. sed & cum. sola ergo operis faciendi solicitudo seorsum vxori iniuncta est verbis testatoris, & hoc tā gratia oneris quod erat iniunctū magnitudine, quam huius emolumenti pretio, vna cū persona, quæ dicebatur sola grauata affectione. pensatis verbis sic dubijs. talis merito adhibenda fuit distinctio, secundum Ro. Ac.

* F. F. instruendū.

Arbitrio boni viri dos constituitur dignitate, & facultatibus testatoris, & numero liberorum pensatis. Bar.

Celsus lib. xv. Dig. XLI.

Si filiæ pater dotē arbitratu tutoris dari iussisset: Tubero perinde hoc habēdū ait, ac si viri boni arbitratu † legatum sit. g Labeo quærit, quē admodum apparet, quantam dotē cuiusq; filiæ viri boni arbitratu constitui oporteat? Et ait, id nō esse difficile ex dignitate, ex facultatib*, ex numero liberorū h testamētum facientis æstimare.

Si filiæ. CASVS. Titius habens plures filios, & vnā filiam fecit testamētum, & eos omnes sibi hæredes instituit: & dictæ filiæ, quæ pupilla erat, dedit tutorem Seium: & dictæ filiæ cum nuberet iussit dari dotem arbitrio tutoris prædicti. certè perinde est, ac si dixisset, arbitrio boni viri: bonus autem vir, & per consequens dictus tutor debet inspicere in constituenda dote dignitatem defuncti, & facultates, & numerum liberorum eius: & secundum prædicta debet constituere dotem paruam, vel magnam, vel mediocrem. Viu.

g Legatum sit. Hoc enim generale est: vt j. de verb. signifi. l. illa verba. & s. pro socio. l. societatem. & s. tit. 1. l. 1. & j. ti. 1. l. si cui. & s. eod. l. fideicommissa. §. si sic. & s. de iure dot. l. quæro. & l. cū post §. gener. & C. de nupt. l. si furiosi. & C. de admini. tut. l. si curatoris. Sed contra C. de do. promiss. l. 1. Sol. ibi.

h Ex numero liberorū. Propter quos minor constituitur dos: arg. j. de bo. dam. l. fi. §. fin.

† Cōcor. gl. in vers. alieno arbitrio. ibi, testamentum in alterius voluntatem expresse commissum non valet. sic nec legatum expresse cōmissum in alterius voluntatem vt ipse det, sed vt arbitretur benè. e. super e. extra de cōd. appo.

Non videntur esse in loco, quæ ibi sunt ad tempus. Bar.

Pomponius lib. ij. ad Sabinum. XLII.

Si fundus legatus sit cū ijs, quæ ibi erunt: quæ i ad tempus ibi sunt, non videntur legata: & ideo pecuniæ, quæ fœnerandi causa k ibi fuerūt, non sunt legatæ.

Si fundus. CASVS. Legaui tibi fundum cum ijs, quæ ibi sunt, vel erunt tempore mortis meæ. certè ea quæ sunt vel erant ad tempus, & non perpetuo, non debentur tibi. & de hoc ponit vnum planum exemplum. Viu.

i Quæ. Modo respondet.

k Fœnerandi causa. Vel aliàs ad tēpus. & facit j. e. l. si ita legatum. & s. e. l. vxorem. §. legauerat. & j. eo. l. generali.

Ea videntur alicuius causa parata, quæ ad eius vsum proprium sunt destinata: secus si ad vsum communem eius & alterius. Bar.

Vlpianus lib. xxij. ad Sabinum. XLIII.

generali.§.vxori.& ʒ.de auro & argen. lega.l.si uxori.§.1.& s.titu. t.l.Caius.in princ. & C.de verb.signi. l.j.& s.de pigno. l.debitor.

HOc legatum. CASVS Institui mihi hæredem Titium,& vxori meæ ita legaui. uxoris meæ causa paratum ei lego. quęritur quid uideatur vxori legatum per dicta verba? Et respondetur qđ dictum legatū est generale, & continet omnia quæ vxoris meæ causa paraui: siue sit uestis, siue argentum, siue aurum, siue ornamenta. & certè illud videtur uxoris causa parari, quod magis paratum causa uxoris foret, quàm cōmunis uiri, & uxoris usus causa. neq; interest, vtrum aliqua paraui pro uxore mea antequā eā ducerem in uxorē: an postea paraui ꝓ ea aliqua ex rebus, quibus uti ego solebam: quia semper continebūtur in dicto legato. Dicta tamen adiectio quam feci in testamento meo, scilicet quæ uxoris meæ causa parata sunt, lego ei &c. quandoque facit legatū uxori relictum exiguum, quandoque plenius facit. augetur autem legatum per coniunctionis adiectionem cum ita scripsi: lego uxori meæ aurum,& argentum,& vestem,quæq́, eius causa parata sunt. nam continentur tunc in legato non solum ea quæ nominaui, sed etiam alia quæ non nominaui,uxoris tamen meæ causa paraui. minuitur autem legatum per dictam adiectionē.cum detraho coniunctionem, quæ,& ita dico, lego uxori meæ aurum, & argentum,& vestem,& seruos, quæ eius causa parata sunt.& non dixi,quæq; eius causa parata sunt. nam continentur tunc in legato ea sola, quæ ex supradictis uxoris causa parata sunt,& non alia. Item scias, quod in dicto legato continentur ea quæ comparaui anteq̄ dictam uxorem ducerem, & postea ea tradidi ad utendum. Itē continentur ea, quæ prioris meæ vxoris fuerunt,uel filiæ,vel neptis,vel nurus: duntamen ego ad vsum uxoris meæ paraui. Interest aūt inter emptū, & paratū uxoris causa:quia paratū quod est genus, inest in empto,quod est species:sed non conuertiť, id est, in parato non semper continetur emptū: de quo ultimo poniť exemplū. Pone quod ea,quæ prioris uxoris meę causa emi,posteriori meæ uxori tradidi ad utendū. certe constat me dictas res parauisse causa uxoris meæ secundæ:non aūt comparasse eius causa. bene est ergo verū,quia in parato non semꝑ continetť emptū. Itē est alia differentia inter emptū, & paratum uxoris causa: quia si ego posterioris uxoris causa nihil emi, tū tradendo ei ea,quæ prior mea uxor in usu habuit: tunc secundæ uxoris meæ causa parasse videor. Quæ enim causa posterioris meæ vxoris paraui:etiam si secundæ vxori nō assignaui,dicto legato secūdæ uxoris cedūt: ea aūt quæ prioris uxoris cā comparaui:ita demū debent posteriori ex dicto legato, si ei posteriori assignaui: quia non est ita de posteriore uxore cogitatum, cum comparentur dictæ res pro prima uxore, sicut uidetur cogitatum de posteriore vxore,cum comparaui dictas res pro secunda vxore. nam etiam id quod prioris causa paratum est, non cedet dicto legato secundæ vxoris, q̄uis tradidi ei, si postea ei abstuli. Item scias, quod in dicto lega. de quo dixi in princ. continentur mancipia, puta lecticarij,qui solā matremfa. portabant, & multa alia q̄ planè in litera nominantur. Nō autem est differentia, vtrū quis leget prædicto modo uxori, an uero concubinæ: quia semper continebūtur in legato ea,quę dicta sunt. Quid si legaui uxori meæ aurū, quod eius causa paraui: postea autem conflatum est dictum aurum, extat tamen materia eius? certè materia uxori debebitur. intelligas autē supradicta vera esse, si uxor cui ita legatum est: mortis testatoris tēpore vxor inueniatur: & non aliàs. Item & prædicto modo potest legari non solum vxori,& concubinæ,de quibus dictum est,sed etiam filio,& filiæ,& seruo, & seruæ.& eadem obtinebunt,quæ dicta sunt in uxore, & concubina.& hoc dicunt istæ quinque leges. Viuia.

HOc legatum, uxoris causa parata, [a] generale est: & continet tàm vestem, q̄ argentū, aurum,ornamentum, cæteraq́;,quæ vxoris gratia parantur. Sed quæ videntur vxoris causa parari? Sabinus libris ad Vitellium ita scripsit: Quod in usu [b] frequentissimè versatur, ut in legatis vxoris adijciatur. Quod eius causa parata sit, hāc interpretationem obtinuit. Quòd magis uxoris, quàm cōmunis, promiscuiq́; [c] usus causa foret paratum. neq; interesse [d] visum est, antè ductam uxorem id pater familiàs parauisset, an postea: an etiam ex ijs rebus, quibus ipse uti soleret, vxori aliquid assignauisset: dum id mulieris vsibus propriè attributum esset.

Relatiuum quis, uel qui, positum sine copula, præcedentium significationem restringit: sed si copula apponatur, augebit. Bartolus.

Paulus libro ij. ad Vitellium. XLIIII.

EA tamen adiectio [e] legatum alias [*] pleni[*] efficit, aliàs exiguius augetur, [f] cùm sic scriptū est, Quæq́; eius causa parata sunt. id enim significatur, [*] [g] & si quid, pręter ea,quę dicta sunt, [h] eius causa paratum est. Minuitur [i] detracta [k] cōiunctione: quia ex omnibus suprà comprehensis [l] ea sola definiuntur, [m] quæ eius causa parata sunt.

* P.Flor. aliàs exigur*, alias plenius efficiat augetur &c. * P.F. significat.

Vlpianus libro xxij. ad Sabinum. XLV.

a Parata. Scilicet do, lego.

b Quod in vsu. Hæc sunt verba Sabini vsque illuc: neque &c.quibus concor.s.titu. t.l.legatis uxori. & ʒ.de aur.& arg.lega.l.Quintus. In princ. & ʒ.eo.l.item.§. proinde.& ʒ.de verb.sig.l.in lege.§.quid. & ʒ.de fun. instru.lega.l.quæ situm.§.quod.& s.eod.l.uxori.§.1.

c Promiscuique. Infra eod. l.cum quæreretur.§.lana.in fi.contra.Solu ibi.

d Interesse. Infra eod.l.si quid.

e EA tamen adiectio. Scilicet quæ eius causa parata sunt,do lego.R.

f Augetur.Scilicet legatum ea adiectione. Accur.

g Significatur. id est, tali adiectione.

h Quæ dicta sunt.Scilicet nominatim: puta si edixit vir,aurum,& argentum,& vestem,& quæcunque eius causa sunt parata,uxori do lego. R. nam & si qua alia sunt præter prædicta,eius usu sunt legata. sed Ioan.dixit in hoc augeri, ut etiam quæ communis usus causa sunt parata,uideantur relicta. primū placet. sic in copula seu,ut ʒ.de aur.& argen. lega. l.si ita quis legata.

i Minuitur. Scilicet legatum adiectione tali. Accur.

k Detracta coniunctione.Scilicet copula,quæ: sic puta,aurum,argētum,& uestem,quæ eius gratia, uel causa parata sunt,uxori meæ do, lego.

l Comprehensis.Scilicet nominatim: puta aur.& argentum, & vestem.

m Definiuntur. id est,determinantur.& sic per inferiora restringunť superiora: ut ʒ.de supel. leg. l.legata. 2.respon.

respon. & ¶. de fund. instru. vel instru. leg. l. cum de la-nione. §. cui fundum.

[a] SI quid. Adiunge cum l. præcedenti.
[b] Parauisset. Relicto sic legato, quæ causa vxoris meæ sic paraui, ei do lego: ut hic, & ¶, e. l. hoc legatum. §. neque interest.

SI quid [a] earum rerū antè cōparauit, quàm vxorem duxit: si id ei, vt vteretur, tradidit: perinde est, quasi postea parauisset. [b] ex eo autem legato ea pertinent ad vxorem, quæ eius causa empta, comparata, quæque retē ta [d] sunt, in quibus ēt, quæ prioris uxoris, [e] quæque filiæ, neptis, vel nurus fuerunt, continentur. non

Ad positionem speciei, sequitur positio generis (non econuerso). Bar.

Inter emptum, & paratum quid intersit, quæritur? Et responsum est, in empto paratum inesse, [f] in parato non continuò [g] emptum contineri: veluti, si quis, quæ prioris uxoris causa emisset, posteriori vxori tradidisset, eas res eum [h] posterioris uxoris causa parauisse, non emisse, cōstat. Ideoq; quamuis maritus posterioris vxoris causa nihil emerit, [i] tamen tradendo, quæ prior habuit, eius causa parasse videtur. Quæ enim posterioris uxoris causa parata sunt: etsi ei [i] assignata non sint, legato [k] cedunt. At quæ prioris vxoris causa parata sunt, ita posteriori debentur, [l] si ei assignata sunt: quia nō est ita de posteriore vxore cogitatum, [m] cum pararentur. [n]

Paulus libro iiij. ad Sabinum. XLVI.

[c] Empta. Empta, pretio: comparata, alio modo: quæsita, ut permutatione: vt ¶. de contrahē. emp. l. 1. §. 1.
[d] Retenta. Nam aliena esset nisi pro ea retinuisset. & hoc si ue sit ibi copula, siue non.
[e] Vxoris. Hoc si fuerunt ei assignata. aliàs non: ut infra eodem versicu. quæ enim. facit supra eodem. l. qui concubinam. in prin.
[f] Paratum inesse. Sicut genus inest speciei: unde si est emptū, est paratum: sed nō conuertitur: sic in agnatis, ut in specie continentur cognati ut genus. ut infra unde legiti. Inter agnatos. in prin. inest ergo genus speciei per positionē, siue per consequentiam: quia posita specie ponitur genus, & ad speciem sequitur genus: ut homo est: ergo animal est. & species inest generi per cōtinentiā: quia in genere species cōtinentur. nam legatu familiæ, & dispensator debetur, nisi fuerit exceptus. ut infra de auro, & argen. leg. l. 1. in prin. Item paratis legatis; quæcunq; empta continentur legato: sed nō conuertitur: nā generalibus specialia insunt ut ¶. de reg. iur. l. semper. & sic not. hic quod totum est in parte. quod est verum licèt dum qd, vt ex præmissis apparet.
[g] Non continuò. Id est, semper. Quasi dicat, non quicquid est paratū, statim & cōtinuò est emptū.
[h] Eum. Virum.
[i] Etsi ei. Scilicet vxori.
[k] Legata. Relicto primę vxori his verbis, quæ eius causa parata sunt, do lego.
[l] Posteriori debentur. Si sint ei relicta sua causa parata.

[o] Hic recte probat illa dialecticorum traditio, & qua Quin til. lib. 5. c. x. Genus. sad probādū speciē minimū valere, plurimū ad refellēdam. Cōtra, spe cies firmā hēt probationē generis, ī sit mā refutationem.

[*] In P. Fl. tamen tradēdo quæ prior habuit, eius eā parata sunt: etsi ei.

P. F. cōpararent.

[m] Cogitatum. Scilicet in emendo, sicut de priore: cuius causa fuerunt empta.

[n] NAm ne. Alias l. Paulus. nā ne &c. & continua, uere huic legato assignatio prodest: quia eius contrarium, id est, ademptio nocet. Vel sic, bene dico non deberi, quando nō est traditum. nā & quidoque & si sit traditum, non tamē cedet legato. Ro. nā ne &c. Accur.

NAm ne [n] id quidem quod traditum est, si postea ademptum sit, legato cedet.

Vlpianus libro xxij. ad Sabinum. XLVII.

ITē legato [o] cōtinentē mancipia: puta lecticarij, [p] qui solā [q] matrēfamilias portabāt. Item iumenta, [r] vel lectica, vel sella, vel burdones. Item mancipia alia, puellæ [s] fortassis, [*] quas sibi cosmetas mulieres exornāt. Sed & si fortè virilia ei quædam donauerit [t] quodam modo eius causa parata videbuntur. Proinde & si q̄dā promiscui usus sint, solitus [u] tamē fuerit ab ea quasi ulu niquari: dicendum erit, ipsius ea parata videri.

Legato generis continentur omnes species: sed legato speciei non continetur alia species sub genere contenta. Bar.

Item interest, ipsius causa parata sint ei legata, an ipsius causa empta. Paratis enim omnia continentur, quæ ipsius usibus fuerunt destinata: emptis verò ea sola, [x] quæ propter eam empta eius fecit maritus. vnde non continebuntur emptis solis legatis, quæ alia ratione [y] paterfamilias acquisita ei destinauit. vtroque [z] autem legato continebuntur, & quæ maritus emi mandauerat, vel quæ emerat, nec-

[o] Item legato. Prædicto, scilicet vxoris causā paratum ei do lego, vt ¶. eo. l. hoc legatum.
[p] Lecticarij. Qui lecticas, vel lectos dominæ faciunt. vel verius qui portant eam in lectica, ut subijcit.
[q] Qui solam. Id est, solummodo &c.
[r] Iumenta. Quę dominam portabant, vel trahebant in lectica. id ē, carrecta, & ipsa lectica, & sella, id est, sambuca. ad quod est supra de ser. rust. prædi. l. qui sella. & ¶. de aur. & argen. lega. l. vxori. Item burdones. id est, baculi quibus appodiebatur domina, vel etiā illi qui eam portabant. & semper sepete continetur legato.
[s] Puellæ. Quæ deseruiunt in camera, quas puellas mulieres, id est dominæ, comatas, quia comas habēt. vel comatas, id est, ornatas exornant sibi, ut decentiua sint i domo. aliàs quæ scilicet puellæ exornāt ornatas mulieres, id est, dominas, iuuando eas exornare caput sibi scilicet dominabus.
[t] Donauerit. Id est, omnino eius vsibus cōcesserit. & ad hoc infra. de aur. & argen. leg. l. inter uestem. & ¶. de verbo. obli. l. si mihi. §. 1.
[u] Solitus. Scilicet uir: ut ¶. de fun. instru. l. quæ situm. §. si quis eodem.
[x] Ea sola. Scilicet continentur. ad quæ facit supra l. si quid. § inter.
[y] Alia ratione. Scilicet sine emptione. Hug.
[z] Vtroque. Casu, id est, siue empta, siue parata legentur. vel, id est, utroq; modo legato relicto Ro. ut quæ empta parataque &c.

[*] In P. Fl. quas sibi comatæ mulieres exornant. Halo. aut quæ. i. comant mulieres & exornant. Burdones muli dicuntur, q ex equo, & asina nascunt, te ste Sypont. & Valla. Cosmetæ ornatrices ancillę dicuntur. Iuuenal. Ponit Cosmetæ tunicas. cōcor. ¶. eo. l. legata. §. ornatricib*.

[*] In P. Fl. nō est ei*.

dum autem ei assignauerat, assignaturus [a] si uixisset. Parui autem refert, [b] uxori an concubinę quis leget, quæ eius causa empta parata ve sunt. sanè enim, nisi in dignitate, [c] nihil interest. Si uxori aurum, quod eius causa paratum est, legatum sit, & postea sit conflatum, [d] materia tamen maneat: [e] [f] ei debetur [g] sed ut legatum ualeat, mortis tempore uxorem esse debere, scripsit Procul⁹: & uerū est. separatio [h] enim dissoluit legatū. Hoc legatū, Quę eius gratia parata sunt: & filio & filiæ relinqui pōt, & seruo [i] & seruę: & continebuntur, quę ipsis [k] sunt attributa, uel [l] destinata. [m]

Hæc uerba, cùm in suam tutelam peruenerit: diuersimodè intelliguntur inspecta conditione proferentis, & eius de quo proferuntur. Idem in uerbis similibus. Bar.

Idem libro xxiij. ad Sabinum. XLVIII.

Cum filiofamilias ita legatur. Cùm is in tutelam suam peruenerit, pubertatis tempus significatur: Et sanè si impuberi filiofamilias sit legatum: plerumque sentiendū est; quod Sabinus ait, [n] non ut etiam paterfamilias fiat, sed ut pubes. Cæterùm si mater quæ suspectam habuit mariti, a quo diuerterat, uitam, filio suo, quamuis impuberi leget: [o] non uidetur sensisse de eo [p] tempore, quo pubes est; sed de eo, quo & pubes, & paterfamilias est. Nam & si pubes fuit: [q] multò magis [r] dicemus, de patrefamilias eam sensisse: ac si dixisset, in suam tutelam, & in suam potestatem. Quòd si quis patrifamilias impuberi leget, cum suæ tutelę fit: de pubertate sensit. Interdū & de xxv. annis, si mens testantis appareat. Nam si iam puberi, minori tamen uigintiquinque annis legauit: [s] proculdubio anni xxv. erunt præstituti. Item

* In P.F. ut nō fiat paterf. sed &c.

a Assignaturus. Tamē empta fuerunt utroque uiuēte uiro, & uxore, & ante diuortium factum: ut j. de auro, & argento legato. l. 2. 3. & 4. & facit j. eo. l. cum uxori. & supra eod. l. hoc legatum. & l. ea. & l. si quid. & supra titu. 1. l. legatis.

b Parui autem refert. Quantum ad emptorum, paratorumve significationem: ut supra eod. l. qui concubinam.

c In dignitate. Quā uiri tribuunt: ut & j. de senato. l. fœminæ: non concubinarij. Vel dic, nisi qđ dignius, & fauorabilius est relictū uxori, quam concubinę.

d Conflatum. Voluntate nō mutata: alias secus: ut j. de auro, & argen. leg. l. Seia. & j. e. l. lana. & j. de lega. 1. l. seruum filij. §. si Pocula. & j. quibus mod. u usfru. amit. l. quid tamen. §. In asse. H. quæ est contra.

e Maneat. Quia in massam conflata est.

f Ea. Materia.

g Debetur. Scillicet hoc faciēte materiæ ipsius potestate. R. scilicet quia remanet non specificata: aliàs secus: ut insti. de rerum diuisi. §. cum quis.

h Separatio. Non bona gratia facta: ut j. de aur. & arg. leg. l. 2. & l. 3. & j. de dona. inter uirū, & uxo. l. cum hic status. §. si diuortium. sicut aliàs inimicitia: ut j. de adimēd. leg. l. 3. §. fina. Not. ergo tempore mortis esse uxorem. sic infra unde uir, & uxor. l. 1. §. 1. & j. de legata. prestan. l. sed & si. §. 1. & supra de donat. inter vir. & vxo. l. sed interim. §. si. Sed contra j. de ven in pos. mit. l. 1. §. rectissimè. Sol. ibi.

i Seruo. Cum libertate, non aliàs. ut C. de leg. l. seruis. Vel dic seruo quondam, & sic liberto, & libertæ, quanquam non sint in potestate legātis. nam nec vxor, nec concubina & facit j. eo. l. qui concubinam. in prin.

k Ipsis. Filio, & filiæ, seruo, & seruæ.

l Attributa. Id est, tradita.

m Destinata. Id est, assignata sine traditione: vt j. eo. l. si quid. circa fin. & j. eod. l. utroque.

Cum filiofamilias. CASVS. Hæc lex ponit sex modos legandi: & dicit, quòd illi sex modi debent intelligi secundū uoluntatē testatoris. si autē nō appareat uoluntas testatoris, stat ei qđ dicit hęc lex. Primus modus est talis. Titius legauit filiofamil. Seij minori 14. ann. cum is filius in suam tutelā peruenerit, centum. dicitur quod potest petere legatarius legatum cum erit pubes, id est, maior 14. annis: & non expectatur quòd fiat suę iuris, nisi in casu, ueluti si Titia habens filium siue minorem, siue maiorem 14. annis ex marito suo, cuius uitam suspectā habebat, legauit ei filio centum cum in suam tutelā peruenerit. nā tunc non solum expectatur pubertas, sed etiam quòd fiat sui iuris. Secūdus modus qui incipit ibi, quòd si quis &c. est talis: Lego Titio impuberi, cum suæ tutelæ fuerit: quo casu de pubertate intelligitur: quandoq; intelligitur de 25. annis: ueluti si puberi ita legatum sit. si autē furioso, vel prodigo ita legatum sit: tunc intelligitur ei legatum, cum liberabitur tutela, & cura. si autem puberi, uel maiori 25. annis ita legetur, intelligitur ei legatū, cum erit suæ potestatis: Tertius modus qui est ibi, sic autem &c. est talis: Lego Titio cum sui iuris fuerit factus. quæ scriptura ita uaria est, & ita habet uoluntatis quæstionem, sicut superiores. nā quandoque cōtinet liberationem potestatis, puta in casu, qui dictus est supra ead. l. §. cæterum. & §. nam & sic. quandoque continet pubertatem: ut in secūdo responso huius legis. quandoque cōtinet 25. annos, ut in casu qui est supra eadem lege. §. interdum. Quartus modus qui est in §. ego quidem. est talis, Lego Titio minori xxv. annis, & maiori xiiij. centum, cum ad pubertatem peruenerit. quo casu intelligitur ei legatum: cum habuerit xxv. ann. Quintus modus qui est in §. item & si. est talis: Lego Titio, cum suæ ætatis, uel legitimæ ætatis factus fuerit: quo casu intelligitur ei legatum quandoque cum fuerit pubes, quandoque cum habuerit xxv. ann. ut sup. in alijs dictum est. Et idem est in sexto modo, lego Titio cum iustæ ætatis factus erit: uel cum maturæ ætatis erit: uel cum adoleuerit. Quid si filiæfamilias ita legatum sit, & lego Titiæ cum in suam tutelam peruenerit? tunc certè debebitur cum habuerit duodecim annos. hoc dicit cum l. sequen. Vio.

n Sed ut pubes. Sic instit. de pupil. substit. in princip. Accursius.

o Impuberi leget. Scilicet sic, cum in suam tutelam uenerit. Ro. & facit j. ad Treb. l. mulier. circa princ.

p De eo. Solo.

q Pubes fuerit. Cui prædicto modo legatur. Rog.

r Multo magis. Quia hic non cogitauit de pubertate.

s Annis legauit. Illis uerbis, cū in suā tutelam uenerit.

Curatorem

si furioso, vel pdigo[i], vel ei, cui prætor ex causa curatorem [a] dedit, ita sit legatum: [b] puto & de eo sensum casu, quo cura, & tutela [c] liberent. [*] Et ex his apparet huiusmodi voluntatis quæstionẽ Sabinum interpretatum. & vtique non dubitaret, si puberi, [d] & multo magis maiori xxv ann. ita sit legatum: [e] de sua potestate testatorem sensisse. [f] Sic autem scriptura [g] hæc varia est, & voluntatis habet q̃stionem: vt [h] & illa quoq;, si quis ita scripserit, Cùm sui iuris fuerit factus. [i] Nam aliàs aliter accipitur: & plerunque potestatis [k] liberationem continet: plerunque pubertatem, [l] vel xxv. annum. [m] Ego quidem & si quis puberi, minori [n] tamen xxv. annis sic legauerit, Cùm ad pubertatem peruenerit: puto de ea ætate [o] eum sensisse, quæ caret in integrum restitutione. Idem & si quis, Cùm suę ętatis fuerit factus, vel legitimę ętatis. vtrum de pubertate, an de xx[v]. annis sensum sit, disputari de voluntate potest, [p] non minus, q̃ si ita scripserit, [*] Cùm iustę ætatis sit factus, vel, Cùm maturæ ætatis sit: vel, Cùm adoleuerit.

Paulus libro iiij. ad Sabinum. XLIX.

Si filiæfamilias[q] ita legatum sit, Cùm in tutelam suam peruenerit: tunc debebitur, cùm viri potens [r] facta fuerit.

Appellatione librorum continentur omnia volumina in quacunque materia scripta. Bartolus.

Vlpianus libro xxiiij. ad Sabinum. L.

Librorum appellatione continentur omnia volumina, [†] siue

[a] Curatorem dedit. Vt mente captæ, aut luxuriosè uiuenti mulieri: ut ff. de cur. furio. l. antepe.

[b] Ita sit legatum. Illis uerbis, cum in suam tutelam uenerit.

[c] Tutela. Si furiosus est impubes, datur ei tutor: ut ff. de tut. l. qui habet. sed adulto eo facto datur curator. oportet ergo ab vtroque liberatum esse, ut capiat relictum. sic scilicet, cũ in suã tutelam peruenerit. q[uo]d erit etiam post 25. annos: ut institu. de cur. fur. §. furiosi. videlicet quãdo furiosus sanam mentem, uel sanos mores recuperat prodigus: ut ff. de curat. fur. l. 1.

[d] Si puberi. Scilicet filiofamilias.

[e] Ita sit legatum. Scilicet cũ in suam tutelam venerit.

[f] Sensisse. Ad hoc ff. ea. l. 1. in prin. Et no. ex hac l. & inferiore proxima secundum Ro. quod vox hæc id est, hæc propositio, cũ in suam tutelam peruenerit q[uando]que nunc pubertatem significat, & hoc plerunque, scilicet quoties testatorẽ secus sensisse nõ liquet: nũc propriam potestatem, vt cũ filiofamilias puberi, vel maiori 25. ann. sic legatur: nũc vtrunq;, ut cum mater patrẽ odiens impuberi filiofamilias sic legauerit. quod & in similibus dici potest. nunc ann. xxv. clauditur, ut in adulto patrefamilias. nunc etiam ultra extenditur, ut in furioso, & filiofamil. & similibus.

[g] Hęc scriptura. Scilicet cum in suam tutelam uenerit.

[h] Vt. Id est, sicut.

[i] Factus. Scilicet Titio do lego.

[k] Plerunque potestatis. Scilicet quoties seruo, vel filiofam. sic legatur.

[l] Pubertatem. Scilicet cum patrifam. impuberi sic fuit legatum.

[m] Vicesimumquintum annum. Scilicet cum puberi patrifamilias sic est relictum.

[n] Iam puberi minori. Scilicet patrifamilias.

[o] De ea ætate. Scilicet sola, scilicet xxv. annis non autem hic sufficeret ætatis venia: vt C. de iis qui ven. æta. impe. l. fina.

[p] De voluntate potest. In dubio de xxv. annis intelligitur: vt C. de iis qui ven. æta. impe. l. fin. & quando di. leg. ced. l. ex his. & infra de condit. & demonstratio. l. finali.

[q] Si filiafamilias. Impuberi.

[r] Viri potens. Id est, cum xij. annos habebit: vt supra lege proxima in principio, nam tunc pati potest uirum: ut Instit. de nupt. in principio, & infra quando di. leg. ced. l. quod pupillę.

[*] P. Fl. eutę, & tutelæ liberetur.

Librorum. CASVS. Legaui Titio libros meos, certè continebuntur in legato omnia volumina quibus pro libris ego vtebar. siue sint illa volumina in charta, siue in quacunque alia materia. Sed pone, q[uo]d legaui tibi centum libros. certè continebuntur in legato centũ volumina librorum: nõ autem cõputabimus quem libet librum, qui est in vno volumine pro uno libro. & ponit exemplũ in Homero qui habet in se 48. libros. non autẽ debet computari ut si pro vno libro. Sed quid si legaui tibi corpus Homeri, qui habet in se 48. libros, ut dictum est, & non habeo de eo nisi 24. libros certè non debebuntur tibi nisi 24. libri. Sed nunquid appellatione librorũ continebuntur bibliothecæ, vel alia in q[ui]bus scripta reponuntur? Non: nec etiam membranæ puræ, id est, non scriptæ. nec chartæ puræ similiter. nec ecõtra, chartis legatis debebuntur libri: nisi in uno casu, puta, cum aliquis studiosus non habens nisi libros, legauit alij studioso vniuersas chartas suas. tũc enim bene continebuntur libri appellatione chartarum: quia talis uidetur fuisse testantis voluntas. Sed pone, q[uo]d legaui tibi chartas meas puras: certè non continentur membranæ, nec aliæ materiæ, in quibus scribi solet. nec libri qui sunt incepti scribi. Sed & si libros meos tibi legaui, non continebuntur libri, qui sunt incepti scribi: sicut nec continetur vestis appellatione vestis nondum detexta: sed bene continebuntur appellatione librorum libri completi, quamuis non sint in asseribus ligati, uel conglutinati, uel emendati. Item continebũtur membranæ scriptæ. quamuis non sint simul sutæ. Sed quid si legaui tibi chartas? certè non continebitur materia parata ad faciendum chartas.

Sed & si bibliothecam. Legaui tibi bibliothecam meam: quæritur, nunquid cõtineatur legato armarium tantum: an uero etiam libri, qui reponuntur in bibliotheca, vel armario? Et dicitur q[uo]d illud cõtinebitur, q[uo]d testator senserit. si autem nõ appareat voluntas testatoris, non continetur nisi illud armariũ, quod est affixum solo: quia armariũ, quod est affixum solo, dicitur bibliotheca: sed propriè armarium dicitur illud quod non est affixum solo: & largè dicitur armarium etiam bibliotheca. Item dicitur largissimè bibliotheca ipsi libri. quia igitur appellatione bibliothecæ continetur illud, quod testator vult, ita ut etiam libri contineantur, si testator vult, ut dictum est, nõ est per omnia uerum illud, quod Sabinus scribit ff. ead. l. §. libris. scilicet

[*] P. F. adscripserit.

[†] Cõcor, c. si Romanorũ. § dicẽdo, vbi dr, Dicendo ꝑ o oĩa decretalia cõstituta, nullum de decretalib' ꝑtermissis, & glo. in verbo dicendo ibi arguit ꝙ verbo generali oĩa debẽt cõprehendi. dist. 19.

quod libris legatis nõ contineantur bibliothecæ. nam libris legatis etiam armaria debẽtur si testator voluit: dum tamen dicta armaria nõ sint affixa solo. nã eo casu non debebũtur. quod autẽ dictum est in bibliotheca librorum, habet locum etiam in dactylotheca annulorum. nam dactylotheca legata continentur etiã annuli, qui sunt in ea, si testator voluit. quædam tamẽ sunt quæ omnimodo, legatũ sequuntur nam legato lecto continetur etiam fulcra: & armarijs legatis, & vinculis ferreis, in quibus mittuntur homines capti, continentur claustra & claues. Vlt.

no. pro materiam materiam poni.

m Puta Scripsit scilicet tacitè, ut non debeantur libris legatis: cum enim dixit scriptas deberi: innuit quod non scriptæ non debentur. Accur.

n Vt puta si quis. Scilicet studiosus studioso: quod est ꝓ.

in charta, a siue in membrana b sint, siue in quauis alia materia. † Sed & si in philyra, aut tilia c (ut nõnulli conficiunt): aut in quo alio corio, idẽ erit dicendum. Quòd si in codicibus d sint membraneis, e vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ, vel in ceratis codicillis: an debeãtur, videamus. Et Caius Cassius scribit, deberi & membranas, libris legatis. Cõsequenter igitur cætera quoq; debebũtur, si non aduersetur voluntas testatoris.

In dubio appellatio libri intelligitur de uno volumine: non de libris numeralibus, per quos volumen distinguitur. Bar.

Si cui centum libri sint legati, centum volumina ei dabimus: non centum, quæ quis ingenio suo metitus est, qui ad libri scripturam sufficerẽt: vt puta, cùm haberet Homerum totum in vno volumine, non quadragintaocto f libros computamus, sed vniuersum. * Homeri volumen pro libro accipiendum est.

Hæres librum legatum non tenetur facere compleri. Bar.

Si Homeri corpus sit legatum, g & non sit plenum: * quantæcunq; h partes hodie i inueniantur, debentur.

Libris legatis non continentur ea, in quibus libri reponuntur. Bar.

Libris autem legatis bibliothecas, k non contineri † Sabinus scripsit. Idem & Cassius: ait enim membranas, quæ scriptæ sunt, contineri legatis: deinde adiecit, neq; scrinia, neq; armaria, neque cætera, in quibus libri conduntur deberi.

Libris legatis chartæ non scriptæ non continentur: & chartis legatis non continentur libri, nisi aliter voluntas esset inefficax. Id legatò chartarum non continentur membranæ, nec econuerso. Bar.

Quod autem Cassius * scripsit de membranis puris m verum est. Nã nec chartæ puræ debentur libris legatis: nec chartis legatis, libri debebuntur, nisi fortè & hic nos vrserit voluntas: vt puta si quis n fortè sic reliquerit: chartas meas vniuersas, qui nihil aliud quàm libros habebat, studiosus studioso. Nemo enim dubitabit libros deberi. o Nam & in usu plerique libros chartas appellant. Quid ergo p si quis chartas legauerit puras? Mẽbranæ non continebuntur, q neque cæteræ ad scribendum materiæ. r

Libri cœpti scribi non cõtinentur appellatione librorũ: secus si sint bene completè scripti, non tamen correcti, vel miniati. Bar.

Sed nec cœpti libri scribi. s Vnde non malè quæritur: si tibi legati sint: an contineantur nõdum perscripti? Et non puto t contineri: non magis, quàm vestis appellatione nondum detexta u continetur. Sed perscripti x libri non-

a Charta. De bombice.

b Membrana. De membris animalium.

c In philyra aut tilia. Coria sunt quorundam animalium, ut statim patet cum dicit, in aliquo &c. & semper dic si pro libris paterfamilias vtebatur.

d Quod si in codicibus. Repetit, ut addat.

e Membraneis. Id est, libros scriptos in membranis, quasi dicat nõ inceratos, & eboreos: sed statim corrigit consequenter &c. ut omnes cõtineantur in dubio, si pro libris eis vtebatur testator: nisi contraria probetur voluntas, vt hic, & infra proximo §. fortè enim paterfamilias paup tabulis ceratis vtebatur pro libro.

f Quadragintaocto. No. quot libros fecit Homerus.

g Legatum. Id est, libri ab eo facti.

h Quantæcunque. Sic supra titulo secundo l. si seruus. §. quinque.

i Hodie. Tempore mortis in bono defuncti.

k Bibliothecas. Armarium ubi libri reponuntur: vt supra de contrahenda emptio. lege Labeo.

l Contineri. Scilicet libris legatis.

o Libros deberi. Immutatur ergo appellatiuum: & sic ẽ contra [illegible]. Sol. si id quod sensit testator prorsus extraneum est ab eo, quod expressit, nil debetur vt ibi. ubi verò coaptari potest ratione consuetudinis alicuius loci, secus est secundũ Ioan. ut hic: & infra eodem. §. fin. & eodem modo soluitur infra de reb. dub. l. in ambiguo.

p Quid ergo. Aliàs quid ergo: alias si quis ergo: alias & ideo si quis.

q Non continebuntur. Quia appellatione chartarum continentur, quę de bombice sunt, ut hic, sed hanc interpretationẽ non admittit R. in nostro eloquio: cũ membranas nostro usu tantũ chartas dicamus: q usum omni regulę, omnique constitutioni in exaudiendis sermonibus derogat solus: qui quoniam fit magis facto, nulla iuris constitutione mutari potest: tam cæteris, quam Prisciano, & Horatio nostri eloquij authoribus in hac re inuocatis testibus.

r Materiæ. Vt eboreæ, & ceræ.

s Scribi. Scilicet continentur appellatione chartarum.

t Et non puto. Sic ergo libri cœpti nec appellatione chartarum, nec appellatione librorum continentur: secus si legetur argentum factum: ut infra de auro, & argento legat. l. & si non sint. §. quid ergo.

u Detexta. Quæ fit hæc, dicit infra de auro, & argen. leg. l. vestimentorum.

x Perscripti. Id est, in totũ scripti.

Malleat.

† In hũc locũ vide Alexa. ab Alexã. genia. die. li. 2. c. 30.

† Quid sit philyra, vide si lubet Pl. lib. 16. c. 15. ac ꝑ fusè Politiã. miscel. 370.

* Bart. Fl. [illegible]

† Ant. Augu. emen. lib. 4. ca. 2. admonet legendum esse ex P. F. quantæcũq; ῥαψ[ῳ]δίαι fuerint, nã singulos Hom. lib. hoc noie significari ait, ἐπὶ τῶν ῥαψῳδῶν, quas si à cõsuẽdis, seu cõtexendis carminibus.

† Concor. gl. in vers. proposuit, circa me. ibi, nõ est recedẽdũ a significatione verborũ, nisi cũ cõstet testatorẽ aliud voluisse. e. ex literis. extra de spon. & ma.

* Sic in P. F. Hal. tamen scripsit, non membranis de puris.

dũ malleati, a vel ornati b continebuntur. Proinde & nōdum conglutinati, c vel emendati continebuntur. Sed & membranæ d nondum consutę continebuntur.

Legato materiato, non intelligitur legata materia. Bar.

Chartis legatis, neque papyrum ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur. e Sed si bibliothecam legauerit: verum armarium solum, f vel armaria, an verò libri quoque contineantur, quæritur? Et eleganter Nerua ait interesse, quid testator senserit. nam & locum significare bibliothecam: g a sicuti dicimus ĩ bibliotheca h est. & aliàs armarium: sicuti dicimus, eboream bibliothecã emit. aliàs libros: sicuti dicimus, bibliothecam emit. i Quod igitur scribit Sabinus, libros bibliothecam non sequi, k non per omnia verum est. l nam interdum armaria quoque debentur, quæ m plerique bibliothecas appellant. Planè n si mihi proponas a adhærentia o esse membro domus armaria, vel affixa: sine dubio p non debebũtur: q cùm ædificij portio sint. Quod in bibliotheca tractauimus, r idem Pomponius libro sexto ex Sabino in dactyliotheca s legata tractat: & ait, annulos quoque contineri, non solum thecam, t quę annulorum causa parata sit. hoc autem ex eo cõiectat, u quod ita proponitur quis legasse. Dactyliothecam meam, & si quos præterea annulos habeo. & ita Labeonem quoq; existimasse ait. x Sunt tamen quædam, q̃ omnimodo y legatum consequuntur: vt lectum z legatum continet & fulcra: a & armariis, b ac loculis c claustra & claues cedunt. d

Paulus libro iiij. ad Sabinum. LI.

ARgento legato, constat arculas e ad legatarium non pertinere. f Item annulis legatis, dactyliothecæ non cedunt.

Dictio hoc amplius, praecedentium repetitionem inducit. Bartolus.

Pomponius libro vij. ad Sabinum. LII.

SI tibi purè legauero, deinde postea scriplero ita: Hoc amplius

---

a Malleati. Id est, asseribus inclusi.
b Ornati. Id est, cinnabriati, vel capitulati.
c Conglutinati. Id est, ligati, scripti tamen.
d Sed & membranæ scriptæ. Vel dic etiam non scriptæ, si talis appareat defuncti voluntas: vt ĩ. de auro, & argen. legat. l. argumento. §. penul in fine §.
e Continebuntur. Vt & ĩ. §. pros im. in fine: nisi alia fuerit voluntas defuncti: vt ĩ. de auro, & argen. leg. l. argumento. §. pen. Item secus in argento: vt infra de auro, & argen. legat. l. & si non sint. §. quid ergo.
f Solum. Scilicet sine libris.
g Bibliothecam. Et subaudi per.
h In bibliotheca. Id est scrinia.
i Emit. Sic ponitur ĩ. de contrah. empt. l. Labeo.
k Non sequi. Id est, vt legando libros, non videatur legasse bibliothecam, q Sabinus dixit ĩ. ea. l. §. libris. autem & secundum hoc planum est quod seqt. Alij dicunt Sabinũ alias dixisse, & intellexisse ut legando bibliothecam nõ videatur legasse libros, & ita est hic fallacia amphibologię: vt verum est panem comedere canem. nã licet bene diceret Sabinus, tamen hæc litera non portat hũc sensum. propter verbum quoque, quod est statim.
l Verum est. Scilicet cum mens testatoris sit in contrarium, vt appellatione librorũ contineatur armariũ secundum primum. Vel dic ut appellatione bibliothecæ contineãtur libri, secundum secundum. nec obstat ĩ. de legat. 2. l. 4. quia sol. ĩ. ea. l. §. libris.
m Quæ. Scilicet armaria.
n Planè. Pro sed.
o Adhærentia. Solo, vel ædificio domus, vel affixa: ut subijcit.
p Sine dubio. Quamuis in supradictis possit dubitari. Accursius.
q Non debebuntur. Scilicet cum legantur libri.
r Tractauimus. Vt libris legatis videatur bibliotheca legata, si hoc testator voluit: ut supra §. sed & si bibliothecam.
s Dactyliotheca. Vas vbi annuli reponuntur, ut subijcit. legatis ergo annulis, & vas videtur legari si voluit testator.
t Thecam. Id est, dactyliothecã vt dixi, quod est vas: vt ĩ. de penu lega. l. 3. in fi.
u Coniectat. Id est, coniecturatur, vel præsumit, quòd pars in toto contineatur.
x Existimasse ait. Scilicet Pomponius. aliàs non dicturus nisi in caso proposito cum addiderit: & annulo &c. nec enĩ regulariter id dixit Pomponius. & facit ĩ. l. proxi.
y Omnimodo. Licet nõ sit certa mẽs testantis. sed in superioribus aliud est.
z Vt lectum. Hic ponitur ĩ neutro genere. aliàs in masculino: ut ĩ. de peri. & com. rei vẽ. l. lectos.
a Fulcra. Id est, ornamenta lecti: secũdum Hug. & facit ĩ. de acqui. rer. dom. l. sed si de meis. §. t.
b Armarijs. Scilicet legatis.
c Ac loculis. Alias uinculis, scilicet legatis. secundum hoc dicit de vinculis, quibus homines vinciuntur: quæ cũ clauaturis, & clauibus firmantur, ut in scyphis uidemus: sed aliàs deest &, & est uinculis, & clauibus &c. Vt secundũ hoc dic uincula quibus firmantur armaria, id est, serę & clauaturæ: & quibus clauduntur ostia. aliàs est loculis, id est, uasis, quæ clauibus firmantur. Accur.
d Cedunt. Accessionis potius iure, quã ex significatiõis uerbi natura secundum R.

ARgento. CASVS. Legaui tibi argentũ meum, certè non continentur arcæ, in quibus erat repositum: sed & annulis legatis non continentur dactyliothecæ in quibus annuli reponuntur. Viu.
e Arculas. Paruula arca, vbi ponitur argentum: ut ĩ. de penu leg. l. t. in fi.
f Non pertinere. Nisi mens testantis sit contra, arg. ĩ. l. proxi. §. sed & si bibliothecam.

SI tibi purè. CASVS. Legaui tibi centum purè: postea ita dixi: hoc amplius si nauis ex Asia uenerit, hæres meus tibi fundum det. certè propter hoc uerbum amplius, repetita videntur in secundo legato fundi centum primo legata. vnde etiã centum debebũtur tibi sub conditione, quamuis forent primo purè lega-

---

1 Malleati libri qui dicantur, pulchrè Nebris. in lexico suo iur. ciu. in hac ipsa dictione.

a In P. Fl. non sunt hęc, sicuti dicimus ĩ bibliotheca est, &c.

a In P. Fl. adhærentia eẽ mẽbro armaria, &c. In quibusdã aũt vete. exẽp. adhærentia esse membranarum armaria.

1 Pli. lib. nat. histo. 27. c. 1. gẽmas ingẽ plures, qđ peregrino appellant nõie dactyliothecã, primus omniũ habuit Romæ priuignus Sillę Scaurus. & Mart. lib. 11. de Grãma. de Carino loquens.

ta, postea ponitur leue simile. Sed pone, quod legaui Titio quinque: & postea ita dixi, Scio hoc amplius fundum lego. certè Seius habebit non solum fundum, sed etiam alia quinque. & hoc propter dictum verbū hoc amplius. & hoc dicit. Viu.

[a] Repeti. Et etiam conditio, ut in contrario casu: ut ſ. de condit. & demōst. l. auia. secundum Hu. sed R. dicit hic non intelligi repetitam conditionē, nisi aliquibus appareat coniectuuis: ut ſ. eod. l. non aliter. Acc.

[b] Huiuscemodi. Id est, propter illud verbum hoc. Azo.

[c] Titius. Ecce tertium exemplum.

[d] Intelligimus. Id est, intelligere possumus, si ea mens loquentis appareat. cæterum non est talis perpetuus intellectus, secundum Ro. pro quo est ſ. eod. l. non aliter. & sic soluitur contrarium ſ. de lega. 1. l. si seruus legatus. §. si ita. Sed tu dic aliter, ut ibi not. & facit ſ. e. l. si sic. ſ. de do. prælleg. l. qui ita. & ſ. titu. a. l. legata inutiliter.

† In P. Fl. hoc amplius Seius visceratione, quina milia quinque &c. vt de An. Augus. lib. 4. emē. ca. 1.

si nauis ex Asia venerit, hæres meus ei fundū dato. verius est, eo verbo (hoc amplius) superiora repeti: [a] sicuti cùm dicimus, Lucius Titius plebi quina milia dedit: hoc amplius Seius. † huiuscemodi [b] oratione quina quoque Seium dedisse intelligimus. Et Titius [c] accepit quinque, Seius hoc amplius fundum: Seium quoque quinque accepisse intelligimus. [d]

Appellatione ligni legati continetur lignum comburendi causa paratum a terra separatum speciali nomine non submissum, nisi voluntas testatoris, vel eius condictio aliud induxerit. h. d. sota l. secundum Iac. de Are.

Vlpianus libro xxv. ad Sabinum. LIII.

Ligni appellatio nomē generale est: sed sic separatur, [e] [*] vt sit aliud materia, aliud lignum. [f] Materia est, quę ad ædificandum, fulciendumve necessaria est: lignum quicquid comburendi causa [g] paratum est. Sed vtrum ita demum, si concisum sit, an & si non sit? Et Quintus Mutius libro secundo refert: si cui ligna legata essent, quæ in fundo erant: arbores quidē materiæ causa succisas non deberi: nec adiecit, si non [h] comburendi gratia succisæ essent, ad eum pertinere: sed sic intelligi consequens est. Offilius quoque libro quinto iuris partiti ita scripsit, Cui ligna legata sunt, ad eum ligna omnia pertinere, quæ alio nomine [i] non appellantur: veluti virgæ, carbones, nuclei oliuarum, quibus ad nullam rem aliam, nisi ad comburendū possit vti: Sed & balani, [k] vel si

[*] In P. F. ut sit aliquid materia, aliquid lignum.

Ligni. CASVS. Lignum aliud dicitur materia ad ædificādum parata, aliud lignum causa comburendi paratum. sed vtrum videtur esse lignum ita demum si concisum sit, an etiam si non sit concisum? & certè arbores materiæ causa succisæ non continentur appellatione lignorum legatorum. & hoc dicit Quintus Mutius. nec adiecit dictus Quintus Mutius in arbores, quæ succisæ essent gratia comburendi, quod ligno legato continerentur, & ad legatarium pertinerent. Sed Offilius dixit consequens esse sic intelligi, ut ad eum pertineant: cuius Offilij uerba sunt hęc, Cui ligna legata sunt, ad eum omnia ligna pertinere, quæ alio nomine non appellantur, etiam si non succisa. dum tamen ad comburendum parata. Alieno autem nomine appellantur, sicque appellatione lignorum legatorum non continentur virgæ, carbones, nuclei oliuarum, sed nec balani, & si qui sint alij nuclei: quamuis eis non posset uti legatarius, cui legata sint ligna, ad ullum alium vsum nisi ad comburendum. Item negat dictus Offilius ei cui ligna legata sunt, uideri legatas arbores, etiam cōcisas nisi quæ minutatim sunt concisæ. sed & si non minutatim sunt cōcisæ, sed sunt ad concidendum destinatæ, uidentur legatę. Quid si syluam habebat testator destinatā ad comburendū, & legaui Titio ligna? certè sylua legato non cedet: sed arbore deiectæ in dicta sylua sic. Quod autem dictum est lignorum appellatione contineri illud quod est paratum causa comburendi, verum est siue ad balnei calefactionē solebat uti testator, siue ad calefactionem diætarum, siue hypocaustorum: siue solebat uti ad coquendum calcem, siue ad aliam rem coquendam. Sarmenta autem non continentur appellatione lignorū, nisi hoc testator voluerit. nam tunc continebuntur & sarmenta, & virgulæ, & germina, & superamenta materiarum, & stirpes, & radices vitium. In quibusdā etiam regionibus continentur appellatione lignorum herbulæ quædā, & spinæ, & vepres: sicut est in Aegypto. vbi arūdine pro ligno utuntur, & ubi arundines & papyrum cōburunt. nam & homines de Aegypto appellant Xyligan nauem, quę ducit ligna de paludibus, quasi lignorum uectricem. Item in quibusdam alijs prouincijs vtuntur homines ad comburendū editu, id est, stercore boum: & ideo ibi stercus boum continetur appellatione lignorum. Sed pone, quod lignum est paratum a testatore ad carbones conficiendos. certè non continebitur appellatione lignorū, neque carbonum, nec etiam titiones, nec alia ligna cocta, ne fumum faciant: nec sulphurata de ligno, nec ea quæ sunt parata ad faces: nisi testator hoc voluit. Strobyli autem, id est nuces pinorum, quamuis integri, ligni tamen appellatione continentur: pali, & perticæ non continentur: quia sunt in numero materiæ. hoc dicit cum l. sequen. Viu.

[e] Separatur. A sapientibus propter diuersos usus.

[f] Aliud lignum. nomen generis imponitur speciei: sic ſ. de adopt. l. 2. §. 1. Acc.

Generis nomē quā speciei imponitur.

[g] Comburendi causa. Principaliter, ut combustio prima & sola parandi causa fuerit. Rog.

[h] Si non. Aliàs est si non: & tunc dic si, pro quia: vel propriè: & quod subijcit ad eum, scilicet hæredem: aliàs sine non: & dic tunc ad eum scilicet legatarium: sed habetur pro dicto, ut subijcit. Accur.

[i] Alio nomine. Scilicet speciali, qualia sunt uirgæ &c. nam habent speciale nomen: & ideo non continentur appellatione ligni, licet ad nil aliud valeant: nisi ad comburendum. Sed contra infra eodem §. Offilius. vbi virgæ, & similia continentur. Sed ibi speciale ratione prouincię vnde erat testator: argumento infra eadem lege paragrapho, lignorum. sed Rogerius distinguebat, an essent ad aliud vsum aptæ, ut ad faces, uel ad plantandum salictum, ut infra arborum furtim cæsarum, lege tertia, & tunc non continentur ut hic, an non: & tunc sic, ut ibi, cui obstat quod hic dicit, quibus &c. sed ipse refert ad ligna, & non ad proximè dicta quibus scilicet lignis &c. & facit ad totam hanc legem infra de verborum significatione. l. carbonum.

[k] Balani. Nuclei fructuū illius arboris: sicut nuclei oliuarum. Accur.

† De balanis vide si libet Diosco. c. 155. ex traduc. Hermo. & Hermola. ipsū i corolla. cap. 152. & Pl. li. 13. c. 4.

Nucle.

a Nuclei. Scilicet nō continentur, cum proprium habeant nomen: ut j. de verb. sign. l. carbonum. nisi alia sit uoluntas testatoris: ut j. §. Offilius. licet R. dixerit, quod continentur appellatione lignorum secundum distinctionem præmissam. Offilius. Accursius.

p Non refragatur. Vel quia non sint ad aliam vsum secundum R. uel quia sit consuetudo illius terræ, ut eis utantur pro lignis. secundum nos. ut j. §. prox.. Accur.

q Virgulæ. Alias uirgæ: alias virgulæ.

qui alii nuclei. a Idem b libro secundo negat arbores nondū concisas, c nisi quę minutatim conciduntur, videri ei legatas, cui ligna legata sūt. Ego d autē arbitror, hoc quoque ligni appellatiōe cōtineri, quod nondū minutatim sit concisum, si iam ad concidendum e fuerit destinatum. Proinde f si syluā huic rei g habebat destinatā, sylua h quidē non cedet: deiectæ i aūt arbores, lignorum appellatione cōtinebūtur: nisi aliud testator sensit. Lignis autem legatis, quod comburendi k causa paratum est continetur: siue ad balnei calefactionē, siue dixtarū, l siue hypocaustorum, m siue ad calcem: siue ad aliam rē coquendam solebat vti. Offilius libro quinto iuris partiti scripti: nec sarmenta n ligni appellatione cōtineri. o Sed si volūtas nō refragatur, p etiam virgulæ. q & germina, r & sarmenta, & superamenta s materiarum, & vitium stirpes, t atq; radices continebuntur. u Lignorum appellatione, x in quibusdā regionibus (ut in Aegypto, vbi arundine pro ligno vtuntur, & arundines & papyrum y comburūt,) & herbulæ quædā, vel spinæ, vel vepres continebuntur. Quid mirum, z cùm Græci & ea ξύλα, & naues ξυληγὰς † appellent, quæ hęc a ἀπὸ τῶν ἑλῶν deducunt? In quibusdam ꝓuinciis b & editu c boum ad hāc rē vtuntur. Si lignum paratū sit ad carbones coquēdos, d atq; cōficiēdos: ait Offilius libro v. iuris partiti, carbonum appellatione huiusmodi materiam non contineri. Sed an lignorū? Et fortassis quis dicet, nec lignorū. non enim lignorū gratia hæc testator habuit, e Sed & titiones, & alia ligna cocta, f ne fumum faciant, utrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? Et magis est, vt propriū genus habeatur. Sulphurata g quoq; de ligno æquè eandē habebūt definitionē. Ad faces quoq; parata, non erunt h lignorum appellatione cōprehēsa: nisi hæc fuerit voluntas. De pinu autem integri strobyli i ligni appellatione continebuntur.

Paulus libro quarto ad Sabinum. LIIII.

PAli, k & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt: & ideo

b Idem. Scilicet Offilius: sed alias est lex negat: alias §. idem libro secundo negat &c.

c Nondum concisas. Id est, à terra incisas: & subaudi, uel etiam incisas à terra: sed postea minutatim nō incisas: sic ergo tria exigebat Offilius, vt arbor ligni appellatione contineatur, scilicet quòd sit à terra separata. Item facto hominis. Itē quod postea minutatim fuerit incisa.

d Ego. Scilicet Vlpianus.

e Concidendū. Fuerat tamen a terra separatum: & sic Vlpianus primum curat, tertium non curat, dummodo hoc testator facere destinabat, sed nec medium curat, scilicet facto hominis, ut sequitur.

f Proinde. Id est ergo &c.

g Huic rei. Inciden dam, & minutatim incidendam, etiam magnas arbores.

h Sylua. Si habes sylua, scilicet non incisa, non cedet legatario: quia non sunt ligna dum terra alūtur: si uerò habeas syluam: dic nō cedet legatarius eadem ratione, quam dixi.

i Deiectæ. Licet non sint concisæ facto hominis, sed uientorum, uel alio modo deiectæ, in quo secus putabat Offilius ut prædixi: & dic quod & hic minutatim incidere ꝓponebat: ut & superiori casu quando ab homine sunt concisæ.

k Comburendi. Scilicet principaliter, non etiam per medium. Ioan. puta, faces: ut j. §. pen.

l Dietarum. In aulis vbi stant domini ad ignē.

m Hypocaustorum. Vbi stant ægroti, qui quandoque indigent igne. ut arg. s. man. l. si quis mihi. Accur.

n Nec sarmenta. Vulgare Tuscorum. quod inciditur de vitibus in capite, quando putantur.

o Contineri. Si ad alium vsum sit quam ad comburendum, secundum Roge. quod reprobauit supra in §.

r Germina. Id est, pedamenta iuxta alias arbores: ut s. solu. mat. l. diuortio. §. si fundum.

s Superamenta materiarum. Quas uocant Bononiæ amanclos.

t Stirpes. Scilicet uetustas, & facit j. arbo. fu. cæ. l. 3.

u Continebuntur. s. §. Offilius. contra. Solu. ibi.

x Lignorum appellatione. Continebuntur herbulæ quę dam &c. in quibusdam &c.

y Papyrum. Id est, iuncum, unde fit papyrus ad lampades.

z Quid mirū. Hoc est Græcum, quod lignum interpretatur: & sic Græci naues appellant lignū.

a Quæ hæc. Scilicet ligna. & habent hic aliud Græcum, cuius sensus est de paludibus.

b Prouincijs. Vt in Vngaria & quibusdam partibus Hispaniæ.

c Editu. Id est, id quod boues comedunt. & postea stercorant, & eo utūtur ad ligna.

d Coquendos. Puta ad fabricam, ubi prius minutatim inciduntur ligna. Accursius.

e Testator habuit. Sicut nec appellatione librorum chartæ continentur. vel alterius materiæ alia materia, ut supra eodem, lege, librorum. §. si cui. & infra eod. l. seruus.

f Cocta. Fortè in furno.

g Sulphurata. Sic fit, quando in castro proiicitur ignis, id est, titiones sulphurati.

h Parata non erunt. Licet per medium ad comburēdum sint parata, hæc fiunt maximè in alpibus. Accursius.

i Strobyli. alias troboli, qui uulgariter pineæ uocantur, sed hoc accipe quando nuclei sunt extracti: & facit j. de uerb. signi. l. carbonum. §. si. Accur.

k PAli. Facit j. de uerb. sign. l. pali. & s. de act. emp. l. fundi. §. si.

In P.F. siue diæta rum hypo caustorū, sed rectius hic.

Aut. Au gust. li. 3. emē. c. 7. legendum censet ex Pan. Fl. & gremia, putatque ea dictiōe significari tenuia quædā ligna, ob id sic dicta, quòd à rusticis gremio deferantur. quibusdā tamē magis placere ait, ut cremia dicantur, à cremādo scilicet.

De diætis hypocaustis uide Nebri. in lexico suo iuris ciuilis. in his ipsis dictiōib⁹.

† Vide Alc. li. præ termis. a. hoc ipso tit.

P. F. coquendas, atq; cōficiendas.

Leo Albertus li. 3. circa finē lignorum coctorum memi nit. meminit. & Celius Rho. li. lec. ant. 23. c. 48

De strobylis pulchrè Nebris. in lexi. suo lu. ci. in hac ipsa dictiōe & Rho. l. xj. lec. antiq. c. 19. & nō nihil Hermola. in corol. ca. 440.

Seruius. CASVS. Ego legaui tibi omnem materiã meam. certè non continetur arca, vel armarium de materia factum. Viuianus.

a Seruius. Facit s̄ eod: l. librorum. §. quod autem de membranis, ibi, nec chartis &c.

lignorum appellatione non continebuntur.

Cui est legata materia, non est legatum materiarium. Bar.

Pomponius lib. xxx. ad Sabinum. LV.

Seruius a respõdit, cui õis materia † legata sit: ei nec arcam, nec armarium legatum esse.

Vlpianus libro iiij. disputatio. LVI.

SI mihi. CASVS. Institui mihi hęredes filias meas Mæuiam, & Nigidiam: & ita postea dixi, si dictæ meæ filiæ erunt mihi hæredes, & tũc Mæuia pdicta percipiat fundos meos Titianũ, & Seianum cum casulis, & custodibus eorũ fundorũ, & cũ his omnibus agris, qui ad coniunctionem cuiusq; eorum fundorum obtigerint emptione, uel quolibet alio casu: & cum mancipijs & pecoribus & iumentis: cæterisque uniuersis speciebus, quæ in dictis fundis & quolibet eorum, erunt cum moriar, & uti optimi, maximique sunt dicti fundi, & sicut eos possedi in diẽ mortis meæ: & vt plenius dicam, sicut clauduntur dicti fundi. me mortuo inuenitur in uno de dictis fundis, puta Titiano vnum tabularium, sicut sunt tabulę campsorum, in quo tabulario sunt scriptæ emptiones plurium mancipiorum, & fundorum: & in quo sunt scripta instrumenta uariorum meorum contractuum, & in quo sunt scripta nomina plurium debitorũ, quæritur utrum pdicta, quæ continẽtur in dicto tabulario, continentur in dicto legato Mæuię. Et dicitur quod non, imo remanent communia ei, & Nigidię.

His uerbis. Institui mihi hæredes Titium, & Seium, & ita postea dixi: fidei hæredum meorum committo, ut sinant Caium domus meas habere, in quibus habito, nullo omnino excepto, cum omni instrumento & repositis omnibus. nunquid uidetur legata dicto Caio pecunia numerata, quæ erat in dictis domibus, uel etiam instrumenta debitorum, quę ibi erant? Et dicitur quod non. Viuia.

q Heredes erunt. Quos instituerat.

r Cum casulis. Id est paruis domibus, quę in fundis erant: alias casalis id est locum, siue aream paratam ad ędificandum.

s Emptione. Quia vno pretio cum his sunt empti, ut s̄. l. proxi. §. Titio.

c In P.F. nõ est, cũ Seianis.

o In P.Fl. uel instructę cõmuni coniunctu fuissent.

p P.Fl. iunctam.

p In P.Fl. non est, legatam.

† Inquantũ iste tex. dicit, q in strumeta nõ veniũt in legato generali & limitatiuo tex. l. cum alienam. C. de leg. vbi dicitur qd in legato generali uenit omne ius, quod qs habet in re, siue reale sit, siue psonale de quo uide l. si domus. §. 2. s̄. de leg. 1.

Item cum omnibus mancipijs, pecoribus, iumentis, cæterisque vniuersis speciebus, quæ in ijsdem fundis: quove eorum cũ moriar, erunt, vti optimi maximiq; sunt, vtiq; eos in diem mortis meæ possedi: & (vt plenius dicã) ita vti clauduntur, in fundo autẽ vno ex ijs, qui prælegati sunt tabularium [a] est, in quo sunt & cõplurium mancipiorum emptiones, sed & fundorum & variorum contractuũ instrumenta. præterea & nomina debitorum. Quæro, an instrumenta communia [b] sint? Respondi secundum ea, quæ proponerentur, instrumenta emptionum, item debitorum, quæ in fundo prælegato remanserunt, non videri legato [c] contineri. His verbis domibus legatis, Fidei hæredum meorum committo, vti sinant eum habere domus meas, in quibus habito, nullo omnino excepto, [d] cũ omni instrumento, & repositis omnibus, non videri testatorem de pecunia [e] numerata, aut instrumentis debitorum sensisse.

Nudum præceptum testatoris non valet. Bar.

Scæuola lib. iij. Responsorum. XCI.

LVcius Titius testamento suo ita cauit Nullo modo prædia suburbana, [f] aut domum hæres alienet. filia eius hęres scripta hęredem reliquit filiam suam, quæ easdem res diu possedit, & decedens extraneos hæredes instituit. [g] Quæsitum est, an prædia pertinerent ad Iuliam, [h] quę Lucium Titium testatorem patruum maiorem habui? Respondi, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum, quò minus ad hæredem [i] pertinerent, [*] cum hoc nudũ [k] præceptum est.

Si fertur absolutoria in vna causa: non obstat exceptio rei iudicatæ in alia agenti. Bar.

Sẽproniæ mulieri meę reddi iubeo ab hæredib. meis centũ aureos, quos mutuo [*] acceperam. Quæsitum est si hanc pecuniam, vt debitam Sempronia petens, [l] victa [m] sit: an fideicommissum [n] peti possit? Respondi, secundum ea quæ propone

[a] Tabularium. Id est liber imbreuiaturarum, a tabulis instrumentis dictũ, uel dic est, scrinium de tabulis, vbi erant instrumenta.

[b] Communia. Vtriusque hæredis. Accur.

[c] Legato. Scilicet Mæuiæ. & sic remanent communia. & facit infra de fundo instru. l. quę situ. §. Papinianus. & s. e. l. vxorem. §. legauerat. & j. de vsufr. le. l. generali. §. vxori. & s. ti. t. l. Caius. & s. l. prox. §. pater.

[d] Excepto. Ex hoc verbo quæstio procedebat, quæ erat similis superiori. Accur.

[e] De pecunia. Quę fœnerandi, uel cuiusuis præsentis erogationis causa ibi foret. R. secus si ut thesaurus: ut s. eo. l. si chorus. §. t. & l. quęsitum. & l. si ita. cum suis concor. & supra proxi. §.

LVcius. CASVS. Lucius Titius, qui erat patruus magnus Iulij. id est frater aui dicti Iulij, fecit testamentum, & instituit sibi hæredem filiam suam Titiam: & præcepit ei, ne ullo modo prædia suburbana, aut domus, quę erant in hæreditate alienaret, & non adiecit causam quare prohibuit. mortuo dicto Lucio Titio, Titia prædicta sua filia reliquit hęredem filiam suam Seiam, & ita non fecit contra præceptum testatoris, quod non alienauit in extraneum. mortua dicta Titia filia testatoris, Seia filia Titiæ inter alias res dictæ hæreditatis, possedit diu dicta prædia suburbana, & domum. decedens dicta Seia instituit sibi hæredes quosdam extraneos. quæritur quis debeat habere dictas res uetitas alienari, verũ extranei hæredes Seiæ, an verò ad Iulium debeant pertinere, qui erat de familia testatoris? Et dicitur quòd ad hęredes extraneos: præceptum enim Lucij Titij fuit nudum, quia ibi non fuit causa prohibitionis: & ideo non valet. Semproniæ. Ita dixi in testamento meo, Semproniæ vxori meæ reddi iubeo ab hæredibus meis centum aureos, quos mutuo ab ea acceperam. me mortuo petijt dicta mea vxor ab hæredibus meis dictos centum aureos ex mutuo, & succubuit. certè potest iterum petere ex fideicommisso. Quidam Titius in testamento suo legauit prædium suum Titianum, & Seianum, sicut ab eo Titio possessa sunt, & quæcunque in eis erunt, cum moreretur dictus Titius duobus suis libertis certa mancipia, quæ morata fuerunt in dictis prædijs, operis rustici causa, uel alterius officij causa, usq; ad mortẽ dicti Titij. pertinent ad libertos. Item cæteræ res, quæ ibi fuerunt. Quæsitum. Institui mihi hæredes duos meos filios, cum haberem 4. filios, & duas filias, & rogaui institutos vt restituerent fratribus suis, certè & sororibus tenentur restituere, nisi ego testator aliud sensi. Collegio. Titius legauit cuidam collegio fabrorum fundum Titianum cũ syluis, quæ ei solent cedere uti optimus maximusq; est dictus fundus: q̃ uerba, uti optimus &c. tãtum libertatẽ fundi significant: vt s. de leg. 1. l. sermo. §. si fundus. modo quæritur, utrum cedat legato prædictũ fœnum, & pabulum, & palea & machina & vasa uinaria, & dolia, & granaria nõ affixa in terra? Et dicitur q̃ non.

Ex patre. Titius instituit sibi hæredes Seiũ, & Caiũ, & Seio prælegauit fundum suũ Iulianum, & ab eo Seio petijt hoc modo. peto uti uelis cohæredem tibi reciperem dicto fundo Claudiũ: quęritur. an Claudius habere debeat dimidiam fundi? Et dicitur q̃ sic. Viuia.

[f] Suburbana. Id est orti in ciuitate: ut C. de præd. min. l. prædium.

[g] Instituit. Et sic facta est alienatio, quã testator noluit fieri. Azo. vt s. titu. 1. l. peto. §. fratre. Sed arg. contra supra de alie. iud. l. ex hoc §. alienare.

[h] Iuliam. Alias Iulium, cui testator erat agnatus, & sic quasi de familia volebat reuocare extra familiam alienatum.

[i] Ad hæredem. Etiam extraneum.

[k] Nudum. Sic s. de leg. 1. l. filius. §. diui. & s. eod. l. pater. §. Iulianus Agrippa. & contra. ibi positum & hic potes ponere, & soluere. & facit j. de condi. & demon. l. Titio in prin.

[l] Petens. Adiecta causa ex mutuo: & secundo aget ex testamento.

[m] Victa. Quod esse debuit, nisi iurasset: vt s. tit. 1. l. Lucius. § quisquis. & s. eo. l. cum quis. §. codicillis.

[n] Fideicommissum. Peti, nisi probetur errore ductum, & credentem debitum legasse: ut C. de fal. cau. l. j. & j. de condi. & demon. l. cum tale. §. falsa.

[*] Pã. Flo. nec vllo. alibi, ne ul lo.

[*] P. Fl. pertinere.

[*] Pã. Flo. mutuos.

Quidam.

a Quidam. Facit ĩ. eod. l. quæsitum. §. prædia. & ĩ. de auro, & argen. lega. l. si vxori. §. 1.
b Pertinere. Not. appellatione fratris, & sororem contineri: vt ĩ. de pact. l. tres fratres. quia masculinum concipit fœmininum: vt ĩ. eod. l. qui duos. & l. seruis.

dicti fundi alicui de tribus collibertis suis, sed cuidam extraneo: certè omnes dicti tres colliberti, simul, & æqualiter possunt petere à dicto extraneo. Viuianus.
h Is, qui complures. Puta quatuor.
i Nomine suo. Id est, familia sua, vel die libertorum.

rentur, posse ex causa fideicommissi peti, quod apparuisset non fuisse ex alia causa debitũ. Quidã [a] prædia legauit liberris, adiectis his verbis: Vti à me possessa sunt, & quæcunque ibi erunt, eũ moriar. Quæsitũ est, an mancipia, quæ in his prædijs morata in die mortis patrisfamilias fuerũt operis rustici cã, uel alterius officij, cæteræque res, quæ ibi fuerunt ad legatarios ptineãt? Rñdi ptinere. [b]

Appellatione fratrum continentur sorores. Bar.

Quæsitum est, an qđ hæredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret? Respondi pertinere: nisi aliud sensisse testatorẽ probetur. Collegio [c] fabrorum fundum cum syluis quæ ei cedere solent, uti optimus [d] maximusque esset legauit. Quæro, an ea quoque, quæ in diem mortis ibi fuissent: id est fœnum, pabulum, palea, item machinæ, vasa uinaria, id est, cuppæ, & dolia, quæ in cella defixa [e] sunt, item granaria, essent legata? Respondi, non rectè peti, quod legatum non esset. [f]

Verba institutionis directa ad alium, non ad eum qui instituitur habent vim fideicommissi. Bartolus.

Ex parte [g] dimidia hæredi instituto per præceptionem fundum legauit: & ab eo ita petijt: Peto, vti velis cohæredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quẽ amplius te recipere iussi, Claudiũ verum nepotem meum, cognatum tuum. Quæro, an pars fundi ex causa fideicõmissi nepoti deberetur? Respondi deberi.

Appellatione familiæ continentur et qui, à testatore non sunt nominati. Bart.

Valens libro ij. Fideicommiss. XCII.

IS, qui complures [h] libertos relinquebat, tribus ex his fundum legauerat: & petierat, vt curarent, ne de nomine suo [i] exiret. Quærebatur, ex tribus, qui primus moriebatur, vtrum vtrique, vel alteri ex ijs, qui in legato sibi coniuncti essent, relinquere partem suã deberet: an posset, uel alij colliberto [k] suo eam relinquere? Placuit (& si voluntatis quæstio esset) satis illum facturum, [l] & si alij [m] reliquisset. Quòd si nulli dedisset: occupantis, an omnium eorum libertorum, & non [n] eorum tantum, quibus pariter legatum esset, fideicommissi petitio esset, dubitabatur. Et Iulianus rectè omnibus [o] deberi putauit.

Verbum quanta, & verbum summa, referuntur etiam ad corpora. Bar.

Marcianus lib. ij. Fideicõmiss. XCIII.

QVisquis mihi hæres erit, dãnas esto dare, fideique eius com-

c Collegio. Quod est licitũ collegiũ, vt ĩ. de iure immuni. l. fina.
d Optimus. Quo verbo liberum tantum legat: vt s. titu. 2. l. seruo legato. §. si fundus. Accur.
e Defixa. Id est q̃ non fixa sunt: quia sic desierunt, secundũ H. sic s. de vsufruct. l. sed si quis. in princ.
f Non esset. Obscure respon. sed dic q̃ ĩ. nominata non uidentur legata: quia fundi nihil est, nisi q̃ intra se a[illegible] ut ĩ. de act. empti. l. fundi. in prin. & ĩ. de sup. leg. l. [illegible] sed si dixisset [illegible] nei eum [illegible] continerentur [illegible] fundi prædicta, & patrisfamilias: vt ĩ. de fund. instr. & instru. leg. l. quæsitum §. 1. & §. sed si fundus. sed simpliciter legato nequaquã, vt dixi s. de fun. instru. & instru. lega. l. 2. §. 1. Accur.
g Ex parte. Sic per omnia. s. eo. l. pr. §. fin. Sed contra. ĩ. eod. l. Iulianus. §. ex his [illegible] vt in l. pater. in fin. [illegible]

IS, qui complures. CASVS. Titius habens quatuor libertos, tribus ex his fundum Titianum legauit: & ab eis tribus petijt, vt curarent, ne de nomine suo exiret dict[us] fundus. mortuo Titio habuerũt tres liberti dictum fundum. postea vnus ex his trib. decedens volebat relinquere partem suam dicti fundi quarto colliberto, cui nihil de dicto fundo fuerat legatum, & non illis, qui erant sibi coniuncti in legato, vel alicui eorum. certè dicitur, q̃ bene potest hoc facere: nisi Titius testator aliud sensit, & hoc appareat. Sed quid si dictus libertus decedens non reliquit suã partem [illegible]

k Alij colliberto. Non nominato.
l Facturũ. Scilicet voluntate testõris.
m Alij. Scilicet nõ nominato. Accur.
n Omnibus. Non occupãti, & non nominatis tñ. [illegible] non sunt coniuncti ex quo semel habuerunt: secus in vsufruc. qui enim postea accrescit: vt s. de vsufru. accresc. l. j. §. fi. Item & hoc est verũ si omnes volunt: omnes enim sunt pariter proximi patrono: & ideo alter alteri non est præferendus: vt s. ti tu. 1. l. peto. §. fratre[illegible]. Accur.

QVisquis. CASVS. Institui mihi Titium, & Seium hæredes, & ita postea dixi, quisquis mihi hæres erit damnas esto dare, fideiq; eius cõmitto uti det quãtas summas dictauero, & dedero aliq b. post hæc verba reliqui prædia, quibusdã, & quibusdã reliqui mancipia, & quibusdam vestem, & argentũ. nunqd dictæ res corporales aliquib. legatæ continentur sub dictis meis verbis, quisquis mihi hæres erit &c. vt & ipsæ debeantur. quia nõ videtur esse in eis q̃titas, vel summa? Et dr̃ q̃ sic. nam dictum verbum quantas, quod posui inter verba mea, non pertinet tantum ad numeratã pecuniã, sed etiam ad corpora. & hoc põt sumi argumento dotis legatæ vxori per maritum, & argumẽto stipulationis, q̃ interponi solet inter venditorem & emptorem alicuius hæreditatis. nam si maritus leget uxori tantam summã, quantam in dotem ab ea accepit, non solum pecunia numerata, sed & cætera res etiã corporales continentur?

o P. Fl. & num[illegible].

tur: vt ℥.de dote prælег.l.vxori meæ. Item si vendo tibi aliquam hæreditatem, & interponitur inter me, & te illa stipulatio, quæ solet interponi hoc modo, quia ego venditor promitto tibi emptori, quod quanta summa peruenit ad me ex dicta hæreditate, quam tibi vendo, tibi restituam: non solum continetur pecunia numerata, sed etiam aliæ res corporales de dicta hæreditate, quæ ad me venditorem peruenerint, postquam tibi vendidi: ut habes hic, & ℥.de verb. signifi.l.cum stipulamur. & ↄ.de hæred. vel act.ven.l.venditor. si ergo est ita in legato dotis, & in stipulatione hæreditatis venditæ, ut dictum est: bene debet esse idem in nostro casu. item & verbum summas, quod posui ego testator inter dicta mea verba quisquis mihi hæres erit &c. debet similiter accipi, sicut accipi solet in dictis argumentis, scilicet dotis prælegatæ, & stipulationis venditæ hæreditatis. Est & tertium argumentum ad probandum, quod dicta verba quantas summas &c. pertineant non solum ad numeratam pecuniam, sed etiam ad corpora postea legata. non est enim

mitto, vti det quantas summas dictauero, [a] dedero. Aristo res quoque corporales [b] contineri ait: vt prædia, mancipia, vestem, argentum: quia & hoc verbum (quantas) non ad numeratam duntaxat pecuniam referri ex dotis [c] relegatione, & stipulationibus emptæ hæreditatis [d] appareret: & summæ appellatio similiter accipi [e] deberet: ut [f] in his argumentis, [g] quæ relata essent, ostenditur. voluntatem præterea defuncti (quæ maximè in fideicommissis valeret) ei sententiæ [h] suffragari. neque enim post eam præfationem adiecturum [i] testatorem fuisse res corporales, si duntaxat pecuniam numeratam præstari voluisset.

Appellatione hæreditatis non

verisimile, quod ego testator legassem corpora aliqua, postquam dixi illa verba, quisquis mihi hæres erit &c. nisi voluissem etiam corpora postea legata sub dictis verbis contineri. Viuia.

[a] Dictauero. Scilicet in futuro: vt ℥.in fi.l.secus si primo dedit, & postea hanc additionem ponat: vt ↄ.tit. 2.l.talis.in princ. & in fine huius legis innuit.

[b] Corporales. Relictas post dictam præfationem.

[c] Ex dotis. Puta dixit vir, vxori meæ tantam summam, quantam in dotem accepi ab ea, ei do, lego: nam non solum pecunia numerata, sed etiam aliæ res continentur. & est ad hoc ℥.de dote prælega.l.vxori meæ.

[d] Emptæ hæreditatis. De qua dic: vt ℥.de verb. signi. l.cum stipulamur. & ↄ.de pecu.l.si creditor. in princ. & ↄ.de hære.vend.l.venditor. Accur.

[e] Accipi. In præfata propositione: scilicet, vt pertineat etiam ad alias res præter pecuniam numeratam. Acc.

[f] Vt. Id est, sicut.

[g] Argumentis. De dote, & hæreditate.

[h] Et sententiæ. Vt summæ appellatione, corpora contineantur. & not. voluntatem circa fideicommissa: vt ℥.titu.2.l.penult.

Posterioribus priora declarantur.

[i] Adiecturum. Ex posteriore ergo scriptura intelligitur prima. sic ↄ.eod.l.nummis.in fin. & ad hoc, quod propter voluntatem verba protrahantur, facit ℥.de supellectili legata.l.Labeo.

SI Titius. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & Caium, & rogaui Titium prædictum, vt restitueret hæreditatem Mæuio. & postea rogaui Caium, vt restitueret prædicto Titio cohæredi suam partem hæreditatis meæ, vel etiam dimidiam suæ partis, non facio vim. postea Caius ex fideicommisso restituit Titio suam partem, vel dimidiam suæ partis. petit modo Mæuius à Titio partem hæreditatis Titij ex fideicommisso, & etiam illud, quod restituit Titio Caius suus cohæres. certè dicitur hic, quod illud, quod restituit Caius Titio, non potest à Titio petere Mæuius: quia in hoc casu non continetur appellatione hæreditatis, legatum, vel fideicommissum relictum Titio à Caio cohærede suo: quia eo tempore, quo rogaui Titium de restituenda Mæuio hæreditate, non rogaueram adhuc Caium, de restituenda sua parte Titio per fideicommissum. vnde non est verisimile, quod rogem Titium, de eo restituendo Mæuio, quod adhuc eidem Titio non reliqui. hoc dicit hæc lex. Viuian.

continentur legata & fideicommissa. Barto.

Caius libro ij. Fideicommiss. XCIIII.

SI Titius ex parte [k] hæres rogatus sit Mæuio hæreditatem [l] restituere, & rursus Titio cohæres [m] eius rogatus sit suam partem, aut partis partem [n] restituere: [o] an hanc quoque partem, quam à cohærede ex fideicommisso recepit, Titius restituere Mæuio debeat? Diuus Antoninus consultus rescripsit, non debere [p] restituere: quia appellatione hæreditatis, neque legata, neque fideicommissa continerentur.

Appellatione reliquorum, non continetur pecunia iam exacta, vel quæ vsibus patrisfamilias est disposita. Ba.

Paulus libro ij. Decretorum. XCV.

[k] Ex parte. Puta dimidia. Accur.

[l] Hæreditatem. Ita his verbis, rogo te Titium, vt Mæuio hæreditatem restituas: qui Mæuius non erat hæres in aliquo.

[m] Cohæres. Puta Caius, qui in alia dimidia erat hæres.

[n] Partis partem. De dimidia suæ partis intelligitur, nisi dixerat aliud: vt ℥.de verb.sign.l.nomen filiarum. §.1.

[o] Restituere. Per fideicommissum.

[p] Non debere. Imo videtur quod sic: vt C.de fidei.l.cum virum. quæ est contra. Sed distingue, vt ibi no. per l.℥.ad Treb.l.Marcellus. & ℥.ad leg.Falc.l.Titia. & facit ↄ.eod.l.Seatiliam. & ↄ.titu.1.l.miles. § fin.

OFfidius. CASVS. Quidam nomine Offidius instituit sibi hæredem filiam suam Valerianam: & cuidam suo actori, siue castaldo, qui vocabatur Antiochus dedit libertatem, & legauit eidem Antiocho prædium Titianum, & Seianum, & peculium suum Antiochi, & reliqua sua Antiochi, & aliorum colonorum reliqua, qui coloni erant in dictis fundis. Mortuo dicto Offidio testatore Antiochus legatarius petebat coram præside à Valeriana hærede, in quadam sua scriptura, siue libello illa reliqua, quæ exegit testator viuus existens ab ipso Antiocho, & ab alijs colonis. Item in eadem scriptura dicebat sibi deberi omnia ea, quorum ratione reddere debebat dictus Antiochus, cum erat castaldus domino suo Offidio, scilicet frumenti, & vini, & cæterarum rerum: quæ quidem omnia apud eum Antiochum in dictis prædijs in condito habuerat dictus Offidius paterfamil. & dicebat dictus Antiochus, in dicto suo libello omnia prædicta esse de reliquis sibi legatis à domino suo Offidio. Valeriana autem hæres ipsum prædicta habere non debere dicebat. præses tulit sententiam contra hæredem, & in ea dixit, quod Antiochus deberet habere omnia prædia prædicta, quæ petijt in libello suo.

Valeriana

Offidius quidã instituta filia Valeriana hærede, actori [a] Antiocho data libertate, prædia certa, & peculiũ, & reliqua [b] legauerat, tàm sua, quàm colonorum. [c] Legatarius [d] proferebat [e] manũ [f] patrisfamilias reliquatorũ, [g] tàm suo, quàm colonorum nomine. Iterum in eadem scriptura [h] adiectum in hunc modum: Item quorum rationem reddere debeat, scilicet quæ in condito [i] habuerat paterfamilias frumenti, uini, & cæterarum rerum. [k] quæ [l] ab ipsa [m] libertus petebat, & ex reliquis esse dicebat, & apud præsidem obtinuerat. [n] Ex diuerso [o] contradicebať, [p] reliqua colonorũ ab eo [q] nõ peti [r] nec ꝓpria: diuersam aũt [s] esse cãm eorũ, q̃ in cõdito [t] essent. Imperator [u] interrogauit partẽ legatarij q̃rendi cã: Pone (inquit) in cõdito [x] centũ aureos [y] esse, quos in vsum suum [z] sumere soleret: diceres, totũ quod esset relictum in arca, [z] deberi? [a] Et placuit [b] rectè appellasse. [c] A parte legatarij suggestum est, [d] quædam à colonis post mortem patrisfamilias exacta. [e] Respondit,

Valeriana autem hæres appellauit ad Imperatorem, & existens nunc in causa appellationis coram Imperatore allegauit Valeriana hæres reliqua colonorum prædicta, quæ exegit Offidius à colonis, ab eo Antiocho non posse peti: nec etiam propria Antiochi reliqua, q̃ similiter exegit Offidius ab Antiocho: vt dictum est. Item allegabat Valeriana causam eorum, quæ in condito essent, scilicet frumenti, & vini, & aliorum quæ dicta sunt, diuersam esse à legato, id est, non contineri in legato ꝓdicto relicto Antiocho per Offidiũ: & ita dicebat Valeriana hęres vtraque relicta prędicta Antiochum iniustè petijsse in libello suo, ac multo iniustius prædicta, quæ erant in condito. Ex aduerso dixit Antiochus legatarius: Domine sicut præses pronũciauit, & ita debet firmum stare: imò peto, à vobis etiam plus, quam præses pronunciauerit. nam peto, vt faciatis mihi dari quædam reliqua, quæ Valeriana exegit a dictis colonis post mortem Offidij testatoris. Dixit Imperator Antiocho legatario, pone in condito centies centum aureos esse, quos in vsum suum solebat sumere Offidius testator: diceres tu totum, quod esset conditum, & relictum in arca deberi tibi. id est, omnes centum aureos? certè malè diceres: unde placeat mihi, & ita iudico bene appellatum à Valeriana, & malè pronunciatum pro te. dico tamen quod ea reliqua quæ exegit Valeriana à colonis post mortẽ Offidij, restituantur tibi. cum ergo legauit Offidius Antiocho castaldo suo reliqua sua, & aliorum colonorum, vult Imperator quòd intelligatur de reliquis quæ remanserunt penes eum, & alios colonos. post mortem ipsius Offidij, & de his reliquis, quæ exegit hæres Offidij, post mortem Offidij: non autem de his reliquis, quæ exegit ab Antiocho, & alijs colonis dictus Offidius in uita sua post testamentum factum nec etiam de dictis conditis in arca apud dictum Antiochum per Offidium. & sic est plana. Viuia.

a Actori. Villico seruo. qui vocabatur Antiochus.

b Reliqua. Quo nomine tàm in borreis penes se Antiochum reposita ante, quàm fieret testamentum, quã post ex reliquis istis exacta. & sic desierunt esse: reliqua ad se pertinere dicebat iste libertinus. sed perperam. Roge.

c Colonorum. Quos habebat seruus hic in peculio. Ro. vel dominus, & qui sint, dic vt s. eod. l. prædijs, in princ. & s. titu. 1. l. Lucius. in princ.

d Legatarius. Scilicet libertus. & siue habeas manu, siue manum, quia testator sua manu scripsit: item siue habeas reliquatum, siue reliquorum, scilicet legatum: bene est.

e Proferebat. Id est dicebat in libello conuentionali.

f Manuum. Aliàs manu. Accur.

g Reliquatorum. Aliàs manum reliquorum: aliàs manu reliquatorum: aliàs reliqua eorum.

h Eadẽ scriptura. Scilicet libelli conuentionalis dati à liberto. hoc modo. Item petebat, quod est ĩ. reliqua eorum, quorum rationem reddere debet, scilicet uini, & cæterarum rerum &c. quod est infra. dicebat enim de his rationẽ reddere. at sub reddisione rationis, etiã redditio reliquorum continetur: ut ĩ. de condit. & demonst. l. cũ seruus. reliqua autẽ ei Antiocho legauit Offidius. vel dic scriptura testamenti. nã hæc verba sunt testatoris. Item eorũ reliqua lego, quorum rationem reddere debet. Sed ea quæ sequuntur, scilicet quæ in condito &c. non sunt testatoris verba, sed liberti petentis. & secundum hoc dictionem quæ, ĩ. positã repetit, quasi oblitus de primo quæ: sed lectura prima planior est, & coniunge, scilicet vini &c. Alij vt R. hos genitiuos pro accusatiuis ponunt.

i In condito. Aliàs in credito, id est in deposito apud Antiochũ, pro sua villicatione, s. penu, & oris, ad suam administrationem pertinentibus: vel id est in penu vsui suo habuit, scilicet Offidius.

k Rerum. Quæ ex reliquis exierant in vita domini, & vsui domini esse cœperant. ea enim sola reliquorũ nomine [t] videntur, quæ dominus in vsum suum nõ retinuit, sed apud colonos remanent: & probatur hoc etiam infra ibi, pone inquit. &c.

l Quæ. Scilicet omnia petebat libertus.

m Ab ipsa. Scilicet Valeriana.

n Obtinuerat. Et appellatum fuerat. Accur.

o Ex diuerso. Scilicet à parte filiæ.

p Contradicebatur. Liberto.

q Ab eo. Actiuè. & dic à liberto.

r Non peti. Scilicet posse. & sic, hæc duo non iustè petit, multo iniustius, quæ sunt in condito, sed falsa est positio. vel verius petendo, quæ sunt in cõdito, non petis reliqua tua, vel colonorũ: quia in istis nõ te littterẽ.

s Autem. Pro quia: vel autem ponitur pro certè. & sic bat hæc allegatio in causa appellationis.

t In cõdito. Aliàs in cõdito, & bñ. i. in deposito. alias credito, & pro eodem, s'm Hug. nã qui deponit, credit & confidit depositario, & erat conditum apud Antio.

u Imperator. De appellatione cognoscens.

x Aureos. Alias aureorum, scilicet summam.

y Suũ. s. Offidij. Et no. hic, q̃ iudex põt opponere partibus: vt hic, & ĩ. de iis q̃ i te. delẽ. l. ꝓx. §. Antonin'. ibi, Cæsar dixit. & silẽtiũ ĩponere, vt ibi subijcit l. ꝓx. & de iure supplere, & d' fcõ q̃nq; vt C. ut q̃ des. ad. pt. l. j.

z In arca. Apud Antiochum.

a Deberi. Scilicet ei liberto. quasi diceret non.

b Placuit. Imperatori: quoniam obiectioni legatarius rationabiliter non voluit respondere.

c Appellasse. Hæredem: & sic rescissa fuit sñia præsidis. Et no. iudici appellationis sufficere, si dicat ꝓnuncio rectè appellatũ. licet fortè secus, si prima sñtẽtia fuit absolutoria: vt not. C. de appellatio. l. eos. in princ.

d Suggestum est. Post cassatam priorem sententiam.

e Exacta. Per hæredem.

Legatario.

[a] In P.F. scipit Offidius quidam.

[b] In P.F. relegauerat.

[d] In P.F. ꝓferebat manu patrisfa. reliquatum, tã suo &c.

[k] In P.F. quæ & ipsa libertus &c.

[o] In P.F. cum diceretur reliqua &c.

[x] Ant. August. emẽ. lib. 2. ca. 6. legẽdum censet ex Pl. F. centies aureorum: quæ locutio cẽties centena milia aureorũ significat.

[t] Adde q̃ reliquorum appellatione, licet nõ veniat pecunia iã exacta, vel deposita: vt per Bart. hic l pric. venit tñ liber rationum, vt g eundẽ in l. si ita. 1. § q̃stin. ĩ. de manu. testam.

a Legatario. Quia hoc in reliquis mãsit, nec à patref am. nec principis iudicio fuit ademptum, secus autem si ipse paterfamilias viuus exegisset. vt s. hac l. colligitur, & s. eod. l. prædijs. in princ. & s. titu. 1. l. Lucius. in princ. & s. delega. 2. l. si sic. §. 1. in fin. & arg. j. de lib. lega. l. 2. in fine.

cursores legati sunt. Sed quare magis Seio, quam Titio, Respon. quia in dictis seruis, qui erant vernæ, simul & cursores, continebatur genus, quia erant vernæ, & species, quia erant cursores: semper autem species derogat generi. Sed pone q vnus seruus est in specie tantũ, idest, cursor: & duob' cursores legati sũt, puta. Titio, & Seio certè concurrẽt Titius, & Seius in legato dicti cursoris. & quilibet eorũ habebit i eo dimidiũ: nisi appareret aliud, me testatorem sensisse, & propter hoc dicit plerunque. vel pone q vnus seru' est in genere tãtũ, id est, verna: & Titio, & Seio sunt vernæ legati. certè eodem modo concurrent in legato vernæ, vt dictum est in legato cursoris. Vi.

SI plures. CASVS. Institui mihi hæredes Titiũ, & Seium, & ei substitui Caium, & Sempronium, & postea ita scripsi, hæres meus dato Mæuio centũ. certè & instituti, & substituti tenentur ad hoc legatum. Si autem ita dixissem instituti dent Mæuio centum: illi soli tenebuntur. & idẽ si dixissem, substituti dent Mæuio cẽtum: nam soli substituti tenebuntur, & idẽ si dixissem. Titius, & Sei' dent Mæuio centum. & ita Caius, & Sempronius dent Mæuio centum: qa nominatim ab eis legatum est. Viuia.

b Si plures gradus. Instituti, & substituti.

c Debet. Et tenentur illi, & non alij. vt s. titu. 2. l. Celsus. §. pen. & fi. & facit s. titu. 2. l. turpia §. fin. & l. si hæredes. & s. eo. l. nominatim.

SEruis. CASVS. Legaui Titio seruos meos vrbanos, quæritur, qui serui appellatione vrbanorum contineantur? Et dicitur q illi cõtinentur, quos ego inter vrbanos annumerare sum solitus, q pōt deprehendi, & intelligi, quia dabem eis cibaria cum illis de vrbe sed & serui venatores, & aucupes continentur, si ego continebam, & habebam eos in vrbe, & nõ alibi. Item & continentur serui muliones, nisi ego habebã eos causa rurestris operis. Itẽ & continetur ille seruus, qui natus est ex ancilla mea vrbana quamuis sit missus ad villam causa nutriẽdi. Seruis lecticarijs. Legaui Titio seruos meos habẽtes artificiũ faciẽdi lectos. nũquid continebitur legato Titius seruus meus, qui est lecticarius, & habet officium coci? Et dicitur quod sic. Si alij. Habebã multos seruos vernas, id est natos ex ancillis meis, qui serui non erant cursores. & habebã multos alios seruos, qui habebant officium currẽdi ad pallium, qui cursores non erant nati ex ancillis meis, imò eos emeram aliunde: & habebam quosdam alios, qui erant vernæ, & cursores: legaui Titio oẽs seruos meos vernas, & Seio legaui omnes cursores, quæritur cuius legato cedant illi serui qui erant vernæ, simul & cursores? Et dicitur quod cedunt legato Seij, cui omnes

hoc, quod post mortem exactum fuisset, reddendum esse legatario. a

Indefinita æquipollet vniuersali. Bart.

Idem lib. sing. de forma testa. XCVI.

SI plures gradus b sint hæredum: † & scriptum sit, Hæres meus dato: ad omnes gradus hic sermo ptinet, sicuti hęc verba, Quisquis mihi hæres erit. Itaq; si quis uelit non oẽs hæredes onerare legatorum præstatione, sed aliquos ex his, nominatim damnare dẽt. c

In vltimis voluntatibus illi dicuntur serui urbani, quos testator vrbanorũ numero habuit. B.

Idem lib. sing. de instru. signi. XCVII.

SEruis vrbanis legatis quidam urbana mancipia non loco, d sed opere separãt: vt licet in prædijs rusticis sint, tamen si opus rusticũ non faciant vrbani videantur. Dicendum est autem quòd vrbani intelligendi sint, quos paterfamilias inter vrbanos adnumerare solitus sit. quod maximè ex libellis e familiæ, item † cibarijs f deprehendi poterit. Venatores, g & aucupes h vtrum in vrbanis, an in rusticis contineantur potest dubitari. Sed dicendum est, vbi paterfamilias morabatur, & hos alebat, ibi eos numerari. Muliones de vrbano ministerio i sunt: nisi ꝓpter opus rurestre testator eos destinatos habebãt. Eum qui natus est ex ancilla vrbana, & missus in villam nutriendus, interim in neutris esse qdam putant. k Videamus ne in vrbanis intelligatur: quod magis placet. Seruis lecticarijs legatis, si idem lecticarius sit, & cocus, accedet legato. l

Generi per speciem derogatur. & quod in duobus speciebus reperitur, inter legatarios diuersarum specierum communicatur. Barto.

Si alij vernæ, m alij cursores n legati sunt: si quidã & cursores, & vernæ sunt: cursorib. cedent. o semper enim species p generi derogat. q Si verò in specie, aut in genere vtrique r sint: plerũq; communicabuntur.

d Non loco. Sic C. de præd. mi. l. si prędium. & j. de sup. lega. l. quẽadmodũ. Item facit j. de fundo instr. l. quæ situ. §. Alphenus.

e Ex libellis. Id est, panibus albis: quo pane non utunt rustici: sed grosso. sic C. de episc. audiẽ. l. iudices.

f Cibarijs. Scilicet alijs: nam nõ vtitur familia rustica pullis, vel alijs delicatis cibarijs: sed caseo, cepis, & fabis. Accur.

g Venatores. Ferarum. Accur.

h Aucupes. Auiũ.

i Ministerio sunt. Infra eod. l. cũ quæreretur. contra. Sol. vt ibi.

k Putant. Et malè, vt subijcit: & facit j. de verb. sign. l. vrbana. & l. is qui natus.

l Legato. Supra eod. l. legatis seruis. §. primo, & quod ibi not.

m Si alij. Vernæ. verna dicitur domesticus ex ancilla natus in domo: vt Institu. de leg. §. huic proxima.

n Cursores. Nulli vernæ sunt cursores tantum: imò omnis cursor erat verna: sed non econtra, omnis verna erat cursor.

o Cedent. Scilicet legato cursorum. & continebuntur illi, qui sunt vernæ, & cursores.

p Species. Species vocat contentum, vt cursores sub vernis continentur: genus vocat continens, sicut vernas qui continent cursores.

q Derogat. Vt j. de regu. iur. l. in toto. & s. eod. l. vxorem §. felicissimo. & j. de manu. testa. l. si peculium. in princip. & j. de tri. leg. l. 2. in princip. & de pecul. lega. l. seruo.

r Vtrique. Id est, isti, & illi habent suam speciem, vel suũ genus: qa isti non cõtinent sub vernis: nec illi sub cursoribus.

† Huc pertinet exẽplũ quod in topicis M. Ci. proponit i loco à repugnãtibus.

† Glo. hic exponit q dicitur libelli familiæ. sed quot modis ponit, & quot habet significata, vide in Spe. tit. de lib. §. 3. Rosfre. i sum. de libel.

Cibaria rusticorũ.

Verna qs dicatur.

cursoribus,imò quidam sunt cursores tantum, & non vernæ:alij vernæ tantum,& non cursores. & alij cursores sunt,& vernæ, & sm hoc communicabuntur, scilicet serui,qui sunt vernæ,& cursores inter eũ,cui sunt legati vernæ,& illum cui sunt legati cursores, vel dic si in specie,scilicet eadem, vel in genere eodem modo vtrique sunt: quia omnis cursor sit verna, omnisq; verna sit cursor. & secundum hoc communicabuntur, scilicet oẽs serui inter eum cui cursores,& eum cui vernæ sunt legati. plerũq; autẽ ideo dicit, quia si cursore aliquo inter vernas testatur vtebatur, cederet legato vernarũ.& econtra si aliquo verna inter cursores, cederet legato cursorũ: ut ſ. eo. l. legatis seruis. §. vel ideo. quia si testator expresserit quos vernarum numero,& quos cursorum numero intelligebat, sic erit: vt s.eod. l. si non aliter. aliquo autẽ nõ apparente erunt cõmunes: vt hic & s. de legat. 1.l. Titiæ. in princip.

Verbum reddendi, habet significationem per se dandi. Barto.

Iabolenus libro secundo ex posterioribus Labeonis. XCVIII.

HAeres meus dãnas esto Lucio Titio Stichum seruum meum reddere. vel ita, illum seruum meum illi reddito. Cascellius ait, deberi: neque id, Labeo improbat: quia qui reddere iubet, simul & dare iubetur.[a]

Si nominentur aliqua indiuidua speciei contenta sub genere: ad alia in eadem specie contenta non porrigitur illud genus. Barto.

Duæ statuæ marmoreæ cuidam nominatim, item omne marmor erat legatum.[b] Nullam statuam marmoream præter duas[c] Cascellius putat[d] deberi: Offilius, & Trebatius contra. Labeo Cascellij sententiam probat, quod verum puto: quia duas statuas legando, potest videri non putasse[e] in marmore se statuas legare.

Singulare vniuersale positum neutraliter, potest referri ad omnia præcedentia cuiuscunque generis, uel numeri existant. Barto.

Vxori meæ vestem, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentum, quod eius causa factum, paratumq; est omne do lego. Trebatius hæc verba, quod eius causa factum, paratumq; est, ad aurum, & argentum duntaxat referri putat[f] Proculus ad omnia, qđ & verum est.[g]

Legatis vasis non cedunt alia vasa in quibus reponuntur: nisi sint vilis materiæ. Bar.

Cui Corinthia[h] vasa legata essent: huic & βάσεις[i] quoque eorum vasorum collocandorum causa paratas deberi Trebatius[k] respondit. Labeo[l] autem id non probat, si eas βάσεις vasorum numero testator habuit.

Aeres meus. HCASVS Institui mihi Seium hæredẽ, & ita dixi, Hæres meus damnas, siue damnatus esto reddere seruũ meum Stichum Lucio Titio. uel ita dixi: Hæres meus Stichum reddito Lucio Titio. Certè poterit petere Lucius Titius Stichum quamuis nunquã suus fuerit: quia verbum reddendi habet in se significationem dandi. Duæ statuæ. Habebam sex statuas marmoreas, itẽ habebam multum aliud marmor. legaui Titio duas statuas marmoreas, item legaui eidem omne meũ marmor. nunquid poterit petere omnes sex statuas marmoreas? Et dr̃ q̃ non:n: si duas legatas: quia cũ legaui ei specialiter duas statuas marmoreas non videor velle, q̃ aliæ meæ quatuor statuæ marmoreæ contineantur sub nomine illius legati:quia ita dedi eidem,omne marmor meũ lego Titio &c. Si enim noluissem legasse dictas quatuor statuas Titio,vel si voluissem eũ eas habere: verisimile est quod ego legassem ei cum alijs duabus,& hoc dicit Cascellius,& Labeo,& bene. Offilius autem,& Trebatius dixerunt contrariũ, & male. vel potes ponere, quod omne marmor legaui Seio.

Vxori meæ. Vxori meæ legaui vestem muliebrem & omnia ornamenta, & mundũ muliebrem & aurũ, & argentum, quod eius causa factum, paratumve esset. quæritur nunquid omnis vestis muliebris, & omnia ornamenta, & oĩa quibus mundiores efficiuntur mulieres, videantur uxori meæ à me legata. an vero ea sola, quæ eius vxoris causa facta, & parata essent? Et videtur q̃ oĩa: quia illa verba, quod eius causa factũ, paratumq; est &c. sunt apposita tantũ ad aurum, & argentum. Dicitur tñ hic, q̃ non tm̃ ad argentũ, & aurũ videntur apposita dicta verba: sed etiã ad omnia alia supradicta, & ideo nõ debetur vxori aliquid de suprascriptis, nisi illud quod eius causa factũ, paratumq; esset. Cui Corinthia. Habebam vasa vitrea, & casulas eorũ vasorũ de palea, vel panetis, & fuerãt facta illa vasa, & casulæ in quodã loco, q̃ nominabatur Corinthus. legaui Titio dicta vasa. Certè continentur legato etiã casulæ prędictę. Secus aut si ego testator habebã numero vasorũ dictas casulas, puta q̃ a sũt æneæ. nam tunc nõ cõtinebuntur legato vasorũ vitreorũ: etiam si dicta vasa vitrea solebãt in eis reponi. Cui testudinea. Habebã lectos, qui erant facti in loco, qui dr̃ testudineus, & qdã ex eis lectis habebant pedes inargentatos, & quidã non, legaui testudineam Titio. Certè continentur legato etiam lecti, q̃ habent pedes argẽteos. Viuia.

a Iubetur. Nisi aliud appareat ex vsu testatoris, vel eius verbis, vel alio modo: vt on. s. titu. 1. l. cum quidã. & j. de fundo instru. l. cum delanionis. §. asinã. & sic nun ob. s. tit. 1. l cum pater. §. fideicom. & s. depo l. j. §. eleganter & facit j. de verb. sig. l. verbõ reddendi. & j. de aur. & arg. leg. l. q. vxori.

b Legatum. Scilicet eidem.

c Præter duas. Licet plures sint statuæ, sed tamen omne aliud marmor debetur.

d Putat. Et bene. vt s. eo. l. quæ situm. §. illud. Vel dic q̃ non est ratio, quæ ibi redditur: quia hic dixit omnes: sed illa quæ statim sequitur, quia duas &c.

e Non putasse. Scilicet testatorem. sic ergo in cæteris videtur prohibere. sic s. de iudic. l. cũ prætor. & j. de supel. leg. l. legata. & j. de fund. instr. l. quæ situm. §. fin. & j. de auro & arg. lega. l j. in prio. & l. Quintus.

f Putat. Nudam, & purã superficiẽ secutus. R. nam ad proximũ dicto tñ refertur de quo dic: vt ẽ. tit. a. l. talia.

g Verum est. Et sic sequentia mutuant omnium præcedentium significationem. & facit j. de supel. leg. l. cum quidam. & de aur. & arg. leg. l. cũ in testamẽto. & j. de pe. leg. l. oẽ q̃. in fi. & j de alt. lega. l. à filio. §. fin.

h Cui Corinthia. Vitrea forsan a loco sic dicta.

i Et abaces. Id est, casulas quasdam, in quib. collocabantur vt subijcit. & incipit respõ. ibi abaces &c. aliàs est in litera, & bases: & secundum hoc verba ista non sunt de responsione, sed testatoris. prima verior.

k Trebatius: Sed minus bene.

l Labeo. Determinans quod dixerat Trebatius. Proculus.

* Sic legẽdũ est ex P. F. ut an notauit. An. Aug. emen. lib. 4. c. 16. nõ vt Ha. scripsis, Abaces. Est autem basis pedamentum, & sustentaculũ seu prima pars cuiuscunque rei. vi de Alc. li. Pareg. 4. cap. 2.

a Proculus. Adiuuans sententiam Labeonis, & determinans.

b Aeneæ. Scilicet illæ abaces: & sunt pretiosæ: vnde non debentur. si verò Corinthiæ, id est, de vili materia, ut de palea, vel herba palustri, quales uendunt Bono. cum vitris, & cū modiolis sic: vt ff. de vino tri. & oleo leg. l. si cui. §. 1. & l. vinum. & l. vino.

c Lectos. Quidā vel à loco sic dictos, quia facti erant ad modū testudinis, i. voluę lapideę. & est animal testudo, qd habet duram testā, vt lapideā, & conca uam si remoueret à carnibus: erat ergo forte ita laxū, vt intus quis posset iacere. licet ergo pedes argentei sint positi, debētur. sic ff. de aur. & arg. leg. l. pediculis. in princ.

† De Corinthio ęre, & vasis Corinthijs, pulchrè Neb. in lexico suo in ciuilis in dictione, Corinthiū as. vbi & locū hunc explicat.

Testudo quid sit.

Proculus a verò rectè ait si ęneæ b quidem sint, nō autem Corinthiæ, † non deberi.

Principale trahit ad se accessorium quanquam sit pretiosius. Barto.

Cui testudinea legata essent, ei lectos c testudineos pedibus inargentatos deberi, Labeo, & Trebatius responderunt, qđ verum est.

Legatis prædiis testator non videtur legare, quæ sibi sunt obligata: nisi ex cessione debitoris ea habeat vt propria. Bartol.

Scæuola lib. xvj. Digestorum. XCIX.

Qui habebat in prouincia, ex qua oriūdus erat, propria pdia, necnon alia pignori sibi data ob debita, codicillis ita scripsit. d †

Τῇ γλυκυτάτῃ μου πατρίδι βούλομαι εἰς τὰ μέρη αὐτῆς δοθῆναι, καὶ ἀφορίζω αὐτῇ χωρία πάντα ὅσα ἐν Συρίᾳ κέκτημαι, σὺν πᾶσιν τοῖς ἐνοῦσι βοσκήμασι, δούλοις, καρποῖς, παραθήκαις κατασκευαῖς πάσαις.

a Id est, (Suauissimę patrię meæ volo in partem suam dari, & ipsi separatim adiudico prædia omnia quęcunque in Syria possideo, cum omnibus ī eis existentibus & pecoribus, & seruis, & fructibus, & vsu consumptibilibᵛ, & apparatu omni.) Quæsitum est, an & prædia, quę pignori habuit testator, patriæ suæ reliquisse videatur? Respondi secundum ea, quę proponerentur, non videri relicta: e si modo in proprium patrimonium (qđ ferè cessante f debitore fit) non sint redacta. g

Qui hēbat. CASVS. Quidā, qui morabatī in Lōbardia, pone i Bononia habebat in prouincia Syria ex quo oriūdus erat pdia, Titianū, & Scianū, quæ erāt sua ppria: & pdia Cor. & Sempronianum, q̄ acceperat in pignore pc. fecit iste codicillos, & ita in eis scripsit, Volo dari ciuitati Bo. (q̄ est mea dulcissima patria) ad partes suas Bon. oia pdia quæcūq; in Syria habeo, ita ut nō sit necesse ciuitati Bon. mutuare peccatorē in Syriā, cū oībus pecoribus, quæ sunt in pdictis prædijs, & cū seruis, & fructibus depositis, qui sunt in dictis pdijs. Certè non videntur relicta dicta prædia, quæ pignori habebat: nisi testator accepisset ea in solutum cessante debitore soluere. Peto fundum. Instutui mihi hæredem Titium: & ita postea dixi, Peto dari alumnæ meæ fundū meum Titianū, ut est. Certè mancipia, quæ mortis meæ tēpore in eo fundo fuerunt, & omnia alia videor legasse, non autem reliqua colonorum dicti fundi. Viuianus.

d Scripsit. Hic sequitur Græcum cuius interpretatio incipit, patriæ meæ dulcissimæ, & finitur ibi, quæ sitium &c. Et not. cuilibet suam patriam dulcissimam: sic ff. de offic. præfec. vrb. l. j. §. pen. Accur.

e Non videri relicta. No. q̄ testator dixit, prædia mea dari volo: non autem addidit vniuersitatis signum, s. omnia sm Rom. sed certè imò addidit vt appatet in translatione Græci, hic facta. & facit ff. eod. l. suos. & ff. de sup. lega. l. legatis. § fin. & ff. de aur. & arg. lega. l. Quintus. § argento. & ff. eod. l. Iulianus. in princ.

† Vide Alc. libr. dispun. 4. c. 13.

a In P. F. ἀπεστέ-ταις.

a Græca q̄ hic habentur sic verti possūt. Quo magis dulcissima patria mea fines, ac territoria, sua tueatur volo, decerno, assignoq; illi vniuersa prędia, q̄ in Syria possideo, cū oībus quæ illic sunt pecoribus, seruis, fructibus, recōditis omni apparatu patria est vnicuique dulcissima.

f Cessante. Et fortè desperante de liberatione.

g Redacta. Quasi, s. consensu debitoris præsumpto, tū ex penuria debitoris, tum propter cumulum vsurarū, quæ oēm debitori spem abstulerunt, sm Ro. vel dic q̄ hoc, s. vt in patrimonio redigatur creditoris, ferè fit, id est, vix fit debitore cessante. nā tunc postulabat creditor à Principe possidere iure dnij: vt C. de iure dot. imper. l. fi. & ff. de pig. act. l. eleganter. in princ. & facit ad hoc qđ hic dicit ff. de iure fisci. l. sed si accepto.

ADDITIO. Per istam gl. pōt determinari quæstio quā formāt doctores, an si est prohibita alienatio, sit prohibita pignoris obligatio? Distingue. Aut sunt pignori obligata, p tāta pecunia, q̄ nō est spes luitionis, & vr̄ prohibita obligatio: alias non: ita debet intelligi lex, quorū. ff. de pign. & facit l. legata. in fi. ff. de sup. leg. sed in feudis est expressū, q̄ nullo modo licet obligare: vt c. imperialem. §. fin. de prohib. alien. in vsib. feud. sm Bart. hic.

h Data. Facit ff. de fund. instru. l. prædia. §. affini. & ff. eodem, l. quæsitū. §. peto. & § prædia. & ff. eod. l. prædijs. §. 1. Accur.

Fundo legato uti est, non cedunt reliqua colonorum. Bar.

Peto fundum meum ita vti est, alumnę meæ dari, Quæsitum est, an fundo * & reliqua colonorū, & mancipia, si qua mortis tēpore in eo fundo fuerunt, debeantur? Rndi reliqua quidē colonorum non esse legata: cętera vero videri illis verbis, ita vti est, data. h

* Fundus supra eod. l. 6. §. peto.

Si verbum potest se habere ad præteritum, & futurum, ex coniunctā persōna declaratur ad quod se habeat. Item, præsentis, vel præteriti temporis verba restringuntur ad ea, quæ sunt tēpore testamenti. Bart.

His verbis. CASVS. Ego Bononiēsis uxori meę legaui his verbis: Lego vxori meæ lateralia mea, q̄ sunt mea viatoria, id est, vasa quædam quæ portabam ad latus meum cum ad aliquem locum proficiscebat: & quicquid in his viatorijs conditum fuerit. Item lego ei ea, quæ continebuntur membranulis manu mea scriptis, si non erunt exacta cum moriar: licet in rationes meas modo translata sint, & licet cautiones ad actorem, siue castaldum meum transtulerim. Facto testamento cum essem profecturus ad vrbē Romanam, condidi in dictis lateralibus chirographa debitorum meorum, & cētum libras Bonon. & steti Romæ per biennium: & ibi stando exegi dicta nomina condita in lateralibus, quæ mecū portaui: & pecuniā exactam, & illa centū quæ portaui in lateralibus expēdi: postea reuersus sui Bon. & emi prædia, & chirographa emptionis. quæ scripsi mēbranulis manu mea, cōdidi in dictis lateralibus, & etiam alia centū: & postea decessi. modo quæritur, verū chirographa, & pecunia, q̄ inuenitur in lateralibus tpe mortis meæ, debeantur vxori meæ. Et dr̄ q̄ non. De dictis autem nominibus,

quæ

quæ exegi Romæ, & de dicta pecunia quã ibi expendi, non est dubium, q̃ non debentur uxori, q̃uis portauerim Romę in lateralibus: quia ego dixi in legando, nec ea sint exacta cum moriar &c. quamuis hoc non dicatur in responsione quæ fit. Sed quid si in dictis lateralibus condiderã tẽpore testamẽti mei chirographa emptionũ prædiorum quæ emeram? Certe illa chirographa, & prædia bene continentur in legato vxoris meæ prędicto, si ea mente chirographa prædicta habui in dictis lateralib. ut dictis lateralib. vxori meæ datis proprietas prędiorum præstaretur eidẽ: q̃uis videretur aliqb. cõtrariũ ex eo quod ĩ verbis legati dicũt non esse verba apta ad chirographa emptionũ prædiorũ, sed ad chirographa debitorũ. sunt enĩ hæc verba ibi. ut dictũ est, nec ea sint exacta cum moriar &c. sed certè imò sunt verba apta ad chirographa emptionum, illa. s. & quicquid in his cõditum fuerit &c.

Paterfamilias. Ego emeram à quibusdam, qui uocabantur sigillarij, eo q̃ faciebant sigilla, & alia, quæ faciunt artifices, duas scutellas argẽteas graues, & magni ponderis. feci testamentũ ante triduum quã morerer, & ita in eo inter alia dixi, Volo dari Titio lances, siue scutellas argenteas leues numero duas, quas de sigillaribus emi. modo quæritur, an ex scutellæ debeantur Titio, quas emi a sigillaribus, licet nullas leues ab eis emerim? Et dicitur quod sic. falsa enim demonstratio non vitiat legatũ. Alumno. Titius instituit sibi hẽdes Seium, & Caium, & Sempronio alũno suo dari per hẽdes suos pręcepit his verbis, Sempronio alumno meo Stichum, & Pamphilum seruos Martini comparari volo, & cum per ætatem alumni licebit, eidem alumno militiam illam cõparari volo eũ introitu ipsius militiæ, & demonstrauit hæredibus suis certam militiam, & huic alumno oĩa prædicta integra dari volo. postea tempore mortis testatoris inuenitur dictus Sẽpronius alumnus hẽre dictã militiam ex cã non lucratiua. s. emptionis. quærit̃ nunquid possit consequi ab hẽdib. iustũ pretiũ dictæ militiæ, & id qđ pro introitu militiæ erogari solet? Et dr̃ qđ sic. sed & si ita dixisset Titius testator: liberto meo Seio lego dictã militiã, & demonstrauit certam, vt dixi, quam quidem militiã ipse testator habebat: certè debent hæredes ei dare nõ solum militiam, quam habebat testator, sed etiam illud, quod solet erogari pro habenda militia. Viuianus.

Idem libr. xvij. Digestorum. C.

His verbis legauit, Vxori meæ [*] lateralia [a] mea, viatoria, [b] & quicquid in his conditum [c] erit, quę membranulis mea manu scriptis continebuntur, neq; exacta erunt, cùm moriar: licet in rationes [d] meas translata sint, & cautiones ad actorem [e] meum transtulerim, hic chirographa [f] debitorum, & pecuniam cum esset profecturus in vrbem, in lateralibus condidit: & [*] tam chirographis [g] exactis, [h] quàm pecunia erogata [i] reuersus in patriã post biennium alia chirographa prædiorum quæ postea comparauerat, & pecuniam ĩ lateralibus [*] condidit. Quæsitum est, an ea tãtum videatur nomina ei legasse, quæ postea reuersus in hisdẽ lateralibus condidit? Respondi secundum ea quæ proponerentur, nõ deberi, [k] quæ mortis tempore † in his lateralibus essent, & mẽbranis manu eius scriptis cõtinerẽtur.

In legato generali veniunt ea, quæ in instrumentis continẽtur. Bart.

Item quæsijt, an cùm emptiones prædiorũ in eisdem lateralib. condiderat, [l] prædia quoq; legato cedant? Respondi. nõ quidem manifestè apparere, quid de prædijs sensisset: verum si ea mente emptiones ibi haberet, vt his legataria datis, proprietas prædiorũ præstaretur: posse defendi, prędia quoque deberi.

Falsa demonstratio non vitiat legatum. Bart.

Paterfamilias ita legauit, † Lances numero duas leues, quas de sigillaribus emi, dari volo. is de sigillarib. [m] leues quidem non emerat, lances aũt emptas [n] habebat, & dictauerat testamentũ ante triduũ, q̃ moreretur. Quæsitum est, an eæ lances quas emptas de sigillaribus habebat, legato cedant: cum nullas [o] alias de sigillaribus emerit, nec legauerit? [p] Respõdi secundũ ea q̃ pponerent̃, deberi eas, quas de sigillaribus emisset. [q]

Si legatarius quod sibi debet emi ab hærede, emat: actionem habet ad pretium. Bart.

Alumno præcepit militiam [r] his verbis: Sempronio alumno meo il-

[a] Lateralia. Id est, vascula facta de terra.

[b] Viatoria. Vasa sortè, quibus in itinere vtebatur. Accur.

[c] Cõditum. Aliàs conditum id est, repositũ: & alias creditum: & tũc idem est sensus. & no. q̃ ĩ hoc vase condita erat quædam priuata scriptura, scripta manu patrista. s. qua erant nomina debitorum, de quibus erant cautiones publicæ extra vasa.

[d] In rõnes. Quia destinaret paterfa. hoc nomen destino tali sumptui, & sic de alijs.

[e] Actorem. Id est, castaldionem.

[f] Hic chirographa. Incipiunt verba iurisconsulti, hucusq; fuerunt testatoris.

[g] Chirographis. Exegit ergo nomina, & pecuniã exactam posuit in vase. Accur.

[h] Exactis. Scilicet istis.

[i] Erogata. Id est, in vase deposita. sed Rom. dicit hic esse falsam literam.

[k] Non deberi. Anterior ergo pecunia non debetur: quia fuit exacta: nec secunda, quia nõ erat tpe testamẽti: nã esse dẽt cum dr̃ lateralia mea: & quia dixit manu mea scriptis: vt ĩ. de aur. & arg. leg. l. si ita legatum. vel ideo hic secunda nõ debetur, quia ad tempus fuit deposita: quasi iturus in vrbem: vt s̃. eod. l. si chorus. §. 1. & l. si ita. Accur.

[l] Condiderat. Ante testamentum: ita quod tempore testamenti erant ibi, alias secus: vt no. s̃. proxi. §.

[m] De sigillaribus. Nomen fortè generis: vel genus venditorum.

[n] Emptas. A sigillaribus: puta graues.

[o] Nullas. Scilicet leues.

[p] Nec legauerit. Scilicet aliàs nisi leues.

[q] Emisset. Alias si aliud dicas, nullum est legatũ: q̃ quã de nullo corpore certè cõstitit legatũ. falsa ãm demonstratio nõ nocet: vt ĩ. de cõdit. & demõ. l. demõstratio. & Insti. eo. §. huic. & ĩ. de aur. & arg. lega. l. Quintus.

[r] Militiam. Scilicet dari.

[*] In P. Fl. lateraria.

[*] In P. Fl. deest, iã, atq; id q. dẽ Iudaico dicendi genere. vide Ant. August. emen. li. 4. c. 8. quo loco varia ex Iurisconsultis exẽpla citat ĩ eam rem.

[*] P. Fl. in lateralia.

† De mortis tempore, & tempore testamenti, qđ illorum in legatis debeat inspici, magna est disceptatio inter doct. decide p gl. & generaliter omnes in l. cum q. in fin. de condit. & demonst.

† Sic etiã in P. Flur. alibi, Item quęsitum.

† Eleganter hoc Scæuolæ resp. explicat Alex. ab Alex. genia. dierum. lib. 3. c. 4.

Cum

lud, & illud, & cum per ætatem licebit militiam illam cū introitu [a] † cōparari volo: [c] hæcque omnia integra. [b] Quæsitum est, si Sempronius ipse eam sibi militiā comparauit, an pretiū eius, sed & id quod pro introitu erogari solet, ex causa fideicommissi ab hæredibus consequi posit? Respondi secundum ea, quæ proponerentur, posse. [c]

Si legatur res empta, pretium rei debet solui ab hærede, non à legatario. Bar.

Item testator liberto militiam his verbis legauit, Seio liberto meo militiam do lego. illam militiam, quam & testator habuit. Quæsitum est, an onera omnia, & introitus militiæ ab hęrede sint dāda? [d] Respondi danda.

Legata ab exhæredati substituto non valent, etiam si ad eum bona defuncti perueniant per mediam personam. Barto.

Idem libr. singu. quęstio pub. tra. C I.

SI pater [e] exhæredato filio substituit hæredem extraneum: deinde ille extraneus hunc filiū hæredem instituat, & hæres factus intra pubertatem decedat: puto à substituto ei filio omnino legata præstari non debere: quia non directò sed per successionem ad filium hęreditas patris pruenit. Plus [f] ego in fratre, qui cum hæres extitisset patri, exhæredatum fratrem hæredē instituit: accepi substitutum eius [g] legatum non debere: ac ne quidem si intestato fratri successerit: quia non principaliter, sed per successionem bona fratris [h] ad eū peruenerunt.

[a] Cum introitu. Id est, cū expensa, quæ fit in ingressu militiæ.
[b] Integra. Scilicet comparari volo.
[c] Posse. Etiam consequi expensam introitus: quædam enim expendūtur pro introitu militiæ: ut arg. l auth. vt iud. sine quoquo suf. §. hæc autē omnia. col. 2. & facit ī. de nego. gest. l. quæ vtiliter.

† Plin. ad Traianū, Superest ergo vt ipse Ispicias an in omnibus ciuitatib' certū aliquid oēs, q buleutæ leguntur debeant pro introitu dare.
[a] In P. Fl. huic quoque oīa integra.

[d] Danda. Sed contra ⁊. tit. a. l. quæro. vbi huiusmodi sumptus non p̄stat hæres. Sol. refert inter sumptum, qui fit ut habeatur legatum, & id præstat hæres etiam viusf. legato: vt ā. si viusf. pet. l. j. §. 1. & hic. an eo iā habito. & tunc non vt ibi, & de his dic vt ī. tit. 2. l. apud. §. hæres. & facit ā. de impen. l. neque.

SI pater. CASVS. Titius habens filium impuberem, exhæredauit eum, & instituit sibi hæredem Seiū extraneū: & postea ita dixit: Si fili' me' impubes, quem exhæredaui, decesserit in pupillari ætate: substituo ei dictum Seium meum hæredem, & Caium extraneum similiter: quē Caium non instituit. nec aliqd de suis bonis ei reliqt: & ab eodem Caio multa legata reliqt quibusdam: postea decessit dictus Titius testator, & postea decessit prædictus hæres à Titio institutus: & instituit sibi hæredem dictum filium testatoris impuberem: postea impubes hæres factus dicti Seij decessit in pupillari ætate, & sic Caius substitutus el, & nō a Titio patre impuberis institutus, habet hæreditatem tàm impuberis, quàm patris sui: quæritur, vtrum teneatur hic Caius præstare legata prædicta à se relicta? Et dicitur quod non: quia hæreditas patris, scilicet Titij, non peruenit directo ad filium Titij impuberem, quia fuit exhæredatus: sed per successionem, quia ipse impubes successit dicto Seio instituto à patre impuberis: & idem esset multo magis, si Titius instituisset vnum suum filium fratrem impuberis, & impuberem exhæredasset, & substituisset impuberi quendam extraneum, puta Caium, & ab eo Caio reliquisset legata quibusdam: & mortuo Titio fratre instituto instituisset sibi hæredem dictum impuberem, & postea impubes decessisset in pupillari ætate & sic habuisset Caius hæreditatem: quia nō teneretur substitutus Caius soluere legata à se relicta: quia non directo, sed per successionē ad filium impuberē hęreditas patris peruenit: sed & si intestato mortuo prædicto fratre impuberis successit ei impubes retento eodē casu non tenet substitutus impuberi præstare legata à se relicta, & hoc pp eandē rōnem. vel aliter vt in glo.

[e] Si pater. Testator Titiū extraneū instituit hæredē, filium pupillum exhæredauit: & ei pupillariter Titiū institutum, & Sempronium non institutū substituit: à quibus substitutis reliquit legata, tandē Titius decessit instituto pupillo p̄dicto: & pupillus decessit in pupillari ætate: vnde bona patris habuit filius, & tādem substitutus: & tū dicit, quod non valet legatū & redditur ratio. Item dicit, si dictus pater alium filium maiorē instituit, qui postea fratrem exhęredatum instituit, vel ab intestato habuit eum pupillum hæredē: sicque bona patris ad pupillum, & per eum ad substitutū peruenerunt: tamē non ualet relictum: vt hic, & C. eo. l. cū quidam. Sed quid erit de relictis à Titio dandis? Dicunt quidam aliud. s. ut valeant, & præstentur a substituto. Alij dixerūt idem quod hic. & sic fallit qđ dicitur ā. eo. l. si fuerit. quia ab hærede hæredis potest legari. Accur.

[f] Plus. Id est nō tātum in extraneo, sed & in fratre. q. d. hic plus tibi dico & in fratre &c. Vel dic plus. i. prōptius. Ac.
[g] Eius. Scilicet exhæredati.
[h] Bona fratris. Scilicet facta, quod ergo nō valet a principio, nō cōfirmatur ex postfacto, ut ⁊. de regul. iur. l. qđ ab initio. facit ad l. ī. titu 2. l. antepe. & ⁊. ad leg. Falc. l. qui fundū. §. qui filios. & ī. eod. l. 2. Acc.

Si filius. CASVS. Titium filium meum impuberem institui mihi hæredem in una uncia, & ei pupillariter substitui Seium extraneū: & a dicto meo filio reliqui legata quibusdā, quæ quidē videntur repetita tacitè à dicto suo substituto: & aliū meum filium emancipatum præterij: qui emancipatus uocabatur Caius, & quendam extraneū nomine Semproniū institui mihi hæredē in xj. vncijs. vnde per prædicta apparet commissum esse edictum de cōtra tabulas per filium meū prædictum emancipatū præteritū, & taliter cōmissum dictum edictū, quod non solum ipse emancipatus, sed etiā frater suus impubes, & hęs in vncia institutus pōt petere bono. poss. contra tab. meas: petijt ergo filius impubes bon. poss. cōtra tab. & ita factū est, qđ dictus extraneus in xj. vncijs institutus est ab hęreditate mea exclusus: & impubes, & frater suus prędictus diuiserūt hęreditatem meam per medium inter se. postea decessit impubes in pupillari ætate, & ita medietas hęreditatis meæ peruenit ad substitutū impuberis. i. ad Seiū prædictū. certè substitutus prædictus tenet præstare legata ab impubere relicta, non pro vna vncia tm̄, in qua fuit institutus impubes, sed ēt pro medietate hęreditatis quā habebat ex p̄sona impuberis mediante beneficio bonorū possessionis contra tab. s. illis legatarijs, qui sunt de liberis: vel parentibus mei testatoris, vel sunt de alijs exceptuatis personis, quæ sunt numeratæ, infra de leg. præst.

præst. bo. poss. contra tabu. pe. l. t. sed reliquis legatarijs præstabit legata habito respectu ad unciam tantum, in qua impubes institutus fuit. Sed retento eodẽ casu pone impuberem a me institutum in 9. vncijs, & dictum extraneum institutum in tribus vncijs, & cõmisso edicto per dictum fratrem impuberis emancipatum, & a me pręteritum accepisse dictum impuberẽ sex vncias tantum per bonorum possessionem contra tabulas, & ita minus quam prius haberet. Certè substitutus prædictus impuberis nõ pręstabit legata aliquibus, nisi habito respectu ad sex vncias tantum, & non ad nouem, in quibus fuit impubes institutus. sicut enim dictum est augeri legata a substituto præstanda in primo casu huius §. ex eo quod per bonorum possess. contra tabulas plus accepit impubes, quam fuerit illud, in quo fuit institutus: sic & ubi minus accepit per bonorum possessionẽ contra tabul. quam fuerit illud in quo fuit institutus, ut dictum est in secundo casu huius §. debent minui legata. Vi.

Quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito. Bar.

Si filius [a] ex vncia hęres institutus sit, & ab eo legata data sint, habeat & substitutũ: [b] deinde cõmisso edicto per alium filiũ, accepit partis dimidiæ bonorũ possessionẽ substitutus eius: verũ ex vncia legata præstet? an verò ex semisse? [c] Et verius est ex semisse: sed ex vncia: oĩbus, ex reliquis, [d] liberis & parentibus. [e] Contrà quoque, si ex dodrante institutus [f] commisso edicto semissem acceperit bonorum possessionem: ex semisse tantũ legata substitutus debebit. Quomodo enim augẽtur, vbi amplius est in bonorum possessione: [g] sic & vbi minus est, deducitur. [h]

Digestorum, seu PANDECTARUM Liber trigesimustertius.

a Si filius. Scilicet impubes. & dic qđ pater filium impuberem in unam unciam instituit: aliũ emancipatum pręterijt: pupillo substituit pupillariter, & a pupillo legata reliquit. sed emancipatus rumpit per contra tab. testamentum, & sic aperuit viam succedendi ab intestato etiam pupillo instituto: sicque pupillus ab intestato succedit. quæritur qualiter ipse, vel eius substitutus dabit legata?

b Et substitutum. A quo saltem tacitè relictum intelligitur repetitum: vt s. ti. a. l. licet Imperator.

c Ex semisse. Nam non eo minus succedit ex pupillaribus tabulis substitutus, qđ testamentũ paternũ sit ruptum: quia hic filius ex testamento succedere ualẽs maluit ab intestato succedere: nec pro eius parte, sed fratris tantũ fuit ruptum testamentũ: ut s. de vulg. substit. l. a. §. planè. & l. ex duobus §. fin. & l. seq. & supra, de inoffi. test. l. Papin. §. sed nec impuberis.

d Ex reliquis. Scilicet quinque vncijs.

e Et Parentibus. Et quibusdam alijs coniunctis: ut j. leg. præst. l. 2. & 3. Acc.

f Institutus. Scilicet impubes a patre, cui est pupillariter substitutus datus. Acc.

g Bonorum possessione. ut in primo casu.

h Deducitur. Vt in secundo: & caue tibi, quia hic §. nil facit cum principio huius legis. Item not. hic argumentum est ad numerum unciarum: hæreditas tamen totalis nec fit maior, nec minor. Itẽ non obst. j. ad leg. Fal. in quantitate. ubi non prodest augmentũ, nec nocet diminutio legatarijs: quia de alio augmento ibi dicit: & facit ad hunc §. j. de contra tab. l. 3. §. si quis. & l. non pu auit. §. fi. & l. ex duobus. & j. de coll. bo. l. j. & j. de l. præst. l. filiũ. §. erit. & l. legatus. & s. eo. l. cũ patronus. & s. ti. t. l. cũ pater. §. cum existimaret. & s. e. l. post emãcipationem in prin. & j. ad le. Fal. l. in ratione. §. 2. & s. ubi pupill. educ. deb. l. 4. in fin. & s. de adop. l. per adoptionem. Acc.

TITVLVS I.

DE ANNVIS ET menstruis legatis, & fideicommissis.

Pomponius libro v. ad Sabinum. I.

CVm i annos singulos qd legatum sit, neq; adscriptum quo loco detur: quodcunq; loco petetur, dari debet: sicuti ex stipulatu, aut nomine facto peteretur. [i]

Si mora particularis aufert commodum totius partis, obligatio statim ad totale interesse committitur. Bar.

Idem libro vj. ad Sabinum. II.

IN annos singulos hæres damnatus sinere

DE ANNVIS & menstruis legatis, & fideicommissis.

CVm I annos. CASVS. Legaui Titio centum corbes fruẽmti in annos singulos, & non dixi in quo loco soluat ei hæres meus quolibet anno. Certè tenetur ei soluere hæres meus ubi ipse hæres habet domicilium, & ubi est maior pars hæreditatis: quocunque ergo loco de his duobus petat ab eo Titius legatarius, debet ei dare. nam & ita esset, si promisissem Titio per stipulationem dictos centum corbes frumenti singulis annis, uel alio modo essem debitor in dictis centum corbibus frumenti annuis. Vi.

i Peteretur. Scilicet iure. peti autem potest absque fori præscriptione ubi testator uoluit, & ubi hæres habet domicilium, & ubi est maior pars hæreditatis: & ubi cœpit soluere, uel respondere: ut s. de iud. l. si fideicommissum. in prin. & § fi. & l. quámuis & l. seq. & not. in l. quod legatur. & supra, de transf. l. cum hi. §. causæ. & facit s. si cert. pet. l. uinum. Acc.

IN annos. CASVS. Damnauit hæredem suum Titius, ut sineret me uti frui fundo Titiano ipsius Titij in singulos annos. i. reliquit mihi usumfru. in fundo suo Titiano: hæres Titij non permisit me colere dictum fundum tẽpore, quo debebat coli: certè tenetur mihi ad æstimationem fructuũ oĩum, qui in dicto anno potuissent esse collecti ex fundo, si pmisisset mihi eũ colere eo tpe, quo debebat coli: nec prodest ei ad excusationem, si paratus est permittere me colere postea in eodem anno dictum fundum: quia non permisit mihi tempore quo debui. Et idem est in hoc alio casu: dãnauit hæredem suum Titius, vt daret mihi diurnas operas Stichi serui sui: hæres in quodã die Iouis pone, non permisit Stichũ venire ad laborãdum ad uineam meam in mane, sed misit eũ in sexta hora diei. Certè tenetur mihi ad æstimationem totius dicti diei. nã nõ videtur mihi dedisse aliqd de dicta opera in dicta die,

eum non dederit in mane: nec prodest ei ad excusatio nem, si paratus est dare sequenti die per totam diem operam dicti serui. Vi.

a Fundo. Quod perinde est, ac si vsusfructus relinque retur: ut s. de vsufr. l. si quis ita. & j. tit. 1. l. patrimonij.

b Si initio. Igitur in initio anni est sol nendũ. quod dicut not. C. quando dies leg. ced. l. 1. ad qd est s. loc. si in lege. §. co lonus. & de dolo. l. rem quandam.

c Det. Id est dare paratus sit in primis sex horis, ut j. de oper. lib. l. 1. & facit s. tit. 1. l. is qui. & j. tit. 1. l. 6. & infra de uer. sig. l. 2. §. 1. & supra de vsufr. l. quæ si tam.

P. Fl. me frui fũdo.

me fundo a vti frui, si initio b anni, quo colere deberem, morã fecerit, licet postea patiatur: quia tamẽ a cultura sim exclusus, toti' anni nomine mihi tenebitur: quemadmodum si diurnas operas Stichi dare damnatus non a mane, sed a sexta diei horã det, c totius diei nomine tenebitur.

Legatum annua bima, trima die, debet præstari per annuas præstationes æquales, nisi alia mens testatoris appareat. Bar.

Vlpianus lib. xxxiiij. ad Sabinum. III.

Si legatum † sit relictum annua, bima, trima die, triginta fortè: d dena e per singulos debentur annos: licet non fuerit adiectum æquis pẽsionibus. proinde & si adiectum fuerit, pensionibus, licet nõ sit insertũ, æquis: item & si scriptũ fuerit, ęquis, licet non sit adiectum, pensionibus: dicendum erit, æquas fieri. sed si adiectum sit, pensionibus inæquis: inæquales debebunt. Quæ ergo debeant, videamus. Et puto eas deberi (nisi specialiter e testator electionem hęredi dederit) quas vir bon' fuerit arbitratus: vt pro facultatibus defuncti, & portione f patrimonij debeantur. Sed & si fuerit adiectum, pẽsionib. quas putauerit legatarius: an totũ petere possit, videamus. Et puto totũ simul nõ petẽdũ: sicut & ĩ hæredis electione. h fieri. n. pensiões debere testator voluit: quãtitates duntaxat pensionũ ĩ arbitriũ hr̃dis, aut legatarii contulit. Sed si ita sit legatũ, Hęres meus Titio decẽ trima die dato, vtrum pẽsionibus, an vero post triennium debeant? Et puto sic accipiendũ, quasi paterfamilias de annua, bima, trima die sensisse pponat.

† Ista lex est multũ notabi. & sing. secũdum Bar. hic.

Ex hoc loco & §. pen. apparet qd sit annua, bima, trima dies.

Sic in P. F. Hal. aũt scripsit, pẽsionibus iniquis.

Alias q.

P. Fl. depositione. Alibi dispositiõe. Item positione.

P. Fl. in arbitrio.

C A S V S. Legaui Titio 30. libras Bono. annua, bima, trima die ęquis pensionibus. certe in quolibet triũ annorum debet habere Titius ab hærede meo x. & idem est, si non posui in legato dicta verba, æquis pensionib. &c. & idem si dixissem, Lego Titio 30. libras Bono. annua, bima, trima die pensionibus. & idem si dixissem æquis. si non apposuissem ibi pẽsionibus. nã semper habebit x. quolibet ann. sed si ita dixissem: Lego Titio 30. annua, bima, trima die inæquis pensionib. inæquales pensiones, siue partes dabuntur ei quolibet de dictis tribus annis in dictis 30. & certè arbitrio boni uiri, scilicet ut inspiciatur facultates defuncti, & dispositio ei' patrimonij. & idem si expressissem ego testator dãdas pensiones Titio arbitrio boni uiri. Sed quid si ita dixissem, Lego Titio 30. annua bima trima die pensionibus, quas putauerit idem legatarius? certè non poterit petere Titius tota 30. In primo an. volui enim fieri portiones de dictis 30. per singulos de dictis tribus annis, & posui in arbitrio legatarij solummodo quãtitates pensionũ. & quod dixi in legatario, idẽ est in hærede, ut si posuissẽ in dicto legato hæc verba pensionib. quas putauerit hæres. non possit differre hæres solutionẽ dictorum 30. vsque ad finẽ triennij. si autẽ ita dixissem, Hæres meus Titio x. trima die dato perinde est ac si dixissem, annua bima trima die. vnde quod dictum est in 30. dicto Titio legatis, erit in dictis 10. Si cui certa. Legaui Titio c. & donec ei præstentur per hæredem meum, iussi eidem Titio præstari quolibet anno 10. nomine vsurarum. Certè legatum de c. valet, & ẽt legatum vsurarum prædictarum, si est intra legitimũ modum vsurarum, alias non. Vi.

d Fortè. Sub dubio fortè &c. ut s. de arbitr. l. si duo. & dic dena. Id est, decem: ut s. tit. 2. l. si quis testamento. Acc.

e Nisi specialiter. Subaudi maximè, ut apparet per id quod subijcit: sicut & in hæredis electione.

f Sine vexatione. Scilicet magna. Accursius.

g Et incommodo. Intolerabili: ut infra de verb. significatione. l. nepos. Accursius.

h In hæredis electione scilicet dicemus hæredem nõ posse totam præstationem differre usque ad triennij finem. Sic ergo per l. istam exponuntur leges, quæ dicunt annua, bima, trima die aliquid soluendum: ut C. de rei uxo. ac. l. 1. §. exactiõ. & s. de pignorat. actio. l. si necessarias. §. si annua. & s. de pact. dota. l. aliud, & de contrahenda emptione. l. Celsus. §. 1. Acc.

Annua, bima, trima die soluere, qd sit.

Vsura etiam in ultima voluntate non potest legitimum modum excedere. Bar.

Si cui certa quantitas leget, & quoad pstet, in singulos annos certũ aliquid, veluti usuras, i iusserit testator pstari: k legatũ valet. Sed in vsuris hactenus debet valere, quatenus modũ probabilẽ l usurarũ nõ excedat.

Legatum annuum pro primo anno est purum: pro sequentibus est conditionale. Bar.

Paulus [illegible] ro lxii. ad edictum. IIII.

Si in singulos annos alicui legatum sit: Sabinus (cuius sententia

i Vsuras. Scilicet certas, ut patet: quia dicit certum &c. aliud si non expressisset certum quid, uel certam quantitatem: sed simpliciter dixisset vsuras: ut s. de vsu. legat. l. quod in stipulatione, & s. de iure dot. l. cum post. §. gener. & j. de verb. obli. l. triticum. & l. ita stipulatus.

k Pręstari. Ab hærede.

l Probabilem. Quis est probabilis? Respon. ut C. de vsur. l. eos & sic etiam per testamentum non debetur vsura vltra legitimum modum: & facit supra de usur. l. placuit.

Id probabile est qd per se, vel alijs iunctum facit adminiculis. Sal. i l. ad pbationem. 1. C. de probat.

Si in singulos. C A S V S. Legaui Titio 10. in singulos an. certe cuiuslibet anni unũ est legatũ, & primi anni est purum legatum: sequẽtium aũt annorũ legata sunt cõditionalia: quia inest cõditio si uiuat legatarius:

tarius. vnde primum transit ad hæredem legatarij: sequentia autem non, quod est notandum: quod vltimū est verum: nisi legatarius ante mortem suam tetigisset de secundo anno, vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel sexto, uel de alto, nam tunc bene traosmitteret ad hæredem suum, ut in casu sequen. Viuia.

vera est) plura legata eē ait: & primi anni purū, sequentium conditionale: videri enim hanc inesse cōditionem. Si uiuat, & ideo mortuo eo ad hr̄dē legatū nō transire. a

Sufficit vltimum annum esse captum, vt legatum annuum pro illo anno transmittatur. Bar.

Modestinus lib x. responsorum V.

A Vobis quoque cęteri hr̄des peto, vt vxori meæ præstetis, quoad viuet, c annuos decem aureos: vxor superuixit marito quinquennio, & quatuor mensibus. Quæro, an hęredibus eius sexti anni legatum integrū debeatur? Modestinus respondit, integri sexti anni legatum deberi. b

Propter mortem executoris legatum annuum non extinguitur. Bartolus.

a Non transire. Secus in aduocatis fisci: ut C. de aduo. di. iud. l. post duos sed dic, imo consonat huic. Item quod dicis hic, verum est, nisi exonerandi hæredis gratia fuerit legatum per annos diuisum: ut ꝟ. quando dies leg. ce. l. nec semel. circa prin. & l. si cū pręfinitiōe. in prin. & l. Firmio. §. si. quę sunt cōtra. Vel ibi cū non causa alimentorū fuit relictum, hic sic. Vel in l. si cum pręfinitiōe. certum tempus fuit adiectū: prima vera. Item secus in stipulatione, quàm hic dicat in legato: quia facta stipulatio etiā in singulos annos vna est. nec finitur morte stipulatoris. Idē in donatione causa mortis: vt ꝟ. de uer. obl. l. si Stichum. §. 1. & de do. caus. mor. l. senatus. §. fi. & sic quantum ad præscriptionem temporalē facimus differentiam inter legatū relictum in singulos annos, & stipulationem: licet M. & B. inter se dissentientes aliter dicant: vt not. C. de præscrip 30. ann. l. cum notissimi §. pe. Item facit ꝟ. quando di. leg. ced. l. cum in annos. & ꝟ. eod. l. in singulos. & l. cum in annos. & ꝟ. titu. 1. l. cum vsusfruct. & ꝟ. ad leg. Falc. l. j. §. si in annos. Accur.

a Quoad viuet, ad eius vitā, & quo ad morietur idē est dicere, Mando. in Gl. Facul. §. Acēt, l ꝟ. obtineat.

A Vobis. CASVS. Institui mihi quatuor hæredes pone: & a duobus ex his dedi multa legata quibusdam: & postea ita dixi, A vobis quoq; cæteri hæredes peto, ut vxori meæ præstetis, quo ad uiuet decem aureos annuos: me mortuo vxor mea vixit per quinque annos, & quatuor mēses de sexto anno: & decessit. Certè debent habere hæredes sui integrum legatum sexti anni: in initio enim cuiuslibet anni cedit dies annui legati. & hoc dicit. Viuianus.

b Deberi. Cedit enim dies huius legati in initio cuiuslibet anni: ut ꝟ. eo. l. in singulos. sed non videtur deberi, nisi pro rata anni sexti: ut s. de vsufruc. l. si operas. & l. sed & si quis. §. si operas. Sol. ibi delicto fuit amissus vsusfructus, scilicet capitis diminutione: hic morte vt arg. ꝟ. eo. l. in singulos. & s. quib. mod. vsusfr. amitt. l. 1. §. si non mors. Vel sol. vt ibi. Item facit ꝟ. de stip. ser. l. seruus communis. §. cum seruus. & C. de aduo. diuer. iudi. l. post duos. §. his. & ꝟ. eo. l. filiæ. Argu. contra C. de aduo. diuersorum iudi. l. petitionem. §. ut autem.

ADD. T. O. Pro solutiōe huius cōtrarij dic ut dicit gl. quia nihil ad hæredem transit, subaudi, nisi salariū illius anni: & no. in l. post duos. eo. ti. secundum Bart.

A Nnuā. CASVS. Titius reliquit in suo testamento ciuitati Bononiæ annuas centū libras Bonon. causa faciendi curri pallium ad porthecam, & roncinum, & accipitrem in cassatacula, cui ludo, seu quibus ludis voluit præsidere hæredes suos: post mortem huius Titij hæredes sui præstiterunt communi Bononiæ centū libras quolibet anno, pone per quatuor annos & quolibet anno præfuerūt dicto ludo fieri faciendo: & postea decesserū: periit in sequenti anno commune Bononiæ, ab hæredib⁹ dictorum hæredum Titij ut dent ei centum libras causa faciendi dictum ludum: dicūt hęredes hæredum: Nos non tenemur amplius p̄stare centum, quia hæredes Titij, quorum hæredes sumus non possunt præsidere ludo, sicut testator præcepit: Certè dicitur hic, quod nō obstante allegatione hæredum debēt centum præstare communi Bononiæ quot annis id ē singulis annis in pętuum. & ita quāuis morte legatarij pereat annuū legatum, ut supra l. proxi. non tamen morte hæredis, ut hic. Viuianus.

Idem libro xj Responsorum. VI.

A Nnuam pecuniam ad ludos c ciuitati reliquit, quibus præsidere hæredes voluit. successores hęredum negant se debere: quasi testator tandiu præstare voluerit, quandiu præsiderent hæredes. Quæro igitur, cū præsidenti mentionem fecerit: ad tempus fidei cōmissum, an perpetuò præstari voluerit. Modestinus respondit, fideicōmissum quotannis in perpetuum d reipublicæ p̄standum esse.

Dispositio respiciens solam authoritatem defuncti, non commodum alterius, non iure actionis, sed per officium iudicis effectui demandatur. Bar.

Pomponius libro viij. ad Quint. Mut. VII.

Q Vintus Mutius ait: Si quis in testa-

e Ad ludos. Sacros, quibus honestas, & verecundia moribus castis seruata perseuerat: ut C de spe. l. 1. & de maiuma. l. 1. lib. xj. Az. aliud si ad impudicos. nam tunc non in perpetuum pręstaretur, sed nullo modo, uel in aliud opus reipublicæ expenderetur: ut ꝟ. de admini. re. ad ci. perti. l. legatum. §. fin. Accur.

d In perpetuum. Plus ergo est in hoc legato. quam in usufruc. legato: quia tempore finitur: ut ꝟ tit. 1. l. si vsusfruc. municipibus, secundum R. & facit s. ti. 3. l. ciuitatib. & ꝟ. eo. l. pe. & ꝟ. de uer. obl. l. si Stichum. § 2. Acc.

Q Vintus. CASVS. Titius instituit sibi hæredes duos suos filios, & duas suas filias: & Seium extraneum, & Caiū, & Martinum, dedit tutores dictis suis filiis: qa impuberes erāt, & ita postea subiūxit in testamento, filij, filiæq; meæ, ibi morentur ubi vxor mea eorū mater eos morari volet: eisq; filiis, & filiabus meis Seius prædictus hæres meus in annos singulos, inque pueros, puellasq; singolas det nomine cibarij aureos 10. Mortuo isto Titio testatore, mater dictorū puerorum posuit eos ad standum, & ad morādū cum Sempronio. venit nunc Sempronius apud quē collati sunt pueri, ad Seium hęredem. & Caium, & Martinum suū tutores: & petit ab eis x. aureos pro hoc anno pro cibarijs dictorum puerorum: dicit Seius hęres tutoribus: Accipiatis si vultis a. aureos de hæreditate, & date Sempronio. dicunt tutores, nos nolumus ei aliquid date. Modo quæritur nunquid actione ex testamento possit agere Sempronius ad dictos 10. aureos?

Et dicitur ꝙ non, usq; illuc, Pomponius &c. & dimitte ibi, & uade ǂ. per 20. lineas: ibi, itaque hæc Quinti Mutij &c. & ibi reepilogat, & examinat dicta uerba Titij testatoris, filij filiæque meæ ibi murentur &c. & illa, eisque hæres meus &c. Et dicit, quod dicta prima uerba non pariunt aliquam obligationem: scilicet ut omnimodo teneantur filij ibi morari, ubi pater iussit, uel mater ex iussu patris: sed pertinent dicta uerba ad conseruandam authoritatē defuncti unde secundū iussionē iudicis debent morari ubi pater iussit, uel mater: ex iussu patris autem non debent morari. Quid em̄ si iudex cognoscit nūc esse Sodomitas, uel adulteratores illos, apud quos iussit pater filios suos morari. uel mater ex iussu patris: quod quidem pater nesciebat tempore quo fecit testamētum? Certè non debet permittere iudex apud illos morari. Item dicit ibi, si autem pro cibariis &c. quamuis dictū sit in principio legis quod Sempronius apud quem filij collocati erant, non potest agere ad 10. aureos actione ex testamento contra tutores: tamen ita distinguo, aut sunt relicti 10. aurei gratia filiorum, aut gratia Sempronij prædicti. primo casu potest agere Sēpronius contra tutores iudicis officio si ipse Sempronius erat bonꝰ homo. gratia autem puerorum semper præsumuntur relicti dicti x aurei, nisi contrariū appareat. secūdo casu potest agere Sēpronius bonus homo existens actione ex testamento & hoc usq; in finem legis: Modo reuertaris ad versiculū, Pomponius &c. & ibi ponit quædā exempla de ijs, quæ pertinent ad authoritatē testatoris, & non ad obligationē: puta instituo te solum heredem, & iussi tibi ut faceres mihi monumentū, quod constet centū. Certè potes facere monumentū, si uis, aliàs nō cogeris. secus si haberes cohæredem retēto eodem casu: quia tunc posset te cogere cohæres tuus actione familiæ erciscun. sed & si tu & cohæres iussi estis facere, & cohęres tuus paratus sit pro sua parte facere, pōt te cogere pro tua. Secundum exemplum est, cum iussi hęredi meo, ut poneret in municipio imagines: nam non potest compelli nisi gratia honoris municipij hoc iussissem.

a Eisque. Hic est duplex lectio. nam vel filijs, vel illi apud quos debent ali, potest attribui: ut in fin. l. Item potest esse, quod soli filij, vel quod soli alij, vel etiam tertio quod filij cū alijs sunt hæredes. Item & no. duo præcepta: vnum vbi debet morari, aliud de alimentis.

...mento ita scripsit: Filij, filiæq; meæ ibi sunto, vbi eos mater sua esse volet: eisque [a] hæres meus in annos singulos, inq; pueros, puellasq; singulas damnas esto dare cibarij nomine aureos decem: si tutores eam pecuniā dare nolunt ei apud quem pueri, atque puellæ sunt, nihil est, quòd ex testamento agere possit. [b] Nam ea res eò pertinet, vt tutores sciant, quæ voluntas testatoris fuerit, vti possint [c] eam pecuniam sine periculo dare. Pomponius. [d]

† In testamentis quædam scribuntur, quæ ad authoritatem scribentis duntaxat referuntur, nec obligationem pariunt: hæc autem talia sunt: Si te hæredem solum instituam, & scribam, Vti monumētum mihi certa pecunia facias: nullam. n. obligationem ea scriptura recipit: sed ad authoritatem meam conseruādam poteris, si velis facere: [e] aliter atque si cohęrede tibi dato, idem scripsero. Nam si te solum damnauero, vti monumentum facias: cohęres tuus agere tecum poterit familiæ erciscundæ vti facias: quoniam interest illius: [f] quinetiā si vteriq; iussi estis hoc facere, inuicem actionē habebitis. [g] Ad authoritatē scribentis hoc quoq; pertinet, cum quis iussit in municipio imagines poni. Nam si nō honoris municipij gratia id fecisset, sed sua: actio eo nomine nulli cōpetit. [h] Itaq; [i] hæc Quinti Mutij scriptura, Liberi mei ibi sunto, vbi eos mater sua esse volet: nullam obligationē parit, sed ad authoritatem defuncti conseruādā ptinet: [*] vt ibi iusserit, ibi sint. Nec tamē semꝑ volūtas eius: aut iussus cōseruari debet. veluti si prætor doctus sit, nō expedire pupillum eò morari, [*] vbi pr̄ iusserit, [k] ꝓpter vitiū, quod pater fortè ignorauit in eis esse personis, apud quas morari iussit. Si autem pro cibariis eorū ī annos singulos aurei decē relicti sint: siue hoc sermone [l] significantur, apud quos morari mater pupillos voluerit, siue ita acceperimus hunc sermonem, vt ipsis filijs id legatum debeatur: [m] vtile [n] erit. Et magis enim est, ut prouidentia filiorum suorum hoc fecisse videatur. [o] Et in omnibus, vbi autho-

b Agere possit. Ille apud quē erunt scilicet aliqua actione, sed iudicis officio: vt in fine dices. Azo.

c Vt possint. Scilicet si velit: sed nō compelluntur nisi ut in fine dicet.

d Pomponius. Circa prędicta clarius respondens, & præmittēs duo similia, primum de monumento: secundū de imagine.

e Si uelis facere. Imo & pontificali authoritate, uel iudicis officio est cogendus: vt ǂ. de pet. hæred. l. hæreditas. §. fi. & supra famil. ercifcun. l. his consequenter. §. sed & si. & infra ead. l. in fi. Accur.

f Interest illius. Quia ibi sepeliretur: vt ǂ. de reli. l. familiaris. & l. seq.

g Habebitis. Scilicet si alteruter vestrum parere noluerit: alioqui cōmunis culpa: poterit opponi agenti: vt ǂ. de leg. 1. l. nihil. §. 1. & ǂ. de leg. 2. l. cū pater. §. libertis. Acc.

h Nulli competit. Etiam si eius cōmodū aliquis sibi præferat. & facit ǂ. de priu. cre. l. Aufidius.

i Itaque. Redit ad primum casum huius legis.

k Iusserit. Facit ǂ. de admini. tut. l. quidam decedens. §. vsque. & de con fir. tuto. l. vtilitatem. & ubi pupi. edu. de. l. s. Accur.

l Hoc sermone. Eisque hæres meus in annos &c. ut supra, in prin. huius legis.

m Debeatur. Quod potest ꝓsumi, si sunt alij hæredes, uel etiam cohæredes his pueris, & ex annuis cibarijs decem pro magna parte superabundabit: & sic habet locum actio ex testamento: si autem soli filij tunc officio iudicis tantum, uel actione ex testamento: si gratia eorum apud quos morari debent est relictum.

n Vtile. Scilicet visum. Accur.

o Videatur. Nisi aliud liqueat. Acc.

† In quibusdi exemplis lex est.

* Huc spectāt ꝗ voluit Mād. in Gl. Facul. §. Et ꝓpriū. in ver. hēat.

* P. Fl. id ꝑtinebit.

* Sic I P. Fl. Hal. tamen scripsit, ubi mater iusserit.

* Adde ǂ societate culpā considerari: & ei adscribi, qui eam commisit. vid in l. pe. §. naue. ǂ. ꝓ soc. & ǂ l. si ut certo. §. nūc uidendū. ǂ. cōmod.

ritas sola testatoris est: neque omnimodo spernenda, neque omnimodo obseruanda est: sed interuentu iudicis hæc omnia debent, si non ad turpem causam referuntur, ad effectum perduci.

Legatum in annos singulos est simile legato vsusfructus: nisi in tribus, quæ hac l. ponuntur. Bartol.

Caius lib. v. ad leg. Iul. & Papiam. VIII.

IN singulos annos relictum legatum simile est vsufructui, [a] cũ morte finiatur. Sanè capitis diminutione non finitur: [b] cũ vsusfructus finitur. Et vsusfructus ita legari pt: Titio vsumfructũ fundi lego: quotiesq; [c] capite minutus erit, eundẽ vsumfructum ei do. [c] Illud certè amplius est in hoc legato quod ĩ ingressu cuiuslibet anni si decesserit legatarius, eius anni legatum hæredi suo relinquat: quod in vsufructu non ita est: cum fructuarius, etiã si maturis fructibus, nondum tamẽ perceptis decesserit, [a] hæredi suo eos fructus non relinquat. [d]

Etiam res pignorata potest capi ex primo decreto. Bar.

Papinianus libro vij. Responsorum. IX.

FVndus, quem paterfamilias libertis legatorum nomine, quæ ĩ annos singulos reliquit, pignus esse voluit. ex causa fideicommissi rei seruandæ gratia rectè petet. [e] Paulus notat, [f] hoc admittẽdũ & in alijs rebus hæreditarijs, vt & in eas legatarius mittatur. [g]

Legatum relictum ob causam, determinatur secundum causam sibi annexam. Bar.

Idem libro viij. Responsorum. X.

SEio amico fidelissi-

IN singulos. CASVS. Legaui Titio centum annua: certè istud legatum habet unam similitudinẽ cum vsufructu simpliciter legato, & tres dissimilitudines. similitudinem habet cum vsufructu: quia sicut usufructus finitur morte vsufructuarij, ita & dictum annuũ legatũ finitur morte legatarij. Prima dissimilitudo est inter ea, quod vsusfructus bene finitur & maxima & media capitis diminutione: annuum autem legatum non finitur. Secunda dissimilitudo est, quia usus fructus ita potest legari, Titio vsumfructum fundi lego: & quotiescunque ca pite diminutus sit, eundem vsumfructum ei do: quæ quidem adiectio in annuo legato nihil operatur: quia annuum legatum capitis diminutione perire non potest, ut dictũ est. Tertia dissimilitudo est, quia si usufructuari[a] decedat, nihil transmittit de vsufructu ad hæredem suum, etiam si maturis fructibus nondum tamen perceptis decesserit dictus fructuarius, sed ille qui habet legatum annuũ, si decedat in ingressu alicuius anni, puta secundi, vel tertij, vel quarti, uel sequentiũ, illius anni totũ legatum ad hæredẽ suum trasmittit: in initio enim cuiuslibet anni cedet dies annui legati. Vi.

[a] Finiatur. Vt & Instit. de vsufruct. §. finitur. & ff. eo. l. si in singulos. secus in seruitutibus prædialibus: ut supra quemadmod. ser. amit. l. 2.

[b] Non finitur. Scilicet legatũ in singulos annos relictum: quia legatũ sequentis anni est aliud legatũ: & sic illud habebit legatarius. plura enim sunt legata, & sic in capite cuiuslibet anni inspicitur an sit capax, uel nõ: ut ff. eod. l. si in singulos. & j. e. l. cum in anno. sed secus est in vsufructu cum legatũ est simplex, nõ in singulos annos. & secundũ hoc expones capitis diminutione, scilicet maxima, & media nõ minima. & sic est cõtra. C. de vsufru. l. corruptionẽ. Vel dic etiã minima si est relictus usufr. in singulos annos: secus si simpliciter: quia tunc nõ minima, ut ibi. Vel dic secundũ iura vetera ut quocunq; modo relictus, scilicet uel simpliciter, uel in singulos annos, pereat capitis diminutiõe, etiam minima: hodie secus: ut d. l. corruptionem.

[c] Ei do. Vt & j. quib. mo. vsusfr. amit. l. sicut. in princ. & l. reperi. in prin. & secundũ R. hoc casu. videtur perpetuò relictũ, si ciuitati, uel tẽplo sic relinquitur, nisi aliud patiatur: ut ff. quib. mo. vsusfr. amit. l. si vsusfruc. sed certè imo & alio modo põt finiri. ut ibi not. Acc.

[d] Non relinquat. Vt & oo. Instit. de re. diu. §. is verò. Et no. in prin. huius l. unam conuenientiã, quia vtrumque morte naturali finitur. postea tres differẽtias. prima cum dicit, sanè &c. secunda cũ dicit vsusfru. &c. tertia cum dicit, illud certè est. & facit ad legem istam. ff. quib. mod. vsusfr. amit. l. si vsusfr. meum. & ff. de vsufru. l. si quis ita. & l. defuncta. & j. tit. 1. l. patrimonij. & j. ad l. Falci. l. pœnales. in princ. & ff. de ca. diminu. l. legatum. & C. quando di. legs. ced. l. 1. & ff. de euic. l. si rem quã. §. fi. & ff. si vsusfr. pet. l. uti frui. §. fi. & ff. eo. l. a uobis. & j. e. l. a codicillis. & j. tit. j. l. habitatiõis. & l. licet. & l. generali. Acc.

FVndus. CASVS. Duobus meis libertis legaui centum corbes uini, & centum frumenti in annos singulos. & iussi quod pro his legatis consequendis ab hærede meo haberent in pignore fundum meũ Titianum. Me mortuo petebant dicti liberti ab hærede meo, ut caueret eis cum satisdatione de præstandis eis dictis legatis quolibet anno: & hæres noluit satisdare. Certè possunt & debent dicti liberti legatarij mitti in possessionem dicti fundi Titiani, & aliarum rerũ hæreditariarum causa rei seruandæ, id est, legatorum seruandorum. & hoc dicit. Vi.

[e] Petetur. Vt & ff. de transact. l. cum hi. §. si vni. nam testamento potest constitui pignus: ut & supra de pignor. actio. l. non est. & C. communia de leg. l. 1.

[f] Paulus notat. Scilicet esse verum quod dictum est. Vel dic notat scilicet infra scripta: id est, notabiliter dicit. Acc.

[g] Mittatur. Si non satisdetur: quinimò etiã in res hæredis post sex menses: ut C. vt in pos. leg. l. certa. cum. o. sit conditionale huiusmodi legatũ quoad sequẽtes annos, debet satisdare: vt j. ad l. Fal. l. 1. §. si in annos. Ac.

SEio amico. CASVS. Titia habebat unum suũ bonum amicum, qui vocabatur Seius: cui Seio ipsa concesserat vnam suam domum ad habitandum, quia ipse multum bene se habebat circa negotia sua Titiæ. Item habebat hæc Titia tres filios: scilicet unam fœminam, & duos masculos: hæc Titia fecit testamentũ, & instituit sibi hæredes dictos suos filios, & filiam: & ita postea locuta fuit: Seio amico fidelissimo volo pstari annuos senos aureos, & habitationẽ qua vtitur, si ipse voluerit interuenire negotijs filiorũ meorum eodem modo, sicut interueniebat meis negotijs. Mortua postea hac Titia ambo filij sui masculi decesserunt: & ita per casum mortis factũ est, quo minus dictus Seius possit interuenire negotijs omnium trium filiorũ Titiæ testatricis: petit nunc Seius tertiam partem dictorum legatorũ, dicẽs se paratum interesse negotijs filiæ Titiæ quæ viuit: filia Titiæ viuens dicit qd non tenetur ei

[a] P. F. seruatur.

[a] P. F. vsuifructui.

[c] Quoties que p quo tiescunq;.

[a] Sic in P. F. Hal. aũt legit hæredi suo in eos fruct[a] actionem non relinquat.

ei præstate: quia testatrix legauit ei sub conditione si interueniret negotijs filiorum suorum, qui erant tres: nunc autem non est nisi una: ergo non potest interuenire negotijs omnium, sicut testatrix videtur voluisse: ergo non adimplet conditionem: ergo non potest habere legatum pro aliqua parte. sed certè ipsa malè allegat quia conditio adimplenda per Seiũ, bene recipit diuisionem, & pecunia legata eidem Seio bñ recipit diuisionem: vnde bonum est, ꝙ pro ea parte, qua potest adimplere, & ad implet conditionẽ, pro ea habeat legatum.

Medico. Legaui medico Sempronio ea, quæ uiuus ei præstabam: certè ea uideor ei reliquisse, quæ ei singulis annis præstare solitus eram: & perpetuam quasi præstationem habebit: puta quia ei dabam, uel mittebam quolibet anno quatuor libras piperis in natiuitate, eo qđ ipse uidebat uri nam meam cum patiebar, & dabat mihi consilium: si autem inuitabã eum quandoque ad comedendũ mecũ, uel si mittebam ei quandoq; unũ ferculum, hoc nõ uideor ei legasse

Vxori. Legaui uxori meæ aureos centum, præter id quod a me uiuo annui nomine accipiebat. dabam enim ei fortè quolibet anno vnam gonellam: nunquid ei legasse videor centum aureos annuos, & vnam gonellam annuam? Et dicitur quòd non, imò semel tantum centum aureos, & annuam unam gonellam. Libertis dari. Habebã libertos, quibus præstabam habitationem: & cum unus eorum esset meus actor, siue castaldus, & alter esset medicus, pręstabam castaldo sumptus pro iumentis meis, quæ custodiebat: & præstabam medico sumptum, quẽ sumptum accipiebat medicus, ut me, & filiam meã curaret: feci ego patronus testamentum, & ita in eo dixi, Libertis meis dari uolo ea, quæ uiuus præstabam. Certè debetur ei dicta habitatio, non autem dictus sumptus iumentorum uel medicamentorum: & hoc dicit hic §. Viuian.

a Meis. Scilicet Titiæ testatricis: & sic apparet, ꝙ filiorum gratia fuit conditio apposita. Acc.

b Viuentis. Non etiam morientium: quia in eorum vtilitatẽ fuit cõditio apposita, vt in principio legis patet. & quia etiã in eorum persona conditio casu solummodo fortuito deficiebat: vt ĩ. de cond. & demon. l. in testamento. & l. cum ita datur. & sic nõ obstat contrarium. C. de instit. et substi. l. 1. et ĩ. eo. l. Mæuia. vbi nõ p casum. Item nec C. de leg. l. 1. ubi nõ contẽplatione hæredum. vel refert, an hic Seius adhuc non cœperat gerere: & tunc indistinctè deficit, cuiuscunq; causa sit cõditio inserta: an uerò cœperat: & tunc distinguitur an impediatur casu. ut & tunc deficiat: aliàs secus si non casu: ut ĩ. de condit. & demon. l. illis libertis: & secundum hoc in l. C. de legat. l. 1. cœperant iam morari. prima placet. Itẽ nota qđ hic casus in aliquo nocet Seio, in aliquo prodest. nocet & in partibus defunctorum. nam licet non stet per eum, & sic habere debet: ut ĩ. eodẽ l. Mæuia: nocet ei casus. at prodest ut nõ toto legato careat, licet non totam cõditionem impleat: quod aliàs noceret: ut ĩ. de condi. & demonst. l. qui duobus. scilicet quia staret per eum. Item cõtra C. de condit. insert. l. legatum. Item contra. ĩ. de alimen. legat. l. Caio. §. 1. & l. Stichus. §. fi. Sed ex supradictis apparet solutio, & facit ad legem istam C. de legat. l. j. Item facit ĩ. de condit. & demõ. l. pe. §. 1. & §. 2. & ĩ. tit. 1. l. cui. & ĩ. eo. l. annua. & distingue ut not. C. de insti. & subst. l. 1. Acc.

mo, si voluerit, sicut meis [a] interueniebat, eodẽ modo filiorum meorum negotiis interuenire, annuos senos aureos, & habitationem, qua vtitur ꝑstari volo. Non ideo minus annua Seio pro parte hæreditaria viuentis [b] filiæ deberi placuit, ꝙ ex tribus filiis Titiæ [*] testatricis duo aliis hæredibus institutis vita decesserint: cùm tam labor, quàm pecunia diuisionẽ recipiat.

Dictum generale ad extraordinaria non refertur. Bar.

[†] Medico Sẽpronio quæ viua pręstabã, dari volo. Ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatẽ habuerunt. [c]

Dictio præter, ponitur inclusiue: quando cadit inter res separatas, quarum vna non comprehendit aliam. Bar.

Vxori, præter id quod a me viuo [d] annui nomine accipiebat, aureos centum dari volo, annuũ [e] videtur, & semel centũ [f] aureos reliquisse.

Si testator legat quod viuus præstabat: ea sola debẽtur, quæ legatarii causa præstabãtur. B.

Libertis dari volo, quæ viua [g] præstabã. Et habitatio præstabitur. [h] sumptus aũt [*] iumentorum nõ debebũtur, quos actori [i] domina præstare solita fuit vtilitatis suę causa. ideo nec sumptum medicamentorum medicus libertus rectè petet, quem, vt patronam eius, quæ familiam curaret, acceptabat. [k]

Paulus lib. xxj. quæstionum. XI.

Cum in annos singulos legatur, plura legata esse placet, [l] & ꝑ singula legata ius capiendi inspicietur. idẽ in seruo inspiciendũ est ex persona dominorum. [m]

c Habuerint. Vt vna comestio, vel par gallinarum, & similia, hæc. n. non debentur: vt arg. ĩ. ti. 1. l. Sempronio. & s̃. tit. 1. l. qui saltum, & ĩ. ea. l. §. fi.

d A me viuo. Aliàs a me viuo: alias a Mæuio.

e Annuum. Scilicet quod præstatur a Mæulo.

f Et semel centum. Facit s̃. de act. emp. l. si venditor hominis. & ĩ. de dot. præle. l. Seia. nec est contra. C. de leg. l. j. qa ibi appatet esse aliud ex voluntate defuncti.

g Vius. Aliàs viuus.

h Præstabitur. Vt & ĩ. tit. 1. l. Sempronio. & supra. ead. l. §. medico. Acc.

i Actori. Id est, castaldioni quondam seruo. sic ergo ex superueniente dignitate, id est, libertate aliquid immutatur. sic supra, de procu. l. filiusfam. §. fin. & l. aut. & l. vel hæreditas. & s̃. de adopt. l. in omni.

k Accepiabat. Cum erat seruus. Acc.

Cum in annos. CASVS. Legaui Titio c. in singulos annos. certẽ cuiuslibet anni est unũ legatũ, & sic plura sunt legata: & in principio cuiuslibet anni debet inspici vtrum Titius legatarius sit capax, uel non. & si sit capax, consequetur legatum: aliàs non. Idẽ est si legaui Sticho seruo Titij c. in singulos annos, nam in principio cuiuslibet anni debet inspici utrũ Titius dominus sit capax, vel non. & si sit capax, consequitur legatum seruo suo relictum, aliàs non. & h. d. Viu.

l Placet. Dic ut not. s̃ eo. l. si in singulos.

m Dominorum. Vt & s̃. de legatis 2. l. debitor. §. fina. & ĩ. quando dies leg. ced. l. cum in annos. Item ex fuat ut cod. tit. l. Firmio. §. 1. Acc.

[*] In P. F. nõ est, testatricis.

[†] Quòd ad ordinaria, nõ extraordinaria referat dictũ gñale, Mando. 17. q. 3. Reg. n. 2. vbi ampliat procedere et ĩ priicipe. & ꝑ intellectu huius tex. vide Alex. I. l. sed si qs §. q̃situm. circa fi. ff. si qs cautio.

[*] Aũr, nõ est I P. Fl.

Caius.

CAius. CASVS. Caius Seius habens prædia Pontiana ad burgum Panicalis, & habens prædia Luciana ad sanctã Mariã in monte: leganit Mæuiæ dicta prædia Pontiana, & Seiæ dicta prædia Luciana: & post ea ita dixit. Præstari autem volo ex prædijs Pontianis, prædijs Lucianis annua arundinis milia 300. & salicis mundæ annua librarum singula milia, causa releuãdi fortè multas uineas, quæ erãt in dictis prędijs Lucianis. Mortuo dicto Caio Seio, Mæuia, quæ habebat prædia Pontiana, præstitit per tres annos pone dictas arũdines, & salices Seię, quæ habebat dicta prædia Luciana. Postea decessit dicta Seia, quæ habebat dicta prædia Luciana, quibus debebant dari dictæ arundines, & salices. quæritur, nunquid extinctum sit dictum legatum annuæ arundinis, & salicis? Et dicitur ꝙ sic, quia annuum fuit legatum, cuius petitio competebat Seiæ: non autem fuit seruitus in rem uel in personã. si autem fuisset seruitus in rem, id est constituta prædijs Lucianis in prædijs Pontianis, non finiretur morte legatariæ: sed si fuisset in personam, bene finiretur. & h. d. Viuia.

• In P. Fl. ex prędiis Potitianis ex prędiis Luctarianis annua arundinis milia trecena.

Annua præstatio facienda ex redditu certæ rei finitur morte legatarii. Bar.

Idem libro xiij. responsorum. XII.

CAius Seius prædia diuersis pagis [a] posita, Mæuiæ, & Seiæ [b] legauit: & ita cauit, Præstari autem volo • ex prædiis Pontianis, ex prædiis Lucianis annua arũdinis milia trecenta, & salicis mundæ annua librarum singula [c] milia. [d] Quæro, an id legatum [e] defuncta legataria extinctum sit? Paulus respondit, seruitutem iure constitutam non videri, neque in personam, [f] neque in rem: [g] sed fideicommissi [h] petitionem competisse ei, cui prædiã [e] Luciana legata sint: & ideo cũ annua legata fuerint, mortua legataria [i] finitũ legatum videri.

• In P. Fl. Luctariana.

[a] Pagis. aliàs plagis, aliàs pagis. i. cõtratis, uel villis.

[b] Et Seiæ. Scilicet vnum uni, alterum alteri: puta Pontiana Mæuiæ, Luciana Seiæ secundũ. R. & sic sunt omnia plana: sed Ioan. dicit Luciana his fœminis relicta: & Titio cuidam Pontiana: ex quibus Pontianis uoluit fieri huiusmodi præstationes.

[c] Singula. Id est, omni anno. Accur.

[d] Milia. Id est, mille librarum, id est libratarum, id est certæ mensuræ duodecim pedum: cum & libra duodecim vnciarum dicitur.

[e] An id legatũ. Scilicet annuæ præstationis secundũ R. uel dic, prædiorũ Titio relictorũ, ut solueret annuã quantitatẽ. nã cũ annua solutio sit extincta, & legatũ Titio extinctum uidebatur, ꝙ remouet secundum Io.

Licet [c] testatori repetere legatum [d] vsusfructus, vt etiam post capitis diminutionem [e] debeatur. & hoc nuper Imperator Antoninus ad libellum rescripsit: tunc tamen [*] esse huic constitutioni locum, [f] cum in annos singulos relegaretur.

Vsuræ pecuniæ fœneratæ per defunctum quandocunque currentes debentur fructuario caventi, sed si per hæredem sint fænera-

b In annos singulos. Et tunc similiter finiuntur morte: ut supra titu. t. l. in singulos. sed non apparet, an sit vsusfr. sed dic quod nō: ut no. supra de vsufru. l. si quis ita. & facit ī. eo. l. fundi. & supra, usufruc. quemad. ca. l. idem est.

Licet testatori. CASVS. In quadam constitutione Iuliani iurisconsulti ita continebatur, quod si testator leget usumfruc. Titio in sui testatoris fundo, & postea Titius patiatur minimam capitis diminutionem: per quā secundum hæc iura amittatur ususfructus, licet iterum Titio legatario habere dictū usumfructum quasi videatur tacitè repetitus per dicta verba testatoris. Antoninus autem dixit, & bene, quòd dicta constitutio Iuliani habet locū tantum in uno casu. l. cum legatur ususfructus in annos singulos: quia tunc sequentium annorum non tollitur ususfructus per dictā capitis diminutionem, sed præcedētium tantum: & idem in qualibet alia re legata in annos singulos. non autem debet intelligi dicta constitutio Iuliani ita largè sicut ipse eam intellexit. intellexit autem eam generaliter, etiam si simpliciter sit legatus ususfruct. & malè: ut supra tit. t. l. in singulos. Vivianus.

* ff. Flor. motum.

c Licet. i. licitum est.

d Legatum. Etiam tacitè: ut ī. exemplificat.

e Capitis diminutionem. Legatarij.

f Locum. Vt tacita fiat repetitio, cum &c. q. d. non quādo simpliciter legatur, sed certè & expresse potest repeti: ut s. tit. s. l. in singulos, & ī. quib. mod. ususfruc. amit. l. iiij. in prin.

Vxori vsufructu. CASVS. Legaui uxori meæ vsumfructum bonorum meorum. cū haberē multos debitores, quibus mutuaueram denarios, & postea decessi. venit uxor mea postea ad hæredes meos, & cauit eis de tanta pecunia restituenda, si morietur, uel capite minuetur, quantam ego defunctus mutuaueram dictis meis debitoribus: & petijt ab eis hęredibus pecuniam creditam prædictam, ut sic ex ea habere possit ususfructum secundum meum præceptum testatoris. postea hæredes egerunt contra dictos debitores, & exegerunt ab eis pecuniam cum usuris, quæ concurrerunt ante dictam cautionem, & post. unde dicta mea uxor vult habere usuras anteriores, & posteriores. quæritur utrum possit habere & petere? Et respon. quod non: imò illas tantum, quæ concurrerunt post dictam cautionem: & eas non tenebitur restituere hæredibus finito usufructu. illas autem usuras, quæ concurrerunt ante prædictam cautionem, consequi debet uxor, sed non lucrari: imo in dictam cautionē debent deduci, sicut deducuntur, siue ponūtur sortes: & eas restituere tenebitur sicut sortes. si autem hæredes mutuassent dictam pecuniam, & non ego testator, non debebit tunc habere dicta mea vxor nisi sortes, & non usuras, quę cucurrerūt ante dictam cautionem: uel post. si antē hæredes sint in mora dandi dictas sortes vxori meæ prædictæ. tunc ex mora eorum tenetur ei ad usuras, & non debebit vxor cauere eis de restituendis ei usuris ex mora debitis, finito usufructu. licet teneatur cauere de restituendis eis illis vsuris, quæ ante dictā cautionē cucurrerunt contra debitores hæreditarios, ut dictum est. Serapium. Ego habens seruum nomine Serapium: ita dixi in testamēto meo. Serapium seruum meū Semproniæ concubinę meę seruire uolo, & post ea decessi. certè non uideor legasse concubinæ proprietatem serui, sed usumfructum tantum. & h. d. Vi.

ta, a tempore moræ debentur. Bart.

Papinianus libro vij Responsorum. XXIIII.

Vxori vsufructu bonorum legato, fœnus quoque sortium, [g] quas defunctus collocauit, [h] post impletam ex senatusconsulto [i] cautionem [k] pręstabitur. [l] Igitur vsuras nominum in hęreditate relictorum, ante cautionem [m] interpositam debitas, velut sortes in cautionē [n] deduci necesse est. Non idē seruabitur in nominib. ab hęrede factis: tunc enim sortes duntaxat [o] legatario dabuntur: aut qđ [p] pro-

g Sortium. Id est, pecuniarum.

h Collocauit. i. sub usuris mutuauit.

i Ex senatuscōsulto. Quo cōstituitur in pecunia quasi ususfr. ut Inst. de usufr. §. constituitur.

k Cautionem. De reddenda pecunia finito usufructu: ut infra, eo. not.

l Præstabitur. Ab hærede uxori legatariæ, quod fœnus præstabitur uelut fructus pecuniæ, non uelut sors: nec de restituendo eo fœnore cauet uxor. Accur.

m Ante cautionem. Nam posteriores iure fructuum lucratur.

n In cautionem. De reddendo finito usufruct. & not. argu. quod fructuarius non facit fructus suos ante cautionē præstitam, secundum Ale. Azo contra si bona fide percipiat. i. si non credebat se teneri satisdare.

o Duntaxat. Non autem usuras, quas lucrifecit hæres ex pecunia hæreditaria: quia ex sua negotiatione est eas consecutus: ut arg. ī. de hęred. uen. l. uenditor. & ī. ad le. Fal. l. iij. Item nec fuerunt defuncti: licet sors fuerit hæreditatis. de sua em intelligi nō pōt, cū dicat sortē dandam legatario. Itē fœnerabat suo periculo: ut ar. ī. mād. l. idemq; §. si mādauero. & pro so. l. si nō. §. si un°.

p Aut quod. Potest dici quod sit unus casus, abinde nō idem &c. usque ad fi. huius §. & sic est sensus, quod hæres det sortem. item usuras, quas percepit ex mora debitorum, uel ex stipulatione: & hoc quando erat iam in mora dandi uxori cui mutuauit. & secundum hoc non cauebit uxor, uel secundum aliam lecturam non cauebitur ab uxore hæredi: quia eas lucratur propter moram hæredis. sed secundum hoc, quare dicit duntaxat sortes? Respon. corrigit se cum dixit, aut quod &c. quasi dicat. aut, pro &, scilicet & illud quod placuit hæredi stipulanti usuras propter moram debitorum reddi, postea sub. & super his usu. &c. Sed hæc lectura non placet: quia cum ex sua mora hæres teneatur legatariæ ad usuras, iam nō curo mutuauerit ante moram uel post. dic ergo duos esse casus abinde, non idem &c. usque in fin. §. & primus deducit usuram quam hæres percepit a debitoribus non dandam legatariæ: sed eam lucratur rationibus, quas prædixi in superiori gloss. supra. & ideo non cauet legatariæ: quia non habet usuras. secundus, si hæres fuit in mora, dabit usuras legatariæ ut loquetur:

eretur & non caueat, vt ibi; an quod & c. & die aut pro & per moram, scilicet hæredis. & placuit. s. iurisconsul. ut s. de lega. 2. l. Titia. §. vsuras. & facit ad §. C. eo. l. j.

a Propter moram. Scilicet hæredis.

b Placuit. Scilicet iurisconsul. Azo.

c Vsusfructus. Nisi hoc testatorem intellexerit: vt j. de sta. libe. l. cum hæres. §. Stichus.

per moram a vsuras quoque reddi placuit, b super his non cauebitur. Scorpium seruum meum Semproniæ concubinæ meæ seruire volo. Non videtur proprietas serui relicta, sed vsusfructus. c

Non valet relictum quo fructuarius de re cum fructibus restituenda proprietario, post mortem suam grauatur. Bar.

Idem libro viij. responsorum. XXV.

Qvi fructus. CASVS. Titius legauit vxori meæ vsumfructum prædiorum suorum Titiani, & Seiani, & ita postea dixit in eodem testamento, Volo redire ad hæredes meos dicta prædia cum redditibus post mortem dictæ meæ vxoris, & postea decessit dictus Titius testator: & post multos annos fortè decessit dicta vxor sua, quæ iam usa, & fruita erat dictis fundis. nunquid ex fideicommisso prædicto testatoris proprietas dictorum fundorum, uel usosfructus debet reuerti ad eos hæredes? Et dicitur quod non: & est ratio, quia redditus futuri dictorum prædiorum post mortem uxoris uidebantur demonstrati per uerba dicti testatoris, qui dixit, ut dictum est, post mortem uxoris prædia cum redditibus redire debere ad hæredes suos: dicti autem futuri redditus reuertuntur ad hæredes ipso iure. ergo nihil operantur dicta testatoris uerba ad fideicommissum. Item præteriti redditus non debent redire ad hæredes: quia ratione usosfructus eos lucrata est uxor. Item & proprietatem dictorum fundorum habent iure hæreditario: & sic non possunt habere ex fideicommisso. bene ergo imperitia fuit lapsus dictus testator, qui voluit, & credidit, quod dicti fundi cum redditibus redirent ad hæredes suos post mortem uxoris suæ fructuariæ ex fideicommisso. Viuia.

Qvi fructus prædiorum d vxori reliquit, post mortem eius e prædia cum redditibus ad hæredes suos redire voluit, imperitia f lapsus. a Nullum fideicommissum dicimus, neque proprietatis, g neque fructus h ad eos reuerti debere. etenim redditus futuri, non præteriti temporis demonstrati videbantur. i

Sicut morte finitur usufructus iam constitutus, ita finitur spes usufructus constituendi. B.

d Prædiorum. Scilicet aliquorum certorum.

e Eius. Scilicet uxoris. Accur.

f Imperitia. Iuris. quia nesciebat morte finiri usumfructum, cum l. dicat contrarium: ut in sti. de usufru. §. finitur.

g Neque proprietatis. Quoniam habet eam iure hæreditario. Accur.

h Neque fructus. Scilicet præteriti temporis, quos uxor percepit, & quia fuerunt sui tore legati, & sic bene sequitur, etenim & c. ad quod est s. de lega. 3. l. quod his. Sed argumen. contra j. ad Treb. l. in fideicommissaria. Vel dic fructus futuri temporis non redeunt ad eos, id est, ad hæredes. scilicet iure fideicom. sed iure consolidationis: quia ergo de futuris sen sit, nullum est fideicom. in eis. & hoc subijcit. etiam & c.

i Videbantur. Sic ergo adiectio illa, post mortem & c. superflua est, & hoc ideo, quia imperitia lapsus sic dixit: alias secus fortè, ut j. de auro & argen. leg. l. species. & supra de usufruct. ea. re. quæ usu consu. l. fina.

SEmpronius. CASVS. Quidam nomine Sempronius Attalus instituit sibi hæredem Titium, & fundum suum Sempronianum, quem habebat in Italia, iussit dari Caio Seio post decennium deducto usufruc. & ita uoluit, quod Titius hæres esset usufructuarius dicti fundi post decennium, & Caius Seius esset proprietarius: & postea decessit dictus testator. & in quinquennio postea decessit dictus hæres eius: postea transierunt alij quinque anni & sic transiuit decennium a morte testatoris: & sic venit tempus dandi dictum fundum dicto Caio Seio, vt testator dixerat. petit modo ab hærede hæredis Caius Seius plenum fundum, id est non deducto vsufructu. hæres autem hæredis vult deducere vsumfructum sicut posset deducere Titius hæres, si uiueret: quæritur quid iuris sit? Et videtur quod dictus hæres hæredis non possit vsumfructum deducere: quia dies dicti legati, siue fideicommissi iam cessit: nam fuit relictum post diem. s. post decennium: & illa legata quæ relinquuntur post diem certum, cedunt etiam antequam ueniat dies: & per hoc autem ad hæredem Caij Seij legatarij pertinere potuit si moreretur legatarius ante diem. & ideo iam videtur debitum dictum legatum Caio Seio: & uidetur per consequens usufructus pertinere ad hæredem eius ante decennium. unde mortuo hærede ante decennium, ut fuit in nostro casu, usufructus uidetur extinctus: nec uidetur posse pertinere ad hæredem hæredis: sed tamen respon. in contrarium. s. quod hæres hæredis possit deducere usumfructum dicti fundi, cum dat ei post decennium dicto Caio Seio: quia licet dies dicti legati, siue fideicommissi cesserit statim post mortem testatoris, tamen usufructus dicti fundi nondum est hæredis, nisi cum dominium dicti fundi præstiterit legatario deducto usufructu: & ideo si hæres capite minuatur, uel moriatur ante decennium, sicut fecit in nostro casu, non potest perire usufructus, quem hæres nô debebat adhoc tempore mortis suæ: & sic ab hærede hæredis incipiet in nostro casu usufructus, & ex persona eius finietur. & quod dixi in legato relicto post diem certum, habet locum legato relicto sub conditione: si autem appareat uoluntas expressa testatoris uolentis prius finire usumfructum morte hæredis, quam eum habeat, tunc morte eueniente etiam ante decennium finietur usufructus: quo finito solida, & plena proprietas debet ad legatarium pertinere eo tempore, quo dat ei fundum hæres hæredis, id est, post decennium, ut dictum est: nec hoc casu potest hæres plus transmittere ad hæredem suum, quam si iam habere cœpisset usumfructum ipse hæres. quo quidem casu sine dubio non transmitteret hæres usumfructum ad hæredem suum: quia morte eius finitus est. Si fundus. Legaui Titio, & Seio fundum meum Titianum: & Caio legaui usumfructum eiusdem fundi, & postea decessi. quæritur qualiter diuidatur usufructus inter eos tres? Et dicunt quidam, quod quilibet eorum debet habere tertiam partem. sed malè dicunt: imo debent fieri duo semisses de usufructu: unum quorum habebit Caius, cui legatus est usufructus: alium Titius, & Seius, quibus legatus est fundus. & idem erit econtrario scilicet si legaui Caio fundum prædictum, & Titio, & Seio usumfructum eiusdem fundi. nam & in hoc casu fient duo semisses de usufructu: unum quorum habebit Caius: & alium Titius, & Seius, quibus legaui usumfructum. & in dictum Titium, & Seium in usufructu coniunctos erit

Paulus libro x. quæstionum. XXVI.

SEmpronius Attalus ab hærede suo fundum in Italia Caio Seio post decennium deducto

a In P. Fl. nullū fideicōmiss. do minus neque fruct⁹ neq; pprietatis ad eos reuerti dedit.

solum-

ſolummodo ius accreſcendi. vnde ſi ponas Titium decedere, Seio accreſcit ſua pars dicti vſusfructus: & non debet habere inde aliquid Caius, cui ſoli legata eſt proprietas. Viuianus.

accreſceret ei cui fundus relict' eſt, ſicut alteri fructuario: vt ſ. de vſufruct. accreſc. l. ſi tibi.
o Inter eos tantũ. Scilicet quibus eſt cõiunctim vſuſfru. relictus: quia ſunt coniuncti re, & verbis, ſed legatariu fundi re tm̃: vt ſ. de lega. 3. l. re cõiuncti. ſic & in ſuperiori caſu præfertur collegatarius fundi, vtpote re & verbis coniunctus, tñ illis duob' perẽtibus accreſcit ei ab eis, & cõtra: vt ſ. de vſofru. accre. l. inde Neratius. §. fin. & l. ſeq. Item quod dicit fieri duos ſextantes hoc ſecũdo caſu, eſt cõtra ſ. de vſufr. accreſc. l. ſi tibi. ſed ibi nuda proprietas vni, item vſusfruct. eidẽ, & aliis duob', vnde ués ſunt pariter coniuncti. ſic ergo fiunt ibi triẽtes, & facit ſ. de vſufr. accreſc. l. ſi ꝓprietas. & l. ſi Titio. in princ. & ſ. de hære. in ſtit. l. Titius. & l. liber homo. §. Titius. Accur.

vſufructu dari iuſsit. Quæro, cũ medio [a] hoc decennij ſpatio hæres vita functus ſit: an poſt tẽpus decennij plenus fundus ad legatarium pertinéat? mouet enim me, quòd dies legati huius, ſiue fideicommiſsi ceſſerit, [b] ac per hoc ad hæredem legatarij pertinere potuerit. & ideo quaſi circa debitum iam legatum mortuo hærede vſusfructus extinctus [c] ſit: nec ad hæredis hæredẽ pertinere poſsit. Reſpondi: Dies quidem fideicommiſsi, vel legati ſtatim cedit, cùm poſt [d] certum tempus hæres dare rogatur, ſiue iubetur. ſed vſusfructus [e] nondum eſt hæredis, niſi cum dominiũ deducto vſufructu præſtitit, & ideo capitis deminutione, vel morte perire non poteſt, [f] quod nondum habuit. Idem euenit, ſi proprietas deducto vſufructu ſub conditione legata ſit, & pendente conditione hæres deceſſerit: tunc enim ab hærede hæredis incipit vſusfructus, [g] qui ex perſona eius finietur. Sed his caſibus de ſententia teſtatoris quærendũ eſt: qui vtique de eo vſufructu detrahendo ſenſit, [h] qui coniunctus eſſet hæredis perſonæ: quo extincto, ſolidam proprietatem ad legatarium voluit pertinere, nec plus tranſmitti ad ſucceſſorem ſuum, qui nondum habere cœpit vſumfructum, quàm ſi iã habere cępiſſet. [i]

Plures coniuncti ad vnam portionem vocantur cum alio disiuncto. Bar.

Si fundus duobus, [k] alij vſusfructus legatus ſit: non trientes in vſufructu, [l] ſed ſemiſſes cõſtituuntur. [m] idemq; eſt ex contrario, ſi duo ſint [n] fructuarij, & alij proprietas legata ſit: etenim [*] inter eos tantum [o] accreſcendi ius eſt.

Quod poſtea apparet indebitè ſolutum, repetitur. Bar.

Scæuola libro j. reſponſorum. XXVII.

VXori [†] maritus per fideicommiſſum vſumfructum, & alia, & dotem prælegauit: hæredes vſumfructum ei conceſſerunt: poſt biennium illicitum matrimonium fuiſſe pronunciatum eſt. Quæſitũ eſt, an id, quod præterito tempore poſſedit: ab ea repeti poſsit? Reſpondi, id, quod fructus nomine percepiſſet repeti poſſe. [p]

Vſufructuarius tenetur ad ſoluendam collectam, & alias præſtationes. Bar.

Paulus libro xiij reſponſorum. XXVIII.

a Cum medio. Scilicet ante quã poſſit extingui vſuſfruct. qui non eſt à proprietate ſeparatus.
b Ceſſerit. Quia cum in diem certũ relinquitur, cedit à morte teſtatoris: vt ſ. dicit.
c Extinctus ſit. Aliquam enim ſeparationẽ habebat à ꝓprietate iam, quia erat debita legatario, ſed nõ erat plena ſeparatio: qa dominium erat apud hæredem.
d Cum poſt. Id eſt quãdo. & dic cedit, vt ſit debitum: vt ſ. de verb. ſign. l. cedere. Itẽ ut fiat tranſmiſſio: vt C. de cadu. tol. §. cũ igitur.
e Sed vſusfructus. Scilicet formalis. ſed cauſalẽ habet.
f Non poteſt. Ratione mera, ſed de æquitate ſecus: vt ſ. dicit. Et nota ꝙ nõ perit quod non eſt: vt hic, & ſ. de cõdi. & demonſt. l. Titio vſusfructus. Et no. pro, & cõtra ſ. vſuf. quemad. ca. l. 3. §. 2.
g Incipit vſusfructus. Scilicet ſtricto iure: vel dic ſi hoc voluit teſtator: vt hic. & ſ. de verbo. obligat. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis. & l. ſi ita ſtipulat'. §. Chryſogonus. in fi. Acc.
h Senſit. Id eſt, ſenſiſſe videtur: vt ſ. de vſufr. l. ſi Titio. in prin. & l. qui vſumfru. §. 1. niſi euontrarium liqueat eũ voluiſſe: vt ſ. de verb. obli. l. ſtipulatio. & d. §. Chryſogonus. Accur.
i Cœpiſſet. Sicut enim tunc res, ſic nunc ſpes perijt. & facit ſ. de condit. & demon. l. j. §. 1.

VXori maritus. CASVS. Legaui uxori meæ dotem ſuam, quæ fuit e. & duas meas domos pone, & vſumfructũ aliorũ meorum bonorũ: & deceſſi: poſtea hæredes mei conceſſerunt ei vſumfructũ bonorum meorũ: & dederunt ei domos ꝓdictas, & dotẽ: poſtea cogitauerũt hæredes, quod matrimonium, quod fuit inter me, & eam, fuit illicitũ, puta quia ego erã præfectus cohortis, vel equitũ. vnde dixerunt inter ſe, ꝓbemus hoc coram iudice. ſ. ꝙ ipſa contraxit illicitum matrimoniũ ſcienter, & faciam' hoc ꝓnunciari, & non hẽbit amplius vſũfru. bonorũ, & illũ quem pcepit ab ea repetamus. & ita fecerunt. nunquid poterunt repetere vſumfructum quem percepit mulier? & dr̃ ꝙ ſic. Viuia.

[*] P. Fl. &

[†] Facit ad caſum huius l. quæſtio. quã ponis glo. in e. plerũque. ſuper verb. valebit. in pri. extra de do. inter uir. & vxorem.

k Duobus. Scilicet ſimul: ſi autem ſeparatim verbis fierent trientes: vt arg. ſ. de vſufru. accreſc. l. ſi tibi. & intelligitur plena proprietas: vt ſ. eod. l. ſi alij.
l Vſufructu. Separatim.
m Conſtituuntur. Scilicet vt vnum ſemiſſem habeat legatarij fundi, alium ille cui legatus eſt vſusfructus.
n Duo ſint. Siue re coniuncti, ſiue ſeparati, ſecundum Ro. tu dic coniuncti: vt habeat locum ꝙ ſubijcit, aliàs

p Repeti poſſe. Si habes repeti poſſe, cõcor. ſ. eo. l. q. a. & ſ. titu. 1. l. liberto. §. Lucius. Sed contra ſ. de ritu nupt. l. præfectus. vbi valet relictum illicitæ coniugi à præfecto. Sed ibi ipſa fuit ignorans illicitum: hic vterque ſciuerat, vel ſaltem vxor. Aliàs eſt non poſſe: & tunc dicas eam ignoraſſe: vt ibi plenè no. Et eodẽ modo reſpon. ad illam ſ. de iis qui. vt indi. l. 2. §. 1. & facit C. de

G. de ince. nup. l. q cõtra. & j. vnde vir & vxor. l. j. §. l.

QVæro. CASVS. Legaui Titio vsumfru. fundi mei Titiani, & decessi: & postea hrs meus concessit ei vsumfr. postea fuit imposita collecta per ciuitatem. quæritur quis debeat collectam soluere pro dicto fundo: & tñ. qđ vsufructuarius sicut tenetur soluere vectigalia, id est tributa ordinaria pro dicto fundo: statuerant enim principes, qđ pro qualibet iuratura terræ soluant omni anno tres solidi pone: & istud erat ordinariũ tributũ: & postea per tpa imponebãt collectas, qñ volebãt: & illę erãt indictiones tẽporariæ. Vin.

QVæro, si vsusfructus fundi legatus est, & eidem fundo indictiones [a] temporariæ indictæ sint, quid iuris sit. Paulus respondit, idem iuris esse & in ijs speciebus, quæ postea [b] indicũtur, [c] quod in vectigalibus [d] deprehendendis responsum est: ideoq; hoc onus ad fructuariũ pertinere. [e]

Vsufructu legato, & per fideicommissum relicto inspicitur potius persona fideicommissarii, quam legatarii. Bart.

Caius lib. i. fideicommissorum XXIX.

SI quis vsumfructum legatum sibi alij restituere rogatus [f] sit, eũq; in fundũ induxerit fruẽdi causa, licet iure ciuili morte, & capitis deminutione ex persona legatarij pereat vsusfructus, q [g] huic ipso iure acq̃situs [h] est: tamen prætor iurisdictione sua id agere dẽt, vt idem seruetur, quod futurũ esset, si ei, cui ex fideicommisso restitutus esset, legati iure acquisitus fuisset.

Conditione, sub qua legatum diuiduum debet resolui, impleta pro parte, legatum pro parte resoluitur.

Lab. lib. ij. ex posterioribus Labeo XXX.

CVi [i] vsusfructus legatus esset, donec ei totius dotis satisfieret: [k] cùm hæres [l] ei pro sua parte satisdedisset, quanuis reliqui satis non darẽt: tamẽ pro ea parte vsumfructum fundi [*] desinere habere mulierẽ, Labeo ait. [m] Idem fieri, & si per mulierem mora fieret, quò minus satis acciperet. Colono suo dominus vsumfructum fundi, quem is colebat, legauerat. aget [n] colonus cum hęrede, ita vt iudex cogat hrdem ex locationis actione cum liberare.

Diuisio facta cum proprietario non praeiudicat fructuario. Bartolus.

Labeo libro ij. posteriorum à Iaboleno epitomato. XXXI.

IS, qui fundum tecum communem habebat

a Indictiones. Id est onus impositũ tpe ienilitatis: & sic tẽporariæ. Acc.

b Postea. No. post: ex secus si ante: vt s̃. de lega. i. l. idem Iulianus. §. hæres.

c Indicuntur. Aliàs inducantur.

d In vectigalibus. Scilicet perpetuis: vt differat à præcedenti: & dic pro tpe futuro: vt mõ dixi.

e Pertinere. Sicut & lucrum: ut s̃. de vsufru. l. 6. & l. item si fundi. Item alia ratione. qa fructuũ sunt onera, qđ patet: qa plus, vel minus ẽm quantitatẽ fructuũ percipitur: vt C. de cẽs. l. oẽ & j. de vino tri. l. j. & 2. & j. de cen sib. l. forma. & C. đ alln. & pal. l. 2. Itẽ cõtra s̃. de leg. 3. l. q cõcubinã. §. qui ortos. Sol. ibi. Itẽ est cõtra in eo. tit. l. pen. §. fin. Sol. ibi, & vt ait R. I illis ll. anterioris tpis expensam fecit hrs, quia eũ rẽ debeat dare, sic dẽt facere, vt eã dare possit: at q̃ fit postea, iã liberato hrde, desijt: & ,p non diminuẽdo sui legati cõmodo facit legatarius. Itẽ s̃. de vsufr. l. hactenus. & l. pen. & s̃. de impen. in re. do. l. neque. & j. eod. l. generali. §. fin.

SI qs. CASVS. Legaui Titio vsumfr. fundi mei Seiani: & rogaui eũ, vt dictum vsumfr. restitueret Seio: & postea decessi: hrs meus induxit dictũ Titiũ in dictũ fundũ causa fruẽdi: & Titius induxit in dictũ fundum causa fruẽdi dictũ Seium, cui vsum'f. restituere fuit rogatus: & postea decessit dictus Titius, q erat primus legatarius vsusfr. nunqd remanet dictus vsusfr. Seio? Et vr q non: qa iure ciuili morte, & capitis diminutione dicti Titij ex psona eius perit vsusf. qa & ipso iure acquisitus est. Et tñ respõ. q nõ est verũ: qa ptor ex iurisdictione sua id agere dẽt, vt eidẽ seruet in hoc casu, qđ seruaret si dicto Seio ab initio esset acquisitus vsusfr. iure legati, secundum aũt q nõ periret vsusfru. in persona Seij: ex quo ipse Seius non esset mortuus, vel capite minutus: & in isto casu non erat mortuus, vel capite minutus Seius: ergo in eius persona nõ debet perire vsusfr. licet mortuus sit, vt dictũ est Titius, cui primo legaui vsumfr. & qui tenebatur eũ dicto Seio restituere. Viuia.

f Rogatus. Per fideicommissum.

g Qui. Alias quid.

h Acquisitus. Scilicet ab initio: nõ tñ per oĩa: vt s̃. de leg. 2. l. si quis Titio. in prin. & facit s̃. qb. mod. vsusfru. amit. l. j. in prin. & l. si legatum. & l. antepe. & s̃. si vsusfru. pet. l. qui vsumfructũ. Item facit j. de nouatio. l. si vsusfructus. Accur.

CVi vsusfructus. CASVS. Instituĩ mihi tres hæredes pone, & legaui dotem suã vxori meæ. Itẽ legaui vxori meæ vsumfr. oĩum bonorũ meorũ, donec eis satisfieret per hæredes meos noĩe totius dictæ suæ dotis, & postea decessi. & post ea vnus de dictis meis hrdibus satisdedit pro sua parte dictæ meæ vxori đ reddenda dote pdicta ei. & alij hrdes non satisdederunt: nũquid pro ea parte, qua ei satisdatũ est, desinit hrẽ vsumfr. bonorũ? Et dr q sic: & si aliquis hrdum nõ satisdedit, eo qa ipsa noluit idẽ est, scilicet, vt pro ea parte, qua noluit satis accipere finiat vsusfruct. Colono. Titius nũmis colebat fundum meum Seianum: legaui ei in testamento meo vsumfr. dicti mei fundi: & postea decessi. certè potest agere dictus colonus cum hærede meo, vt liberet eum ab actione locati. Viuia.

i Cui. Scilicet vxori.

k Satisfieret. Id est satisdaretur, q̃ satisdatio valet: vt s̃. sol. mat. l. si constante. §. quoties. non autẽ valet constãte matrimonio: vt C. ne fideiuss. vel man. do. dent. l. j.

l Hæres. Vnus de pluribus.

m Labeo ait. De æquitate, secus de rigore, vt in contrariu s̃. fam. erc. l. inter cohæredes. §. vsufr. leg. Sol. vt ibi. Itẽ facit j. de cõdi. & demon. l. tales. §. 1. & 2. & l. si quis legata. §. 1. & l. cui fundus. & s̃. tit. 2. l. Seio. l prin.

n Aget. Actione ex testõ: & idẽ est si damnauerit hæredem liberare conductorẽ: vt s̃. loc. l. si in l. §. si. & j. de lib. le. l. Cassius. sed actione ex conducto consequitur vtrunque: vt neque mercedem præstet, & impensam, quam in culturam fecerat, recipiat: vt s̃. de vsufr. l. quoties. §. si colono. Accursius.

IS, qui fundum. CASVS. Ego habens fundum cõem cum

* Fundi, non est in P. Flor.

usumfructum fundi [a] uxori legauerat. post mortem eius tecum hæres arbitrum communi diuidundo petierat. Celsus ait, Trebatium respondisse, si arbiter cæteris regionibus fundum diuisisset: eius partis, quæ tibi obtigisset, usumfructum mulieri nulla ex parte deberi: sed eius, quæ [*] hæredi obtigisset, totius usumfructum eam habiturã. Ego hoc falsum puto: nam cum ante arbitrium communi diuidũdo coniunctus pro indiuiso ex parte dimidia totius fundi ususfructus mulieris fuisset, non potuisse arbitrum inter alios iudicando alterius ius mutare: quod & receptum est. [b]

Verba adulatoria ad honoratum directa, non inducunt dispositionem. Bar.

Scæuola libro IV. Digestorum. XXXII.

Generali capite præposito, quidam in testamento suo ita adiecit: Felici, quẽ liberũ esse iussi, usumfructum fundi Vestigiani lego. cuius proprietatẽ peto te [*] Felicem [c] consecututum, si non contenderis cum hærede meo, sed potius concordaueris: sed & tu hæres omnia fac, ut amici sitis; hoc enim uobis expedit. [d] Quæsitũ est, an uiuente hærede exigere possit Felix fundi proprietatem? Respondi, nihil proponi, [e] cur Felici proprietas fundi legata uideretur.

Verba à testatore prolata debent intelligi, ut aliquid operentur, ne alias dispositio reddatur inutilis. Bar.

Filios ex Seio, & filiam ex alio marito hæredes instituit [f] æquis portionibus: & matri [g] ita legauerat: Aeliæ Dorcadi matri meæ dari uolo, quoad uiuet, usumfructum bonorum meorum, [h] ita ut post obitum eius ad liberos meos aut ad eum, qui ex his uiuet, [i] pertineat. filij post aditam hæreditatẽ decesserant. Quæsitum est, mortua matre, superstite filia testatricis: usufructus utrum ad solam filiam, an uerò pro portione hæreditatis pertineret? Respondi ad eos redire, apud quos proprietas esset. [k] Clau

---

cum Titio, in testamento meo vsumfru. dicti fundi legaui vxori meæ instituto mihi hẽ de Seio pone, & postea decessi. postea Seius hæres meus intentauit iudicium cõi diuidundo cum Titio prædicto meo socio, & iudex diuisit fundũ per mediu inter eos. modo quæritur an vxor mea debeat habere vsũfr. pro ea parte q̃ obuenit dicto Titio socio, nedum ex parte, quæ obuenit hæredi meo ? & dĩ q̃ sic & dictus hæres meus tenet ei integrũ præstare: q̃a ante dictum iudicẽ totus vsusfruct. p indiuiso ex parte dimidia cõiunctus mulieris fuit: & dictus iudex iudicãdo inter hẽdem meũ, & Titium socium nõ potuit mutare ius vxoris. Trebatius autẽ dixit eius partis fundi q̃ Titio socio obtigit. vsumfr. mulieri non deberi ab hẽde mariti, vel a dicto socio: sed dixit eam habituram vsumf. eius partis tm̃, q̃ hẽdi meo obtigit in partẽ, sed ipse male dixit. Viui.

[a] Fundi. Pro parte sua.

[b] Receptũ est. Cõmunit & regulari iure. ad qđ est. ff. qb. mod. pign. vel hyp. sol. l. si consensit. §. fi. & qui po. in pig. ha. l. 3. §. fina. & C. commu. diuid. l. 3.

[*] P. Fl. qđ

Generali. CASVS. In principio testamẽti mei talem generalitatẽ posui: oĩa quæ legauero, dari uolo, & postea ita dixi, Felici, quẽ liberum esse iussi vsumfru. fundi mei Vestigiani lego. & postea ita in secũda psona sui locutus dicto Felici: proprietatem dicti fundi puto te Felicem consecututum, si non contenderis cum hærede meo, sed potius concordaueris: & postea ita sui locutus hæredi meo: sed & tu hæres omnia facito, vt amici sitis: hoc enim vobis expedit: & postea decessi ego testator: quæritur an viuente hærede meo possit dictus Felix exigere ab eo proprietatem fundi: & respond. quod non videtur legata proprietas fundi. Viuia.

[*] In P. F. non est, Felicem.

[c] Te Felicem. De tertia persona transit ad secundam: & ex his verbis oritur dubitatio, sed secundum Rom. sunt verba adulationis. Accur.

[d] Expedit. Per hoc etiam apparet consilium esse, &c.

[e] Nihil proponi. Imò vr̃ quod sic: ut ff. de leg. 1. l. etiã hoc modo. & l. & eo modo. sed hic dirigit sermonem ad honoratum, & sic sunt blanditiæ: ibi ad hæredem: & sic probabilis fiducia non debet ipsum fallere: vt & supra de leg. 2. l. vnum ex familia. §. fin. Accur.

Filios ex Seio. CASVS. Titia habebat filium Titium ex Seio, & filiam Semproniam ex alio marito: & habebat matrem, quæ vocabatur Aelia Dorcas: fecit ita testam, & instituit sibi hæredes dictum Titiũ, & Sempro. filios suos ex æquis partibus, & dictæ suæ matri ita legauit: Aeliæ Dorcadi matri meæ dari volo, donec viuet vsumfr. bonorum meorũ: ita vt post obitum eius ad liberos meos, aut ad eũ qui ex his viuet, ptineat: & postea decessit dicta Titia testatrix, & dicti filij adiuerunt hæreditatem suam: & postea decesserũt filij, id est, decessit filius & postea decessit Aelia Dorcas mater testatricis superstite dicta Sempronia filia testatricis: modo quærit vtrũ dictus vsusfruc. qui extinctus est morte matris testatricis ptineat ad solã filiã testatricis, id est, ad Semproniã, an vero ptineat p dimidia ad dictam Semproniam, quæ hẽt dimidiam pprietatis oĩum bonorum testatricis. pro alia vero dimidia pertineat ad hẽdes dicti Titij filij testatricis, q hẽt aliã dimidiã, pprietatis bonorũ: & dixerũt qdã qđ sic: sed Claudius dixit, & meli', qđ sola filia hẽbit totum vsumfr. licet hẽdes filij habeant medietatẽ proprietatis bonorũ: quia quãuis filius, & filia fuerint pro æqs partib. instituti: tamen non credit dictus Claudius ipsum usumfru. datum per testatricem inter filium, & filiã post mortẽ auiæ dicti filij, & filiæ iuxta portionẽ hæreditariarũ, sed tm̃ sm numerũ superstitum liberorum post mortẽ dictæ auiæ: filia aũt sola erat superstes tempore mortis auiæ: ergo ipsa sola debet habere usumfru. & istud assumit Claudius ex uerbis testatricis, prædictis ibi, aut adeũ, q ex his uiuet &c. Viu.

[f] Instituit. Scilicet mater.

[g] Et matri. Suæ scilicet testatricis.

[h] Bonorum meorum. Scilicet omnium: nisi excedat dodrantem: ut supra de usufru. leg. l. omnium, licet sit argum. contra ff. eod. l. uxori meæ.

[i] Ex his uiuet. Hinc oritur quæstio.

[k] Proprietas esset. Hæc resp onsio est uera cõsiderata sola

sola natura vsusfructus.

a Claudius. Scilicet corrigens prædictam sententiam, & inspiciens ipsam substitutionẽ factam in vsufructu.
b Inter ipsos. Filios, & filiorum hr̄des: sed tm̄ ſm̃ numerum liberorum superstitum, & hoc ex illis verbis, scilicet, ita ut post obitum eius &c.
c Eo magis. Nõ credit hoc Claudius.
d Scripti. Vnde iã facta substitutio in vsufructu superflua foret: si æqualiter, id est, consolidatio nia modo ad hæredem filium, & cæterorum filiorũ hæredes vsusfructus perueniret. Accursius.

vxor non amplius habeat ex vsufruct. quam annuos 500. in xxv. annis? Et certè sic. satis enim aperte hoc declarat dicta vltima verba testamenti. Viuianus.
e Omnium rerum. Hic oritur prima quæstio.
f Salinarum. Hic oritur alia quæstio.

dius a nõ credidit ipsum vsumfructum in vicem portionum hæreditariarum post mortẽ auiæ inter ipsos b datum: eo magis c quòd æquis partibus hr̄des scripti d erant.

Legatum generaliter, merces & venalia non comprehendit, & per consequens per speciale generale restringitur. Bartolus.

Vxori vsumfructũ domuum, & omnium rerum, e quæ in his domibus erant, excepto argento, legauerat: item vsumfructum fundorum, & salinarum. f Quæsitum est, an lanæ cuiusque coloris mercis causa g paratæ, item purpuræ, quæ in domibus erant, vsusfructus ei deberetur? Respondi: excepto argento, & ijs, quæ mercis causa comparata sunt, cæterorum omnium vsumfructum habere legatariam. Idem quæsijt, cum in salinis, quarum vsusfructus legatus esset, salis inuentus sit non minimus modus: an ad vxorem ex causa fideicõmissi vsusfructus pertineat? Respondi, de ijs legandis, quæ venalia h ibi essent, non sensisse testatorem. Idem quæsijt, cùm eodem testamento ita cauerit: A te peto vxor, vti ex vsufructu, quem tibi præstari volo * in annum vigesimum quintum, cõtenta sis annuis quadringentis: quod amplius fuerit, i rationibus hæredis, hęredumve meorum inferatur. an recessum uideatur à superiori capite, ideoque vxor non amplius habeat ex vsufructu, q̃ annuos quadringentos? Respondi: satis id, quod quęrereẽ, apertè verba quæ proponerentur, declarare. k

Ad expensas factas pro fructibus colligendis, fructuarius tenetur pro rata. Bar.

Lucius Titius l testamento suo Publio Mæuio fundum Tusculanũ reliquit: eiusq; fidei commisit, vt eiusdem fundi partem dimidiam vsusfructus Titiæ præstaret. Publius Mæuius villam uetustate corruptam, colligendis, * & conseruandis fructibus necessariã ædificauit. Quęro an sumptus partem pro portione vsusfructus Titia adgnoscere debeat? Respondi: si prius, quam vsumfructum præstaret, necessariò ædificauit: nõ alias cogendum restituere, quã si * eius sumptus ratio habeatur. m

Vxori. CASVS. Titius habens multas domos, & in his domib' multas res, & etiam argẽtum, & etiam lanam cuiuscunque coloris, & purpuras paratã, & paratas ci merces, & etiam habẽs multos fundos, & multas salinas, in quibus erat non minimus modus salis: fecit testamentũ, & instituit sibi hæredem Seium, & vxori suæ Caiæ legauit vsumfr. dictarũ domuum, & omnium prædictarum rerũ, quæ i his domibus erant excepto argẽto, & vsusfr. dictorũ fundorũ, & salinarum, & postea ita dixit in eodẽ testã, à te peto uxor, uti ex vsusfructu quem tibi præstari volo i annum vigesimum quintum, contenta sis annuis quadringentis: & quod amplius fuerit, rationibus hr̄dum meorũ inferatur: & postea decessit dictus Titius testator. modo quærit hic de trib'. Primũ est, an dictæ lanæ, & purpuræ mercis causa in domibus paratæ vsusfructus debeatur vxori, & etiam dicti argenti? Et dicitur q non, sed bene debetur ei vsusfructus omnium aliarum quæ erant in dictis domibus. Secundum est, an dictus magnus modus salis, qui inuentus est in salinis post mortẽ testatoris, pertineat ad dictã vxorem? Et dr̄ quod non, quia testator non sensit de ijs legandis, quæ essent venalia. magnus aũt modus salis in salinis inuentus hoc erat venalia: sed vr̄ sensisse de tãto sale legãdo, quantũ sui causa parasset. Tertiũ est, an pp predicta vltima verba testamẽti ibi, à te peto vxor &c. videatur recessum à superiori capite testamenti, & sic

g Mercis causa. Si habes nõ, bene. vel si deest, non idem: quia tñ sio sic certa est, vt venalia non veniant in legato, vel quæ ad tempus ibi sunt, vt hic, & j. proxi. rñ. & ĩ. de lega. 2. l. Caius. & ĩ. de leg. 1. l. vxorẽ. §. legauerat. & l. si fundum. & l. si quæsitum. & l. si chorus. §. 1. & l. si ita. & l. prædijs. p totã l. & l. du quęrit. §. lana. & j. de aur. & arg. lega. l. si vxori. §. 1. & j. de fun. instr. & instru. leg. l. p̃dia. §. 1. & 2. Accorsius.
h Venalia. Scilicet mercis loco: vt ĩ. proxi. respon. cum suis concordan.
i Amplius fuerit. id est si ampli' collegit ex fructibus, q̃ sint xl. aurei, rationibus hæredum inferatur. Accur.
k Declarare. Et sic videtur recessum à capite priori. Accu.

Lucius Titius. CASVS. In testamento suo reliquit fundum suum Tusculanũ Publio Męuio, & commisit fidei Publij Męuij, vt partem dimidiã vsusfru. eiusdẽ fundi præstaret Titiæ. & postea decessit dictus Lucius Titius testator, & hr̄s suus dedit Publio Męuio legatario dictũ fundum. accidit ita postea, quod quædam villa, siue domuncula, quę erat in dicto fundo causa cogendorũ, siue colligendorum, & conseruãdorum fructuũ corrupta fuit propter vetustatem, & dictus Publius Mæuius necessario eam reædificauit: petit modo dicta Titia medietatem vsusfru. dicti fundi, sicut testator ei reliquit à Publio Mæuio legatario prędicto: dicit Publius Mæuius, ego volo detrahere de vsufruct. quem petis, medietatem expensarum, quas feci in dicta domuncula: quæritur quid iuris sit? Et respon. quod bene potest detrahere.

l Lucius Titius. De verbo ad verbum ĩ. de vsufruct. l. Titius Mænio.
m Ratio habeat. Pro rata vsusf. sed si postea expendat,

* In P. Fl. in annum decimum quintum.
* P. Fl. cogendis.
* Si, non est i P. Fl.

dat, vel prius, sed oblitus: non retinuit: agit nego. gest. vt s. de vsufruct. l. si absente. sed hic exceptione doli, & officio iudicis consulitur. Accur.

Duas filias. CASVS. Titius habebat vnum filium mente captum, qui vocabatur Iulius Iustus: & duas filias: quarum vna vocabatur Titia pone, & alia Publia Clementiana. fecit testamentum hic Titius, & instituit sibi heredes dictas suas duas filias in tribus partibus hereditatis suæ, & filium suum prædictum in quarta: & Publiæ Clementianæ prædictæ in hæc verba legauit, vsumfru. dictæ portionis dicto filio datæ: hoc amplius Publia Clementiana percipiat sibi vsumfr. quartæ partis hæreditatis meæ ex qua Iulium Iustum filium meum hæredem institui: petoque a te Publia Clementiana ut fratrem tuum Iulium Iustum tuearis: & alas, & depēdas pro eo illud, quod hēs, vel habebis necesse dependere nomine collectarum forte: pro quo, id est, pro quibus omnibus, vt facias, tibi reliqui vsumfr. portionis eius, donec mentis compos fiat, & conualescat: & postea decessit dictus Titius testator, & post eos dictus filius testatoris decessit perseuerans in eodē furore vsque ad diem mortis suæ: modo quæritur, vtrum dictus vsusfructus filiæ relictus in parte fratris finiatur per mortem fratris prædicti? Et dicitur q non: nisi probetur per hæredem filij testatorem velle finiri per mortem filij: credo autem quòd hoc probat hæres filij eoipso, q contrarium non probatur. Viuianus.

[a] In P. F. filij, sed hic recti' meo iudicio.

[b] In P. F. nō est, usum fructum: sed puto omissum p incuriam librarij.

Finita causa finali in legato; extinguitur legatum: secus si aliud constat de mente testatoris. Bartolus.

Duas filias, & filium [a] mente captum hæredes scripsit: filiæ portionis mente capto datæ, vsumfructum legauit [b] in hęc verba: Hoc amplius Publia Clementiana præcipiet sibi vsumfructum quartæ partis hæreditatis meæ, ex qua Iuliū Iustum filium meum hęredem institui: petoq; à te Publia Clementiana, uti [c] fratrem tuum Iuliū Iustum alas, tuearis, dependasq; pro eo, pro quo tibi vsumfructū eius portionis reliqui, donec mentis compos fiat, & conualescat. Quæsitum est, cùm filius in eodem furore in diem suæ mortis perseuerans decesserit, an vsusfructus intercideris? Respondi, verbis, quæ proponerentur, perseuerare legatum: nisi manifestissimè [d] probetur, aliud testatorem sensisse.

[a] Et filium. In quartam instituit: vt j. dicit. Accur.

[b] Legauit. Id est prælegauit. Accur.

[c] Vti. Prout.

[d] Manifestissimè. Quod fortè non difficulter probabit, si legandi causam diligenter inspicias: vt s. tit. 1. l. liberto. §. filium. Ro. probat ergo secundum H. eoipso quod contrarium non probatur. Item facit C. de vsufru. l. ambiguitatem.

Hæredis instituti. CASVS. Seia habens filiū exhæredauit eum: & Seium instituit sibi hæredem, & cōmisit fidei dicti Seij, vt præstaret dicto filio annua x. aut talia prædia emeret, & eidem filio assignaret. ex quib. filius possit percipere annuatim x. & postea decessit dicta Seia, & Seius hæres suus tradidit filio tales fundos, quales ipsa præceperat: & filius locauit eos postea Caio, & Sempronio: pendente locatione decessit dictus filius: modo quæritur, vtrum reliqua colonorū prædictorum pertineant ad hæredem filij, an vero ad hæredem Seiæ testatricis? Et respon. q non pertineng ad hæredem Seiæ. Viuia.

Vsusfructus surrogatus in locum annui legati debet sequi naturam ipsius h. d. secundum Dy. Barto.

Hæredis instituti fidei commisit, [e] filio suo annua decem præstare, aut ea prædia emere, & adsignare, vt vsumfructum haberet [f] redditū [*] efficientia annua decē. filius fundos tibi ab hærede secundū matris voluntatem traditos locauit, & quæsitū est eo defuncto, reliqua colonorū vtrum ne ad hæredem filij fructuarij, an verò ad hǣrdē Seiæ testatricis pertineāt? Rn̄di, nihil proponi, cur ad hǣrdē Seiæ pertineāt. [g]

[*] P. Flor. reditum.

[e] Fideicommisit. Seia testatrix, si non habes in textu: Accursius.

[f] Haberet. Prædia dico efficiētia redditum &c. Acc.

[g] Pertineāt. Dicta reliqua. & potest dici q hic filius habuit vsumfru. & secundū hoc dic reliqua, i. fructus percepti, aut pensiones q iam cucurrerūt: pēdentes autem suo iure perciperet, & nullam pēsionem pro eis exiget a colonis, qui cum eis non cōtraxit: vt s. tit. 1. l. singulos. in fi. & s. si vsuf. pe. l. uti frui. §. si post litem: & s. vsufr. l. defuncta. & s. qui mo. vsusfrue. amit. l. si vsufructuarius. & secundum hoc nihil est cōtra. Pōt dici & aliter, q pro toto anno quo decessit habeat, licet in primo mense anni decessit filius. & sic est contra s. de vsufruct. l. si operas. & l. adhuc. §. si operas. vel dicas secundum R. q fuit annuū legatū. cuius legati dies cessit in initio cuiuslibet anni. & debet in solidum annuū, licet decesserit anno nō cōpleto: vt s. tit. 1. l. in singulos. & l. à vobis. & q hic dicit vsumfru. haberet, id est fructus, vel reddit. at in contrarijs est usufr. vel etiam si est hic vsufru. potest dici q habeat integrum annum secundum distinctionem quam not. s. de vsufr. l. adhuc. §. si operas. in fi. & s. tit. 1. l. a vobis.

Cui relinquitur vsusfructus partis bonorum. potest hæres soluere æstimationem, vel non: & omnis tributorum pertinet ad legatarium vsusfructus. Bar. 10.

Vsumfructum tertiæ partis bonorum suorum vni ex hæredibus lega-

Vsumfructum. CASVS. Titius instituit sibi hæredes Seium, & Caium: & eidem Seio prælegauit vsumfru. tertiæ partis bonorū suorum, & postea decessit dictus Titius: & postea Seius, & Caius hǣdes acceperunt iudicē pro diuidenda hǣditate: & iudex res quasdā hęreditarias, quæ diuisionē cōmodè recipere nō poterāt adiudicabit totas Seio hǣdi, cui datū fuit prælegatum vsusfr. & eū condēnauit in æstimationē dictarū rerū Caio hæredi meo. petit dictus Seius a Caio cohærede suo tertiā partē dictæ pecuniæ effectæ pp æstimationem dictarū rerū, vt sic in ea tertia habeat vsumfructum sicut pro tertia habebat in oībus alijs rebus, quę fuerunt testatoris. Caius autē cohǣs nō vult ei pstare, imò vult ei dare tm̄ vsumfructū, quantū posset exigere de tertia parte rerū prædictarū adiudicatarū dicto Seio per iudiciū fam. erci. Quærit quid iuris sit? Et dr̄ q electio est dicti Caij cohæredis, qđ prædictorū præter. de alia autē pecunia, quæ est in hęreditate nō est dubium quin Seius debeat habere apud se tertiā, vt inde habeat vsumfru. detractis tm̄ prius tributis de vniuersa pecunia hæreditaria: quę tabatur deberi, & reddi ne-

di necesse est pro prædijs hæreditarijs, & pro rebus se mouentibus. Viuia.

a Legauerat, id est prælegauerat.

b An pecuniæ. Scilicet tertia, quæ tertia pecunia effecta est, id est, effici vel redigi potest rebus diuisis. debēt etenim fieri tres partes de tota hæreditate: & æstimatio tertiæ debet dari.

c Rerum. Cōmodam diuisionem recipientium, cæterū partim legatarij, & partim iudicis arbitrio cōmittitur: vt ī. de leg. 1. l. nō amplius. §. fin. & l. seq.

d Aestimationis. in pecunia, aut etiā in certa re pro omnibus, si hoc voluit hæres: vt ī. de lega. 1. l. pōt. & l. pen. & sic no. ꝙ hic liberatur soluendo æstimationē etiā eius, quod legatum est. sic ī. de legat. 1. l. si domus. §. qui cōsitetur. & §. seq. & ī. de aur. & arg. leg. l. j. §. fi. & l. cū certū.

e Item quæsitum. continua præcedentibus, & nō habent quidam §.

f Mouentibus. Scilicet rebus. aliud si pro capite tributū debeatur. Accur.

g Præstandā. Quādoque tributa, quę pro re dant, de fructibus præstantur: vt C. de an. & trib. l. j. & 2. Ro. Et not. ī. eod. l. quæro. æstimabitur ergo quanto minus ualet propter onus tributi. nam fiscus non petet. nisi ab hærede, cui possidet: vt C. sine cen. vel reli. l. oēs. & sic fructuarius soluet tāto minus accipiendo: vt C. de collat. dotis. l. dotis. & ī. e. l. fin.

† Die secus, vbi non esset dare medium, tūc electio esset legatarij, nō hæredis. Sal. in l. 2. §. sed & si qui. C. cōmu. dele.

* P. Fl. si hoc hæres elegerit reddi debeat.

...uerat. a Quæsitum est, an pecuniæ, b quæ ex rebus diuisis secundum æstimationem effecta est tertia, præstanda sit? Respondi, hæredis esse electionem: verum rerum, c an æstimationis d † vsumfructū præstare vellet. Item quæsitum e est, an tributa præter ea, quę vel pro prædijs aut mouentibus f deberi, & reddi necesse est, eximenda sint ex quantitate, vt reliquæ duntaxat pecuniæ, si hoc elegerit hęres? * Respondi, reliquæ pecuniæ tertiam pręstandā. g

Legato generali habitationis, vel vsusfructus non derogatur per legatum proprietatis. Barto.

Idem libro xvij. Digestorum XXXIII.

SEmpronio ea, quæ viuus præstabam, dari volo. is h etiam habitabat in testatoris domo, i quæ vni ex hæredibus prælegata erat. Quæsitū est, an habitatio quoque debeatur? Respondi, nihil proponi, cur nō debeatur. k Ex his l verbis testamenti, Libertis meis, quibus nominatim nihil reliqui, quæ viuus præstabam, dari volo. Quæsitum est, an libertis qui eum patrono suo in diem mortis habitabant, etiam habitatio relicta videatur? Respondi, videri.

Si hæres grauatur aliquid pati, intelligitur grauatus, vt patiatur eo modo, quo patiebatur defunctus. Barto.

Codicillis ita scripsit, m Nigidium, Titium, Dionē libertos meos senes, & infirmos peto, in locis, in quibus nunc agūt, senescere patiamini. n Quæro an ex hoc capite liberti supra scripti ex fideicommisso fructus o locorum, in quibus morantur, recipere debeant: cum alia, quæ eis specialiter legata sunt, sine cōtrouersia consecuti sunt? Respondi, verbis quæ ꝓponerentur, id petitum, vt ad eum modum paterētur hæredes ibi eos esse, ad quem modum ipsa patiebatur. p

Fideicommissum relictū post mortem omnium, ab vltimo decedente videtur esse relictum. h. d. & est not. casus. Barto.

Idem lib. xviij. Digestorum. XXXIIII.

COdicillis fideicommissa in hæc verba dedit: Libertis, libertabusque meis, & quos in

SEmpronio. CASVS. Dña Ioseph tenebat in domo sua Sempronium: fecit testamētum dictus Ioseph, & instituit sibi hæredes Seium, & Caium: & Seio prælegauit dictam domum vbi habitabat Sempronius, & ita postea dixit: Sempro. dari volo ea quæ viuus præstabam. certe debetur Sempronio etiam habitatio. Ex his verbis. Hic §. planus est propter princ. huius l. quia idem dicit. Codicillis. Titia instituit sibi hæredes Seium, & Caium: & tribus suis libertis, s. Nigidio, & Titio, & Dioni, quos tenebat in quibusdam suis prædijs, multa legata reliquit: & postea fecit codicillos, in quibus ita scripsit: Nigidium, & Titium, & Dionem libertos meos senes, & infirmos peto à uobis hæredibus meis, vt patiamini eos senescere i locis, i qbus nunc degunt: postea decessit dicta Titia, & hæredes sui soluerunt sine controuersia ea, quæ specialiter legata fuerunt dictis libertis: modo petunt dicti liberti à dictis hæredibus fructus dictorū prædiorum, in quibus morari solebant viua testatrice: & hoc ꝑ dicta verba quæ dixit testatrix in codicillis: nūqd possunt hoc petere liberti? Et dī ꝙ sic: si testatrix viua existens permittebat eos accipe fructus de dictis fundis, & alias non pōt petere. & h. d. Viuianus.

h Is. Scilicet Sempronius.

i Domo. Forsitan spatiosa. Accur.

k Non debeatur. Scilicet. Sēpronio habitatio, & similiter hǣdi, cui est domus prælegata. ideo quia cōcursus fit Inter eos: sicut solet fieri, cum alij fundus, & alij vsusfructus legat: vt s. co. l. si alij. & cum alij vsus, & alij fructus legatur qn̄ concurrunt in vsu: vt ī. de vsufr. l. si alij. & facit ī. §. e. & §. fi. & ī. titu. 2. l. Seio. §. medico. & §. fin. & quod ibi not.

l Ex his. Facit ī. in prin. huius legis, & ī ti. 2. l. Scio. §. medico. & §. fina.

m Codicillis ita scripsit. Scilicet testatrix, si non est in textu.

n Patiamini. O vos hæredes. Accursius.

o Fructus. Qui forte ex parte domus poterāt percipi, vel orto, seu alio loco: quo vtebātur cum domo liberti. Accursius.

p Patiebatur. Facit ī. in prin. huius legis. & §. 1. & ī. titu. 2. l. Scio. §. medico. & §. fin. & ī. titu. 2. l. si cui. & l. qui Marco. §. Lucio.

COdicillis. CASVS. Titius fecit codicillos, & in eis ita dixit, Libertis, libertabusque meis, etiam quos in codicillis manumisi, fundum ubi me humari volui, dari volo: ita vt qui ex libertis decesserit, portio eius reliquis accrescat, ita ut ad nouissimum libertum pertineat: post cuius nouissimi decessum ad rempublicam Arelatensium pertinere volo dictum fundū: & postea ita dixit dictus Titius, hoc amplius libertis, libertabusq; meis ꝑdictis habitationes in domo mea Titiana pertinere volo qrādiu viuā: & diætas omnes, quibus vti quisq; libertorū cōsueuit, habitet vnusquisque dictorum libertorum: quam domum supradictam Titia-

Titianam post mortem dictorum libertorum ad dictā rempublicam Arelatensium pertinere volo: & postea decessit dictus Titius: nunc quærit hic de duob. Primū est, vtrū ab hærede Titij, qui fecit dictos codicillos, fideicommissum fundi supradicti datum sit dictæ reipublicæ, an verò a libertis? Et respō. qđ ab illo de libertis vr esse datū reipublicæ fideicommissum, qui ultimo decesserit: 2m est, an defunctis quibusdā ex libertis pdictis, quibus habitatio relicta erat, portiones domuū prædictarū, in quibus habitauerant, ptineāt iam ad dictā rempublicam. Et vr qđ sic: qa testator ita dixit, vt dictū est, quam domum post mortē eorū ad rēp. pertinere volo, & non repetijt in domus legato verba, quæ dixerat I legato fundi. dixerat autem in legato fundi verba, ita vt ad nouissimū libertū ptineat: post cuius nouissimi decessū ad remp. Arelatēsium pertinere volo &c. Resp. tamē hic, qđ donec aliqs dictorum libertorū uiuat nō debet reipu. fideicōmissum domus qa dicta verba I legato primo fundi dicta, vr̄t repetita I legato domus.

Qui Sempronia. Titius habens duas nutrices s. Semproniā, & Mæuiā, & habens Caiū, alūnū, istituit sibi hr̄dem dictā Semproniam in 10. parte hr̄ditatis suæ, & dictam Mæuiā in alia decima: & dictū Caiū alumnū in reliquis partibus: & dedit curatorē dicto alumno Semproniū: quæ datio curatoris non valuit. tum quia alumnus nō erat in sua potestate, tum quia in testamento dedit ei curatorem, putabat tamen testator valere dationem: & dicti Sempronij curatoris fideicommisit, ne pateretur uendi fundum Titianum hæreditarium: sed cū dicta Sempronia, & Mæuia redditu dicti fundi fruerentur: & in eodē testō adiecit oēm voluntatē meā fidei hr̄dum meorum cōmitto. & postea decessit dictus Titius testator. modo quæritur, an quælibet dictarū mulierum possit petere tertiā partē vsusfructus dicti fundi ex fideicommisso. Et vr quod non: quia fideicommissum fuit eis à curatore relictum, qui iure, ut dictum est, non potuit dari alumno. Respon. tamen qđ sic. & fruentur dictæ mulieres dicto fundo simul cum dicto alumno & non cum curatore. Vsus.

In P.F. non est, quisque.

codicillis manumisi,[a] fundum vbi me humari volui, dari volo: vt qui ab his[b] decesserit, portio eius reliquis accrescat, ita vt ad nouissimū pertineat: post cuius nouissimi decessum ad rempublicam Arelatensium pertinere volo. hoc amplius[c] libertis, libertabusq; meis habitationes in domo[d] quandiu viuēt. Sed Pactiæ[e] & Trophimæ diætas omnes, q̄bus uti quisque[f] consueuit, habitet: quam domum post mortē eorum ad rempublicam pertinere uolo: Quæsitum est, reipublicæ fideicommissum vtrum ab hærede, an à libertis datum sit? Respōdi secundū ea quæ proponerentur, posse ita verba accipi, vt eius legatarij, qui nouissimus decederet, fideicommissum videatur. Item quæsitum est, defunctis quibusdam[g] ex libertis, quibus habitatio relicta erat an portiones domuum, in quibus habitauerant, iam ad rempublicam pertineāt? Respondi, quoad aliquis eorum viuat, fideicōmissum reipublicę nō dēri.[h]

Fideicommissum relictum à curatore, quem quis putabat legitimè datum, ab hærede scripto debetur Barto.

Qui Semproniam ex parte decima, & Mæuiā ex parte decima, alumnum ex reliqs partibus instituerat hęredes: curatorem alumno dedit, cū iure facere putaret:[i] & curatoris fidei commisit, ne pateretur fundum uenire: sed cum Sempronia, & Mæuia nutricibus suis frueretur[k] redditu eius: & ima parte[†] testamenti ita adiecit: Omnē voluntatem meam fidei hæredum meorum cōmmitto. Quæsitum est, an tertias partes vsusfructus fundi nutrices ex fideicommisso petere possint, quamuis curator ei[l] receptus[m] sit, quē iure dare nōn potuit alumno? Rn̄di, secundum ea quæ proponerentur, vtiliter fideicommisso voluntatē suam confirmasse. Id igitr̄ cuiq; dedisse, vt & nutrices vnà cum alumno redditu fundi vterentur.[n]

Licet exiuerit cōditio, tamē expectāda ē dies, quæ superest. B.

Idē li.xxij.Dig. XXXV.

a Manumisi. Aliàs manumissuras: & aliàs manumisero, alias manumissum.

b Ab his. Id est ex his, id est primo quàm alij decesserint. & ex hoc oritur prima quæstio. Accur.

c Hoc amplius. Per hęc verba, & in fundo, videtur repetere legatum: vt supra de lega. 3. l. si sic. Accur.

d In domo. Dari volo. Accur.

e Pactiæ. Nomina duorum libertorū, vel libertarum, qb. solam habitationē reliquit.

f Quisque. Aliàs quisque. aliàs deest: & tunc subaudi, q̄sque, scilicet eorum duorum, vel earū, & die consueuit, scilicet testator. vel cō sueui ego testator. Accur.

g Quibusdam. Sic loquitur quasi fuerint plures quam duo. sed dic, id est quodam. Accur.

h Non deberi. Cōditio enim primo legato apposita, scilicet in fundo primo legato, & in habitationis legato repeōta creditur: vt ff. de condit. & demon. l. auia. § prin. & l. illis libertis. & ff. de lega. 3. l. in repetēdis. & supra de condi. instit. l. cum seruus. Item ad legē istā bene est supra de leg. 2. l. Titia Seio. §. Seio. & l. fi. §. filium. Accur.

i Putaret. Cum facere non possit: qa non est in eius potestate: ut Instit. de tut. §. permissum. Item quia curator testamento nō datur etiam ab eo, qui habet in potestate, vt Instit. de cur. §. dantur. Accursius.

k Frueretur. Aliàs frueretur: scilicet alumnus. alias fruerentur, scilicet alumnus, & curator. Accursius.

l Ei. Scilicet alumno. Accur.

m Receptus. Id est, datus fuerit: scilicet talis, qui non potest dari. vnde nec videbatur ab eo posse relinqui: sed tamen & ab alumno potest relinqui: ut hic, & supra de legat. primo. lege, peto. §. mater. & C. de fideicommis. l. etiam. & supra de legat. 1. l. legata inutiliter. Accur.

n Vterentur. Scilicet pro virilibus partibus: vt supra de legatis primo l legata inutiliter. §. fin. & hoc facit enumeratio personarū facta proprijs nominibus expressis: vt infra de statuliber. lege. ita. §. primo, & supra de leg. primo, l. si hæredes. §. fi. & facit ff. de leg. 2. l. Lucius.

† Ima parte. i. quod Sueto. in Iulio cap. 83. dicit ī ima cera. & Cic. in extrema, quæ omnia p vltima parte tabularum, seu testamēti accipiuntur.

r Istud dictum singulariter limita p Bart. in l. in repetēdis. in fi. supra de legat. 3. vbi dicit verum, nisi fi eēt mutata oratio in legato. vide quæ ibi dicit.

l. Lucius. §. Lucius. & ff. de vsufru. accresc. l. si quis Titio. & ff. de legat. 1. l. seruus vni. §. fin.

Vxori vsumfructum. CASVS. Titius legauit vxori suæ vsumfructum cuiusdam suæ villæ vsque ad quinquennium à tempore mortis suæ Titij: & postea ita dixit in eodẽ testamento: Trãsacto quinquennio cum dictus vsusfructus desierit esse dictæ vxoris: tunc eũ fundum, siue villã volo dari Sticho, & Pamphilo, & Eroti, & Damæ libertis meis, & postea decessit dictus Titius: & dicta vxor superuixit ei tantũ biennio pone: & ita decessit ante dictum quinquẽnium. modo quæritur, an statim post mortem vxoris possint liberti petere proprietatem dicti fundi, siue villæ? Et dicitur quod non: imò debent expectare ꝙ quinquennium finiatur. Vlpianus.

a Fundum. Scilicet in quo erat villa: & per consequens villam. Accursius.

b Competat. Petitio.

c Completum. Scilicet demum: sic ff. quando dies leg. ce. l. si dies. & ff. quando di. vsusfru. le. ce. l. j. in fi. & ff. de verbor. obli. l. in illa stipulatione. & l. si Calendis. Sed argu. cõtra ff. ad Velle. l. aliquando. §. fin. & ff. si vsusfruct. pet. l. si fundus.

Vxori vsumfructum villę legauit in qnquennium à die mortis suæ, deinde hæc verba adiecit, Et peracto quinquennio, cum eius vsusfructus esse desierit: tunc eum fundum[a] illi, & illi libertis dari volo. Quæsitum est, cùm vxor intra quinquenniũ decesserit: an libertis ꝓprietatis petitio iam, an verò completo quinquennio competat:[b] quia peracto qnquẽnio testator proprietatem legauerat? Respondi, post completũ[c] quinquennium fundum ad libertos pertinere.

Qui habet ius in re, in dubio videtur legare rem respectu iuris, quod habet, licet morte finiatur. Barto.

Idem libro xxv. Digestor. XXXVI.

Sticho testamento manumisso, fundi vsusfructus erat legatus:[d] & cum is vti frui desijsset, fidei hæredũ testator cõmiserat, vti eum fundum darent Lucio Titio. Sed Stichus[e] testamento suo eiusdem fundi proprietatem nepotibus suis legauit: & hæredes Stichi ex testamento eius, legatarijs nepotibus eum fundum tradiderunt. Quæsitum est, cùm nepotes legatarij[f] ignorauerint cõditionẽ fundi suprà scripti priore testamento datam, & plus, quàm tempore statuto[g] possederint: an eum fundum sibi acquisierint?[h] Respondi secundum ea quæ proponerentur, legatarios sibi acquisisse. Idem quæsijt, si aliquo casu legatarijs auferri[i] possit, an repetitionem ab hæredibus Stichi eius nepotes habere possint?[k] Respondi, supra quidem de acquisitione responsum: verùm si ex alia causa acquisitio cessasset, videri Stichum (si post mortem eorum,[l] quibus ꝓprietas legata esset, testamentum fecisset) po-

ADDITIO. Dic quod ibi sit tantum conditio: hic verò dies est, & cõditio, vnde debet expectari dies: vt l. in illa. ff. de verb. obl. vel dic, quod hic operatur dictio tunc, quæ extremitatem temporis significat: vt l. 4. ff. de condit. & demon. secundum Barto. hic.

Sticho testamento. CASVS. Seius instituit sibi hæredem Caium, & Sempronium, & libertatem directam dedit Sticho seruo suo, & eidem Sticho legauit vsumfructum fundi sui Seiani: & commisit fidei dictorum suorum hæredum vt dictum fundum darent Lucio Titio: cum dictus Stichus vti frui desijsset per mortem, vel capitis diminutionẽ: & postea decessit dictus Seius testator: & dicti sui hæredes tradiderunt causa fruendi dicto Sticho dictum fundũ: & postea Stichus fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Primũ, & Secundum, & duobus suis nepotibus legauit proprietatem dicti fundi, in quo habebat vsumfructum: & postea decessit dictus Stichus: & ita finitus est vsusfructus suus. & postea dicti hæredes Stichi fructuarij dictum fundum tradiderunt ex testamẽto Stichi dictis nepotibus Stichi: & postea dicti nepotes Stichi tenuerunt dictum fundum x. annis, inter præsentes ignorãtes conditionem dicti fundi, quam Seius primus testator dedit eidem fundo: quæ conditio fuit talis, scilicet vt hæredes dicti Seij dictum fundum darent Lucio Titio, cum Stichus prædictus desijsset vti frui: & ita habuerunt bonam fidem dicti nepotes Stichi, & titulum pro legato: nunquid acquisierunt dicti nepotes Titij dictum fundum titulo pro legato? Et dicitur ꝙ sic. Si aũt non habuerunt dictam bonam fidem dicti nepotes Stichi & ita Lucius Titius ꝓdictus auferre eis potuit dictum fundum etiam post decennium prædictũ, & abstulit ponamus: nũquid habẽt repetitionem dicti fundi dicti nepotes Stichi ab hæredibus prædictis Stichi? Et dicitur ꝙ sic, nisi in hoc casu, puta si Stich' fecit dictum suum testamentum eo tempore, quo mortui iã erant illi, id est Lucius Titius, quibus, id est, cui ꝓprietas dicti fundi legata fuit per Seium primum testatorẽ, quo quidem casu videtur legasse Stichus nepotibus suis dictum fundum ea ratione magis, ꝙ proprietatem eius fundi crederet ad se ꝑtinere, quam quod onerare vellet hæredes suos, si ei fundus auferatur ꝑ hæredes dicti Lucij Titij mortui vt dictũ est. Viuia.

d Legatus. Ab eodem qui libertatem reliquit.

e Stichus. Lapsus errore quia nesciebat ius suum morte finiri. idem error est Institu. de vsucap. §. item si is.

f Legatarij. Id est Stichi. Accur.

g Statuto. Scilicet decennio inter præsentes: xx. inter absentes: vt C. de præscript. long. temp. l. fina. & Institu. de vsuca. in princ.

h Acquisierint. Iure quasi dominij per præscript. longi temp. ti. pro legato.

i Auferri possit. Quia nondum præscripserant, vel sciuerant conditionem primi testamenti, & sic fuerunt malæ fidei.

k Possit. Quasi de euictione agentes, vel quasi debeãt redimere, & præstare, vel saltem æstimationem, ut in re aliena legata: vt ff. de leg. 1. l. non dubium. §. 1. Acc.

l Post mortem eorum. Id est eius scilicet Lucij Titij, cui fuerat legatus: sic pluralis[1] sententia pro singulari ponitur: vt C. de ser. reip. ma. l. fin. Item ideo dicit post mortẽ: quia per hoc sibi remansisse credebat: quod non est verum. nam licet deficiat legatum Titij quia pendente die incerto dedit, id est, viuente Sticho: vt ff. de condit. & demon. l. j. §. 1. remanet tamen apud hæredes primi testatoris, vt cætera caduca: vt C. de cadu. toll. §. sin autẽ aliquid. ibi, quod si in medio &c. & isti sunt

1 Pluralis pro singulari, Mando. in Gl. Facul. §. ac etiam in ver. locũ tenentes.

ſunt qui euincent.

a Quod. Aliàs quàm.

b Crederet. Ex cauſa præcedenti, quam ignorabat finitam. & ideo aliàs non legaturus præſumitur, quaſi eum ad legandum ſolus hic error induxerit. R. alioqui

tius, quod a habere ſe crederet, b quã quod onerare hęredes uellet, legaſſe.

Qui legat uſumfructum omnium bonorum ſuorum, intelligitur de mobilibus & immobilibus. Bar.

Idem libro xxxiij. Digeſtorum. XXXVII.

Vxori meæ uſumfructum lego bonorum meorum, uſque dum filia mea annos impleat octodecim. Quæſitum eſt, an prædiorũ tam ruſticorum, quam urbanorum, & mãcipiorum, & ſupellectilis, itemque calendarij uſusfructus ad uxorem pertineat? Reſpondi ſecundum ea, quę proponerentur, omnium pertinere. c

Hæc eſt notabilis lex, & ponit multos caſus: ideo non ſummo eam, & ultima quæſtio poſita in fine, clauis eſt totius legis. Bartolus.

Scæuola a lib. tertio reſponſo. XXXVIII.

Fvndi Trebatiani redditus uxori meę, quo ad uiuet, dari d uolo. Quæro, an poſsit tutor hæredis fundum uẽdere,

ſecus eſſet: puta ſi ſciens pta ſatam cõditionẽ legaſſet, vel alias legaturus eſſet: ſi ſciſſet: vt j. de cõdit. & demon. l. cũ tale. §. falſam, & C. de leg. l. cum alienam. & ſic non ob. cõtraria ſignata: ut ſupra de lega. 1. l. ſi dom'. §. 1. & l. quocunque. §. ſi ex bonis. & de leg. 3. l. qui concubinã. §. ſi hæres. ſed & aliter reſponderi poteſt, vt ibi nota. ſed his obijcitur. qa & hic cõiunctis perſonis legauit, id eſt, nepotibus. & ſic videtur, quod fuiſſet relicturus etiam ſi ſciuiſſet: ut d. l. cum alienam. ſed certe, ut hic dicit R. ſolus error eum induxit ad legandum, quia antea habuerat: & quia legatarius proprietatis deceſſerat. & ideo aliàs non legaturus præſumitur vt dixi. & facit j. de leg. 2. l. unum ex. §. ſi rem. & l. cum pater. §. euictis. & l. fi. §. fin. & j. de aur. & argento lega. l. ornamentorum. & l. Titia. Item C. de legat. l. vxori. & ſupra de lega. primo, l. quod in rerum. §. primo.

a Aliàs, idem.

Vxori meæ. CASVS. Titius inſtituit ſibi hęredem filiam ſuam Seiam impuberem: & poſtea ita dixit, Vxori meæ vſumfr. lego bonorũ meorũ uſq; dũ filia mea Seia annos impleat 18. & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator. modo quæritur, an propter dicta uerba pertineat ad dictam vxorem Titij vſusfructus prædiorum, tam vrbanorum, quàm ruſticorum, & mancipiorum, & ſupellectilium, & calendarij? Et reſpondetur quod ſic. Viu.

c Pertinere. niſi excedat dodrantis æſtimationem: ut ſ. de vſufru. l. omnium. & facit j. de verbor. ſign. l. bonorum. & C de uſufr. l. 1. & j. ad Trebe. l. nam quod. §. ſi. & l ſeq. Sed contra. C. de inoff. teſt. Auth. nouiſſima. Solu. ibi quando ſolam legitimam volunt filij, qui putant debent habere. hic autem omnium propietatem, habent, & ſic compenſatur cum vſufructu: quem non habent: & ſic ad aliquod ſupplementũ nõ poſſunt agere, vel hic corrigitur: vt C. de inoff. teſt. l. ſcimus. § cum autem. ut in contrario no. Ac.

Fvndi. CASVS. Inſtitui mihi hæredẽ filium meũ impuberem, & ei dedi tutorem Titium: & poſtea ita dixi, Fundi mei Trebatiani redditus vxori meæ, do. nec viuet, dari volo, & poſtea deceſſi, modo quęrit hic de quatuor. Primum eſt, an poſſit dictus tutor hæredis dictum fundum vendere, & legatario, id eſt legatariæ prædictæ meæ uxori offerre quantitatẽ annuam, quã ego viuus ex locatione fundi redigere conſueueram?

& legatario e quantitatem offerre annuã, quam uiuus paterfamilias ex locatiõe fundi redigere cõſueuerat? Reſpondi poſſe. f Item quæro, an habitare g impunè prohiberi poſsit? Reſpondi, nõ eſſe obſtrictum hæredem ad habitationem præſtandam. Itẽ quęro, an compellendus ſit hęres reficere prędium? h Reſpondi, ſi hæredis facto i minores redditus facti eẽnt legatarium rectè deſiderare, quod ob eam rem deminutum ſit. Item q̃ro, quò diſtet hoc legatum ab uſufructu? Reſpondi ex iis, quæ ſupra reſponſa eſſent, intelligi differentiam. k

Proprietas reuertenda mortuo legatario ad hæredem tanquàm ipſi relicta ſit, declaratur. Bartolus.

Idem libro vj. reſponſorum. XXXIX.

Filios hæredes inſtituit: uxori ueſtem, mũdum muliebrẽ, lanã, linum, & alias res legauerat, & adiecit: Proprietatem autẽ eorum, quæ

Et reſpon. quod ſic. Secundum eſt, an teneatur hæres ad pręſtandum habitationem dictę meæ uxori? Et reſpon. quòd nõ. Tertium eſt an compellatur hæres reficere dictum prædium taliter forte deſtructum, quod minores redditus præſtet quam conſueuerit. Et reſpondetur q ſic, ſi eius facto minores redditus dicti fundi facti eſsẽt & nõ alias. Quartũ eſt, quid differt dictum legatum a legato vſufr. Et reſpõ. quòd differentia poteſt colligi ex ijs, q̃ dicta ſunt. ſ. e. l. quædam enim ſtatuta, & reſpõſa ſunt ĩ hac l. circa hoc legatum, quæ non habent locum in legato vſusfructus. Viuia.

d Dari. Nota dari quaſi de manu hæredis ſingulis annis.

e Legatario. Scilicet vxori teſtatoris.

f Poſſe. Ad quod eſt ſupra ti. 1 l. liber. in prin. Et no. quòd emptor legatariæ in nullo tenebitur: ut ſupra de contrahenda emptione. l. fina. Item & nota aliud pro alio ſolui: ſic ſ. eodem. l. generali. §. pen. & §. fin. & j. de auro & argen. legato. l. 1. § . fi. & l. cum certum. & ſupra de legatis. 1. non amplius. §. fina.

Solui q̃q̃ que aliud p alio p̃t.

g Habitare. ſ. in domo, quæ eſt in fundo.

h Prædium. Id eſt domum prædij.

i Facto .i. culpa: vt ſ. de leg. 1. l. cum res. & l. quid ergo ſi maiorem. §. ſi hæres. & l. non quocunq;. in prin. Ac.

k Differentiam. Quia uſufructuarius nõ de manu hæredis annis ſingulis, ſed ipſemet percipit omne cõmodum: nec poteſt ab hærede uendi in ſui præiudicium. Item non põt prohiberi habitare, cum omnis fructus rei ad eũ ptineat: vt ſuprà de vſufr. l. 6. itẽ. & l. ſed etſi quid. & l. arbores. & de uſu, & habit. l. ſi habitatio. §. fi. & l. ſeq. Sed videtur huic fini contra. j. eo. l. cum ita. & ſupra de vſufr. l. ſi quis ita. ſed dic vt in eis not. Item facit ſupra ſi vſusfructus. peta. l. a.

Filios hæredes. CASVS. Titius inſtituit ſibi hæredes duos ſuos filios, & duas filias pone, & legauit uxori ſuę veſtem, & mundum muliebrem, & lanam, & linũ, & alias res poſtea ita dixit in eodem teſtamento: propietatẽ omniũ prædictorũ, quę uxori meæ legaui, uolo reuerti ad dictas meas filias poſt mortem dictæ

mex vxoris, vel ad illam ex dictis filiabus, quæ tunc ui xerit: & postea decessit dictus testator. modo quæritur, vtrum videatur legatus vxori vsusfructus dictarum re rum, an verò proprietas? Et respon. quod videtur ei le gata proprietas. Viuianus.

supra scripta sunt, reuerti [a] volo ad filias [b] meas, quæve ex his tunc viuent. Quæsitum est: vtrum vsusfructus, an proprietas earum rerum data sit? Respondi, proprietatem legatã videri.

a Reuerti. Per hoc apparet proprietatem legatam: quia alias reuerti nõ posset. Accursius.

b Ad filias. Post mortem vxoris: & facit ĩ. de auro, & argen. leg. l. species. & s. de vsufruct. l. Proculus. & s. de vsufr. ea. re. quæ vsu consu. l. fina. Accur.

Alfe. Varus lib. xiij. [a] Digest. à Pau. epit. XL.

ILli cum illo habitationem lego. perinde [c] est, ac si ita, illi, & illi legasset. [d]

[a] P.F. lib. viij.

ILli cum illo. CASUS. Ita dixit Titius testator in testamento suo: Seio cum Caio lego habitationem in domo mea Titians. & decessit. certe uterque eorum habebit pro dimidia habitationem: quia perinde est, ac si ita legasset. Caio, & Seio lego habitationem in dicta domo. Viuia.

c Perinde. Idem si dixit, illam eũ illa re lego: ut s. de leg. 1. l. Titio. §. nihil. & l. si quis inquilinos. §. si ita idẽ si dixit: illi, aut illi: ut C. de uerb. signi. l. penul.

d Legasset. Posset & aliter intelligi, ut s. depos. l. 1. §. quę depositi. quæ est cõtra Sol. ut ibi. Item cõtra ĩ. de fundo instru. & instr. l. si cui Sol. ibi. & facit supra de vsufru. accresc. l. si quis Titio. & s. commo. l. si ut certo. §. si me. & ĩ. de uen. in possessionem mitten. l. vbicunque. §. quamuis.

Legatum annuum propria manu percipi debet ad instar usufructus, si uerba congruunt. Bartolus.

Iabolenus lib. ij. ex poste. Labeonis. XLI.

CVm ita legatum esset, Fructus annuos fundi Corneliani Publio Mæuio do, lego. perinde putat accipiendum esse Labeo, ac si vsusfructus fundi similiter [e] esset legatus: quia hæc mens fuisse testatoris videatur.

CVm ita. CASUS. Ita legauit Titius in testamento suo, Fructus annuos fundi mei Corneliani, Publio Mæuio do, lego. & postea decessit dictus testator. postes Publius Mænius pone decessit, uel capite minutus est. nunquid finitur dictum legatum? Et dicitur quod sic: quia uidetur legatus usufruct. dicti fundi. & hoc dixit Labeo, & bene. Sed quid continetur in fructu prædicto? & certè illud, quod ad vsum hominis est inductum. vnde si tales sint fructus, qui non valent ad vsum hominis, nisi sint maturi, illi continebuntur in dicto fructu tũc demum, cum erunt maturi: ut sunt persica, & sorba, & multi alij fructus. si autem sunt tales fructus, qui meliores sunt immaturi quam maturi, ut sunt oleæ: tũc erit in fructu etiam si immatura collecta est olea, & hoc dicit cum l. sequen.

e Similiter. i. in singulos ann. alioqui obuiaret ĩ. quando dies ususfru. lega. ced. l. 1. in 1. respon. ubi dicitur esse differentia, in diei cessione legetur simpliciter ususf. an in annos singulos. vel dic quod perinde est, &c. scilicet quia vtrunq; legatũ finitur morte legatarij: vt s. usufr. quemadmo. ca. l. huic. §. fi. & l. idem. Vel dic ut dixi s. de vsufr. l. si quis ita. & sic non obst. s. eo. l. fun- di. Item facit s. eodem, l. patrimonij. & supra tit. 1. l. in singulos. Accursius.

f IN fructu. Colono. Qui nummis colit, qui propriè colonus dicitur, non autẽ partiarius: ut s. loca. l. si merces. §. uis maior. partiarius ergo teneretur, si nõ suo tẽpore colligit ut in eo. tit. l. si merces. §. cõductos. Sed quid si ille, qui nummis colit, in vltimo mẽse locationis colligit immaturos, ut dominus nõ habeat maturos? Respondi, tenetur: ut supra loca. & hæc distinctio. §. cum fundum. Accursius.

Idem libro v. ex posteriorib. Labeo. XLII.

IN fructu id esse intelligitur, † quod ad usũ hominis inductum est. Neque enim maturitas naturalis hic spectanda est, sed id tẽpus, quo magis colono, [f] dominove eum fructum tollere expedit. Itaque cum olea immatura plus habeat redditus, [g] quam si matura legatur: non potest videri, [*] si immatura legata [h] est, in fructu non esse.

† Pulcherrimam huius sententiæ amplificationẽ, vide apud Cic. lib. j. de legib.

g Plus habeat redditus. i. plus humoris: [i] nõ tamen ita sani & boni: vnde teneretur l. Aquilia, qui taliter in alieno damnum daret: ut s. ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. si olivam. & facit s. de vsufr. l. si absente. §. fi. Acc.

h Legata. Aliàs lecta.

i De tempore oliuę colligẽdæ, vide Pl. li. xv. ca. 1. & 2. & deinceps.

[*] In P. Fl. si immatura lecta est.

Venuleius libro x. actionum. LXIII.

[*] MVltũ interest, [l] vtrum bonorum quis, an rerum tertiæ partis vsumfructum legauerit. Nam si bonorum vsusfructus legabitur, etiam æs alienum ex bonis deducetur: & quod in actionibus erit computabitur. At si certarum rerum vsusfructus legatus erit, non idẽ obseruabitur.

[*] In P. F. incipit, nihil interest. Halo. scripsit, Non nihil interest.

MVltum. CASUS. Legaui Titio vsumfructum bonorum meorum, & decessi. certè hæres meus detrahere poterit de dicto legato æs alienum, i. prius detrahet æs alienũ de bonis meis & postea vsumfructum constituet legatario: in bonis tamen meis computabitur illud, quod alij mihi debebãt. Et quod dixi in usufructu legato omnium bonorum, habet locum si legem vsumfru. partis bonorum puta, tertiæ, vel quartę, vel alterius partis: secus si legaui ei vsumfructum certarum rerum. quia tũc non extrahitur æs alienum, & non computatur illud, quod debetur mihi. Viuia.

l Multũ interest. Aliàs est in litera (ut Py.) multũ interest. & tũc dic rerũ, s. certarũ, & est plana. vel secundũ eandẽ literam, dic bonorũ, an rerũ tertiæ partis sub vocabulo hæreditatis, nõ bonorũ. nã primo deducitur æs alienũ, secundo diuiditur: ut no. s. de lega. 2. l. si quis seruũ. §. fi. & l. seq. & secũdum hoc, quod dicit, at si certarum. mutat casum, uel certarũ, i. certæ quotæ. i. tertiæ hæreditatis, & erit aliud: quia diuiduntur onera, ut dixi. alij habent nihil interest: & tũc, i. nihil interesse uidetur bonorũ an rerũ, s. certarum: sed tamen interest. nam si id est, quia si bonorum &c. vel secundum eandem nihil interest tertiæ partis bonorum, an tertiæ partis rerum mearum simpliciter. Nam vtrobique æs alienum deducitur: secus si certarum rerum, ut in fine. & facit ad l. supra ad Trebel. nam quod. §. fi. & l. seq. & etiam seq. & de verb. signifi. l. bonorum. & sup. de legat. 1. l. non amplius. §. fi. & l. seq. & ĩ. e. l. generali. §. fin. & § penul. & supra de vsufr. l. quoties. §. fi. vbi etiam alis differentia est, legetur omnium bonorum, an certarum rerum.

De ser-

DE SERVITVTE LEGATA, vrbana, & rustica.

Et quęte in his, vt in vsufruc. quæ sui ī. ti. j. in Tit. Acc.

Q Viduas. CASVS. Legaui Titio vnam meã tabernam Mutianam, & Seio legaui aliã meã tabernã Scianã, quę erat ī. pdictã Titianã: & ex ea supiore aliquid erat in ædificatū in inferiorē, & decessi. heres postea meus dedit cuilibet legatario suo tabernã. nũqd dicta inferior taberna debet ita seruire superiori sicut seruiebat me viuente? Et dicitur ꝙ sic. aut. n. ego nominatim in testamēto meo imposui dictã seruitutē: aut ita legaui cuilibet legatariorũ, tabernã meã Titianam lego Titio vt nunc est: & tabernam meam Seianam lego Seio, vti nunc est: quod quidem semper est præsumendum: nisi cõtrarium sit liquidũ: vt supra tit. a. l. damnas. §. t. Viu.

† Hæc vltima uerba, vrbana, & rustica, non sunt in F. Flo.

TITVLVS III.

DE SERVITVTE legata, vrb. & rust.†

Si domus una sustineat actum seruitutis habentis causam continuam & permanentem, & alienetur: in dubio seruitus uidetur imposita. Bartolus.

Vlpianus libro j. ex Minutio. I.

QVi duas tabernas coniunctas habebat, eas sīgulas duobus legauit. Quæsitũ est, si quid ex supiore taberna in inferiorem inædificatum [a] esset, num inferior oneri ferēdo in superioris tabernæ loco cõtineret? [b] Respõdi, seruitutem impositam videri. [c] Iulianus † notat: [d] Videamus, [e] ne hoc ita verum, si [f] aut nominatim hæc seruitus imposita [g] est: aut ita legatum datum [h] est, Tabernam meã vti nũc est, do, lego.

† Vlpianus.

Marcel. lib. xiij. Dig. II.

FVndum cõem habentibus legari [i] potest [k] uia: cùm & communis seruus rectè viam stipuletur. [l] & cùm duo ei, qui ipse viam stipulatus fuerit, hędes extiterint, non corrumpitr [m] stipulatio.

Vt ualeat legatum uiæ, requiritur ut legatarius tempore mortis testatoris reperiatur dominus prædii dominantis in totum uerè, uel fictè: aliàs legatum extinguitur. Bartolus.

Idē li. xxix. Dig. III.

SI fundum Mæuio, &

[a] Inædificatum. Id est, superædificatum esset. Acc.

[b] Contineretur. Quasi dicat, an inferior videatur esse pars superioris in eo, quod ferret eius onus: ac si dicat, an debeat hanc seruitutem.

[c] Videri. Tacitè. Acc.

[d] Notat. Esse verum quod dictum est, non corrigēdo, sed determinando.

[e] Ne hoc. Quasi dicat, an ideo verum sit.

[f] Si. Id est, quia.

ADDITIO. Sic Mand. Glo. Pacul. proœ. in versi. si.

[g] Imposita. In vltima voluntate: secus si inter uiuos, si ue remanet domus vtriusq;: quia sua res sibi non seruit: ut. ī. si vsusfr. pet. l. vti frui. vel etiam si alijs tradat simul: si autem successiue diuersis tēporibus, põt tunc: ut supra, com. præ. l. si quia duas. & l. seq. & l. si cum duas.

[h] Datum, Id est, relictum quod semper præsumitur, nisi contrarium sit liquidum: ut ī. in prin. huius l. & facit sup. tit. t. l. damnas. §. 1. & ĩ. si seru. vend. l. testatrix.

FVndũ. CASVS. Titio, & Seio habētibus fundum cõmunem, legaui viam per fundũ meũ: nũquid ualet legatũ? Et dicitur ꝙ sic. nã & communis seruus dicti Titij, & Seij posset a me stipulari viam ad fundũ eorum. est & alia ratio quare dicto Titio, & Seio habentibus fundum communē possum legare viã per fundũ meũ: quia si Caius fuisset a me stipulatus uiam per fundum meum ad fundũ suum, & dictus Titius, & Seius extitissent ei hæredes, non corrumpitur stipulatio. Vi.

[i] Legari. Scilicet duobus.

[k] Potest. Sed contra si duo domini legent, distinguit, an adeatur hæreditas vtriusq; simul & valet: alias nõ: sed si duo ꝓmiserint etiam diuersis temporibus, valet post vltimam concessionē: vt ī. commu. præ. l. si. in si.

[l] Stipuletur. Concordat ad secundũ, & tertium casum ī. de ser. rusti. præd. l. si vnus ex socijs. §. 1. & §. si. Acc.

[m] Non corrumpitur. Licet pro parte ab initio constitui non potest, tamē per partes retinetur: ut & ĩ. de uer. obl. l. pluribus. §. t. & de ser. l. ut pomum. §. si. & l. pro parte. & l. uiæ. & sic non uitiatur, licet venerit in eum casum, a quo incipere non potest: ut dictis legib.

SI fundum. CASVS. Caius legauit fundum Seianum Mæuio, & ad eundē fundum eidē Męuio legauit viam per alium fundum suum Cornelianũ. & postea eundem fundum Seianum legauit Titio sine via, & postea decessit: & postea dictus Mæuius, & Titius legatarij vendicauerut ab hæredibus dictũ fundũ Seianũ. & sic habuit quilibet eorũ dimidiã dicti fundi pro indiuiso. modo quęritur vtrũ dictus Mæuius cui fuit legatus dictus fundus cũ seruitute viæ, habeat eã seruitutē ꝓ sua parte, quæ tñ est indiuisa? Et dicitur ꝙ nõ: quia seruitus ꝑ partē acquiri non põt. Sed qd si deliberãte Titio prędicto Mæuius cui fuit legatus fundus prędictus cũ seruitute viæ, vendicauerit a dictis hæredibus dictum fundum, & sic eũ habuit pro dimidia pro indiuiso, & sic nõ habuit seruitutem ut dictum est: & postea Titius omisit legatum fundi, & sic sua pars fundi accreuit Mæuio, & sic habuit Mæuius postea totũ fundum. nunquid vię legatum erit saluum Mænio? & dicitur ꝙ sic. non autē esset saluum Mæuio legatũ viæ in isto casu quem dicam: Caius prædictus legauit sub conditione Mæuio dictum fundum Seianum, & seruitutem viæ legauit eidem purè, & pendente conditione fundi legati dies legatæ seruitutis, quæ purè fuit legata, cessit per mortem Caij testatoris. Nam isto casu inualidum erit viæ legatum, & idē esset si pro parte fundum purè legasset, & pro parte sub conditione, & viam sine conditione legasset. & est extra literam ratio istorum duorum casuum: quia fundus prædictus sub conditione legatus, uel pars fundi sub conditione legata est pendente cõditione in bonis hæredum Caij testatoris. vnde cum tempore legati uiæ cedentis per mortem testatoris non possit seruitus eiusdē uiæ acquiri eidem fundo, eo quod est in bonis hæredum: & sic non inueniat seruitus, cui se appodiet, annihilatũ, ut dictũ est. Et sic annihilatur seruitus vię in illo alio casu: Caius legauit Mæuio & Titio vicinis suis habentibus fundum communem, seruitutem uię ad fundum Cornelianum, scilicet Titio purè, & Mæuio sub conditione: & pendente conditione dicto Mæuio apposita decessit idem Caius. Certè nõ poterit seruitutē Titius ad partem fundi suam habere: quia persona Męuij, cui fuit legata seruitus sub conditione, est impedimento. quo minus fundus solidus cum via vendicaretur, id est, via solida fundo. Supra autem dictum est, ꝙ seruitus uiæ non potest acquiri fundo pro parte fundi indiuisa. vnde si nõ põt hoc casu acquiri seruitus solido fundo, nec eius indiuisæ parti: ergo est annihilata. Vi.

a Ad eum. Scilicet fundum.
b Fundum. Retentum.
c Et eundem. Quem Mæuio legauerat.
d Titio. Et sic pro uirili sunt legatarij: ut supra de leg. t. l. si pluribus. §. si autem.

ad eum[a] uiam per alium fundum,[b] & eundem[c] fundum sine uia Titio[d] legasset:[e] si uterque fundum uindicasset: sine uia legato fundum cessurũ, quia neque acquiri[e] per partem seruitus possit. & si prius Mæuius fundum uindicaret: altero[f] deliberante, posse dubitari, an si postea[g] Titius omisisset,[h] uiæ legatum saluum esset. Et hoc magis uidebatur[i] quanquam si sub conditione quis fundum legasset, uiam purè:[k] aut pro parte fundum purè, pro parte sub conditione, & uiam sine conditione: si pendente ea,[l] legati dies[m] cessisset, interiturum fore uiæ legatum ut responsum est,[n] cum alteri ex uicinis, qui fundum communem habebant, uiam sub conditione, alteri purè legasset: & pendente conditiõe decessisset:[o] quia alterius legatarij persona impedimento esset, quo minus solidus[p] fundus cum uia uindicaretur.

Hic est bonus casus: & ex ipso habes, quod si ego uendidi

e Neque acquiri. Scilicet sic, nedum aliter. R. & dic pro parte scilicet incerta: ut s. de ser. l. pro parte. & sup. cõmunia prædio. l. si quis duas. §. t. sed ad certã potest: ut sup. de ser. rust. præd. l. certo.
f Altero. Titio.
g An si postea. Id est, post mortem ante aditam hæreditatem. R. quando dies legatæ seruitutis cedit: ut iam dicam. Accur.
h Omisisset. Id est, repudiasset legatum Accur.
i Videbatur. Scilicet ut uiæ legatum sit saluum.
k Viam purè. Per fundum retentum.
l Pendente ea. Scilicet conditione sub qua fundus tot', uel pro parte fuit legatus.
m Legati dies. Scilicet uiæ, quod est adita hæreditate.
n Vt responsum est. Scilicet interitte simile legatum, ut subijcit.
o Decessisset. Scilicet testator. ex quo uidetur quod uiæ legatum cedit a morte testatoris. est tñ ar. contra sup. com. præ. l. fi. & sup. quem admo. serui. amitt. l. partem. §. fi. & j. ea. l. sed in seruitutibus personalibus certũ est eas cedere ab adita hæreditate: ut j. quando di leg. ced. l. 2. Azo. & C. de cad. tol. §. in nouissimo. Accur.

ADDITIO. Dic quod ibi erat defectus ex parte legantis, qui non erat dominus, nisi pro parte fundi, cui seruitus legatur. Ideo cum est defectus ex parte legantis uel promittentis uiam, quia non est dominus nisi pro parte, non impeditur contrahi obligatio personalis ad uiam, licet ius reale non possit constitui: ut l. per fundum. & s. de seru. rusti. præd. & ideo quãdo est defectus ex parte legantis non inspicitur tempus mortis: quia illo tempore subest habilitas ad contrahendum obligationem personalem: & ideo tunc ius reale non debet constitui: ut l. si tibi homo. §. cum seruus. sup. de leg. t. secundum Barto. hic.

p Solidus. Id est, solido fundo uia vendicatur. ponit enim casum pro casu, ut & aliàs, ille libertati donatur, uel ille libertati uendicatur, id est, libertas illi datur, aut vendicatur. sic & ille se in libertatem uendicat, id est, sibi libertatem defendit. R. sic & Dauid, in conuertendo dominus &c. id est, dominum. & C. de fideicom. l. eam quam. & facit s. l. prox. & q̃ ibi not.

Hæc lex de legato vindicationis accipiẽda est, qđ & Bartol. quoq; uidit.

S I is, qui. CASVS. Titius habens duas domus: inter quas erat unus paries, qui sustinebat onera utriusque domus, legauit unã mihi, & alteram Seio: & decessit. certè dictus paries erit mihi & Seio communis, ac si mihi & ei esset legatus: & quilibet nostrum poterit prędicta onera domorum nobis legatarũ iure supradicto in pariete habere. dictum tamen parietem possumus diuidere iudicio commu. diui. si volum'. Viuianus.

tibi domum, quæ ab alia distinguitur pariete communi, tantum medietatem parietis uideor uendere. Bar.

Iabolenus libro ix. Epistola. IIII.

S I is, qui duas ædes habebat, unas mihi, alteras tibi legauit, & medius paries, qui utrasque ædes distinguat interuenit: eo iure[q] eum[r] communem nobis esse existimo, quo si paries tantum[s] nobis duobus communiter esset legatus. ideoque neque me, neq; te agere posse,[t] ius non esse alteri[u] ita immissum[x] habere: Nam quod[z] communiter socius habet,[a] & id iure eum habere constitit. ita que de ea re arbiter communi diuidundo sumendus est.[y]

q Eo iure. Scilicet legati.
r Eum. Scilicet parietem. Acc.
s Tantum. Id est, sine domibus. secus est in tigno protenso. ut s. de seru. urb. præd. l. binas. Acc.
t Posse. Iure seruitutis.
u Immissum. Habere sub. uel habere iure seruitutis.
z Nam quod. Bene dico non posse agi, quasi nõ sic iure immissum: quia iure habetur, quod in re communi habetur. ar. pro soc. marito.
y Sumendus est. Si inter nos sit discordia. nam quia communi iure hoc habetur, ideo actione de communione de ea agi potest, scilicet actione communi diu. ut s. de serui. urbã. præ. l. in re communi: & facit infra de damno infecto.

u In P. Fl. Ita immissas hře.

a In P. Fl. & in iure. eum.

Non possunt legari seruis ea, quæ ipsis factis liberis legari non possunt. Barto.

Papinianus libro xvj. quæstio. V.

E T si maximè[z] testamenti factio cum seruis alienis ex persona dominorum[a] est: ea tamen quæ seruis relinquuntur,

l. inter quod.

E T si maximè. CASVS. Per fundum meum legaui Sticho seruo Titij seruitutem uiæ ad fundum eiusdem Titij, nunquid ualet legatum. Et dicitur quòd non: quia quamuis ex persona dominorum sit testamenti factio cum seruis eorum, tamen ea quæ seruis relinquuntur ita demum ualent, si possent eisdem effectis liberis hominibus relinqui. libero aũt non posset legari uia ad fundum uicini sui: ergo seruo ad fundum domini non potest legari uia. Viui.

z Et si maximè. Quod maximè videbatur facere ut hoc legatum ualeret. Accur.

a Dominorum. Scilicet ut capere possint. Et sic not. duo necessaria, ut legatũ seruo ualeat. s. q̃ dominus sit capax. Item q̃ talis res sit legata, quæ possit legari ei libero ut hic, & s. de leg. 2. l. debitor. §. fi. & de lega. t. l. si mihi. §. regula. quorum unum quia hic deficit. quia ei libero ad fundum non suum non posset ei seruitus legari

Legatum seruo ut ualeat, duo requiruntur.

legari: vt supra communia prædior.l.1. non valet legatum: vt hic dicit.

a Domini. Secus fortè ad fundum peculij: vt s. de lega.3.l.etiam.§.fi.

b Legatur. Sed stipulari potest seruus seruitutem ad fundum domini: vt s. de seru.rust. pręd. l. si vnus ex socijs. & j. de stipu. seruo. l.proinde.§.fi.& l.si communis. q̃ sunt contra. nam & aliàs in multis differt stipulatio à legato: vt no. supra pro soc.l. verum.§. si seruo.

ita ualēt, si liberis relicta possent valere. Sic ad fundum domini [a] via seruo frustra legatur. [b]

Ex qualitate rei relegatæ, & personis legatarii præsumitur legatum seruitutis magis factum contemplatione personæ, quàm rei. Bart.

Idem lib. vij. Responsorum. VI.

PAter [c] filiæ domum legauit: eique [d] per domū hæreditariam ius transeundi præstari voluit. [e] Si filia domum suam [f] habiter: viro quoque eius transeundi ius præstabitur: alioquin filiæ præstari non videbitur. [g] Quòd si quis non vsum trāseundi personæ datum, sed legatum seruitutis eē plenum [h] intelligat: tantundem iuris ad hæredem [i] quoq; transmittet, quod hic nequaquam admittendū est: [k] ne quod affectu filiæ da-

PAter filiæ. CASVS. Titiæ filiæ meæ legaui domū meam Titianā, & eidem iussi præstari ius transeundi ad dictā domum p domos, quæ remanebant in hæreditate. certe si filia pdicta habitet dictam domum cum viro, non solum ei, sed & viro præstabitur ius transeundi. non aūt hęredi eius: ne quod affectu ei filiæ dedi trāseat ad extraneos eius hæredes, secus autem si legassem seruitutem transeundi filiæ propter domum quam ei legabam: quia tunc trāsiret etiam ad hæredes &. hoc dicit. Viuianus.

c Pater. Aliàs pater: alias mater.

d Eique. Scilicet filiæ, non etiam domui.

e Pręstari uoluit. Cum tamen & aliunde aditus erat ut infra dicam.

f Domum suam. Scilicet sibi legatam.

g Non videbitur. Scilicet si ei vel abitur, cum quo in promiscuo usu habitat: ut s. de usu & hab.l. ex terum. §.1.& j.de uer.obl.l. si stipulatus fuero per te nō fieri. & j.de aur.& arg.leg.l. vxori quis legauit. in fin.

h Plenum. Id est, in rem: & dicetur vrbana, eo quod domui debebitur: licet sit uia.

i Ad hæredem. Si ad eum transiret fundus dominās, alias sequitur fundum: ut s. de seru.rust. præd.l.uia.§. si fundus.& §. quæcunque.

k Admittendum est. Vt sit seruitus rei: sed est quoddam ius personale: non dico, seruitus personalis, licet hoc quidā dicant: ut no. s. de ser. rust.præ.l.pecoris.& j.de ali.leg. l.Mela.§.fi.& s.de usufru. l. si qui binas.

l Datum est. Id est, datum pręsumitur: quoniam aliunde domui legatæ patebat aditus. alias seruitus domui etiam realis tacite videtur cōcedi: ut s. tit. 1 l. damnas. §.1.& s.de leg.1.l. si fundū.§.qui fundum. & s.de seru. urb. præd.l.binas. Item facit s. de leg.3.l. apud Iulianū. §. si quis. Hu.& s.de admin. tut.l. ex pluribus.

CVm pluribus. CASVS. Institui mihi tres hæredes, & ab eis legaui uiam per fundum hæreditarium ad fundum Titij uicini mei. certè si omnes adeant hæreditatem meā, quemlibet insolidum poterit Titius conuenire: ut præstet sibi uiam: quia dicta seruitus est indiuidua. & quia uno solo ex hæredibus adeunte potest ab eo uendicari uia. Viuianus.

m Conueniuntur. Vt s. de serui.l.vlt. & s. fam.ercisc. l.hæredes.§.antea. & de l.3.l. fideicommissa.§.pen. & de leg.2.l.cum filius.§. varijs. Accursius.

n Vno. Not. hic s. de ies.tut.l. si nemo. & j.de bo. lib.l. etiā §.ut patronus. Item not. hic cedere diem legatæ seruitutis ab adita hæreditate: ut no. supra eo.l. si fundum. in fine.

tum est, [l] hoc & ad exteros eius hæredes trāsire videatur.

Paul. lib. xxj. quæst. VII.

CVm à pluribus hæredibus īstitutis via legata est: quia partem non recipit, singuli hæredes insolidum cōueniuntur: [m] quia & vno [n] ex hęredibus adeunte, vindicari potest.

TITVLVS IIII.

DE DOTE prælegata. †

Dotis legatum cōtinet id quod actio de dote originaliter contineret: & exceptio, quæ ex pacto oritur, tollit etiam dilationem legalem: exceptionem verò peremptoriam quæ à lege inducitur, tale legatum non perimit. Bar.

Vlpianus lib. xix. ad Sabinum. I.

CVm dos prę lega-

DE DOTE prælegata.

Istud præ, nihil operatur hic, uel hoc toto titulo: sicut & cum dicitur prælectio: ut C. de emen. Iusti.C.l.1. & est figura Epilepsis, uel Tautologia, secundum Azonem. Vel dic secundum Rog. dotis relictum, quod ante suæ dotis tempus capitur, prælegatum uocaī sicut co hæredi relictū, quod ante, uel extra suam partem habet prælegatum appellatur.

† Relegata. Hal. toto hoc ti. male pro prælegare usurpauit relegare. Bero.

CVm dos. CASVS. Cū maritus legat vxori suę dotem, q̃ ab ea habuit: illud inest legato pędicto, quod inesset actioni de dote. si maritus eā non prælegasset & de hoc ponit exemplum usq; illuc, verum &c. Item in dicto legato habet uxor commodum repręsentationis. nam cū sine legato non posset mulier petere dotē nisi annua die. id est, post annū à morte mariti: poterit nunc petere statim eo mortuo. est & illud bonū argumentum ad dicendū quod dotis prælegatū valeat. video enim, quòd si maritus donat aliquid uxori, & decedit nulla habita mentione de dicta donatione: ita est cōfirmata donatio per illam taciturnitatē, quòd hæredes uiri eam reuocare nō possunt. Si taciturnitate confirmatur dicta donatio, multo ergo magis est firma, si in testamento leget vxori, quod ei donauit. si ergo ualet legatum dictarum rerum donatarum, & dotis legatum ualere debet. impensæ tamen necessariæ, quas fecit maritus prædictus in rebus dotalibus, uniuersitatem dotis minuunt ipso iure, non autem minuunt singula dotis corpora. adeo autē actionem continet pręlegatum dotis, ut in prin.l.ut in quibus casib. cessaret actio dotis non interueniente legato dotis, cessset etiā actio ex testamento propter legatum dotis. & de hoc ponit tres casus planos usq; illuc, nā & si quis &c. ubi ponit planum simile pędictis tribus casibus. Si quis uxori. Vxori meæ taliter legaui: fundum Titianum habentem tales cōfines vxori meę lego. is enim fundus ad me peruenit ꝓpter eandē meā uxorem, & decessi, nunc reperitur, quod dictus fundus peruenit ad me aliunde. nūquid debetur? Et dicitur ꝙ sic: & pro superfluis habentur illa uerba. is enim fun-

tur, a † uerum est, id dotis b legato inesse, quod actioni de dote inerat. c & ideo si inter uirum, & uxorem conuenerat, d ut morte uiri soluto matrimonio, filio communi interueniente, dos apud mariti hæredem remaneret, & maritus decedens dotem prælegauerit: stari e pacto non debet ob hoc, quòd dos prælegata f est. Verùm & citra prælegationem hoc probari debet. g Nam quod est admissum, posse deteriorẽ conditionẽ dotis fieri interuenientibus liberis, toties locũ habet, quoties ipsa in matrimonio decedit, uel diuortiũ interuenit. h Verum † est, in dote prælegata commodum esse repræsentationis: i quamuis k annua die dos præstetur. l Est & illud, m quod n ob res donatas hodie post senatusconsultum nulla fit exactio; si modò uoluntatem non mutauit testator. Impensæ autem o ipso iure dotem minuunt. Sed quod diximus, ipso iure dotem impensis minui: non ad singula corpora, p sed ad uniuersitatem q erit referendum.

r *Dotis legatum extinguitur, si postea dos mulieri rectè soluatur, uel res dotales intereant: uel si ab initio dos perfectè constituta non fuit: sicut cùm legatur corpus, quod in rerum natura non est. Bartolus.*

Adeo autẽ dotis actionem r cõtinet dotis purè s prælegatio, t ut si uiuus eã uxori (scilicet quibus licet casibus u) soluerit: x cesset legatũ. Sed & si mancipia fuerint in dotem nõ æstimata, y & hæc demortua sint: dotis z legatũ in his euanescit. Sed & si dotẽ promiserit mulier, neq; dederit, & decedẽs maritus uxori dotem prælegauerit: * mulier nihil amplius, quã liberationẽ a habebit. Nã & si quis b ita legauerit, centum, quæ in arca habeo, aut quæ ille apud me deposuit:

dus &c. quia quicquid adijcitur rei satis demonstratæ, frustra est. Viuianus.

a Cum dos prælegatur. Id est, legatur.

b Id dotis. Scilicet, & nihil plus: nisi in tempore: ut j. ea. l. §. t. & hoc verum, si quantitatẽ ad æquipollẽs nõ adiecit. sed simpliciter dotem legauit. aliàs continet etiam non datam dotem: ut instit. de leg. §. sed si vxori. & facit j. ea. l. §. adeo autem.

c Inerat. Scilicet, originaliter: & sic bene subijcit, & iõ & cætera.

d Conuenerat. Tẽpore matrimonij. Accursius.

e Stari. pac. primo.

f Prælegata. Id est si non est dos prælegata. Accur.

g Hoc probari debet. Scilicet pacto standum non esse.

h Interuenit. Non autem si vir prædecedat: ut hic. & s. de pact. dota. l. a. Item quod de diuortio dicit, locum habet: si consensu, uel cõmuni culpa captiuitate mulieris, uel culpa eius fiat. Ceterum si tantum culpa uiri, iniquum est stari pacto: quia sic per hoc pactũ, quod esse non debebat, inuitaretur ad delinquẽdum: ut s. de pact dota. l. conuenire. si ergo. nihil operatur pactũ hoc casu, sicut & cum sola lege posset lucrari dotem omnibus etiam deficientibus liberis, quia solius vxoris culpa diuortium fieret: quo casu tale pactum superfluum efficeretur. illud autem palam est, etiam ab ipso Iustiniano quodam tempore, nedum ab anterioribus principibus matrimonij solutionẽ fieri prædictis modis: ut C. de episcop. & cleric. l. fina. §. primo. & de repeti. l. si constante. & l. consensu. & supra de rep. l. vxores. & s. sol. matr. l. viro. & in Authen. de nupt. §. distrahuntur. & §. sed & captiuitatis. col. 4. & in Auth. ut lic. ma. & aui. §. quia verò ex consensu. col. 8. R. hodie autem non permittitur ex tot causis. & no. s. de neg. gest. l. diuortio. sic ergo secundum R. si de retentione dotis (si liberi fortè superessent soluto matrimonio) factũ fuit pactum, profectò stabitur & nunc: vt hic, & in Auth. de nup. §. distrahuntur. aliàs autẽ, idest, sine pacto speciali maximè facto diuortio propter liberos dotis, conditio nequaquam fieret deterior, vt superiores leges ostendunt. & facit supra de pactis do. l. inter socerum, per totam legem, & l. si pater. §. 1. C. de pact. conuen. l. j. & l. si conuenerit.

i Repræsentationis. Et ideo valet legatum, quasi hac prospecta ratione singulari. Acc.

k Quamuis. Id est, quia, vel propriè.

l Prælegetur. Scilicet alias si non foret prælegata. R.

m Est & illud. Scilicet commodum vxoris ex legato uiri: quia si donauit vir vxori, confirmatur morte tacite, ac si legaret: & hoc per senatusconsultum etiam, ut hæres nõ reuocet, nisi uirũ pœnituerit: ut s. de don. inter uir. & vxo. l. cum hic status. multo magis ergo expresse relictũ vxori valet. vel dic, est & illud argum. scilicet quod valeat relictum dotis expressum.

n Quod. Id est, quia &c. & dic ut prædixi. & secundum hoc dic exactio, id est, repetitio donationis. uel dic exactio donationis per retentionem dotis: ut C. de rei vxo. act. §. taceat. si mõ non mutet &c. quia tunc reuocat, sed non per retentionem dotis: ut d. §. dicitur.

o Impensæ autem. Hoc aduersatur ei quod, dixerat, verũ est commodum &c. & dic autem, pro sed &c. uel dic aduersari ad proximum dictum, prout dixi per l. C. de rei vxor. act. l. unica. §. taceat. q. d. non retinetur dos ob res donatas. sed secus est propter impensas. & secundum vtranque expositionem diminuetur hoc legatum dotis propter impensas, secundum Rog.

p Corpora. De hoc dic ut nor. s. de impen. in reb. do. fac. l. quod dicitur. & s. de iure dot. l. si is. §. quod dicitur. & C. de rei uxo. act. §. sed nec ob impensas. & facit j. eod. l. cum quis. in princip. & l. dote.

q Sed ad vniuersitatem. Sic supra de iudic. l. si fideicõmissum. §. tractatum.

r Actionem. Id est, summam dotis: ut supra eo. in prin.

s Purè. Id est, simpliciter non adiecta certa re, uel summa: aliàs secus: ut Instit. eod. §. sed si vxori.

t Prælegatio. Aliàs purè legatio.

u Casibus. Id est, qui sunt s. de iure dot. l. mutus. §. manẽte. & facit s. de lega. 2. l. Mæuius. §. duobus. Sed argu. contra in eodem titulo. l. cum filius. §. hæres.

ADDITIO. Dic secundum. Dyn. quod ibi debitum non erat extinctum, sed erat in aliam speciem obligationis translatum: hic uero erat omnino extinctum. Bar.

x Soluerit. Scilicet uir qui ante, uel etiam post eandem eidem legauit.

y Aestimata. Mancipia dico. Accur.

z Dotis legatum. Simpliciter relictum: ut lego tibi dotem tuam: secus si centum pro mancipijs: ut infra eodem l. uir vxori.

a Liberationem. Quia de ea tantum sensisse uidetur.

b Nam & si qs. Quasi d. si non ualet ubi magis uidetur ualere, quia quantitas exprimitur, multo minus ualet

† Relegatur. & sic deinceps per totum tit.

† P. Fl. Et verũ est.

r Quod. Al. quia. Mando. in Gl. Facult. in ver. & qd. vers. nonnunquam quod pro quia.

* Aliàs relegauerit.

let in casibus superioribus, ubi quantitas nullo modo exprimitur.
Scæuola libro viij. Quæstionum. XI.

SI Seiæ pro dote centum [l] fundus legatus sit, idemq; Mæuio: [m] quod Mæuio Falcidia aufert, pro eo, quasi concursus non fuerit, [n] mulier plus uendicat: quia amplius [o] sit in dote mulieris.

Adhibitus ad stipulandū totam dotem, in dubio non uidetur adhibitus animo donandi. Item adhibitus animo donandi, intelliguntur causa mortis, si mortis est mentio facta. Bart.

Paulus lib. vij. responsorum. XII.

SEia cum nuberet Lucio Titio, dedit

[l] Centum. Id est, fundus valebat centum sed dos erat tantundem, vel plus, vel etiam minus. Acc.

[m] Mæuio. Et ita ambobus insolidum, sicq; concursu faciunt sibi partes: vt C. de cad. tol. l. vnica. §. vbi.

[n] Non fuerit. Quia mulier sit sola. & sic non concurrit cum Mæuio, quasi id plus non sit Męuio legatum, at mulieri non detrahitur Falcidia, sicut nec de dotę detraheret, cuius vice hoc legatum cedit, nisi aliquid plus esset in legato, vel nisi in commodo repręsentationis: ut sup. eo. l. 2. §. idem Iulianus quærit.

[o] Amplius. Quam in fundi parte, quod etiam quadrantem poterit excedere, cum etiam hoc postulet æs alienum. R. & facit ĵ. ad legem Falcid. l. 1. §. si quis creditori. & l. si vsusfructus. §. 1.

SEia. CASVS. Seia dedit nomine dotis Lucio Titio centum aureos: & adhibuit Quintum Mutiū,

qui ſtipulatus fuit à marito ſibi dotem reſtitui mortua Seia. poſtea dicta Seia fecit teſtamentum, in quo inſtituit ſibi hæredes Caiu & Corneliu: & poſtea ita dixit in eodé teſtamento, Lucio Titio marito meo dari volo ſuper doté quam ei dedi, centum aureos, & deceſſit dicta Seia. modo quæritur utrum dictus Quintus Mutius, qui fuit ſtipulatus doté, poſſit conuenire maritum actione de dote? Et dicitur quod non: quia aut fuit ſtipulatus dictam doté mandato dictæ Seiæ, eo quod ipſa Seia uolebat ei donare, aut noluit donare. Primo caſu uidetur ſtipulatus cauſa mortis. nam in ſtipulatione fuit facta mentio mortis mulieris: & ideo fidei eius committere potuit Seia de danda dote uiro ſuo. commiſit autem eius fidei, cû dixit in teſtamento, ut dictum eſt, Lucio Titio marito meo dari volo ſupra dotem, quam ei dedi, centum aureos. dolo ergo faceret hoc caſu Quintus Mutius, ſi peteret a marito illud, quod teneretur ei reſtituere, ſi haberet. Secundo caſu tenetur dictus Quintus Mutius dictis hæredibus mulieris actione mandati, ut pecuniam, quam iam foret conſecutus a uiro, aut actionem, cum nihil fuit conſecutus, eis cedat: & ideo eundem Quintum Mutium exceptione a viro repellendum. quod eſt notandum. Viu.

nomine dotis centum aureos: & adhibuit Quintum Mutium, qui nihil numerauit: ſed dotem ſtipulatus[a] eſt, ſi morte mulieris ſolutum fuerit matrimonium. Seia moriens teſtamento ſuo ita cauit: Lucio Titio marito meo, cui maximas gratias ago, dari uolo ſupra[b] dotem, quã ei dedi, tot aureos. Quæro, cû inſtituerit[c] Quintus Mutius conuenire Lucium Titium ex ſtipulatu actione, an repellere eum maritus poſsit ex uerbis teſtamenti? Reſpondi: ſi Quintus Mutius mãdatu Seię[*], non donationis[d] cauſa ſtipulatus eſt, hęredibus mulieris eum teneri:[e] & ideo Quintum Mutium exceptione[f] repellendum eſſe. Quod ſi donationis cauſa Seia ſtipulari permiſiſſet: uideri eum in eum caſum, qui morte mulieris extitit, mortis cauſa ſtipulatũ,[g] & ideo fidei eius cõmitti potuiſſe in eum caſum[h] dicendum fore.

[*] P.F. ſup iuxta vtrãque lect. interpretari debemus, vltra, put p. Mãd. in 9. qõ. 33. Regu. nu. 7.

[*] Aliàs mandato Seiæ. P. Fl. mãdante Seia.

a Stipulatus. Non aperit an gerendo negotium mulieris, vel ut donatarius cauſa mortis, vel vt inter uiuos ſtipularetur, & ideo ĩ. diſtinguit. Accur.

b Supra dotem. Per hæc verba, & dotem ei videtur legare: vt ſ. eo. l. qui ita. & ſ. de annu. leg. l. Seia. §. vxori.

c Inſtituerit. Id eſt, propoſuerit.

d Non donationis. Quod præſumitur quod non donationis cauſa: vt ſ. de leg. 3. l. cum quis decedens. §. nuptura. & arg. ſ. de neg. geſt. l. Neſennius. Acc.

e Eum teneri. Actione mandati, vt pecuniã ſi iã exegit, reddat: alias actiones cedat: vt ſup. mand. l. idem. §. ſi cui. & de legat. 3. l. cum quis. §. nuptura. & ſup. de iure dot. l. mulier. §. ſi. & arg. ſ. de neg. geſt. l. pen. vnde etiam fidei eius committi potuit, vt cuiuslibet debitoris, ne quicquam peteret, & ſic hoc feciſſe rationabiliter præſumitur: vt ſup. de lega. 1. l. ſi pecunia. & not. in d. §. nuptura. Acc.

f Exceptione. Scilicet doli mali.

g Stipulatum. Niſi liqueat contra, ſcilicet quòd inter viuos donare voluit: & hoc ideo, q̃a in ſtipulatiõe habita eſt mortis mẽtio, aliàs eſſet donatio inter viuos: vt ĩ. de dona. cauſa mor. l. Seia. §. ſi. quæ eſt contra.

h In eum caſum. Cû eſt donatio cauſa mortis: ut ſ. de leg. 2. l. cum pater. §. r. ſic ergo not. tres caſus. Primus cum ſtipulatur ut procurator, uel geſtor, quod ſemper prima facie præſumitur: ut ſ. dixi. Secundus cum ſtipulatus mortis cauſa: quod præſumitur, ſi modo conſtet eum ſtipulari cauſa donationis: ut ſ. proxi. & in vtroque poteſt ſideicommitti: & hi ſunt in hac l. Eſt & tertius caſus: quãdo ſtipulatur ex cauſa donationis inter uiuos, & hoc conſtat: & hoc caſu non poteſt grauari uel reuocari niſi eum inſtituat: uel aliud ei relinquat: ut ſ. de pact. dot. l. cum maritus. §. fina. & C. de iure dot. l. 2. & l. cû patrem. & ſ. ſol. matri. l. quæ dotis. quæ ſunt cõtra. Item nota hic ſine ſtipulatione poſſe ſubſtitui in donatiõe cauſa mortis: ut C. de donatio. cau. mot. l. 1.

Si conditio pro parte eſt poſſibilis ſufficit ſi ei pareatur in eo quod poſſibile eſt. Bar.

Scæuola libro iij. reſponſorum. VIII.

QVi dotem in pecunia numerata & æſtimatis rebus acceperat, uxori ita legauit: Seiæ uxori meæ, ſi omnes res, quæ tabulis dotalibus continentur, hæredi meo exhibuerit, & tradiderit: ſummam[i] dotis, quam mihi pro ea pater eius ĩtulit, dari uolo: hoc amplius denarios decem. Quæſitum eſt, cùm res in dotem datæ plures ipſo uſu finitę eſſent, nec moriente marito fuerant: an quaſi ſub impoſſibili conditione[k] legatum datum debeatur? Reſpondi, uideri conditioni paritum,[l] ſi quod ex rebus in dotem datis ſupererat,[m] i. poteſtatem hæredis peruenit.

Labeo libro j. pithanon à Paulo epito. XIIII.

QVi dotem CASVS. Cum uellem accipere Seiã in uxorem, pater eius dedit mihi in dotem cẽtum in denarijs: & aliàs res æſtimatas, quæ valuerunt centum. & ego feci fieri ei chartam, quod reſtituerem ei ducenta pro dote ſoluto matrimonio: & in ea charta fuerunt nominatæ dictę res æſtimatæ: poſtea feci teſtamentum, & ita legaui eidem meæ vxori, Seiæ vxori meæ ſummam dotis, quam mihi pro ea pater eius intulit, dari volo: hoc amplius denarios decem ſub ea conditione, ſi omnes res, quæ in charta dotali continentur hæredi meo exhibuerit, & tradiderit. modo quæritur: cum plures de rebus dictis in dotem mihi datis ipſo vſu finitę ſint me viuente, & quædam non: an non valeat legatum quaſi ſub impoſſibili cõditione datũ à me vxori meę? Et reſpondetur q̃ valet legatum, ſi uxor fecit peruenire in poteſtatem hæredis mei illud, quod ſupererat ex rebus in dotem datis. nam quantum ad alias res, quæ non ſupererant, videtur impoſſibilis cõditio à me adiecta. Viuianus.

i Summam. Scilicet prædictam in pecunia, in rebus æſtimatis conſiſtentem.

k Conditione. Legatario appoſita: quod ſi cõcedatur, nihilominus relictum valet: vt C. de ijs quæ pœ. no. l. 1. & Inſti. de hær. inſti. §. impoſſibilis. & de leg. §. ſi.

l Paritum. Vtpote impoſſibili. Acc.

m Supererat. & quidem de his tantum teſtatorem cogitaſſe credendum eſt, q̃m & vitio caret: ideoque non minus tutior, quã benignior eſt talis interpretatio: vt ſ. de leg. & Senatuſ. l. benignius. & l. in ambigua. Acc.

SI filiusfam. CASVS. Filius meus in potestate constitutus accepit centum ab vxore sua nomine dotis, & postea eũ emancipaui: & ipse post fecit testamentum, & legauit dictæ suæ vxori dictam dotem: & postea antequam ipse decederet: ego exhæredaui eum, & postea decessit ipse, & ego. nũquid hæres eius tenetur præstare vxori dictã dotem legatam ei? Et dicitur quòd sic, quã uis ego exhæredauerim eum meum filium. Viu.

a Acceperat. Vnde de ea reddenda aduersus eum sol. mat. competere debet actio inquantum facere potest sicut de ceteris suis negotijs, sed hæredi eius non dat hoc beneficiũ: vt s. quod cum eo. l. sed & si.

b Solet. Id est, solitum est.

c Debebitur. Insolidum: quia & de dote actio insolidum datur, et modo dixi.

THeopõpus. CASVS. Theopõpus habebat duas filias, scilicet Titiam & Crispinam, quæ erat minor: & habebat unum filium qui vocabatur Caius. Ipse Theopompus maritauit dictã Titiam, & dedit ei in dotem centum. & postea fecit testamẽtum, & instituit sibi hæredes pro æqs partibus dictos tres suos filios, & postea fecit codicillos, & in eis ita cauit, filiam meam Crispinam, quam vellem tradere nuptui cuicunque amici mei, & cognati approbabunt, prouidebit tradi Pollianus cognatus meus: qui Pollianus scit benè vtrum velim dare tantum Crispinæ in dotem, quantum dedi Titiæ sorori suæ: & postea decessit dictus Theopompus, postea amici, & cognati eiusdem Theopompi, inter quos fuit dictus Pollianus, maritauerunt dictam Crispinam Sẽpronio. venit nunc dictus Sempronius: & petit à Titia, & Caio fratribus & cohæredibus dictæ Crispinę tantum ante partem hæreditariam pro dicta Crispina nomine dotis suæ, quantũ habuit dicta Titia cum maritauit eam dictus Theopompus. & hoc iõ petebat, quia dicebat hoc voluisse Theopompum. & cum cohæredes hoc negarent corã iudice, fecit dictus maritus Crispinæ venire dictum Pollianum corã iudice, & iurare se scripturum veritatem sup voluntate Theopompi: qui Pollianus iuratus scripsit Theopompum voluisse candẽ quantitatem in dotẽ accipere ẽt minorem filiam, scilicet Crispinam, quam Titia maior soror accepit. nunquid habebit dicta Crispina tantum, quantum habuit dicta Titia? Et videtur quod non: quia vox vnius testis reputatur vox nullius. maritus autem Crispinæ nõ introduxit super hoc nisi vnum testem, s. prædictum Pollianum ut dictum est. Respon. tamen hic quòd sic. & est ratio: quia Theopompus voluit stari super hoc dicto Polliani, vt apparet ex dictis verbis quæ dixit in codicillis. Vin.

d Cauit. Hic est Græcum, cuius interpretatio est, filiam meam &c. Pyl. sed alij id non habent: & ideo dicunt esse sensum, filias meas pares esse uolo. Accur.

† In P. Fl. Icipit Paulus si filius fam.

† SI filiusfamilias cum uxorem haberet, dotem ab ea acceperat, [a] deinde paterfamilias factus dotem ei, ut solet, [b] legauit: quãuis patri hæres non erit, tamen id legatum debebitur. [c]

Dicto unius testis statur ex voluntate, & dispositione defuncti, cuius solius dispositioni statur. Bar.

† Hancle gem elegãter iterpretatur Alc. lib. Parergon 2. ca. 19.

Scæuola libro xv. Digestorum. XV.

THeopompus † testamento facto duas filias & filium partibus æquis instituit hæredes, & codicillis ita cauit: [d]

Τὴν θυγατέρα μου Κρισπῖναν, ἣν εὐχόμην ἐκδοῦναι ᾧ ἂν οἱ φίλοι μου, καὶ οἱ συγγενεῖς δοκιμάσωσι, προνοήσει ἐκδοθῆναι, Πολλιανός, εἰδώς μου τὴν γνώμην ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἐφ' οἷς καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῖς * ἐκδέδωκα.

* In P. Fl. ἐξέδωκα

hoc est, (Filiam meam Crispinã, quam uellem tradi cuicunq; amici mei & cognati approbabunt, prouidebit tradi Pollianus, [e] sciens mentẽ meã, in ęqualibus portiõibus, in quibus & sororem eius tradidi.) Pollian⁹ aũt * à marito puellæ iuratus [f] scripsit uoluisse patrẽ eãdem quãtitatẽ in dotem accipere ẽt minorẽ filiã quam maior accepisset. Quæro, an eandem summam dotis nomine cohęredes extra partẽ hęreditatis minori filiæ præstare debeant? Respondi, eum, cuius notio est, æstimaturum, ut eadem quantitas [g] † [*] ex communi pecunia minori filię dotis nomine detur. [h]

* Autem, non est in P. P.

† Statur ergo dicto unius. sic in c. 3. cũ gl. sup uerbo, clerici. extra de ꝓcur. ubi de hoc uide,

Caius li. ij. de leg. ad edi. Prætoris. XVI.

LIcet placeat, [i] pignoratas * res, uel in publicũ obligatas hæredẽ qui dare iussus est, [k] liberare debere: tamen si is, q. tales [l] res in dotẽ [m] accepit, dotẽ prælegauit: [n] non cogetur [o] hæres liberare eas, nisi aliud spe-

* In P. Fl. communi præcipua minori, &c.

* P. Fl. pignoratas.

e Pollianus. Testatoris fortè filius. Et not. quod prouisio filiæ est in dote, sed amicorum est in eligendo maritum.

f Iuratus. Id est, iurauit, & dixit. sic enim scribunt tabelliones talis testis iuratus dixit. Vel iuratus, id est, adiuratus. maritauerat ergo de consilio amicorum.

g Quantitas. Not. ergo hic stari dicto unius. & sic est contra C. de testib. l. iurisiurandi. Soln. hic voluit testator, qđ potuit, sicut & si ipse iurasset: vt s. de lega. 3. l. cum quis. §. codicillis. Item est argumentũ quod unus testis inducat præsumptionem, vel semiplenam probationem. sic s. quemadmod. testamen. aper. l. 1. in fi. nec obstat. j. de quæstio. l. maritus. quia ibi non quia deficiat iudicium prohibetur quæstio, sed quia cõtra dominum: ut hic nota. & C. de rebus cred. l. in bonæ fidei.

h Detur. Not. ex hac l. Theopompus. stari dicto vnius testis. Item not. quod unus testis inducit præsumptionem, vel semiplenam probationem.

LIcet. CASVS. Duo mea prædia obligaui reipu. uel Titio priuato: & postea Seiam filiã meam maritaui Caio, & dedi ei in dotem dicta prædia ita obligata sicut erãt, & hoc sciente dicto Caio meo genero. postea dictus Caius fecit testamentũ, & legauit dictam dotẽ dictæ meæ filiæ vxori suæ. nunquid hæredes eiusdẽ Caij debẽt dicta ꝑdia liberare à pignore, & postea dare dictæ meæ filiæ? Et videt qđ sic: q̃a ipse Caius sciebat dicta prædia esse taliter obligata eo tempore, quo accepit ea in dotẽ. dicitur tamen hic, quòd non tenetur liberare pignora, nisi Caius testator hoc specialiter dixisset in testamẽto quod hæredes lueren. Vivia.

i Licet placeat. Ex ordine R. ut instit. de leg. §. non solum. & s. de leg. 2. l. si res. et C. de fideicom. l. prædia. et s. de leg. 2. l. Mæuius. §. penul. Acc.

k Iussus est. A testatore sciente eas obligatas. aliàs secus, ut d. ll.

l Tales. Iam obligatas. Roge.

m In dotem. Aestimatam. R.

n Prælegauerit. Vxori purè et simpliciter.

o Coget. Quoniam in hoc legato sola dos uenit, sicut

ueniret in dotis act. ut solum representationis commodũ hic sit in legato. R. ut s. eo. l. j. in prin. & §. adeo. H.

Qui dotem. CASVS Titia dedit mihi in vxorem filiam suam Seiam: & dedit mihi in dotem c. & ego promisi eidem Titiæ meæ restituturũ ei soluto matrimonio: & postea feci testamentum, & legaui dictæ meæ vxori dicta c. & decessi: nunquid dicta mea vxor poterit petere ab hæredibus meis dicta c. & ab eis consequi? Et dicitur qđ non nisi eis caueat se defensuram eos aduersus Titiam matrem suam: uel nisi ꝓbauerit dicta mea vxor me voluisse onerare hæredes meos duplici dotis præstatione: quia tunc habebit ipsa c. & mater sua Titia alia c. Viuia.

a Necesse. Igitur non dabitur vxori actio ex testamento contra hæredem nisi caueat eum defensum iri contra matrē: ut supra eodem, l. ij. in prin. & §. 1. & l. pater. & s. de iur. do. l. cum pater. & supra sol. ma. l. si cum dotem. §. si pater.

b Alias sic respondit. Scilicet idē Sceuola, & alias tractās de hac materia respon. non deberi, scilicet dari. Accur.

c Duplici. Not. ex hac l. non esse quē onerandum duplici onere, uel addi afflictionem afflicto: sic s. de leg. 2. l. Titia. §. qui in vita. & supra ad l. R ho. de iactu. l. nauis. §. cũ autē. & §. quid ergo. & s. de offi. præ. l. dinus. & C. đ imp. luc. desc. l. j. Itē facit supra de le. 3. l. si res. & l. qui concubinam. §. q fundũ. & j. de fund. instru. & instru. leg. l. prædia. § liberto. & supra de leg. 2. l. Maeuius. in prin.

* In P. F. non videri.

Onere duplici quis onerari nō debet.

* In P. F. ad me, in ve stipulatione.

cialiter testator dixerit.

Non est verisimile testatorem velle grauare hæredem duplici præstatione. Barto.

Paulus libr. ij. ad Vitellium. XVII.

Qui dotem a matre vxoris acceperat, & stipulanti ei promiserat, testamento vxori dotē legauit. Cum quæsitum esset, an vxor dotis summā consequi posset: respondit Scæuola non videri dari vxori, quod necesse a sit matri reddi. Aliàs sic respondit: b non deberi, nisi manifestè vxor docuisset, eam testantis uoluntatem fuisse, vt onerare hæredes duplici c præstatione dotis vellet.

Testatore præcipiente vxori reddi quicquid vxor ei dedit, venit ēt id, quod dedit ob cām. Bar.

Scæuola libr. iij. responsorum. XVIII.

Vxori ita legauit, Vxor mea quicquid ei comparaui, & quod mihi dedit è medio sibi sumat. Quæro: an dos prælegata videatur? Respondi verbis, quæ proponerentur, videri & de dote legata loqui: d nisi aliud testatorem voluisse probaretur. Titiæ vxori meę quanta pecunia e ad me ex stipulatione e dotis eius nomine peruenit: quæ dos est dotalibus duobus consignatis instrumentis centum aureorũ. Quæsitum est, an vtranque summam f consequi possit? Respondit, nihil proponi, cur non possit.

Vxori. CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem c. & postea quã ea centum dedisset mihi: ego comparaui ei vestes, & monilia: ipsa etiam dedit mihi quędam alia: postea tempore procedente feci testamento, & ita ei legaui: vxor mea sumat sibi ex medio hæreditatis meæ quicquid ei cõparaui: & quod mihi ipsa dedit, & decessi: modo quęritur, an uideat ei dotem prælegasse? Et dicitur quod sic, nisi probent hęredes mei aliud me sensisse. Sed pone, quod de dictis centum erant duo instrumēta facta, in uno quorũ continebant quinquaginta, & in alio tantundem: & ego ita legaui dictæ meæ vxori: Titio do lego tantam pecuniam: quãta ad me dotis eius nomine peruenit, quæ dos est dotalibus duobus cõsignatis instrumentis centum aureorũ, nunquid poterit vxor mea consequi utranque summã? Et dicitur quod sic. Viuia.

d Loqui. Licet simpliciter dixit, dedit: & non adiecit pro dote.

e Ex stipulatione. Alias est, in ve stipulationem: & dic ve. pro &, secũdum H.

f Vtranque summam. Id est, vtriusque instrumēti quãtitatē. vel dic quod aliquid perueniti re ipsa aliud deductũ erat in stipulatione tantum, & secundũ hoc utrunque. s. datũ & promissũ, licet non datum, vt insti. eo. ti. §. sed si vxori.

TITVLVS. V.

DE OPTIONE vel electione legata.

In hac lege ponitur qualiter relinquatur optio vel electio. Item quis eligat, quid eligatur, quid si electio non ualeat, & qualiter debeat electio fieri. & hoc vsque ad legem, mancipiorum. Bar.

Vlpian. lib. ij. ad Sabi. I.

Diuus Pius g Cecilio Proculo rescripsit: eũ, cui seruorum legata sit electio, tres posse eligere.

Idem libro xx. ad. Sabinum. II.

Quoties serui electio, vel optio datur: h legatarius optabit, quem velit. i Sed & homine generaliter legato arbitrium eligendi,

DE OPTIONE vel electione legata.

Diu' Pius. CASVS. Titius legauit mihi electionē seruorũ. quærit quot possim eligere, & habere? Et dī qđ tres. secus autē si leget mihi optionē, siue electionē serui: quia tunc non possum eligere nisi vnũ. optabo tñ illũ, quem uolam. sic & pertinet ad me arbitrium eligendi, si legauit mihi hominē in genere. pone ego elegi: & malè, ita quod non ualuit electio, nunquid potero iterum eligere? Et dicitur quod sic. & de hoc ponit tria plana exempla vsq; ad l. mancipiorum. Viuian.

g Dinus. Pone casum, quod aliquis legauit mihi optionē seruorũ suorum in plurali numero loquens. eligã tres: ut ita pluralis locutio cõtineat tres, licet alias duos: ut s. de test. l. vbi. & hoc fauore ultimę uoluntatis: ut j. de reg. iur. l. in testamentis. secus si in singulari, quia tunc vnum tantũ: ut j. per totũ hunc tit. Vel dic, qđ testator legauit mihi electionē seruorum q debēt optare unum seruum, uel equum, vel aliud mihi dandũ. Nã eligam tres de familia testatoris, qui eligēt. ideo autem tres, quia si discordant, inuenietur pars maior. ut argu. supra de arbi. l. item si unus. §. fi.

h Quoties. Datur. A testatore.

i Quem uelit. Etiam optimum, secundum Ro.

nos contra, ut statim dicam.

a Ad legatarium. Idem quod hic, habes institu. de leg. §. si generaliter. & ſ. de leg. t. l. si seruus. §. cum homo. & omnes prædictas leges intelligit Ro. hærede frustrante. & pro eod. ſ. de leg. t. l. cum res. §. toties. & l. huiusmodi. §. si cui. & argum. C. de solu. l. j. at Burg. etiã ab initio dat legatario, ut hic, & dictis primo cõcordat: ut & no. ſ. de le. t. l. si quis a filio. §. pe. quæ videtur contra. & ſ. famil. ercifcun. l. hęredes. §. si ĩcerto. Itẽ non eligit optimũ secũdum omnes: vt ſ. de leg. t. l. legato generaliter. sed superiori casu eligit optimum secundum R. sed dic quòd nec ibi eligit optimum: & pro eo est hic copula, sed & homine &c. & C. cõmunia de leg. l. fi. §. t. & argu. supra de leg. r. l. si hęres generaliter.

b Vel hominem liberum. Vel ante aditam hæreditatẽ: ut supra co. l. optione. Accur.

c Amphoratũ. Subaudi uini.

d Data. A testatore, uel a lege: ut ſ. proxi. duobus resp. sed Roge. dixit ibi translata quando à lege.

e Cõsumere. Quia non tenuit ipso iure ut ĩ. l. xi. §. alias secus: ut ĩ. eo. ti. l. apud Aufidium. & ſ. de leg. t. l. v. in prin. & nonnihil refert nõ fiat aliquid, uel id non iure fiat. t sic ſ. qui satisdat. cog. l. quoties. & de iureiur. l. qui per salutem: & de condi. indeb. l. cum indebitum. in fin. & ĩ. de adul. l. si maritus. §. fi. Sed argu. contra ĩ. de re iudi. l. iudex.

ADDITIO. Dic quod ibi sententia tenuit ipso iure. alias esset idem quod hic: ut l. si ut proponis. C. quo modo & quando iudex. Bar.

f Si id. Alias si non id: & abundat negatio. sic C. de ser. fugi. l. j. aliàs deest scilicet non: & sic est planũ. facit ĩ. titu t. l. j. & iij. & l. si quis nimium. Accur.

quem velit accipere, ad legatarium a ptinet. Data igitur optione, si quis optauerit alienum seruũ, vel hominem liberum: b videndum est, an consumpserit optionem. Et puto non consumi. Eum, cui centum amphorarum c electio data d sit, acetum eligentem, †non consumere e optionem, si id f acetum elegerit, quod ui ni numero paterfamilias non habuit.

Idem libro xxiij. ad Sabinum. III.

SCilicet si ante exhibitionem, hoc est, ante degustationem g acetum elegerit.

Ante exhibitionem rerum electio non tenet, nisi legatarius fuerit sciens. Bar.

Paulus libr. iij. ad Sabinum. IIII.

SCyphi electione data, h si non omnibus scyphis exhibitis legatarius elegisset: integram i ei optionem manere placet, nisi ex his duntaxat eligere voluisset, cum sciret k & alios esse.

Aphricanus lib. v. quæstionum. V.

NEc solum l si fraude heredis, sed etiã si alia qualibet causa. m id euenerit.

Legatario optionis terminus ad eligendum statuitur, quo elapso eligere non potest, si res non est integra. Bar.

Pomponius lib. vj. ad Sabinum. VI.

MAncipiorum electio legata est. Ne venditio n quando que o eligente legatario interpelletur, decernere debet prætor, nisi intra certum tempus ab ipso pręfinitum elegisset, actionem legatorum ei non competere. p Quid ergo, si die præterito, sed ante quàm venderet hæres vendicare legatarius velit? Audietur: quia non est damnum subiturus hæres, propter quod decernere id prætor solet. Et quid si die præterito, quẽ q præfinijt r. s prætor, hæres aliquos ex seruis, vel omnes manumiserit: nonne prætor eorum tuebitur libertatem? t Ergo toties actio

g SCilicet. Degustationem. Si autem post, sibi imputet. & facit ſ. de peri. & commo. rei uendit. l. t. §. t. & l. si quis uina. §. si in auersione. & l. si uina quæ in dolijs.

h SCyphi. Data. Id est legata.

i Integram. Quia non tenuit prima, aliàs secus: ut ĩ. e. l. apud Aufidium. in fi. & no. supra l. 2. §. 1. & poterit ad exhibendum agere legatarius: ut ſ. ad exhib. l. 3. §. item si quis optare. Accur.

k Cum sciret. Nam tunc uidetur de omnibus satisfactũ, maximè si legatarius cognoscebat illos absentes: ut argu. supra de actio. empt. l. t. §. si.

l NEc solum. s. tunc integra manet electio. Accur.

m Causa. Quominus omnes exhibiti sint, nisi fraude tertij: quia tunc agit de dolo contra eum: ut ſ. de dolo. l. si quis. quæ est contra, solu. ut ibi.

MAncipiorum. CASVS. Legaui Titio optionẽ seruorum meorum & decessi. & ita põt Titius eligere, & habere tres: ut ſ. eod. l. j. hæres meus vult vendere, uel obligare, uel manumittere omnes seruos hæreditarios: & timet ne uenditio uel obligatio, uel manumissio annihiletur: eligẽte postea dicto legatario tres seruos ex his, quos vult uẽdere, uel obligare, uel manumittere, certè consulitur hic hæredi, ut adeat prętorem, & petat ab eo ut decernat a ctionẽ legatorũ legatario non competere, nisi intra tẽpus ab ipso prętore prefinitum elegisset seruos legatarius: & prætor bene audiet hæredem hoc petentẽ: pone ergo quòd prętor statuit vnũ mẽsem, & trãsijt mẽsis antequam legatarius eligeret, nõ tñ vendidit adhuc hæres seruos. nunquid audietur legatarius uolẽs vẽdicare tres seruos? Et dicitur quod sic: quia nõ sustinet hæres aliquod damnum propter vendicationem prædictã legatarij: ppter hoc autẽ solet prætor decernere ut legatarius eligat intra certum diem: ut hæres non sustineat damnum: si autem prætento dicto mense manumiserit, uel obligauerit, uel uẽdiderit hæres omnes seruos, uel quosdam ex his: non poterit amodo legatarius uendicare aliquos ex dictis seruis. Item & in alio casu debet prætor statuere certum tempus legatario optionis: puta si legaui Titio electionem serui, & Seio legaui reliquos seruos meos. & h. d. usque ad primum §. legis, si tibi. Vi.

n Venditio. Eorum scilicet.

o Quandoque. Id est quandocunque.

p Non competere. Not. quod ad tempus quis agere cogitur: sic ĩ. eo. l. si optio. §. fi. & sunt similia ĩ. eo. l. si tibi. & C. de inge. manu. l. diffamari. regulariter contra: ut C. ut nemo inul. Itẽ ad statuendum diem alicui facto, facit supra de iure deli. l. t. & ĩ. de dam. infect. l. qui bona. §. fin. Accur.

q Quem. Scilicet diem.

r Præfinijt. Id est, statuerit. aliàs definierit.

t Libertatem. Et certè tuebitur: & facit supra si quis cautio. l. & si post tres.

† Facit gl. vlt. in pri. in c. cũm quod de elec.

s Not. quod paria sunt non fieri, aut iniuria fieri: secus in quantũ ad effectum nunciationis noui operis, quia siue iure, siue iniuria opus fiat, per nunciationem inhibetur. tex. in l. j. in prin. ĩ. de nou. ope. nun.

n Sin, I P. Fl. Hal. autem legit, quandoque non eligẽte legatario. sed nõ recte.

l Vide Ant. Aug. li. 4. Emẽ. cap. 17.

s In P. F. nõ est, audietur.

r P. F. finierit, alibi definierit.

Deneganda.

denegandaᵃ non est, si omnia integra[b] sint. Idem est[c] & si pignori aliquos ex his seruis hæres dederit post diem,[d] uel vendiderit.

Paulus libr. x. quæstionum VII.

IMò & si quosdam seruos distraxerit, quosdã retinuerit: non est audiendus legatarius, si velit optare ex retẽtis ab herede, cum iam[e] familiam hæres disposuerit.

Pomponius lib. vj. ad Sabinum. VIII.

SI tibi electio serui, & mihi reliqui legari sint: decernendum est à prætore, nisi intra certũ tempus optaueris, petitionem tibi non datum iri.[f] Si ex quatuor uiriolis[g] duæ, quas elegissem, mihi legatæ sint: siue duę solę sint relictę,[h] siue ab initio[i] duæ solę[k] fuerint: ualet legatũ.[l] Vnius hominis mihi, & tibi optio data est.[m] cũ ego optassem,[n] si nõ mutassem[o] voluntatem: deinde tu eundem optaueris: vtriusque nostrum seruum futurum. Quod si ante decessissem,[p] vel furiolus factus essem: non futurum cõmunem; quia non videor[q] consentire, qui sentire non possim[r] Humanius autem erit, vt & in hoc casu quasi semel electione facta, fiat communis. Si rerum[s] depositarum electio mihi relicta sit: & ad exhibendum[t] cum eo, apud quẽ depositæ sint, agere[u] potero, & cum hærede agere, vt is depositi agendo, facultatẽ mihi eligẽdi pstet.

Iulianus libro xxxij digestorum. IX.

CVm ita legatur,[x] Titio Stichũ do le-

---

[a] Denegandi. Legatario. Accur.

[b] Integra. Facit s. de minn. l. quod si minor. §. Scæuola. & C. de repu. hære. l. fi. & supra de iure delib. l. si qs.

[c] Idem est. Vt actio denegetur: & dic quod idem refertur non ad proximum, sed superius.

[d] Post diem. A prætore, uel iudice statutum. & conuenit seq. l.

[e] IMò. Cũ iam. Alias sic forte non depositurus, nisi optionis timor esset.

SI tibi. Casus in princ. continuatus est sup. proxi. casui. Si ex. Titius habens quatuor uiriolas, legauit mihi duas, quas ex eis elegissem: & postea alienauit duas ex eis, & decessit: nunquid potero uendicare duas quas reliquit in hæreditate post mortem suã? Et dicitur quod sic: & idẽ esset si tẽpore quo legauit mihi prædicto modo, non habebat nisi duas uiriolas. Vnius hominis. Titius legauit mihi optionem unius de seruis suis, quem uolam, & postea eodẽ modo legauit Seio, & decessit: & postea ego elegi Stichum & postea Seius optauit eundem: certè erit Stichus communis mihi, & Seio: nisi ego post electionem meam mutassem uoluntatem. Sed quid si post meam electionem, & ante dictam electionem Seij decessi, uel factus sum furiosus certè de iure stricto non erit dictus Stichus mihi, & Seio communis: quia non uideor consentire, qui sentire non possum. de æquitate autem sic, quia semel fuit à me facta electio. Si rerum depositarum. Titius deposuit apud Seium scyphos argenteos: & postea legauit dictus Titius mihi electionem dictorum scyphorum: & ita possum eligere tres: ut supra eo. l. j. certè contra Seium depositarium possum agere ad exhibẽdum, & cum hærede Titij possum agere ex testamento, ut ipse agat depositi contra Seiũ: ut ab eo consequatur scyphos, & postea mihi facultatẽ eligendi præstet.

[g] Viriola, seu uiria, ornamentum est colli ex gemmis uiridibus, ut putat Bayli[us]. Viriolarũ fit mẽtio in l. fi. §. mulier. j. de auro & arg. leg.

[f] Non datum iri. Scilicet quia de cætero mei fient omnes, si optare cessaueris: ut j. eo. l. cum optio.

[g] Si ex quatuor viriolis. Dicunt quidam, quod sunt uasa, sed certè imò ornamenta muliebria: ut j. de aur. & argen. lega. l. argumento. §. ornamenta. Accur.

[h] Relictæ. Tempore mortis testatoris: ut argu. j. de tabu. exhiben. l. 1. §. fi.

[i] Ab initio. Tempore testamenti.

[k] Duæ solæ. Idem si dixit duo paria: ut s. de lega. 3. l. quæ concubinam. §. qui quatuor.

[l] Legatum. Scilicet quasi purum.

[m] Data est. Id est relicta: ut simul optemus.

[n] Optassem. scilicet non iure. Accur.

[o] Nec mutassem. Quam mutare possem iure fortè minoris ætatis: ut s. de mino. l. et si sine. in prin. aut patriæ potestatis: ut s. de leg. 1. l. Iulianus. aut quia non fuisset mihi tota familia exhibita, ut supra eod. l. scyphi. aut ante aditam hæreditatem: ut infra eo. l. optione. cæterũ semel iure facta optio mutari non posset: ut supra de lega. 1. l. v. in princ. & j. eod. l. apud. in fi. & dixi supra eo. l. ij. §. 1. & l. scyphi. Ac.

[p] Ante decessissem. Quam mutarem optionem minus rectè factam.

[q] Nõ uideor. Aliàs uidetur.

[r] Non possum. vt arg. s. loca. l. qui ad certũ. & de codic. l. ij. §. pe. ar. contra s. sol. ma. l. fi. §. fi. Itẽ ad l. illã est. s. d leg. 1. l. si domino. Itẽ s. cõmunia pdi. l. si.

[s] Si rerum. Puta plurium scyphorum.

[t] Ad exhibendum. Quia mea interest iusta de cã: ut s. ad exhi. l. iij. §. item si optare.

[u] Agere. Scilicet actione ex testã, & sic ago ut agas. sic & s. loc. l. cũ in plures. §. messem. uel dic ad exhibẽdum: quia agendo deposi. ti põt exhibere. sic & s. man. l. si mãdauero tibi. ut a Titio. & facit j. tit. 1. l. ij. §. 1. Accur.

CVm ita. CASVS. Hæc lex dicit esse idem in his duobus legatis. quorum unum est tale. Titio Stichum do lego, si Pãphilum nõ elegerit: & idem Titio lego Pamphilũ, si dictum Stichum nõ elegerit. Aliud legatum est tale, Titio do lego Stichum, aut Pãphilum, utrũ eorum uolet. quibus duobus casibus habet electionem dictus Titius. Quæsitum est. Titius instituit sibi hæredem Seium: & Sticho seruo suo libertatem dedit. siue statuit sub conditione, si nauis ex Asia uenerit usque ad annum: & mihi reliquit optionem serui, siue seruum mihi generaliter reliquit, quod idẽ est: & postea decessit dictus Titius: quæritur nunquid dictũ Stichũ optare possim? Et dicitur quod nõ: sicut nec possem optare seruum, cui testator libertatem purè reliquisset. Quid ergo si dictum Stichũ elegero? certè non ualet electio, & iterum eligere potero. Item quid si antequam eligerẽ, defecit dicta conditio. nunquid optare potero dictum Stichum? Et dr̃ quod sic siue dicta conditio defecit uiuo dicto testatore, siue mortuo eo ante aditã hæreditatem eius & hoc secundũ Mariũ, cui placuit perimi legatum Stichi ipsa libertate contingente Sticho per existentiam conditionis libertatis appositæ, non autẽ datione testatoris, qui dedit Sticho libertatem sub conditione: sicut enim pura libertas accipit uires tpe aditæ hæreditatis, ita & data sub conditione. unde si defecit conditio libertatis, ante aditam hæreditatem siue uiuo testatore, siue mortuo, deficit libertas, & ualet legatum Stichi, ut dictum est, & ideo non est mirum, si possum eum optare. Vi.

[x] Cum ita legatur. Quo casu habeo electionem per

go si Pamphilum non elegerit ([a] & eidem Titio Pamphilum, si Stichum non elegerit :) simile est, ac si ita legatum fuisset, Titio Stichum aut Pamphilum, utrum eorum uolet, do lego.

Cui legata est optio, non potest eligere seruum purè, uel sub conditione manumissum, nisi conditio defecerit. Bart.

Quæsitum est, si Stichus sub conditione liber esse iussus sit, & mihi optio serui data esset, vel seruus generaliter legatus esset: quid iuris esset? Dixi, commodius constitui, eum, qui sub conditione libertatem Sticho det, & optionem seruorum, non cogitare de Sticho: sicuti constat, nõ cogitare eum de eo, cui præsentẽ [a] dederit libertatem. Secundum quòd, si Stichum optauero, uel elegero: nihil agam: & ex cæteris nihilominus optabo. [b] In eodem casu [c] quæsitum est: si optione seruorum data antè quàm optarem conditio statutæ libertatis defecisset: an Stichum optare [d] possit. [e] Puto Mutianæ [f] sententiæ assentiendum: qua placet, ipsa libertate [g] legatum perimi, [h] non datione [i] statutæ libertatis: quare siue viuo testatore, siue post mortem eius, & ante aditam hæreditatem [k] cõditio statutæ libertatis defecerit: legatum erit utile. [l] Nam sicut pura libertas, [m] ita statuta [n] libertas aditæ hæreditatis tempore vires accepit. ideo Stichũ optare possum. [o]

Ius electionis relictum seruo competit eius domino post manumissionem si uult: si uolet, tunc ipsi seruo manumisso licet petere. Barto.

Idem lib. xxxiiij. Digestorum. X.

Si Pamphilo seruo Lucij Titij seruus generaliter [p] legatus sit, deinde dominus Pamphili postquam dies legati cesserit, [q] eum manumiserit, si quidem Titius [r] seruũ vindicauerit: [s] extinguitur Pamphili legatũ, quia non esset in hæreditate, qui possit optari. [t] si verò Titius legatum à se repudiasset, [u] Pamphilum optare posse legatũ constat. licet enim manumissione Pamphili duæ personæ [x] constituantur, Titij, & Pamphili: unius tamen rei legatum inter eas vertitur: & Titio vindicante optio extinguitur: repudiante, Pamphilus optare potest.

Species quãdoque generi derogat.

[a] In P.F. non habẽtur hæc, quæ parẽthesi inclusa sũt.

[e] Pl. Flo. possim.

legem, ut supra eo.l.ij.

[a] Præsentem. Id est puram. Nam speciale derogat generali. ut supra de leg. 3. l. uxorem. §. felicissimo. & hic est contra supra de leg. 1. l. si domino. ubi non derogat species legata generali legato optionis. Solu. ibi non fuit libertas relicta Sticho purè, uel sub cõditione, sed fuit alteri legatus: ad qđ est infra eod l. si hęres. & quare hic aliud quam ibi? Est ratio propter id qđ dicitur, quod præualet legatum libertatis: ut supra de leg. 2. l. si idem. & C. de necess. ser. hære. instit. l. quidam. & supra de ma. testa. l. si peculium. §. 1. uel so. ut ibi.

[b] Optabo. Si uoluero: ad hoc est supra eo. l. j. in fi. t. respõ. & quod ibi not.

[c] In eodem casu. Scilicet quando vni seruorum optio, & Sticho libertas sub conditione.

[d] Optare. Aliàs optarem. scilicet ego legatarius: aliàs optaret. s. legatarius similiter.

[e] Possit. Aliàs possim: & aliàs possit. Accur.

[f] Mutianæ. Mutius enim fuit in sententia quæ sequitur.

[g] Ipsa libertate. Scilicet cõtingente.

[h] Perimi. Scilicet optionis quo ad eũ seruum, cui contingit libertas.

[i] Non datione. s. sola: & aliàs est datione. & alias rõne.

[k] Ante aditam hæreditatem. Et sic antequam possit optari iure: ut j. eo. l. optione.

[l] Erit vtile. Etiam Stichi ratione, vt sic optari possit.

[m] Pura libertas. Vt C. de cadu. tol. l. vnica. §. in nouissimo. & j. de le. præ. l. utilis. §. si adierit. & j. qñ di. l. ced. l. nam cum libertas.

[n] Statuta. Id est, data sub conditione, si tunc s. conditio extiterit ante aditam hæreditatem: aliàs demum existente conditione cedet dies eius: ut C. de cadu. tollen. §. si autem sub conditione.

[o] Possum. Quoniam purè seruus est. R. s. cum defecerit conditio datæ libertatis ante aditam hæreditatem: & est bene ad legem istam ĩ. de leg. 1. l. si fundum. §. pe. & supra de manu. test. l. iiij.

Si Pamphilo. CASVS. Caius faciens testamentũ legauit unum seruum generaliter Pamphilo seruo Lucij Titij, & decessit: & ita cessit dies legati dicto Pãphilo relicti: & sic fuit quęsita actio legati Lucio Titio domino Pamphili: & postea dictus Lucius Titius dominus Pamphili manumisit eum Pamphilum, tunc modo quæritur, an Pamphilus manumissus possit optare unum de seruis Caij? Et dicitur qđ sic, si Lucius Titius dominus eius repudiasset legatũ: aliàs non, & redditur plana ratio in litera. Viuia.

[p] Generaliter. Sic que habet electionẽ: ut ĩ. eo. l. j.

[q] Cessit. quod est à morte testatoris, cum erat purum ut C. de cad. tollen. lege unica. §. in nouissimo.

[r] Titius. Scilicet dominus, quem supra uocant Lucium Titium.

[s] Vindicauerit. Quod potest, quia quæsitas actiones per seruum non perdit per manumissionẽ: ut j. de actio. & obligat. l. quæcunq;. & j. de iniust. l. si seruũ cuius nomine in hęredit a secus, quia ante aditam hæreditatem nulla est actio. & ideo ibi inspicitur tẽpus aditionis: ut Insti. de here. insti. §. alienus. sed hic dies cessionis. Accur.

[t] Possit optari. Scilicet de iure. vno enim petito, cõsumitur electionis facultas: ut j. eo. l. apud. & ĩ. de procu. l. si is qui Stichum.

[u] Repudiasset. Scilicet expresse. Alij dicunt manumittendo animo, ut legatũ eũ sequatur: ut ĩ. de leg. 1. l. seruo legato. §. 1. & insti. de hære. insti. §. seruus.

[x] Duæ personæ. Id est, duo legatarij cum antea una persona fingebatur: vt Insti. de inuti. stipu. §. ei qui. Et no. hic legatũ optionis uel in genere esse conditionale quo ad optionẽ, sed purũ quo ad seruum: ut j. qui, & a quib. l. iij. si enim esset omnino purum, semper domino quæreretur, si fiat manumissio postquã cessit dies legati & econtra Pãphilo si ante esset manumissus. sed certe etiã quo ad hoc nõ uidetur conditionale: quia si esset conditionale, uel domino tñ, uel Pamphilo tantũ deberetur: ut j. de reg. iur. l. quæ legata. & j. qñ dies leg. ced. l. si post. §. fin. Sed dicas illud quando res certa sub conditione legatur, hic incerta: & ideo ambulat electio, vt hic dicit, itẽ olim nõ transmitt-

transmittebatur, si decedebat antequam optaret: hodie per Iustinianum secus: ut insti.eo.§.optionis.& C.cõmunia de leg.l.fi.§.fi.& facit j.de sol.l. si stipulatus.& s.de le.1.l.filius.§.fideicõmissum.& l.quæ situ.§ duob.

SI Eros CASVS. Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Caium, & seruum suum Erotem legauit Seio: & eidem Eroti legauit fundum Titianum. & postea Mæuio legauit optionem vnius de seruis suis, & decessit postea dict⁹ Titius testator. & postea dictus Mæuius optauit dictum Erotem: & sic debet habere in Erote dimidiam Mæuius & aliam dimidiam dictus Seius: vt & s. de lega.1.l.si dominus. modo quæritur an idem debeat esse in fundo prædicto Titiano legato Eroti? Et dicitur quòd non: imò solus Seius debet habere dictũ fundũ. & ratio est, quia tempore aditæ hæreditatis Titij testatoris, a quo tempore cedit dies optionis legatæ Mæuio, ut j.eod.l.optione. solus Seius prædictus est ille, ad quem potest pertinere legatum dicti fundi. legatum enim de Erote Seio datum cessit a morte testatoris: ut C.de cadu. tollen. §. in nouissimo. & sic acquisitus fuit dictus fundus dicto Seio, quamuis postea auferatur ei per Mæuium medius Eros, ut dictum est. nam & si dictus Titius habuisset dictum Erotem communem cum Martino, & legasset eidem Eroti dictum fundũ, totus fundus pertinet ad Martinum: & hoc ideo quia cedente die dicti legati fundi, quod est ab adita hæreditate dicti Titij iam mortui, superest solus Martinus, qui per dictum seruum Erotem potest acquirere legatũ fundi. h. d. Viuia.

De legato facto seruo alij legato ad legatarium optionis nil pertinet. Bar.

Idem libro xxxvj. Digestorum. XI.

SI Eros Seio legatus sit, & Eroti fundus: deinde optio serui Mæuio data fuerit, isque Erotem optauerit: [a] fundus ad solum Seium [b] pertinebit: quoniam aditæ hæreditatis [c] tempore is solus erat, ad quem posset legatum [d] pertinere. [e] Nam & cum seruo communi [f] alter ex socijs legat: idcirco ad solum socium totum legatum pertinet, quoniam die legati cedente [g] solus est, qui per eum seruum possit acquirere.

[a] Optauerit. Quod facere potuit: quia testator hoc permisit. nec obst. s.eod.l.com ita.§.1. quia ibi propter libertatis fauorem: & sic iste Eros erit communis Seij, & Mæuij. alij dicunt, quòd optauit de facto: sed de iure non potuit, quasi tacitè ex mente testatoris ex generali optione sit exceptus Eros: ut argu. supra eo.l.cũ ita.§.1.& j.situ.1.l.ij.in princ.& j.de auro & argento lega.l.1.in prin.& s.de leg.iij.l. vxorem. §. Felicissimo. & l.seruis vrbanis.§.fi.& l.quæ sitũ.§. 1.& sic Eros erit solius Seij, non communis. sed certè simile quod inducit de seruo communi magis suadet quod primo dixi, & quod dicitur s.de leg.1.l.si domino. secundum H.

[b] Solum Seium. Sed Eros est communis Seio, & Mæuio.

[c] Aditæ hæreditatis. Hoc enim tempore cedit dies legati relicti seruo legato: ut C.de cadu. tollen.l. unica. §.in nouissimo.

[d] Legatum. Scilicet fundi.

[e] Pertinere. Id est, acquiri per Erotem seruum. nam Mænio sub conditione videtur legatus seruus, si optauerit: vnde cum ante aditam hæreditatem optare non potuit, ut j.e.l.optione. apparet Seium solum dominũ.

[f] Seruo communi. Iam nunc, & non sola destinatione: & argumentatur a minori.

[g] Cedente. Quod est tempore mortis: ut C.de cad.tol. l.unica.§.in nouissimo. Sed huic respon. est contra j. de acquiren. rerum domi.l.per seruum.§.1.& j. de stipu. seruo.l.proinde.§.2. Sed sol. ut no.s.pro socio. l.uersum.§.si seruo. quæ consonat huic: & j.ad legem Falcidiam. l. Plautius. & facit infra eodem.lege, si optio.& l.seruo.

Idem libr. primo ex Minutio. XII.

SEruo generaliter legato, verius est omnes hæredes, † si eis [h] electio data sit, eundem [i] dare debere: & si non consentiant hæredes, ex testamẽto eos teneri. [k]

SEruo. CASVS. Titio legaui seruum generaliter, & dedi hæredib. meis electionem, quem darent ei seruum, & decessi: certe hæredes mei debent cõsentire in vno seruo dando dicto Titio: & non poterit unus hæredum dare Titio medietatẽ vnius serui, & alius medietatem alterius serui: & ad consentiendũ possunt constringi actione ex testamẽto. Viuia.

† Not. tamẽ quod non cogũtur declarare seruũ legatũ q̃uis essent certi, nisi anno finito: nec ẽt personam cui debetur exprimere. Bal. in l. ij. §. sed & si quis. C.cõmu. de le.

[h] Si eis. Hæredibus. & die data, scilicet nominatim a testatore: alias legatarij est electio: ut s.eod. l.ij.2. respon.

[i] Eundem. Facit j. de uerb.obl.l.ij. circa prin.& l. in executione.§.pro patre.& de sol.l.si stipulatus. §. 1. & l.q hominem.§.1.& s.de condi.indeb. l. si non sortem.§. fi.& s.de leg.1.l.si ex toto.§.fi.& de leg.2.l.si quis duobus. Accur.

[k] Teneri. Cogentur ergo consentire iudice imminente: ut s.de leg.1.l.huiusmodi.§.fin. uel forte: ‡ ut C. commu.de leg.l.fi.in prin.

‡ Pro ijs, & alijs forte dirimẽdis, & terminãdis. Mando. I 14.quæst. Regu. 33. nu.12. cũ alijs seq.

Legatum factum seruo proprio sine libertate: licet sit inutile, potest tamen conualescere, & hoc hærede voluntario instituto, secus in necessario: quia legatũ ei factum est inutile propter regulam Catonianam. Barto.

Paulus libr.viij. ad Plautium. XIII.

SI optio serui data mihi fuit, & Sticho ali-

SI optio CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium extraneum, & mihi optionem serui legauit & Sticho seruo suo legauit fundum sine mentione libertatis, & sic non ualet legatum Sticho datũ: ut C.de leg.l.seruis. nunquid poterit aliquo casu conualescere dictum legatum non obstante regula Catoniana, quæ dicit, quod legatum inutile non potest postea conualescere: ut j.de regula Catoniana l.j.in prin. Et respon. quòd sic: puta si omnes serui hæreditarij præter dictũ Stichum decesserunt ante aditam hæreditatem, a dicto hærede voluntario: eo enim casu videtur purè mihi legatus dictus Stichus sine aliqua optione: & ideo reconualescit legatum eidem Sticho datum. nã seruo alicui specialiter legato bene potest legare testator qui eum legauit, etiam non habita mentione libertatis: ut s.de leg.1.l.seruo legato & est ratio in dicto uoluntario hærede, quia hæreditatis aditionẽ differre potest post mortem testatoris, & per consequens differtur optio: quia ante aditã hæreditatẽ fieri non potest: ut j.e.l.optione, & sic ante aditã hæreditatẽ familia seruorũ põt minui, etiam si statim tempore testamenti decesserit testator. si autem retento eodem casu Titius instituisset sibi necessarium hæredem, qui quidem non potest differre aditionem, imò statim mortuo testatore est hæres: sequens legatum fundi Sticho datum est inutile, propter prędictam regulam Catonianam. Pomponius. Legaui Titio optionem serui, & decessi: postea hæres meus uendidit Seio hæreditatem meã: nunquid Seius poterit cogere Titium ad eligendum, sicut posset hæres eo modo qui dictus est s.eo.l.mãcipiorum? Et uidetur

quòd non: quia dictus Seius, pôt hoc consequi per hæredem: dicitur tamen hic quod sic. Viuia.

a Sine libertate. Contra C. de le. l. seruus. Sol. hic seruus apparet alij legaturus: quod ibi non fuit.

b Sequens legatum. Seruo relictum. Ro.

quid testator sine libertate[a] legauit: tunc sequēs legatum[b] consistit: cum tota familia ad vnum Stichum reciderit:[c] vt quasi pure legato,[d] vtiliter sit legatum: nec aduersatur Catoniana,[e] si voluntarius[f] hæres institutus sit: quia potest ante aditam[g] hæreditatem, etiam si statim decesserit,[h] familia minui. Quòd si necessarius[i] hæres institutus sit: sequens legatum[k] propter Catonianam inutile est.

Vendita hæreditate prætor potest cogere legatarium ut optet petente emptore hæreditatis: sicut si hæres peteret, vt optaret. Bar.

Pompon. scribit: emptore hæreditatis[l] postulante, ut is cui serui optio legata sit, optet: videndū esse, an prætor, vt id faciat, cogere legatarium debeat: quemadmodū si hæres institutus id postularet: quia possit p hæredem id[*] emptor[m] consequi. Et quare non possit,[n] non video.

c Reciderit. Ante aditā hæreditatē. i. antequam optare possit. R. ut j. eo. l. optione. & dic reciderit scilicet alijs mortuis.

d Purè legato. Scilicet Sticho.

e Catoniana. De qua tractatur j. de regu. Cato. l. j. nam legatum seruo legato relictū nō cedit nisi ab adita hæreditate: ut hic patet apertè, & C. de ead. tol. §. in nouissimo. nam si statim post mortem cederet, ergo quolibet instituto esset nullum: qa inutiliter cederet, cū sit possibile alium de familia optari: & Catonis regula ad talia legata non pertinet: ut j. de regu. Cato. l. Catoniana. & ī. de leg. t. l. exterа. §. ij. Accur.

f Si voluntarius. Id est, si hoc est quod voluntarius est, qui hæreditatis aditionem differre potest: & sic differtur optio. R.

g Ante aditā. Post factum testamentū. Accur.

h Decesserit. Scilicet testator.

i Quòd si necessarius. Qui hæreditatis aditionem differre non potest, & sic per eum optio nequit suspēdi. ei enim mortis tempore ipso iure fingitur quæsita hæreditas: & si nihil inter mortis tempus, & hæreditatis aditionem euenire, fierive possit, nullum equidem ibi medium inueniri potest.

[*] In P. Fl. emptus.

k Sequens legatū. Sticho relictum. & facit j. de lega. t. seruo legato. §. t. & l. si a pluribus. §. t. & l. quæsitum. §. p. æsenti. & l. si post mortem. in princ. & ī. eo. l. si Eros. & j. de condi. & demon. l. Iulianus. & j. eo. l. seruo.

l Hæreditatis. Quoniam emptoris non minus, quam hæredis si non vendidisset interest, optionem nō semper impedire dispositionem seruorum: ut ī. eod. l. imò.

m Id emptor. Alias, Id emptus, & aliàs id emptor, scilicet agendo ex empto, ut cogat venditor legatarium optare: quia in bonæ fidei iudicijs omnia ueniunt, quæ æquum est uenire, etiam si non sint dicta: ut Insti. de obli. quæ ex consensu. in fi.

n Non possit. I. eum suo iure. ut optet cogere. Accur.

S I cum optio. CASVS. Legaui Titio optionem serui, & decessi. postea hæres meus manumisit Stichum, antequā Titius optaret aliquē. certè interim nō erit liber Stichus hæres, tamen eum amittit: quia si Titius eligat eum, cedet legato. si autem eligat alium, liber ostenditur. Viuia.

o Non perducit. Sic j. qui & a quib. l. 3. nisi de certo dato tempore & finito: ut ī. eo. l. mancipiorum. & facit infra de ma. uin. l. 3. & infra tit. a. l. fundum. §. minor. & j. de pec. leg. l. cū dominus. §. fi. & supra de lega. t. l. seruo. §. t. & supra eo. l. si optio. in prin. & C. de tera. pig. da. ma. l. si creditorib. & supra de nuli. test. l. si miles. Accur.

Iabolenus lib. ij. ex Cassio. XIIII.

S I cum optio serui ex vniuersa familia legata esset, hæres aliquem prius quam optaretur, manumisit: ad libertatem eum interim non perducit.[o] seruū tamen, quē ita manumiserit, amittit: qa is aut electus legato cedit, aut relictus tunc liber ostenditur.

Idem libro ij. epistolarum. XV.

S Eruo[p] sine libertate[q] legaui:[r] deinde optionem seruorum Mæuio dedi: is[s] eundem seruum optauit.[t] Quæro: an id quoque, quod legatum est, ei[u] debeatur? Respondi: Nō puto legatum huius serui nomine[x] ad dominū[y] pertinere.

Terē. Clē. lib. xv. ad l. Iul. & Pap. XVI.

O Ptione legata, placet non posse ante aditam hęreditatē[z] optari: & nihil agi, si optetur.

Idem lib. xvij. ad leg. Iul. & Pap. XVII.

TAbernæ. CASVS. Legaui tibi instrumentum tabernę meæ, uel tabernam instructã. certe continebuntur instrumenta ipsius loci, ut vasa doliaria & similia. Si autem legaui tibi cauponã instructam: continentur non solũ prædicta, sed etiam institores, quos præposueram dictæ cauponæ exercendæ. hoc enim nomen caupona, est nomen negotiationis, qd' nõ est in nomine tabernæ. sed & si legaui tibi balneum instructum, continetur balneator, & fornacator. sed & si ita scripsi in testamento meo, quæ tabernarum exercẽdarum, & instruendarum causa facta; parata ve sunt, do, lego Titio, & etiam lego eidem ea, quæ causa exercendi, & instruendi pistrini, & cauponæ facta, parataq; sunt. & postea decessi. certè legati uidẽtur caballi, qui in pistrinis erãt, & pistores, & institores, qui erãt in caupona. & etiam focaria, quæ erant in caupona, & etiam merces, quæ erant in prædictis locis. Sed nunquid domo instructa legata continebuntur uina, quæ ibi erant? Et dicitur q non: quia non potest domus intelligi instructa uinis. & hoc usque ad l. si ita. §. mulier. Viuian.

[e] Tabernę cauponiæ. Id est, ubi est vinum, & similia parata ad uendendum, sed non uenduntur adhuc: ut differat a caupona, in qua iam exercetur negotiatio uini, & ut differat a taberna in genere, quæ est vbicunque negotiatio exercetur: ut j. eo. l. cum quæritur. Ac.

[f] Neratius existimat. Et male. Acc.

[g] Sed videndum. Corrigendo Neratium.

[h] Loci. Id est, quæ semper ibi stãt. sed institutores finito negotio recedunt. & secundum hoc intelligi potest j. de uerb. sign. l. si instructum. §. 1. secundum H.

[†] Cauponæ. vide Ant. Aug. li. 2. Emẽ. cap. 4.

[†] Quæ vasa dicant hic ancones, pulchrè Cat. Cort. in hac ipsa dictione. Nebris. in lexi. suo iuris ciuil.

Etiam

& trullæ, [a] quæ circa cœnā solent traiici: item vrnæ æreæ, & congiaria, & sextaria & similia. Cauponæ autem, cum negotiationis nomen sit, etiā institores. [a] Instrumēto [b] balneatorio legato etiam balneatorem contineri, Neratius respondit.

Idem libro ij. ad Vitellium. XIIII.

Continetur autē & fornacator. [c]

Pomponius libro vj. ad Sabinum. XV.

Si ita testamento scriptum sit, Quæ tabernarum exercendarū, instruendarū, pistrini, cauponæ causa facta, parataq; sunt, do lego. his verbis Seruius respondit, & caballos, [d] qui in pistrinis essent, & pistores, [e] & [e] in caupona institores, & focariā, mercesq;, quę ī his tabernis essent, legatas videri. Domo instructa, [f] responsum est supellectilem legatam: non etiam uina; [f] quia domus vinis instructa intelligi non potest. [g]

Instrumento fundi cedit mulier, quæ villam custodit, sicut & saltuarius. Bar.

Mulier villæ custos perpetua [h] in fundo, qui cū instrumento legatus esset, aut instructo, continebitur, sicuti saltuarius: [i] par enim [k] ratio est. Nā desiderant tam villæ, quā agri custodiam: illic, ne quid vicini aut agri, aut fructuum occupent: hic ne quid cæterarum rerū, quæ in villa continētur. Villa autem sine ulla dubitatione pars fundi [l] habetur.

Villæ instrumento, non continetur supellex. Bar.

Alphenus libro ij. Dig. a Paulo epit. XVI.

Villę [m] instrumento legato, [n] supellectilē nō cōtineri, [o] verius est. Vinea, & instrumēto eius legato, instrumentū vineę nullū eē, [o] Seruius respondit, qui eum [p] cōsulebat, Corneliū respondisse aiebat, palos, [q] perticas, rastros, ligones, instrumenti vineæ esse. qd' verius est. Quidam vxori suæ fundum, vt instructus [r] esset, in quo ipse habitabat, legauit. Consultus de mulieribus lanificis, an instrumento continerentur, respondi, non quidem esse instrumenti fundi: [s] sed quoniam ipse paterfamilias, qui legasset, in eodem fundo habitasset: dubitari non oportere, quin etiam ancillæ, & cæteræ res, quibus paterfa-

[a] Etiam institores. Scilicet contineri, qui dum negotiationi cauponæ, uel tabernæ operam præstant. ipsi enim potius inserri putantur, quam ipsi tabernæ inferantur: ut j. eod. l. cum de lanionis. §. t. & de colono dicitur sup. eod. l. quæsitum. §. Alphenus. & j. eo. §. fi. & j. l. prox. in prin. Acc.

[b] Instrumēto contineri. Scilicet quandoque. ut si paterfamilias per se balneū exercebat: ut j. eo. l. cū de lanionis. §. t. & sup. proxi. respō. & j. eod. l. pictoris. §. fin.

[c] Continetur. Et fornacator. qui facit ignē ad calefactionē balnei. sed certè ille dicitur fornacarius, ut supra ad legem Aquil. l. si seruus seruum. §. si fornacarius. Vel fortè fornicator, qui meretricē ducit, ut Cacus, uel ipse meretricator.

[d] Si ita. Et caballos. causa ducendi pistrinum.

[e] Et pistores. Hos pistores, & institores dicas contineri quādo dominus exercet per se, & istis utitur ut instrumentis: cæterum si ipsi exercent instrumentum eis paratum, nō ipsi sunt instrumentum: ut de colono. s. eod. l. quæsitum. §. Alphenus. in fi. §. & sup. eo. tit. l. cū de lanionis. §. t. & sup. e. l. prima. in prin. & §. t. & §. fin. & hic dicit. R. secundos, non primos contineri.

[f] Non etiam vina. Contra C. de uerb. signific. l. j. & sup. e. l. quæsitum. §. sed si fundus. & §. Neratius, & §. idem respon. instructis hortis. quibus dicitur contineri uina. Sol. aliud ī fundo, ut ibi quā in domo, ut hic: & est ratio, quia ex fundo plerunque nascitur. Vel ibi gratia vsus patrisfamilias: hic causa custodiæ: & secundum hoc non refert inter fundum, & domum.

[g] Intelligi non potest. Nisi secundum quod dixi, quando est gratia vsus. Acc.

Mulier. CASVS. In fundo meo Titiano erat quędam villa, id est paruula domus in qua stabat Arethusa ancilla mea cā perpetuæ custodiæ. ego feci testamētum, & legaui dictum fundū Titio cū instrumēto, vel instructū. nunquid continebit in legato dicta mulier? Et dicitur qd' sic, sicut continentur saltuarij, quos habebam in eodem fundo, cum enim sit utriusque par ratio, idem ius statuendū est. desiderāt enim ita bene custodiam villæ, sicut agri. illic enim, i. in agris desideratur custodia per saltuarios, ne quid vicini occupent de agro, uel de fructibus in agro pendentibus. hic autē, id est in uilla desideratur custodia, ne qd uicini occupēt cæterarum rerū, quę continētur in uilla. dicta autem uilla sine dubio est pars dicti fundi: & ideo dictus legatarius uendicabit eam propter dictum legatum. Viui.

[h] Perpetua. Ad hoc supra de pig. l. debitor. cum concor.

[i] Saltuarius. Ad qd' est supra eo. l. instrumenta. §. fi. & l. quæsitum. §. saltuarium. & de leg. 3. l. cum quęreretur. §. fi. & j. eo. l. idem. §. fi.

[k] Par enim. Ergo idē est ius: ut sup. ad legem Aqui. l. illud. Accur.

[l] Pars fundi. Facit j. de uerbo. signific. l. fundi. & sup. quibus mod. usufru. amit. l. fundi.

Villæ. CASVS. Si lego tibi instrumentum domunculæ, quam habeo in rure causa colligēdi fructus, nō continetur supellex. Secundo dicit, quòd si lego tibi uineam. & eius instrumētum: continētur nomine instrumenti pali, & perticæ, & rastri, & ligones. Tertio dicit quod si lego tibi fundum, sicut instructus est, in quo ego habitabam: continentur mulieres lanificæ, quæ erant in fundo, quamuis non continerentur, si ego in eo habitarē. Viuian.

[m] Villæ. Rustici ædificij: vt infra de verborum significa. l. fundi appellatione, & supra l. proxi. §. fin.

[n] Legato. Secus si villa instructa legetur vbi distinguit legetur fundus instructus, vel cū instrumento: vt s. l. quæsitum. §. supellex. & §. sed si fundus. ibi, proinde &c. Acc.

[o] Non contineri. Contra j. eo. l. Seiæ. §. pe. Sol. ibi.

[p] Qui eum. Seruium.

[q] Palos. Sic s. de vsufr. leg. l. item si. §. fi.

[r] Instructus. No. instructus. secus si cum instrumento: vt s. eo. l. quæsitum. §. sed si fundus.

[s] Instrumenti fundi. Sed patrisfa. si modo vt ibi esset instructior, habebat: aliàs si ut extra fundum locaret,

[a] Alc. lib. 6. parer. c. 3. legit, quæ circa ahenū solent traiici: quo loco pulchrè explicat quid sit trulla.

[a] In hunc locū pulchrè Ant. Aug. emē. lib. 2. c. 11. quo loco de mensuris & vasis tractat.

[c] De fornacatore (ita. n. malo legere, quàm fornicator: quod & sensus magis conueniat. & in victo. exēpla. altero probatiore ita scriptū olim fuerat, quamquam sciolus aliquis deprauauerit) pulchrè Bud. s. ad l. Aq. si seruus seruū. §. si fornacarius. idē. n. est fornacarius, qui & fornacator.

[e] In P. Fl. in cauponio.

[f] Adde hic quod etiā quandoque appellatione domus cōtinetur substantia, & patrimonium: vt l. 1. C. de iudi. & ma. & l. 1. C. ne liceat pot. Alex. in l. lecta. sup. si cert. peta.

[o] P. F. nihil esse.

non cõtinetur legato: ut s̃.l. quæsitũ.§. sed si fundus.& §. Papinianus.& j.e.l.& si mancipijs. in prin. in casu ta mẽ sunt etiã instrumẽta fundi: ut si erãt lanificę ad uestiendum familiã rusticã, ut s.e.l. quæsitũ.§. saltuariũ.

Pictoris. CASVS. Ista lex planè ponit, quid contineatur legato instrumento pictoris serui, uel instrumẽto piscatorio, uel instrumento balneatorio. Viuianus.

milias in eo fundo esset instructus, omnes legatæ viderentur.

Pictoris, vel balneatoris, vel lanionis instrumento legato omnia necessaria ad suum ministerium continentur. Bar.

Martianus lib. vij. Institutionum. XVII.

Pictoris instrumẽto legato, ceræ, colores, similiaq; horum legato cedũt: item peniculi, & cauteria, [a] & cõchę. [b] Instrumento piscatorio cõtineri Aristo ait nauicellas, quæ piscium capiẽdorum causa comparatæ sunt. Sed & piscatores [c] contineri verius est. Instrõ balneario [*] legato, dictum est balneatorem [d] sic instrumento contineri balneario, quomodo instrõ fundi saltuarium, [e] & topiarios, & instrumento cauponio institorem, [f] cum balneæ sine balneatoribus vsum suũ præbere nõ possint. [g]

Paulus libro ij. ad Vitellium. XVIII.

Cum de lanionis [h] instrumẽto quæritur: semota carne, [i] mẽsas, [k] pondera, [l] ferramẽta, & alia, quę laniãdę [m] carnis causa parata sunt, itẽ trutinas, [n] cultros, dolabras [o] istrumẽto relinqmus. Instrumento legato, aliquãdo & [*] personas legãtiũ necesse est inspici; vt ecce, pistorio instru-

[a] Cauteris. [1] Plumbea cum quibus fiunt designatiões antequam fiat pictura.

[b] Et conchæ. Vascula in quibus stant colores, quæ dicuntur esse de auriculis piscium. Accur.

[c] Piscatores. Seruos, & hoc cum ipse testator piscator erat, & seruos piscatores habebat in eo ministerio: vt & j.l. proxi.§. 1.& dis s̃.e.l. si its. in princ.

[d] Balneatorem. Scilicet seruum: vt sup. eo.l. tabernæ. in fi. cũ ipse dominus p̃sit balneo. & not. s. ptos i. respon.

[e] Saltuarium. Id est saltus custodem: sed topiarius ordinator saltus: vt sup. de legatis 3.l. cum quæreretur.§. fin. & facit supra eo.l. instrumenta.§. fina. & l. quæ situm.§. saltuarium. & l. si its.§. fina.

[f] Institorem. sup. eo.l. tabernæ.§. pen.

[g] Nõ possint. Facit s̃. de iur. om. iud. l. 2. cum suis cõc.

Cum de de lanionis. CASVS. Hæc lex primo ponit qd cõtineatur legato instrumento serui lanionis. Secundo dicit, qđ ad sciendũ qđ cõtineatur instrumento legato, est necesse quandoq; inspici personas legantium. nam si lego tibi instrumẽtum pistorũ, ita demũ cõtinentur legato serui pistores, qui seruiebãt mihi in pistrino, si ego pistrinum exercebam, & nõ alias. multum enim interest, vtrum instrumẽtum sit paratum pistoribus, id est, ipsis dominis p se molẽtibus: quo casu cõtinebuntur in dicto legato serui pistores, an pistrinũ sit paratũ seruis molentibus, siue dñis: quo casu nõ cõtinentur ipsi serui. Asinam. Titius habens in fundo suo molendinum quod asina ducebat, fecit testamentum, & legauit Seio dictum fundum cum instrumẽto fundi. nunquid continetur dicta asina, & mola molẽdini? Et dicitur qđ non. bene tamẽ cõtinentur cacabi, & patinę quis pulmentariũ, siue comestio nõ potest coqui sine prædictis. Item cõtinetur uas ahenum, quod supra focum pendet, in quo calefit aqua ad potandum. & eadẽ ratione continentur urcei, quibus aqua infunditur in dictum vas ahenum: & etiam illa vasa cõtinent, qbus aqua infunditur i dictos vrceos & sic usq; ad infinitũ: & hoc si voluit testator. si autẽ nõ apparet volũtas testatoris, debemus inspicere cõsuetudinem regionis unde erat testator, scilicet quid erat in cõsuetudine, ibi quid cõtineretur appellatione instrumẽti fundi. Item continetur appellatione instrumẽti fundi villicus seruus qui colebat fundum fide dominica: nõ autẽ si colebat certa quantitate pensionis. Itẽ continet̃ meta, id est, inferior pars molæ si molebatur rusticis fundi. Itẽ bubulcus, siue stabat fundum cũ bobus, siue pascebat boues aratorios. quilibet enim prædictorũ dicitur bubulcus. Itẽ & putatores vineę qui erant in fundo. Item pastores, & fossores. Item cũ fundus. Legaui Titio fundum Seianum, ita vt optimus, maximusque est, cum omni instrumẽto rustico, & vrbano, & mancipijs, quę ibi sunt, nunquid debentur ei semina, q̃ in fundo erant? Et dicit qđ sic, nisi hæres probet aliud me testatorem sensisse. Item debetur ei frumentum repositum in fundo pro pascẽdis mancipijs, quæ erant in fundo. sequens §. dicit, quid continetur instrõ serui medici cum instrumento legati.

Cum fundum. Titius habẽs fundum, in quo erant decem serui, qui operabantur ibi, & ita erant fundi instructi dicti serui: legauit Seio dictum fundum ĩstructum: & postea eidẽ Seio legauit specialiter quinq; de dictis mancipijs. nunquid alij serui, quis non sunt nominati, continẽtur a modo sub appellatione instrumenti fundi? Et dicitur quod nõ, quia ex eo quod testator nominauit specialiter postea quinque ex seruis, ut dictum est, apparet eum non intellexisse dictos decem seruos esse annumeratos instrumẽto fundi, i. contineri instrumento fundi.

Sabinus ait. Legaui tibi fundũ. & ea quæ in eo sunt. certè habebis fundum, & ea quæ solita sunt esse in eo fundo. non autem ea, quæ tu curasti poni in eo fundo, vnde legatum tuum cumularetur.

Quidam. Titius legauit Seio hoc modo: uillam meã vti ego ipse possedi, lego Seio cum supellectili, & mensis, & mancipijs, quæ ibi deputabantur urbanis & rusticis, & cum vinis, quæ in diem mortis meæ ibi erunt, & cum decem aureis. & postea decessit dictus testator, & tempore mortis suæ inuenta fuerunt in fundo nõ solum prædicta nominata, sed etiã libri plures, & vitrea uasa, & vesticula ipsius. nunquid debentur legatario dicti libri & vitreamina & vesticula? Et dicitur quod non, imò sola ea, quæ expressit in legato.

Domum. Legauit Titius mihi domum instructam cum omnibus affixis. certè non continentur nomina debitorum, quæ erant in domo. Viu.

[h] Cum de lanionis. Id est macellarij, siue becharij: à laniando ii dicti: quia delaniant, id est per frusta incidunt carnes, & vendunt. vel id est, quia lanã separant, & diuidunt à corijs bestiarum: & exuunt, siue excoriãt bestias: & sic dicitur lanio à lanicio: vt arg. sup. de vsu, & habi. l. plenum.§. fi. H.

[i] Semota carne. Hæc enim non cedit legato.

[k] Mensas. Super quibus venditur caro, vel etiã lana.

[l] Pondera. Quibus ponderantur carnes, cum venduntur.

[m] Laniandæ. Id est occidendæ, vel diuidendæ, vel separandę à corijs, & lana. Accur.

[n] Trutinas. Id est stateras, siue bilancias.

[o] Dolabras. Id est bipennes, cum qua dolantur ligna, uel quod habet duo labra, secundum H. Accur.

[1] Cæli⁹ Rhodi. li. lec. antiq. 4. ca. vlu. Sũt & sua inquit, pictoribus cauteria, in ea pingendi rõne quã vocant encausticẽ, Latinè iustitiã diceimus coloribus inustis, & cera igne resolutis. vnde factum vulgo vt librarium atramentum dicat̃ encaustũ, hæc ille.

[*] In P. Fl. incipit, itẽ pictoris.

[*] P. F. balneatorio.

[*] P. Fl. &c.

Pistores,

mento ita ipsi pistores [a] inesse videri possunt, si paterfamilias pistrinum exereuerit.[b] nã plurimũ interest, instrumentum [c] pistoribus, [d] an pistrino paratum [e] sit.

Asinam [f] molendinariam, & molam negat [g] Neratius instrumẽto fundi contineri. Item cacabos, [h] & patinas [i] in instrumento fundi esse dicimus: quia sine his pulmẽtarium [k] coqui non põt. Nec multùm refert inter cacabos, & ahenum, [l] qđ suprà focum pendet. hic [m] aqua ad potandum calesit, in illis pulmentarium coquitur. Quòd si ahenum instrumento cõtinetur, [n] vrcei quoque, quibus aqua in ahenum infunditur, in idẽ genus rediguñ: ac deinceps in infinitũ primis quibusq; proxima copulata [o] procedunt. Optimum ergo esse Pædius ait, non propriam verborum significationem scrutari, sed in primis quid testator demonstrare voluerit: deinde in qua præsumptione [p] sint, qui in quaque regione cõmorantur. Cùm de villico [q] quæreretur, an instrumento inesset, et dubitaretur: Scæuola cõsultus respondit, si non pensionis certa quantitate, [r] sed fide dominica [s] coleret, [t] deberi. Idẽ consultus de meta molendinaria respõdit: si rusticis eius fundi operarijs moleretur: eam quoq; deberi. Est autem meta inferior [t] pars molæ, catillus superior. De bubulco quoque ita respõdit: siue de eo, qui bobus ibi araret, siue de eo, qui boues eius fundi aratores pasceret, quæreretur, deberi.[u] De putatoribus [x] quoq; ita respõdit: si eius fundi causa haberentur, inesse. [y] Pastores [z] quoque, & fossores [a] ad legatarium pertinere. Item cùm fundus ita legatus esset, Mæuio fundum Seianum ita vt optimus, maximusq; est, cùm omni instrumento rustico, & vrbano, & mancipijs, quæ ibi sunt. & quæreretur, an semina [b] deberentur? Respondit, verius esse deberi, nisi aliud testatorem sensisse hæres probaret. Idem respondit de frumento reposito ad mancipiorũ exhibitionem. In instrumento medici esse collyria, [c] & emplastra, & cetera eius generis, Cassius scribit.

Enumeratio quorundam in dividuorum à legato generis exi mit speciem. sub qua indiuidua enumerata comprehenduntur. Bartolus.

Cui fundum instructum legauerat, nomina tim etiam leganit mancipia. [d] Quæsitum est, an reliqua mãcipia, quæ nõ nominasset instrumento cederent? Cassius air, responsum esse, tametsi mãcipia instructi fundi sint: tamen videri eos solos [e] legatos eẽ, qui nominati essent, quòd [f] appareret, non intellexisse [g] patrẽfamilias, instrumẽto quoque seruos [h] annumeratos esse.

In dubio ea videntur esse in

---

[a] Pistores. Scilicet serui.
[b] Exereuerit. Per se.
[c] Instrumentum. Id est, serui de quibus quæritur.
[d] Pistoribus. Id est, dominis per se exercentibus.
[e] Pistrino paratum: Scilicet, seruus, quasi ipsi præcipiant in pistrino ut primo casu cedat legato: secũdo non. & sic instrumẽto agri: ut ĩ. eo l. quæsitum. §. Alphenus & dicitur hic pistrinum, id est, furnus: alias pro molendinu ponitur secundum Hug.
[f] Asinam. Redit ad instrumenta fundi. dic ergo asinã, quæ ducit molam.
[g] Negat. Nisi sit rustico operi deputata: ut j. eo. § idem consulius.
[h] Cacabos. Id est, lebetes. Accur.
[i] Patinas. Id est, patellas.
[k] Pulmentarium. Suauis cibus, secundum Hug.
[l] Et ahenum. Id est, caldarium, uel patolum a materia sic dictum.
[m] Hic. Id est, in aheno.
[n] Cõtinetur. Quod apparet ex præmissis, cum nõ differat à cacabo, & hoc secundario: directo autem instrumento coquinario cõtinetur: ut j. de auro & arg. leg. l. & si non sint. §. si cui.
[o] Copulata. j. eod. l. si fundi. §. fi. & ad idem ĩ. de instit. om. iud. l. 2. cum concor.
[p] Præsumptione. Id est, consuetudine, ex qua uoluntas testatoris præsumitur, & sup. de ędi. edic. l. sciendum. §. illud. & de legat. 1. l. si seruus plurium. §. fin. & de leg. 3. §. numis. & l. non aliter. §. 1. & de regu. iur. l. semper in stipulationibus. & j. de flu. & ne qd in flu. pub. l. 2. §. 1. Accursius.
[q] Cum de villico. Ad hoc ĩ. e. l. instrumenta. in prin.
[r] Quãtitate. Vt extraneus colonus.
[s] Sed fide dominica. Id est domino debita. & facit ĩ. eo. l. quæsitum. §. Alphenus, in fi. & ĩ. eo. l. Seiæ. §. 1. Hug.
[t] Inferior. Id est, pauimentum molendini, uel fortè inferior mola siue machina, sed catillus superior, quia paulatim de eo cadit frumentum in molam.
[u] Deberi. Legatario: ut fundi instrumentum.
[x] De putatoribus. Vitium, uel arborũ. ad quod ĩ. ad legem Aqui. l. si putator.
[y] Inesse. Instrumẽto fundi.
[z] Pastores. Ouium: & ĩ. eo. l. instrumenta. in fin.
[a] Et fossores. Qui faciunt fossata, ut aqua non stet in fundo. Et nota. quod ab illo §. bubulco, usq; huc, dicit de instrumentis causa quærẽdorum fructuum: ut supra eod. l. instrumenta. in prin.
[b] Semina. Facit ĩ. de usufr. l. item si. §. seminarios.
[c] Collyria. Expone ut Insti. de rerum diui. §. cum ex aliena. Accur.
[d] Mancipia. Scilicet rustica.
[e] Eos solos. Sic ergo genus præcedens restringitur per species expressas. Sed contra sup. de supellec. legata. 1. respon. Solu. hic sciebat defunctus quid continebatur appellatione instrumenti, ibi non: vel hic propria nomina expressit, ut Stichum, Pamphilum, & Erotem: ibi speciem generis, ut mancipia. Sed huic solutioni ob. j. de ali. & ci. le. l. verba. Vel hic certum numerum expressit ut ibi in 2. & 3. respon. eiusdem legis contrarię dicitur. vel hic non intellexit seruos contineri in primis verbis, scilicet instrumento, ibi sic. Vel dic plenè, ut no. ĩ. e. l. quæsitũ. §. pe. & fi. & facit ĩ. de leg. 3. l. quæsitũ. §. 1. & l. hæres. §. primo. & j. eod. l. quidam. & infra de ali. leg. l. Stichus.
[f] Quod. Id est, quia.
[g] Intellexisse. Cum dixit, fundum instructum &c. Acc.
[h] Seruos. Scilicet nominatos, vel alios:

P. F. to leretur.

Manendi

fundo, quæ maiori parte anni ibi sunt. Bar.

Sabinus: Cui fundus, quæq; ibi sint legata sũt: ei fundus, & oĩa quæ in eo solita sunt esse, quæq; ibi maiore parte anni morabantur, & qui in eũ manẽdi [*] [a] causa recipere se cõsueuerunt, legati videntur. At si qua consultò [b] in fundum cõgesta [*] contractave sunt quo legatũ cumularetur: ea non videntur [c] legata esse.

Si enumeratio specierum venit ad determinationem verbi, per quod genus significatur, videtur facta causa determinationis. Bartol.

Quidam cùm ita legasset, Villam [d] meam, ita vt ipse possedi, cum supellectile, [e] mensis, mancipijsq;, quæ ibi deputabantur, [*] vrbanis, & rusticis, vinisq;, quæ in diẽ mortis meæ ibi erunt, & decem aureis, & quæreretur, cùm in diem mortis ibi libros, & vitreamina, [*] & vesticulã habuerat, an ea oĩa legato cederent, [f] quoniam quædam enumerasset? Scæuola respondit, [*] specialiter expressa legato cedere. Domum instructam legauit cum omnibus affixis: quæritur de instrumentis debitorum, an ea legatarius habere possit? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur, non posse. [g]

Legatum instrumenti est vniuersale, ideo recipit augmentum vsque ad mortem testatoris. Itẽ enumeratio specierum in dubio fit causa augendi legatum. Bartolus.

Idem lib. xiij. Responsorum. XIX.

SI mãcipia, [h] quę post testamentum factum in fundũ Seiæ relictum à testatore ĩducta fundi colendi gratia in eodẽ fundo fuerint: [i] ea quoque instrumẽto fundi cõtineri rñdi. quamuis enim ea mancipia testator demõstrasset, q̃ tunc ibi essent, cum legaret, tamẽ nõ minuendi legati, sed augẽdi causa mancipiorũ quoq; fecit mentionẽ. Cæterũ instrumento [k] fundi mãcipia quoq; colendi agri causa inducta [l] contineri non ambigitur. Paulus respõdit, villæ instrumento neque fructus repositos, neque equitium contineri: supellectilẽ [*] autem legato cedere. [m] seruum verò arte fabrica peritum, qui annuam

[a] Manendi perpetuò.

[b] Consulto. Legatarij dolo, & machinatione: vt s. de leg. 3. l. nomen. §. filio. & de leg. 2. l. cum ita legatur.

[c] Non videtur. Nisi testatorem id voluisse euidenter appareat: vt s. de lega. 3. l. Iulianus. §. fin. & facit j. de pe. leg. l. nã qd. §. 1. & j. de auro & arg. le. l. si vxori. § 1. & s. de leg. 1. l. si fundus. & l. quæsitum. §. 2. & fi. & l. pe. in princi. & §. 1. & l. si ita. & l. si chorus. §. 1. & s. de vsufru. leg. l. generali. §. 1. & de leg. 2. l. Casus.

[d] Villam. Id est, domum.

[e] Supellectile. Hoc est generale nomẽ: sequentia specialia sunt quæ restringũt genus: vt infra subijcit. Acc.

[f] Cederent. Non autem cætera: ut & s. ead. l. §. cui fundũ. & quod not. s. eo. t. quæ situm. §. pen. Itẽ ad hoc quod species derogat generi, est s. de leg. 3. l. vxorẽ. §. Felicissimo. & l. hæres. §. 1. & l. ea ta mẽ. & j. de supelle. le. l. legata. 2. & 3. respon. & j. de ali. leg. l. alimẽta. §. Basilicæ. & l. Stichum. in princ.

[g] Non posse. Sic s. de legat. 2. l. Caius. in prin. & sup. de le. 3. l. vxorem. §. legauerat. & l. si mihi. in princ. §. 1. & j. eod. l. cum fundus. Accursius.

SI mancipia. CASVS: Titius legauit Seiæ fundum cum instrumẽto, & mancipijs, quæ ibi sunt. & postea in eũ fundum transtulit idem Titius quosdã seruos, ut ibi perpetuò morarentur. & postea decessit idem Titius: nũc quæritur nunquid dicti serui cedant dicto legato? Et videbatur quibusdã quod nõ, quasi in hoc casu non possint contineri appellatione mancipiorum, propter uerba in legato posita: illa, s. & mancipijs, quæ ibi sunt &c. quibus demonstrauerat testator illos tãtum seruos cõtineri, qui erant in fundo tẽpore testamẽti. Itẽ & videbatur eisdẽ quod nõ, quasi in hoc casu nõ possint cõtineri dicti serui appellatione instrumenti, qa qui instrumentũ legat, & mãcipia nominat, videtur nolle intelligere in instrumento seruos, sed eis male uidetur: qa bene continebũtur in legato dicti serui. non obst. alleg. illorum.
Paulus respõdit. Legaui Titio villã, id est paruulam domum, cum instrumento. certè non continetur legato equitium, quod erat in dicta domuncula: nec etiam fructus ibidem repositi: nec seruum peritus in arte fabrica, qui annuam mercedem præstabat domino, sed supellex bene continetur. Viu.

[h] Si mancipia. Testator legauit fundum cum instrumẽto, & cum mancipijs, quæ ibi erant. deinde in eodem fundo induxit postea mancipia, vt perpetuo ibi essent. quæritur an cedant legato? Et uidetur quod non: nam ex uocabulo [s] mancipijs non: quia dixit, quæ ibi erant: at hęc non erant tunc. Itẽ ex uerbo, cum instrumento, non: quia eo uerbo non continentur serui, cum postea de his dicitur s. eo. l. proa. §. cui fundum. sed tamen dicit ea contineri ex primo uerbo, scilicet cum instrumẽto. nã adiectio cum mancipijs, causa ampliãdi non minuendi legatum fuit facta. unde nõ debet retorqueri in læsionem legatariæ. sicut ergo ea primis uerbis, scilicet cum instrumento, continentur postea inducta mancipia, si nihil esset adiectum s. eo. l. pe. ita & tũc: nec obst. prædictus §. cui fundum. quia ibi proprijs nominibus expressit: hic in genere adiecit cum mancipijs. Accur.

[i] Fuerint. Scilicet tũnc, cum testator moritur: ut scilicet si liqueat hac uoluntate ibi dimissa. Accurtius.

[k] Cæterum instrumento. Et si nihil esset adiectum: ut j. l. pe. Accur.

[l] Inducta. Vt ibi sint perpetuò: ut s. de ac. em. l. fundi. §. Labeo. & si appareat testatorem hoc uoluisse. & sic non est contra s. de le. 3. l. Iulianus. §. fi. & facit quod huiusmodi generalia legata possint augeri s. de usuf. l. equia. §. 1. & de leg. 2. l. peculium. in princ. & de leg. 1. l. si ex toto. in princ. & l. grege. in princ. & §. 1. & l. quod in tectum. §. si quis. Instit. de leg. §. si grex. & j. de ali. lega. l. filio. §. fi.

[m] Cedere. Cõtra. s. e. l. uillæ. in prin. So. hic quidã habent literã supellectilis scilicet legata. & dicunt cedere, s. prædicta omnia, sed seruos nõ: ut subijcit, qa animalia in supellectili non sunt: ut j. de supell. leg. l. 2. & sic nõ habent §. seruum uero &c. sed non placet: quia non dicit in fra appellatione supellectilis nõ cõtineri seruum: sed seruum nõ cõtineri instrumento. Alij habẽt supellectilẽ, & tunc est cõtra l. uillæ. unde dicunt cancellandum

[*] P. Fl. morari, & hi qui in eũ manendi.
In P. F. contracta-ve sunt.

[*] P. Fl. deputabunt.

[*] Sic in P. F. Hal. aute scripsit vestipicã.

[*] In P. Fl. specialiter expressa, quæ legato cederet.

[s] Vltra hoc quæro, quid in partem eorũ an contineatur in legato mãcipiorum? dic q non per tex. in l. vxorẽ, §. sorori. s. de leg. 3.

[*] P. Fl. supellectilẽ.

Animalia in supellectili non sunt.

dum hunc uersum. Sed tu dic legatur instrumentum uillæ hoc modo, villam cum instrumento: tunc non cedit, ut in contrario. si autem villam instructam, tunc sic: ut supra e. l. quæ situm. §. sed si fundus. Et quod de seruo subijcis ideo est, quia nec fundi, nec patrisfamilias e. l. instrumentum: ut s. l. quæ situm. §. Papinianus quoque. & §. Alphenus. & j. l. proxi. §. 2.

a Præstabat. Scilicet domino; & laborabat cui volebat: non autem dicas, quod dominus locet ei operas: ut s. de usu & habi. l. sed & ipsi. & s. de usufruc. leg. l. si seruum, contra. Sol. vt in princ. Acc.

mercedem præstabat, [a] instrumento uillæ non contineri.

Per enumerationem specierum factam in codicillis restringitur legatum generis factum in testamento. Bar.

Scæuola libro iij. responsorum. XX.

SEiæ ex parte hæredi institutæ, si hæres erit, fundos per præceptionē dederat instructos [b] cum suis uillicis & reliqs colonorum, & codicillis ita scripsit. Postea [c] mihi uenit in mentem, Seiam, [d] fundos, quos reliqui, ita vt sunt instructi rustico instrumēto, supellectile, pecore, & uillicis, cū reliquis colonorum, & apotheca, habere volo. Quæ-

SEiæ ex parte. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seiam, & Caium. & eidem Seiæ legauit fundos instructos cū suis uillicis, & reliquis colonorum sub conditione, si hæres erit, & postea fecit codicillos, in quibus ita scripsit, mihi uenit in mentem, & volo Seiam habere fundos, quos eidem Seiæ reliqui, ita ut sunt instructi rustico instrumento, & supellectili, & pecore, & uillicis, cum reliquis colonorum, & apotheca. & postea decessit, modo quæritur an propter prædicta in codicillis nominata contineantur legato etiam ea, quæ fuerunt in fundo causa quotidiani usus patrisfam. i. prædicti Titij testatoris? Et respon. quod non.

Liberto suo. Titius legauit liberto suo his uerbis, Seio liberto meo fundum Titianum, & Seianū do lego, ita ut instructi sunt cum dotibus, & reliquis colonorū, & saltuarij, non contubernalibus, & filiis, & filiabus suis. & postea decessit; modo quæritur, an Stichus seruus, qui prædium unum ex his coluit, & reliquatus est amplā summā, debeatur Seio ex causa fideicommissi? Et respon. quod non, si coluit mercede: si aūt fide dominica colebat, bene debetur. Caio Seio. Ita dixi in testamento meo: Caio Seio alumno meo fundos meos Titianum, & Seianum dari uolo, ita ut instructi sunt, & domum superiorē, & decessi. petit legatarius ab hærede non solū fundos instructos, sed etiā domum instructam: hæres non vult ei dare instrumenta domus: quia ego testator non feci mentionem instrumenti legādo domum. quæritur quid iuris sit? Et respon. quod petitio legatarij admittenda est: nisi hæres manifestè doceret aliud me testatorē sensisse: in instrumēto autē domus non continebuntur serui parati operę, alij ve rei.

Prædia. Titius legauit Seio prædia, vt instructa sunt cum dotibus eorundē prædiorum, & cum reliquis uillicorum, & colonorum, & cum mancipijs, & omni pecore, & cū peculijs, & cum actore, id est, seruo castaldo, qui morabatur in ciuitate: erant autem tēpore testamenti dicti Titij quidā coloni, qui de colonis discesserant: qui quidē reliquati erant. facto autē testamento dictus testator iuit in prouinciam, cum ipse esset de Italia, & postea quædā sua mācipia transiuerūt in fundos legatos ad parentes, & notos sibi homines, & sua sponte, & non authoritate alicuius: & postea decessit dictus testator: & postea quædam alia eius mancipia transiuerūt similiter ad dictos fundos. modo quæritur hic de tribus: an reliqua dictorum colonorū, qui tēpore testamenti discesserunt de colonia, cedant legato prędicto: Itē an cedāt eidem legato uxor, & filia dicti actoris, qui in ciuitate morabatur. Itē an cedant legato dicta mancipia quæ post profectionem testatoris in prouinciā, aut post mortē eiusdē testatoris transiuerūt in dicta prædia? & in omnibus respondeo quod non. Pamphile libertæ. Hunc §. habes supra de le. 3. l. quæ situm. in prin. & ponas hic casum sicut ibi posui. Tyrannæ. Ita dixit Titius in testamento suo: Tyrannæ sorori meæ fundū meū Græcianum cum stabulo, & cū omni instrumēto rustico relinquo. & postea decessit. modo quæritur, an cedant legato pascua, siue prata, quę peruenerunt ad eum simul cum fundo, & quæ habuerat semper in vsibus fundi, & quę ita coniūxerat fundo, ut haberentur sub una appellatione fundi? Et respond. quod sic.

Instructis. Titia habens grabatum in domo sua Seiana, qui grabatus, siue lectus erat tectus auro, & argento: ipsa extraxit grabatum de domo, & posuit in horreo quodam, ut haberetur in loco tutiore: & postea fecit testamentū eadem Titia. & legauit Caio dictam domum Seianam, & aliam suam domum Titianā instructas, & decessit: modo quæritur, an contineatur legato dictus grabatus? Et dicitur quod sic.

Quod adiecit. Ita dixit testator in testamento suo: lego fundum Titianum, & Seianum Caio, vti dicta prædia possedi, & decessit. certè videtur legasse dicta prædia instructa, id est, cum mancipijs, & pecoribus, & instrumento rustico: non autem uidetur per illa uerba legasse tantummodo ius, quod habebat testator in dictis prædiis. Viu.

situm est, an etiam ea, quæ patrisfamilias usus quotidiani [e] causa ī fundo fuerunt, legato continerentur? Respōdit, testamento quidem, ut proponeretur, Seiæ insuper [f] fundū legatū: uerùm non amplius deberi, quā in codicillis, quos sanè post obliuionē testamentariæ scripturæ fecisset, instructi appellatione cōtineri se uelle manifestè [g] ostendisset.

Legato fundi instructi non cedit seruus, qui colit data mercede. Bar.

Liberto suo quidam prædia legauit his uerbis: Seio liberto meo fundos illum, & illum do, lego, ita vt instructi sunt [h] cum dotibus, & reli-

b Instructos. Per hoc verbū instructos, continebuntur instrumenta patrisfamilias: vt s. eo. l. quę sitū. §. sed si fundus. nisi esset restrictū per sequentes codicillos.

c Postea. Determinat verbum præcedens scripsit, uel uerbum sequens uenit.

d Seiā. Cōstrue, fundos, quos reliqui, volo Seiam habere, ita ut sunt &c. & sic restringuntur verba testamēti.

e Quotidiani. Vt frumentū, vinū, & alia instrumenta patrisfamilias: & hoc uidebatur ex verbis testamenti.

f Insuper. Id est, ultra institutionem. Accur.

g Manifestè. Sic ergo pcedentia per sequentia restringūtur: sic s. e. l. cum de lanionis. §. cui fundum. & j. de supellec. leg. l. legata. 2. & 3. respon. sed in primo est contra j. de adi. leg. l. verba. sed omnia dic, ut not. s. e. l. quæ situm. §. pe. quæ est similiter contra. & facit j. de adi. leg. l. cum centum. & j. de lib. leg. l. Aurelius.

h Instructi sunt. Ergo cum instrumento: & facit s. eo. l. quæ si-

quis colonorum, & saltuarijs, cum contubernalibus suis, & filijs, & filiabus suis. quæsitum est, an Stichus seruus, qui prædium vnũ ex his coluit, & reliquatus est amplam summam, ex causa fideicommissi Seio debeatur? Respondit, si non fide dominica,[a] sed mercede (vt extranei coloni solent) fundum coluisset, non deberi.

Virtus copulatiuæ qualitatem præcedentis legati repetit in sequenti. Bar

Caio Seio alũno meo fundos meos illum, & illum, ita vt instructi sunt, & domum[b] superiorem dari volo. Quæsitum est, an etiam domum instructam dari voluerit? Respondit secundũ ea, quæ proponerentur, ita videri[c] dedisse: nisi is, a quo peteretur, aliud testatorẽ sensisse manifestè doceret. at si habitatiõis, id est, ædificij instrumentũ[d] legasset: non cedere seruos operæ, alijve rei paratos.[e]

Debita in nouationem deducta, legato instrumenti non cedunt. Bar.

Prædia vt instructa sunt, cum dotibus[f] & reliquis colonorum, & villicorum, & mancipijs, & pecore omni legauit, & cum peculiis, & actore: quæsitum est, an reliqua colonorũ, qui finita conductione interposita cautiõe de colonia discesserant, ex verbis suprascriptis legato cedant?[g] Respondit, nõ videri de his reliquis esse cogitatum. Idẽ quæsiit, in actore legato an vxor, & filia legato cedant: cũ actor nõ in prædijs sed in ciuitate moratus sit? Respondit, nihil proponi, cur cedãt. Idem quæsijt, cùm testator facto testamento in prouinciã sit profectus, an ea mancipia, quæ post profectionem eius, aut mortem sine cuiusquam authoritate[h] sponte sua ad parentes, & notos sibi homines in fundos legatos transissent, legato cedãt? Respõdit. non legatos eos esse, qui veluti cõmeantes transissent.

Non videtur absens a fundo, qui alibi causa disciplinæ est missus. Bar.

Pamphilæ libertæ meæ dari volo fundum Titianum cum instrumento, & his, quæ in eodẽ erunt cùm moriar. Quæsitum est, si Stich⁹ seruus ex eodem fundo ante annum mortis testatoris abductus, & in disciplinam traditus, postea in eum fundũ reuersus[i] nõ sit, an debeatur? Respondi, si studendi[l] causa misisset, non quò a fundo eum aliorsum transferret: deberi.

Pascua deputata ad usum fundi, & cum eo uno nomine nuncupata, legato fundi cedunt.

Tyrannæ sorori meę fundũ meum Græcianum cum stabulo, & instrumẽto rustico omni relinquo. Quæritur an fundi appellatione, ẽt pascua, quæ ad eũ[k] simul cũ fundo peruenerunt, & quæ semper in vsibus huius possessionis habuerat, legato cederent? Respondi, si prata fundo Græciano ita coniunxisset, vt sub vna fundi appellatione haberentur: ea quoque deberi.

Quod alicui causa custodiæ est repositum, instrumento domus cedit. Bar

Instructis domibus legatis,* grabatus[l] argento inaurato tectus mortis Titiæ tpe in domibus nõ est repertus, sed in horreis tãtisper conditus: quero an is quoq; pstãdus sit? Respõdit, si in domo esse soleret,[m] & quò tutiore loco haberet, interim in horreũ adlatus esset: nihilominus præstãdum. Qđ adiecit testator, vti possedi:[n] an hoc significet, sicuti instructa ĩ diem mortis habuit: id est, cum mãcipijs, pecoribus, ĩstrumento rustico? Rñ sit, non de iure[o] q̃ri

Cum

l. quæsitum. §. sed si fundus.

[a] Fide dominica. Hoc expone ut s. e. l. cũ de lanionis. §. cum de villico. & facit s. eo. l. quęsitũ. §. Alphenus. Acc.

[b] Et domum. Copula &, plenariam inducit repetitionem. ad quod j. de condi. & demonst. l. avia. & j. subjicit.

[c] Ita videri. Id est, etiã personæ instrumentũ: quia dixit instructos: alij dixerũt de instrumento fundi tantum, vel domus: quod non placet.

[d] Instrumentũ. Id est domũ, & instrumẽtum, vel cum instrumento. & facit s. e. l. quæ sitũ. §. sed si fundus. Accur.

[e] Paratos. Qui. s. non sunt instrumẽta domus, sed vel prędij, vel neutrius. & facit s. eo. l. si ita. §. domo. Acc.

[f] Cu dotibus. Expone ut supra e. l. 2. §. 2. & facit s. d leg. 3. l. prædijs. in princ. & j. de aur. & arg. leg. l. qui vxori. § 1. H.

[g] Cedant. Sed non est contra s. e. l. quęsitũ. §. saluuasium. ĩ fi. §. & §. sed si fundus. in fi. §. sed certè ibi actor in fundo morabatur, & erat instrumẽtum fundi, hic non. & facit j. l. prædia. §. 1. in fi. Ac.

[h] Authoritate. Aliud si voluntate testatoris: ut s. e. l. mãcipia. & j. de adi. le. l. filio. in princ. & s. de le. 3. l. lulia. in fi.

[i] Reuersus. Idẽ habes s. de le. 3. l. q̃sitũ. in prin. & facit j. ea. l. in fin. & l. si ita. & s. e. l. q̃ sitũ. §. idẽ respondit prędijs. & j. e. l. pdia. §. 1. & j. de au. & ar. leg. l. qui uxori. §. 1. & s. de legat. 2. l. Caius. Ac.

[k] Quę ad eum. Testatorem. & facit s. de le. 3. l. prædijs. §. 4. & §. pen. & fi. & facit j. e. l. prędia. §. 1. & s. d le 2. l. Cai⁹. §. fi. & s. si ser. vẽd. l. pe. §. 1. arg. contra. s. de ser. rusti. præd. l. si per te. & supra eo. l. 2. §. fin. & j. de reb. dub. l. 2.

[l] Grabatus. Id est, lectus. vnde in Euãgelio, Tolle grabatum tuum, & ambula. Matt. 9.

[m] Soleret. Pro instrumẽto personę, aut rei: & ut probatur supra eodem. l. quæsitum. §. sed si fundus. & ad hoc j. de auro, & argento legato. l. si uxori. §. 1. & j. de penu leg. l. nam quod. & sup. de le. 3. l. quæsitum. §. finali. & j. eod. l. prædia. §. 1. Ac.

[n] Possedi. Vt lego fundum, ut ego possedi.

[o] Non de iure. Sed de facto. nisi tamen aliud liqueat, omne instrumentum debetur, illis verbis. Ro. & quod supra de legat. 3. l. prædijs. §. primo & secũdo & tertio. & l. quæsitum. § peto. & l. Lucius Titius. & j. eodem. l. prædia. §. penultimo. & lege penultima. Accur.

† Studẽdi cã absens an pro pñsente habeat, Mando. super. signa. Gratiæ, tit. de Indul. pci pien. fruc. ĩ absẽtia. ver. volue runt aliq.

* In F. F, crabatum.

CVm fundus. CASVS. Legaui tibi fundum, & nihil dixi de instrumento eius. nunquid continentur in legato dolia fundo infixa, & molæ oliuariæ, & prælum, quo premitur olea in torculari, quæ omnia erant infixa in fundo prædicto taliter, ut uiderentur esse pars fundi: Et resp. quod sic. secus autẽ si prædicta erant taliter in fundo ut essent apta ad remouendum inde: quia tunc non continerẽtur appellatione fundi. Viuianus.

Fundo simpliciter legato absque mentione instrumenti, ea continentur, quæ in textu exprimuntur. Bar.

† Hũc te. ampliabis per tex. in l. testatrix §. 1. ĩ. si ser. uen. ut et fundo legato veniant pscua. de quo vide l. fi. §. 1. s. de leg. 1.

• P. F. nulls.

a Cũ fundus sine instrumento. i. nihil dictum est de instrumento.

b Oliuarię. Quibus premit, & machinator olea ad prælum quando postea premit in torculari. A.

c Infixa. Scilicet sic, ut fundi pars sint. A.

d Continentur. Nõ enim sunt fundi instrumẽtum: ut s. e. l. quęsitum. §. es. & §. Papinianus quoque. & ideo cedent legato, ut pars rei: nõ ut instrumẽtũ personę uel rei. & sic nõ ob. ĩ. de sup. le. l. fi. Acc.

e Ex ijs rebus. Ergo nec dolia, nec molæ. si tamen non possunt moueri. & facit ĩ. de sc. em. l. fundi.

f Quæri solet. An contineantur appellatione fundi? Et respõ. qđ sic, cum &c. uel in fi. leg. interrogatiuè? & respon. sic tunc demum. & facit ĩ. eod. l. dolia. in princ. & s. eo. l. 2. §. 1. Accursius.

Pomponius libro j. fideicommiss. XXI.

CVm fundus† sine instrumẽto a legatus sit: dolia, molę oliuariæ, b & prælũ, & quæcunq; infixa, c in ædificataque sunt, fundo legato continentur. d Nullæ• autem ex ijs rebus, e q̃ moueri possunt, paucis exceptis, fundi appellatione continentur. De molis tum q̃ri solet, f cum ita affixæ, itave inædificatæ sint, vt partes ædificiorum esse videantur.

Paulus libro iij. Sententiarum. XXII.

FVndo legato vti optimus, maximusq; est, retia apraria, & cætera venariõis instrumenta g continebuntur: † qđ et ad instrumenta h pertinent, si quæstus fundi ex maxima parte in venatione consistat.

Fundo legato cũ mancipiis, & pecoribus, & oĩ instrumento rustico, & vrbano, peculium actoris ante testatorem defuncti (si ex eodẽ fundo fuerit) magis placet ad legatarium pertinere. i

† Aliàs, & cætera, q̃ venariõis ĩstrumento cõtinebunt ad ĩstrumenta ptinẽt, &.

FVndo. CASVS. Legaui tibi fundum uti optimus, maximusque est. certè continentur legato retia apraria, & cætera instrumenta uenationis, & idem est si legaui fundum cum instrumento. quod quidem est verũ, si quæstus, siue redditus fundi, ex maxima parte in venatione consistit.

Fundo legato. Legaui tibi fundum cum mancipiis, & pecoribus, & cum omni instrumẽto rustico, & vrbano, & postea decessi. modo quæritur, an ptineat ad legatarium peculium actoris serui, siue castaldionis, qui erat ex eodẽ fundo, & qui defunctus erat ante me testatorem? Et respon. quòd sic, licet videretur quibusdam contrarium ea eo, quòd actor decesserat ante me testatorem qui eram eius dominus. Viu.

g Instrumenta. Quæ sint ista, habes sup. eo. l. quæsitũ. §. si in agro. & §. sequen. Acc.

h Instrumenta. Quasi dicat, non solum si dixit vti optimus: sed etiam si dixit, cum instrumento. nam sunt fundi instrumẽta hoc casu. & facit sup. e. l. si redditus.

i Pertinere. Licet etiam aliud esset, si principaliter seruus cum peculio legatus esset. R. vt ĩ. ti. 1. & 2.

ADDITIO. Intellige secundum Bart. hic quòd ibi erat aliquid in peculio, quod erat instrumentum: quia hic cedit peculium tanquam instrumentum: non autẽ cedit seruo. alias in legato instrumenti non venirent nomina debitorum: ut ibi.

CVm quæritur. CASVS. Legaui tibi tabernam cum instrumento: quæritur, quid sit instrumentũ tabernæ? Et respon. quod illud est instrumẽtũ tabernæ, quo exercetur negotiatio, quæ fit in taberna. Viuianus.

k Negotiationis. Licet magis loci, q̃ negotiationis sit nomen tabernæ: ut s. e. l. tabernæ. & facit ĩ. de uerb. signifi. l. instructã autem tabernam. Accur.

Neratius libro ij. responsorum. XXIII.

CVm quæritur, quod sit tabernæ ĩstrumẽtum: interest, quod genus negotiationis k in ea exerceri solitum sit.

Paulus libro iij. ad Neratium. XXIIII.

FVndus, q locatus erat, legatus est cum instrumento. Instrũm, qđ colonus in eo habuit, legato cedit. Paulus. • An qđ coloni fuit, an tm̃ id qđ testatoris fuit? Et hoc magis dicendũ est, l nisi nullum domini fuerit. m

Illud instrumentum, quod est in fundo, inspicitur: non quod fundus sustinere potest. Bar.

FVndus. CASVS. Seius legauit Titio fundũ, postea idem Seius legauit eundem fundum Caio cum instrumẽto. certè cedit legato instrumẽtum, qđ colonus i eo fundo habuit, scilicet si erat testatoris dictum instrumẽtum, nõ autẽ continetur instrumentum quod erat coloni, nisi in uno casu, s. si dominus non habebat in fundo aliquod suum instrumentum. sed colonus habebat ibi suum, tunc enim bene continebitur legato instrumentum coloni. Viuianus.

• Hal. hoc locu initium capitis fecit aliter atq; in P. Fl.

l Dicendum est. Scilicet id quod testatoris fuit tantum, deberi: sic ĩ. de leg. 2. l. 5. §. fin.

m Domini fuerit. Tunc enim aliud nõ posset uideri cedere legato, nisi quod colonus habuerat. ad hoc de leg. 1. l. si quando. in prin.

Iabol. lib. ij. ex poster. Labeonis. XXV.

FVndi instrumento legato, id pecus cedere putabat Tubero, quod

FVndi instrumento. CASVS. Legaui tibi fundum cũ instrumẽto eius, certè dixit Tubero qđ cõtinentur legato pecora, non quidẽ quotquot erant in fundo causa stercorandi, sed quot sufficerent ad stercorãdum illum fundum, & non plus, etiam si plura erãt posita in fundo causa stercorãdi. sed Labeo, cuius sententia approbatur, dixit contrariũ, & dixit q omnia pecora parata ad stercorandum continentur legato, licet essent parata vltra numerũ, qui necessarius erat. & dixit non esse quærendũ, qd pecoris debuisset parari causa instrumenti fundi, sed quid paratum esset, & illud legato cedere. nam legata nõ sunt ęstimãda ex numero, aut multitudine magna, uel parua, ut dicebat Tubero. inquit etiam Labeo cõtra dictum Tuberonis, qd fiet si cũ mille oues sufficerent ad stercorandũ fundum, testator posuerit in eo duo milia? quas oues secundum Tuberonẽ existimabimus potius cessuras legato? q. d. nõ possumus discernere: & ideo malè dixit Tubero.

Quidam. Titius habebat in fundo suo Titiano fornaces ad faciendos figulos. id est, uasa figularia, id est, uasa de terra: & vtebatur maiore parte anni opera dicto-

ctorum vaſorum ad opus ruſticũ.i.alterius fundi. Itẽ Titius faciens teſtamentum legauit Seio inſtrumẽtum dicti fundi. nunquid dictæ figlinæ. Id eſt fornaces cõtinẽtur appellatione dicti inſtrumẽti legati? Et dicitur qđ non: quamuis dicta vaſa in eis facta contineantur. Sed quid ſi legauit omne inſtrumẽtum fundi excepto pecore, nũquid continentur legato paſtores ouium, id eſt, ouiliones, qui eas cuſtodiunt, & ouila, in quibus oues claudũtur? & Offilius putauit qđ ſic, quod non eſt uerum. Viuia.

is fundus ſuſtinere potuiſſet.[a] Labeo contra. Quid enim fiet, inquit, ſi cũ mille oues fundus ſuſtinere potuiſſet, duo millia ouium in eo fundo fuerint? quas oues potiſſimũ legato ceſſuras exiſtimabimus: nec quærendum eſſe: quid debuiſſet parari pecoris inſtrumẽti fundi cã: ſed quid paratum eſſet.[b] Non enim ex numero, aut multitudine legata æſtimãda eẽ. Labeonis ſniam probo.

Qui legat inſtrumentum fundi, vbi eſt fornax, non videtur legare fornacem. Bar.

Quidam cùm in fundo figlinas[c] haberet, figulorum[d] opera maiore parte anni ad opus ruſticum vtebatur: deinde eius fundi inſtrumentum legauerat. Labeo, & Trebatius, non videri[e] figlinas in inſtrumento fundi eſſe.

A quo remouetur principale, & eius acceſſorium. Bar.

Item cùm inſtrumentum omne legatum eſſet excepto pecore,[e] paſtores,[f] ouiliones,[g] ouilia quoque[h] legato cõtineri, Offili᷒ nõ rectè putat.

Idem libro v. ex poſter. Labeo. XXVI.

Dolia fictilia, item plũbea, quibus terra aggeſta eſt, & in his viridiaria poſita, ædiũ eſſe Labeo, & Trebatius putant. ita id verum eſſe puto, ſi ita illigata ſint ædibus, vt ibi ꝑpetuò[i] poſita ſint. Molas manuarias[k] quidem ſupellectilis, iumentarias[l] autem inſtrumẽti eẽ, Offilius ait. Labeo, Caſcellius, Trebati᷒ neutras ſupellectilis, ſed potius inſtrumẽti putãt eſſe quod verũ puto.

Inſtrumento fundi maritimi non cedunt ſerui piſcatores dominum ſequentes. Bar.

Scæuola libro vj. Digeſtor. XXVII.

Prædia mariti-

[a] Potuiſſet. Scilicet iſte fundus. Accur.

[b] Paratum eſſet. Not. non quod fieri debuit, ſed quod factum fuit: ſic ſ. de legat. 3. l. cum quæreretur. §. lana. Sed argu. contra ſ. de offi. præſi. l. ſed ſi licet. Accurſius.

[c] Figlinas. Id eſt, fornaces: ut ſ. de ſer. ruſt. præd. l. neluti.

[d] Figulorum. Id eſt ſeruorum, qui exercebant fornacem & dic ruſticum ſcilicet alteri᷒ fundi. & ideo non uidẽtur legati, licet fundus, in quo ſunt figlinæ, ſit cum inſtrumẽto legatus. & ſic tam figlinæ ut pars, quam uaſa ad ruſticum opus parata cedũt: ad qđ ſ. e. l. quæſitum. §. Alphenus. & ſecũdum hoc habeas infra, figulos inſtrumento &c. ſecundum H. uel dic figulorum opera, id eſt, vaſis. & dic legatum tantum inſtrumentum fundi: oẽt fundus, nec etiam fornax eſt legata: nam licet inſtrumentum fabricæ legetur, non ideo domus, vbi ſit fabrica. & ita habeas figlinas in inſtrumento. Accurſius.

[e] Pecora. Quod & ipſum eſt inſtrumentum fundi, ſi vt fructus de fundo perciperetur, ſit paratum: vt ſupra eod. l. de grege. Acc.

[f] Paſtores boum. Vnde illud, Angelus ad paſtores ait &c. nam verbum pecus comprehendit etiam maiores beſtias: vt ſ. de ædil. edic. l. ædiles. §. iumentorum.

[g] Ouiliones. Qui cuſtodiunt oues, qui & opiliones dicuntur. Accur.

[h] Ouilia quoque. Vbi oues clauduntur. & ſic no. remoto principali,[1] & acceſſorium: vt ſ. titu. t. l. 1. & 2. Accurſius.

Dolia. Casvs. Legaui Titio ædes meas Titianam, & Seianam: nunquid continentur in legato dolia fictilia, & plumbea quibus terra eſt aggeſta, & in quibus ſunt viridiaria poſita? Et reſpon. ꝙ ſic, ſi ꝑdicta ſunt illigata ædibus prædictis, vt ibi perpetuò poſita ſint, non ad tempus.

[k] Molas. Titius habens fundum, in quo erant molæ: quæ manu hominum ducebantur: & aliæ molæ, q̃ iumento ducebantur legauit ... eio inſtrumenta dicti fundi. certè continẽtur in legato vtræque molæ: quamuis Offilius diceret, & malè, quod manuariæ molæ ſunt ſupellectilis, & non inſtrumenti. Viuianus.

[i] Perpetuo. Sic ſupra eodem l. cum fundus. & de actio. emp. l. fundi. §. Labeo.

h Id, quod seruo. Scilicet vicario. nam si Sticho ordinario reliqui libertatem & suum peculium: nō deducitur, quod debet vicario: quia deductum adhuc in peculio ordinarij remanet: ut & s. de pecu. l. si seruus. §. id verò. & Inst. quod cum eo. §. aliquando. secus si vtrique libertatem, & suū peculium: quia tunc quasi duo peculia sunt: ut supra eod. l. si peculium. §. si seruus. & fit decessio: ut supra eodē. l. deniq;. §. 1.
i Minuitur. Vt & supra de pec. l. iiij. §. sed sæpe. & l. sed si damnum. * §. sed & si ex delicto. & §. si ipse. Acc.

* Aliàs est lex, peculium aut.

Pomponius libro vij. ad Sabinum. X.

SI peculium seruo, vel filio prælegare velis ne deducatur id, quod tibi debebitur: specialiter k ea, quæ in peculio erūt leganda sunt.

SI peculium. CASVS. Quamuis generaliter debeat deduci de peculio legato illud, quod domino debetur, ut s. eo. l. si peculium. in prin. & §. 1. tamen bene potest facere dominus legans seruo peculium, ne deducatur sibi debitū, puta si leget seruo specialiter, & singulariter res, quæ sunt in peculio. Et scias quod etiam ei, qui nō habet peculium, potest legari peculium. non enim tantū præsens peculiū potest legari seruo, sed etiam futurum. Fit tamen quandoque inutile legatum peculij: puta cū seruus, cui legatum est peculiū, decedit uiuo testatore: secus si tēpore mortis testatoris seruus inuenitur viuus, q̃a tunc bene cedit peculiū legato. Secus autem si seruus vestitus legatus foret, quia tūc uestimēta legato nō cedent: etiam si seruus vixerit tempore mortis testatoris. & hoc dicit cum tribus legibus seq. Viuianus.
k Specialiter. Vt nulla ambiguitas nullaque sub alicuius rigoris uelamine sit dubietas. potest & alio modo fieri: ut supra eo. l. si peculium. §. 1. & facit supra de vsufr. l. quoties. §. fi. & supra, quibus modis ususfructus amit. l. quid tamen. §. quadrigæ. & instit. de fideicōmiss. hære. §. si quis una. Acc.

Vlpianus lib. xxix. ad edictum. XI.

EI quoque, qui nihil in peculio habet, potest l peculium legari. Non enim tantum præsens sed etiam futurum peculium legari potest.

l EI quoque. Potest. sic supra, de leg. 3. l. etiam. & de pecu. leg. l. quæsitum. in prin. & supra, de lega. 2. l. peculium. in prin. Acc.

Iulianus libr. xxxvij. digestorum. XII.

TVnc inutile legatū peculij fit, cū seruus viuo testatore decedit. m Cæterū si mortis tempore n seruus vixerit, o peculium legato cedet.

m TVnc inutile. Decedit. s. ante, quam testamētum relictave confirmentur. Rog. ad quod supra, ea. l. 1. & ꝭ. tit. 1. l. 2. Acc.
n Mortis tempore. Scilicet testatoris.
o Vixerit. Et sic legatū fit iā re aut spe debitum. Acc.

Celsus lib. xix. digestorum. XIII.

ALiter atque si seruus vestitus p legatus foret.

Transpositio verborum legatum non vitiat. Bar.

p ALiter. Vestitus. tunc enim vestimenta legato non cederent: licet seruus uixerit tempore mortis.

tis. hæc enim, id est vestimenta, adhærentiæ occasione, & ferè quasi continuæ accessionis, imo sequelæ nomine, non suo iure peruntur, & velut appendicia quædam nunquam per se debita æstimantur: sic nimirum loculos, lectos, & libros, aueique legatas, claustra, fulcra, claues, & armaria cōtinentur: ut supra de leg. 3. l. librorum. §. fina. & l. auibus. & l. hæres. §. penul. secundum R. & H.

Quidam. CASVS. Titius ita scripsit in testamento suo. Pāphilus seruus meus peculium suum, eū moriar, sibi habeto liberq; esto: & ita legauit ei peculium prius, quàm libertatem: & decessit dictus testator. nunqd videtur rectè Pamphilo peculium legatum? Et videtur quod nō: quia prius quam liber esset iussus erat sibi habere peculium. Dicitur tamen, q rectè videtur legatum. non enim est spectādus ordo in coniunctionibus dictionū, uel orationum: perinde enim ē, ac si primo data esset ei libertas & postea peculiū. Viuia.

Alphenus Varus libro v. digesto. XIIII.

Quidam in testamento ita scripsit: Pamphilus seruus meus peculiū suum, eum moriar, sibi habeto, liberq; esto. consulebatur, rectè [a] ne Pamphilo peculium legatū videretur: quod [b] prius quā liber esset, peculiū sibi habere iussus esset? Respondi, in coniunctionibus [c] nullum ordinem esse: nec quicquam interesse, vtrum eorum primum diceretur, aut scriberetur. quare peculium rectè legatum videri, ac si prius liber esse, deinde peculium sibi habere iussus esset.

Generi per speciem in aliam translatam derogatur. Bar.

[a] Rectè. Adiunge supra. q. d. dubitabilis erat quæstio, id est, an rectè sit legatum? Et videtur quòd non. Acc.

[b] Quod. Id est, quia &c.

[c] Coniunctionibus. Scilicet dictionum, vel orationū, vel locutionum: & sic not. quod uerba transposita idē significant. l. sic C. de test. l. pr posteri & s. de leg. a. l. cum pater §. fidei tuæ. & j. de sol. l. nec enim & initi. de leg. §. ante hæredis, & j. de dam. infect. l. si finita. §. si plures. Arg. contra supra de usufru. l. quoties. 1. respō. 2. cum suis. concor. & supra de uulg. subst. l. a. §. quisquis. Accur.

[a] Cōcor. tea. in ca. cū clamor & ibi glo. contra de testam.

[a] Dic fm Bar. quod ibi loquitur in uolūtate dubia, vbi inspicit ordo: hic in volnntate certa.

Seruo. CASVS. Ego habens Stichum seruum, qui habebat in peculio ancillam Arethusam, dedi libertatem in testamento meo eidem Sticho, & peculium suum ei legaui. postea in alio capite, siue capitulo testamenti legaui vxori meæ omnes ancillas meas: & postea decessi. nūc quæritur, cuius esse debeat dicta Arethusa: utrum dicti Stichi, an vxoris meæ? Et dicitur quod Stichi debet esse: & idem esset si prius legassem vxori meæ omnes ancillas meas, & postea Sticho prædicto legassem peculium suum, in quo peculio erat dicta Arethusa, nam semper erit Stichi dicta Arethusa. nec obstat l. Titiæ textores. de leg. 1. quæ est contra: nā hic pars derogat toti, uel species generi. Vi.

[d] Serui eam. Imò uidetur neutrius: ut j. de leg. 1. l. Titiæ textores. in prin. quæ est contra. Sol. hic species derogat generi, uel pars toto: ut supra de tri. le. l. ij. cum cō cor. at ibi utrunque genus. s. textores, & vernæ: uel qa hic dicendo suas, uicarias non comprehendit: ut j. de leg. 3. l. seruos. §. si. secundum lecturam unam. Accur.

[e] Vtri prius. Sic supra l. proxima.

Stichus habet. CASVS. Titius habens Stichum seruum ordinariū, qui Stichus habebat in peculio Pamphilum vicarium valentem xx. fuit conuentus noxali actione pro dicto Pamphilo, & fuit condemnatus hoc modo, Condemno Titium dominum Pamphili in xxx. aureis: & permitto ei, quòd det Pamphilum pro noxa si nō vult soluere dictos xxx. aureos. taliter enim solet fieri cōdemnatio in noxali actione: ut Insti. de offi. iudi. in princ. dictus aūt dominus soluit litis æstimationem, id est dictos triginta aureos. & postea fecit idem dominus testamentum, & in eo manumisit dictū Stichū ordinarium eiq; legauit suum peculium, & postea decessit dictus dominus. nunc quæritur, an hæres domini, cū soluit peculium Sticho ex causa legati, in quo quidē peculio est Pamphilus cū suo peculio, possit deducere de peculio Pamphili, vel Stichi illud, quod nomine Pāphili præstitit dominus condēnatus noxaliter, id est dictos triginta aureos? Et dicitur quòd sic. deducitur enim de peculio Pāphili, quantacunque fuit illa summa, quā dedit dominus pro litis æstimatione, etiam si expediebat Sticho ordinario ut Pamphilus fuisset datus pro noxa: nam quicquid dedit dominus pro capite serui Pamphili, in eo est constitutus eius debitor idem Pamphilus. si autem peculium Pamphili non sufficit ad satisfaciendum domino de dicta litis æstimatione, tunc deduci debet superfluum ex peculio Stichi ordinarij, non tamen ultra pretium Pamphili. non enim expediebat Sticho ordinario dari pro æstimatione litis ultra pretium Pamphili. secus autem esset si ex alia causa, puta ex promissione Pamphili debebat pecuniam domino, quia tunc non deduceretur aliquid de dicta pecunia ex peculio Stichi: imo tantum de peculio Pamphili. Nec est hoc contrarium ei, quod dictum est supra in uersicu. quod si Pamphili &c. quia ibi propterea pretiū uicarij deducendum est de peculio ordinarij, quia eo nomine ipse Stichus fuit constitutus debitor domino, ob defensionem uicarij sui, quam dominus fecit in noxali iudicio: de quo dictum est in princip. l. sed in casu proposito in uersic. quæsitum &c. si debitor est Pamphilus domini ex promissione, nihil est deducendum de peculio Stichi: quia hoc casu Stichus nihil debet domino. nec enim in hoc casu gessit dominus negotium Stichi peculiariter: sed est deducendum hoc casu duntaxat ex Pamphili peculio. nunquid ergo in dicto peculio Pamphili computabitur ipse Pamphilus, id est, illud quod ualet Pamphilus, vt sic maius eius peculium intelligatur, & melius satisfiat hæredi domini de eo, quod Pamphilus promisit domino? Et respond. quod non, quia ipse Pamphilus non potest intelligi esse in suo peculio. Viuianus.

Idem lib. ij. dige. a Paulo epito. XV.

Seruo manumisso peculium legatum erat, alio capite omnes ancillas suas vxori legauerat. ī peculio serui ancilla fuit. Serui eam [d] esse respondi. neq; referre, vtri prius [e] legatum esset.

Quod dominus soluit pro vicario, quem in causa noxali defendit, de ipsius vicarii peculio totum deducit, & de peculio ordinarii vsque ad æstimationem vicarii. quod verò alius pro vicario soluit, de ipsius vicarii peculio tantum deducit: de peculio ordinarii nullo modo. Item nemo est in peculio suiipsius. Bar.

Aphricanus libr. v. quæstionum. XVI.

Stichus [f] habet in peculio Pamphilum: [g] ...

[f] Stichus. Seruus alicuius ordinarius.

[g] Pamphilum, Vicarium.

dominus a hunc b noxali iudicio defendit, & dānatus litis æstimationē c soluit: deinde Stichum testamento manumisit: eiq; peculium legauit. quęsitū est, an quod Pamphili nomine præstitum sit, ex peculio vel ipsius Pamphili vel Stichi deducendū sit? Respondit, d Pamphili quidem de peculio vtiq; deducendum, quantacunque e ea summa esset. Idē est † etiam si eum noxę dedere expedisset. f quicquid enim pro capite serui præstitum sit, in eo debitorem eum domini constitui. Quod si Pamphili peculium non sufficiat tunc ex peculio Stichi nō vltra g pretium Pamphili deduci debere. Quæsitum est, si ex alia h causa Pamphilus pecuniā domino debuisset, nec ea ex peculio eius seruari possit: an vsque ad pretium eius ex peculio Stichi possit deducere? Negauit. i neq; enim simile id superiori esse. ibi enim propterea pretium vicarij deducendum, quod eo nomine ipse Stichus ob defensionē k vicarij sui domino debitor l cōstituatur. at in proposito, m quia Stichus nihil debeat. n ex eius peculio nihil esse deducendum, sed ex Pāphili dumtaxat: qui certè o ipse in suo peculio esse intelligi non potest.

Iabolenus lib. ij. ex Cassio. XVII.

Qui peculium serui p legauerat, iudiciū eo nomine acceperat: deinde decesserat. Placuit, non aliter peculium ex causa legati p̄stari, quàm si de accepto iudicio hęredi caueretur.

Martianus lib. vj. institutio. XVIII.

Si seruo manumisso q peculium legatū fuerit in eum sine dubio * creditoribus peculiarib. actiones non competunt. r sed non aliter * hæres s peculium præstare debet, nisi ei caueatur, defensum iri aduersus creditores peculiares. *

Papinianus libro vij. responsorum. XIX.

Cum dominus seruum vellet manu

a Dominus. Vtriusq; scilicet ordinarij Stichi, & Pamphili vicarij.

b Hunc. Pamphilum. Accur.

c Litis æstimationem. In qua sola fuit damnatus, licet datio noxæ sit in solutione: ut Insti. de actio. iudi. in prin. Accur.

d Respondit. Iulianus magister meus. Accur.

e Quantacunque. Etiam si plus, quam ualeat seruus. nec enim potest dicere Pamphilus plus pro se datum, quam ualeat ipse met. nam corpus rebus suis est præferendum. arg. C. de sacrosanct. eccle. l. antepe.

f Expedisset. ipsi ordinario, aut etiā domino: at Pamphilo nunquam illud expedire posset. Itē contra supra de pe ti. hære. l. utiles. ubi debet fieri quod est vtilius uel datio noxæ, uel litis æstimatio. sed ibi alius nō dominus, hic domini nus. & facit supra de pecu. l. si noxali. in prin. Accur.

g Non ultra. Quia vltra hoc dari non expediebat Sticho: est ergo ideo, quia in tantum negotiū Stichi gessit utiliter in re sua peculiari: ut supra proxi. §. dicitur. ad instar enim liberorum, & seruorum obligatio nea sunt admissæ: ut supra de pecu. l. non solum. §. 1. & §. an debitor.

h Ex alia. Id est, ex alia causa quam prędicta: ut in promissione.

i Negauit. s. Iulianus magister meus.

k Ob defensionem. A domino factam.

l Debitor. Et sic eatenus diminutum esset peculium Stichi. amisisset enim Pamphilum Stichus libertus si eius æstimationem dominus non soluisset.

m In proposito. Vbi ex promissione debuit Pamphilus. Accur.

n Nihil debeat. Nec enim est eius negotium peculiare utiliter gestum.

o Qui certè. Respond. tacitæ obiectioni. si deducitur ex peculio Pamphili debitum ex promissione. igitur æstimetur & ipse Pamphilus sed certè ipse &c. ut hic, & ī. de pecu. l. depositi. §. Stichus. qui §. signatur cōtrarius huic l. ad aliam casum, sed utile. reddit rationem diuersitatis. Item ad idem. ī. de neg. gest. l. qui seruum.

Qui peculium. CASVS. Titius habens Stichū seruum, qui Stichus seruus habebat multos creditores peculiares, in testamēto suo legauit eidē Sticho peculium suum, & ante quam decederet idē Titius creditores Stichi peculiares conuenerunt eundem de peculio: & pendente iudicio decessit idem Titius. certè hæres eiusdem Titij non aliter tenetur præstare peculium Sticho, quā si ipse Stichus cauerit hæredi defensum eum iri de dicto iudicio accepto. Sed & si dictus Titius manumisit dictum Stichum in testamento per fideicommissum, & ei peculium legauit, non competent actiones creditoribus peculiaribus contra eum manumittendum, sed contra hæredem domini: sed hæres p̄dictus non tenetur aliter præstare. peculium dicto seruo manumittendo, nisi ipse manumissus caueat ei defensum eū iri aduersus creditores peculiares, qui intra annū possunt conuenire hæredē ut dictum est. h. d. cum l. seq. Viuia.

p Qui peculiū serui. Alias seruo. & facit ī. l. proxi. & C. de hære. uendi. l. ij. & ī. quando actio de pec. est ann. l. j. §. an autē. & ī. de tribut. l. quod in hæredem. §. fin. & supra de pecu. l. sed si damnum. §. si.

q Si seruo manumisso. Id est, manumittēdo per fideicōmissum.

r Non competunt. imo contra: ut ī. de dote præle. l. ij. §. p contrariū. sed ibi directo fuit manumissus: ut no. C. an ser. ex suo fact. l. ij. Sed an econtra aget cōtra debitores peculiares? uidetur quòd non: ut ī. de pecu. l. si Sticho. Sed ibi inter uiuos, in vltima uoluntate secus: ut C. de le. l. ex legato.

s Hæres. Qui intra annum potest de peculio conueniri. & facit ī. l. proxi. cum concordant.

Cum dominus. CASVS. Cum Titius uellet manumittere inter uiuos seruum suum Stichum, iussit eidem seruo, ut aderet, & monstraret sibi professionem peculij, id est confessionem in scriptis redactā de rebus peculiaribus. & seruus apportauit chartam, vbi erant scriptæ omnes res peculij: dominus autem accepta charta dixit. Ego volo quod talis, & talis res, quæ est hic scripta sit tam do in peculio suo. & postea inter uiuos eundem seruum manumisit. & sic tacitè uidetur ei dedisse peculium: ut C. de pecu. eius qui lib. me. l. j. modo quæritur, nunquid contineatur in peculio res, quas subtraxit dominus de dicta professione peculij? Et respon. Quòd non. Testamento. Titius in testamento suo dedit libertatem Sticho seruo suo, & legauit ei peculium.

† Aliàs, id est etiam &c.

* In P.F. creditoribus peculiarijs. & paulòpost creditores peculiarios.

* P.F. sed nō alias.

* P. F. peculiarios.

mittere, a professionē b edi sibi peculij iussit: atque ita seruus libertatem accepit. Res peculij professioni subtractas c nō videri d manumisso tacitè concessas apparuit. Testamento data libertate peculium legauerat, eundemq; postea manumiserat. e Libertus, vt & nominum peculij actiones ei præstentur, ex testamento consequitur.

Inutilis dispositio circa speciē facta inter uiuos derogat generi. Barta

Filiusfamilias, cui patèr peculium legauit, seruum peculij viuo patre manumisit. f Seruus communis omnium hæredum est exemptus g peculio propter filij destinationem: quia id peculium ad legatarium pertinet, quod in ea causa moriente patre inueniatur. h

peculium. postea procedente tempore manumisit eū inter viuos, & sic ea testō amodo non erit liber. Item & per hoc φ manumisit eum inter viuos, videtur tacitè ei concedere peculium, vt dixi in princ. l. & postea decessit idem Titius. nunc dictus Stichus libertus vult agere contra debitores suos peculiares, q̄ quidem non pōt, nisi hės domini cedat ei actiones contra dictos debitores. unde quærit, nunquid actiōe ex testamēto potest libertus consequi, vt dictæ actiones ei præstentur? Et videtur quibusdam φ non, quia ex quo libertatem non consequit ex testō, vt dixi: ergo nō deberet posse cōsequi ex testō peculiū, sine actiones peculiares, quæ videntur esse accessio libertatis. Resp. tamen hic q̄ sic. Filiusfamilias. Titius legauit peculiū filij sui eidē filio. in quo peculio erat Stich⁹ seruus, & instituit sibi hǣdem eūdem filium cum quibusdam alijs. postea dictus filius viuo patre manumisit dictum Stichum sine voluntate patris. & ita non valuit manumissio: vt ff. de iure patr. l. filius. & postea decessit pater. nunc quæritur. cuius debeat esse dictus Stichus prædicto modo exemptus de peculio, eo quod filius destinauerit ei libertatē dari, q̄uis libertas non ualuerit. Et rñ. φ debeat esse cōis omnium hæredum patris: quia id demum peculium ad filium legatarium pertinet, quod inuenitur patre moriente in causa peculij: Stichus autē dictus non inuenitur in peculio tempore mortis patris: ergo non debetur filio. & idem esset si primo inutiliter manumissus a filio, & postea eidem filio per patrem legatus sub legato peculij filij: quia seruus esset cōmunis omnium hæredum patris, & nō solum illius filij, cui pater legauit peculium, in quo erat idem seruus. & h. d. cum l. seq. Viuia.

a Manumittere. Scilicet inter uiuos.

b Professionem. γ Id est, confessionem in scriptis de rebus peculiaribus: ad quod facit ff. de cessio. bon. l. pe.

γ Quid sit pateri, & professio, pulchrè Budæ. ff. de proba. l. si de ætate.

c Subtractas. A domino qui dixit, has uolo esse in peculium. & per hoc tacitè excepit a generali, & tacita concessione peculij. Accur.

d Non uideri. Reliquum peculium. sic & quando inter uiuos data est libertas: vt C. de pecu. eius qui lib. me. l. j. Sed quid si in vltima uoluntate peculium legauit, & exceptum hic fecit? Respon. idem quoad exceptas: ut ff. de fund. instru. l. quæsitum. §. idem respon. domo instructa. in fi. §. Vel forte etiam reliqua legare videtur propter exceptionem. arg. d. §. idem respon. & ff. eod. l. denique. §. interdum. Accur.

e Manumiserat. Inter uiuos, & sic tacitè vr̄ ei concessisse peculium: ut C. de pe. eius q lib. me. l. j. bene ergo subijcit actiones cedendas: vt ff. de pec. l. si Sticho. Sed op. quo agit ex testō: cū extincto principali, & accessoriū videat extingui: vt ff. tit. 1. l. j. & 2. quæ sunt cōtra. Sol. hic vtrunq; principale libertas, & hǣditas. ibi verò fuit legatus alij, & sic peculiū est accessoriū: ut ar. ff. de hære. instit. l. talem. §. 1.

f Manumisit. Non iure, qa sine voluntate pr̄is: ut ff. de iure patr. l. fi'ius. Accur.

g Exemptus. Id est peculio exceptus.

h Inueniat. Cum suis tamē incremētis. nec em̄ ad sequētis tpis exclusionē hoc dr̄, sed præteriti tm̄. ali. a esset cōtra ff. eo. l. deniq;. §. S. hic ergo sonat quasi diceret, nō quod desijt: vt ff. titu. 1. l. 3. §. 1.

Martianus libro vij. Institu. XX.

Nihilque interest, i antè legatus, deinde inutiliter manumissus sit: an contra.

Scæuola lib. viij. quæstionum. XXI.

SI Sticho manumisso peculium legatum sit, & Titio seruus peculiaris: k quantum peculio detractum erit ob id, quod domino debetur, tantum l ei accedere, cui vicarius legatus est, Iulianus ait.

Labeo libro secundo posteriorum ab Iaboleno epitomat. XXII.

DOminus seruum testamento manumiserat, & ei peculium legauerat: is seruus mille numos domino debuerat, & eos hæredi soluerat,

i Nihil Interest. Imò vr̄ interesse: vt ff. de ma. test. l. duo filij. q̄ est contra. Sol. ibi vnlēte pr̄e manumiserunt filij, hic non.

SI Sticho. CASVS. Seius in testō suo manumisit Stichū seruū suū, & legauit ei peculiū suū. Item legauit Titio seruū, qui erat in peculio dicti Stichi, & postea decessit dictus Sei⁹. nūc inuenit, quod dictus Stichus debat dn̄o suo xx. & sic dēt detrahi pro rata de qualibet re, q̄ est in peculio legato Sticho p̄dicto, dictum debitum: vt ff. eod. l. si peculium. i prin. & l. deniq;. unde q̄ritur, an pro rata debeat detrahi dictum debitum de dicto seruo Titio legato? Et dr̄ q̄d nō, imò habebit eum Titium integrū.

k Peculiaris. Repete, sit legatus.

l Tātum. Nā æs dn̄icum insolidū de peculio legato deducit, vbicunq; p eo legatum serui Titio relictum minuitur. & h. d. s̄m R. vel inquantum est detractū. l. detrahendū: alias de seruo peculiari, si nō esset spāliter legatus. s. pro rata debiti: vt ff. e. l. si peculiū. in prin. & l. deniq;. in prin. hoc tn̄ nō detrahit modo: sed Titio accedit, cui peculiaris seruus est legatus. hēt ergo peculium instar hǣditatis: vt eius creditores, & succedētes in vniuersum, non in rē singularē cōueniant: vt C. de hæ. act. l. fi. & si cer. pet. l. j. & facit ff. d do. p̄l. l. si Seiæ.

DOminus. CASVS. Titius hn̄s Stichum seruū, q Stichus debebat eidē dn̄o mille nūmos manumisit eū directo testō suo, & ei peculiū legauit, & postea decessit idē Titius, & sic dr̄ amodo Orcinus libertus dictus seruus, ipse aūt Orcinus soluit dictam pecuniam hæredi dn̄i certè integras res peculiares poterit petere ab eodem hærede. Dominus. Titius habebat Stichum seruū ordinariū, & Pamphiliū vicarium, qui Pamphilus erat cōis dicti Titij, & dicti ordinarij. vel qui a cōiter emerāt, vel qa medietatē Pamphili dn̄s eidē ordinario tm̄ dederat in peculio. sic ergo medietas Pāphili erat dn̄ica. & alia medietas erat peculiaris. dict⁹ aūt Titi⁹ fecit testm̄, & in eo manumisit dictū Stichū, & peculium

lium ei legauit: & postea dictum vicarium, qui communis erat eidem dño, & Sticho, legauit nominatim ipsi Sticho, & Semproniæ libertæ suæ testatoris: & postea decessit idem testator: nunc quæritur quam partē debeat hīre in dicto Pamphilo dictus Stichus, & quā dicta liberta? Et rñ. quod liberta quartam partē in Pamphilo habebit: reliquas tres quartas Stichus sibi vendicabit. duas quidem ratione sui peculij sibi legati: tertiam aūt, & quartam ratione posterioris legati, quo Pamphilus legatus est. erat enim dictus Pāphilus cōmunia pro dimidia dicti dñi, & dicti Stichi, vt dixi. nam cū legauit dñs Sticho libertatē, & peculium, videt ei legasse medietatem Pamphili, quæ medietas erat Stichi. i. in eius peculio, vt dixi. Item & cum postea legauit eundem Pamphilū eidē Sticho, & libertæ, vr eis legasse aliam dimidiam Pamphili, quæ erat dominica: & ita ex hoc secūdo legato Stichus habet quartam Pamphili, quæ est medietas dimidiæ dominicæ: & liberta habet aliam quartam. vnde cum ex primo legato peculij Stichus habeat medietatem Pamphili peculiarem, inuenitur nunc hīre in Pāphilo tres partes, & liberta quartā.

rat. Respondit, omnes eas res [a] deberi orcino, si pecuniam orcinus, quam debuerat, soluisset. Dominus [b] seruum; qui cum eo vicarium communem habebat, testamento manumiserat, & peculium ei legauerat [c] deinde ipsum vicarium, [d] qui cōmunis erat, nominatim & ipsi & libertæ suæ legauerat. Respondit, partem quartam libertæ, reliquā partem ([e] quartam) liberti futuram. quod & Trebatius ait.

Primò seruus: gessit negotia liberti. Secundò libertus decessit, & instituit patronum pro dimidia. Tertiò decessit patronus, & dedit libertatem seruo sub conditione, si rationem reddiderit de iis, quæ gessit in bonis liberti. Quartò decessit Stichus redditis rationibus, & reliquis solutis, & ad libertatem perductus. Quæstio est an patroni teneantur cedere actiones hæredibus agentibus contra debitores, pro quibus soluit: & dicit quod tenetur, & ita ponit casum Dynus, & bene. Barto.

a Omnes eas res. Id est integras, & non detractas pro rata, quod fieret aliàs: vt s̄. eod. l. si peculium. in princ. & l. denique. & dic orcinus, id est directò manumissus: vt Institu. de sing. re. per fideicom. re. §. libertas.

C: sum- ponit.

b Dominus. Titius habebat Stichum ordinarium, & Pamphilum vicarium: qui Pamphilus erat communis Titij, & ordinarij. vel quia communiter emerant, vel quia medietatem Pamphili dominus ei tantum dederat in peculio. sic ergo medietas Pamphili erat dominica, & alia medietas peculiaris. cum ergo Sticho libertatem, & peculium legat, medietatem peculiarem videtur ei legare, cum verò tantum eundem Pamphilum legat eidem Sticho, & alij dominicam legat: & ita ex hoc secundo legato quilibet partem quartam habet Pamphili: verum ex primo legato peculij Stichus habet medietatem peculiarem, & sic habet tres partes. Sed contra C. de leg. l. cum quæstio. §. fi. vbi dr̄ q̄ non ideo maiorē partem hēt legatarius in re, quod pluries fuerit nominatus. [1] Sol. hic non fuit pluries nominatus circa idem, sed circa diuersa. nam primo super peculiari parte. secūdo super dominicatā ibi super eodem. sed nonne & hic secundo dixit vicariū, & sic totum: & sic vr̄ repetere circa idem? sed certè licet dicat vicariū: & sic totū, tñ pro parte accipit totū, & tota q̄ fuit testatoris. l dñica: vt s̄. de leg. 1. l. 5. §. 1. & §. 2. & l. 6. & de leg. 3. l. qui concubinam. §. si Stichus. Alij dicunt quod illa hanc corrigit. Tertij distinguunt, an secundo leget appellatiuo noīe expresso an ꝓprio: ut si appellatiuo, tunc cōis, & æqualiter: secus si ꝓprio. arg. ff. de stip. ser. l. si cōis. Quarti dicunt, q̄d hic vicarius erat cōis cū extraneo: & s̄m hoc dicunt. quod est legata tm̄ pars peculiaris tā in primo, q̄ secundo legato, & non extranei pars: & cōiter eam habeāt, & sic mutat casum, & concor. d. l. cum quæstio. quod non placet r

[1] Adde etiā quod noiatio tituli non tribuit ius noiato, nisi aliud interuenitet. vide in Cle. si. ca. 1. de sen. exco. & ibi Card. post gl.

quia hic dicit, cum eo. s. ordinario: non dicit, cum extraneo, prima ergo verior. Item facit ff. de stip. ser. l. 4.

c Legauerat. Et sic dimidiam peculiarem.

d Ipsum vicarium. Qui cum non esset pro dimidia suus, s. dominicus: eam tantū partem videtur legare.

e Reliquam partē. si habes reliquam quartam. plana est. si vero reliquā partem simpliciter, & non quartam. tunc id est tres partes: ut tm̄ duæ ex primo legato, tertia ex secundo debeantur.

Dominus. CASVS. Titius habebat Stichū seruum, & habebat vnum libertū qui uocabatur Pāphilus: qui Stichus gessit bona liberti eiusdē domini sui. i. bona dicti Pamphili. post ea decessit dictus Pamphilus libert', & pro dimidia esti tit ei hæres dictus Titius eius patronus. & pro alia dimidia Caius ponet: in dictis autem bonis Pamphili liberti, quæ administrauerat Stichus, erant calendaria, id est fœneratitiæ cautiones. dictus autem Titius dñs fecit testm̄, & in eo dedit libertatem prędicto Sticho sub conditione, si redderet rōnem de dicta administratione bonorū liberti hr̄dib. eiusdē Titij domini. Itē p fideicō. dedit eidē Sticho peculiū dicti Stichi, & postea decessit idē Titius dominus. postea dictus Stichus, volens adimplere dictā conditionē libertatis suæ, fuit simul cum hr̄dibus domini, & reddidit eis rationē dictæ administrationis pro ea parte. s. dimidia, quæ contingebat dictum dominum ex hr̄ditate dicti liberti, & reddidit eisdē hr̄dib. domini summas, quæ remanserunt apud eū ex dicto calendario, & ex alijs similibus causis. i. quæ remanere debuerant si exegisset a debitorib. calendarij. Sed ipse Stichus non exegit ab eis, quia non erant soluēdo, sed de suo proprio soluit pro dictos debitores. unde dicti debitores remāserunt adhuc debitores: & sic dictus Stichus adeptus est libertatē conditione impleta. & postea decessit idem Stichus, & habuit duos hæredes: puta primū, & secundū. nunc veniunt dicti hr̄des dicti Stichi, & petunt ab hr̄dibus dicti domini, eiusdemq; patroni, vt ipsi hr̄des dñi præstent eisdē hæredibus Stichi actiones aduersus oēs debitores, pp quos dictus Stichus intulit pecuniam hæredibus domini, nunquid debeant cedi? Et dr̄ quod sic.

Testamento. Titius habens tres seruos. s. Pamphilū, & Damā, & Stichū: in testō, vel in codicillis suis manumisit dictū Pamphilum, & Damā, & legauit eis peculia eorū: & de p̄dicto Sticho ita cauit in dicto testō, vel codicillis, Stichū seruū meū volo esse liberum: & volo ei dari x. aureos, & etiā quicquid habeat ex ratione loculorū meorum. alias aūt meas rōnes volo reddi hæredibus meis per eundem Stichum. Itē volo concedi peculia sua omnibus ijs, quos hoc testamēto manumisi, & postea decessit dictus Titius, nunc quæritur, illud quod amplius in rōnes dictorū loculorū in diem mortis testatoris erogauit Stichus ex peculio suo, ab hæredibus domini recipere debeat, cum ex consuetudine domus domini esset, vt quicquid amplius de suo erogasset Stichus in rationem loculorum, ratio dominica,

nlca, siue dominus eidem Sticho deberet atque exolberet? Et respon. q sic. Seruis libertates. Titius in testamento suo libertatem Sticho, & Pamphilo seruis suis dedit, & postea cuilibet eorum legatum reliquit, & postea scripsit in dicto testamento talem conditionem. Quotquot seruos relinq libertos, quibus etiam legata reliqui: hos volo non esse scrutatos, & volo eos esse sine inquisitione. nũquid pp hoc videntur eis legata pecu-lia eorum? Et dicitur q non. Item non videntur eis legata reliqua rationum dominicarũ, quia ipsi serui administrauerãt, nec res dominicæ, quas apud se habuerunt, nec pensiones prædiorum, quorum prædiorũ fuerũt coloni dicti serui, vel aliqui eorum. Vi. habens plenos.

liberti eius [a] gessit, cui [b] pro parte dimidia testamento hæres extiterat: [c] (in quibus negotijs gestis & calendaria fuerunt) testamento suo libertatem dederat, si rationem reddidisset: eiq; peculium suum per fideicommissum dedit. Stichus summas, quibus reliquatus erat [d] tàm ex calendario, quàm * ex vicarijs causis [e] reddidit, manentibus debitoribus, pro quibus [f] ipse pecuniam hæredibus patroni refuderat: libertatemque adeptus decessit. quæsitum est, an hrdibus Stichi aduersus nomina debitorum, pro quibus Stichus [g] pecuniam hæredibus patroni intulit, hæredes patroni ex causa fideicommissi compellendi sint actiones præstare, cùm aliud nihil à Sticho patrono debitum fuit? Respondit, prçstandum.

Quod dominus debet seruo, computatur in peculio: si talis erat domini consuetudo. Bartolus.

Testamento, codicillisve seruos manumisit: & peculia legauit: & de Sticho ita cauit: Stichum seruum meũ liberum esse volo: eiq; volo dari decem aureos, & quicquid ex ratione loculorum [h] meorum habet. rationes autem hæredibus meis dari [i] volo. ijs omnibus, quos hoc testamento manumisi, peculium suum concedi volo. [k] quæsitum est, an quod amplius rationi loculorum in diem mortis erogauit Stichus ex peculio suo, ab hæredibus recipere debeat: cùm ex consuetudine [l] domus esset, vt quicquid amplius de suo in rationem loculorum erogasset, dominica ratio ei deberet, atque exolueret? Respõdit secundum ea, quæ proponerentur: propter consuetudinem id quoq; peculio legato contineri, quod & dominica ratio deberet, & solita erat reddere.

Seruis, quos testator iubet nõ debere scrutari: & sine inquisitione esse, eis non videtur legare peculium, nec reliqua. Bartolus.

Seruis libertates legataq; dederat: & conditionem ita scripserat, [m] ὅσους κατέλιπον ἐλευθέρους, καὶ τὰ λήγατα αὐτοῖς, τούτους βούλομαι εἶναι ἀνεξετάστους. * (id est, Quotquot reliqui libertos, atque eis legata, eos ipsos iexcussos esse volo. Quæsitum est, an peculia quoque legata eis viderent? Respondit secũdum ea, quæ proponerentur, non videri legata. Item quæsitum est: an ex ijsdem verbis reliqua rõnum [n] quasi legata retinere possint, aut si res dominicas apud se habuerunt: aut si qui eorũ coloni prædiorum fuerunt, pensiones? [o] Respondit, supra responsum * esse. [p]

Vlpianus libro xiiij. ad Sabinum. XXIIII.

a Eius. Scilicet domini. Accur.

b Cui. Liberto.

c Extiterat. Dominus.

d Reliquatus erat. Idest, in quibus debitor erat. Accur.

e Ex vicatijs causis. Alias ex vicarijs causis. alias ex vicarijs, id est, ex alijs negotijs vicissim ab eo gestis.

f Pro quibus. Melius dixisset, ppter quos: non enim illorum gratia soluit, nec eorũ nomine, vt vos liberaret: sed ideo, vt libertatis sibi relictæ impleret conditionem. R. alioqui cedi nõ possent ei actiones, cũ sublatæ, & extinctæ essent per solutionem, vt s. de solu. l. Modestinus. & l. Stichum. §. si mandato. & j. de fideiuss. l. cum his. & s. de lega. 1. l. si res. in fi. l. & s. mand. l. Papinianus. & C. de con tra. in. tut. leg. a.

g Pro quibus Stichus. Id est, propter quos: vt modo notaui. Accur.

h Loculorum. Id est, bursarum domini. nam forte tenebat bursam domini: vnde dicit loculpl[illegible], id est, loculos habens plenos.

i Dari. Id est, reddi. & dic de alijs dominicis negotijs, & non loculorum, cum id seruo legauerat. Accur.

k Concedi volo. Hic oritur dubitatio ex consuetudine, quæ sequitur.

l Cõsuetudine. Testatoris viuẽtis, ex qua sæpissime voluntas eiũ vltima exprimitur: vt s. de fund. instruc. & instru. lega. l. cum de lanionis. §. 2. & s. d triti. ui. & oleo leg. l. 1. & l. si quis vinũ & l. ex vsu. & s. de leg. 3. l. nummis. & l. cum quæreretur. §. 1. & de leg. 1. l. si seruus pluriu. §. fi. & s. de an. lega. l. si cui. & j. d supel. leg. l. Labeo. & j. d ali. le. l. cũ alimenta. in princ. Sed arg. contra s. de triti. vin. & oleo lega. l. cum certum. Item no. quod secus esset, si hæc consuetudo, esset a vt s. eod. l. si peculium. §. sicut. & Instit. de lega. §. peculium. & s. de leg. 3. l. qui concubinam. §. qui fundam.

m Ita scripserat. Græcum quod Py. exponit, quotquot reliqui libertos &c. alias hic non est, sed exponit, ut rationes nõ reddant.

n Rationum. Dominicarum.

o Pẽsiones. Scilicet apud se hẽt. Acc.

p Supra respõsum esse. Id est, neq; reliqua, neque dñicas res, neq; pensiones videri legatas: vt j. de lib. leg. l. non solũ. §. pe. & l. si qs rationes. & l. Aurelio. §. 1. & l. pensiaor. & l. Aurelius. & l. creditor. R. & s. de leg. 3. l. si seruus vecitus. Itẽ ad hoc s. de admi. tut. l. qdã decedẽs. & s. eod. l. denique. §. interdũ.

S I legatus. CASVS. Legaui Titio Stichum seruum meũ. nunquid videor ei legare peculiũ dicti serui? Et dr qd non, nisi legẽ expresse. & ideo nõ est necesse, qd excipiam peculium, cũ lego seruum. Viuia.

Non

* In P. Fl. ex varijs causis.

† Vide Alc. lib. dispun. 4. c. 13.

* Id est, quibuscũque libertatem reliqui, & legata, hosce volo excutiendis rationibus solutos esse.

* Esse, nõ est i P. Fl.

SI legatus fuerit seruus, peculiũ excipere non est necesse: quia non sequitur, [a] nisi legetur.

Celsus lib. xix. Digestorum. XXV.

SI seruus liber esse iussus sit: eiq; peculium legatum sit: vicariorum eius vicarij [b] legato continentur.

Quod pater pro filio stipulatur in profectitio peculio, in dubio ei concedere videtur. Bart.

Scæuola libr. iij. responso. XXVI.

TIti fili è medio precipito, sumito, tibique habeto domum illam, item aureos cẽtum. alio deinde capite pecu-lia [c] filijs prælegauit. Quæsitum est, an peculium prælegatũ, * & centum aurei, [d] & vsure eorum debeantur, [e] cum rationibus breuiarijs † in ære alieno & sortem & vsuras inter cæteros [f] creditores complexus [g] sit? Respondit: si id fœnus nomine filij [h] exercuisset: [i] & vsuras, ita vt proponitur, filio adscripsisset [k] id quoque peculio legato deberi. [l]

TITVLVS IX.

DE PENV LEgata.

Si legatum pœnale incipit à præcedenti dispositione, ipsum legatum est in præstatione, non in petitione quo ad executionis effectum, & mora potest purgari vsque ad litis contestationem, vel diem à testatore statutum, siue legatum sit vnum, siue in annos singulos. Bar.

Vlpianus libro xxiiij. ad Sabinũ.

VXo----

[a] Non sequitur. Sicut nec domum, nec fundum, supellex, instrumentumve sequitur. vt s. de fuo. instr. l. 2. §. 1. & j. de supel. leg. l. fin. R. & s. titu. 1. l. quæsitum. §. supellex. hoc tñ fallit s. eod. l. denique. §. interdũ. Sed certe ibi vr legatũ. & facit de contrah. empt. l. quoties. & C. de pe. eius qui liber. me. l. j. Itẽ contra s. eod. l. si peculium. §. vicario. Sol. vt ibi.

SI seruus. CASVS. In testamento meo dedi libertatẽ seruo meo, & legaui ei peculiũ suum. nũquid vicarij vicariorum dicti serui mei cõtinebũtur in dicto legato peculij? Et dr quod non, si ego testator nolui cõtineri. sed quidam non habẽt in fi. huius legis nõ, & tunc est plana: vt & s. eod. l. si peculium. §. vicario. Accur.

[b] Vicarij. Hi enĩ vicarij legato peculio cõtinentur, vt s. d pecul. l. si seruus me⁹. §. 1. R. & s. e. l. si peculium. §. vicario.

TIti fili. CASVS. Seius instituit sibi heredes tres suos filios, puta Titium, & Sempronium, & Caium, & postea ita locutus è dicto filio Titio: Titi fili è medio pcipito, sumito, tibiq; habeto domũ illã po-ta Seianã. item aureos c. postea in alio capite testamenti prælegauit suũ peculium cuilibet dictorum filiorũ. postea dictos c. aureos, quos prælegauerat dicto filio suo Titio, dedit fœnori & sicut faciunt alij creditores, complexus fuit idẽ testator sortem, & vsuras dictorũ c. aureorũ in ere alieno in quaternello suo breuiũ rationũ. habebat idẽ testator instrumenta sua in scrinio, & extra scriniũ habebat vnum quaternellũ, in quo breuiter scribebat, talis debet mihi tm̃ noie sortis, & tm̃ noie vsurarũ: & talia debet tm̃, & talis tm̃. nunc quæritur, an peculiũ filio Titio prælegatũ, & c. aurei eidem prælegati, & vsuræ eorundem c. aureorũ debeantur eidẽ Titio? & respondet Scæuola cautè, dicens quod si dicti fi fœnus dictorũ c. aureorum exercuit pater nomine dicti filij Titij, & vsuras eorundem cẽtum aureorum eidem filio adscripsit in eodem quaternello, id quoque fœnus, nedum sortem deberi eidem filio sub legato peculij. Viuianus.

[c] Peculia. Ita quòd cuilibet suum. Accur.

[d] Centum aurei. Dati postea fœnori à testatore. R.

[e] Debeantur. Titio filio. Accur.

[f] Inter cæteros. Melius diceret debitores. sed dic, idest, sicut creditores cæteri facere videntur.

[g] Complexus. Scilicet pater. & non aperit nomine filij, vel suo, sed Scæuola cautè respon. Accur.

[h] Nomine filij. Scilicet Titij.

[i] Exercuisset. Volens ẽt & legatũ augere peculium.

[k] Adscripsisset. Vnde destinatione fœnus hoc iam factum peculium. peculiarium foret: vt s. de leg. 3. l. item legato. §. 1. & l. qui filium. in fi. R.

[l] Deberi. Contra s. de leg. 2. l. cum pater. §. filia. & l. Licinius. j. rñ. Sol. Ibi voluntas sola, & nuda, ideoq; minus valida. hic autem ad factum processit, & sic efficacior erat. R. magis enim ex secundo facto, quã ex primo legato centum aurei debentur. & facit ad leg. s. de lega. 2. Lucius. i prin. & s. de lega. 3. l. fideicommissa. §. si rem.

DE PENV LEgata.

Quid sit penus, dic vt in l. ea lege iij. in princ. Accur.

VXORI suæ. CASVS. Titius faciens testm̃ iussit hrdi suo, vt vxori suæ testatoris daret in annos singulos aliqd penoris, puta x. corbes vini, vel frumenti: & si non daret, dãnauit eundem hrdem, vt daret eidem vxori nũmos: puta x. & postea decessit idem Titius testator. nunc quærit an uxor testatoris possit petere dictum vinũ, vel frumentũ, an verò solũmodo sit ĩ prestatione, & si nõ prestaretur el per hęredem, tunc possit vxor petere ab hrde dicta x. quolibet anno. Et tñ iurisconsul. altius exordiendo, & incipiendo ab alio capitulo, quã sit quæsitum, & dicendo q si semel penus sit legata vxori, vel alij, & non per singulos annos, erit penus in præstatione. i. q hrs poterit præstare eam legatario, si uoluerit. & aliàs non constringetur: quantitas aũt prædicta, id est dicti x. nummi, erit in petitione, vt scilicet legatarius possit eã petere tantum. in hoc casu habet hrs obligationem penoris tandiu, quandiu contestetur cum eo lis de dicta pecunia: nisi fortè testator præstituerit aliud tẽpus in præstatione penus, quàm tempus litis contestatæ sit: præstitum dico, vel in mente sua, vel in verbis: quia tũc haberet obligationem penoris tandiu, quandiu veniret dictum tempus præstitutum à testatore: & post illud tempus non haberet oblationem penoris imò posset ab eo peti pecunia. i. dicti x. nummi. & idem est in nostro casu, ubi in singulos annos penus legata fuit vxori, vel etiam alij: & si hrs non præstaret, damnatus fuit, vt daret legatario x. nũmos. nam per singulos annos erit penus in pstatione. & si hrs non pstet, poterit legatarius ab eo petere p singulos annos x. nũmos. Sed quid si penus sit legata in singulos annos, vt dictũ est: & si penus nõ pstaretur per hrdem singulis annis, dãnatus sit hrs dare legatario vnã summã nũmorum, puta centũ non singulis annis, sed semel tm̃: & primo anno penus non sit præstita legatario? nunquid legatarius poterit petere totã summam centũ nummorũ quasi

* P. F. an peculio plegato.

† Rõnes breuiarias hic putem dici, quas qs in breuiarijs pscripserit. dr aũt breuiariũ, cõpendium, hoc est liber i quo vel reage stæ, vel aliud quippiam puta rationes, accepta, impẽsaq; comprebendũtur: vide si libet Bud. d officio q̃sto.

quasi totum penoris legatum sit transfusum in petitione dictæ summæ? an vero poterit petere tantū solummodo de dicta summa centum nummorum quantum capit æstimatio penoris debiti pro primo anno per hæredem legatario, quasi penora legato transfuso in dictam summā?

Et rñ. quod legatarius penoris, siue sit vxor testatoris, siue alius potest petere totam summam c. nummorum. nam in hoc est coercenda hæredis indeuotio. Viuianus.

a Vxori. Cui talia frequenter legantur. Accur.

b Aliquid. Puta x. corbes vini.

c Nummos. Puta x. aureos. sunt ergo duo legata. primū penoris, & purum: sequens cōditionale & forsan pœnale. ↓. qū di. leg. ced. l. si penum. in prin. nec obst. in eod. tit. l. cū sine præsi. in princ. quia vnum est quo ad vnā exactionē. si aūt dicam, si penum nō dederis, x. dato: tunc vnū est legatū: vt d. l. si penum. in fin. & ↓. de verb. oblig. l. ita stipulatus & ↓. de act. & oblig. l. obligatio nū fere. ↓ fi. Sed ar. cōtra ↓. ad l. Fal. l. j. §. itē. in fi. §. vbi dicit, idem vī vtrobique. sed dic ad hoc vt vna fiat exactio.

d Petatur. Ex sequēti legato. nā in primo sola penus erat legata.

e Non per singulos. Sed certe & tūc idem: vt ↓. dicit. & sic facti est varietas, non iuris diuersitas. Accur.

ri^a suæ in annos singulos penoris aliud^b hæres, dare iussus est: si non dedisset: numos^c dare damnatus est. Quæritur, an penus legata peti possit? an uerò solummodo sit in præstatione: & si non præstetur, tunc quantitas petatur?^d Et si quidē semel penus sit legata, non per singulos^e annos: certo iure utimur (vt & Marcellus libro xxxix. Digestorum apud Iulianum notat) in præstatione esse duntaxat^f penum: quantitatem uerò & peti posse. Habebit igitur hæres oblationem tādiu, quandiu lis eum eo de pecunia cōtestetur:^g nisi fortè aliud tempus uel mente,^h uel uerbis testator præstituit. Quod si in annos^i singulos penus legata sit:^k per singulos annos penus adhuc poterit præstari. si minus,^l summæ per singulos annos petentur. Quid ergo, si una^m sūma legata sit, & primo penus non sit præstita? utrū tota summa debeatur, quasi toto penoris legato transfuso? an uerò † quātitas primi anni æstimationis sola sit translata? Dubitari potest. Puto tamen sic uoluntatē testatoris sequendam, ut tota summa illico postquā cessauerit hæres dare penum, vxori præstetur: hæredis indeuotione coercenda.^n

Martianus lib. iij. regularum. II.

PEnu certa cum vasis certis legata, & consumpta:^o ne uasa quidem cedunt legato exemplo peculij.

Esculenta, & poculenta ad usum patrisfamiliae, & amicorū ipsius indefinitè legato penorum continentur: specialiter uerò legatum ad ipsius usum restringitur. & si arida penus legetur, nulla uasa comprehendit: liquida uerò uilia tantū uasa comprehendit: & si legatū penorum extinguitur, & legatum uasorū. Bar.

Vlpianus libr. xxxij.* ad Sabi. III.

QVi penum legat, † quid legato complectatur, videamus. Et Quintus Mutius scri-

f Duntaxat. Id est, non in petitione. est tamen in naturali, & ciuili obligatione, donec in mora non est hæres. vt ↓. quando di. leg. ced. l. si penum. sed ideo nō petitur: quia testator, qui pœnam apposuit, penum peti noluit. Item et, quod hic dicitur non ob. ↓. ad leg. Fal. l. j. §. item. vt ibi plene no.

g Contestetur. Sic ↓. de verb. oblig. l. ita stipulatus. & l. si insulam.

h Mente. Vt quia voluit dari de fructibus futuri anni vnde tantum voluit differri: vt ↓. de verb. oblig. l. interdum. vel expresse dixit in calendis Ianuarij uolo penum dari.

i Quod si in annos. Factum diuersum. sed ius idem.

k Lata sit. Et si nō præstetur penus, per singulos annos x.

l Si minus. Id est, si non præstetur penus.

m Quid ergo si vna. Id est vnica summa: puta centū aurei, si in singulis annis non præstetur penus per singulos annos relicta. & ita c. non per singulos annos;

sed semel tantum sunt legata.

n Coercenda. Ablatiui absoluti.

PEnu certa. CASVS. Legaui Titio certā penū, puta c. corbes vini cum vasis, in quibus erat dictū vinum: & postea dictum vinum consumpsi. nunquid hæres meus dēt legatario dicta vasa? Et dī quod non, sicut non debet peculium legatario cui legaui seruū cū peculio, cū postea alienaui, vel manumisi dictum seruum, vel mortuus fuit dictus seruus, vt ī. ti. 1. l. j. 2. 3. & 4. Viuianus.

o Et consumpta. Viuo testatore. s. vt ī. tit. 1. & 2. & l. tūc inutile. itē facit ↓. eod. l. nam quod. in prīnc. & In stitu. de leg. §. si qs ancillas. & ī. fami. ercis. l. ex parte. §. duos. & s. titu. 2. l. j. in fin. & l. si cui.

QVi penum. CASVS. Titius legauit Seio penū. quæritur quid cōtineat in legato? Et rñ. quod ea continent, quæ sunt parata ad esū, & potum. & h. d. Quintus Mutius. & idē scripsit Sabinus I libris ad Vitelliū, determinās & exponens dictū Quintum Mutium, & dicens, in penu legata cōtineri ea, quæ parata sunt causa harum rerū. i. ad esū, potumq́; dicti Titij patrisfamil. & vxoris suæ, & liberorum eius: vel quæ parata sūt ad esum potumq́; familiæ, quæ solet esse circa eos, id est, circa dictū patrēfa. & vxorem suam, & liberos. Item ea quę parata sunt ad esum, potumq́; iumentorum, quæ iumenta parata sunt causa vsus dominici. i. dicti patrisfa. Aristo etiā notando dicit quod in prædicto legato continenti quædā, quæ non sunt parata esui, potuiq́;. vtputa ea in quibus. i. cū aliquibus esse. i. comedere solemus, vtputa oleū, & garū. i. liquamen pisciū minutulorū, & saxiliū: salamuriam vulgus vocat. Item muria. i. aqua salsa, siue salsugo: quā & ipsam vulgus salamuriā vocat. & mel, & cætera his similia. planè inquit dictus Aristo Labeonē scripsisse, nihil prædictorū cedere legato, si penus esculēta legetur: quia prædicta non solemus per se esse. i. comedere: sed per ea solemus esse, i. comedere. dicti tamē Aristo, & Labeo iustè reprehenduntur per Trebatium, & Proculum. dicit enī Trebatius quod mel ad minus bene continetur in legato penus esculentæ: quia mel etiam per se solemus esse. i. comedere. Proculus aūt generaliter loquitur dicēs, quod oīa prædicta continentur in legato penus

† Text. hūc dicit sing. & peregrinū Romæ. sing. 299.

* P. Flo. xxij.

† Vide ad legis huius intelligentiam Gell. lib. 4. c. 1.

psit [a] libro ij. iuris ciuilis, penu legata contineri quæ esui, potuiq; sunt. [b] Idem Sabinus libris ad Vitellium scribit, [c] Quę harum. [d] īquit, patrisfamilię, uxoris, liberorúque eius, vel familiæ quę circa eos esse solet, item iumentorum, quæ dominici vsus cā parata sunt. Sed Aristo notat [e] etiam quæ esui, potuique non sunt contineri legato: vt puta ea, in qbus [f] esse [g] solemus, oleum fortè, garum, [h] muriam, [*] mel, cæteraq; his similia. Planè, inquit, si penus esculenta legetur, Labeo libro ix. Posteriorum scribit, nihil eorum cedere: quia non hæc esse, [i] sed per ea esse solemus. Trebatius in melle contra scribit. [k] merito: quia mel esse solem⁹ Sed Proculus [l] omnia hæc contineri [m] rectè scribit, nisi contraria mens testatoris appareat. Esculenta [n] [†] verum ea, quæ esse, an & ea, per quæ esse [o] solemus, legauerit. [p] Et ea [q] quoque legato contineri credendum est: nisi contraria mens patrisfamilias doceatur. Mella certè semper esculentæ penui [r] cedere, lacertas [s] quoque cū muria sua cōtineri [t] nec Labeo negauit. [*] Potulenta penu legata ea, quæ vini loco paterfamilias habuit, continebūtur: suprascripta verò [u] non continebuntur. Penori acetum quoq; cedere, nemo dubitat: nisi extinguendi ignis causa fuerit paratū. tunc enim esui, potuiq; nō fuit. [x] & ita Ofilius lib. xv. actionum scribit. Sed quod diximus, [y] vsus sui causa paratum: accipiendum erit, & amicorum eius, & clientium, & vniuersorum, quod circa se habet: [z] non etiam eius familiæ: quam neque circa se, neq; circa suos habet: puta si qui sunt in villas [*] deputati, quos Q. Mutius

penus esculentæ, nisi appareat mens testatoris cōtraria. & hoc idem dicit Vlpianus conditor huius l. adijciens quod etiam lacertæ. i. briscæ mellis continentur in dicto legato. Potulenta penu. Titius legauit Seio penum potulentam. certè continentur in legato ea, quæ vini loco paterfa. dictus Titius habuit. non aūt continebūtur suprascripta, idest, ea quæ solemus esse per se, vel per q̄ solem⁹ esse. i. comedere, quæ sunt numerata s̄. ead. l. §. sed Aristo. Item & Acetū contineri in dicto legato. nisi esset paratū cā ignis extinguendi: quia tunc non pertinet dictum acetum ad esum & ad potum.

Sed qđ diximus. Dictum est s̄. ead. l. 2. respon. qđ i legato penus cōtinetur illud, quod paratū est causa sui legantis penū. certè illud ita accipiendū erit vt cedat dicto legato illud, quod paratum est causa amicorum eiusdem legantis & clientum quos circa se habet legans, & vniuersorum aliorum, quos circa se habeat. nō aūt sic accipiendū erit, vt legato penoris contineant cibaria eius familię, quā neq; circa se habebat legans, nec circa suos: puta si q de familia sunt in villis deputati, ut ibi faciant aliquod opus. si aūt nō faciāt ibi opus, sed stabāt circa patremfa. qui multoties ad villas ibat, bene continentur cibaria eorū, vt dixit Mutius: sed & textorum, & textricum cibaria continentur, & iumentorū, quæ vsibus legantis, & amicorū suorū seruiebant, non aūt continenť cibaria eorū iumentorū quæ in agris deseruiebant, vel locabantur. Siue aūt. Quæritur nunqd penore legato cōtineatur frumentū, siue legumē, & hordeum? Et dr̄ q̄ sic. Sed nunquid cōtineni ligna, & carbones p̄p quæ penus conficitur, & thus, & cera parata ad domesticum vsum patrisfa. Et dr̄ q̄ sic, reprobata sententia Quinti Mutij, & Ofilij. Item continentur i dicto legato vnguentum, & chartæ epistolares, & odores, & chartæ paratæ ad ratiunculas, & logarium. i. ratiocinarium: & vasa penuaria, sine quibus penus non rectè pōt stare. Illa aūt sine quibus potest stare, non continentur: sicut sunt dolia, & arcæ, vel arculæ frumēti, vel leguminum: nec alia vasa quæ in litera continētur, sine quibus bene pōt esse penus: sed ut dixi ea sola vasa continentur sine quibus haberi penus non rectè potest: & est ratio quantum ad hoc: quia illud quod est liquidæ materiæ, capit secum in accessionis locum id, sine quo esse non potest: & hoc ideo, quia per se non potest esse. dicta autem vasa sine quibus esse non potest, sunt accessio penus legatæ, & non sunt legata. vnde penu post legatum à testatore consumpta, dicta vasa legatario non debentur. & idem est, etiam si penus e. in vasis specialiter sit legata, & h. d. cum l. seq. vsque ad §. si cui. Vivia.

[a] Mutius scripsit. Rectè, & sufficienter.

[b] Potuique sunt. Scilicet parata, non antē causa vendendi: vt infra eodem. l. nā quod. §. si cui. & supra de leg. 3. l. cum quæreretur. § lana. nec causa me dendi, ut infra eod. l. non omne. Accursius.

[c] Scribit. Scilicet Quint⁹ Mutius, determinans, & exponens, cum dicit cōtinetur omnem rem.

[d] Harum. Scilicet rerum, quæ sunt paratæ esui, vel potui ipsius p̄risfamilias, & esui, & potui vxoris, & sic sequentia. & pro hoc Inst. de vsu & habit. §. si cui. & infra eadem lege, §. sed quod diximus.

[e] Sed Aristo notat. Non tamen per omnia bene.

[f] In quibus. Id est, cum quibus.

[g] Esse. Id est, comedere. Accursius.

[h] Garum. Genera salsamenti. facit ergo differentiam Aristo inter quod, & cum quo: in quo infra etiam reprehenditur. Accursius.

[i] Non hæc esse. Id est comedere, sed per ea &c. quia cum eis melius appetimus.

[k] Contra scribit. Et bene.

[l] Sed Proculus. Reprobata sententia Aristonis, & Labeonis.

[m] Contineri. In penu legata.

[n] Esculenta. Briscæ mellis &c.

[o] Esse. Id est comedere. Accur.

[p] Legauerit. Sub. quæritur, & respon. & ea. &c. s. per quæ esse solemus. Accur.

[q] Et ea. Mutius respondet.

[r] Penui. Vt dixit Trebatius.

[s] Lacertas. Briscas mellis. [t] Accur.

[t] Contineri. Scilicet esculenta penu legata.

[u] Suprascripta vero. Scilicet quæ solemus esse, vel per quæ esse solemus, quæ connumerata sunt superiori §. H.

[x] Non fuit. Sed Instrumentum domus est: vt supra de fundo instr. l. quæsitum. §. si domus.

[y] Sed quod diximus. Supra eodem, circa principium.

[z] Circa se habet. Vt Instit. de vsu & habit. §. si cui.

[*] Alias horum.

[*] P. Fl. muria.

[†] Vide q̄ no. pro iudicibus, q indifferēter ea à p̄tibus accipiunt. Il. plebiscito s. de offi. prę. & in aut. iusiu. quod præsta. col. 2. & de mā. princ. col. 8. §. hæc igitur. q̄nis in Regno Franciæ ita obseruetur.

[*] In P. F. potulenta penu.

[*] P. Fl. villis.

[t] Imò pisces quosdā ad salsamēta cōficienda idoneos hac dictione significari, puto. de qui-

tus Mutius sic definiebat: vt eorum a cibaria contineri b putet, qui opus non facerent. c Sed materiam præbuit d Seruio notandi, vt & textorum, & textricũ cibaria diceret e cõtineri. f Sed Mutius eos voluit significare, g qui circa patrefamilias sunt. h Simili modo & iumentorum cibaria penu continentur: sed eorum iumentorum, quę vsibus ipsius, & amicorũ deseruiunt. Cæterùm si qua iumenta agris deseruiebant, vel locabantur: legato nõ cedere eorum cibaria. Siue autem frumentum, siue quid leguminis in cella penuaria habuit: penore legato continebitur. i * Sed an hordeum siue familiæ: siue iumentorum gratia paratũ contineatur, quæritur? Et Ofilius libro xvj. Actionum scribit cõtineri. Ligna, & carbones, cæteraque per quæ penus k conficeretur, an penore legato continean tur, quæritur? Et Quintus Mutius, & Ofilius negauerunt: non magis quam molæ (inquiunt) cõtinentur. Idẽ & thus, & ceras contineri negauerunt. Sed Rutilius & ligna, & carbones, quæ non vendendi causa parata sint, contineri ait. Sextus * Cæcilius etiam thus, & cereos in domesticum vsum paratos, cõtineri legato scribit. Seruius apud Melam, & vnguentum, l & chartas epistolares penoris esse scribit. & est verius hęc omnia, odores quoque contineri. Sed & chartas ad ratiunculam, vel ad λογάριον m paratas cõtineri. Vasa quoque penuaria n quin contineantur, nulla dubitatio est. Aristo autem scribit, dolia non contineri: & est verum secundum illam distinctionem, quam supra in uino o fecimus. Nec frumenti, nec leguminum thecæ vel arculę fortè, vel sportæ, vel si qua alia sunt, quæ horrei penuarij, vel cellæ pennariæ instruendæ p gratia habentur, * continebuntur: sed ea sola continentur, sine quibus penus haberi non rectè potest.

Paulus libr. iiij ad Sabinum. IIII.

NAm quod liquidæ materiæ est (quia per se esse non potest, ra-

a Vt eorum. Id est etiam in villis positorum.
b Contineri. In penu legata.
c Non facerent. In villis, vel agris.
d Præbuit. Quintus Mutius.
e Diceret. Seruius.
f Contineri. Scilicet penu legata.
g Significare. Cum dixit, qui opus i villis non facerent.
h Sunt. Quo numero continentur & qui in villis, non tamen operis causa sunt: ut s. de leg. iij. l. seruis vrbanis. Ro.
i Continebitur. Nã, & hoc per medium esui, potuiq; comparatur.
k Per quæ penus. Scilicet seruãda, sed melius dixisset pp quæ, aut pro quib'.
l Vnguentum. Vulgate est nomen medicinæ, nec causa vtendi parata: vt j. l. proxi. §. h cui. & j. l. non omne.
m Ad logarium. Id est ratiocinatiu. a logos, quod est sermo vel ratio: vt s. de admi. tut. l. quidam decedens. Accur.
n Vasa penuaria. Sine quibus penus nõ potest stare: vt in fi. huius l. & s. pro xi.
o Supra fecimus in vino. Vbi parua, & vilia vasa dicimus cõtineri vino legato, scilicet amphoræ cadi: ut s. de vi. leg. l. 3. §. 1. & l. vinu. & l. vino. & idẽ hic in penu ligda. sed in arida & vilia non debentur, ut subijcit.
p Instruendæ. In his enim vasis seruantur fructus. ad quod supra de fundo instructo, l. instrumenta.

NAm quod. Casus in prin. cõtinuatur casui præced. Si cui. Titius legauit Seio ea, quæ in promptuario sunt, id est, in vsu quotidiano pro bibendo, & comedendo: certè nulla penus vr legata, nisi illa. sed pone quod dictus Titius solitus fructus suos vendere, legauit dictu Seio penum. certè ea sola videtur legasse, quæ separabat sibi pro penu. si aũt nõ separabat, sed promiscuè vtebatur: tunc cedet dicto legato tantum, quantum ad annuum vsum eidem legatarij sufficeret, & familiæ eius, & cæterorum, qui circa eũ sunt. quod quidem euenit in personis mercatorum: qui cum est necesse, comedunt de rebus, quas habent venales, & etiam quoties cella, vini, & olei, quæ vendi solebant, est relicta in hæreditate. nã hæres bene solet vti promiscuè ijs, quę in dicta cella sunt. scias etiam quod in penu continentur res omnis generis: dum tamen pertineant ad esum, vel potum. Si ita legetur. Legaui Titio penum meam, quæ est Romæ. quæritur, vtrum ea penus legata videtur, quæ est intra continentia ædificia vrbis Romæ, an vero ea sola quę est intra murũ Romæ? & dic quod etiam ea penus vr legata, quæ est intra continentia ædificia nedum ea quæ est intra muros. itẽ subaudi [illegible] legata penus, quæ est in vrbe, ea sola videtur legata, quæ ẽ intra muros, & est ratio in vrbe quia vrbem fere omnes sapientes dicunt finiri muro ten': Romam autem continentibus eodem modo ædificijs finiri dicunt omnes ferè sapientes. & vltra prædicta dico tibi plus scilicet vrbẽ Romam continentibus eodem modo ædificijs finiri. si autem legauit eidẽ Titio penum vrbanam, tunc continetur plus in legato, quam si legassem penum, quæ est in vrbe. nam omne sub penore con enim, quod vbiq; est videtur legatum, et si sit in villa destinata vrbico vsui: sicut urbana ministeria dicimus, quæ extra vrbẽ existentia ministrare consueuerunt in urbe. Si autem extra vrbẽ sit penus, id est: extra muros urbis, si tamen Romæ eadem penus sit: puta in continẽtibus ædificijs vrbis: idem erit dicẽdum quod est infra scilicet quod contineat dicta penus in legato prædicto vrbanæ penus. Sed & si penus sit in ortis iunctis vrbi. qui quidem orti sunt vl ea dicta continentia ædificia, idem erit dicendum, scilicet vt dicta penus in ortis existens contineatur in prædicto legato vrbanæ penus. & hoc vult dicere hic. §. Si cui penus. Legaui Titio penum meam præter vinum. certè excepto vino omnis penus legata videtur. Sed quid si ita legaui: omnem penum meam lego. Titio præter vinum meum, quod est Romæ? certè sola penus mea, quæ Romæ est videtur legata præter vinum, quod habebam Romæ: quia posteriora verba restringunt priora. Viuianus.

bus Martial. Cum Saxetani fertur tibi cauda lacerti.

a De logario pulchrè Pius Ant. Bar. I anno. ad leges c. 40 & Al. li. 2. pareg. capit. 25.

* In P. Fl. Sed & hordeũ siue familiæ, siue iumẽtorũ gratia: & Ofilius scribit li. 15. actionum Ligna &c.

* P. Flor. Sextus autem Cæcilius.

* P. Flor. non cõtinebũtur.

Regũ.

pit [a] secum ĩ accessionis locum id, sine quo esse nõ potest.) Vasa aũt, accessio legatæ penus, non legata sunt. Denique penu consumpta, vasa [b] nõ debentur. [b] Sed & si penus cum uasis specialiter sit legata, vasa non debebuntur, vel consumpta penu, vel adempta. [c] Si cui quæ in promptuario [d] sunt legata fuerint: nõ omnis penus legata est.

Penoris legatum uenalia non comprehendit, & si promiscuè utebatur, tunc ad usum annuum uenalia continet. Bar.

Item si quis solitus fructus suos vendere, penũ legauerit: non omnia, q̃ & promercij causa habuit, legasse videtur: sed ea sola, quæ in penu sibi separabat. [e] Quòd si ꝓmiscuè vti solebat, tunc quantum ad annuum vsum ei sufficeret, familiæq; eius, cæterorumq;, qui circa eum sunt, legato cedet. qđ ferè (inquit Sabinus) euenit in personis mercatorũ: aut quoties cella est olei, & vini, quæ uenire solebant in hæreditate relicta. Nomen autem penus, mihi traditum est omnibus generibus [f] dictum.

Vrbis, seu ciuitatis appellatio muris finitur, Roma, & Perusium, & similia continentibus ædificiis: & hæc adiectio urbana, magis qualitatem, quàm locum significat. Bar.

Si ita legetur, Penus quæ Romæ sit: vtrũ quæ est intra cõtinentia, legata videtur an verò ea sola quæ intra murum? Et quidem vrbes ferè omnes muro tenus finiri, Romam cõtinentibus, [g] & vrbem † Romã æquè continentibus. Quòd si vrbana penus sit legata: omnem quæ vbiq; [h] est, legatã videri Labeo ait, etiam si in villa sit urbico vsui destinata: sicuti vrbica ministeria dicimus, & quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerũt. Si aũt extra vrbẽ, Romæ tamen sit: sed & si in ortis sit vrbi iũctis: idem erit dicendum.

Si cui penus legata sit præter vinum: omnis penus legata videtur excepto vino. Sed si ita scriptum sit, omnem penum præter vinum, quod Romę erit: sola penus, [i] quę Romæ est, legata videť. & ita Pomponius lib. vj. Digest. ad Sabin. scribit

Idem libro quarto ad Sabinum. V.

Non omne, quod bibitur, in penu habetur. alioquin necesse erit, vt & omnia medicamenta, quæ biberentur, contineantur. Itaque ea demũ penoris esse, quæ alendi causa biberentur. quo in numero antidotum [k] nõ est. & sanè verum * Cassius sensit. Sed quod quidam negauerunt, piper, & ligusticum, † & careũ, & laser, & cætera huiusmodi in penu non esse, improbatum [l] est.

Idem lib. x ad Sab. VI.

Instrumentum pistrini, item vniuersa vasa * [m] cocinatoria penu non continentur.

[a] Rapit. Sic ĩ. de aqua plu. arc. l. sed interdum. [b] Non debentur. Vt ã. eod. l. a. cum concor. [c] Vel adempta. Sic vt ĩ. eod. d. l. 2. & de fund. instru. l. si cui. & ã. titu. 1. l. 1. & 2. [d] Quæ in promptuario. Id est in promptu, vt quotidie vtatur. & sic alia non vĩr legata. vel dic in prõptuario, i. cellario. & sic illa quæ est extra cellarium, nõ videtur legata. Vnde Ps. promptuaria eorũ plena, eructãtia ex hoc in illud. Accur. [e] Separabat. Facit de leg. 3. l. cum quæreretur. §. lana. & ã vsufruct. leg. l. generali. §. uxori. [f] Omnibus generibus. Nam hic pen', & hæc penus, hoc penus. huius penoris, teste Pris. uel dic omnis generis res continentur in penu, si modo aptæ sint esui, & potui. [g] Continentibus. Aedificijs: ut ĩ. de uerb. sign. l. 2. & facit ĩ. tit. 1. l. quemadmodum. & ã. de leg. 1. l. huiusmodi. & ã. de leg. 3. l. seruia urbanis. & l. cui que. & l. quæro. & ã. de fun. instr. l. cũ quidam. & l. quæ situm. §. si quis. & l. cum de lanionis. §. Sabinus. & l. Seiæ. §. Pamphilæ. & l. prædia. in princip. [h] Quod ubique. Idem ergo dico & si legaui eam, quæ Romæ sit, scilicet ut uideatur legare omnem.

ADDITIO. Ista glo. uidetur contra istum tex. quia si lego ea, quæ sunt Romæ, significatur locus, ut ea tñ, quæ sunt Romæ ueniãt: sed si lego penũ urbanam, uideor significare qualitatem, ut oĩa, quæ ubicunq; est, ueniat: si tñ sit urbico usui destinata, ut hic, & ĩ. tit. 1. l. antep. Bar. [i] Sola pen'. In ambiguis eñ quod minus est, uidet legatum: ut ĩ. de reg. iur. l. semper in obscuris. ar. contra. in eo. tit. l. in testamentis. nã relatiuum quod, potest referri ad vinum, & ad penum, cum sit neutri generis: vt ã. §. nomen. Item not. præcedentia restringi per sequentia: vt ã. de leg. 1. l. quę sitũ. §. 1. & 2. ibi ead. est &c & est sit contra ã. de trit. vi. & oleo lega. l. si. §. fin. & de leg. 3. l. hrẽs. §. 2. & facit ĩ. de aur. & arg. lega. l. Plautius.

ADDITIO Dic' ꝙ dictio penus, est omnis generis: vt ĩ. l. pa. §. nomẽ. & ideo dẽt hřẽ in tex. omne penũ, ut sit generis neutri. sed si habes oẽm penũ dicas qđ dictio penum, assumatur diuersis modis. vno modo, quod sit generis masculini, & referatur ad dictionem omnem. Alio modo ꝙ sit generis neutri, & referatur ad relatiuum quod, secundum Bar hic.

Non oẽ. CASVS. Quãuis ea quæ sunt parata ad esum, & potum contineantur in legato penoris: vt ã. eod. l. qui penum. in princip. tamen nõ omne quod bibit, in penu habetur: puta medicamenta quæ non bibuntur principaliter causa alendi bibentem. Sed & piper, & alia, quæ in litera continentur in penu continentur quia prædicta, & ꝑ prædicta comedimus. non autem cõtinetur instrumentum pistrini, nec vasa deputata ad coquẽdum. & h. d. cũ l. seq. Viuianus. [k] Antidotũ. Quoddam medicamentũ est: vt ã. de cõtrah. emptio. l. quod sæpe. §. venens. Accursius. [l] Improbatum. Quia hoc, & ꝑ hoc edimus. igitur in penu contineri uidentur: vt supra eodem lege tertia, circa princip.

Instrumẽtum. [m] Cocinatoria. Id est, deputata ad coquendum: vt infra de auro, & argento legato, lege & si nõ sint. §. eus. & de alijs vasis dic: vt supra eodem lege tertia. §. vasa.

Psal. 148.

† An legato uino sint legata uasa, sine quib. uinum esse non potest. Bar. in l. si cui. §. si uinũ. ĩ. de uino triti. & oleo legat. concludit quod nõ. uide ibi.

† Vide in hunc locum Pet. Crin. lib. 8 honest. disci. 4. c. 9. & ĩ. de uerb. sig. l. 2.

* P. F. nerè.

† De ligustic. apud Plin. li. xx. ca. 15. & apud Dioscor. ex tra ductione Herm. ca. 448. De carreo apud Plin. lib. 19. ca. 8. & apud Her. Icor. ad Diosc. c. 491. de lasere apud Plin. lib. 19. ca. 3. & Her. Icor. 520.

* Cocinatoria. ut & ĩ. de auro & arg. leg. l. cum autem. §. si cui. q. d. conquinatoria, nã & cocus, & coquus ꝓ eodem scribitur, nisi malis coquinaria legere, qđ Aloandro placuit.

Penum.

PEnum. CASVS. Ita dixit testator. Penum omnẽ meam ad matrem meã pertinere volo, & ad libertos meos, qui sunt cũ dicta mea matre. & instituit sibi hæredem filium suum impuberem, & dedit ei tutorem Seium, & decessit, & reperitur nunc, quòd testator habebat penu in cœnaculo, & etiam in horreis. dicebat tutor, quod nolebat legatarijs dari nisi penum, quæ erat in cœnaculo. respond. tamen quòd quicquid penoris vsus causa habuisset testator in quocunq; loco, debetur legatarijs. Vi.

* In P. Fl. libertosque meos.

Scæuola libro iij. Responsorum. VII.

PEnum meam omnem ad matrem, [a] libertosque meos, qui cũ matre sunt, pertinere volo. Quæro, si tutores pupilli ea solummodo penum deberi, quæ in cœnaculo sit, dicant, sint autem & in horreis amphoræ, [b] an hæ quoq; debeantur? Respondi: quicquid penoris vsus causa vbicunque habuisset, [c] deberi.

[a] Pupilli. Filij testatoris.

[b] Amphoræ. Id est vasa: de quibus dic vt ī. eo. l. iij. §. vasa. Accur.

[c] Habuisset. Scilicet testator.

DE SVPELlectile legata.

TITVLVS X.

DE SVPELLEctile legata.

Pomponius libro vj. ad Sabinum. I.

SVpellex est domesticũ patrisfamilias [d] instrumentũ, quod neq; argento, aurove [e] facto, vel vesti adnumeratur. [f]

SVpellex. CASVS. In hac l. dicit quid est supellex. & certè supellex ẽ domesticũ instrumentũ patrisfamilias, quod ipse paterfamil. nõ adnumerat argẽto, vel auro facto, vel vesti, id est, res mobiles paratę ad quotidianum vsum patrisfamilias sunt supellex: non autem sunt in supellectili animalia. supellectili ergo legata continentur mensæ, & trapezophora, id est, statuę mensas poculorum sustinentes, & omnia illa vasa, quæ continentur vsque ad versic. præterea, &c. capsæ autem, & armaria non continentur. & est plana ratio in litera. Sed nunquid sunt in supellectili vasa vitrea, escaria, & potoria? Et dicitur quod sic: sicut continentur vasa fictilia, i. de terra. nec solum continentur in supellectili vasa vitrea, & fictilia, quæ sunt vulgaria. i. parui pretij, sed etiã illa, quę sunt in magno pretio. & est ratio quia pelues, & aquiminaria, & mensæ, & lecti argentei, vel argentati sunt in supellectili, si paterf. habeat ea in supellectili. Sed an vasa murrhina, & cristallina cõtinentur? Et videtur quòd non: quia sunt maximi pretij, & pertinent ad vsum maximorum hominum? Respõ. tamen, quod continentur. nã nõ interest cuius materiæ sunt res, quas paterfa. habet in supellectili: quia omnes continent. Antequam autem homines seculi vterent supellectili argẽtea, vel alterius magni pretij, sicut iam fit, non cõtinebantur in supellectili vasa prædicta pretiosa. sed cum hodie homines quantũ ad hoc imperiti vtanẽ supellectili argẽtea, & aliter pretiosa: si candelabrum, vel aliud vas argenteum sit a patrefam. relatum in argento, quod erat in sua supellectili, videtur dictũ vas esse argenti, scilicet quod erat in supellectili. & ita in supellectili. & sic tũc error, id est, stultitia prędictorum hominum imperitorum facit ius quantũ ad hoc. Item significatione instrumenti domestici patrisf. de quo dicitur in l. j. & sic significatione supellectilis solent adnumerari rhedæ. i. currus leuiores, & etiam sedularia. Quæri autem solet de tapetis, quibus insterni solent subsellia & cathedralia patrisfami, verũ sint in veste, & sic non in supellectili: vt in l. j. sicut est stragula. i. vestimentum quod sternitur, vt ibi superius quis iaceat: aut sint dicta tapeta in supellectili sicut toralia. i. cortinæ quæ ponunt supra totum siue lectum patrisfamil. Et respond. quòd dicta tapeta sunt in supellectili. tapeta autem quibus paterfamil. non vtebatur in domo, sed in via, non sunt in supellectili, sed continentur appellatiõe instrumẽti viatorij: sicut nõ sunt in supellectili pelles, quib. inuoluuntur vestimenta patrisfa. cum equitat extra domum, & sicut nõ sunt in supellectili lora. i. funes, quibus dictæ pelles solent constringi. pater enim famil. equitare volens inuoluebat vestimenta sua in pellibus, & postea cum funibus ligabat & stringebat pelles. & vt generaliter tibi dicã, hæ res sunt supellectilis, quæ ad vsum communem, siue quotidianum vsum patrisfamil. paratæ sunt, & quæ non habent separatim nomen sui generis. vnde ea, quæ pertinent ad aliquod genus artificij, & non sunt accommodata ad communem vsum quotidianum patrisfamilias non sunt supellectilis, sed & pugillares, & codices rationum testatoris non sunt in supellectili. & hoc dicit cum iiij. legibus sequentibus. Vt.

† In hanc definitionem pulchrè Alexander ab Alex. gen. dier. lib. j. cap. xix.

Florentinus libro xj. institutionum. II.

ID est, res mobiles, non animales.

Paulus libro iiij. ad Sabinum. III.

SVpellectile legata hęc [g] continẽtur, mensæ, trapezophora, † Delphicæ, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, toralia, mappę villosæ, aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ: item vasa ænea vulgaria, id est, quæ non proprio essent loco attributa: præterea capsæ, armaria. Sed sunt, qui rectè putant, capsas, & armaria (* si librorum aut vestium, aut armorum gratia parata sint) non esse in supellectile: quia ne eæ quidẽ ipsæ res, quibus attributæ essent, supellectilis instrumẽto cederẽt. Vitrea, [h] escaria, & potoria in supellectile sunt, sicut fictilia nec

[d] Patrisfamilias. Non fundi: vt ff. de fun. inst. l. quæsitum. §. supellex. & §. sed si fundus.

[e] Aurove. Auri numero continetur, quod paterfamilias habet, & reponit inter aurea, velut thesaurũ: & sic de alijs. non ergo quod in cinctutis, vel zonis est, auri numero contineretur: vt ī. de auro, & argen. leg. l. & si nõ sint. in prin. & § j. & l. scribit. & ī. eo. l. iij. §. vitrea.

[f] Adnumeratur. a patrefamilias. & sub. quod nec penui, vel ornamentis, vel instrumentis, nec alij etiam vsui, vel speciei alteri: vt ī. eod. l. Labeo. sed tunc est cõtra huic l. C. de administrat. tuto. l. lex quæ. §. ante omnia. sed ibi impropriè dicit cætera supellectilis. vel ibi non erant in thesauro, vel vsu: & continua legem sequentem.

SVpellectile.

[g] Vitrea. vasa facit ī. de auro, & argento leg. l. cũ aurum. §. fin. & l. si non sint.

* Ad intellectũ subsequentium. de quæ scribit Alex. ab Alexã. gen. die. libr. j. cap. xix.

† De trapezophoro pulchrè Cęl. Rho. li. lectio. antiq. n. j. cap. xij. de Delphica mẽsa (quæ cerripos) non nihil apud Val. Max. lib. iiij. tit. j. & apud Plin. li. xxxiiij. cap. iij. lectos verò hic tricliniarios seu discubunitos intellige. De mappa autẽ uillosa uide Nebris. in lexi. suo iu. ciuil. in dictiõe mappa: aut in malis. sub titruè hic Alc. scnt. libr. pinterum. j. in dictiõe baucaliũ, baucalia; cuppæ, a Ictā. nam quod hactenus hic lectũ est, imperialia uasa, aut (quod uanius est) impanalio sa non puto cuiquã satisfacere. cæterũ de aquiminario, uide si liber Nebrit. in lexic. iam citato, ac et si uolca, Grapaldũ.

a Eximium. Quia magnates tantum vtuntur.
b Et pretium. Scilicet magnum.
c Non eſſe in ſupellectili. Contra. ſ.ea.l.§.vitrea.Sol. diſtingue tempora,& concordabis ſcripturas: quia hic de tempore ante hanc l. ibi de futuro:vt ǰ.l.prox.

ſolùm vulgaria, ſed etiã quæ ĩ pretio magno ſunt. Nam & pelues argẽteas; & aquiminaria argentea, & menſas, & lectos inargẽtatos, vel inauratos; atque gẽmatos in ſupellectili eſſe nõ dubitat: vſq; adeò, vt idem iuris ſit, & ſi tota argẽtea vel aurea ſint. De murrhinis & chryſtallinis dubitari poteſt, an debeãt adnumerari ſuppellectili, ꝓpter eximiũ a vſum, & pretiũ, b Sed & de his idẽ dicendũ eſt. Nec ĩtereſt, cuius materiæ ſint res, quę ſunt in ſupellectili. Sed craterem argenteum non eſſe in ſupellectili, c nec vllũ vas argenteum, secundum ſeculi ſeueritatem d non dum admittentis ſupellectilem argenteam. Hodie propter Imperatorum e vſum; ſi in argento relatum ſit candelabrum argenteum, argenti eſſe videtur, & error ius facit.

Idem libr. ſingu. de inſtr ſignifi. IIII.

Nſtrumenti ſignificatione rhedę f & † ſedularia ſupellecti adnumerari ſolent.

Idem libro iiij. ad Sabinum. V.

De tapetis quæri poteſt, g quibus ſubſellia & cathedralia inſterni ſolent: vtrum in veſte ſint, ſicut ſtragula, an

d Seueritatem .i. vſum, q eſt ſeuerus, & rigidus: & contra fauorem legatorũ: quia legata ſupellectili non cederent argentea. Acc.

e Vſum Imperatorum. Vtebantur Imperatores: vt ſi vas argẽteum relatum, id eſt, ãnumeratum ſit argento: tunc numero argenti, nõ ſupellectilia contineatur, vt ſupra eodem l.j.& bic. ergo ſi numero non eſt argenti, continetur appellatione ſupellectilis: & ſic error principis facit ius, vt ſupellectilis appellatione cõtineatur argentum: quod tamẽ eſt verum, ſecundũ quod dicitur infra eodem, l. Labeo. vt ſi e legata ſupellectili candelabrum argenteum cedat. Sed quo ſolius principis error facit ius? Reſpondet quia & alij debent ſequi, quod ipſe facit, argumen C. de epiſc.aud.l.iij. & ſic communis error hic facit, lus. ſic & ſ. de offi.præt. l. Barbarius. Itẽ quomodo princeps errat in iure, cum omnia ſint in eius pectore: vt C. de teſta. l.omnium. & ab eo naſcũtur: vt C. vnde vi. l. meminerint? Reſpon. non eſt veriſimile eum errare, poteſt tamen. & facit ǰ. ad Trebel. l. ſeruo inuito. §.cum prætor. Sed ar. contra ſupra de legi. & ſenatuſconſul. l.qđ non ratione. & infra de vſuca. l. vbi lex. & ſupra đ iuriſdict. omn.iud. l. ſi per errorem. & infra de auro, & ar. leg. lege, ornamentorum.

a In Pan. F. Fluius. Haloand. ſcripſit ſecundũ Caſſcelli ſeueritatẽ. ſed magis placet noſtra hęc lectio

a In P. Fl. ꝓpter vſũ imperitorum, quod magis placet, quam quod hic legitur.

a In P. Fl. hoc caput ſic incipit, Rhedæ, & ſedularia. porroquæ pręcedunt adiecta sũt in cõtextu ex ipſi' capitis inſcriptione.

† Sedularia hic putem dici ſedilia, quæ rhedis imponebant, vt mollius geſtarẽtur vectores, a ſedẽdo ſcilicet Ant. Aug. lib.j. Emenda. cap.4. quẽadmodum & ſedulus teſte Sipõtino a ſedeo deducit, & ſella dicta eſt, quaſi ſedat.

a Et, non eſt ĩ P. Fl.

f Nſtrumenti Rhedæ, id eſt, totæ plauſtri fortè, vt Inſt. de re. diui. §. fin.

g De tapetis quæri poteſt. Hic accipe quibus ſcilicet tapetis ſubſellia &c. Et ſic not. tepeta eſſe in ſupellectili, quibus in domo vtimur, non in via, vt ſubijci de tapetis &c.

h Vehicula. Quibus vehitur paterfamilias.
i Sicut pelles. Scilicet non ſunt in ſupellectili. & facit ǰ. de ant. & argen. leg. l. argento. in princ.
k Supellectilis. Hucuſque, & infra l. prox. §. j. dicitur de quotidianis.

in ſupellectile, ſicut toralia, quæ propriè ſtragulorum non ſunt? Et hoc magis placuit, ea ſupellectile cõtineri. De tapetis autem, vel linteis, quib. inſternuntur vehicula, h dubitari poteſt, an ſint in ſupellectile. Sed dicendũ eſt potius inſtrumẽti viatorij ea eſſe: ſicut pelles, i quibus inuoluuntur veſtimenta: lora quoq;, qbus hæ pelles cõſtringi ſolẽt.

Alphenus libro tertio Digeſtorum a Paulo epitoma. VI.

Supellectilis k eas eſſe res puto, q̃ ad vſum l communem patrisfamilias paratæ eſſent, quę nomen ſui generis m ſeparatim non haberent. quare quæ ad artificij genus aliquod pertinerent, neque ad communem vſum patrisfamilias adcommodatæ eſſent, ſupellectilis non eſſe. Sed nec pugillares, n & codices in ſupellectile ſunt.

Inſtrumenta domeſtica ad vſum patrisfamilias deputata ſupellectilis legatum comprehendit ex propria ſignificatione vocabuli: & ea, quæ poſſunt ex diuerſis generibus contineri, ex vſu teſtãtis complectuntur legato, ſed in iis, quæ conſtat aliam ſpeciem cõtinere, teſtantis vſus non inſpicitur. Bar.

Celſus libro xix. Digeſtorum. VII.

Labeo ait, originem fuiſſe ſupellectilis,

l Ad vſum. Scilicet quotidianum. Accurſius.

m Sui generis. Hic dic: vt ǰ.l.prox. §.j. Acc.

n Pugillares. De cera, in quibus ſcribebantur nomina debitorum: vt ſupra cõmo.l.in commodato. §. igitur. Acc.

Labeo ait. CASVS. In hac lege multi iuriſconſulti loquuntur ſup ſupellectili: & quidem Labeo primo loquitur ſuper origine ſupellectilis dicens, ideo fuiſſe originem ſupellectilis: quia olim ijs, qui in legationem ciuitatum ſuarum proficiſcerentur, ſolebãt alij locare ea, quæ forent vini ſub pellibus. Tubero autem dicit ſecundo quid eſt ſupellex, dicens quod ſupellex eſt quoddam inſtrumentum patrisfam. rerum ad quotidianum vſum paratarum, quod inſtrumentum non caderet in aliam ſpeciẽ, id eſt, non computaretur ab ipſo patrefamil. cadũt autem in aliam ſpeciem ea quæ ſunt in penu & in argento, & in veſte, & in ornamẽto, & in inſtrumento agri, aut domus: & ideo prædicta non continenẽ in ſupellectili. Diceret aliqs quomodo dicis tu, qđ argẽtum nõ eſt in ſupellectili? nõne contrarium dicitur ſ. eod. l. iij. in fi. ſcilicet quod continetur? Certè ſic. Dicit Tubero, illud nõ obſtat: q̃a dicta lex iij. in fi. loquitur ſecundum iura, & cõſuetudinem nouã: hæc autem loquitur ſecundum veterem: moribus enim ciuitatis, & vſu rerũ appellatio ſupellectilis eſt mutata. nam antiqui vtebantur ſupellectili fictili, & lignea, & vitrea & ærea: nunc autẽ, id eſt, ſecũdum nouam conſuetudinem hominũ vtimur ſupellectili ex ebore, atq; teſtudine, & ex argẽto, & auro, & gẽmis. quare ſecundum

quòd olim ijs, qui in legationem proficiscerentur locari solerent, quæ sub pellibus [i] vsui forent. Tubero hoc modo demonstrare supellectilem tentat, instrumentum quoddam patrisfamilias rerum ad quotidianum vsum paratũ, [a] quod in aliam speciem non caderet: vt (verbi gratia) penum, [a]argentum, vestem, ornamenta, instrumenta agri, aut domus. Nec mirũ [b] est, moribus ciuitatis, & vsu rerum appellationem eius mutatam [c] esse. nã fictili, aut lignea; aut vitrea, aut ærea denique supellectili vtebãtur: nũc [d] ex ebore atque testudine & argento, iam ex auro etiam atque gemmis supellectili vtuntur. [e] Quare speciem potius rerum, quam materiam intueri oportet. ([a] Sed de ijs quidem, de quibus dubitari [f] potest) supellectilis potius, an argenti, [g] an vestis sint. Seruius fatetur eius sententiam, qui legauit, aspici oportere, in quã rationem ea solitus sit referre. Verum si ea, de quibus non ambigeretur, quin in alieno genere essent, vt puta escarium [h] argentum, aut penulas [i] & togas supellectili quis adscribere solitus sit: non idcirco existimari oportere supellectili legata, ea quoque [k] contineri. Non enim ex opinionibus [l] singulorũ, sed ex communi vsu [m] nomina exaudi

† Vide hic Alc. libro. dispunc. j. c. v.

[a] P. Fl. paratarum.

[a] Hæc, q parẽthesi, Iclusa sũt desunt in P. Fl.

dum dictam nouam consuetudinẽ oportet intueri potius speciem rerum, quæ dicuntur esse in supellectili, quàm materiam ex qua sunt specificatæ dictæ res. ex quacunque enim materia nunc sunt, cõtinentur appellatione supellectilis, dum tamen paterfa. numeret eas in sua supellectili. Hoc tamen vltimũ dictum Tuberonis Seruius distinguit hoc modo, scilicet vt aspici debeat sententia patrisfa. qui legauerat supellectilem, in qua ratione ea solitus sit referre, de quibus potest dubitari, an sint potius supellectilis, an argenti, an vestis, scilicet vt si sit solitus referre in supellectili, sint supellectilis: si autem in aliã rationẽ sit solitus ea referre, non sint in supellectili. Si autẽ paterfam. solitus sit adscribere supellectili ea, de quib. nõ dubitaretur, quin essent in alio genere quàm in supellectili, puta argentum escarium, aut penulas, id est, viles vestes: aut togas, id est longas, & pretiosas vestes, non idcirco oportere existimare ea etiam contineri in legato supellectilis. non enim fatetur dictus Seruius nomina rerum exaudiri debere ex opinionibus singulorũ: sed ex cõmuni vsu. Tubero autẽ ait sibi non liquere, nec placere id quod placuit dicto Seruio: imò dicit, & etiam ea cõtinentur in legato supellectilis de quib. non dubitaretur, quin essent in alio genere, quam supellectilis, si paterfa. erat solitus adscribere supellectili, & reddit Tubero talem rationem: quia nomina rerum non sunt, nisi vt monstrent voluntatẽ dicẽtis. pater autem fami. dicebat esse in sua supellectili escarium argentũ, & penulas, & togas de quib. non dubitatur, quin sint in alio genere: ergo voluntas sua videtur esse vt in supellectili sint, si est sua voluntas, ergo cõtinentur in supellectili. & certe dicit idẽ Tubero, nõ arbitror quenquam patrem fa. dicere quod non sentit, cũ dicit aliquas suas res esse in supellectili, & specialiter, quando est vsus eo noĩe, quo solet appellari id, de quo quæritur vtrum contineatur appellatione supellectilis. vtimur enim ministerio vocis, dicit dictus Tubero. nemo aũt existimandus est dixisse, quod non agitauerit mente, dicit idem Tubero. & subaudi secundũ eundem Tuberonẽ, ergo dictus paterfa. qui nominauit in supellectili etiam ea, de quibus non dubitabatur, quin essent in alio genere, quam supellectili, videtur in mẽte agitasse vt predicta sint in supellectili. si videtur voluisse vt prædictæ sint in supellectili: ergo secundũ eundem Tuberonem sunt in supellectili. Celsus autem cõditor huius legis reprobata sententia Tuberonis reuertitur ad sententiam Seruij supradicti curialiter Tuberonẽ reprehendens, & dicens: quãuis multum me moueat ratio, & autoritas Tuberonis: non tamen dissentio a Seruio dicente non videri quenquã dixisse id, cuius non suo nomine vsus sit. quod quidẽ dixit Seruius in versiculo, verum si ea &c. nam quamuis prior, & potior sit mens, patrisfa., id est qui legauit supellectilem, quàm vox ipsius patrisfam. dicentis, sicut & Tubero dicebat: tamen nemo existimatur dixisse sine voce. ergo non solum in mẽte dicentis est vis, sed etiã in voce eiusdem. ergo si in voce sua annumeret in supellectili ea de quibus nõ dubitatur, quin sint in alio genere quã supellectilis, non continentur in supellectili: quamuis gerat hoc ipse in mẽte, vt & dixit Seru. quamuis autem dixerim ego Celsus conditor huius l. neminem sine voce dicere, tamen existimo dicere eos qui loqui non possunt, & hoc per conatum, & sonum quendam. Viuianus.

[a] Verbi gratia penũ. Quasi diceret, penus, & quæ sequũtur cadunt in speciẽ certam. & sic non sunt in supellectili, licet sint in vsu quotidiano. cum ergo omnia esculenta, & poculenta sint in penu: vt s. tit. j. l. iij. in princip. similiter & ea quæ continentur nomine eorum, quæ hic sequũtur: vt & j. eo. l. j. & s. l. proxi. Accur.

[b] Nec mirum. Tacitæ obiectioni respondet.

[c] Mutata n. Scilicet ab eo quod ab initio fuit, vnde versus: Multa renascentur quæ iam cecidere, cadentq́, Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus: Quẽ penes arbitrium est & vis, & norma loquendi. & facit supra de legi. & senatuscons. l. de quibus. in fi.

Horatius.

[d] Nunc. Ex sequenti tempore.

[e] Vtuntur. Vt & s. e. l. iiij. §. vitrea. & §. fi.

[f] Dubitari. Tali dubitatione non ex generis qualitate tantum, de quo quæritur, sed ex eius vsu pendente. Ro. puta de escario: vt j. de auro & argento leg. l. si nõ. §. si cui escarium.

[g] An argenti. Quæ argenti numero sint, dic: vt j. de auro, & arg. leg. l. cum aurũ: & l. Quintus. §. pe. & §. fi. & l. et si non sint. in prin. & §. j. & §. ij.

[h] Vt puta escarium. De hoc dubitari potest in argenti numero sit, vel non: vt j. de auro & argen. leg. l. & si non sint. §. lectum. & §. si cui escarium. supellectilis ergo numero constat non cõtineri: vt s. eod. l. j. Azo. nisi probetur testatorem contra sensisse: vt j. l. proxi.

[i] Penulas. Vilis vestis: sed toga longa, & pretiosa.

[k] Ea quoque. Scilicet omnia. sed argentum escarium contineri poterit, si id testatorem sensisse constiterit. vt j. l. proxi. & supra dixi. H.

[l] Opinionibus. Not. sic. j. de acqu. hæred. l. cum quidam. §. quod dicitur. in medio l. H.

[m] Ex cõmuni vsu. Scilicet proprio: aut figurato. nam & figuratiua significatio communis est, & sic vsitata potest appellari. Itẽ nota hic, quòd si p appellatiuum nomen testator aliud significare voluit: si quidẽ diminuere voluit significationem verbi testator, vt si plura significabat, & pauciora voluit significari: stabitur

rit debere. Id [a] Tubero parum sibi liquere ait. Nam quorsum nomina, inquit, nisi vt demonstrent voluntatem dicentis? Et quidem non arbitror, quenquam dicere quod non sentiat: vt maximè [b] nomine vsus sit, [c] quo id appellari solet. Nã vocis ministerio vtimur. Cæterum nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitauerit. [c] Sed etsi magnopere me [d] Tub. & rõ, & authoritas mouet: nõ tñ à Seruio dissẽtio, nõ videri quẽq̃ dixisse, q [*] non suo noie [e] vsus sit. Nam etsi prior, atque potior est, quàm vox, mens dicentis: [f] tamen nemo sine voce dixisse existimat: nisi fortè & eos qui nõ possunt, co natu ipso, & sono quodã καὶ τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ [†] di-

stabitur testatoris voluntati: vt s. de fundo. inst. & instru. leg. l. cum de lanionis. §. asinã. & §. quidã. & j. de au. & arg. le. l. Quintus. §. item argẽto. & j. e. l. legata. secundum R. quandoq; tamen secus reperio: vt s. de vsufruc. leg. l. si alij. licet R. aliter ibi dixerit: vt ibi not. si vero voluerit augere significationem, sentio cũ Seruio reprobata sẽtentia Tuberonis: vt si quidem voluit augere per ea, de quibus dubitari potest, an sint in alio genere, vel quæ eisdem verbis prima facie cõtineri videntur, tunc stabit eius voluntati: si vero certũ est in alio genere esse, non ideo augebitur legatum: vt hic, & superiori respon. & j. de aur. & arg. leg. l. pediculis. §. 2. sed quando non diminuere, vel augere (sicut dictũ est) significationẽ testator voluit, sed appellationum nomẽ incongruens ei, de quo sensit, expressit, sed congruens alij: si quidẽ omnino est extranea, & remota significatio apposita ab eo, quod voluit, vt si sensit de auro, & dixit de lapide, nihil omnino debetur: vt s. de le. j. l. 4. in fi. j. respon. si vero sententia potest aptari quoquo modo, quod sæpe per consuetudinẽ apparet, vel per unicã essentiam, & materiam, secus est, quod dicitur s. de lega. 3. l. non aliter. sic ergo ad ea quæ super hac l. dicuntur, facit j. de auro & argen. leg. l. pediculis. §. j. & §. 2. & l. Quintus Mutius per totum. & s. de leg. & senatuscon. l. de quibus. §. inueterata. & s. de leg. 3. l. nummis. & l. ille. §. j. & j. de regu. iur. l. in stipulationibus. Sed arg. contra supra de leg. j. l. 3. Item contra s. de tri. ui. & oleo leg. l. si quis in princ. Itẽ contra j. tit. 2. l. inter uestem. sol. ut ibi. Accur.

[a] Id. Vsque huc Seruius: nunc Tubero incipit & dic Tubero ait non sibi liquere. id est manifestum esse, & sic nec placere, id scilicet quod Seruio. nam quorsum, id est, quare sunt nomina inuenta? Et sunt uerba Tuberonis per Celsum hic relata.

[b] Vt maximè. Idem ergo si nomine non congruo, secundum Tuberonem.

[c] Agitauerit. Ex omnibus, licet perperam inferre uolebat Tubero quem quolibet uerbo dicere quicquid uellet.

[d] Me. Celsum authorem huius l.

[e] Suo nomine. Proprio, uel quod uice proprii nominis fungitur: ut s. si cer. pet. l. certum. & facit j. de reb. dub. l. 3. & de manu. test. l. qui habebat. & l. Stichus. & supra de hæredibus instituendis. l. quoties.

[f] Dicentis. Sic s. de leg. 3. l. non aliter. & l. t r. §. cum. & l. quisquis mihi. argu. contra. s. de vsufr. leg. l. si alii.

[g] Existimemus. Facit C. de fideicom. lib. l. & in epistola. & supra de leg. 2. l. cum proponeretur. & s. de leg. 3. l. num.

† Hæc uerba ponuntur in glo. 2. in c. nonnulli. extra. de rescriptis.

[a] Sic in P. Fl. Hal. autẽ scriptis, quo id appellari nõ solet, sed hic & i P. Fl. rectius.

[b] P. Fl. cuius.

† Hoc est, & i articulata uoce, ac cõfusa. Vide Alc. li. præterinu. ij. hoc in titu.

cere existimemus. [g]

[a] *Argentum escarium, & potorium appellatione supellectilis n. n. continetur, nisi ex vsu patrisfamilias aliud significetur.* *Bartolus.*

Vm quidam. CASVS. Titius legauit vxori suæ domũ Titianã cum omni suo iure, & cum instrumento, & supellectili: & decessit. modo quæritur an contineatur in dicto legato argentum escarium, & potorium? Et dicitur quod non, nisi vxor legataria doceat hoc sensisse testatorem. aliud autem argentũ, quod testator annumerabat supellectili, sine dubio continetur. Vi.

Modestinus libro ix. responsorum. VIII.

CVm quidam vxori suę legauerat domum cũ iure suo, [h] & oĩ instrumento, & supellectile: quærebatur, an videretur & argẽtum escale, [i] & potorium legato contineri? Respondit, si quid in supellectile argẽtum [k] est, deberi: escale [l] autem, vel potorium argentũ non deberi: [m] nisi hoc quoq; testatorẽ sensisse legatarius doceat.

[h] Iure suo, id est, seruitute ei, & ab ea debita idem tamen si hoc non dixisset: vt s. de seru. rustic. præd. l. via. §. quæcũque.

[i] Escale. Quod dicatur escario argentum, dicitur j. de auro, & argen. leg. l. 3. & si non sint. §. si cui. & lege pediculis. §. argento.

[k] Argentum. Sine omni dubio. Ro.

[l] Escale. De quo potest dubitari, an alio genere cõtineatur: vt j. de auro, & argen. leg. l. pediculis. §. 2. sed in supellectili cõstat nõ cõtineri, ut hic, & s. e. l. Labeo. §. uerum si ea. nisi hoc testator senserit: ut j. statim subijcit. Accur.

[m] Non deberi. quia prius generali nomine posito, scilicet instrumento, demũ supposuit speciale nomen scilicet supellectili. & ideo restringit præcedentia omnia, ut s. de leg. 3. l. hæres. §. vxori. Sed arg. contra j. tit. j. l. a filio. §. tin.

Papinianus libro vij. responsorum. IX.

LEgata supellectile, cũ species ex abundanti p imperitiam enu-

LEgata. CASVS. Titius legauit mihi supellectilem suã, in qua quidẽ multæ species continentur, quæ sunt enumeratæ s. e. l. 3. in prin. & postea per imperitiam enumerauit quasdã de dictis speciebus solis, & non numerauit alias, & decessit: nunquid debentur mihi oẽs species, quę sunt in supellectili tã enumeratæ specialiter, quàm etiã aliæ? Et dicitur quòd sic. nam dicta generali, legata supellectili, non derogasi per dictã enumerationem quarundam specierum, si autẽ ex certa scientia ita dicit testator, Lego Viuiano supellectilem meã, scilicet mensas, trapezophora, & Delphicas. intelligitur tunc datus modus legato generis, id est, supellectilis, in dictis speciebus ex certa scientia numeratis, scilicet ut illæ solæ debeantur, & non aliæ, quæ solent in supellectili cõtineri, scilicet subsellia, & scamna, & aliæ species enumeratæ in d. l. 3. in princ. & quod dictum est in supellectili legata, habet locum in prædio instructo legato, si postea testator numerauit ex certa scientia quasdam species, quæ solent cõtineri in instrumento fundi: & non alias, scilicet ut in speciebus enumeratis intelligitur datus modus generi.

Supellectilis. Titius legauit mihi supellectilẽ suam. certe continẽtur mensæ cuiuscunq; materiæ, etiam si sint argenteæ, vel argento inclusę, & lecti argentei, & candelabra argentea, & hoc secundum posteriorẽ ætatem, secundũ quã homines vtuntur supellectili argentea etiam: cum per priorem ætatem non esset in vsu argentea

gentea supellex, sed tantum fictilis, & vitrea, & lignea, & ærea: vt supra eo. l. 3 in fi. & l. Labeo. §. nec mirum. & cum Vlysses qui fuit de dicta posteriori ætate, haberet vxorem nomine Penelopen, hic Vlysses absentauit se diu, & redargutus postea a dicta sua vxore per Homerum, siue Ouid. quē ei tanquā nūtiū destinauit, se cit lectum in truncis ligni, quod non comburi, nec putre fieri poterat: & ornauit dictum lectū argento, & auro, & misit dictæ suæ vxori: vt esset signum quod ipse Vlysses viuebat. Supellectile. Titius mutuauit Seio centum, & accepit argentum in pignore. postea idem Titius fecit testamentum, & legauit Caio omnem suam supellectilem. nūquid dictum aurum cōtinebitur in legato? Et dicitur quod non, quia vt dictū est legauit supellectilem suam. appellatione autem sui non continetur res testatori obligata propter fidē tractatus, & propter vinculum rei obligatæ restituēdæ debitori soluto debito, vt i fi. huius l. & hæc vera sunt, si dictum argentum nō fuit in vsu creditoris voluntate debitoris, sed fuit tantū apud eum repositū causa pignoris, quia si prædicto modo fuisset in vsu creditoris eiusdem testatoris, bene contineretur in legato prædicto a cōtrario sensu huius literæ. Viuianus.

merantur,[a] generali legato non derogatur.† Si tamē species certi numeri demōstratæ fuerint:[b] modus generi datus ī his specieb. intelligitur. Idē seruabitur instructo prædio legato, si quædā species certū numerum acceperint. Supellectilis mensas esse cuiuscunque materiæ, scilicet vel argenteas, vel argento inclusas placet. Nam & argenteos lectos, item argentea cādelabra supellectili cedere posterior ætas[c] recepit, cum & Vlysses[d] auro;[*] & argento lectum viuentis arboris truncis ædificatum ornasset, quē Penelope recognoscendi viri signum accepit, vt voluit Homerus, De lecto enim loquens.

Τὸ δ' ἐγώ, inquit, κάμον, οὐδέ τις ἄλλος. Θάμνος ἔφυ, τανύφυλλον ἐλαίης ἕρκεος ἐντὸς δαιδάλλων χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἠδ' ἐλέφαντι.[*]

Supellectile sua omni legata, acceptum argentum pignori non continebitur: quia supellectilem suam legauit: vtique si non in vsu creditoris id argentum voluntate[e] debitoris fuit, sed repositum propter cōtractus fidem, ac restituendæ rei vinculum.

a Enumerantur. A testatore. Acc.

b Fuerint. Ex certa scientia, non per imperitiam. & dic vt no. s. de fund. instru. l. quæsitum. §. pen. & §. fi. & fa. in eod. tit. l. cum de lanionis §. quidam cum. & l. Seia. in prin. & j. tit. j. l. verba, & l. ali. §. Basilicæ. & l. Stichus. in prin. & at. s. de iudic. l. cum prætor.

c Aetas. Sic s. e. l. Labeo. circa prin. & l. 3 §. fi.

d Cum Vlysses. Hic Vlysses cum diu fuisset absens, & per literas ab vxore sua scilicet Penelope redargueretur, fecit lectum in truncis ligni, quod nec cōburi, nec puttefieri poterat, & ornauit auro, & argento, & misit vxori, vt esset signum viri viuentis. & facit supra, de cō trahen. empt. l. cum ab eo. §. mensam.

e Volūtate. Quia præsumebatur nolle lucrū: vt supra de leg. 3. l. antepenul. in princip. Item not. quod ex vsu testatoris voluntas colligitur. sic s. de ui. tri. & oleo leg. l. ex vsu. & j. tit. j. l. cum alimenta. in prin. Sed argum. contra. j. l. prox. Acc.

Qvi vestem. CASVS. Titius solitus erat ponere, & annumerare in supellectili sua oēm vestem suā. & alias res pluriū generū. idem Titius fecit testamentum, & vxori suæ legauit supellectilem. nunquid in legato cōtinetur dicta vestis? Et Labeo, & Offilius, & Cascellius rectè negabant vestem cessuram dicto legato, quia vestis non potest videri cōtineri appellatione supellectilis. vestis enim cadit in aliam speciem. Viuia.

† Et sic superflua nō vitiāt: necessaria vero prætermissa diminuunt contractū. facit glo. sup versic. sanior. post med. in c. quia propter. ex. de electio. vbi hæc verba ponunt per hanc l.

* P. Fl. cū & Vlissem ex auro &c.

* Vide Alcia. lib. 2. præterm. hoc ipso ti. quod versi. hos Homeri ex Odyssea lib. 4. hoc loco adiiciēdos existimat: nō habent tamen in P. P. Eorū aūt hic est sēsus, Haud alius quisquā fabricat hoc ipse cubile Inter septa secans ramosque virētis oliuæ Argēto atque auro variū leuiq; elephāto.

Voluntas: testatoris ex vsu colligitur.

Iabolenus libro tertio ex posteriori. Labeonis. X.

Qvi vestem oēm, & res pluriū generum supellectilis[*] noīe expenso[f] ferre solitus erat, is vxori supellectilē legauerat. Rectè negabant vestem legato cessuram Labeo, Offilius, & Cascellius: quia non posset videri vestis supellectilis appellatione contineri.[g]

f Expenso. Id est, cum expenderet supellectilē nominabat hæc omnia, & vtebatur in supellectili.

g Contineri. Quia certū genus habet vestis: vt s. l. j. & l. Labeo. §. verum si ea. & dic vt ibi plenè nota.

* In P. Fl. deest, nomine.

Idem lib. x. ex poste. Labeonis. XI.

Vasa ænea salienti[*] aquæ posita, item si quid aliud magis deliciarum quàm vsus[h] causa paratū esset, non esse supellectilis, Labeo, & Trebatius putant. Murrhea[*] autem vasa, & vitrea, quę ad vsum edendi & bibendi causa parata essent, dicunt in supellectile esse.

Vasa ęnea. CASVS. Titius legauit mihi supellectilem suam, quęritur an in legato cōtineantur vasa ęnea posita in domo causa aquæ salientis, & fluentis in domo, quæ quidē vasa sunt ad voluptatem, & non ad necessitatem? Et dicitur quòd non. & idem est in qualibet alia reposita ad voluptatem. murrhea autem vasa, & vitrea, quæ parata sūt ad vsum edendi, & bibendi, bene continentur in dicto legato. & dicunt murrhea, siue murrhina vasa, quæ ex murrha lapide egregio fiunt. de quibus Plin. lib. natur. hist. xxxvij. cap. ij.

h Vsus. Necessarii. & facit s. de ser. l. vt pomum.

* Aliàs, salientis.

* Murrhea vasa eadē sunt, quæ & murrhina, de quibus passim apud authores.

Labeo lib. iiij. pithanon a Pau. epito. XII.

Qvemadmodū vrbanus, & rusticus distinguitē nō loco,[i] sed genere vsus: ita vrbana penus & supellex ad

Quēadmodū. CASVS. Titius Romanus ponè legauit mihi supellectilē suā vrbanā. habebat autem quandā supellectilē in rure, quæ erat ad vsum vrbanū destinata. nūquid illa supellex exposita ī rure continetē in legato? & dicitur quod sic. & est ratio, quia quēadmodū vrbanus seruus, & rusticus nō loco, sed genere vsus distinguitur, ita vrbana penus, & supellex est dirigenda ad vsum vrbanū, non ad locum vrbanū, aut peregrinū. secus autē si legasset mihi supellectilē, quæ est ī vrbe, quia nō cōtineretur nisi ea, quæ est intra muros vrbis. Vi.

i Non loco. Vt s. de leg. 3. l. seruis vrbanis. in princ. &

l. cum quæreretur. l prin. & j. de ver. signific. l. vrbana. & C. de præ. mi. l. cum si prædium.

a In vrbe. Sic s. tit. j. l. quod nam. §. si ita. Acc.

NVnquam. CASVS. Titius legauit vxori suæ supellectilem suam, quam habebat in domo sua Titiana. nunquid vxor poterit vendicare supellectilẽ, & domũ, id est, habitationem domus? Et dicitur quod solam supellectilem vendicare potest. Vi.

FVndo. CASVS. Legaui Titio fũdum. certè non continetur in legato instrumentum fundi, nisi specialiter hoc expresserim. Nã & si legassem ei domum non cedit legato instrumentũ domus, nec supellex, quæ erat ĩ domo, nisi specialiter hoc dixi.

Si quando † alterius generis materia [b] auro, argentove iniecta † sit: si factum aurum vel argentum legetur: & id, quod iniectum est, debetur. Vtra autem verius materiæ sit accessio; visu, atque vsu rei & consuetudine patrisfamilias æstimandum est. [c]

Dictio seu, est amplissima. Bar.

Paulus lib. sing. de adsig. lib. XXXII.

id est, mundus, & ornamenta, & omnia alia eiusdem vxoris causa parata. nā verbum seu, videtur positū causa ampliandi legati, & non minuendi, sicut & si ita legasset do, lego Titio vina, quæ in vrbe habeo, seu in portu: quo casu debentur Titio vina, quæ sunt in vrbe, & quæ sunt in portu. Viuianus.

[a] Omnia deberi. Id est, omnia sunt in obligatione, nō solutione tantū. & sic disiuncta pro cōiuncta accipiet: vt & sup. eod. l. v. in fi o. & ff. de verb. signi. l. sæpe. Sed cōtra, C. de verb. signi. l. cum quidā. in fin. & supra de iur. dot. l. plerūq;. in fi. & ff. quādo dies leg. ced. l. cū illud. & sup. de contrahen. empt. l. si ita. quibus dicitur alterum deberi ad electionē debitoris. Sol. hic in verbo seu, ibi in verbo, aut. Vel secundum Roge. cum præcedit signū vniuersale, disiūcta pro cōiuncta ponitur, vt hic: & vt ibi, omnis homo, seu asinus currit. oportet enim omnē asinum currere, vt vera sit. & facit ff. de nou. l. a te. & supra de le. 3. l. ea tamen. Accur.

Qui lancem. CASVS. Titius moriens, & relinquens in bonis suis vnam lancem maximā, & aliam minorem, & aliā minimā, ita legauit. Lācē meam minorē lego Titio. certè responsum est videri legati lancem mediæ magnitudinis. & hoc est verū, si non apparet, quam lancem ex prædictis voluit demonstrare testator: quia si illud appareret, illa lanx deberetur Titio, de qua testator sensit. Viuia.

[c] Mediæ. Sic sup. de leg. j. l. legato generaliter. sed certè imo minimā: vt ff. de le. j. l. si ita scriptum. in fin. & l. quæ duos. & l. apud. §. Seio. & de leg. 3. l. nummis. & ff. de reg. iur. l. semper in dubijs. quæ sunt contra. Solu. hic fuit vsus his verbis, ego qui relinquo in bonis meis lancem maiorē, minorem, & minimā, lego minorem. & hoc innuit cum dixit, qui lancem maxi. &c. & hæc tria nominādo, uel hæc erat sua consuetudo loquendi: ut supra de lega. j. l. si seruus plurium. §. finali: alias minima deberetur. vel non est hic dubium verbum, nam sic lex exponit minorem: vt Insti. de liberti. §. libertinorum.

Si quis ita legauerit, Vxori meæ mūdum, ornamenta, seu quæ eius causa paraui, do, lego: placet omnia deberi [a] sicuti cùm ita legatur, Titio vina, quæ in vrbe habeo, seu in portu, do lego: omnia deberi. Hoc enim verbū (seu) ampliādi [b] legati gratia positum est.

[a] Io hunc locū, vide Alexā. ab Alex. Genial. dier. lib. 4. ca. 3.

[b] Seu amplatiuè. Mando. I Gl. Facul. §. Et proprium, in ver. seu, in prin.

Minor intelligitur media. Bar.

Labeo libro po. à Tabo epitoma. XXXIII.

Qui lancem maximā, minorē, minimā relinquebat, ita legauerat: Lancem minorem illi do, lego. Mediæ [c] magnitudinis † videri legatam lanceam, responsum est: si non appareret, quam lancem ex his paterfamilias demonstrare voluisset.

† Et promissio in gener. mediocritatē respicit. cō cor. c. literas, cū gl. super ver. clericū. extra de filius presb.

Paulus libr. ij. ad Vitellium. XXXIIII.

Pediculis. CASVS. Titius legauit mihi argētum suum factum. certè continentur legato pediculi argētei, qui ad modum pedū sustinebant tabulam ad comedēdum forte: & etiam sigilla, siue signa ænea iuncta dictis pediculis, vt pulchriores pediculi viderentur, & etiam omnia alia, quæ rediguntur ad eandem similitudinem sigillorum æneorum. Viuianus.

Pediculis [f] argenteis adiuncta sigilla ænea, [g] cæteraque omnia, quæ ad eandem similitudinē redigi possunt, argento facto cedunt.

[f] Pediculis. Pediculi dicuntur quædam argentea sustentacula, quibus vasa, vel res quælibet velut pedibus sustentatur.

[g] Sigilla ænea. i. signa de ære. dicuntur sigilla a signo: olim enim propter varietatē, quæ rē pulchriorē facit, in argento iaciebant quoddā protractum de ære. Azo. & facit s. eo. l. si quādo. & ff. de le. 3. l. hæres. §. pe. & §. fi. & ff. de acq. re. do. l. sed si de meis. & l. quicquid. Accur.

Auro facto. CASVS. Titius legauit mihi aurū suū factum. certè continentur legato annuli aurei, & gemmæ eisdem annulis inclusæ: nam hę gemmę sunt dicto sū annulorū. Item continentur cymbia argentea illigata crustis aureis habebat enim testator vasa, seu pocula ad cymbæ similitudinem facta, habentia cingulos siue virgas de argento, vt melius viderentur. Item continentur aurea ornamēta muliebria, & margaritæ, quæ ita prædictis ornamentis cōtextæ sunt, vt potentior sit aspectus auri in his margaritis. Sed nunquid continentur in dicto legato emblemata aurea, quæ erant in dictis lapidibus, & in absidibus, & quæ poterant separari à dictis lapidibus, & absidibus? & Gallus dixit simpliciter

citer qđ fit. & quia simpliciter dixit. Ideo Labeo improbauit dictũ suũ, postea autem Tubero ait determinando improbationẽ Labeonis, & dicendo videri illud legatum qđ testator habuit numero auri. vnde si dicta emblemata cum lapidibus, vel absidibus, quibus erãt adiuncta, testator habebat numero auri, continebuntur in legato prædicto. si autem non apparet an testator habuit eos lapides, vel absides cũ emblematis aureis numero auri, non debebuntur ex dicto legato. nã eo casu aurata, & uasa alterius materię inclusa auro, non sunt habẽda numero auri legati. Vinia.

In legato auri facti veniunt gemmæ, & omnia, quæ testator auri numero habuit. Bart.

Auro facto[a] adnumerantur gemmæ annulis inclusæ: quippe hæ annulorum sunt.[b] Cymbia[c] argentea crustis aureis illigata, margaritæ, quæ ita ornamentis muliebribus contextæ sunt, vt in his[d] adspectus auri potentior sit, auro facto annumerantur. Aurea emblemata,[e] quæ in lapidibus,[*] paropsidibusq; argenteis essent, & replumbari[f] possent, deberi Gallus ait:[g] sed Labeo improbat. Tubero[h] autem, quod testator auri numero habuisset, legatũ videri[i] ait, alioquin aurata, & inclusa vasa alterius materiæ auri numero non habenda.[k] Argento potorio,[l] vel escario[m] legato: in iis, quæ dubium est, cuius generis[n] sint, consuetudinem[o] patrisfamilas spectandam: non etiam in ijs, quæ certum est, eius generis non esse. Quidam primipilaris[p] vxori suæ argentum escarium legauerat. Quæsitum est, cùm paterfamilias in argẽto suo vasa habuerit, quibus & potabat, & edebat, an legato hæc quoque vasa cõtinerẽtur? Scæuola respõdit, contineri.[q]

Qui legat ornamenta sua, non videtur legare ea, quæ habet causa vendendi Bar.

Item[r] cùm quæreretur de tali legato, Hoc amplius filia mea dulcissima è medio sumito, tibiq; habeto ornamẽtum meum omne muliebre cũ auro, & si qua alia muliebria apparuerint.[s] cùm testatrix negotiatrix fuerit: an non solùm argentum, quod in domo, vel intra horreũ vsibus eius fuit, legato cedat, sed etiã qđ in basilica[t] fuit muliebre?[u] Respondi, si testatrix habuit proprium argentum ad vsum suum

[a] Auro facto. Testator legauit aurũ factum. Accur.
[b] Sunt. Quãdo gẽ̃ma annuli sunt inclusæ, ut j. eod. l. & si nõ sunt. §. penuria mus. & §. fi.
[c] Cymbia. Genus ornamenti.
[d] In his. Margaritis.
[e] Emblemata. Superficies: vt not. s. e. l. si gemma.
[f] Replumbari. Id est plumbum, quod cõiungit, remoueri. ad qđ è s. e. l. eũ aurum. §. idẽ Celsus. magis aũt si nõ possunt separari sed de hoc plus dubitabat.
[g] Gallus ait. Sed perperam.
[h] Tubero. Quod Labeo dixit determinans.
[i] Ait. Scilicet Tubero. & hoc casu bene dixit Gallus.
[k] Habenda. Et hoc casu intellige Labeonem dixisse vt hic, & s. eo. l. & si nõ sunt. z. respon. & facit j. de ac qui. rer. dom. l. sed si de meis. & l. quicquid. per totum.
[l] Argento potorio. Quid sit, dic vt s. eo. l. in argento. in prin.
[m] Escario. Et quid sit hoc. s. e. l. & si non sunt. §. si cui escarium.
[n] Cuius generis. Vt quia talia sunt, quibus secundum communem consuetudinem & in esca, & in potando quis vti potest: ut j. proxi. §. Accur.
[o] Consuetudinem. Non in dubijs locum esse coniecturis ex cõsuetudine: vt hic & s. de le. j. l. si seruus plurium. §. fi. nõ autem in certis: vt hic, & j. de le. 3. l. illę. §. j. & de le. j. l. 4. & s. de verbo. obli. l. continuus. §. cum ita. in fin. §. & s. de sup. leg. l. Labeo. §. sed de his. & l. qui vestem. Accur.
[p] Quidam primipilaris. Vel primus administrans in rebus publicis, vel primũ pilum deferẽs: vt not. C. de episco. & cleri. l. quisquis.
[q] Contineri. In dubio valet. ad quod s. de le. j. l. si cui seruus. & de leg. 3. l. seruis vrbanis. §. pe. & §. fin. & de tri. uin. & oleo lega. l. fin. in princ. Sed argu. contra. s. de fun. instru. l. quæsitum. §. si quis eodem instrumẽto & facit j. proxi. §.

ADDITIO. Pro solutione huius contrarij, dic quòd escarium est genus comprehendens, etiam potorium, nisi aliud de mente testatoris appareat, secundum. Bar.

[*] In P. Fl. absidibusque argenteis. Cæterũ absides quid sint, pulchrè Hermol. in indice castiga. suarum in Pl. in hac ipsa dictione.
[*] Cymbiũ poculi genus dicebatur pro cerum, aenauibus simile. Vergili. Cymbia quæ argento perfecta atque aspera signis.
[*] P. Fl. deberi ait

CASUS. Titius legauit mihi argẽtũ suum potorium, id est, quo vtebatur ad bibẽdũ. habebat idẽ Titius argẽtum escarium, id est, quo vtebatur ad escã, siue ad comedendum, habebat etiã quędam vasa argentea, quibus promiscue, & in esca, & in potando vtebatur: & ita dubiũ erat cuius generis essent, vtrum de genere argenti potorij mihi legati: an de genere argẽti escarij. nunquid dicta uasa cõtinentur in meo legato? Et dicitur quod sic, si testator erat cõsuetus tenere, & habere ea inter argẽtũ potorium. & ita recurrimus in hoc dubio ad cõsuetudinẽ patrisfa. In his autẽ quæ certum est non esse eius generis, id est, generis argenti potorij mihi legati, non inspicimus cõsuetudinem patrisfamilias, & sine vllo dubio non continebũtur in dicto meo legato. Et quod dixit in argento potorio mihi legato, idẽ per ois est, si legasset mihi solummodo aurum escarium, & repetirẽtur in hæreditate uasa argẽtea de quibus dubium esset, cuius generis essent. Sed quid si in dictis casibus nõ apparet consuetudo patrisfamilias? Certè in dubio cedent legato dicta vasa. & hoc euenit de facto in persona cuiusdam primipilaris, qui legauit vxori suæ argentum escarium. Vinia.

Item cum quæreretur. CASUS. Titia erat negotiatrix, & habebat argẽtum ad ornamẽta mulierum paratum venale in basilica, id est, in loco quodã ampliore sub tecto, qui locus publicus erat, & in quo singulares homines tenebant res suas ad vẽdendum. Itẽ habebat intra domum suam in horreo argentum destinatũ vsibus suis: dicta Titia fecit testamentum, & instituta sibi hærede Seia filia sua, & Caio filio suo ita legauit dictæ suæ filiæ, hoc amplius filia mea dulcissima è medio sumito, tibique habeto ornamẽtum meum omne muliebre cum auro apposito eidem ornamento, & si qua alia muliebria apparuerint. nunc quæritur, an contineatur in dicto legato dictũ argentum venale? & dicitur quòd non, nisi filia, vel procurator suus probet sensisse testatricem etiam de argento uenali.

[r] Item. Scilicet respondet, quod est j.
[s] Cum apparuerint. Accipe, quæreretur dico, cum testatrix &c.
[t] Basilica. Basilica grecè, latinè domus regis, vbi stabant venalia.
[u] Muliebre. Scilicet ornamentum.

paratum : non videri [a] id legatum, quod negotiandi cauſa venale proponi ſoleret: niſi de eo quoq; ſenſiſſe is, qui petit, probet.

Ex aſpectu declaratur quæ materia alteri cedat: & ſi dubium eſt, conſuetudo teſtatoris inſpicitur. Bar.

Neratius Proculum refert ita reſpondiſſe: vaſis electrinis [b] legatis nihil intereſſe, quantum ea vaſa, de quibus quæritur, argenti aut electri habebant: ſed vtrum argentum electro, an electrum argento cedat, idque ex aſpectu [c] vaſorum facilius intelligi poſſe. quòd ſi in obſcuro ſit: inſpiciendum eſſe, vtro in numero [d] ea vaſa is, qui teſtamentum fecit, habuerit.

Enumeratio ſpecierum nõ reſtringit genus præcedens. Bart.

Labeo [e] teſtamento ſuo Neratiæ vxori ſuæ nominatim legauit: veſtem, mundũ muliebrẽ, ornamentaq; muliebria oĩa, lanam, linum, purpuram, verſicoloria [f] facta, inſectaq; omnia &c. Sed non mutauit [g] ſubſtantiam rerum non neceſſaria verborum multiplicatio: quia Labeo teſtamento lanam, ac deinde verſiculoria ſcripſit, quaſi deſierit lana tincta, lana eſſe: detractoq; verbo (verſicoloria) nihilominus etiã verſicoloria debebuntur, [h] ſi non appareat aliam defuncti voluntatem fuiſſe.

Mũdo muliebri legato, argentum balneare debetur. Bar.

Titia mundum muliebrem Septitiæ legauit, ea putabat ſibi legata & ornamenta, & monilia, in quibus gemmæ, & margaritę ineſſent, & annulos, & veſtem tam

[a] Non videri. Nam videtur reſtringere per hoc quod dixit meum: vt & ſ. e. l. argumento. §. ſi quis addiderit. & ſ. de lega. 3. l. cum quæreretur. §. lana. Sed quid ſi nõ habebat? Reſpon. omnia videtur legaſſe, & etiam quod debetur: vt j. e. l. Seiæ. & l. Titia. §. j. & ſup. de triti. leg. l. ſi. in princ. & ſup. de leg. j. l. ſi cui ſerui. & facit ſup. de pe. lega. l. nam quod. & de uſuf. lega. l. generali. §. j. & de lega. 3. l. quæ ſitum. §. j. & l. duos. §. fin. & ſup. eod. l. cum in teſtamento. & l. v. Accurſius.

Neratius. CASVS. Electrũ eſt quædam materia facta ex argẽto, & auro: vt Inſtit. de rer. diui. §. ſi duorũ. Titius ergo habens vaſa de dicto electro, & de argento, legauit mihi uaſa electrina. nunquid dicta uaſa, quæ erãt de argento & electro, cõtinentur in legato meo? & dicitur quod ſic ſi argẽtum cedebat electro, ſiue erat ibi plus de argẽto, quã de electro, ſiue minus. utrũ autẽ argentum cedat electro, an electrũ argẽto, ex aſpectu dictorum uaſorũ põt ſciri. ſi autẽ nõ poteſt ſciri per aſpectũ inſpiciendum eſt in utro. id eſt in quo numero habuit ea uaſa teſtator, ſcilicet vtrum in numero argenti ſui, quod aliàs habebat, an in numero alterius, ſcilicet electri: ut primo caſu non contineantur in legato meo dicta uaſa, in ſecundo ſic. Viuianus.

[b] Electrinis. Pretioſa materia, quæ iungitur argento ad faciendum uas.

[c] Ex aſpectu. ſ. quod ſit pretioſius, ſecundum R. ſed arg. contra ſup. eo. l. & ſi non ſint. §. ſi. Sed ibi erat certum, in quo numero habuit.

[d] In utro numero. Scilicet argenti, an electri. & facit ſup. eadem l. §. j. in fine. & l. ſi quando. & infra, in fine huius legis.

Labeo. CASVS. Legauit Labeo uxori ſuæ Neratiæ ueſtem, & mundum muliebrẽ omnẽ, & omnia ornamẽta muliebria, & lanam, & linum, & purpuram, & uerſicoloria facta, infectaq; oĩa &c. quæ ei uxori legauit: quæ difficile eſt hic enumerare, & deceſſit dictus Labeo. nunc quæritur, utrũ ſola lana uerſicolor, id eſt tincta in alium colorẽ debeatur uxori, an omnis lana ſiue ſit tincta, ſiue non. & uidetur quod ſola lana tincta debeatur uxori ex eo, quod primo ſimpliciter nominauit lanã: & poſtea ſubiunxit, uerſicoloria, facta, infectaq;. & ſic uidetur reſtrinxiſſe ut ſola lana uerſicolor debeatur: ſed tamen nõ eſt uerum: imò debet legatarię lana tincta, & nõ tincta. nã & ſi nõ adieciſſet de uerſicoloribus, nihilominus deberentur etiam uerſicolores. multiplicatio enim uerborum non neceſſaria non mutat ſubſtãtiam rerum. & hæc uera ſunt, ſi nõ appareat defunctum noluiſſe reſtringi præcedẽtia per illud uerbum uerſicoloria: quia tunc deberetur ſola lana, quæ eſt uerſicolor. i. tincta in alium colorem. Viuia.

[e] Labeo. Nomen teſtatoris. Accur.

[f] Verſicoloria. i. ea quorum color eſt mutatus: ut ſupra de leg. 3. l. ſi cui lana. §. proinde quæritur. Accur.

[g] Sed non mutauit. Videbatur reſtringi lana ad tinctam tãtum, pro quo erat, ſ. de ſun. inſt. & inſtru. leg. l. cũ de lanionis. §. cui fundũ. & §. quidam. quæ ſunt contra. ſed tamẽ ſecus eſt: vt hic, & plenè no. ſ. de fun. inſtru. l. quæ ſitum. §. j. & l. ſi quis fundum ita. & concor. huic ſ. de ſupel. leg. l. legata. l prin. Item not. hic quòd abundãs cautela nõ operatur aliquid ut addat, uel minuat, uel uitiet. ſic C. de teſt. l. teſtamẽtum. & j. de regul. iur. l. quę dubitationis. & ſ. mand. l. qui mutuam. & C. de fideiuſ. l. non rectè. & ſup. pro ſol. l. ſed ſi adiiciatur. Sed arg. contra ſ. de uſur. l. ſi ſtipulatus.

[h] Debebuntur. Lanæ ergo nomen etiam tinctam conti nere: ut hic. Sed contra ſup. de leg. 3. l. ſi cui. §. lanæ. circa princ. Solu. hoc hic uoluit teſtator, & eſt certum, & hoc propter ſignũ uniuerſale quod propoſuerat, cui ſimile no. ſup. eo. l. ſi quis ita leget. Tertii, ut Roge. dicunt hoc uerum naturali inſpecta ſignificatione, uidelicet nulla adhibita uoluntatis interpretatione. [1] cui ob. l. contraria. illud conſtat tinctam contineri appellatione lanæ: vt d. l. ſi cui. §. j. & facit in auth. de referenda.

Titia. CASVS. Titia legauit Septitiæ mundũ muliebrem, quæritur utrum in dicto legato contineantur ornamenta, & monilia, in quibus inſunt gẽmę, & margaritæ, & annuli, & ueſtis colorata, & uerſicoloria. & dicitur quod non: imò continetur illud quod paratũ erat Titiæ ad lauandam, uel balneandam eam. Sed pone quod Titia dicta legauit eidem Septitiæ inaures, id eſt annulos aptos ad deferendum in auribus, in quibus erãt duę margaritæ: & duo elenchi, & duo ſmaragdi, & poſtea eiſdem inauribus detraxit dictos elenchos: nunquid amodo debentur Septitiæ inaures? Et reſpon. quod ſic, ſi nihilominus maneant inaures, quamuis margaritæ detractę ſint. i. dicti elenchi. Item quid ſi legauit Septitiæ prædictæ ornamentum mamillarum, quod ipſa Titia ſolebat portare circa pectus, compoſitum ex 34. cylindris, & ex 34. tympaniis margaritis: & poſtea extraxit de dicto ornamento quatuor ex cylindris, & ſex de margaritis: nunquid dictæ legatariæ debebitur dictum ornamentum mammillarum nihilominus? Reſpon. quod idem eſt in hoc caſu, quod in ſuperiori, ſcilicet ut nihilominus debeatur. Viuia.

* Electrũ metallum eſt ex auri argẽtique miſtura. hinc electrina uaſa, quæ ex eo metallo ſunt: uide Plin. libr. 34. c. j. Eſt etiam electrum gẽma nigri coloris, quod vulgo Ambra dicit. uide eũdẽ li. 37. c. 2.

[1] Interpretatio uolũtatis defuncti quot, & quibus modis interpretetur, vide ad lõgum per Bart. in l. 2. ſ. de uulgari, & pupil. ſubſti. Alex. cõſ. 82. 4. parte.

coloriam a quàm versicoloriam. Quæsitum est, an hæc omnia mundo cótinerent? Scęuola respondit ex ijs, quę proponerétur, duntaxat argentum balneare b mundo muliebri contineri.

Accessorio extincto non extinguitur principale. Bart.

Item cùm inaures, c in quibus d duæ margaritæ, e elēchi, † & smaragdi f duo legasset: & postea elenchos eisdé detraxisset: & quæreretur, an nihilominus detractis elenchis in aures deberentur? respōdit deberi, si maneāt inaures, quamuis margaritæ his detractæ sint. De alio g idem respondit, cum quædam ornamenta mamillarū h ex cylindris 34. & tympanijs i margaritis, 34. legasset, & postea iiij. ex cylindris, & vj. de margaritis detraxisset.

Veste legata inspicitur consuetudo testatoris. Bar.

Pomponius libro iiij. ad Qui. Mutius. XXXV.

INter vestem virilem, & vestimenta uirilia nihil k interest, sed difficultatem facit mens legantis, si & ipse solitus fuerit vti quadam veste, quæ etiā mulieribus conueniens est. Itaq; ante omnia dicendum est, eam legatam esse, de qua sense rit testator, nō q̄ re vera aut muliebris aut virilis l sit. Nam & * Quintus Mutius ait, scire se quendam senatorem muliebribus cœnatorijs † vti solitū: † qui si legaret muliebrem vestem, non videretur de ea m sensisse, qua ipse quasi virili vtebatur.

Qui legat aurum suum, intelligitur de eo, quod potest vendicari. Bar.

Idem libro ix. ad Quint. Mutium. XXXVI.

SCribit Quintus Mutius, si aurum suum omne paterfamilias vxori suæ legasset, id aurum, quod aurifici faciendum dedisset, aut quod ei deberetur, si ab aurifice ei

a Coloriam. Quæ est naturalis coloris, vel alba, vel nigra, sed versicoloria quæ est tincta: vt s. de legat. 3. l. si cui. §. proinde. Accur.

b Balneare. Quo indiget cum lauatur, vel balneatur: vt sup. eo. l. argumento. §. mundus. Accur.

c Inaures. Id est, annulos, quos deferunt mulieres in auribus, quæ continétur appellatione ornamenti: vt s. eo. l. argumento. §. ornamenta.

d In quibus. Essent subaudi. Accur.

e Margaritæ. Appellat ergo hic gemmas margaritas in larga significatiōe, nam ī stricta, & propria aliud est: vt s. eod. l. & si nō sint. §. si. sic. s. eo. l. argumento. §. fin.

f Smaragdi. Qui gemmarum numero sunt: vt s. eod. l. & si non sint. §. gēmę. Accur.

g De alio. Scilicet casu qui sequitur, cū quædam &c.

h Mamillarū. Nominatiuè. aliàs mamillarū. & dicitur a mamillis: nā circa pectus portabatur. Accur.

i Tympanija. Secus si principale extractum esset. Azo. & facit s. de leg. j. l. si ex toto. in princ. & l. quod in rerum. §. finali.

INter. CASVS. Sine Titius leget mihi vestem suā virilem, siue vestimenta sua virilia, non est vis: quia semper debent mihi ab hærede suo ea uestimenta, quæ parata sunt pro ipso Titio, & nō ea q̄ parata erant pro uxore sua. sed in uno casu est difficultas, siue quæstio super mente Titij legantis, puta si ipse Titius solitus erat uti quadam ueste, quæ sit conueniens etiam mulieribus. Est quæstio dico, utrum dicta vestis contineatur in legato uirilium uestimentorum? Et respon. eam uestem legatam esse uideri, de qua testator sensit, cum legauit uestem, uel uestimenta uirilia, etiā si dicta uestis de qua sensit, erat muliebris, & nō uirilis. nā & Quintus Mutius ait scire se quēdam senatorem solitum uti cœnatorijs muliebribus uestibus, uel uestimētis, id est illis, uel similibus uestibus, quibus uxor sua utebatur, cum esset in triclinio. qui quidē si legaret muliebrē uestem, non uideretur de ea muliebri ueste sensisse, qua ipse utebatur quasi uirili. uerum est ergo quòd ea uestis legata uidetur, de qua sensit testator, & non alia. Viuia.

k Nihil. Sic s. eo. l. uestis. in prin.

l Aut uirilis. Scilicet ab initio, nam cōstitutione scilicet, animi, & usu fit de muliebri uirilis, & econtra, ut hic, & arg. s. eo. l. uestis. §. si. & ā. de dona. inter uir. & uxo. l. sed si uir. in prin.

m De ea. Imò contra: vt J. de verbo. obligat. l. si mihi. §. si stipulatus. Solu. non sic in promissia solua, pœnitentis, sicut in his solis: & solius legantis mens inspicitur. Item cōtra s. de supel. leg. l. Labeo. §. verum si ea. sed certè virilis, & muliebris vestis non genere, vel substantia: sed vsu, & destinatione distinguitur, sicut sundus: vt s. de lega. j. l. planè. in fin. & l. quod in rerum. §. j. & in domo, vt sup. commu. præd. l. si quis duas. & facit ad l. s. de lega. 3. l. Item legato. & s. eo. l. 5. circa principiū. Accursius.

SCribit. CASVS. Titius dedit aurū aurifici, vt aurifex faceret ei vnum vas pone: postea fecit testamētum hic Titius, & vxori suæ legauit aurum suū omne, & decessit. nunc quæritur, an dictū aurum aurifici datum debeatur vxori? & dixit Quintus Mutius quòd non. Item dixit quòd eidem vxori non debetur illud, quod ei testatori deberetur ab aurifice, si ab eodem aurifice ei testatori non esset repensum dictum aurum, id est ad pondus restitutum. Pōponius autē dixit, quod dictum prædicti Quinti Mutij ē ex parte verum, & ex parte falsum. est verum, quantum ad id quod dixit Quintus Mutius de eo, quod prædicto testatori deberetur ab aurifice, si ab eodem aurifice ei testatori nō esset repensum dictum aurum, & est verum dico, ut non debeatur uxori cui legauit testator omne suum aurum. & est ratio, quia de eo quod testatori debetur sine dubio, etiam, puta ex stipulatu, dicendū est, quòd non pertinet ad uxorem prædictam: ut puta si testator stipulatus fuerit ab aliquo libras auri puta centum, cum illius testatoris non sit adhuc factū dictū aurum ex stipulatione testatoris debitum. id enim quod suum esset, legauit uxori testator: non autē illud, quod in actiōe haberet: est autem dictū prędicti Quinti Mutij falsum, si aurum dederit aurifici testator, ut ex eo auro aliquid sibi testatori fieret. est falsum dico: quia nihilominus uxori debetur. nam adhuc erat apud testatorē dominium dicti auri. si autē testator dederat aurifici, ut non tantum ex eo auro fieret sibi corpusculū, sed etiam ex alio auro: tunc non debetur dictū aurum uxori: quia dominiū eius auri transiit ad aurificem. nam quasi permutationes uidetur fecisse testator cum aurifice, s. de auro prædicto ipsius testatoris ad corpusculū, quod debebat facere testatori aurifex ex dicto auro testatoris, & ex alio auro, ut dictum est.

† De elenchis, vide Pli. lib. 9. c. 35. de cylindris, apud eundē, lib. 37. ca. 5. & 8. De tympanija lib. 9. cap. 35.

* In P. Fl. ornamētū mamillarum.

* In P. Fl. Quintus Titius.

† Cœnatoriæ vestes erāt triclinares, quę præsertim adhibebātur in cœnam, quæ & recidipna dixeris Syp.

† Vir dici nō meretur veste muliebri vtēs, Mando. i Gl. Facul. proœ. in ver. viri. versi. virā ne ēt puta bia muliebri ueste indutū?

r Item

repensum [a] non esset, mulieri non deberi. Pomponius: Hoc ex parte verum est, ex parte falsum. Nam de eo quod debetur sine dubio, vt puta, si auri libras stipulatus fuerit: hoc aurum, quod ei deberet ex stipulatu, nō pertinet ad vxorem, cùm illius factum adhuc non sit. Id enim, quod suum [b] esset, non quod in actione haberet, legauit. In aurifice falsum est, si aurū dederit, ita vt ex eo auro aliquid sibi faceret: nam tūc licet apud aurificem sit aurum: dominium tamen non mutauit: [•] manet enī eius, q dedit: & tantū videtur mercedē pręstaturus pro opera aurifici: per quod eò perducimur, vt nihilominus vxori debeatur. Quòd si aurum dedit aurifici, vt non tamen ex eo auro fieret sibi aliquod corpusculum, sed ex alio: tunc quatenus [c] dominium transit eius auri ad aurificem, quippe quasi permutationem fecisse videatur, & hoc aurū non transibit ad vxorem.

Legatum factū cū demonstratione præsentis temporis, alienatione rei non extinguitur ipso iure, sed ope exceptionis: si alienatio est voluntaria. secus si necessaria. Itē secus si legatum est factum cum demonstratione futuri temporis. Bart.

Item scribit Quintus Mutius si maritus vxori, cùm haberet v. pondo [d] auri, legasset ita, Aurum quodcunque vxoris causa paratum est, vti hæres vxori det: etiam si libra auri inde venisset, [e] & mortis tempore amplius, quàm quatuor librę nō deprehēderentur: [f] in totis v. libris hęredem esse obligatum: quoniā articulus (est,) [g] præsentis temporis demonstrationem in se cōtinet. [•] Quod ipsum (quantum ad iuris obligationem pertinet) rectè dicetur, id est, vt ipso iure hæres sit obligatus. Verùm sciendū est, si in hoc alienauerit testator inde libram, quòd diminuere vellet ex legato vxoris suæ: tunc mutata voluntas defuncti locum faciet doli mali exceptioni: vt si perseueret mulier in petendis v. libris, exceptione doli mali submoueatur. [h] Sed si ex necessitate aliqua compulsus testator, non quòd vellet deminuere ex legato: tūc mulieri ipso iure v. librę auri debebuntur: nec doli mali exceptio nocebit aduersus petētē. [i] Quòd si ita legasset, Vxori aurum, quod eius causa paratum erit: tunc rectissimè scribit Quintus Mutius, vt hæc scriptura habeat in se & demonstrationem [k] legati, & argumentum. ideoq; ipso iure alienata libra auri, amplius quatuor pondo nō remanebunt in obligatione: [l] nec erit vtendum distinctione, qua ex causa [m] alienauerit testator.

Quando legatur certum pondus auri, liberatur debitor æstimationem soluendo: tamen ipsum aurum est in condemnatione & obligatione. Bar.

Item scribit Quintus. Titius habens v. pondo, siue libras auri causa vxoris suæ paratas, ita dixit in testamento suo: quodcunq; vxoris causa paratum est, id hæres meus det dictæ vxori meæ. & postea vendidit idē testator vnā de dictis v. libris: & ita in bonis eius nō fuerūt deprehensæ tempore mortis suę nisi quatuor libræ auri de illis v. nunc quæritur, an hæres teneatur dictæ vxori ad integras v. libras auri? Et dicitur q sic: distingue tamen aut dictus testator in hoc alienauit dictam libram q diminuere vellet legatum, quod reliquit vxori, aut necessitate aliqua rei fortè familiaris. Primo casu repellitur mulier doli exceptione, si petat integras v. libras: secūdo nō: imo ipso iure debentur ei integræ v. libræ. & hæc omnia qn legauit per verba pręteriti tēporis, vel præsentis, secus si p verba futuri temporis. puta lego vxori meę aurū, qd ei° eā paratū erit: nā tunc habet in se dictū verbum erit, demōstrationē conditionalē, & argumentum. id est cōditionem, quæ arguit, & restringit legatum, scilicet ut non debeatur vxori nisi illud aurum, qd inuenitur in bonis tempore mortis testatoris. Viui.

[a] Repensum. Id est restitutum ad pondus: vt s̄. de cōtrahē da empti. l. quod sæpe. §. in his.

[b] Suum. Hoc expone: vt s̄. de leg. 3. l. cum ancillæ.

[c] Quatenus. Id est. quia. & facit s̄. loc. l. in naue. & de le. j. l. q habebat. in prin. & s̄. e. l. Quintus. §. argentum. & arg. s̄. de contrahen. emp. l. si quam rem. aliàs incipit, Sabinus.

[d] Pondo. Parata causa vxoris. Item nota quod hic pondo libram vocat, & sic pondo & libra idem sunt. Accursius.

[e] Inde venisset. Id est ex illis quinque libris vendidisset vnam libram.

[f] Deprehenderetur. In bonis defuncti.

[g] Articulus est. Facit s̄. eo. l. si ita.

[h] Submoueatur. Imo ipso iure videtur liberatus: vt supra de lega. j. l. si ita scriptum. Sol. ibi ponitur ipso iure, id est, æquo, & naturali, quasi diceret euidentissimo: hic pro mero stricto iure ponitur. hæc autē significatio frequenter, illa autem raro inuenitur: vt j. de so. l. Stichum. §. naturalis. secundum R. sed certè l §. naturalis. ponitur ius naturale pro naturali obligatione. dic ergo q ibi in l. contra. ademit expresse, hic tacitè. & de illa cāpsa dic vt nō. s̄. de his quę in testa. delen. l. j. in prin.

[i] Petentem. Scilicet mulierē. & facit s̄. de leg. j. l. fideicommissa. §. si rem. & l. qui concubinam. §. Stichus. & lege, vxorem. §. testamento. & l. Iulianus. §. pe. & §. fina. & l. nuper. & l. his verbis. in prin. & j. eo. l. medico. & s̄. de leg. j. l. j. & v. & vj. & j. de excep. dol. l. apud Celsum. §. praeterea. & j. de adi. le. l. seruum. & l. rem legatam. & de condit. & demon. l. filiæ. §. sed si ita.

[k] Demonstrationem. Futuri temporis, non præsentis; quæ magis dicitur conditio: vt s̄. de legat. j. l. 6. & quod subijcit argumentū, id est, conditionem, quæ arguit, & restringit legatū. Alij dicunt, id est probationem pro eo petendo.

[l] In obligatione. Quia deficit conditio in ea libra.

[m] Ex causa. Id est, ex necessitate, vel voluntate quæ fit supra. & facit j. de do. excep. l. apud. §. præterea. & de condit. & demon. l. filiæ. §. fi. & l. si iam. & j. de a li. leg. l. cum seru°. si autem non dixit est, uel erit, sed simpliciter dixit seruos meos: tunc seruo qd dicitur

[•] P. Fl. nā mutabit, manet tamen eius.

[•] P. Fl. In se cōtinēt.

dicitur supra eod. l. si ita.

Titiæ. CASVS. Seius fecit testamentum, & ita in eo dixit, Titiæ amicæ meæ, cum qua sine mendacio vixi, volo dari v. pondo auri. & decessit postea, nunc quæritur, an hæredes eius sint compellendi ad præstandum Titiæ integra v. pondo auri, an ad pretium, & ad quantum pretium? Et dicitur q possunt præstare qd volunt. & si præstēt precium, debēt præstare quanti comparari potest dictū aurum. Sed pone, quòd hæredibus nō soluentibus Titia egit contra eos, & litem fuit cum eis contestata, & decessit relicto hærede quodam pupillo, cui tutores dedit: & prætor coram quo fuit lis contestata pronunciauit vt materia prædicti auri præstetur dicto pupillo hæredi Titiæ: tutores autem volunt in integrum restituere dictum pupillum aduersus dictam sententiā, nūquid possunt? Et dicitur quod non, & hoc secundum glo. cōmunes. Ego autē credo quod dictus pupillus erat vnus de hæredibus testatoris, & non Titiæ legatariæ: & ideo volebant tutores pro eo in integrū restitutionē: quia in sententia videbatur ei ablata potestas soluendi pro sua parte æstimationis auri, cum in sententia cōtineretur tantum de materia auri, & nō de æstimatione, sed nō habet locum restitutio cum adhuc iusta æstimatio possit solui.

Paulus libro xiiij. Responso. XXXVII.

Titiæ amicæ meæ, cū qua sine mendacio vixi, auri pondo quinque dari volo. Quæro an hæredes ad præstationem integræ materiæ auri, an ad pretium, & quātum præstandum, compellendi sint? Paulus respondit: aut aurum ei, de quo quæritur præstari oportere: aut pretium auri quanti comparari potest. [a] Item quæro, si lite contestata prætor ita pronunciauerit, ut materia præstetur an tutores audiendi sint ab hac sententia pupillum, [b] aduersus quem pronunciatum est, apud successorem eius [c] in integrum restituere volentes? Paulus respondit, prætorem, qui auro legato, certi ponderis materiam præstari iussit, rectè [d] pronunciasse videri.

a Potest. Ad hoc ī. e. l. j. §. fi. & l. cum certū. & l. cū aurū. in prin. & C. de do. l. si qs argētū. in prin. Sed ar. cōtra. ī. de sol. l. Pau. rñdit. sed hic nō hēt creditor dānū.
b Pupillum. Hæredem Titiæ.
c Eius. Scilicet prætoris.
d Rectè. Et tamen adhuc iusta æstimatio posset solui. vt ī. de leg. j. l. nō amplius. §. cum bonorū. & de vsus. leg. l. genetali. §. fi. & l. fundi. & de leg. 2. l. Titia Seio. in prin. & de leg. j. l. si domus. §. qui confitetur. Sed ar. cōtra in ea. l. §. cum alicui. Accur.

Seiæ. CASVS. Titius fecit testamētum, & ita in eo dixit: committo fidei hæredum meorū, vt dent Seiæ amicæ meæ dulcissimæ poculum aureum, quod elegerit: & decessit. in hæreditate autem sua non inueniuntur nisi trullæ, id est vasa ad bibendum, habentia collum nodosum, & scyphi, & modioli, & phialæ. vnde quæritur, an Seia prædicta possit eligere ex his speciebus? Et dicitur quòd sic, cum omnia potui parata dicantur pocula. Viuia.

e Eligere. Licet nō sint aurea. nō ergo verbū aureum a testatore expressum restringit generalitatem poculi sic ī. de vino leg. l. fi. in prin. & ī. de leg. j. l. si cui term.

& sup. e. l. pediculis. §. quidam.

Ornamentorum. CASVS. Titius legauit vxori suæ ornamenta ei vxori destinata. Certè nō continetur in legato vestis muliebris. nam ornamentorum appellatione non continetur vestis muliebris, nec error hæredis soluentis vestem dictę legatarię potest mutare quod dixi. Viu.

f Hæredis. Qui soluit, vel fuit confessus extra ius muliebrem vestem: vt & C. de iu. & fac. ign. l. cum testamentū. secus si in iure: vt ī. de confes. l. non fatetur. Item nec testatoris error facit ius, vt ī. d supel. leg. l. Labeo. sed vniuersitatis sic, vel principis: vt ī. de offi. præsi. l. fi. & ī. de. supel. leg. l. 3. §. fin. Item facit ī. de vsufruct. lega. l. Sticho. & ī. eodem l. argumento. §. ornamenta. & de le. 2. l. vnū. §. si rem. & de le. j. l. si domus. §. j.

Legato poculo aureo, licet nullum aureū poculū inueniatur in bonis legantis, debetur tamen aliud poculum alterius materiæ.

Scæuola libro iij. Responsorum. XXXVIII.

Seiæ dulcissimæ poculum aureum, quod elegerit, fidei hęredum committo, vt dent. Quæro, cū in hæreditate non sint nisi trullæ, † scyphi, modioli, phialæ; an Seia de his speciebus eligere possit? Rñdi, cū omnia potui parata, pocula dicantur, posse eā ex his eligere. [e]

† De trulla, vide apud Al. li. Parer. 7. c. 4. itē quæ apd Alex. ab Alexā. lib. 3. gen. dier. c. 1a.

Paulus libro xxj. Responsorum. XXXIX.

Ornamentorum appellatione vestem muliebrem non contineri: nec errorem hęredis [f] ius mutasse, respondi.

Scæuola libro iij. Responsorum. XL.

Titia testamento, itē codicillis multas species tam argenti, quàm

Titius. CASVS. Titia fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Seium, & legauit mihi multas species argenti, & vestis, & mostrādo eas nominibus expressis, vel ad oculum, vel ad intellectum, & credēdo oēs dictas species esse suas, cum quædam earum tantum essēt suę. postea fecit codicillos, & in eis cuidam alij legauit alias certas species argenti, & vestis, & eodem modo. & postea decessit: nunc quæritur, an non aliæ species legato cedant, quā quæ in hæreditate eius Titię inuentæ essent? Et dicitur quod illæ cedunt, quæ inuentæ sunt in hæreditate. De cæteris autem quæ non inueniuntur in hęreditate, debet hæres cauere legatarius, vt eis præstentur postea, si inuentæ fuerint in hæreditate.

Semproniæ. Titius dixit ita in testamento suo. Semproniæ hoc amplius coopertoria Tabiana, & tunicas tres cum palliolis q̄ elegerit, dari volo. & decessit post ea. nunc quæritur, an dicta Sēpronia possit eligere dictas tunicas & palliola ex vniuersa veste, id est ex synthesi. quæ dictio multas vestes eiusdem coloris simul compositas significat, vulgus librā uocat. & an hæres teneatur emere illas, quas ipsa elegerit? Et distinguit, aut in bonis dicti testatoris relictæ sunt singulę, & ab vniuersitate separatæ tunicæ cū palliolis, aut non. Primo casu potest Sempronia eligere dūtaxat ex his quæ sunt singulę & extra vniuersitatē. Secundo debet pręstare hæres eidem Semproniæ, aut tunicas, & palliola ex synthesi, aut veram æstimationem earum.

Seia testamento. Seia ita cauit in testamento suo: Si mihi per conditionem humanam nihil contigerit. i. si viuero, ego ipsa faciam signum Dei ex libris centum in illa æde sacra, & in patria mea statuā dictum signū cum subscriptione mei nominis. si autē nō vixero, ab

r hæredibus

hæredibus meis fieri uolo,& iubeo prædicta, nec distinxit vtrum facere deberēt ex auro, vel argento, vel ære:& postea decessit dicta Seia.nunc quęritur cum in eo templo, siue æde sacra non sint nisi ærea, aut argentea dona, siue signa Dei, an hęredes eiusdem Seiæ sint consulendi,& compellendi ponere signum Dei aureum, vel argenteum vel ęneum? Et dicitur quod argēteum. Vt.

pra de religi. l. sunt personæ. Item legatarij dignitas qui est Deus, vel templum.arg.ſ.de le.j.l. si seruus plurium.§.fi. Accur.

[l] Dona. Id est, huiusmodi signa Dei, de quibus dicitur Insti.de rerum diui.§.nullius.

vestis specialiter [a] per fideicommissum reliquit. Quæro, an non aliæ species legato cedant, quàm quæ in hæreditate inuentæ essent? Respondit,eas cedere, quæ inuentæ essent,de cæteris cauendū, vt si inuentæ essent,præstentur.

Optio legata intelligitur de iis quæ sunt in hæreditate si reperiuntur, aliàs,de iis quæ venduntur. Barto.

Semproniæ Piæ hoc amplius coopertoria Tabiana, [b] & tunicas tres cum palliolis,quæ elegerit, [c] dari [d] volo. Quæro,an ex vniuersa veste, id est synthesi, [e] tunicas singulas [f] an & palliola Sempronia eligere possit? Respōdi: si essent [g] [*] tunicæ singulæ cum palliolis relictæ, ex his [h] dūtaxat eligi posse, quòd si nō essent, [i] hæredem vel tunicas & palliola ex synthesi præstaturum, [k] vel veram æstimationem [l] earum.

In fauorem religionis in dubio intelligitur quod est maius. Barto.

Seia testamento ita cauit, Si mihi per conditionem humanam contigerit, [m] ipsa faciam. [*] sin autem, [n] ab hæredibus meis fieri volo:iubeoque signum Dei [o] ex libris centum in illa sacra æde, & in patria [p] statui [q] cum subscriptione nominis mei. Quæsitum est: cū in eo templo non nisi aut ærea, aut argentea [r] tantum sint dona: [l] hæredes Seiæ vtrū ex auro,& argento signum ponere compellēdi sunt, an æreum? Respondi secundum ea,quæ proponerentur, argenteum ponendum.

Mundo muliebri legato cedunt solùm ea, quæ vtendi causa vxori sunt tradita Bar.

Iabolenus lib ij.ex poste. Lab. XLI.

SI vxori mundus [t] muliebris legatus esset: ea tantummodo de

Specialiter. Proprijs nominibus expressis,vel ad oculū vel ad intellectum demonstrando: ad quod supra si cert. pet l.certum. & aut credidit suas, & sic expones hoc ſ.inuētæ,id est. rehabitę aliàs enī non ualet, ut ſ.de le.j.l.si dom° in prin. Nec obst.ſ.pxi.§.ut ibi dices. si autē sciebat quasdam alienas:sic die inuentæ, scilicet uenales. Nā uel ipsæ, uel æstimatio debetur ut ſ.de leg.3.l. non dubium. & facit ſ.eod.l. Seiæ. & de le.j.l.unum.§.si rem. Accur.

[b] Tabiana. A loco sic dicta. Accur.

[c] Elegerit. Scilicet Sempronia.

[d] Dari. Scilicet generaliter. l quia ex his etiam quæ testatoris nō erāt, competere sibi electionem putabat legataria. Acc.

[e] Synthesi.[*] A loco sic dicti.

[f] Singulas.s.tres.

[g] Si essent. In testatoris bonis. Accursius.

[h] Ex his. Nota restringi larga uerba testatoris propter eius mentem, quæ talis præsumitur: arg.ſ.de leg. 2.l.unum.§. si rem.& supra eo.l.Seiæ.

[i] Non essent. In testatoris bonis.

[k] Prestaturum. Non ergo est nullum.& sic est contra supra in princip. huius legis.& de le.j.l.si domus.sed in illis de certis rebus sensit,hic non. Accur.

[l] Aestimationem. No.aliud, scilicet æstimationē pro alio solui.sic ſ.eo.l.Titiæ,cū suis concor.sed quæ erit hæc æstimatio, cum in genere sit relictum? Respon. quod ipsa eliget aliud quod æstimabitur.

[m] Contigerit. Id est si uixero. Accur.

[n] Sin autem. Id est, si non uixero, siue habeas non, siue dasit. Accursius.

[o] Dei. Vt crucem, secundum H. sed certè hoc tempore Christus non uenerat in uirginem, unde dic quandam imaginem.

[p] Patria. Scilicet sua.

[q] Statui Id est, erigi cum subscriptione, qua continebatur,quod ipsa faceret fieri. Accur.

[r] Argentea. Imo uidetur quod minus est,ut æneū. ut supra de lega.primo.l.si ita. in fine.& de lega tertio.l. numis. Sol. secundum. R. fauor est religionis,argu. supra de religi. l. sunt personæ.

SI uxori. A. S Titius legauit uxori suæ mūdum muliebrem. quæritur quid in legato continetur? Et dicitur, quod ea tantum continentur, quæ ex his in mundo contentis fuissent tradita causa utendi uxori à uiro: non autem indistinctè oīa, quæ possent cōtineri in mundo. si autē diceremus cōtineri indistinctè omnia quę possent cōtineri in mundo, maxima captio esset hęredū testatoris, si ipse testator erat uascularius, aut faber argentarius, qui pleraque ad mundum muliebrem pertinētia habebat uenalia, quibus forte emendis causa lucri posuerat totum suum.

Cum ita legatū. Titius deposuit apud me quatuor marcas argēti. Item cōmodauit Seio quatuor scutellas argenteas: & postea fecit testamentum,& ita in eo dixit:argentū, quod in domo mea erit,cum moriar lego Caio: & postea decessit.nunc quęritur an uideatur legatum Caio dictum argentum commodatum,& depositum? Et dicit Offilius quòd non. & Cascellius dixit idem de argento prædicto commodato, sed de argento deposito dubitauit. Labeo autem distinxit in dicto argento deposito, scilicet aut erat depositum præsentis custodiæ causa, aut perpetuæ custodię causa. Primo casu debetur dicto legatario, secundo non. Et est ratio quare deberetur in primo casu:quia dicta uerba testatoris, quod in domo mea erit & cætera. sic accipiuntur, siue solent esse & cætera. id est uerba testatoris argentum,quod in domo mea erit cum moriar & cætera.exponuntur, id est,argentum etiā quod in domo mea esse debet.prędictum autem argētum depositū debet esse in domo testatoris, id est, debet intelligi esse in domo testatoris cum fuit depositum præsentis custodiæ causa.sed quid si dictus testator legauit dicto Caio argētū,quod in fundo Tusculano,cum moreretur testator,habuisset idem testator:& postea antequā moreretur idē testator, fecit transferri in dictum fundum centū marcas argēti,ut ibi perpetuo essent, nūqd illud argētū sic trāslatū debebitur legatario? Et dicitur qđ sic,nō autem ei deberetur, si sine iussu testatoris esset translatum in dictum fundum Tusculanum. Vinia.

[t] Si vxori mundus. Quid sit mūdus, dic ut ſ.e.l.argumento

[*] In P.Fl. tunicæ singulares.

[*] Vide apud Alc. li. præter. j.in dictione Synthesis. quid synthe. & li.ij. Pare. c.xxj.

[*] Sin antē hic accipitur pro sin minus, docet Ant. Aug. emen. l.ij. cap.j.

mento.§.mundus. Accur.

[a] Ex his. Mundo contentis. Accur.

[b] Tradita. Idem si destinata: vt sup. de leg. 3. l. itē legato. §. item interest. si autem nil datū, vel destinatū est, teneretur quantum ad eius vsum sufficit: vt sup. de leg. 3. l. cū quæreretur. §. lana. in fi.

Captio vitanda est.

[c] Captionem. Quę euitari debet: vt j. de vsuca. l. si rem. & sup. qd met. cau. l. si cum exceptiōe. §. aliquādo. & de trāsact. l. cum Aquiliana. & de contrahē. emp. l. in lege.

[d] Vascularius. Qui facit vasa, in qbus continent pertinētia ad mundum, & vendit. Item dicitur faber cū sit largum verbum: vt j. de verbo. signific. l. ferri. §. j.

[e] Depositum. Quidam dicunt ab alio depositum, vel cōmodatum apud se testatorem, pro quibus est sup l. prox. ī prin. §. j. quod dicit a se scilicet legatū: sed melius dicas à se depositum apud alium, vel commodatum alij.

[f] Idē. Scilicet non deberi. Accur.

In P Fl. veluti depositū thesauri esset

[g] Custodiæ. Quasi possit habere testator quando vult. sed in commodato secus, nisi vsum perficiat commodatarius: vt sup. commo. l. in commodato. §. sicut.

[h] Thesaurus. Impropriè dicitur thesaurus hic: vt & aliàs ī. de rei vēdi. l. à tutore. Et no. q quæ perpetuitatis causa, vel quasi inde amoueri, nō videtur esse, aliàs sic, vt sup. de le. j. l. huiusmodi. §. legatū. & de leg. 3. l. si ita. cum suis concord.

beri Offilius, & Labeo responderunt, quæ ex his [a] tradita [b] vtendi causa vxori à viro fuissent. aliter enim interpretātibus, summam fore captionē, [c] si vascularius, [d] aut faber argentarius vxori ita legasset.

Argentum quod est depositū vel commodatum vt habeatur de proximo, in domo esse videtur. Bart.

Cùm ita legatum est, Argentum, quod domi meæ erit, cum moriar: Offilius, nec quod depositum [e] esset à se, nec quod commodatum reliquisset argentum, legatum videri respondit. Idem [f] Cascellius de cōmodato. Labeo quod depositum esset, ita deberi, si præsentis custodiæ [g] causa, non perpetuæ, veluti si depositus thesaurus [h] esset: quia illa verba, quod domi meæ erit, sic accipi debere, esse solebat. [i] Et hoc probo. Atteius Seruium respondisse scribit, cui argentum, quod in Tusculano fundo, cùm moreretur, habuisset, [k] legatum esset: & quod antè, quam moreretur, ex vrbe [l] in Tusculanum iussu testatoris translatum

[i] Solebat. Sic ergo futurum ponitur pro præterito. sic j. de verb. signifi. l. verbum erit.

[k] Habuisset testator.

[l] Vrbe. Scilicet Roma.

[m] Iniussu. Idest, non iussu. ad quod sup. de leg. 2. l. cū ita legatur. in princip.

[n] Translatum. Vt ibi ppetuò sit. Accur.

MEdico. CASVS. Titius paterfa. diuersis temporibus reipub. causa abfuerat: & secum duxerat Seiū medicum, & in qualibet vice portauerat secum dictus Titius de vasis argenteis in via necessarijs: postea fecit testamentum, & dicto medico inter cætera ita legauit, argentum viatoriū meū dari volo Seio medico meo cōtubernali, & comiti cōmuniū expeditionū. & postea decessit: nūc quæritur, qđ argentū viatoriū videatur esse comprehensum in hoc legato? Et dicitur quod debetur medico omne argentum viatoriū, quod testator habebat eo tempore, cū faciebat testamētum.

Vxori. Titius legauit ita vxori suę, Sempronię dominę meę hoc ampliꝰ lego argentum balneare. certè continet legato nō solū illud argētum, quo vtebatur Titius in balneo diebus non festiuis, sed etiam illud, quo vtebatur Titius ī balneo diebus festiuis.

Mulier. Titia decedens, ornamenta ita legauit Seiæ: Seiæ amicæ meæ dari volo vniuersa ornamenta mea: & postea ita scripsit ī eodem testamento: volo me funerari arbitrio viri mei, & volo mihi vel mecum inferri in sepulturam quæcūque sepulturæ meæ causa feram vsque ad sepulturā ex ornamentis meis scilicet lineas duas ex margaritis meis, & viriolas sex ex smaragdis meis. & postea decessit dicta Titia testatrix. maritus autem suus, & hæredes sui Titiæ non sepelierunt cū ea testatrice ornamēta prædicta, quæ corpori testatricis iussi erant adiicere. scilicet duas lineas margaritarū & sex viriolas smaragdorum. nunc quæritur ad quem debeant pertinere, vtrum ad Seiam, cui ornamēta vniuersa reliquerat, an ad hęredem? Et respon. quod ad Seiam debent pertinere. Viuia.

esset, deberi. cōtra fore si īiussu [m] trāslatū [n] esset.

Oratio indefinita restringitur ad præsens tempus. Bar.

Scæuola libro xvij. Digestorum. XLII.

MEdico suo contubernali, [o] & communium expeditionum comiti, inter cętera ita legauerat: Argentum viatorium [†] meum dari volo. Quæsitum est, cùm paterfamilias in diuersis tēporibus Reipublicæ causa absuerit: quod viatorium argentum hoc legato comprehensum esse videatur? Respondit, quod habuisset argentum viatorium eo tempore, cum testamentum [p] faciebat, deberi.

Dictio hoc amplius, legati datio nem inducit. Bartol.

Vxori suæ testamento ita legatum est, Semproniæ dominę meę hoc amplius argentum balneare. Quæsitum est, an etiam id argentum, quo diebus festis in balneo consueuit vti, legato cedat? Respondit, omne legatum [q] videri.

Legato generis non derogatur per legatum speciei inualidum. Bartolus.

Mulier decedens, ornamenta ita legauerat:

[†] Ex hoc textu infero q inde āīmū quādoque trahiī ad futurū. Bar. in l. si ita. J. de auro & arg. leg. in l. h. quę res pi. obl. pos. vbi de indefinita oratione plenè tractat.

[o] Contubernali. Qui secum ī castris cohabitabat: ut sup. commo. l. rem. §. in exercitu. Accur.

[p] Testamētū. no. inspici pſens, seu testamēti tps. vt j. de le. 3. l. nomē. §. j. & l. vxorē. §. testamēto. & l. nup. §. his verbis. in pri. & j. ti. j. l. Aureliꝰ. §. 2. & 3. & l. si. §. si. & sup. d cōlt. pec. l. itē illa. §. q adiicit. & sup. d test. l. ad testiū. §. j. & s. e. l. si ita. Ar. cōtra. ī. tit. j. l. Mela. § j. & C. q res pig. ob. pos. l. si. & sup. de tri. vi. & ole. le. l. qdā. ī prin. & C. ne de sta. defu. l. si mr. & de le. 2. l. si ita q.

[q] Omne legatū. Est nempe humanius verbo generali omne argētū significari: vt supra de serui. vrba. præd. l. si seruitus. Ro. & dic oē, scilicet balneare & facit supra de tri. vi. & oleo leg. l. quidā in prin. & j. tit. j. l. Aurelius.

Seiæ amicæ meæ ornamenta vniuersa dari volo. Eodem testaméto ita scripserat, Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi [a] quæcunque sepulturæ meæ causa feram ex ornamétis, [b] lineas † duas ex margaritis, & viriolas [c] ex smaragdis. Sed neque hæredes, neque maritus cùm humi corpus darent, ea ornamenta, quæ corpori iussus erat adijci, [d] dederunt. Quæsitū est, vtrum ad eā, cui ornamenta vniuersa reliquerat, ptineāt, an ad hæredes? Respondit, nō ad hæredes, sed ad legatariam pertinere. [e]

TITVLVS III.

DE LIBERATIONE legata.

Potest legari alicui res sua, quam debet alteri actione personali, vel si est alteri obligata.

Vlpianus libr. xxj. ad Sabinum. I.

OMnibus debitoribus etiā [a] ea, quę debent, rectè legantur, [f] licet domini [g] eorū sint. Iulianus scribit, si res pignori data legetur debitori a creditore, valere [h] legatum, habereque eum actionem vt pignus recipiat prius, [i] quàm pecuniam soluat. Sic autem loquitur Iulianus, quasi debitum non debeat lucrari. [k] Sed si alia testantis volūtas fuit, [l] & ad hoc puenieť, exēplo luitionis. [m]

Damnatus hæres non petere a fideiussore, petere potest a reo principali, secus econtra.

Pomponius libro vj. ad Sabinum. II.

HAeredem damnatum à fideiussore non petere, a reo petere posse, sed a reo petere vetitum, si a fideiussore petat, reo ex testamento teneri, Celsus putat. Idem Celsus ait, nullam dubitationem habere, quin hærede petere a debitore vetito, nec hæres hæredis [n] petere possit.

Qui dat, vel dari mandat instrumentum, videtur liberationem relinquere. Bartol.

Vlpianus libro xxiij. ad Sabinum. III.

LIberationem debitori legari posse, iam certum est. [o] Sed si chirographū † quis decedens debitori suo dederit [p] exceptionem ei

---

lius. §. 2. & ī. de leg. 3. l. si tibi purè.

[a] Inferri mihi. Id est sepeliri mecum. Accur.

[b] Ornamentis. Subaudi scilicet. & sic restringit præcedens, quæcunque.

[c] Viriolas. Genus ornamenti, vt boconcelli, vt canoleta, & smaragdi sūt intus in bocōcellis, vt ī. eo. l. argumēto. §. ornamēta, in quo sex smaragdi, id est gēmæ insunt: vt ī. eo. l. etsi nō sunt. §. gemmæ. Accur.

[d] Adijci. Id est adijcere.

[e] Pertinere. Vel qa inepta fuit volūtas. vt ī. de leg. j. l. seruo alieno. §. fin. vel qa sub conditione videtur ademisse ab vniuersali legato. s. si se cum sepeliantur: vt ī. de leg. 2. l. antepe. §. a te. & j. d̄ excep. do. l. pure. in prin. & ī. de conditio. ob cau. l. si hæres. & j. de conditio. & demōstratio. l. si eum. & l. quibus. §. fi.

† Linea hic sumi, quēadmodū ī. ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. si cum maritus. p lineo. i. filo, seu funiculo, qui per med. os vniones ptusos transigi solet.

DE LIBERAtione legata.

OMnibus. CASVS. Titius pmisit mihi Stichum, & Pamphilū seruos suos. ego autē feci testamētum, & legaui ei ipsos seruos, vel propter eos liberationem. certè valet legatum, licet Titius sit dominus Stichi, & Pamphili prædicti. omnibus enim debitorib9 rectè legantur ea, quæ debent. Sed quid si dictus Titius nō pmiserat mihi dictos seruos, sed obligauerat mihi pro decem pone, & ego legaui ei eos? Certè valet legatum similiter: & habebit actionem contra hæredem meum, vt recipiat seruos pignoratos prius, quàm soluat pecuniā. nō autem liberatur propter hoc a debito, nisi hoc voluisset testator: quia tunc bene liberatur a debito: sicut liberaretur, si debitor luisset pignus soluendo creditori pecuniam.

[a] Etiā, nō est l P. Fl.

[f] Legantur. Vt inst. de leg. §. si quis debitori. Acc.

[g] Domini. Vnde communi ratione videbatur non valere: vt Instit. de leg. §. si rem legatam. & sup. de leg. 2. l. Mæuius. §. pe. in fi. Accur.

[h] Valere. Valet ergo in propria re legatarij. & sic est contra C. de leg. l. proprias, & aliæ plures. Sol. valet ratione iuris qd' habet testator: vt ī. de leg. j. l. si domus. §. fina. & l. senatus. §. fi.

[i] Prius quam. Quod alias non esset: vt ī. de pig. actio. l. si rem. §. omnis.

[k] Lucrari. s. legatario. eo q̄ sit legatum ei pignus.

[l] Fuit. Scilicet quod omnis obligatio remittatur, quod præsumitur secūdū R. quod non placet: & aliud est in cautione, & est ratio differentiæ: vt nota. ī. de pact. l. Labeo. & l. postquam.

[m] Luitionis. Id est sicut liberat pignus solutione debiti, ita per legatum, si hoc expresse voluit testator. & facit ī. de leg. 2. l. 3. §. fin.

HAeredem. CASVS. Titius debebat mihi x. & habebam ab eo fideiussorem. feci ego testamentum: & in eo damnaui hæredem meum, vt non peteret a fideiussore prædicto. nunquid poterit hæres petere a reo principali? Et Celsus putat quod sic. secus autem credit contra. scilicet si dānauit hæredem, ne peteret a reo. nā eo casu si petat a fideiussore, hæres tenetur reo actio. ex testamento. aliud autem quod nō potest hæres petere a reo ppter liberationē, non poterit petere etiam hæredis hæres. Viuia.

[n] Hæredis. Personæ. nec enim cohæret personæ hæc prohibitio, nisi exprimat contra: vt arg. j. eod. l. non solum nostrum. §. j. & ij. & ī. de leg. j. l. seruo alieno. §. testamēto. & facit ad hanc l. j. de fideiusso. l. testamento. in prin. & ī. de pact. l. hæredi. §. fina. & seq. vsque ad l. si vnus. & de proba. l. si pactum. C. de hær. insti. l. fin. & de vsufruc. leg. l. antiquitas. & infra de verbo. sign. l. hæredis. & sup. de test. tut. l. si quis ita. §. j. & de leg. j. l. si plures. in fi. & j. de verb. sign. l. sciendum. in prin. Accursius.

† Huc pertinet exē. cōtrouersiæ inter Thebanos & Thessalos, quod est apud Quin. lib. v. cap. de arg.

LIberationem. CASVS. Per l. j. huius tit. patet, q̄ liberatio potest debitori legari. Sed qd si decedens reliquit dandum debitori suo chirographū debiti. Certè competit exceptio debitori contra hæredē. & idē credo, si ipsemet decedens dedit chirographum debitori. & pro hoc faciunt verba, quæ sunt in fi. quasi pro fidei. &c. quodcunq; tamen dicas, non facio vim. Viui.

[o] Certum est. Vt ī. eod. l. j.

[p] Dederit. Ipsemet. licet hoc non sit de natura legati.

sed

sed donationis causa mortis. Vel dic, id est dandum reliquerit. & facit C. de dona. l. a & sup. de leg. 3. l. qui chirographũ. & de le. 1. l. seruum filij. § cũ qui. & de pact. l. Labeo. & C. de remis. pi. l. creditorem.

Si quis decedens, CASVS Seius debebat Caio decem: & inde erat chirographũ. Caius autem decedens dictum chirographum dedit Titio, ut post mortem suam Caij det idem Titius dicto Seio: aut si conualuisset Caius creditor, sibi creditori redderet Titius dictum chirographũ, & postea decessit Caius donator, & postea dictus Titius dedit dictum chirographum dicto Seio. hæres autem dicti Caij donatoris petit a Seio dicta 10. Seius certè habet cõtra eum doli exceptionem.

Nunc de effectu. Viso qualiter liberatio potest legari debitoribus, uidendum est de effectu legati liberationis. Et certè si mihi sit relicta liberatio, cum solus sim debitor, siue hæres creditoris petat a me, excepti. uti possum: siue non petat, possum agere contra eum, ut me liberet. sed & si cum alio sim debitor, puta quia sumus duo rei promittendi, & mihi soli uoluit consultum testator qui mihi liberationem reliquit: agendo ego contra hæredem consequar, ut liberer pacto, & non per acceptilationem: ne etiam conreus meus liberetur contra uoluntatẽ testatoris, ni si essemus socij ego, & dictus meus cõreus, quia tunc bene deberet liberari per acceptilationem, etiam si testator uoluit mihi soli cõsultum, & illa acceptilatio proderit etiam dicto meo conreo, & consocio. nam si diceremus in hoc casu non liberandũ me p acceptilationem, ego uiderer inquietari, dum inquietat ab hærede dictus meus conreus, idemque socius, quod esse non debet. Sed nunquid dictus meus conreus, & socius habetur in hoc casu pro legatario, scilicet ut possit agere ex testamento, ut liberetur? Et dicitur quòd sic, si liberatio est mihi relicta non solum mea contẽplatione, sed etiam sua. Item & in alio casu habetur pro legatario etiam ille, cui non est legatum: quia si Caius meus amicus legauit Titio creditori meo illud, qđ ego eidem Titio debebam: & hoc fecit gratia mea, ut ego liberarer: nã in hoc casu etiam sum legatarius, quamuis nihil sit mihi legatum: & possum agere cõtra hæredem dicti Caij, ut soluat debitum creditori meo prædicto, & etiam creditor meus est legatarius, quãuis ego sim soluendo. nam interest dicti mei creditoris habere duos conreos, scilicet me, & hæredem dicti Caij mei amici. & potest agere dictus meus creditor actione ex testamento contra hæredem dicti Caij, non tamen aliter debebat hæres ei creditori condemnari, quam si caueatur eidem hæredi per eundem creditorẽ, quod ipse creditori defendat eum aduersus me debitorem. Item &, si ego debitor agam contra dictum hæredem Caij, nihil amplius debet mihi hæres præstare, quam ut me defen

a In P.F. θεμάτιον e.i capitis præcedentis: & incipit, Iulianus. etiã lib. 40. Digest. scribit, si quis &c.

competere puto, quasi p fideicommisso huiusmodi datione ualitura.

Iulianus libro XL. Digestorum scribit. IIII.

Si quis [a] decedens [g] chirographum Seij [h] Titio dederit, ut post mortem suã Seio det: aut si conualuisset, sibi redderet: deinde Titius defuncto donatore Seio dederit, & hæres eius petat debitum; Seium doli exceptionem habere.

Legatum liberationis importat, ut debitor acceptilatione liberetur si est solus, aut habeat conreum socium: si habet conreum non socium, pacto liberari debebit. Bart.

Nunc de effectu legati uideamus. Et si quidem mihi liberatio sit relicta, cum solus sim debitor, siue a me petatur: exceptione uti possum: siue nõ petatur, possum agere, ut liberer per acceptilationem. [c] Sed & si cum alio sum debitor (puta duo rei fuimus promittendi) & mihi soli [d] testator consultum uoluit: agendo consequar, non ut accepto liberer, ne etiam conreus meus liberetur contra testatoris uoluntatem, sed pacto liberabor. [e] Sed quid si socij fuimus? uideamus, ne per acceptilationem debeam liberari: alioquin dum a conreo meo petitur, ego inquietor. [f] Et ita Iulianus libr. xxxij. Digestorũ scribit: si quidẽ socij [g]

das aduersus dictum meũ creditorem. h. d. cũ l. seq. Vi.

a Si quis decedens. Alias est §. & alias lex: & continuatur præcedenti materiæ.

h Seij. Id est, in quo Seius erat debitor, & facit ∫. de don. cau. mor. l. mortus cã. §. Titia. & ∫. de doli except. l. apud. §. præterea. & C. de fideicom. l. si creditoris. Accur.

c Per acceptilationem. Facit ∫. eo. l. q mihi. & ∫. ut l. poss. leg. l. 1. §. si debitori. & C. de fideicom l. si creditoris. & Instit. de leg. l. si quis debitori.

d Mihi soli: Quod semper præsumitur. nam pactum uni factum alteri non proderit, cum illius cui sit pactum, nõ intersit principaliter aliũ non soluere: ut ∫. de pact. l. & hæredi. §. fina. nam & si soluerit, mandati actionẽ non habet quasi uideatur adiutricem se deiussisse. alij se ditra: quod dic ut nota. C. de duo. rem. l. 2.

ADDITIO. Tu consitearis contrarium secundum Barto. hic, quod pro illa parte, pro qua quis habet regressum cõtra me legatarium, pficiet ei liberatio: ut infra, in glossa magna.

e Liberabor. Sed nunquid habeo exceptionem sine pacto: ut ∫. prox. ergo superuacua fit. sed hoc nõ debet fieri: ut ∫. ut leg. no. ca. l. hæc stipulatio. §. diuus. R. si hoc fit gratia tollendæ dubitationis: ar. C. de inter. ma. l. 3. Alij dicunt contra: ut ∫. de per. hære. l. pe. qđ non placet: quia ibi de cautione, hic de pacto dicit. Item quę est ratio diuersitatis inter pactũ, & acceptilationem? Respon. quia acceptilatio est solutio: ut insti. quib. mo. tol. obli. §. 1. quæ facta ab uno proficit vtrique: ut ∫. de duo. re. l. 3. §. fin. & sic est in rem. ad quod est supra de inofficioso testa l. nihil. § fin. at pactum nõ egreditur personam, ut supra, de pact. l. si unus. §. ante omnia.

f Inquietor. q d per obliquum, quod esse non debet: ut C. de usu. rei iud. l. fi. §. fi. & ∫. e. l. si qs reũ. §. 1. Accur.

g Socij. Omnium bonorũ, uel in illo debito, quia acceperamus mutuum in causam alicuius societatis conuentionalis. quod enim facit totum quo ad totum, hoc facit pars quo ad partem: ut, no. supra de usu. l. qui sert. Sed pone. non sumus socij. nunquid cõreus remanebit insolidum obligatus me liberato per pactum? Videtur quod sic: ut ∫. de fideiusso. l. Vranius. §. igitur alterum. g si est, quomodo cõsuletur ei? Nam per cessionem actionis non: utpote me liberato pacto. Itẽ actione pro socio non: quia non est societas. Negotiorum gestorum, non: quia cum iam sim liberatus, nõ gessit meum negotium. rursus si teneret, non proficeret mihi pactum. ad hoc dic quòd de rigore iuris teneatur insolidum: ut dicta lege Vranius. de æquitate non, propter rationes prædictas, & per l. supra de nego. gest. l. si ex duobus. Item hodie constat nõ teneri insolidum nisi secũdum formam authentic. de duob. reis. in prin. & facit ad hãc distinctionẽ sint socij, uel nõ. ∫. de arb. l. si duo. & si quis ex. l. si duo. & de duo. re. l. si duo. Accur.

g Si socij.

non simus, pacto me debere liberari: si socij, [a] per acceptilationem.

Etiam non nominatus in testamento habetur pro legatario, si testator illi proficere voluit, & interest nostra plures reos habere. Bart.

Consequenter quæritur, an & ille socius pro legatario habeatur, cuius nomen in testaméto scriptum non est, licet commodum ex testaméto ad vtrunq; pertineat, si socij sunt? Et est verum, nô solum eum, cuius nomen in testamento scriptum est, legatarium habendû: verum eum quoque, qui non est scriptus, [b] si & eius contemplatione [c] liberatio relicta sit. Vtriq; autê legatarij habentur & in hoc casu. [d] Nam etsi quod ego debeo Titio, sit ei legatum mea gratia, vt ego liberer: nemo me negabit legatarium: vt & Iulianus libro eodem scripsit, & Marcellus notat, veriusque legatû esse, tà meû, quàm creditoris mei, etiam si soluendo fuero. interesse enim creditoris [e] duos reos [f] habere.

Pomponius libro vij. ex Plautio. V.

Quid ergo est, [*] cû agere cœperit creditor ex testamento? Nô aliter hęres condemnari debebit, quàm si caueatur ei, aduersus debitorem defensum iri. Item agête debitore, nihil amplius hæres pstare debet, quàm vt eum aduersus creditorem defendat.

Si relinquitur liberatio reo, debet liberari per acceptilationem, vt sic fideiussori proficiat, nisi erat talis, qui contra reum non haberet regressum. si relinquitur liberatio fideiussori, debet liberari pacto, & reo non prodest, nisi esset talis reus, qui à fideiussore repeteret. Bart.

Vlpianus libro xxiij. ad Sabinum. VI.

SI quis reum habeat, & fideiussorê, & reo liberationem leget: Iulianus ibidem [h] scripsit, & reum per acceptilationê liberandum, alioquin si fideiussorem cœperit [i] conuenire, alia ratione reus côuenitur. [k] Quid tamen si donationis causa fideiussor interuenerit, nec habeat aduersus reum regressum? Vel qd si ad fideiussorem pecunia [l] peruenerit, & ipse reû dederit vice sua, ipseque fideiusserit? Pacto [m] est reus liberandus. alioquin [n] solemus dicere, [*] pacti exceptionem fideiussori dandam, quæ reo competit. Sed cùm

a Si socij. Id est, quia.

b Scriptus. scilicet, hæres.

c Contemplatione, secus si contêplatione vnius tantum: quia licet commodum ad vtrunq; venias propter societatem tamen solus dicitur legatarius, & solus agit ex testamento nominatus. vterque tamen si côueniatur habet exceptionem nisi repudiauerit legatum nominatus. & probantur hæc per legem istam, & j. de côd. & demô. l. Titio. §. si. & s. de leg. 3. l. fideicômissa. § interdum. & l. nomê. §. fi. & de le. j. l. seruo legato. §. si testator. Sed videtur contra. s. de leg. j. l. si cui. §. fin. Sol. vt ibi.

Additio. Dic secundum Barto. quod ita demû creditor habetur vt legatarius, si testator ei proficere voluit. in dubio enim fauore debitoris præsumitur proficere cui plus prodest: vt l. fideicommissa. §. interdum. s. de leg. 3.

d In hoc casu. Scilicet qui sequitur. nam &c.

e Creditoris. Si eius gratia sit relictum.

f Duos reos. sed hoc non sufficit, nisi & creditoris contemplatione sit relictû & continua. l. seq.

g Quid ergo. Defendat. Qd si non faciat. ad interesse tenetur, id est quatenus creditori est præstaturum: vt j. eod. l. post emancipationê. & s. mâ. l. si mâdato. in princ. & §. 1. 2. & 3. & facit s. l. proxi. cum suis concor. & s. de iur. do. l. cû pater. & j. eod. l. nô solum debitorê. in principio.

Si quis reû. Casus. Ego reus dederá fideius. meo creditori, & ipse meus creditor legauit mihi liberationem. Certè hęres creditoris debet me liberare per acceptilationem, vt sic liberatio perueniat ad fideius. meû. alioqui si hæres creditoris cœperit côuenire fideius. meû, alia ratione videor ego conueniri. id est, quantû ad effectum bursæ meæ vacuandû. Nâ fideiussor recuperabit à me, quicquid soluit hæredi creditoris mei. In duobus tamê casibus ego reus nô sum liberâdus nisi pacto personali, vt sic non perueniat liberatio ad fideiussorem meum. Vnus casus est, quando fideiussit pro me causa donationis. & sic nô habet regressum contra me. Alius casus est, quando pecunia mutua peruenit ad fideiuss. & ipse me dedit reum vice sua, ipseque fideiussit: quo etiam casu non habet regressum contra me. qui quidem duo casus sunt contra cômunem regulam. Nam regulariter pacti exceptio reo competens datur fideiusso. sed nequaquam hoc dicamus scilicet liberationê reo legatam prodesse fideiussori, quod contraria sit mens legantis in hoc, & etiam quando sit côtraria mens paciscêtis, sicut videt fuisse in dictis duobus casibus. Sed quid si dictus meus creditor legauit liberationê dicto meo fideiussori: Certè pacto personali erit liberandus fideiussor vt sic liberatio ad me non perueniat. nisi in duobus casibus. Vnus est, si ipse fideiussor fuit verè reus id est veritate inspecta, licet nomine sit fideiussor, & sic punitur tanquâ fideiussor. Alius casus est, si ego reus eram socius in causam: vt quia ego, & ipse accepimus mutuum in societatem aliquam. his enim duobus casibus debet fideiussor per acceptilationê liberari, vt sic ad me perueniat liberatio. hoc dicit vsque ad §. Idem Iulianus. Viuia.

h Ibidem. scilicet vbi scripsit de duobus reis: vt supra l. 3. §. nûc de effectu ibi, sed & si cû alio &c. Accur.

i Cœperit. scilicet hæres.

k Conuenietur. Quod esse non debet. vt supra eod. l. 3. §. nunc de effectu. ibi, alioqui & cętera.

l Pecunia. Scilicet mutua. quod quandoque fit: vt supra ad Mace. l. sed Iulianus. in princip.

m Pacto personali. & sic personæ cohærens exceptio non proficit aliis: vt j. de excep. l. exceptionis. in prin. Sed ar. côtra. s. ad Vel. l. si mulier. §. si ab eo. & facit ad prædicta. s. ad Mac. l. sed & si pater. §. nô solum. & de pact. l. quod dictum. & l. fideius. & j. de fideius. l. Marcellus. & l. si testamento. in prin.

n Dicere. Scilicet regulariter. idê in quolibet rei cohęrente, qd' hic dicit pacti: vt j. de except. l. omnes. sic ergo inutile est huius legis consilium de pacto.

[*] In P. Fl. cû agere potuit creditor &c.

[*] P. Fl. atquin.

Sed

alia sit a mens legantis, alia paciscentis: nequaq̄ hoc dicimus. Quòd si fideiussori sit libatio legata: sine dubio (vt & Iulianus scripsit) pacto erit fideiussor liberādus. Sed & hic b puto interdū acceptilatione liberandū, si vel re' ipse c verè fuit, aut ĩ eā rē soci' d scripsit.

Pater cui est liberatio relicta, debet liberari pacto, etiam si nihil est in peculio. sed si filio liberatio relinquitur acceptilatione liberabitur. Bart.

Idem Iulianus eodem libro scripsit: Si filius familias debitor fuerit, & patri eius fuerit liberatio relicta: patrem pacto e liberandum esse, ne etiam filius liberetur. f Et parui (inquit)

a Sed cum alia mens sit. Construe: sed nequaquã hoc dicendum est, s. liberatione legata reo quod prosit fideiussori, vel pactum factum reo, quod proficiat fideiussori: cum. id est, quando alia est mens legantis, vel paciscentis, qđ' in duobus præmissis casibus præsumitur. sic ergo non sit differentia inter legantem, & paciscentem: sed inter istos ex vna parte, & prædictam regulã, alioqui &c.

b Sed & hic. Id est, hoc casu cum legatur liberatio fideiussori.

c Reus ipse. Si fideiussor vere fuit reus, id est, veritate inspecta, licet nomine sit fideiussor, vt ꝑ suo defensore iudicatũ solui: vtã. qui satisd. cogan. l. de die. §. q mulierem. uel ipse mutuum accepturus fecit alium accipere, & ipse fideiussit: vt ã. ad Maced. l. sed Iulianus. in prin. & ĩ. de pac. l. si fideiussor. Accur.

a P. Fl. socius reus. Haloã. legit vt hic. alias soci' fuit.

d Socius. Vt si duo accipiant mutuum in societate aliqua. nam quilibet uidetur hoc casu fideiubere pro alio etiam, secundum Ioan. vt not. ĩ. ad Velle. l. vir vxori. in fi. est ergo fideiussor vnus pro alio. item contei. itẽ socij. & legata liberatione vni debet acceptilatione liberari: vt ĩ. e. l. 3. §. sed quid si socij. & vno sic liberato liberatur & alter: vt j. de duo. re. l. 4. §. j. sed si creditor succedat vni eorum, pro parte tantum tollitur obligatio: vt j. de fideiuss. l. Vranius. §. fi. quod est notãdum.

Idem Iulianus, CASVS Titius filius Seii debebat mihi centum, ego feci testamentum, & instituto mihi hærede legaui liberationem dicto patri: & decessi. Certè hæres meus debet liberare dictum Seium Titii patrẽ per pactum personale: vt sic filius suus non liberetur. Sed quid si nihil erat in peculio dicti filii cedente die legati liberationis patri à me creditore relicti? nũquid erit verum quod dictũ est. s. q̄ pater liberetur ꝑ pactũ? Et uidetur q̄ non: quia nihil videtur patri prodesse pactum prædictum cum etsi pactum ei non fieret, tamen non teneret, ex eo, q̄ nihil erat, uel est in peculio filij. Respondetur tamen hic, q̄ nihil refert, quantũ ad hoc vt patri debeat fieri pactũ, & ei prodesse, fuerit aliquid in peculio die legati cedente necne. pater enim cõsequit securitatẽ per hoc legatũ liberationis sibi relictæ de eo quod postea crescit peculium. Nã si quid est in peculio, spectatur tẽpore rei iudicandæ etiã nedũ præcedẽti tẽpore. Huic autẽ patri cui ego creditor filij legaui liberationẽ, similis est maritus quondam, cui vxor sua quondam post diuortiũ bona gratia factum legauit liberationẽ dotis. nã & hunc maritum quondã legatarium esse dixit Iulian' iurisconsultus, licet non sit soluẽdo die legati cedente. i. tempore mortis vxoris suæ testatricis: & quantũ ad hoc est legatarius dict' maritus: vt si postea efficiatur soluẽdo, prosit ei legatũ liberationis. Itẽ & vtrunq;, scilicet patrẽ, & maritum prædictos ait dictus Iulianus non posse repetere si soluerit hæredi creditoris: quia legaui liberationẽ: & verum dixit quãtum ad maritũ, quia maritus soluit a se debitum, licet soluendo nõ esset tẽpore solutionis. sed quantum ad patrẽ male dixit, nã pater bene potest solutũ prædictum repetere. nondum enim erat debitor cum soluit. soluit autem cum nihil erat in peculio, vt dictũ est. pater enim nihil debet, nisi quatenus est in peculio filii: imò & si vellemus dicere, & malè, patrẽ esse debitorem cum nihil est in peculio filii: attamen esset loco debitoris conditionalis. inest enim cõditio si peculiũ filii crescat vsque ad tempus rei iudicandæ (vt dictũ est) quem debitorem conditionalem non ambigitur posse repetere quod soluit. Sed retento eodem casu pone, quod ego creditor damnaui hæredem meum, q̄ liberaret filium Seii meum debitorem. nunquid erit filius per acceptilationem liberandus, vt sic etiam prosit patri, an vero personali pacto erit liberandus? & respon. q̄ est liberandus per acceptilationem: nisi ego creditor, idemque testator sensit cõtrariũ. id est, ne filius inquietetur nõ etiam pater ne inquietet, imo quòd bene inquietetur pater: tũc enim acceptilatione eum filium nõ liberandum dixit Iulianus, sed pacto solummodo personali. Item pone, qđ dictus Seius pater Titij prædicti fideiussit pro filio suo apud me creditorem, & ita tenetur pro peculio pro obligatione filij, & insolidum pro fideiussione sua. & ego creditor legaui liberationem eidẽ patri. Certe hæres meus debebit liberare eum pacto quasi fideiussorẽ insolidum obligatum, & non quasi patrem de peculio obligatum. & sic idem pater poterit conueniri de peculio ab hærede meo, nõ autem insolidum tanquam fideiussor. & hoc ita demũ putat prædictus Iulianus Iurisconsultus, si duntaxat quasi fideiuss. insolidum obligatum, & non quasi patrem de peculio obligatum volui ego testator eum patrem liberari. cęterum si volui eum liberari etiam quasi patrem, nedum quasi fideius. erit liberandus etiam de peculio, nedum ea causa fideiussionis: & eo casu siue dictus pater emancipet filium, siue non, eatenus pater habebit actionẽ ex testamento contra hæredẽ meũ vt ab eo hærede meo liberetur per pactum, quatenus esset præstaturus eidẽ meo hæredi, si ei liberatio legata non esset, præstaturus esset dico ex peculio filii, aut de eo, quod in rem suam versum esset. nam illud pertinebit ad patrẽ nomine legatorũ, id est legatarum ei liberationum: vel legatæ liberationis pertinebit dico, scilicet vt liberetur eatenus, quatenus eius interesset, scilicet liberari: interest autẽ eius liberari de eo, quod debet creditori ex peculio filii, & de eo, quod in rem suam patris versum est, vt dictum est. Sed nunquid dictus pater, cui legaui liberationem tanquam patri, & tanquam fideiussori, potest agere cõtra hæredem meũ etiam eo nomine vt filius liberetur, id est, vt ipse pater liberetur per acceptilationẽ, vt sic acceptilatio prosit filio: & placebat quibusdã extendendam actionem ex testamento contra hæredẽ meũ eousque, id est intantum, scilicet vt liberetur per acceptilationem pater. & reddebant talem rationem: quia videtur patris interesse integrum permanere, scilicet ius eius, scilicet patris, quod habet in succedendo filio, scilicet si post emancipationẽ concessisset filio peculium. Labeo autẽ conditor huius legis ita dicit. Ego Labeo contra sentio: putans ego idẽ nihil quicquam amplius præstandũ patri ex huiusmodi scriptura testamenti, per quã scripturam fuit eidem patri legata liberatio, quã vt nihil præstetur per eũ patrẽ hæredi, ex eo qđ' præstaturus eidẽ hæredi fuerat, si sibi liberatio non esset relicta. & ita dico dictum patrẽ non posse petere, vt ipse liberetur ꝑ acceptilationẽ, vt sic filius suus liberetur: nec etiã potest petere, vt filius directo liberetur. & h. d. hic §. cũ l. seq. Viu.

e Pacto. vt fideiussor: vt ĩ. ead. l. §. quod fideiussori. cui similis est: vt infra de verbo. obligat. l. cum filiusfamilias. in princip.

f Liberetur. Nã si acceptilatio fieret fideiussori, etiam

reus

tem liberaretur.ut ℱ.de accepti.l. & per iusiurandum. §.& si fideiussori.& hic innuit. Sed quomodo patri po test accepto ferri, cum prætorio iure teneatur:ut ℱ. de accepti.l.an inutilia.§.fin. Respon. deducit in stipulationem Aquilianam:ut Instit.quib.mo.tol.obli.§. t.

referet.[a] si sit aliqd in peculio die legati cedente, necne. securitatem enim pater per hoc legatū consequitur:maximè,inquit, cùm rei iudicandæ tempus circa peculiū spectetur.[b] Huic patri similem fecit Iulianus maritū,[c] cui uxor[d] post diuortium[e] liberationem dotis legauit. nam & hunc licet die legati cedente soluendo non sit, legatarium[f] esse, & verunque ait solutum repetere non posse.[g] Sed est uerū (qd Marcellus notat) patrem repetere[*] posse.[h] nondū enim erat debitor,[i] cum solueret: maritum nō posse quòd debitū soluerit. Patrem em̄ & si quis debitorem existimauerit;[k] attamen loco esse conditionalis debitoris, quem solutū repetere posse nō ambigitur.[l] Sed si damnatus sit hæres filium liberare:non adijcit Iulianus, utrum acceptilatione filius, an pacto sit liberandus.sed uidet̄ hic[*] sentire, quasi acceptilatiōe debeat liberari. quçres patri quoque proderit. Quod obtinendum est, nisi euidenter adprobetur contrarium sensisse testatorem: id est, ne filius inquietetur:non etiam[*] ne pater.[m] tunc em̄ acceptilatione eū nō liberandum, sed pacto.[n]

a Parui refert. Quo ad hoc: quia utrobique pater conuentus habet exceptionem pacti. te est tamen, si uelit repetere, ut ℱ. notatū pōt. & quantum ad alia:ut infra eo. l. uideamus.

b Spectetur. Vt ℱ. de pecu.l.quæsitum. in prin.& ℱ.quib ex cau.in pos.ea.l. Falcinius §.si quis. unde si nunc nō egeat pacto, quia nihil sit in peculio: tunc poterit agere.

c Maritum. Quondam.

d Vxor. Quondam.

e Post diuortium. Bona gratia factum quod plerique faciunt:ut ℱ.de donat. inter uir. & uxor. l. cum hic status. §. si diuortium.

f Legatariū. Quia filius diues est:ut ℱ. ad l. Fal. quærebatur. §. sed cum debitori. sed in patre secus quia nō est legatarius, si nihil est in peculio, ut ℱ.eo.l.uideamus. In quo est ergo hęc similitudo. Respon. si sunt, uel erant soluendo. Itē in opponendo pacti beneficio.

g Non posse. Sed cum liberatio marito sit legata, & pactum factum, & sic perpetuā habet exceptionē: ergo postea solutum repetit: ut ℱ. de condi.inde.l. si non sortem.§.adeo. quæ est contra. Sol. hic ad tempus fuit liberatio relicta, qd potuit:ut ℱ.eo.l.non solum.§.1. & sic est in diem debitor:unde non repetit:ut ℱ. de condi.indeb.l. in diem. secus in patre, qui nihil interim debet, quando nihil est in peculio. uel hic fuit legata liberatio perpetuò: sed ob causam, quæ locum non habuit, uel cessauit, secundum Azo. & Hugo. Vel dic quòd hic non erat adhuc pactum factum, nec fortè aliquid legatum ei: & tunc concor. ℱ. de condit.indebi.l. quod nomine.& l.seq. Accur.

h Repetere posse. Imò uidetur quòd non:ut ℱ.de con-

* P.Fl.petere.

* Aliàs hoc.

* Etiam, non est in P.Flo.

1 Non tamen liberatum ad illud tempus tenanet obligatum. Bal. in l. cum qs.7.co.C. de in.& fa. ig. Bar. & Alex. in l. si.§. pcurator. ℱ.rē ra. hab.

di.indebi.l.si is.cum quo.quæ est contra.Sol.ibi,nomine filij:hic suo,arg.ℱ.de constit pec.l.1.in fi.& l.2. Ac.

i Debitor. Not. patrem non debere, nisi quatenus est in peculio:ut ℱ.eo.l.uideamus.& ℱ.de pecul. l.quoties. §.si semel.& C.ne filius pro patre. l.1.Accur.

Si liberatio relinquitur ei qui duobus iuribus tenetur, ab utroque liberandus est in dubio, nisi aliter sit actum. Bart.

Idem Iulianus scripsit, si pro filio pater fideiusserit,[o] eiq; liberatio sit legata:cum pacto liberandum quasi fideiussorem, nō quasi patrem: & ideo de peculio posse conueniri. Hoc ita demum putat, si duntaxat quasi fideiussorem cum uoluerit testator liberari.[p] cæterùm si & quasi patrem: & de peculio erit liberandus.

Iabolenus libr. vj. epistolarum. VII.

Post emancipationem uerò filij[q] eatenus pater actionē[r] habebit, quatenus aliqd ex peculio, aut in rē uerso præstaturus[s] ēst. id enim legatorū nomine ad patrem pertinebit qd eius intererit.[t]

Quod unus pote st ad successionem alterius venire, in æstimando interesse non debet inspici. Bart.

Illud quæri potest, an eo quoque nomine pater ex testamento agere possit, ut & filius[u] actione liberetur? Quibusdam eousque extendi actionem placebat: quia patris interesse uideretur, si peculium filio post emancipationem concessisset, ius eius[x] integrum permanere. Ego cōtra sentio:[y] nihil quicquam amplius

k Existimauerit. Falso tamen, ut modo nota.

l Non ambigitur. Vt ℱ.de condict. inde.l.sub conditione.

m Non etiam ne pater.i.ut filius nō conueniatur:pater sic.

n Sed pacto personali. Et ita si filius fuerit emancipatus, pater a intra annū de peculio, uel de in rem uerso perpetuò tenetur: ut not. a.qū ac.de pe. est anna.l. 1.in prin.sed interim cum est filius in potestate de peculio patrem etiam teneri puto. Accur.

o Fideiusserit. Qđ potest, ut ℱ.quod iussu.l.1.§.1.& ecōtra si filius pro patre: ut ℱ.de fideiusso.l.si dubitetur.§.filius. Accursius.

p Liberari. Sed quid in dubio præsumitur? Respō. quòd etiam quasi patrem uoluerit liberare, quia proniores &c. ut ℱ. de actionibus & obli.l. Arrianus. & quia in testamentis plenius &c.ut ℱ. de reg.iur.l.in testamentis. & sic est ℱ. de iu.do.l. dotem.& facit ℱ.ea.l. in principio.

q Post emancipationem uero filij. Cum patri legata est liberatio ut fideiussori, & ut patri: ut l. proxi. in fi. & dic idem & ante emancipationem.

r Actionem. Ex testamento contra hęredem, ut liberetur pacto: ut ℱ.l. proxi. §.idem Iulianus.

s Præstaturus. Heredi. & hoc si hæres non liberat. Accursius.

t Intererit. Scilicet aliquando pro iure emancipationis. Ro. Vel dic planè actione ex testamento.

u Filius Non solum pater.

x Ius eius. Scilicet patris. quod est in succedendo filio ut patronus liberto: ut Insti. quibus modis ius pa.pot. sol.§.præterea.

y Sentio. Accipe ℱ.putans &c. Accur.

a Patet tenetur de peculio quādo dicitur qđ pater tenet̄ d peculio, itelligitur deducto eo quod sibi, & suis debetur a filio. Bar. in l. si filiofa. a.ℱ.soluto mat.

patri præstandum ex huiusmodi scriptura testamenti puto, quàm ut nihil ex eo, qđ prestaturus heredi fuerit, prestet.

Vlpianus lib. xxiij. ad Sabinum. VIII.

Non solũ autẽ quod debetur, remitti potest: uerũ ẽt pars [a] eius, uel pars obligationis: ut est apud Iulianũ tractatũ libro xxxij. Digestorum.

Liberatione legata ab una ex rebus alternatiuè debitis per acceptilationem, liberatio sequitur ab altera. Bar.

Si is, qui stipulatus Stichum aut decem, [b] damnauerit hęredem Stichũ non petere: legatum ualere constat. sed quid contineat, uideamus. Et Iulianus scribit, actionem ex testamento in hoc esse uideri, ut debitor accepto liberetur. [c] quæ res utique debitorem & in decem liberabit: quia acceptilatio solutioni comparatur. [d] & queadmodum si Stichum soluisset debitor, liberaretur: ita & acceptilatione Stichi liberari. Sed & si debitorẽ [e] decem, damnatus sit hæres xx. liberare: idem Iulia. scripsit lib. xxxiij. nihilominus esse liberandum in decem. Nam & si ei uiginti accepto ferantur, & in decem liberabitur. [f] Sed & si duobus hæredibus institutis, alterum ex his damnauerit creditori suo soluere: ualet legatũ propter cohæredem: eumq; [g] ex testamento acturum, ut creditori soluatur.

Legatum liberationis habet effectum nisi a testatore uero legatum sit exactum: secus si à

Non solum. CASVS. Si Titius debet mihi 20. possum ei remittere integra 20. aut partem. Si is qui. Titius promisit dare Seio Stichum, aut Pamphilum sub alternatione: & sic est eius electio, id est, Titij debitoris. Seius autem postea fecit testamentũ: & instituto sibi hærede, damnauit eum hæredem: ut non peteret Stichũ a dicto Titio debitore. Certè ualet legatum, & debet hæres liberare Titium per acceptilationẽ, quæ acceptilatio liberabit eundem debitorem à 10. etiam. nam acceptilatio cõparatur solutioni. & quemadmodum liberaretur debitor si Stichũ soluisset hæredi: ita debet esse liberatus per dictam acceptilationem. sed & si eum qui debebat decem testatori damnatus sit a testatore hæres liberare in xx. certè nihilominus liberandus est in 10. nam si liberetur per acceptilationem in 20. in dictis 10. liberabitur. in maiori enim summa minor inest. Sed si dictus Seius instituit sibi duos hæredes, & dãnauit unum ex eis ut solueret creditori suo testatoris: ualet legatum propter cohæredẽ nõ damnatũ, eũq; cohęredẽ nõ damnatũ ex testõ acturũ cõtra cohæredẽ damnatũ, ut creditori prædicto soluatur per eundẽ cohæredẽ damnatũ. Liberatio autem. Titius legauit liberationem Seio debitori suo, & postea eo animo exegit ab eo pecuniam debitã, ut euanesceret legatũ. certè euanescit legatũ. Si aũt ante mortẽ suam non exegit testator habet effectũ sua liberatio, s. ut hæres testatoris non possit exigere a dicto debitore. qñq; tñ potest exigere hæres, & non tollitur legatũ liberationis: quod est mirabile, ut est in tali casu. Titius instituit sibi hæredem filiũ suum impuberem, & ei pupillariter Caium substituit, i. si hæres erit impubes, & in pupillari ætate decesserit: & debitori suo testatoris legauit idem testator liberationem a dicto substituto. postea impubes existens hæres dicto suo patri exegit a dicto debitore patris debitum. certè, ut dixi, non extinguitur legatũ liberationis a substituto relictæ: imò si decedat impubes in pupillari ætate, & uenit dictus Caius ad hæreditatem ex substitutione, tenetur idem substitutus actio. ex testamento dicto debitori testatoris ad restituendam ei pecuniam, quã impubes ab eo exegit. & est ratio: quia dictus impubes in ijs quæ substituto eius relinquuntur sustinet personã eius hæredis, a quo legatur aliqd sub conditione, puta liberatio. quoniã hæredem conditionaliter grauatũ cõstat posse interim exigere, ut in fi. huius legis. sed secundum hæc illa exactio nõ nocet legatario, ut uidebis in fi. huius legis. ergo & hoc posset exigere impubes. sed hæc exactio non nocet legatario liberationis sibi relictæ substituto, ut dictũ est. Sed quid si dictus impubes nõ exegit a dicto debitore sed solummodo sit litẽ contestatus contra eum? certè tenetur substitutus prædictus, qui successit eidem impuberi, ut remittat eidem debitori instantiã petendi. & ita uerum est, quod dixi, scilicet quod quandoque possit exigere hæres, & non tollatur legatum liberationis. & bene dixi, quod impubes in ijs q̃ a substituto eius relinquuntur æquiparatur hæredi à quo legatur sub conditione. nam si debitori liberatio sub conditione legata fuisset a Titio creditore, qui instituit sibi hæredem Sempronium pone: & uel lis fuisset contestata per dictum hæredem contra dictũ debitorem, uel etiã fuisset exactum pendente conditione sub qua liberatio fuit debitori relicta, qđ bene potest fieri, ut hic pro constanti ponit, & dicitur j. de do. except. l. purè. in prin. ex testamento actio remanet debitori propter liberationem ei sub conditione relictam, scilicet existente dicta conditione. & ad hoc remanet ei dicta actio, ut remittatur ei instantia eo casu cum hæres fuit contra eum litem contestatus, uel ei, ut restituat pecuniam, quam ab eo exegit eo casu cum hæres ab eo exegit debitum pendente conditione, sicut & de substituto impuberis dictum est in dictis duobus casibus. Viuia.

[a] Pars. Ad hoc s. de leg. 1. l. non amplius. §. cum bonorum. & j. tit. r. l. 2. in fi. & j. de except. l. pars.

[b] Aut decem. Alternatiuè. & sic electio sit debitoris: ut s. de iure do. l. plerunq. §. fi.

[c] Liberetur. A petitione Stichi, ideoque & à decem, ut subijcit: nisi testator expreßè uoluerit contra: ut s. de pact. l. si unus. §. si cum. & facit j. de except. l. per iusiurandum. §. si is qui hominem. Hugo.

[d] Comparatur. Vt Insti. qui. mo. tol. obl. §. itẽ per acceptilationem. non tamen per omnia est similis remißio traditioni. nam quandoq; ualet remißio, non traditio: ut s. de do. inter. ui. & uxo. l. si sponsus. §. si maritus. & econtra quandoque: ut j. eo. l. fi. §. fi.

[e] Debitorem. Id est eum, qui debebat decem.

[f] Liberabitur. Sic j. de except. l. si is qui Stichum. & j. de uerb. oblig. l. 1. §. si stipulanti. & l. inter stipulantem. §. si stipulante. & j. tit. 1. l. 3. §. si quis plus. & s. de constito. pecu. l. hactenus. §. si quis centum. Sed ar. contra j. ti. t. l. qui hominem. sed dic ut nota. s. de pac. l. si unus. §. si cum.

ADDITIO Dic quòd hic in obligatione alternatiua, ibi in obligatione generis, secundũ Bar. hic.

[g] Eumq;. Scilicet cohæredẽ, cui liberationem legasse uidetur. respectu autem creditoris, non ualet: quia id quod debet legauit: ut j. eod. l. si debitor. & facit s. famil. ercis. l. si filia. §. Papinianus. & s. de leg. 1. l. seruo legato. §. si testator. & s. eo. l. si quis decedens. §. fi.

a Exactum. Idem est si alia ratione debitum sit extinctum: ut ȷ. eod. l. si quod mihi. Hug. Item dic exactum eo animo ut legatum adimeretur, aliòqui contra est. Idem est, scilicet quod ooo extinguatur. si debitor pecuniam obtulit: ut ā. de legat. 3. l. fideicommissa. §. si rem. Item quod nō extinguat, si hæres exegit: ut ȷ. eod. l. si quod mihi. Azo. & in fi. huius l. & facit ȷ. eo. l. creditor. 1. re spon. & ā. de leg. 3. l. si Titius. & Instit. de leg. §. tā autem.

b Sub conditione. Quem hæredem cōditionaliter grauatum cōstat posse interim ea igere oblata cautione: ut ȷ. de except. do. l. purè. in prin. sed illa exactio legatario nō nocet, ut ȷ. in fin. l. ergo & hoc posset exigere pupillus: sed hęc exactio legatario non nocet, scilicet, ot hic dicitur.

c Eum. Scilicet substitutum. Io. Vel dic pupillum secundum Azo. & Hugo. quod non placet, cum pos sit exigere: ut modo not.

d Actionem. id est. instantiam petendi quæ fit proposita actione. actio enim nondum remittéda est, si conditio oon extiterit, uel melius imò actioné remittit, quia cum ante tē pus petierit, à causa cadebat secundum has li. ut ȷ. eo. l. pto xi. §. tale. & Insti. de ppe. & temp. actio. §. temporales. Azo. sed hæc non placet: quia non petit ante tempus. cum possit petere oblata cautione: ut ȷ. de do. excep. l. purè. in prin. Hug.

testatore ficto, uel ab hærede exigatur. Bart.

Liberatio autem debitori legata ita demum effectū habet, si nō fuerit a debitore id exactum, a dum uiuat testator: cæterum si exactum est, euanescit legatū. unde quærit Iulianus, si ab impuberis substituto sit liberatio relicta, deinde impubes exegerit, qđ debetur, an euanescat legatū? Et cum cōstet pupillum in ijs, quæ à substituto relinquuntur personam sustinere eius à quo sub conditione b legatur, cōsequens est, substitutum actione ex testamento teneri, si pupillus à debitore exegerit: idemq; est & si pupillus non exegerit, sed solummodo litem sit contestatus: teneri enim eum, c ut remittat actionem. d Nā etsi debitori liberatio sub conditione legata fuisset, & uel lis fuisset cōtestata, uel etiā exactum e pendente conditione: ex testamento actio maneret liberatione relicta.

e Exactum. Aliàs exactam, scilicet pecuniā: aliàs exactum, scilicet debitorem. quod fieri potest: ut d. l. purè. nec obst. ā. si cer. pe. l. pecuniam. ut ibi notatur. Itē nec obst. ȷ. ut io pos. leg. l. 1. §. si debitori. quia ibi purè fuit legata liberatio, ut hic subijcit. & l. si id quod mihi.

NOn solum. CASVS. Legare possumus nos facientes testamentum, oel codicillos noo solum ut liberetur debitor noster, sed etiā ut liberetur hæredis nostri debitor: & ut liberetur debitor cuiuslibet alterius, scilicet legando creditum creditori eius. Potest hæres. Bene possum damoare hæredem meum ut à debitore meo non petat debitum vsque ad certum tempus, puta usq; ad Pascha: & non cogetur hæres meus liberare eum per acceptilationem intra id tempus. Item & si dictus debitor decesserit intra dictum tempus, nō poterit hæres meus petere ab hærede suo intra dictum tempus. Item oec vsuræ, uel pœna eius temporis poterit ab eo peti. Tale legatum. Caius habens debitorem Luciū Titiū ita scripsit in testamento suo, hæres meus à solo Lucio Titio ne petito. & postea decessit dictus Caius. nunquid legatū liberationis transit ad hęredem Lucij Titij? Et distinguitur, aut hæres Caij prædicti nihil commisit aduersus testamentum, aut commisit petendo a Lucio Titio viuente. Primo casu non transit liberatio ad hæredem Lucij Titij, secundo sic, & est ratio quare primo casu non trāsit liberatio ad hæredem Lucij Titij: quia quoties id, quod legatur cohæret personæ legatarij ad hæredem eius legatarij non transit. In nostro aotem casu sine dubio cohæret personæ legatarij liberatio ei legata. nam ita dixit testator: hæres meus à solo Lucio Titio ne petas &c. sicut personalis seruitus non trāsit ad hęredem: si autem non cohęret personæ legatarij, id quod legatur transit ad hæredem legatarij.

Debitori cuicunque potest liberatio relinqui, & damnatus ad tempus non petere: interim liberare non cogitur, nec illius temporis pœna uel usura petetur. Bart.

Pomponius libro vj. ad Sabinum. IX.

NOn solum debitorem nostrum, f sed etiam hęredis, g & cuiuslibet alterius, h ut liberetur, legare possumus. Potest hęres damnari, ut ad certum i tempus non petat à debitore suo: sed sine dubio nec liberare eum * intra id tempus cogitur. k sed & si debitor decesserit, ab hærede eius intra id tempus peti non poterit. l Illud uidendum est, an eius temporis, intra quod hæres petere uetitus sit, uel usuras, uel pœnas petere possit? Et Priscus Neratius existimabat, committere eum aduersus

* Io P. P. intra id tēpus debebit, & si &c.

· Is qui reddere. Legaui libertatē seruo castaldioni meo, si hrđi meo rationes reddiderit de castaldia sua. certè impleuit conditionem dictus seruus, si fecerit computationem cū hærede meo, & ei reliqua restituerit: onsi autē eorum facere non sufficit. Si hæres. Titius gessit negotia mea, & in gestione commisit fraudē, & dolum: & etiam quędam bene administrauit: ego feci testamētum, & uetui hæredi meo agere cum dicto Titio. certè non uideor ei legasse liberationem obligationis, quæ dolo, uel fraude eius cōmissa fit. unde si hæres meus agat contra eum actio. neg. gest. pro quo cōmisit dolū, uel fraudem: & ipse procurator, siue neg. gest. agat condictione incerti contra hæredem meum, ut liberetur, potest excludi dictus procurator exceptione doli mali. & scias, quòd nō solum prædicto neg. gest. potest legari liberatio de his, in quibus non commisit dolum, uel fraudem, sed etiam si apud eum deposuissem Infortiatum meū, uel commodassem ei, uel pignori dedissem, uel etiam si surripuisset mihi Infortiatum meū, & sic tenetur mihi condictione furti. Viuianus.

f Non solum debitorem nostrum. Ex qualibet causa: ut ȷ. ead. l. §. fin. Azo.

g Hæredis. Vt ā. e. l. cum hæres. Azo.

h Alterius. Siue leget creditori debitum: ut ȷ. eo. l. si quis decedēs. alias est §. in l. liberationé. §. fin. siue ipsi debitori quod debet: & semper agit debitor contra hæredem actione ex testamento ut liberetur: ut ȷ. de le. 1. l. si fideiussor. in prin. & l. seruo legato. §. si testator.

i Ad certū. Vt Inst. de le. §. pt. & ȷ. e. l. si Aurel. §. certū.

k Cogitur. Per acceptilationem, licet fortè per pactum: ut ā. e. l. si quis reum. §. idem. Azo.

l Non poterit. Quia in rem uidetur liberatio relicta, ut ā. ea. l. §. si liberationis. & ā. e. l. 2. & de probat. l. si

 pactum

testamentum, [a] si petisset. quod uerum est.

Legatum liberationis personale non transit ad hæredem, nisi per hæredem testatoris petendo cõtra fiat. Bart.

Tale legatum, Hæres meus à solo Lucio Titio ne petito. ad hęredem Lucij Titij non transit, si nihil uiuo Lucio Titio aduersus testamentum ab hęrede (eo qđ ab eo exigere debitum tẽtauit) sit commissum. [b] Quoties enim cohæret psonæ id, quod legatur, ueluti personalis seruitus, [c] ad hæredem eius non transit. si non cohæret, transit.

Si uerba liberationis in rem sint scripta, puta quod mihi debetur à Titio, peti nolo, non est opus hæredem nominare.

Si liberationis uerba in rem sint collata: [d] pro eo est, quasi hæres ab eo debitore, hæredeque eius petere uetitus sit. ut adiectio [e] hæredis pinde nil ualeat, atq; non esset ualitura [f] ipsius debitoris [g] persona non comprehensa. Is, qui reddere rationes iussus est, nõ uidetur satisfacere, si reliquum reddat, non editis [h] rationibus.

Quamuis hæres damnetur non petere à gestore: tamen propter ea, quæ dolosè gesta erant, agere potest. Bart.

Si hæres uetitus sit agere cum eo, qui negotia defuncti gessit: non uidetur obligatio ei prælegata, q̃ dolo uel fraude eius, qui negotia gessit, cõmissa sit: ut & testator uideatur id sensisse. Et ideo si hæres negotiorum gestorum egisset: agens procurator [i] ex testamento incerti, [k] doli mali exceptione excludi [l] potest.

Liberatio potest relinqui obligato ex causis hic expressis.

Et ei liberatio recte legatur, apud quem deposuero, uel cui cõmodauero, pignorive dedero, uel ei, quę ex furtiua causa * mihi dare oportet.

Vlpianus libro xxiiij. ad Sabinum. X.

SI quis rationes exigere uetetur (ut est sępissimè rescriptum) non impeditur reliquas exigere, quas quis ipse reliquauit, [m] etsi quid dolo fecerit, q rationes gessit. Quòd si quis & hæc uelit remittere, ita debet [n] legare: Damnas esto hæres meus, quicquid ab eo exegerit illa, uel illa ratione id ei restituere, uel actionem ei remittere.

Iulianus libr. xxxiij. Digestorum. XI.

pactum. & infra eod. l. si quis in testamento.

[a] Aduersus testamentum. Hoc fortè dicet quis locum habere in usuris, quæ sola mora iudicis officio petuntur, si uerò stipulatione debeãtur, nihilominus currit: quia & hoc est cum sit pactum de non petendo: ut s. de pac. l. item quia conuentiones. in fin. & ad idem s. si cer. petat. l. lecta. sed hoc non placet: quia hęc loquitur de pœna, quæ debetur per stipulationem, nõ per morã. nec mirum si beneficium testatoris cursum usurarum quocunq; modo debitarũ, uel pœnę differat: quia hoc legis beneficium aliàs indulget. ut C. de usu. rei. iudic. l. fin. & de usur. l. eos. in princ. Azo. & facit s. si qs cau. l. 1. in princ.

[b] Commissum. Alioqui si ab initio petisset, ab actione caderet: quia ante tempus petit: ut hic innuit, & Insti. de act. §. si quis agens. iuncto §. plus autem. uers. tempore. quod est not. & dixi s. l. proxi. in fin.

[c] Seruitus. Scilicet ususfructus, uel usus: ut s. de seru. l. 1. quæ duo morte pereunt: ut s. de usu, & habita. l. usus aquæ. & s. quib. mod. usufru. amit. l. sicut. §. si. secus in prædiali seruitute: ut s. quemad. ser. amit. l. 3. Azo. licet sit argu. contra s. de ser. rusti. præd. l. pecoris. & facit j. de re. iur. l. in omnibus. & s. de pact. l. idem. §. 1.

[d] Collata. Vt quia dixit, quod mihi debetur a Titio peti nolo. Azo.

[e] Vt adiectio. Facta altàs. i ca'n enim proposito facta non fuit. Accur.

[f] Non ualitura. Nomine debitoris expresso. Azo. ut in casu huius §. Accursius.

[g] Debitoris. Vt si dixisset: neque à me, neque ab hærede meo peti nolo, quod mihi debetur ex uenditione talis rei. Et sic not. quod in pacto exigitur consensus duorum, & expressio nominum: ut s. de pact. l. s. §. pactum. & si absit debitor, nõ pacti, sed doli quæritur exceptio: ut C. de pact. l. postquam. sed in ultima uoluntate non est opus: ut hic, & s. de legat. 2. l. cum pater. §. surdo. & j. de actio. & oblig. l. si a furioso. & facit s. de pigno. actio. l. si necessarias. §. penult. & s. de pact. l. tale. in princip.

[h] Non editis. Id est, non facta cõputatione. nam hæc duo continet: ut j. de condi. & demon. l. cum seruus. & l. qui sub conditione. & C. de test. man. l. 4. Sed contra j. de cond. & dem. l. quãuis. ubi primũ sufficit. Sol. ibi.

[i] Procurator. Id est, procurans: ut s. de proc. l. Plautius. cum enim dicat de act. neg. gest. ergo non fuit mãdatum. ut Instit. de obli. quę ex quasi contra. §. 1. idem esset tamen in procuratore: ut supra man. l. creditor. §. Lucius.

[k] Incerti. Scilicet conditione, ut, libe retur sine causa, uel etiam ex testamẽto, quæ potest dici condictio: ut Institut. de act. §. appellamus. & dicitur incerti, quia ad incertum, id est, factum uel interesse datur.

[l] Excludi. Id est, repelli. Et nota ex hoc §. in generali remissione non contineri dolosè facta, sed tãtum scropulosam inquisitionem: ut s. de leg. 1. l. si seruus uetitus. & de admi. tuto. l. quidam decedens. & j. eod. l. Aurelio. §. Caius. ubi plenè not. & l. Lucius. & j. de condit. & demõ. l. cum tale. §. 1. & s. de neg. gest. l. Pomponius. & j. l. proxi. in prin. Sed contra. ibi. in fin. sed ibi alijs uerbis fuit usus testator.

* In Norico libro itemq; in Heruagiano, nihil dare oportet. sed nõ rectè. atq; hunc ego rem puto irrepsisse chalcographorum incuria.

SI quis rationes. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & uetui eum exigere rationes à Seio qui gesserat negotia mea. Certè potest hæres prædictus exigere à Seio reliqua: quæ per se reliquerit idem Seius. i. ex mala, & dolosè facta administratione apud se retinuit. si autem uolo ego testator liberare dictũ Seium à mala, & dolosa administratione, ita debeo dicere: damnas, siue damnatus esto hæres meus à me. i. damnatus sit hæres meus à me ei Seio restituere quicquid ab eo Seio exegerit illa, & illa actione nominando actionem, qua tenebatur mihi Seius ex dolosa administratione sua. uel damnatus sit hæres meus actionem ei Seio remittere, & talibus modis potest remitti dolosa administratio. Viui.

[m] Reliquauit. i. ex malè facta administratione retinuit. & facit l. s. proxi. §. si hæres. & quod ibi not.

[n] Ita debet. Sed his uerbis nõ facit supra l. proxi. §. pen. & sic non est contra.

Si

SI dãnatus hæres fuerit a fideiussore quidem non petere, quod autem reus debet, Titio dare: pacisci [a] debet, ne à fideiussore petat: & aduersus reum actiones suas præstare legatario: quemadmodum damnatus hæres ne à reo petat, & dãnatus dare, quod fideiussor debet: & reo acceptũ facere, & legatario litis æstimationem sufferre [b] cogatur.

Idem lib. xxxvj. digestorum. XII.

SI debitor fideiussorẽ suum ab hærede suo liberari iusserit, an fideiussor liberari debeat? Respondi debere. Item quæsitum est: an quia mandati actione hæredes tenerentur, [c] inutile legatum esset (quemadmodũ [*] inutile legatum est) quod debitor creditori suo legat? Respondit, quoties debitor creditori suo legaret, ita inutile esse legatum, si nihil interesset [d] creditoris, ex testamento potius agere, quã ex pristina obligatione. Nam & si Titius mandauerit [e] Mæuio, ut pecuniam promitteret, deinde liberari eum iusserit [f] a stipulatore: manifestum est, quantum [g] interfit promissoris, liberari potius [h] quàm præstare ex stipulatu, deinde mandati agere. [i]

Liberatio ab onere reddendarum rationum, ad reliqua non porrigitur, nisi exprimatur.

Idem libro xxxix. Digestorum. XIII.

LVcius Titius cùm Erotem actorem [k] haberet, codicillis ita cauit: Erotem liberum esse uolo: quem rationes reddere uolo eius temporis, quod erit post nouissimam meam subscriptionem. [l] postea uiuus Erotem manumisit, & in eodem actu habuit, [†] rationesque sub-

---

SI damnatus. CASUS. Cum haberem Caium debitorem in centum, & Seium fideiussorem, feci testamentum, & in eo damnaui hæredem meum a dicto fideiussore non petere: quod autẽ reus debet mihi, damnaui heredem meum dare Titio, certè tenetur hæres meus facere pactum personale fideiussori, ne ab eo petat. itẽ debet hæres meus præstare prędicto Titio legatario actiones suas aduersus dictum Caium reum principalem. si autem damnaui hæredem meum, ne à reo peteret, & daret Titio illud, quod fideiussor debet: certè debet cogi hæres meus liberare reum per acceptilationẽ, ut sic ret liberatio prosit fideiussori. & debet cogi sufferre, siue pręstare Titio legatario æstimationẽ debiti, id est, tantum quantum debebat reus principaliter, & fideiussor secũdario. Viu.

[a] Pacisci. Personaliter. & facit ĩ. eod. l. 2. & l. si quis reum, in princip.

[b] Sufferre. id est, dare & sic erit oneratus hæres: ut ĩ. de le. 2. l. qui duo. & de leg. 1. l. quod si quis. & l. oõ quocunque. §. pe. Sed uidetur nõ ualere, cum fideiussor non debeat: ut ĩ. de leg. 1. l. sic. §. 1. ibi proinde, & si Titio &c. quæ est contra. Sol. hic fideiussor in ueritate debebat, ibi non.

[*] Hæc inclusa nõ sũt in P. Flo.

SI debitor. CASUS. Titius accepit mutuo 10. a Sẽpronio, & dedit ei fideiussorem Caium: postea fecit testamentum idem Titius debitor, & iussit liberari ab hærede suo dictum suum fideiussorem, & decessit. nũc quęritur, an hæres teneatur dictum fideiussorem liberare? Et uidetur quod non: quia ipse debitor & per consequẽs hæres eius tenetur dicto fideiussori actione mandati: si ipse fideiussor solueret creditori. & ita uidetur debitor legasse creditori cum legauit fideiussori liberationem: nam quo ad actio. mandati prædictã uidetur dict⁹ fideiussor creditor debitoris, & hęredũ suorũ: & cum debitor creditori suo legat, inutile legatũ est. Respon. tamen hic in contrarium. s. ut hæredes debitoris debeant facere, ita quòd liberetur dictus fideiussor a creditore. Nec ob. quod debitor uidetur legare creditori, & sic non ualere legatum: quia quoties debitor creditori suo legaret, ita inutile est legatũ, si nihil interest creditoris agere potius ex testamento, quam ex pristina obligatione. in nostro autẽ casu bene interest fideiussoris, qui est creditor quantum ad actionẽ mandati agere potius ex testamento quã ex pristina obli. mandati. nam interest eius fideiuss. potius non soluere Sempronio creditori, quod quidẽ consequitur per act. ex testamento, quam intentabit contra hæredes debitoris. quàm solutum dicto creditori repetere ab hæredibus debitoris per act. man. & quod dixi in fideiussore, habet locum in mandatore. Viu.

[c] Tenerentur. Postquam soluerit, nisi in casibus: ut supra, manda. l. Lucius.

[d] Nihil interesset. No. sic ĩ. de leg. 1. l. si creditori. §. 1. & l. sequen. & l. fient. §. fi. & de le. 2. l. Mæuius. §. debitor autẽ &c. & ĩ. eo. l. si creditor. & l. legaui. §. fin. & Instit. de legat. §. ex contrario. & de leg. 3. l. 3. §. si rem.

[e] mandauerit. Inter uiuos.

[f] Iusserit. In testamento.

[g] Quantum. Id est, quod.

[h] Potius. Interest [1] enim nostra non soluere potius, quam solutum repetere. ĩ. de cõpen. l. ideoq;. Azo.

[1] Quid, & quot modis interesse, & qualiter in iudicio deducat, uide per Bar. in l. 1. ĩ. de act. empt. & uendi.

[i] Agere. Et ideo ualet legatum.

LVcius Titius. CASUS. Lucius Titius cum haberet seruum actorẽ, hoc castaldionem, fecit codicillos: & in eis ita cauit? Erotem liberum esse uolo: quem Erotem rationes reddere uolo eius temporis, quo administrabit negotia mea post nouissimam meam subscriptionem, quam faciam in rationibus eius approbando me, nam pluries subscribebat, & pluries scripturus erat, ut dicebat: & postea viuus adhuc dictus Lucius Titius manumisit dictum Erotem, & in eodem actu, siue administratione habuit eundem Erotem, & postea uocauit ad se Erotem prædictum, & dixit ei, Reddas mihi rationem castaldariæ tuæ. & ipse reddidit ei rationes: quasdam tamen summas, quas acceperat dum erat in seruitute, & post quando fuit liber, sibi retinuit, ita quod non manifestauit domino, & dominus nesciens aliquid de istis summis subscripsit, & approbauit rationem suam. & postea post paucissimos dies decessit idẽ dominus. nunc quæritur, an hæredes dicti Lucij Titij ab Erote nihil exigere debeant pro eo tempore quod fuit ante subscriptionem Lucij Titij? Et uidetur quod nihil exigere debeant pro eo tempore: cum testator noluerit exigi ab eo rationes tantum pro illo tempore, quod esset post subscriptionem: ergo non pro præcedenti tempore. Respondetur tamen hic quod Eros nõ potest petere liberationẽ pro dictis summis subtractis, nisi dictus testator hoc ei specialiter remisisset, quamuis dictæ summę per Erotem subtractę fuerunt de administratione illius temporis, quod fuit ante dictam subscriptionem domini. Viui.

[†] Aliàs & in eodem actu habuit rationes, quas subscripsit &c.

[k] Actorem. Id est, castaldionem.

[l] Subscriptionẽ. Quã faciã in rationibus eius approbando. nam pluries subscribebat, & subscripturus erat.

scripsit [a] usque in eum diem, qui fuit ante paucissimos dies, quàm moreretur hæredes Lucij Litij dicunt, quasdam summas & seruum adhuc [b] Erotem, & postea liberum [c] accepisse, neque in eas rationes quę a Lucio Titio subscriptæ sunt, intulisse. quęro, an hęredes ab Erote nihil exigere debeant eius tẽporis, quo Lucius Titi⁹ subscripsit? Respondi, Erotem ex ea causa, quę proponeretur, liberationem petere non posse: nisi & hoc specialiter ei remissum esset.

Non ualet legatum liberationis ei relictum, qui se potest liberatione tueri. Bart.

Idẽ lib. lxxxj. dig. XIIII.

SI creditor debitori, qui se exceptione perpetua tueri poterat, legauerit, qđ sibi deberet: [d] nullius momẽti legatum erit. at si idem [e] debitor creditori legauerit intelligendum erit, exceptionem eum remittere creditori uoluisse. [f]

Vlpianus lib. j. fideicommisso. XV.

IDem est, & si in diem debitor fuerit, uel sub conditione.

[a] Subscripsit. Scilicet dominus nunc patronus.
[b] Adhuc. Id est, dum adhuc esset in seruitute. Accur.
[c] Liberum. Id est, postea dũ esset iam liber factus, & facit ad l. de pac. l. tres fratres. & ĩ. e. l. si quis rationes.

SI creditor. CASVS. Cum Titius deberet mihi 16. feci ei pactũ de non petendo: & postea legaui, qđ mihi debebat. certè nõ ualet legatum. sed si dictus debitor habens dictam exceptionẽ legauit, quod mihi debebat: ualet legatũ, ut possim ab eo petere non obstante except. Idem est, & si non habebat exceptionẽ perpetuam dictus debitor meus qui mihi legauit, qđ mihi debebat, si debebat mihi in diem, uel sub conditione. nam dies, uel conditio uidetur remissa per eũ, ut sic statim possim petere ab hęrede suo. & hoc dicit cum l. seq. Viu.

[d] Deberet. Id est, liberationem eius quod &c.
[e] Idẽ. Qui scilicet exceptione se tueri poterat.
[f] Voluisse. Et sic est utile legatum: ut ĩ. de legat. 1. l. si creditori. in princ. & l. seq. & de leg. 2. l. debitor. in princ. & ĩ. eod. l. si debitor. §. 1. & Institu. de le. §. si quis debitori. & §. econtrario.

SI quis in testamento. CASVS. In testamento meo damnaui hæredem meum, ne exigeret à Titio debitore meo. certe neque Titium, neque hæredẽ eius poterit conuenire hęres meus, nec hæres hæredis mei. unde nec hæres hæredis debitoris mei poterit conueniri ab hærede meo: uel ab hærede hæredis mei. Vnde apparet, quod hæredem hæredis mei damnare possum expresse, ne exigat a debitore meo. Viui.

[g] Exigat. Secus si dicat, quamdiu uiuat debitor, ut infra eodem. l. Aurelio. in princ. Azo. & facit supra eo. l. non solum. §. 1. & supra. eod. l. 2.
[h] Potest damnari. Vt ĩ. de leg. 3. l. si fuerit. §. 1.

SI ei cui. CASVS. Cum locassem Titio fundum meum vsque ad quinquenium, legaui ut fineret hæres meus sibi conductori habere quicquid eum conductorem mihi dare & facere oportet oportebitve, & decessi: & certè si hæres meus prohibuerit frui dicto fundo conductorẽ, ex conducto fore obligatum aiunt Nerua & Attilicinus: quia hæres meus non liberatus est acti. ex conducto pro ijs, quæ habet conductori facere. si autem hæres meus aliquid retineret, uel caperet de eo, quod cõductor debebat ei ex locatione prædicti fundi, ut quia inclusit in dictum fundum inuecta donec conductor solueret ei pensionem: est obligatus conductori actio. ex testamento, ut ei restituat dictam pensionem: quia nihil interest, peteret hæres meus ea, quę promiserit mihi conductor (quo casu habet excep. cõductor propter liberationẽ sibi relictam in testamento) an retineret eo modo qui dictus est: quia semper habet conductor beneficium testamẽti: nam uideor conductori legasse totam locationem, id est, quicquid mihi debet ex loca. non autem est hęres meus ab eo liberatus, imo reliqua quæ solent uenire in locatione de natura contractus. s. ut locator de his cõductori teneat, quæ quidem sunt numerata supra, locat. l. sed addes. §. illud. ue nit in iudicio locationis, scilicet ut cõductor possit ea potere actio. ex conducto. Sed & si locassem domum dicto Titio. & ei legassem habitationem hoc modo, qui dictus est supra: puta quia ita dixissem: quicquid inquilinum meum mihi dare, facere oportet oportebitve, finat hæres meus eum sibi habere: gratuitam habitationẽ hæres præstare debet. Scias etiã quòd propter ea, quæ dicta sunt in princip. huius casus, quod prædictus colonus siue conductor fundi, potest agere cum hærede ex testamento ut liberetur ab ijs, quæ debet ex conductione: & hoc dicit cum duabus legibus seq. Viui.

In dubio relictum liberationis intelligitur in rem, ut sic personã hæredis cõprehendat. Bart.

Idem libro lxiij. ad edictum. XVI.

SI quis in testamento damnatus est, ne à Titio debitore exigat, [g] neque ipsum, neque hæredem eius potest conuenire. nã neque hæredis hæres agere, neque ab hæredis hærede peti potest. Hæredis autem hæres potest damnari, [h] ne exigat debitorem.

Si legatur liberatio conductori: omne id uidetur remissum, ad quod præstandum actione personali tenetur. Bart.

Paulus lib. ix. ad Plautium. XVII.

[a] SI ei cui [i] fundum in quinquennium locaueram, legaui [k] quicquid eum mihi dare facere oportet, oportebitve, ut fineret hęres sibi habere; Nerua & Attilicinus, si hæres prohiberet eum frui, ex conducto; [l] si iure locationis quid retineret, [m] ex testamẽto fore obligatum, [n] aiunt: quia nihil interest, peteret, [o] an retineret. [p] totam enim locationem legatam uideri.

Iabole. li. ij. ex posterio. Labeo. XVIII.

[a] In P. F. Incipit, Et cui fundũ &c.

[i] Si ei cui. Alias si et cui, aliàs, si cui. & sunt duæ partes. scilicet si, & cui.
[k] Legaui. Accipe ∫. ut fineret hæres &c.
[l] Ex conducto. Scilicet fore obligatum.
[m] Retineret. Hæres. s. ut quia inclusit inuecta ob pensionem, & percepit mercedem quoquo modo.
[n] Obligatum. Scilicet hæredem.
[o] Peteret. Scilicet hæres.
[p] An retineret. s. hæres: utrobiq; enim testatoris munificentia est legatarius honoratus. Azo. s. ut gratis dimittatur, nõ illud quo minus rem deuastãdo, seu negli

gendo

gendo obligetur. Hug. & facit ſ. de leg. t. l. apud Iuſianum. §. ſi Titius. & ſ. e. l. non ſolum. §. fi. & ſ. loc. l. ſi in lege. §. fin. & de uſufructo. l. quoties. §. ſi colono. & ſ. de uſufru. leg. l. cui uſusfructus. §. t.

a Reliqua quoque. Alias quæq;. Aliàs quoque.

b Venire. Sicut aliàs uenirent. & facit ſ. loc. l. ſi tibi. & continuatur cum ſequenti & præcedenti l. Accur.

c Caſsius. Adiungitur præcedentibus duabus.

d Conductione. Id eſt, pẽſione. & facit ſ. e. tit. l. ſi ei cui. cũ concord.

Cum ita. CASVS. Ita dixit Titius in teſtamento, Hæres meus damnas, ſiue dãnatus eſto liberare eũ qui negotia mea geſſit, puta Seium: & ſi quid eum mihi dare, & facere oportet ab eo non exigere hæres meus damnatus eſto. certè damnatus eſt hæres à teſtatore, & propter dictam damnationẽ non poterit exigere à dicto Seio pecunias etiam eidẽ Seio creditas, nedum debitũ ex adminiſtratione. ſed & ſi ſeruis eiuſdem teſtatoris peculij. ſiue peculiari nomine debebitur aliquid per dictum negotiorum geſt. uidetur idem teſtator, qui taliter legauit, ut dictum eſt, de eo quoque legando ſenſiſſet, quãuis hoc ſit uetum. Viuia.

e Damnatus. Quidam dicunt hoc eſſe de uerbis defuncti, quæ deberẽt eſſe in ſecunda perſona: ut ſcilicet reſponſio incipiat, nec creditas &c. ſed dic quod ſunt uerba iuriſcon. & reſponſio incipit, damnatus hæres, & dic creditas ab hærede, uel defuncto ipſi geſtori, uel à geſtore alijs quibus mutuauit de pecunia domini. Sed tunc eſt argu. contra ſ. eod. l. procurator. ſed hic plenius legauit, quàm ibi. Accur.

f Hæres. Modo reſpondet. ut & ſ. dictum eſt in prin. glo. huius l.

g In ſimili. Dic qđ legaui ſeruo peculiũ cum libertate, & quicquid mihi dare debuit, non uideor remittere quod uicarius eius, i. ipſius legatarij debet. ad quod eſt ſ. de leg. 3. l. ſeruos. §. fi. & hoc uix eſt, id eſt, non eſt: ſic ſ. ad Velle. l. tutor. Vel dic caſum ut in princ. l. ponitur: ut uidear legare, quæ mihi debet geſtor, & quæ ſeruis meis. & quod dicit uix eſt, i. eſt: ut & ſ. de ind. l. uix. Alij fabulas hic referunt. Accur.

Reliqua quoque ᵃ in iudicio locationis uenire. ᵇ

Si cui legata eſt gratuita habitatio, poteſt agere contra hæredem, ut eũ liberet à penſione.

Paulus libro ix. ad Plautium. XIX.

Caſsius, ᶜ Etiam ſi habitatio eo modo legata eſſet: gratuitã habitationem hæres præſtare deberet. Præterea placuit agere poſſe colonũ cum hærede ex teſtamento, ut liberetur cõductione. ᵈ † quod rectiſsimè dicitur.

Modeſtinus libro ix. regularum. XX.

Cum ita teſtamur, Hæres meus damnas eſto liberare eũ, qui † negotia mea geſsit: & ſi quid eum mihi dare facere oportet, ab eo nõ exigere, dãnatus * ᵉ hæres ᶠ nec creditas ab eo quoq; pecunias exiget. In ſimili ᵍ autem legato uix eſt, ut de eo quoq; legando paterfamilias ſenſerit, quod ſeruis eius peculij nomine debetur.

Legatum liberationis eſt perſonale, & ad hæredes non tranſit. Bartolus.

Idem libro decimo reſpõſorum. XXI.

Aurelio ʰ Sẽpronio fratri meo. Neminẽ moleſtari uolo nomine debiti, nec exigere aliqđ ab eo, ⁱ quandiu uiuet, ᵏ neq; de ſorte, aut uſura, nomine debiti: ˡ & abſoluo ei, & libero ex pignoribus eius domum, * & poſſeſsionem Caperlatam. ᵐ Modeſtinus reſpondit, ipſum debitorẽ, ſi cõueniatur, exceptione tutum eſſe: diuerſum in perſona hæredis eius. ⁿ

Si teſtator liberat curatores, non uidetur relicta liberatio doli uel reliquorum. Bart.

Caius Seius cum adoleuiſſet, accepit curatores Publium Mæuium, & Lucium Semproniũ. ſed enim idem Caius Seius intra legitimam ᵒ ætatem conſtitutus, cum in fatũ cõcederet, * teſtamento ſuo de curatoribus ſuis ita cauit. Quæſtionẽ curatoribus meis nemo faciat: rem enim ipſe tractaui. Quæro, an rationem curæ hęredes adulti à curatoribus petere poſsint: cum defunctus (ut ex uerbis teſtamenti apparet) confeſſus ſit ſe omnem rem ſuã adminiſtraſſe? Modeſtinus reſpondit: ſi quid dolo

Aurelio. CASVS. Seius inſtituit ſibi hæredem Aurelium Sempronium fratrem ſuũ. & ita poſtea dixit in teſtamento ſuo, ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari uolo nomine debiti, nec exigere uolo dictum meum fratrem aliquid ab eo, puta à Titio debitore meo, quamdiu uiuet idem Titius debitor, neque de ſorte, neque de uſura nomine debiti prædictæ ſortis, quam mihi debet: & abſoluo, & libero ex pignoribus, ſiue ex uinculo pignorum domum eiuſdem Titij debitoris, & poſſeſſionem ſuam nomine Caperlatam: quam domum, & poſſeſſionem mihi obligauerat. & poſtea deceſſit dictus Seius teſtator. certè ſi ipſe debitor conueniat ab hærede eius excepit. eſt tutus. eo autẽ debitore mortuo, non iuuatur except. hæres eius. Caius Seius. Caius habens duos curatores, ſ. Publium Mæuium, & Lucium Sẽpronium fecit teſtamentum, cum eſſet in periculo mortis, & intra 25. annos; & ita in eo teſtamẽto dixit, Quæſtionẽ curatoribus meis nemo faciat: quia ego ipſe tractaui, ſiue adminiſtraui omnem rẽ meã. & poſtea deceſſit idem adultus: certè ſi quid doli dicti curatores fecerint, aut ſi quæ res teſtatoris ſunt penes eos, eo nomine poterunt conueniri ab hæredibus dicti teſtatoris, & nõ aliàs. Viuianus.

h Aurelio. Id eſt, ab Aurelio Sempronio fratre meo, ut & aliàs mihi, i. à me. hunc enim fratrem inſtituebat hæredem, & liberationem Titio debitori legauit per hæc uerba.

i Ab eo. Puta debitore meo Titio.

k Viuet. i. debitor meus, & per hoc patet hoc legatum perſonale fuiſſe ſ. de pact. l. epiſtola. §. fi. & ſic non eſt contra ſupra, de prob. l. ſi pactum.

l Nomine debiti. Id eſt de uſura ſortis.

m Caperlatam. Nomen poſſeſſionis, uel loci ubi eſt.

n Hæredis eius. ſ. debitoris, & facit ſ. eod. l. ſi quis in teſtamento. & l. non ſolum. §. t. & 2.

o Intra legitimã. Not. ergo qđ adultus curatorem habẽs, põt teſtari. ſic ſ. de leg. 2. l. cum pater. §. curatoris. ſecus in cõtractu: ut C. de in inte. reſ. mi. l. ſi curatori.

† Aliàs conditione.

† Aliàs illum quot.

* P. Fl. dãnatos.

* Sic in P. Fl. Hal. tamẽ ſcripſit poſſeſſionẽ cauſa perlata. Modeſtinus &c. Alcia. autem li. 6. Pareng. c. 23. poſſeſſionem cũ prolatis legit. quo loco docet, quæ dicantur prolata, cui tamen non ſubſcribit Ant. Aug. emen. lib. 3. c. 7.

* Aliàs cõcideret.

Adult* curatorẽ habens teſtari poteſt.

curatores fecerunt, aut si quę res testatoris penes eos sunt: eo nomine conueniri eos posse. a

Legatum liberationis, uel no minis extinguitur solutione, uel alia liberatione, uiuo testatore con tingente: secus si eo mortuo facto hæredis contingat. Bar.

Teren.cle.li.xij. ad l. Iul. & Pap. XXII.

SI id, quod b mihi deberes, uel tibi, uel alij legauero, idq; mihi sol ueris, c uel alia qualibet ratiōe liberatus a me fue ris: extinguitur legatum. Vnde Iuliano placet, & si debitori hęres extiterit creditor, posteaque ipse creditor decesserit: legatū extingui. & hoc uerū est, quia confusione perinde extinguitur obligatio, ac solutione. d Sed si sub cōditione dato legato, e hæres pręoccupauerit, & exegerit debitum, f aliud dici oportet: quia in arbitrio hęredis esse non debet, g ut quādoq; cōditione existente, neq; h ipsi legatario debeatur legatum (si tunc uiuat, & capere posit) neq; ei, i ad quem hoc cōmodum peruenit, si legatarius capere non posit.

Hæc uerba, peti nolo, pariunt exceptionem, & inducunt fideicommissum.

Papinia. libro xix. quæstionum. XXIII.

QVod mihi Sempronius debet, peti nolo. † Non tantum exceptionem habere debitorem, sed & fideicōmissum ut liberetur, petere posse, responsum est. k

Si relinquitur liberatio a reddendis rationibus, non uidetur relictum creditum nomine domini contractum. Bar.

Idem libro vij. responsorum. XXIIII.

PRocurator, l à quo rationem hæres exigere prohibitus, eoq; nomine procuratorem liberare damnatus est: pecuniam ab argentario debitam ex contractu, quē ut procurator fecit, iure mandati cogetur resti-

a Eos posse. Imò uidetur totum remissū: ut ꝟ. eod. l. Aurelius. §. Titius testamento. quæ est contra. Sol. speciale ibi in patre. Itē contra ā. de pac. l. si vnus. §. illud. & instit. de leg. §. si quis debitori. nam ibi uidetur, qđ liberatione legata, nec de dolo possit cōueniri. sed die refert, an aliquis est debitor pecuniæ tantū, an & doli, & culpæ, an doli tantum, ut in deposito. In primo loqur Instit. In scđo hic. In tertio iste §. illud. Item not. quod liberatio tribus modis legat. Primo, quod Titius debet, peti nolo. Vel quod debet ei, relinquo, uel actionem ei remitto. & hic est liberandus legatarius ut s̄. e. l. 1. & l. si damnatus. & l. quod mihi. & l. legaui. circa prin. & in pluribus alijs legibus huius tit. Secundo, si negotium testatoris gessisset, & testator dixerit, Rationes eum reddere nolo: & hic quoque debitor liberandus, est nisi ab eo quod dolo gesserit, uel quod penes eum sit, ut hic, & s̄. eod. l. non solum. §. si hæres. & ꝟ. eo. l. procurator. & l. si. §. Titia. & l. Aurelius. & §. Mæuia. & s̄. de lega. 1. l. si seruus uetitus. & s̄. de ad. tut. l. quidam decedens. & ꝟ. de condi. & demon. l. cum tale. §. 1. nisi eum dixit, Damnas esto hęres meus quicquid &c. ut s̄. eo. l. si quis rationes. In fine l. Tertio ita, si reus, uel actor damnat hæredem, ne actionem exerceat, quo casu loquitur ꝟ. eod. l. petitor,

Liberatio tribus modis legatur.

SI id quod. CASVS. Tu Titius debebas mihi 10. ego feci testamentum, & in eo legaui dicto Titio debitum uel etiam Seio: postea coegi te, ut mihi solueres, & soluisti, & ita fuisti a me liberatus per solutionē prædictam: uel etiam alio modo fuisti a me liberatus: & postea decessi. Certè non potest peti legatū, imò extinctum est. de prædicto autē alio modo liberationis quā per solutionem, potest poni exemplū: ut quia ego creditor extiti hæres tibi debitori, postquam taliter, ut dictum est, tibi legaui, & postea decessi. nam in isto casu confusione tollitur obligatio, qua mihi tenebaris sicut in superiori tolitur per solutionem. Si autē legaui tibi liberationem sub cōditione si nauis ex Asia venerit: hæres aūt meus p̄occupauit, siue petijt à te debitum ante dictā conditionē, & exegerit. aliud dici potest, s. quòd nō extinguatur legatum liberationis, imò existente postea conditione repetes tu debitor ab hærede meo illud quod ei soluisti. & est ratio: quia in arbitrio hæredis mei esse non debet, ut quandoque, siue quandocunque existente dicta conditione liberationis, neque tibi legatario debeatur legatum, neque ei ad quem commodum debet peruenire, si tu non viuas: uel alio modo capere non possis, puta coniuncto, uel substituto tibi. Viuia.

b Si id quod. Alias, si id quod. aliàs, si id quod.

c Soluens. Coactus scilicet, aliòqui contra s̄. de leg. 3. l. fideicommissa. §. si rem. & nota. sup. eodem, l. non solum. §. fin.

d Solutione. Vt ꝟ. de fideiuss. l. si debitori creditor. & de soluti. l. Stichum. §. aditio.

e Legato. Prædicto.

f Debitum. Hoc in debitore testatoris sine distinctione recipitur: aliud in debitore hæredis, quē liberare ipse damnatur: ut s̄. eod. l. cum hæres.

g Non debet. Ad quod s̄. de lega. 1. l. seruo legato. §. 1.

h Neque. i. non.

i Ei. Repete, nec debet esse i arbitrio hæredis, ut neq; præstet ei ad quem commodum peruenerit relictum alij sub hac conditione, si legatarius capere non possit. Vel dic forsan cōiuncto uel substituto: ut C. de ca. tol. §. 1. a. & 3. & facit s̄. de legat. 1. l. si sic. §. 1. & s̄. de fideiusso. l. Vranius. & ꝟ. ad Trebel. l. deducta. i prin. & l. debitor. & l. pen. & C. de pact. l. debitori. & s̄. e. 1. non solum debitorem. §. si liberationis.

† Et ratio huius l. est, quia iussus testatoris ē seruādus. l. vulgatis. uidetur aūt iubere p uerbum uolo: qđ est imperandi: vt per gl. in Cle. 1. de offi. uic.

QVod mihi. CASVS. Ita dixit Titius in testamento suo: illud quod Sempronius debet mihi, nolo peti: certè non tantum exceptionem habet debitor, si ab eo petat hęres: sed etiam potest petere, ut liberetur. Viuia.

k Respōsum est. Facit Insti. de leg. §. si quis debitori. & C. de fideicom. l. si creditoris. & ꝟ. ut in pos. leg. l. 1. §. si debitori. Sed arg. contra s̄. de eo per quem fa. erit. l. 3. §. si reus. Item not. aliquid fieri ad exceptionem, quod ualet etiam ad actionem. quod est contra Pla. ut not. s̄. de iniciur. l. sed & si possessori. in prin.

PRocurator. CASVS. In testamento meo dānaui hęredē meū, ut nō exigeret rationē à Seio procuratore meo de eo, qđ gesserat negotia mea, sed qđ liberaret eundem p̄curatorem meū, & decessi. nunquid uidetur liberatus dictus procura. de ea pecu. quam eidem procu. promisit Titius argentarius ex contractu, quem fecit cum eo tanquam meus procurator. Et dicitur qđ non. imò aut tenetur hæredi meo actiones præstare aduersus dictū argentariū, aut cogitur dicto hæredi meo pecuniā restituere si eam nō exegit ab argētario. Viui.

l Procurator. Alias procurator, alias curator.

Præstare

a Præstare. Hoc ideo, quia ſtandis rationem reddere debet procurator: non negligentiæ hoc caſu: vt ſ. eod. l. Aurelio. §. 1. & ſ. de admin. tut. l. qui plures. & de lega. 1. l. ſi ſeruus vetitus. hic autem dolum facit eo ipſo, quod ea quæ habet, non reddit, vel actionem non cedit: vt ſ. mand. l. procuratorem. §. dolo.

Cum hſs. CASVS. Inſtitui mihi hſdem Titiũ, & rogaui eum, vt liberaret Seiũ debitorem ſuũ in cẽtum. & deceſſi. & poſtea antè apertas tabulas teſtamenti mei dictus Seius ſoluit dicto meo hſdi creditori ſuo quinquaginta, certè alia l. remanent in fideicom. ſ. vt hſs meus teneatur dictũ ſuũ debitorẽ in his liberare, non aũt põt repetere dictus debitor ab hſde meo dicta quinquaginta, quæ ei ſoluit: ſi aũt poſt aper. tab. meas exegit hſs meus dicta quinquaginta à dicto ſuo debitore, & ita exegit poſtquã ſciuit idem hſs dictã meã voluntatẽ, vel ſcire potuit, dolo fecit, & ideo dict⁹ debitor, i. legatari⁹ repetit ab hærede, quod ei ſoluit. Viu.

tuere, vel actiones præſtare. a

Si legatur liberatio debitori hæredis, reſtringitur ad debitum, quod manet à tempore apertarum tabularum. Bar.

Idem libro viij. reſponſorum. XXV.

Cum hæres rogatur debitorem ſuum b liberare: de eo tantum cogitatum videtur, quod in obligatione manſit. c Itaque ſi quid ante tabulas apertas d fuerit ſolutum, ad cauſam fideicommiſsi non pertinebit. Quod autem poſt tabulas apertas e ante aditam hæreditatem ab eo, qui voluntatem defuncti nõ ignorauit, fuerit exactũ, dolo proximum erit: ideoq; repeti poteſt. f

b Suum. Secus ſi teſtatoris: vt ſ. eod. l. ſi id quod. §. ſed ſi ſub conditione.

c Manſit. Vſque in diem aditæ hæreditatis. nam ante non eſt hæres.

d Ante tabulas apertas. Et ob hoc ante aditam hæreditatem: nam olim ante aper. tab. adire non poterat, niſi eſſet inſolidum inſtitutus, vel niſi eſſet de liberis: vt C. de cadu. tol. §. 1. & §. io nouiſſimo. & ſ. de iur. & fac. ignor. l. j. §. fin. & C. de iur. delib. l. ſi fratris.

e Apertas. Idem ſi ante apertas fuerit exactum ab eo, qui ſciuit voluntatem defuncti. nam tunc dolo proximus eſt. ſed potius ideo dicit: quia tunc ſæpe contingit, vt ſciat. Azo. ſubaudi ergo hic maximè.

f Repeti poteſt. Vt indebitum. nam debitor idemque legatarius repeteret ab hſde quod ei ſoluit. & facit ſ. de condi. inde. l. in ſumma. §. pen. vbi diſtinguit ſciẽs, ab ignorante. Sed contra Inſtit. de leg. §. ſi verò hæredis. & ſ. de leg. 1. l. cætera. §. fin. & l. ſeq. vbi diſtinguitur ſciens hſs ab ignorante. Sed ibi poſt aditam hæreditatem. vnde videtur ſcire quod ſciuit defunctus, cum ſit vna perſona: vt in auth. de iureiur. à morien. præſt. §. 1. & quia ſuccedit in ſcientia: vt ſ. de diuer. & temp. præſcri. l. cum hſs. hic ante aditam hæreditatẽ. Accur.

Legaui. CASVS. Cũ Titius eſſet debitor in centum, vel deberet mihi fundum, vel Stichum, legaui ei quod mihi debet, & fortè adieci dictam quantitatem, vel ſpeciem, vel fortè non adieci: & econtra dictus Titius debitor me⁹ legauit mihi quod mihi debebat, & fortè adiecit quantitatem, & ſpẽm, & fortè non adiecit, nunc quæritur an ad hoc, vt valeant dicta legata, debeat requiri an prædicta ſint debita, vel non. & certè primo expedit quæſtionẽ mei creditoris, qui legauit dicto meo debitori prædicto modo, ab illo verſu, reſpondi, ſi is cui &c. vſque ad illũ §. contra autem &c. & poſtea vſque ad finem expedit quæſtionem debitoris mei prædicti, qui mihi legauit: vt dictum eſt. Dicit ergo, quod ſi ego creditor volui dimittere debitum dicto meo debitori, nihil intereſt ſuſi hæredi meo, vt liberaret eũ: an prohibui hæredẽ ab eo exigere. nam vtroque caſu habet debitor actionẽ ex teſtamẽto contra hſdẽ meũ, vt eũ liberet, ſiue in legato feci mentionem quantitatis mihi debitæ, vel fundi, vel Stichi mihi debiti, ſiue non. & hæc vera ſũt ſi verè erat me⁹ debitor dictus Titius ſ dicta quãtitate, vel ſpecie. ſi autẽ nihil debuerat, dicunt quidam poſſe etiã peti illud, quod comprehenſum eſt in legato, nedum peti liberationem quaſi falſa demonſtratione adiecta, quæ nõ ſolet vitiare legata. Sed nõ poſſunt ipſi hoc dicere, cum ita, vt dictũ eſt, legaui ego teſtator, idemq; creditor c. aureos, quos mihi Titius dẽt, vel Stichũ, quẽ mihi Titi⁹ dẽt hſs meus damnas, ſiue damnatus eſto non petere: certè non poſſunt hoc dicere: nec & poſſunt hoc dicere, ſi ego creditor etiam ita legaui, hæres meus centum aureos, quos mihi Titius debet, damnas eſto dare eidem Titio, cum verbum dandi in legato poſitum exiſtimauerim ego teſtator ad debitũ referri, & in veritate Titius non erat meus debitor, vt dictum eſt. Quidam tñ dixerunt, & malè, quod in hoc vltimo caſu petere poſſit Titius, qui mihi debet dictæ. quaſi ego teſtator adiecerim falſam demonſtrationem, quæ non ſolet vitiare legata. ſed vt dixi, malè dicunt. Viſo circa me creditorem, videamus circa dictũ meum debitorem. ſi ergo dictus meus debitor legauit mihi non adiecta quantitate, non valet. ſi aũt adiecit quantitatem, non valet ſimiliter: niſi propter repræſentationem, ſi erat in diem, vel ſub cõditione. & hæc omnia vera ſunt ſi mihi debebat in veritate illud, quod mihi legauit. ſi aũt non debebat, valent legata. certa enim nummorũ quantitas in genere, & quantitas legata mihi ab eo qui dicebat ſe debitorẽ meũ, cum nõ eſſet, vt fuit in hoc vltimo caſu, eſt ſimilis Sticho legato cũ demonſtratione falſa, & eſt ſimilis certæ pecuniæ legatæ cũ falſa demonſtratione per virum vxori nomine dotis acceptæ. quibus duobus caſibus, valet legatum, licet non ſit vera demõſtratio ppoſita in Sticho legando, licet teſtãr nihil receperit noĩe dotis. Vi.

Defectus debiti demonſtrati impedit ſubſtantiam legati relicti à creditore debitori, ſed nõ impedit ſubſtantiam legati relicti à debitore creditori, ſi certa quantitas exprimitur, aliàs ſecus. Bar.

Paulus libro x. quæſtionum. XXVI.

Legaui Titio, quod mihi debetur, g vel adiecta certa quantitate, ſiue ſpecie, vel non adiecta: aut ex contrario, h æquè cũ diſtinctione: i veluti, Titio, quod ei debeo: vel ita, Titio cẽtum, quæ ei debeo. Quæro, an per omnia requirendum putes, an debitum ſit? & plenius rogo, quæ ad hæc ſpectãt, attingas. quotidiana k enim ſunt. Reſpondi: Si is l cui Titius debebat, debitum

g Debetur. Ab eo, vel ab alio. Azo.

h Ex contrario. Nã ſ. creditor legauit, hic debitor & primũ proſequitur vſq; ad §. cõtra aũt &c. & exinde aliud.

i Cum diſtinctione. Scilicet an ſit adiecta ſpecies, vel quantitas. Azo.

k Quotidiana. Et ideo tractanda. & fauorabilius admittenda: vt ſ. de vſucap. l. iuſto. in prin.

l Si is. Scilicet creditor.

Vtroque

ei remittere voluerit: nihil interest, hæredē suū iusserit, vt eū liberaret, an prohibeat eum exigere. vtroque enim modo a liberandus est debitor: & utroque casu competit vltrò ad liberandum debitori actio. b Quod si etiam centum aureorū, vel fundi debiti mentionem fecit: si quidem debitor fuisse probetur: liberandus est. Quód si nihil debeat: poterit dici, c quasi falsa demonstratione adiecta, etiam peti, quod comprehensum est, posse: sed poterit hoc dici, d si ita legauerit, centum aureos, quos mihi debet, vel Stichum quem debet hæres meus damnas esto non petere, quòd si sic dixerit, Hæres meus centum aureos, quos mihi Titius debet, damnas esto ei dare: etiā illud tentari poterit, vt petere possit, quasi falsa demonstratione adiecta. quod mihi nequaquam placet: e cùm dandi verbum ad debitum se referre testator existimauerit. Contrà autem, f si debitor creditori leget: nullā vtilitatem video, si fine quantitate legauerit. Sed & si id demōstraret, quod dēe se confitetur: nulla vtilitas est, nisi in his speciebus, in quibus emolumentum g debiti ampliatur. Quòd si centum aureos, quos se debere dixit, legauit: si quidem debet, inutile est legatum. Quòd si non fuit debitor: placuit vtile esse legatum. Certa h enim numorum quantitas similis est Sticho legato cum demonstratione i falsa: idque & diuus Pius rescripsit, certa pecunia dotis acceptæ nomine legata. k

A legatario potest relinqui liberatio hæredibus. qui agentes legato repellitur exceptione, nisi beneficio ætatis iuuetur. Bart.

Scæuola libro iiij. respōsorum. XXVII.

TVtor decedens, alijs l heredibus scriptis, pupillo suo, cuius tutelam gessit, tertiā m partem bonorum dari voluit, si hæredibus n

a Vtroque enim modo. Id est casu.
b Actio. Ex testamento: vt s. eod. titu. l. quod mihi.
c Poterit dici. Hoc verum si dixi, lego x. quæ mihi debet. si vero sic, Volo illum liberare in x. vel ab eo non peti, secus: vt j. proxi. Sed poterit &c. Vel dic secūdum R. quòd non refert hic illo, vel illo modo legauerit: sed tū corrigitur statim i proxi. rā. sed poterit &c.
d Hoc dici. In lib. Io. est hic dici, & lege interrogatiuè. & respon. non. Azo.
e Nequaquam placet. Ergo multo magis in superiori proximo casu non posset peti cum dixi, damnas esto nō petere.
f Contra autem. Hic debet esse §. & prosequitur secundam quæstionem circa principium legis factam.
g Emolumentum. Repræsentationis. & not. q hic dicit, lego quod debeo.
h Certa. In genere & in quantitate, non in specie certa nummorum, vt differat à sequenti de seruo. Accus.
i Cum demonstratione. Vt Stichum quem debeo, ubi lego.
k Legata. Ad hoc s. de do. præle. l. cū scriptū. & de leg. 2. l. cum quidā. & Insti. de legat. §. sed si vxori. & j. de cōdi. & demon. l. quibus diebus. §. qui dotalē & C. de sal. cau. adie. leg. l. 2. l. fi. itē facit ad l. istā, s. tit. 1. l. Quintus. & l. q tibi. & j. de cōdi. & demō. l. falsa. & C. de fideius. l. creditoris. & de lega. 2. l. Lucius. §. 1. & de leg. 1. l. si creditori. & Insti. de leg. §. huic. & s. de le. 2. l. Lucius. §. quisquis. & j. eod. titu. l. Aurelius. §. fin. Et no. plenè, si lego tibi x. quæ tibi debeo, tenet legatū. & si nihil debeatur, sed si debet purè, & efficaciter, nullū est legatū: si sine effectu, vel non purè, tenet: vt hic, & s. eod. l. si creditor. & de leg. 1. l. sinautē. Et hoc in prima psona. nūc de tertia, & secūda, quæ vicē tertiæ obtinet: vt si x. quę mihi debes, lego illi: vel x. quæ ille mihi dēt, tibi lego. si debent, in vtroq; casu actionē cedere tenet hēs: vt s. eod. l. si dānatus. & s. de leg. 1. l. non quocunq;. §. qui Caiū. & l. si sic. §. 1. in fi. Si vero non debentur, nihil est in legato. & est ratio differētiæ inter primum, & duos vltimos: quia primo casu intelligendus est testator ad dandum obligare hēdē apponē do verbū id scilicet debeo. 1 qd si verū est, hēdi dandi necessitas incūbit. In alijs vero duobus nō est intelligendus hēdi iniūgere, vt det. q si verū sit qd debet, nō ad dandum, sed ad faciendum tenetur hēs, id est, ad cedendam actionem, quam habet. si ergo habet actionem, eam cedit: si non, nullam cedit: quia non potest. Est & alius casus, qui licet à glossatoribus sit relictus, à Paulo tū non est omissus, qui est difficilior alijs: vt si dicam, Lego tibi x. quæ mihi debes. Dicit enim Paulus, & si debetur, liberari debitor debet: si non debetur, x. sunt i legato: quod falsum est, vt j. ipse Paulus postea dixit, vt hac l. §. quod si etiā cētū. & §. quod si nihil. & §. sed poterit. Sed quære aliud hic dictum, quam i duobus superioribus casibus: quia & in hoc casu si debet, non tenetur heres ad dandū, sed ad liberandum? Sed certè hæc liberatio siue remissio, datio est: vt s. de cōdi. ob causam. l. si mulier. Item inducit compensationē: vt s. de compensatio. per totum. Item facit videri totū remissum etiā inopinatæ: vt j. ad leg. Falc. l. quæ rebatur. Sed cessio actionis, nō est datio pecuniæ. nec p collatione habetur: cum euētus iudicij possit esse incertus, nisi in casu vt s. de pecu. leg. l. quod debetur. vbi vero quātitas non exprimitur, in omni casu, quod, vel quæ pro conditione seruatē vt s. titu. 1. l. Quintus Mutius. nisi verba præteriti temporis, non præsentis ponātur in legato: vt si dicam, Quod debuisti, vel quod debuit: & tunc distingues, vt j. eod. l. creditor. Roger. Azo. Hugo.

1 Verbum debeo, pro latum a te

TVtor. CASVS. Titius administrauit tutelam Seij, fecit testamentum, & instituit sibi hæredes Caium, & Sempronium, & legauit dicto pupillo tertiā partem bonorum suorum sub cōditione, si hæredibus suis testatoris non fecerit controuersiam causa tutelæ: sed eo nomine eos liberauerit. & postea decessit dictus Titius, & postea pupillus accepit dictum legatū. nunquid amodo potest idem pupillus petere à dictis hæredibus tutoris ea, quæ peruenerunt ad tutorem ex dicta tutela? Et dicitur q obstat ei doli exceptio, nisi sit paratus reddere dictis hæredibus dictum legatum, & super hoc petat in integ. resti. Viuia.
l Alijs. Quàm pupillo.
m Tertiam. Quod legatum valet: vt s. de lega. 1. l. nō amplius. §. 1.
n Si hæredibus. Id est sub hac condition e.

Ex

suis tutelæ causa controuersiam non fecerit, sed eo nomine omnes liberauerit, pupillus legatũ ꝑtulit, & postea nihilominus petit quicquid ex distractione, aliave causa ad tutorem suũ ex tutela peruenerit. Quæro, an verbis testamenti ab his exactionibus excludatur? Respondi: si prius, quàm conditioni pareret, fideicõmissum percepisset, & pergeret petere id, in quo contra conditionẽ faceret: doli mali exceptionem obstaturã: nisi paratus esset, quod ex causa fideicommissi percepisset, reddere. qđ ei ætatis beneficio indulgendum est.

Aliquando dicitur quis legatarius propter spem, licet non propter rem. Bar.

Triphoni. lib. viij. disputatio. XXVIII.

VIdeamus, si ei, cum quo de peculio actio erat, liberatio testamento legata sit; an si die, quo legata cedere solent, nihil in peculio sit, legatarij loco habeat. Atqui nondum debitor fuit, nec ꝓcedit, vt emolumentum aliquod ex legato ad eum perueniat; nisi propter spem futuri peculij. Nunquid ergo ĩ pendẽti sit, an legatarius fuerit, ꝑinde atq; si qua alia causa spem legati dubiam faceret? Quod magis est.

Effectus liberationis relictæ pupillis non extenditur ad tutorem. Bar.

Scæuola libr. xvj. Digestorum. XXIX.

AVrelius Symphorus fideiusserat pro tutore quodam: & decedens eiusdem pupillis legauit in hæc verba, Arellio Latino, & Arellio felici singulis quina, cùm quis eorum xiiij. annorum fuerit: ad quod tempus præstari eis volo singulis alimentorum nomine menstruos denarios senos, & vestiarij nomine annuos denarios xxv. quo legato contenti esse debetis: quãdo tutela vestra nõ minimo damno rationem meam affixerit. à vobis autẽ hæredes mei peto, ne qđ ex ratione tutelæ ab his exigere, vel ob hoc legata eorum retinere velitis. Quæsitum est, si hæres eius ex causa fideiussionis aliquid præstiterit: an ab hærede filiorum eius, pro quo fideiusserat, repetere possit? Respondit, verbis, quæ proponerentur, id solum videri hæredum fideicommissum, ne exigerent: quod ex ratione tutelæ, quam ipse Symphorus administrauerat, ab Arellijs

a Ex distractione. Rerum pupillarium.
b Pareret. Id est, tutoris hæredes liberasset ab actione tutelæ. Azo.
c Indulgendum est. Vt ſ. de min. l. ait prætor. in fi. & l. & si sine. in prin. & l. si minor xxv. ann. §. seruum. & C. de fideic. lib. l. deberi. & ſ. de do. except. l. si. in fi. & ſ. de acq. hær. l. necessarijs. & ſ. de ijs quib. vt indig. l. 5. §. amittere.

Videamus. CASVS. Filius meus cum Titio cõtraxit, & obligauit se ei in centum, & ita ego pr̃ teneor dicto Titio de peculio dicti filij mei. dictus autẽ Titius fecit testm̃, & mihi liberationem legauit. tempore autem mortis eiusdem Titij, id est, tempore, quo cedit dies legatorum, nihil erat ĩ peculio dicti mei filij. vnde quæritur, an debeat haberi loco legatarij? & videtur ꝙ non: quia nondũ debitor sum ego pr̃. tunc enĩ incipio esse debitor, cũ aliqd incipit esse in peculio. si non sum debitor, ergo non habeo emolumẽtum ꝓp legatũ liberationis. ergo non valet legatũ: sed verius ẽ, vt sit in pendenti, an sit legatarius liberationis donec aliqd esse cœperit ĩ peculio filij mei. V.

d Legata sit. A creditore.
e Solent. Mortis testatoris hodie: vt C. de cadu. tollen. §. cum igitur.
f Quod magis est. Et facit ſ. eod. l. si quis reum. §. idem Iulianus.

AVrelius. CASVS. Titius fuit datus tutor Aurelio Latino, & Aurelio Felici & Aurelius Symphorinus fideiussit pro eo tutore rem pup. sal. fore. & decedẽs dictus fideiussor instituit sibi hr̃des Caium, & Semproniũ, & dictis pupillis legauit per talia verba, Aurelio Latino, & Aurelio Felici lego cuilibet eorum quina, cum vnusquisque eorũ fuerit quatuordecim annorũ: vsque ad quod tẽpus præstare volo eis singulis hr̃des meos nomine alimentorũ senos denarios omni mense, & nomine vestiarij viginti quinque denarios omni anno: & postea ità dixit idem fideiussor testator: quo legato contenti esse debetis vos pupilli, ideo quoniam tutela vestra afflixit rationem meam non minimo damno. nam impẽdi multa circa tutelam vestram. à vobis autem hæredes mei peto, ne quid velitis exigere à dictis pupillis meis ex ratione tutelæ, vel legatum eorũ retinere ob hoc, quia impendi ĩ res eorum, & postea decessit dictus testator, idemque fideiussor testatoris. postea ꝓpter malam gestionem tutoris hæres siue hæredes dicti fideiussoris fuerunt cõdemnati pupillis ĩ centũ, & soluerunt dicta c. nunquid poterunt repetere ab hærede dicti tutoris? Et dicitur quòd sic. nam id solum videtur commisisse fideiussor fidei hęredum suorum ne exigerẽt à dictis pupillis id, quod ratione tutelæ eorũ, quã ipse Symphorinus fideiussor administrauerat sibi Symphorino debeãtur: non autem videtur commisisse fidei eorum hæredũ suorum, ne mandati agerent cõtra tutorem, vel eius hæredes. Vivia.

g Fideiusserat. Apud pupillos, vel apud alios.
h Quodam. Rem pupilli saluam fore, quod fieri dẽt: vt Instit. de satisd. tuto. §. 1.
i Eiusdem. Scilicet tutoris.
k Quina. Id est, decem. vt ſ. de leg. 1. l. si quis testamento. & ibi. lego. Acc.
l Ad quod. Id est, vsque ad quod tempus.
m Debetis. Transit de tertia persona ad secundam.
n Affixerit. Impẽderat enim Aurelius multa in res illorum pupillorũ. Accur.
o Ab his. Scilicet pupillis ea quæ impendi.
p Velitis. Quasi dicat non exigatis impensas à pupillis, nec legata eis retineantur propter dictas impẽsas.
q Filiorum eius. Scilicet tutoris.
r Ab Arellijs. Id est, à pupillis. vterq; enim sic vocabatur, quasi dicat, non prohibetur agere mandati contra tutorem, vel eius hæredem, vt hic: sed negotiorum gestorum

P. Flor. prætulit.

In P. F. desunt hæc, quod magis est.

In P. F. eisdem pupillis.

In P. Fl. vel ab hoc legato eorum &c.

geſtorum contra pupillos pro impenſis: vt ī.proxim.

Teſtamento. CASVS. Titius fecit teſtm, & in eo debitoribus ſuis liberationem reliquit, & poſtea incidit linum, quo ligatum erat teſtm: & ita fuit ruptum teſtamentum. & poſtea duobus de dictis debitoribus, quibus liberationẽ legauerat, mutuauit centũ, & poſtea legit dictum teſtamentum, & pœnituit quod ruperat illud: vnde & fecit ſecundum teſtm, in quo repetijt legata his verbis, quibuſcũque dedi legata ĩ teſtamẽto meo quod incideram, volo omnia rata eſſe & poſtea deceſſit: & poſtea ex ſecundo teſtamento liberatione relicta adita fuit eius hæreditas. nunc quærit an dicti duo debitores, quibus priore teſtamento liberatio relicta erat, conſequi poſſint, vt eius quãtitatis nomine, quã poſt primum teſtamentum, & ante ſecundũ debere cœperunt, liberarent, & ſi ab his hẽdes petere cœperint, an doli exceptione ſubmouerent? Et dicit ꝙ non liberantur ab eo, quod mutuatum eſt poſt primũ teſtamẽtum: ſed ab eo tantum, quod debebat tempore primi teſtamẽti. & facit ī.proxim.§.qui eſt planiſſimus. V.

[a] Lino. Id eſt, chordula de lino, quo erat ligatũ, per quod rum pit teſtm: vt C. de teſta.l.noſtram.

[b] Repetijt. Per hãc repetitionẽ petetur liberatio eorũ, quæ debebantur tẽpore primi teſtamẽti: nõ vt ex illo, ſed vt ex ſecũdo: vt Inſt.qui. mod. teſta. infir.§. poſteriori. non aũt eorum, quæ poſt teſtamentũ cœperũt deberi: vt hic dicit. & facit ad iſtũ §.ī. proxi. & ī. de trit. lega.l.ſi quis.§.itẽ. & de aur. & arg. le. l.ſi ita. & l.medico. in prin. & ī.de leg. 3.l.vxori. §.1. & l. nomen. § 1. & l. vxor.§.teſtamẽto.&

[*] Alias quæq;.

ſibi deberetur.

Legatum liberationis ad debitum tempore teſtamenti reſtringitur, nec ad poſt contractum extenditur. Bar.

Teſtamento facto debitoribus liberationẽ reliquerat: poſt inciſo lino, [a] & recognito teſtamento, aliud teſtamentum fecit, in quo repetijt [b] legatũ his verbis: Quibuſcunque legata in eo teſtamento, quod incideram, dedi: omnia rata eſſe, & quæque [*] ſcripta ſunt, volo. Quæſitum eſt adita ex ſequente teſtamento hæreditate, an debitores, quibus priore teſtamento liberatio relicta erat, conſequi poſſint, vt etiam eius quantitatis nomine, quam poſt prius teſtamentum debere cœperant, liberarentur? & ſi ab his hæredes petere cœperint, an doli mali exceptione ſubmoueantur? Reſpondit, non liberari. Titius Seio debitori ſuo ita legauit: Do, lego Seio denarios decem: item dono illi, quicquid ſortis, & vſurarum nomine mihi debebat. prætereа generaliter damnauit hæredes, fideiq; eorum commiſit, vti darent, reſtituerent vnicuique, quicquid ei legaſſet. poſtea Seius aliam prætерea pecuniam à Titio mutuatus eſt. Quæro, an hæc quoque pecunia, quæ poſt teſtamentum factum data eſt Seio, legata intelligatur? Reſpondit, cum in præteritum tempus verba collata

ī.eod.l.fin.§.fin.argu.ī.de ali.leg. l.Mela.§.ſed & ſi alimento. & ī.eod.l.legatum.

[c] Credendum. Debitum ſubaudi. & facit ī.proxi.§. cum concor. & de leg.2. l.his verbis.

Titius teſtõ. CASVS. Seius emancipauit filium ſuum impuberem, & ita l.12.tab.effectus eſt legitimus eius tutor. poſtea dictus filius adult' factus fecit teſtm, & filios ſuos ſibi hęredes inſtituit: & poſtea ita locutus eſt, Seium patrẽ meum liberatum eſſe volo ab actione tutelæ, & deceſſit. nunc quæritur quomodo dicta verba teſtatoris debeant accipi. id eſt, an pecunias, quas ex venditionibus rerũ factis, aut ex nominibus exactis in ſuos vſus pater cõuertit, vel nomine ſuo fœnerauit debeat reddere dictis filijs, & hæredibus teſtõris, qui ſunt nepotes ei' tutoris? Rñ. ꝙ is iudex, cuius notio ẽ, qd eſſe dẽat ſuper hoc æſtimabit: ſed in dubio oĩa pr̃i videñ cõceſſa, & remiſſa, niſi filij teſtatoris ꝓbẽt eũ aliud ſenſiſſe. & hoc eſt ſpãle in pr̃e teſtatoris, ſecus in alijs: vt ī.§.proxi.q eſt planiſſimus. V.

[d] Teſtõ facto. Ex l.12.tab. vt Inſti.de leg.patẽ. tutela. A.

[e] Præſumptio. Scilicet legatarij charitas, & neceſſitudo facit itelligi contra conſuetũ modũ: ut & ī.de le.2.l.ſi ſeruus plurĩũ. §.fin.& ī.de cõd. & dem.l. cũ tale.in prin.& l. cũ avus. & C.de inſti.& ſubſti.l.gñaliter.§.6.& C.de cura.fur.l.1.in prin. & ī.de rit.nupt.l. nõ ſolũ.§ ſ nuo.& ſic oõ ẽ cõtra.ī.e. l.Aurelio.§.Caius. & ī.,pa.§.ga hic ẽ ſpãle fauore paternæ pietatis, & ẽ ſic ī.d exc.do.l.pr̃.§.j.

[f] Ex tutoribus. Alias ex hr̃dib. & ī. eſt liberare. & alias executorib. & ī. eſt liberari. & ẽ bona.

[g] Pupillæ.

proponerentur, non eſſe poſterius credendum [c] legatum.

Generalis liberatio patri relicta, continet liberationẽ reliquorum: ſecus in extraneo. Bar.

Titius teſtamento facto, [d] & filijs hæredibus inſtitutis, de patre tutore ſuo quõdam facto ita locutus eſt: Seium patrem meum liberatum eſſe volo ab actione tutelæ: Quæro hæc verba quatenus accipi debeãt? id eſt, an pecunias, quas vel ex venditionibus rerum factis, aut ex nominibus exactis in ſuos uſus conuertit, vel nomine ſuo fœnerauit, filijs, & hæredibus teſtatoris, & nepotibus ſuis debeat reddere? Reſpondit, eũ cuius notio eſt, æſtimaturum. Præſumptio [e] enim propter naturalem affectum [†] facit omnia patri videri conceſſa: niſi aliud ſenſiſſe teſtatorẽ ab hęredibus eius adprobaretur.

In generali liberatione non videntur remiſſa ea, quæ poſſunt vindicari. Bar.

Mæuia teſtamento ſuo alterum [*] ex tutoribus [f] ſuis actione tutelæ voluit liberare, his verbis: rationem tutelæ, quam egit Iulius Paulus cum Antiſtio Cicerone, poſci ab eo nolo, eoque nomine [*] cura omni liberatum eſſe volo. quæro, an ſi qua pecunia ex tutela apud eũ remãſit, peti ab eo poſſit? Reſpondit, nihil proponi, cur pecunia

[†] Ad hãc ſententiã pertinent memorabilia exẽpla, quę refert Vale. Maxi. lib. 5. cap. 4.

[*] In P.F. ex hæredibus.

[*] In P.F. cauſa oĩ.

a Pupillæ. Quondam. secus si debita. hic ergo non vt tutor, sed vt quilibet possessor conuenitur rei vendicatione. facit ĩ. l. fin. §. Titia. & C. de transact. l. sub prætextu. §. error. sed princ. l. illius est arg. contra.

Non solùm autem legata, sed & fideicommissa adimi possunt, & quidem nuda [a] voluntate. Vnde quæritur, an etiam inimicitijs iterpositis fideicommissum non debeatur? Et si quidem capitales, vel grauissimæ inimicitiæ itercesserint, ademptum [b] videtur, qđ relictum est. si autem leuis [c] offensa: manet fideicommissum. Secundum hoc & in legato [d] tractamus, doli mali exceptione opposita. [e]

Idem lib. xxxiij. ad Sabinum. IIII.

QVòd si iterum [f] in amicitiã redierit, & pœnituerit testatorẽ prioris offensæ: legatum, vel fideicommissum relictum redintegratur. † Ambulatoria [g] enim est † voluntas defuncti vsque ad vitæ supremũ exitũ.

Caius libr. ij. ad edictum Vrba. V.

SIcut adimi legatum potest, ita & ad alium transferri: [h] veluti hoc modo, Quod Titio legaui, id Seio do lego. quæ res in persona Titij tacitã ademptionẽ [i] cõtinet.

Paulus lib. v. ad leg. Iul. & Papiam. VI.

TRanslatio legati fit quatuor modis: aut enim à persona [k] in personam transfertur: aut ab eo, qui dare iussus est,

bat quod non legabat, nec adscripserat.

[a] Nuda. Id est, tacita. & sic nuda: à verbis, vt s. de aur. & argen. lega. l. 3. in fi. & l. 4. nimirum etiam relictum quandoq; præsumit: vt s. de pecu. leg. l. denique. §. interdum. Vel dic nuda, s. à solennitate. voluntas enim fuit expressa. secus tamen videtur in hæredis institutione: vt C. de testam. l. hac consultissima. §. si quis autem. & s. de iniusto testa. l. 2. & Insti. qui. mod. test. infir. §. ex eo. & j. eod. l. ex parte. Sed contra videtur etiã in hæredis institutione: vt j. de his qui. vt indi. l. cum quidam. & C. de testa. l. nostrã. & de his qui. vt indig. l. hæreditas. & s. de acquiren. hæredi. l. Claudius. quæ vix possunt ad concordiam reuocari. Sed dic legata reuocantur tacita voluntate præsumpta priori voluntati cõtraria. hæredis verò institutio nõ: vt j. eo. l. ex parte. Item legata contraria voluntate, & expressa etiã non solenni reuocantur: hǽdis vero institutio (quæ magis quam legata solennis est) nõ sic reuocatur sola voluntate cõtraria, & expressa: imò factũ defuncti interueniri oportet linũ cõcidendo, vel testamentũ disrũpẽdo: & tunc ipso iure rumpitur. vel solennitate plena: & tunc similiter ipso iure rũpitur. vel semiplena: & tunc non rumpitur ipso iure, sed hæreditas quasi ab indigno aufertur. Nec est contra j. eod. l. ex parte: quia licet instituisset aliud facere testamentum, non tamen fecit. Si ergo dicas non habebis, quoniam institui hæredem meum sine aliqua, vel minus plena voluntate: quis ergo habebit? Respon. ille, quem institui in priora voluntate, & solenni: nisi hæredem indignum nominem: vt s. de mili. testa. l. miles. §. veterani. & C. de his qui, vt indig. l. hæreditas. Azo.

[b] Ademptum. Tacitè: vt j. de his qui. vt indig. l. si inimicitiæ. sed aliud in institutione hæredis: vt j. eo. l. ex parte. quæ non sic facile, vt fideicommissum reuocatur: vt s. l. proxi. notatur. Accur.

[c] Leuis. Similis est distinctio in teste: vt authen. de test. §. si uerò odiosus.

[d] Et in legato. Nõ solum in fideicommisso, quæ olim differebant, hodie non. ut s. de leg. 1. l. 1. distingue ergo in eo sit grauis, vel lenis inimicitia.

[e] Opposita. Non ergo ipso iure: vt j. de excep. do. l. apud. §. præterea. & facit s. de lega. 3. l. si iure facto testamento. Sed arg. contra. C. de lib. & eo. lib. l. 2. Acc.

[f] QVod si iterum. Facit s. de legat. 2. l. antepen. §. Lucius. & de leg. 3. l. si chorus. §. pen. & fin.

[g] Ambulatoria. Vt & s. de don. inter vir. & vxor. l. tũ hic status. §. ait oratio.

SIcut adimi. CASVS. Sicut illi cui legaui, possum legatũ adimere: vt dictũ est s. eo. l. 3. §. si quis plus. vsque huc. ita etiam & ad alium possum dictum legatũ transferre hoc modo, quod Titio legaui, id do lego Seio: quæ trãslatio facta in Seium continet tacitam ademptionem in psona dicti Titij. pōt autẽ fieri translatio quatuor modis: aut enim à persona in personam trãsfertur, de qua iam dictũ est. aut ab eo hærede qui dare iussus est, transfertur: ut alius puta cohæres det, aut cum res pro re datur: vt pro fundo legato dantur decẽ aurei. aut quod purè datũ, siue legatũ est transfertur sub conditione. quod autem dixi in secũdo modo trãslationis, dixerũt quidã nõ esse verũ, imò dixerunt quidã qđ primus, & secũdus hæres sunt duo rei insolidum: sed verius est, s. qp si tadẽ prum; quia primus hæres non teneatur, vt dixi: nam cũ dico, quod Titium dare damnaui, Seius damnas esto dare: videor dicere ne Titius det. Item qđ dixi in tertio modo translationis dixerunt quidã non esse verum: Imo dixerunt nõ esse ademptum prius legatum. sed quod dixi, verius est, s. vt sit ademptum, quia nouissima voluntas debet seruari. quod aũt dixi in quarto modo translationis, ita verũ est, si conditio sequẽs extiterit: nisi expresse appareat testatorem hoc animo fuisse, vt omnimodo putauerit à primo legato recessum. nam tunc à primo legatario purè erit legatum ademptũ per translationem in aliũ sub conditione factam, licet adhuc non extiterit conditio. & ideo si viuo me testatore qui omnimodo volui recedere à primo legatario, cui purè legaueram, p secundum conditionalẽ, mortuus fuit is cõditionalis: non p hoc magis pertinebit legatum ad primum legatarium purum. & dicit hoc cum tribus ll. seq. Viuia.

[h] Transferri. Vt Insti. eo. in prin. Accur.

[i] Ademptionem. Pro parte secundũ quosdam, ne sit contra, insti. de leg. §. si eadem res. [a] Vel distingue, vt dicitur s. de leg. 1. l. si pluribus. & l. planè. §. primo, in princip.

ADDITIO. Ad euidentiam istius glo. dic secũdum Bar. qp ibi in d. §. si eadem res, legatur secũdo sine commemoratione primi legati, hic verò secũdum legatum fit sub commemoratione primi. hoc probatur in l. nam ad ea. j. de condit. & demon.

[k] TRãslatio. A persona onerata. Et not. qp hoc casu ẽt si seruus nõ est capax: tñ primo ademptũ est: vt j. eod. l. & si trãsferã. & s. de leg. 1. l. planè. I pri.

† Redintegrari qđ significet Mandosi. de Monito. quæst. 31. nu. 12.

† Voluntas defuncti est ambulatoria vsque ad mortẽ. cõ cor. ea. cũ Marthæ. extra de celebr. miss. & 22. q. 2. ca. vlt.

[a] Alcia. in commen. ad l. triplici. in ver. ex parte, de ver. signi. & li. 7. parer. c. 8. pulchrè conciliat hæc iura quæ in speciem dissidere videntur.

a Nam cum. benedico ademptum, nam &c.
b Nouissima. Sic C. de pact. l. pacta nouissima. & ī. eo. l. nihil prohibet. & s. de leg. j. l. si mihi. §. in legatis. & ī. de adi. leg. l. Mela. §. sed & si.
c Quod si legatum est. Scilicet prius. Si autem primo sub conditione purè transfertur, intelligitur conditio repetita: nisi conditio cohæreat primę personę: ut ī. eo. l. legatum sub conditione. & facit C. de leg. l. datum.
d Non plenè. Quod enim sub conditione adimitur, tale est ac si sub contraria cōditione legatum sit: vt ī. quando di. lega. ce. l. quod purè. & s. si cert. pet. l. pecuniam. Azo. & facit infra eodem, l. si legatum pure. & l. rem legatam.

In P. Fl. ut alijs de tus.

Cum centum. CASVS. Titius fecit testamentum, & ieo legauit Seio purè cētum, & postea eidē Seio in eodē testamēto reliquit similiter centum sub cōditione, si nauis ex Asia venerit, & decessit. Certè si testator uoluit hāc summā sub conditione legatam esse quasi aliā a prima, statim debētur Seio e. quæ purè ei relicta sunt. & illud quod sub dicta conditione est ei adscriptū debebitur ei, si conditio extiterit. Si autē eādem summā, quam primo ei legauerat, mutata voluntate sub conditione ei reliquit, non debebuntur ei nisi centum sub cō ditione, quia hoc casu pura datio est effecta conditionalis. Quid ergo si in eodem testamento, in quo centum ei legauerat, postea eidem quinquaginta reliquit. Certè si quidem alia uoluit esse hæc quinquaginta, centum quinquaginta debentur ei. si vero l. solum deberi uoluit, l. tantum ei debebuntur. & omnia quæ dixi i testamento, habent locum in codicillis. Vin.

P. Fl. datum.

e Quum centum quæ potest esse simplex relatio, & nō simplex. Accursius.

trāsfertur, [c] vt alius det, aut cum res pro re datur: vt pro fundo decem aurei: aut quod purè datum est, transfertur sub conditione. Sed si id, quod a Titio dedi, a Mæuio dem: quamuis soleant esse duo eiusdem rei debitores, tamen verius est hoc casu ademptum esse legatum. Nam [a] cùm dico, Quod Titium dare damnaui, Seius dare damnas esto: videor dicere, ne Titius det. Item si pro fundo decem legentur: quidam putant, non esse ademptum prius legatum: sed verius est, ademptum esse. Nouissima [b] enim voluntas seruatur.

Vlpianus lib. xxiiij. ad Sabinum. VII.

Quòd si alij legetur sub conditione, quod alij purè legatum [c] est: [e] non plenè [d] recessum videtur a primo, sed ita demum, si conditio sequentis extiterit. ceterùm si hoc animo fuerit testator, vt omnimodo recessum a primo putauerit: dicendum erit, a primo ademptum legatum.

Iulianus libro xxxij. digestorum. VIII.

Et ideo si viuo testatore mortuus fuerit is, in quem translatum legatum fuerit: nihilo magis ad eum, a quo translatum fuit, pertinebit.

f Videbitur. Sed quid in dubio? Res. secundum Azo. distinguitur eadem scriptura, vel alia: vt ī. proxi. §. no.
g Tantum deberi voluerit. Quod præsumitur si in eodem testamento, vel codicillis eisdem hæc legata reliquit, vt s. de supel. legata. l. legata. l prin. & s. de le. j. l. planè. §. sed si nō. secus si in alijs: vt s. de proba. l. quinquaginta. & de alimen. & ci. le. l. libertis. & s. de fund. instr. l. Seiæ. & s. tit. j. l. Aurelius. §. testamēto ita. R. vel dic, vt ibi dixi in l. illa planè. de lega. j. Accur.

Si quantitas bis relinquatur, bis debetur: nisi animo adimendi secunda voluntas fuit expressa. Bar.

Vlpianus lib. v. disputationum. IX.

Cum centum, quæ [e] qs purè reliquit, cō ditione adiecta iterum eidem legauit: si quidem quasi aliam hanc summā esse voluit: & quod purè relictum est, statim debebitur: & quod sub conditione adscriptum est, si conditio extiterit. Quod si eandem summam mutata voluntate sub conditione reliquit, pura datio conditionalis effecta videbitur. [f] Quare si in eodē testamento, in quo cētū adscripserat, postea quinquaginta reliquerit; si quidem alia voluit esse hæc quinquaginta: centum quinquaginta debebuntur. sin verò quinquaginta tantum deberi voluerit, [g] quinquaginta tātùm debebuntur. idem est & si in codicillis id fuerit factum.

Si legatum. CASVS. Legaui centum Titio purè: & postea ademi eadem ei sub conditione, & postea decessi. & postea pendente dicta conditione dictus Titius decessit: & postea defecit dicta conditio sub qua ademi ei legatum. nunquid pertinet ad hæredem Titij dictum legatum? Et dicitur quod non. & est ratio, quia legatum sub conditione ademptum videtur datum sub contraria cōditione, id est, si defecerit conditio, sub qua fuerit ademptum: ergo videtur datum sub cō ditione. si ergo pendente cōditione cōtraria decessit legatarius, non trāsit ad hæredē eius: vt no. s. de le. j. l. iij. Quod si ita. Seius legauit ita, Titio hęres meus x. dato. & si Titio non dederit eadem x. Sempronio dato. & postea Titius decessit ante testatorem, & ita ante diē legati cedentē. certè poterit Sempronius petere dicta x. debebit enim intelligi trāslatum legatū in Sēproniū. Vi.

Iulianus lib. xxxvij digestorum. X.

Si legatum purè datū Titio, adimatur sub conditione, & pendente conditione Titius decesserit: quamuis conditio defecerit, ad hæredem Titij [h] legatum non pertinebit. Nam legatum cū sub conditione adimitur, [i] perinde est, ac si sub cō traria conditione datum fuisset.

h Ad hæredem Titij. id est, omnino à primo legato recessum est ad tempus: vt s. de cōdi. Insti. l. Iulianus. § vbi aūt. & supra de constit. pecu. l. illud. ij. rñ. Azo. & facit s. de leg. j. l. si post mortem. §. fi. Accur.
i Adimitur. Hæc ademptio cōtinet in se tacitam dationem

nem sub contraria conditione: vt hic, & ī. si cer. peta. l. pecuniam. & j. quando dies leg. ce. l. quod purè. quod enim tacitè agitur, pro cauto, id est, expresso habendū est: vt ī. si cer. peta. l. quidam. & facit ī. eo. l. quod si alij. & de in diem addi. l. 2. Sed arg. contra j. pro empto. l. 2. §. si in diem. Accur.

ADDITIO. Sol. secundum Bart. hic. quod aliud est in cō tractibus: aliud in vltimis voluntatibus: nam in contractib' resolutio conditionalis non facit conditionalem primum contractum: sed in vltimis voluntatibus sic: vt nota. in l. cōtraria. sed plenius in l. 2. §. j. de in diē addic. in glos. ma. & in l. quibus diebus. §. quidam Titio. de cond. & demon.

a Diem. Scilicet cedentem, & facit ī. l. 3. §. j. & §. sed & cū quis. & sup. proxi. respon.

Quòd si ita legatum est, Titio decem hæres meus dato: si Titio non dederit, eadem decē Sempronio dato: si moriatur Titius ante diem [a] legati, Sempronius legatum vtiliter petet: translatum enim legatum intelligi debebit.

Idem libro liiij. digestorum. XI.

QVi hominem legat, & Stichū adimit: nō perimit [b] legatum, sed extenuat.

Vlpianus libro I. ad Sabinum. XII.

VT Stichum [c] legatarius eligere non possit. [d]

In adimendo id, quod à testatore conceditur, verbis testatoris statur. Bar.

Martianus libro vj. institu. XIII.

DIui Seuerus, & Antoninus rescripserunt: cùm testator postrema scriptura, quapiā [e] ratione motus pessimum libertum esse adie-

Q Vi hominem. CASVS. Legaui tibi hominem in genere, & ita habes electionem, quem de seruis meis eligas, & postea ademi tibi Stichum, qui erat vnus de seruis meis. certè non videor perimere legatum, sed extenuare: vt scilicet dictum Stichum eligere non possis, sed vnum de alijs quem volueris. & hoc dicit eum l. seq. Viuia.

b Non perimit. Contra supra tit. j. l. non solum. §. primo. sed ibi alternatiuè, hic in genere. Accur sius.

• P. Flor. Quaqua.

c VT Stichum. Alias lex, aliàs non est lex.

d Non possit. Ergo à contrario, alias legatarius generis habet electionem: vt not. instit. de lega. §. si generaliter. & ī. de pact. l. si vnus. §. sed si generaliter. & ī. de opti. leg. l. hominem.

DIui Seuerus. CASVS. Instituit mihi hæredē Titium & legaui plura liberto meo, & postea aliqua ratione motus ego adieci dictū meum libertū esse pessimum. Certè videor ei ademisse priora legata. Viuia.

e Quapiam. Id est, aliqua.

f Ei. Liberto: vt j. cod. l. libertus. & C. de his qui. vt indig. l. hæreditas. Sed arg. contra ī. ad Sylla. l. 3. §. j.

ADDITIO. Dic secundum Bart. qd hic testator volebat solum auferre beneficium a se concessum: ibi vero volebat pœnam imponere.

LEgata. CASVS. Instituit mihi hæredē Titiū: & seruo suo purè centum legaui, & ita inutile fuit legatum. & postea seruo ademi dictū inutile legatum sub cōditione si nauis ex Asia venerit: & postea decessi: & postea defecit dicta conditio ademptionis, nunquid, ꝑpter hoc confirmatum est dictum inutile legatū? Et vi

cisset: ea, quæ priore scriptura ei [f] relicta fuerāt, adempta videri.

Quæ inducuntur ad diminutionem non important augmentū. Bart.

Florentinus libro j. institu. XIIII.

LEgata inutiliter data, ademptione non confirmantur: veluti seruo [g] à domino hærede instituto purè legatum, si sub conditione adimatur. Nam purè [h] legatum si sub conditione adimatur, sub contraria conditione datum [i] intelligitur: & ideo confirmatur: [k] ademptio [l] autem quò minus, non quò magis legatum debeatur, interuenit. [m]

Quibus ex causis datio legati inutilis est, ex eisdem causis etiam ademptio inefficax habetur. [n] veluti si viam pro parte adimas, [o] aut pro parte liberum esse vetes. [p]

Legatum extinctum alienatione non restauratur, nisi de nouo probetur. Bar.

* P. Fl. Veluti si dño hærede instituto seruo purè legatum.

detur quod sic: quia si legatū purè adimatur, sub conditione, solet intelligi datū sub cōtraria cōditione. Dicit ergo inutile legatum videtur propter hoc cōfirmari. i. quia fuit ademptum sub conditione, & conditio nō ex titit: tamen dicitur hic quòd non est verū: quia ademptio solet interueni re ad hoc vt non debeatur legatum primo datum, & non ad hoc vt debeatur, cum ergo ponatur ademptio ad perimendum legatum quod valet, quomodo potest intelligi vt dicta ademptio confirmet, & faciat conualescere legatum quod nō valet? Certè non esset bonus intellectus.

Quibus ex causis. Si legaui tibi viam pro parte ad fundum meum, nō valet legatum: vt ī. de legatis secundo. l. cū filius in princ. Item si pro parte do libertatē seruo meo non valet, scilicet, vt pro parte sit liber, & pro parte remaneat seruus: vt ī. ā lib. cau. l. i duob'. & sicut nō valet in dictis casibus legatum, ita nec in eis ualet ademptio: puta si lego tibi uiam: & postea pro parte adimo: uel si lego libertatē suo meo, & postea pro parte adimo. Viuia.

g Si seruo. Instituit Titium: & ab eo seruo eius legauit, non ualet relictum: vt In stit. de leg. §. an seruo. & §. econtrario.

h Nam purè. Meritò hoc ita dixit, quia quibusdam uidebatur secus tali ratione, nam &c.

i Datum. Id est, non ademptum. Roge.

k Confirmatur. Ratione mera: aut certè ironicè loquitur, secundum Roge.

l Ademptio. Remouet quod confirmetur legatum ratione supra dicta, secundum Roge.

m Interuenerit. No. spectandū fore quare aliquid fiat. sic ī. tit. j. l. Autelius. §. testamento ita. & de fun. instr. l. si mancipia. in prin. & infra de cond. & demō. l. eū ta le. §. fi. & ad legē Fal. l. in ratione. §. cum quidam. & de ope. no. nun tia. l. j. §. inde quæritur. & j. de ma. testa. l. Titia. §. Lucius. & facit ī. e. l. si legatū. Item facit ī. de hære. in sti. l. ex facto etiam. & l. si ibeius.

n Habetur. Et econtra vbi legatum vtile, & adēptio utilis est: ut ī. e. l. si seruo. & l. si seruus.

o Adimas. Nam nec legari, nec adimi pro parte via potest: vt supra de seru. l. pro parte. §. pro parte. & de le. 2. l. cum filius in princip.

p Vetes. Si leges libertatem, & pro parte adimas: non valet. ad qd' infra de excep. rei iud. l. iudicatæ. In princ. & de libe. cau. l. duobus. Accur.

Paulus lib. ſingu. de aſsi. liberto. XV.

CVm ſeruus legatus à teſtatore, & alienatus, [a] rurſus redemptus ſit à teſtatore: non debetur legatario, oppoſita exceptione doli mali. Sanè ſi probet legatarius nouā voluntatem teſtatoris, nō ſabmouebitur. [b]

Idem libr. ſingul. de iure codicil. XVI.

NIhil intereſt, inducatur [c] quod ſcriptum eſt, an adimatur.

Celſus libro xxij. Digeſtorum. XVII.

NIhil ꝓhibet priorē ſcripturam poſteriorem corrigere, [d] commutare, reſcindere.

Alienatione voluntaria extinguitur legatum. Bart.

Modeſti. lib. viij. differentiarum. XVIII.

REm legatam ſi teſtator viuus alij donauerit, omnimodo extinguitur [e] legatum: nec diſtinguimus, verum ꝓpter neceſſitatem rei familiaris, [f] an mera voluntate donauerit: vt ſi neceſsitate donauerit, legatum debeatur: ſi nuda voluntate, nō debeatur hęc enim diſtinctio in donantis munificentiam non cadit, cum nemo in neceſsitatibus liberalis exiſtat. [g] †

Legatum ademptum ſimpliciter manet apud hæredem cum onere ſuo. Bart.

Idem libro xj. Reſponſorum. XIX.

† SI adimendo legatū, quod Męuio relictū ſit, fideicommiſſum ab eo datum defunctus reuocare noluit: hæredes ex cauſa fideicommiſsi conueniri poſſe, [h] rectè probari.

CVm ſeruus. CASVS. Legaui Titio ſeruum: & poſtea donaui eum Seio: & ſic extinctum eſt legatum vt ĩ. eod. l. rem legatā. & poſtea emi eum à dicto Seio, & poſtea deceſſi. & poſtea dictus Titius petit ab hærede meo dictum ſeruum. Certè poteſt hęres meus opponere ei exceptionē doli: niſi ꝓbet, quod ego ex noua voluntate volui eum habere dictū ſeruum. Viuianus.

[a] Et alienatus. Ex voluntate, ſcilicet donādo. vt ſ. eod. l. rem legatam.

[b] Non ſubmouebitur. Aliud eſſet, ſi liber eſſe iuſſus ſit: vt ĩ. de ma. teſta. l. verum eſt. quæ eſt cōtra. † Item facit contra infra de condi. & demon. l. filię. §. fi. & C. de remiſ. pig. l. fi. & l. de aur. & argen. leg. l. ſcribit. §. item.

NIhil. CASVS. Legaui Titio c. & poſtea cum pēna Iduxi verba legati. certè perinde eſt, ac ſi verbis ademiſſem ei legatum. & ita non habebit legatum Titius. Item ſcias quod prior teſtamenti ſcriptura corrigit quandoque poſteriorem, & quandoque commutat eam & quandoque reſcindit: quamuis quibuſdam hoc nō videretur. De primo da exemplum: vt quia teſtator dixit in princip. teſtamenti, ſi Titio centum legauero, nolo ei deberi niſi l. & ita innuit & ita videtur corrigere. De ſecūdo da exemplum: vt quia dixit in prin. teſtamēti, ſi Titio legauero, volo illud legatum dari Seio. & ita commutauit, ſiue tranſtulit in Seium: vt ſ. eo. l. tranſlatio. De tertio da exemplum, vt quia dixit in prin. teſtamēti, ſi Titio legauero, nolo ei aliquid deberi. & ita dicitur reſcindere eum ex toto tollit, & ita hoc dico per l. ſ. de leg. 3. l. ſi quis in princ. teſta. Alij ponunt, quod vltima ſcriptura corrigit primam & commutet, & reſcindat. ſed de illo non erat dubium. vnde prima poſitio mihi placet. h. d. cum l. ſeq. Viuia.

[c] Inducatur. Quod dic vt not. C. de teſt. l. noſtram. & ſ. de leg. j. l. ſi ita ſcriptum. & de his quæ I teſta. delē. l. j. §. & ideo. & l. 2. in prin. Item facit ſ. de peti. hęre. l. ſi quis liber. circa prin. & de iud. l. & poſt. §. j. Accurſius.

[d] NIhil. Corrigere. Corrigit vltima primam, cum addit, vel minuit. cōmutat, quando trāsfert. vt ſ. eo. l. tranſlatio. reſcindit, cū ex toto tollit: vt ſ. l. ꝓxi. & facit ſ. de ali. leg. l. Caio. & de legi. & ſenatuſcon. l. non eſt. & de codi. l. diui. §. licet. & C. de pact. l. pacta. Vel dic econtra, qđ prima quandoque corrigit vltimā, vel determinat: vt ſ. de leg. j. l. ſi mihi & tibi. §. fi. & de leg. 3. l. ſi quis. in princ. Sed contra ĩ. de reg. iur. l. vbi repugnantia. Sol. ibi neſcitur quod prius, & quod poſterius ſit factū: vel ibi eſt repugnātia ꝓpter ꝑplexitatem verborum: vt ſ. de condi. inſti. l. ſi Titius. Accur.

REm legatā. CASVS. Legaui Titio equū meum: & poſtea vendidi eum Seio: & poſteà deceſſi. nunquid dictus Titius poteſt equum prędictum ab hærede meo petere, vel eius æſtimationem? Et diſtinguitur, aut vēdidi Seio propter neceſſitatem rei meæ familiaris, aut mera mea ſpontanea voluntate. primo caſu poteſt Titius petere legatum: ſecundo non, præſumptione habita circa voluntatem teſtatoris in his duabus diuerſis reſponſionibus. ſecus ſi donaſſem equum dicto Seio poſtquam legaueram eum Titio: quia tunc omnimodo extinguitur legatum non inſpecta dicta diſtinctione. dicta enī diſtinctio nō cadit in munificentiam donantis: cum nemo dicatur liberalis in donādo, qui dat aliquid alicui ex neceſſitate & ita vna pars dictę diſtinctionis nō poteſt habere locū in donante: & ita merito nō habet locum prædicta diſtinctio in donatione.

[e] Extinguitur. Per exceptionē: nō ipſo iure: vt ſ. e. l. cū ſeruus.

[f] Rei familiaris. Et nō facit reſcindi venditionem talis neceſſitas: vt C. de reſcin. ven. l. non idcirco.

[g] Liberalis exiſtat. Quaſi dicat, qui dat aliquid ex neceſſitate, nō dicitur id donare: vt ſ. de donatio. inter vir. & vxo. l. ſi quis ꝓ. & C. de donati. l. nec ignorans. & ſ. de dona. l. donari. qſiq; tamē dicitur liberalitas, vel donatio etiā quæ neceſſario fit, ſed impropriè: vt C. de hęre. l. cognouimus. & ſ. de admi. tu. l. cū plures. §. in primis. & ſ. de tut. & ra. diſtra. l. ȷ. §. j. & ĩ. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuā. Vel dic nemo, &c. id eſt, nemo indigēs donat. ſed tūc eſt argu. cōtra. ſ. ſi cer. pe. l. ſi ego. Itē tertio nemo eſt liberalis ei q indiget. Vnde verſus, Cū fueris fœlix, multos numerabis amicos: Tēpora dum fuerint nubila, ſolus eris. Sed prima vera. & facit ſ. de auro & arg. leg. l. ſcribit. §. item. & ĩ. eo. l. legatum. §. fin. Sed quid ſi alienauit titulo nō lucratiuo: ex voluntate tamē pura, vt fœneret? Rñdent quidā ſem ꝓuideri fieri ex neceſſitate ar. ĩ. de proba. l. ſeruū quoq;. ſed dicas tūc habere locū hāc diſtinctionē; quā hic dicit ceſſare in donatione. q. d. aliàs habet locum: & ſic Itellige ſ. de leg. ȷ. l. fideicō. §. ſi rem. & colligitur ĩ. eo. l. ſi ſeruo. & facit Inſti. de leg. §. ſi rem. Ac.

SI adimendo. CASVS. Legaui Męuio cētum, & rogaui eum Mæuiū vt daret Titio quinquaginta ꝑ fideicommiſſum. & poſtea ademi dictū legatū Mæuio, & nō reuocaui expreſsè fideicōmiſſum ꝑdictum Titio per Mæuium dandum. Certè dictus Titius poterit conuenire hęredes meos vt dent ei dictū fideicōmiſſum: propter ademptionem enim prædictam Mæuio factā redit legatum Mæuij ad hęredes meos. vnde ipſi debēt ſuſtinere onus fideicommiſſi. Viuia.

[h] Poſſe. Quaſi cum onere redeat. ſic C. de cad. tol. §. j. & ſ.

[s] Dic ſecūdū Bar. qđ illud ē in relicto libertatis, vt ibi: aliud in relicto ꝓprietatis, vt hic.

† Hoc etiā dicit glo. j. in c. ſedes. circa med. ex̃ de reſcrip.

† In P. Fl. Icipit Modeſtin⁹ reſpondit, ſi &c.

& ṡ. de adi. leg. l. Caio. § prin. Sed arg. cõtra ĩ. e. l. si tibi.
ADDITIO. Hic secundum Bar. quod ibi in eadem persona, hic in diuersis.

ET si transferã. CASVS. Legaui Titio c. & postea transtuli dictum legatũ in Seium nõ capacẽ, puta quia erat in metallum damnatus. uel transtuli dictum legatũ in seruũ meũ proprium: & in illa translatione legati non dedi eidem seruo libertatẽ. & sic in his duobus casibus non valet legatum in persona illorum, in quos translatum est: vt ĩ. de his, quæ ꝓ nõ scrip. hab. l. 3. & C. de leg. l. seruis. Certè licet eis nõ debeatur legatum, vt dictum est: tamen nõ remanet apud Titiũ, cui ademi. Et scias, ꝙ legatum nulli alij adimi potest, quàm illi cui datum est. Vnde si dictus Titius, cui legaui, erat filius, uel seruus alienus: non possum adimere a patre, vel domino suo. & hoc dicit cum l. sequen. Viuianus.

Inutilis translatio perimit legatum. Bartol.

Pomponius libr. j. ad Q. Mutium. XX.

ET si [b] transferã legatum [a] in eũ, cũ quo nobis testamẽti factio nõ est, siue in seruũ ꝓpriũ, cui sine libertate legauero: licet eis nõ debeatur: nec illi, [c] tamen debebitur, cui fuerit ademptũ.

Legatum filio, vel seruo non potest adimi a patre, vel domino. Bartol.

Licinius Rufinus lib. iiij. regul. XXI.

LEgatum nulli [d] adimi potest, quàm cui datum est. Quapropter si filio, aut seruo alieno legatum fuerit: domino, aut patri legatum adimi non potest.

Inimicitiæ superuenientes, &

P. Flor. Licet.

Aliàs nulli alij.

a Legatum. Idẽ in hæreditate: vt ĩ. de his quib. vt indi. l. cum quidam. Azo.

b Sine libertate. Et ideo non valet: vt C. de leg. l. seruis. & ĩ. de his quæ ꝓ non scrip. l. si in metallum. in fi. Sed contra ṡ. de leg. 2. l. si seruus. §. si seruus sed alio casu loquitur. Itẽ & hic dicit quidã valere offi. iud. vt C. de neces. ser. hære. inst. l. quidam. §. illo. Sed dic vt ibi.

c Nec illi. Sic ṡ. de leg. j. l. planè. in princip. & de iniu. test. l. cum in secundo. §. pe. & ĩ. eod. l. legatum. in fi. & sup. de mil. testa. l. militis. §. fi.

d LEgatum nulli alij. Sic ṡ. de vulga. substitutio. l. qui libertis. §. fi. & ĩ. de accep. l. an inutilis. §. fi. & ĩ. de verbor. obligatio. l. fin. in princ. & ĩ. de condit. & demonstra. l. qui hæredi. in prin. & Insti. de stip. ser. §. sed cum factum. Sed arg. contra. sup. de lega. j. l. legatum. & ĩ. de sue. edicto. l. j. §. per seruum.

ADDITIO. Solue secundũ Bart. ꝙ hic loquitur in ademptione: contraria vero loquunt̃ in repudiatione. Ratio est, quia repudiatio fit, postquã cessit dies legati: iam enim patri, vel dño quæsitum erat: & ideo repudiare potest: sed ademptio fit viuo testatore: & sic ante diem legati cedentem: & ideo non potest adimi a patre, vel domino: quia eis non erat datum.

EX parte. CASVS. Titius instituit sibi hæredes Caium, & Seium, & Caio prædicto prælegauit c. postea inter dictum Titium testatorẽ & dictum Caiũ pro parte hæredem, & legatarium ortæ sunt grauissimæ inimicitiæ: & propter hoc ipse testator proposuit facere aliud testamentum, & auferre ei quicquid dederat: & incepit facere secundum testamentum, & nõ perfecit propter mortem superuenientem. & in eo secundo testamento non perfecto nihil dixerat adhuc de dicto Caio. nunc autẽ statim mortuo. Titio petit Caius dimidiam hæreditatis. & prælegatum. nunquid habebit vtrũque? Et dicitur ꝙ non, imo medietatẽ hæreditatis tantum, & non legatum. quia legatum nuda volũtate tollitur, & non hæreditas. Viuia.

e Legatum. Id est, prælegatum. Accur.

f Instituisset. In animo: non tamen fecit.

g Præterijt. Aliàs præteriit, id est, omisit. aliàs prætereа.

testamentum imperfectum hæredis institutionem non vitiant, sed legatum. Bar.

Papinianus lib. vj. responsorum. XXII.

EX parte hæres institutus etiam legatum [e] acceperat, eum testator inimicitiis grauissimis ꝓsecutus, cum testamentũ aliud facere instituisset, [f] nec perficere potuisset, præteriit. [g] hæreditariæ quidẽ actiones ei non denegabuntur. [h] sed legatũ si petat, exceptione doli mali submouebitur.

h Denegabuntur. cõtra C. de his qui. vt indig. l. hæreditas. & ĩ. de ijs qui. vt indig. l. cum quidam. Solu. hic non ipso iure, sed ibi sic per sententiam. vel ibi expressa: hic tacita est reuocatio. Vel dic vt dixi in dicta l. cum quidam. Item not. in legato secus: vt & ṡ. l. 3. §. fina. Item quare secus? Respond. quia hæreditas semel data adimi nõ potest: in legato secus: vt ṡ. de his quæ in testa. delen. l. j. §. fina. & de milit. testa. l. militer. §. veteranus. Sed quare secus? quia cum institutio hæredis sit caput testamenti, non potest infirmari nisi certis modis solennibus, [t] & quandoque non solennibus: vt Instit. quib. mod. test. infir. §. ex eo. & C. de testa. l. hac consultissima. §. pe. & l. sancimus. & l. nostram. & Infra, si tabu. testa. nul. exta. l. j. §. si hæres. & de hoc not. ṡ. l. 3. in fi. & facit ĩ. eod. l. penul. Accur.

Si ex pecunia legata per testatorem aliquid ematur, legatum non extinguitur: sed ex re empta præstabitur. Bar.

Idem libro vij. responsorum. XXIII.

PAter inter filios facultatibus diuisis,

t Limita institutionem procedere inter suos, & non obseruata solennitate. quod ait sing. Bal. post gl. in l. quoties. super verbo, diuidi. C. fa. erci.

PAter CASVS Titius instituit sibi hæredes duos suos filios, & vnam filiam suam: & facultates suas inter eos diuisit, paucis bonis communibus remanentibus indiuisis: & noluit dictã filiam accipere ccc. aureos ex ratione cõmodorum primipili, id est, & rõne lucrorum, quæ habebat ipse pater ex primipilatu: huius enĩ dignitatis ratione commoda, & merita totius legionis cõsequebatur. & postea de pecunia cõmodorum cõparauit idem pater quandam possessionẽ: & dedit pro ea possessione quadringẽtos aureos de dicta ratione commodorum. & ita centum vltra quàm filię prælegasset: & postea decessit. nunc quæritur an fratres prædicti, & filię cohæredes teneantur pręstare sorori fideicõmissum, siue prælegatum prædictum. Et videtur quod nõ: quia ccc. aurei commodorum cum aliis centum aureis de dictis cõmodis sunt cõsumpti, siue absumpti: & ita videtur extinctum legatum: vt infra ad Trebell. l. Titius. Dicitur tamen hic quod bene tenentur ei pręstare dictum fideicõmissum: quia nõ videtur absumptum ꝙ in corpus patrimonij est versum. habebit ergo dicta filia tantũ de dicta possessione comparata ante partem, quantum capiunt dicti ccc. aurei, & superfluum dictæ possessionis debet diuidi inter eam, & fratres pro hæreditariis partibus. nã cum pater diuisit inter filios patrimoniũ suum: quicquid remansit in hæreditate nõ diuisum, videtur voluisse pertinere ad oẽs cohęredes. tota autem possessio empta post testamentum non fuit diuisa: cum diuisio fuerit facta in testamento, vt dictũ est. vnde bene dixi, quod filia debet habere ante partem tantum de dicta possessione, quãtum capiunt dicti ccc.

ccc. aurei sibi prælegati: & superfluum dictæ possessionis deberet, diuidi inter eam & fratres pro hæreditarijs partibus. nam & si dicti quadringenti aurei nō fuissent dati in emptionē dictæ possessionis, sed fuissent relicti in bonis siue hæreditate: idē eueniret. scilicet vt ccc. ex eis darentur filię ante partem: & superflui c. diuiderentur inter eam & fratres pro hęreditarijs partibus. Viuia.

potior, quàm legatum filiæ relictum. Viuia.

filiam ex ratione primipili a commodorum trecētos aureos accipere voluit: b ac postea de pecunia commodorum possessionem parauit. c Nihilominus fratres, & cohæredes sorori fideicommissum præstabunt. Non enim absumptum videtur, d quod in corpus patrimonij versum est. Cū autem inter filios diuiso patrimonio res indiuisas e ad omnes cohæredes pertinere voluisset: f ita possessionem ex commodis comparatam diuidi placuit, vt in eam g super flui pretij filia portionē hæreditariam accipiat. hoc enim eueniret in bonis pecunia relicta. h

Legatum videtur transferri cum conditionibus suis, nisi conditio personæ cohæreat. Barto.

Idem libr. viij. responsorum. XXIIII.

Legatum sub conditione datum cùm transfertur, sub eadē conditiōe trāsferri videtur, si non conditio priori personæ cohæreat. Nam si quis vxori sublatis i liberis legauerit: repetita conditio nō uidetur, quæ fuit in persona mulieris necessaria. k

Per donationem inutilem inducitur legati ademptio. Bart.

Pater ortos instructos filiæ legauit: postea quædam ex mancipijs ortorum vxori donauit. Siue donationes testamento * confirmauit, siue non confirmauit: posterior voluntas l filiæ m legato potior erit. Sed & si non valeat donatio: tamen minuisse filiæ legatum pater intelligitur.

Per ademptionem prælegati uni ex hæredibus facti causa adæquationis, prælegatum alteri factum intelligitur renocatum. Bartolus.

Idem libro ix. responsorum. XXV.

Alteri ex hæredibus præceptionem prædij dedit: n mox alteri præstari aduersus debitorem actiones ad eum finem mandauit, quo prædium fuerat cōparatū. o

a Primipili. Id est, cuiusdam administrationis, in qua fuerunt multa commoda vel lucra. q. d. ex tali negotiatione.

b Voluit. Scilicet per præceptionem. Accursius.

c Parauit. Pluris quam ccc. aureis: vt statim patet. Accur.

d Videtur. Sic s. de le. 2. l. Imperator. §. fi. & l. seq. & seq. de peti. hęre. l. sed & si lege. §. j.

e Indiuisas. quædā enim indiuisę remāserant.

f Voluisset. Scilicet pater. Azo.

g Vt in eam. Id est, in ea possessione percipiat filia nubens aureos ccc. & de superfluo portionem accipiat hæreditariam. ad quod est s. fami. erci. l. quæ pater inter filios. Sed contra. C. fam. erc. l. si cogitatione. vbi dicit viriliter. sed dic ut ibi.

ADDITIO. Sol. secundum Barto. Quia ibi dicit, quod ibi præcessit institutio æqualis, uel ex certis rebus, quod idem est: vt l. ex facto. de hære. insti. secundum Dy.

h Pecunia relicta. Vt ccc. habeat ante partem, in reliquis hæreditariam: vt s. famil. ercis. l. hęredes. §. fi. & l. seq. & facit supra, de leg. 3. l. xj. §. si rem.

Legatū. CASVS. Titio c. sub conditione, si nauis ex Asia venerit, legaui: & postea transtuli dictum legatum in Seium, non repetita dicta conditione. Certè sub ea conditione nihilominus uidetur translatum in Seium. secus autē si cōditio legato apposita cohæreat personæ primi legatarij: quia tunc nō videtur repetita in persona illius, in quem translatum est legatū: vt puta si legaui uxori meæ sub cōditione si habuerit filios ex me: & postea trāstuli legatum in Seium. nā in persona Seij non uidetur repetita dicta conditio, quæ fuit necessaria in persona dictæ mulieris.

Pater ortos. Titius legauit filiæ suæ in codicillis ortos instructos: & postea donauit vxori suæ quædam ex mancipiis dictorum ortorū. Certè amodo nō debebuntur filiæ dicti serui, siue donationes cōfirmauit in testō quod postea fecit, siue non: & siue valeat dicta donatio. siue non. Posterior enim voluntas in vxorē collata est

i Sublatis. Id est, si habuerit filios. Accur.

k Necessaria. Ad legatū habendum. & dic, vt j. de cō di. & demon. l. legatū sub cōditione, & sic nō est contra supra de hęre. instit. l. sub conditione. & sic facit C. de cadu. tol. §. nc autem. & Infra de condi. & demon. l. legatum. & l. quæ conditio. & j. de verbo. obli. l. Titia. §. idem respondit.

l Voluntas. Collata in vxorem.

m Filię. Alias filij. id est, filiæ: nā masculinum concipit fœmininum: vt s. de leg. 3. l. qui duos. & j. eod. l. alumnæ. in fi. j. respon. & facit s. de leg. j. l. Suchum. & l. si ex toto. in prin. & de le. 3. l. xj. §. si rē. & s. de auro legato. l. scribit. §. itē. & de fun. instru. l. quæsitū. §. fi. & s. eo. l. translatio. & l. nihil prohibet. & l. & si trāsferam. Accursius.

Alteri. CASVS. Titius instituit sibi hęredes Caiū, & Seium: Caioque prælegauit prædiū valens centum, & postea dicto Seio mādauit pręstari actiones aduersus Sēpronium debitorē hęreditarium ad cū finem, quo dictum prædium fuerat cōparatum id est, in centum, cum fortè dictus debitor deberet cc. & ideo fortè iussit mandari actiones ad eum modum, ut unus hęres haberet tantum in præceptione quantū alter. & postea idem testator uoluntariè distraxit dictū prædiū, cum non recepisset aliquā offensam à Caio hærede, qui præceptionē prædij acceperat, & ita pretiū dicti prædij redijt in corpus patrimonij, & sic nō pōt habere prædiū, nec eius pretiū ille, cui prædiū fuit prælegatū: vt dixi s. e. l. rem legatā. & postea decessit dictus testator. nunc quæritur, an dicto Seio cohæredi Caij debeant pręstari actiones aduersus Semproniū prædictū hæreditariū debitorē? Et dicitur quod non: quia (ut dictū est) mandauit testator præstari actiones dicto Seio aduersus dictū Semproniū ad eum finē, quo prædium prælegatū cohæredi fuerat comparatū. ideo scilicet, ut unus haberet tantū in præceptione, quantum alter, & non plus, cū ergo ille cui fuit prædiū prælegatū, non possit habere pręediū, uel eius pretium, ut dictū est, ergo illi cohæredi cui debebāt actiones cedi contra debitorem hæreditariū, nō sunt cedēdæ. Viu.

n Dedit. Scilicet testator.

o Comparatum. Comparatum enim fuerat fortè pro decem, & tantum voluit percipere alium cohæredem à quodam nomine.

Primipilus dicebatur decimæ legionis centurio, de quo Vege. li. 2. Vetus inquit consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili. hic tanquā caput totius legionis merita cōsequebatur, & pmia. hæc ille: vt iam facilis sit hic locus. vide si libet Alcia. c. pen. ad 1 a. lib. C.

*In P. Fl. nō est, testamēto.

Distracto,

a Distracto. A defuncto ex voluntate, & sic reuocato legato, & dicit: a offensam, quia non offendit legatarius testatorem, quia tunc non perderet alter. Vel dic à defuncto legatario consentiente: & sic non offendit testatori legatarium. sed tunc idem esset & si eo inuito.

Cùm postea distracto [a] prędio, citra vllam offensam eius, qui præceptionem acceperat, pretium in corpus patrimonij rediisset: [b] non esse præstãdas actiones [c] cohæredi respondi.

Alienato seruo expressa libertate, ademptio legati sibi immissi tacitam reuocationem inducit, sicut si adimatur ipsa manumisso. Bart.

Paulus libro ix. quæstionum. XXVI.

SI seruo [d] cum libertate dato [e] legato [f] & alienato [g] adimatur libertas: quamuis alieno inutiliter adimatur, [h] tamen legatum ad emptorem non peruenturum. [i]

b Rediisset. Sic s. e. l. pater. Accur.

c Actiones Admissa compẽsatione tali: quia alter non habet: ergo nec ille. Arg. contra. C. de appel l. præcipimus. in fine.

d SI seruo. Testator Sticho libertatem in testamento reliquit, & eidem fundum: in sequenti die alienauit Stichum ea voluntate: & sic libertas, & legatum sunt reuocata tacitè. tertio in codicillis expresse ademit libertatem. quæritur, an legatum fundi acquirat emptori seruus? Respond. non, tum propter tacitã reuocationem libertatis: tum propter expressam, cũ legatum fundi sine libertate esse non potest. Nec dicat quis inutilem expressam ademptionem libertatis quasi alieno seruo, quia imò est utilis. quia potest redimi, & sic reconualesceret libertas, nisi expresse esset adempta. Accur.

e Dato. Id est, relicto.

f Legato. Scilicet fundi.

g Alienato. Seruo.

h Adimatur. Scilicet expresè in codicillis.

i Peruenturum. Aliud in hæreditate: vt Insti. de hæredi. insti. §. quod si alienatus. Accur.

k Constitit. Id est valet.

l Sicut datio. Scilicet libertatis constituit, cum in eis &c. tunc enim ualet libertas: quia potest redimi: ergo & s. valet ademptio: quia potest redimi: sicut econtra vbi non valet datio, nec ademptio: vt sup. eodem, l. legata. §. fina. & dic secundum Ro. & Azo. quod in principio huius l. allegabatur: quia solam libertatem ademit testator, quod aliud legatum iam serui alienatione euacuatum silentio roboretur: idemque de libertate diceremus, scilicet ut esset adempta, etiã si expressim post alienationem serui non esset facta ademptio: ut Instit. de hæred. instit. §. quod si alienatus. Videtur ergo, quod illa ademptio expressa sit superuacua, sed non est: quia si facta non esset seruo ante aditam hæreditatem hæreditati quæsito, vel a testatore redempto, conualesceret libertas: vt j. de testa. ma. l. verum est. sed hæc expressa ademptio operatur ne amodo libertas redempto seruo suo data præsumatur. in legato vero nil operaretur expressa, quod non operaretur tacita: nec enim legatum præsumitur datum etiam redempto seruo, vt s. eo. l. cum seruus. sed nec si huius l. corrigit princ. nam in primo casu uitiatur legatum alienatione: nec conualescere potest redempto seruo, quia sine libertate est. nam non uidetur data, cum sit adempta, ut s. de his quæ in test. delen. l. j. & s. eo. l. & si trãsferã. in alio uerò casu cum libertatem habeat, nil prohiberet ipsum legatum capere: nec valet ademptio libertatis in ultimo casu, quia inciuile est casum liberi hominis expectare: non autem serui redemptionem: vt j. de verbo. obliga. l. inter stipulantem. §. homo liber. Sed cur non præsumitur reuocatum legatum per dationem libertatis sicut per alienationẽ? Respon. quia datio libertatis non uidetur alienatio: quia habet eum libertum.

& meritò. constitit [k] enim ademptio: quia possit redimi: sicut datio, [l] cùm in eum confertur, qui faciendi testamenti tempore fuit testatoris, deinde alienato codicillis libertas datur. Quid ergo si eum, quem liberum esse quis iusserat, [m] manumiserit [n] viuus: deinde codicillis libertatem ei ademerit? videamus, an perdiderit legatum vana ademptione libertatis: quod quidam putant. [o] sed superuacua scriptura non nocet legato.

Idem libro xxj. quæstionum. XXVII.

SI [a] seruus legatum seruo relictum: & postea fecit dictus Caius ...

m Iusserat. In testamento.

n Manumiserit. Idẽ forte si alio modo sit liber factus: ut s. de hæred. insti. l. antepen.

o Putant. Sed malè. & sic statim corrigitur: sed super &c. cui consonat C. de test. l. testamẽtum. & facit j. eod. l. fin. & in Inst. de hæredi. instit. §. seruus. & j. l. proxi.

SI seruus. CASVS. Per Caium legatus est Stichus seruus Titio in testamento: & ei seruo aliquid legatum est per eundem Caium, puta fundus: & postea idem Caius alienauit per venditionem dictum seruum in Seium, per quod reuocatũ est legatum Titij de ipso seruo, & legatum seruo relictum: & postea fecit dictus Caius codicillos: & in eis ademit dicto Sticho qđ ei legauerat. nunquid ualet dicta ademptio? Et uidetur qđ non: quia legatum iã erat reuocatum per alienationem serui in Seium: legatum autem quod non ualet, non pôt adimi. Respon. tamen hic. quod ualet ademptio: quia & legatum prædictum potest sortiri effectum si redimatur seruus per dictum Caium testatorem: & de nouo uelit idem testator, quod Titius prædictus habeat dictum seruum ex causa legati, per quod posset per consequens dictus Titius habere legatum seruo relictum: nisi fuisset expresse in codicillis ademptum. & hoc secundum quod est in litera redimatur, sicut ego habeo. Alij aliter exponunt secundum eandem literam: puta quia testator redemit seruum a Seio, & hæredes testatoris spontè dederunt Titio prædicto eũ seruum, quam fundum seruo legatum. Alij dicunt secundum eandem literam: quod dictum legatum seruo relictũ potest sortiri effectum: si Titius legatarius proferat nouam uoluntatem testatoris uolentis, quod idem Titius habeat dictum seruum à Seio redẽptum: & etiam fundum seruo legatum: ut s. eo. l. cum seruus. in fin. Alij habent in litera reddiderit: & tunc expone, ut notatur in glo.

Seruo legato. Legaui Stichũ seruum meum Titio in testamento meo: & eidem seruo legaui fundum, & postea eundẽ seruũ inter viuos manumisi. per quã manumissionem tacitè reuocatum est legatũ Titio relictum de se seruo, non autẽ propter hoc est reuocatũ dictum legatum seruo relictum: & postea feci codicillos: & in eisdem expresse ademi Titio legatum de se seruo, & postea decessi. nũc quæritur an ualeat dicta ademptio in codicillis facta? Et dicitur quod non: qa legatum de se seruo Titio relictum nõ pôt resuscitari, etiam si rursus in seruitutem reciderit: quia per nouã seruitutem nouus homo esse uidetur. si ergo non potest conualescere legatum de se ipso seruo, ad quid diceremus utilẽ esse ademptionem prædictam? certè ad nihil. ipse ergo

seruus

a In P. Fl. vana ademptio libertatis.

a In P. Fl. Si ipsi, Seruus legatus est.

seruus liber inter viuos factus remanebit liber, & capiet legatum prædictum sibi a testatore datum. Viuia.

a Si seruus legatus. Titio puta.

b Aliquid. Scilicet legatum est, puta fundus. Accur.

c Adimatur. Scilicet expresse fundus. quod tamen tacitè per alienationem serui erat reuocatum: vt no. sup. l. proxi.

tus [a] est, & ei aliquid: [b] si alienato eo adimatur, [c] quod legatum est, [d] valet ademptio: [e] quia & legatum [f] potest procedere, [g] si redimatur. [h]

Legato seruo alienato extinguitur quod ei legatum est: tamen non erit inutilis ademptio illius legati facta in codicillis testatoris, si seruus redimatur a testatore.

Seruo legato, [i] & inter viuos manumisso, [k] si legatum [l] adimatur, nullius momenti ademptio [m] est. Igitur legatum [n] quod ipsi datum est, capiet. [o] nam & si rursus [p] in seruitutẽ inciderit, non tamen legatum [q] eius [r] resuscitabitur. nouus enim homo videtur esse.

Translatio legati facta de vno in eundem, non videtur facta cum onere. Bar.

Valens libro v quæstionum. XXVIII.

SI tibi rem certam legauero, & rogauero te, vt eam Titio restitueres: deinde eandem rẽ tibi fideicommisero, [s] nec rogauero te, vt alij eam præstares: quęritur, an in tua potestate sit, ex causa fideicommissi eligere, vt fideicommissum non pręstes? [t] Et magis posteriorem scripturam testamenti placuit spectari.

Si testator appellauerit libertum in testamento ingratum, in quo ei legauerat: videtur eidem ademisse legatum.

Paulus lib. iij. sententiarum. XXIX.

LIbertus, [u] q in priore parte testamenti legatum acceperat, & ingratus postea eadem scriptura a testatore appellatus est: commutata voluntate actionem ex testamento habere non potest.

Fideicõmissum ab vno in aliũ transfertur cum onere speciali: & onus primo iniunctum in persona ad quam transfertur, in onere speciali non videtur repetitũ. Bartol.

Scæuola libro xxij. digestorum XXX.

ALumnæ suæ Semproniæ plura legauerat: quædam ex his abstulit: quædam vt præstarentur, ab hærede suo petiit: in quibus & viginti dari voluit his verbis: Hoc amplius do

d Legatum est. Scilicet seruo: quod legatum non cedit nisi ab adita hæreditate vt ĵ. quando di. lega. ced. l. hæredis. §. finali.

e Ademptio. Fundi expressa.

f Legatum. Scilicet fundi.

g Procedere. Id est, sortiri effectum.

h Si redimatur. aliàs est si reddiderit: & tunc dic, id est, dederit dominus serui legatum legatario, scilicet Titio. licet enim pecunia cum effectu obstante exceptione nõ possit solui: si tamẽ soluatur non repetitur, nisi ademptum sit legatum expresse. tunc enim soluẽti per errorem datur repetitio: quia nulla inerat obligatio, vel dic, reddiderit, proprie, scilicet seruus domino, & tunc procedit legatum si legatarius nouam proferat voluntatẽ: vt supra eodem, l. cum seruus. alias redimatur, scilicet seru⁹. & tunc dic vt sup. qa & datus sit Titio spontè tam seruus, quam fundus: vel si proferatur secunda noua voluntas.

i Seruo legato. Puta Titio. & sunt isti ablatiui absoluti.

k Manumisso. Scilicet postea.

l Legatum. Id est ipse seruus expressim adimatur legatario.

m Ademptio. Id est, superuacua: quoniam ademptio per manumissionem iam facta erat.

n Legatum. Scilicet fundi seruo.

o Capiet. Vt & s. l. proxi. in fi.

p Nam & si rursus. Bene dixi superuacuam ademptionem per manumissionem. nam &c.

q Legatum. Seruo.

r Eius. Scilicet serui, id est, legatum quod est ipse seruus. & facit ĵ. de verbo. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. & de sol. l. qui res. §. area. Sed contra s. de leg. 3. l. si chorus. §. fi. si deest ibi, non. Solu. hic post mortem testatoris recidit in seruitutem nec post habuit nouam voluntatem: ibi, ante mortem, & post habuit nouã voluntatem: ad quod est supra, eo. l. cum seruus. in fin.

P. Fl. Fideicõmissorum.

SI tibi. CASVS. Legaui tibi Infortiatũ meum, & rogaui te vt illud restitueres Titio, & postea idem Infortiatum reliqui tibi per fideicommis. & in hoc secundo relicto non rogaui te ut alij restitueres. certè ex posteriori scriptura habebis Infortiatum, & nulli illud restitues. Viuianus.

s Fideicommisero. Id est, tibi per fideicommiss. reliquero. Azo.

t Non præstes. Aliàs deest non: & aliàs adest: & bene. & concor. ĵ. si cui plus quàm per l. Fal. l. nisi §. itẽ si ipse. & C. de vsur. l. per retentionẽ. Sed cõtra s. de ,pb. l. 3. Solu. ibi. Item ar. cõtra s. de condi. insti. l. cũ seruos. & ĵ. de cond. & demon. l. auia. [t] & ĵ. de ali. leg. l. Caio. in prin. & facit ĵ. e. l. alũnę. in fi. ĵ. resp. & §. ab hæredibus. & §. qui filias. & de pecu. le. l. si peculiũ. & ĩ eod. ti. ĵ. l. Aurelius. §. testamento.

ADDITIO. Dic secundum Bar. quod hic loquitur de onere imposito in codẽ legato: ibi vero loquitur de onere imposito institutioni an videatur repetitum in legato.

Aliàs incipit, qa.

LIbertus. CASVS. Sticho liberto meo legaui cẽtum: & postea dixi in codẽ testamẽto in quo ei legaueram, quod ipse erat mihi ingratus. certè mutasse videor voluntatem: & ideo legatum petere non poterit dictus libertus ab hæredibus meis. Viu.

u Libertus. Facit s. eo. l. diui. & de ijs quib. ut ind. l. hæreditat.

ALumnæ. CASVS. Sempronius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem quendam nomine Azum: & Semproniæ alumnæ suæ testatoris, sororique dicti Azi hæredis plura legauit: & posteà quædam ex his legatis ei alumnæ abstulit, & quædam ex his vt præstarentur ei petijt a dicto suo hærede: inter quæ legata viginti dare voluit eidem alumnæ his verbis, hoc amplius do lego, darique volo Semproniæ alumnæ meæ viginti libras auri: & committo fidei tuæ o Aze, hæres mi, vt in primis Semproniam sororem tuam alumnam meam pro tua pietate, & regere, & tueri velis: & si putaueris eam ad bonam vitæ consuetudinem reuersam xx. auri libras ei alumnæ reddas cum morieris: & interim tu præstes ei redditus, id est, vsuras semisses de dictis xx. li. auri. & postea fecit codicillos, & in eis transtulit eas xx. li. auri ad Mæuium legando eas ei: & fidei eius Mæuij

commissi

commisit in hæc verba xx. libras auri, quas in testamēto Semproniæ alumnæ meæ reliqui, eas dari volo Mæuio cautionibus ab eo interpositis, vt ex ea summa eidem Semproniæ, quandiu vixerit ipsa Sempronia, præstet pro victu v. dena. omni mense, & pro vestiariis centenos vicenos quinos, id est, singulis mensibus centū viginti quinque, idque fidei vestræ, siue tuę committo o Mæui. certus autem sum te Męui pro tua pietate petiturum ab hærede tuo vt voluntas mea in persona alumnæ meæ duret. & postea decessit dictus Sempronius. nunc quæritur, an dictus Mæuius sit cogendus restituere Semproniæ dictas xx. libras auri post mortem suā Sempronij, sicut rogatus fuerat Attius hæres? Et respond. quod non: sed alia, quæ relicta sunt alumnæ à Mæuio per testatorem, id est, menstruos denarios v. pro victu, & menstruos centum viginti quinq; pro vestimentis deberi à dicto Mæuio & ab hæredibus eius eidem Semproniæ alumnæ, donec ipsa viuet. Viuia.

a P. Flor. quādiu ad uixerit.

lego, dariq́ue volo viginti auri [a] lib. & adiecit, Fideique tuæ Atti [b] committo, vt in primis Semproniam sororem tuam pro tua pietate & regere & tueri velis: & si putaueris eam ad bonam vitæ cōsuetudinem reuersam, ita viginti auri libras ei reddere cum morieris: interim tamē redditus eius, id est, vsuras semisses ei præstes. postea codicillis ad Mæuium [c] legatarium easdē viginti libras auri transtulit, & fidei eius cōmisit in hæc verba, Viginti libras auri, quas testamento Semproniæ alumnæ meæ reliqui, eas dari volo Męuio: cautionibus interpositis, vt ex ea summa eidem Semproniæ, quādiu vixerit, præstet menstruos denarios quinque, [d] & vestiarij nomine denarios centenos [e] vicenos quinos: idq; fidei vestræ committo: certa sum [f] autem te Męui pro tua pietate petiturum ab hærede tuo, vt voluntas mea in personam alumnæ meæ duret. Quæsitum est, an Mæuius legatarius cogēdus sit post mortem suam viginti libras auri Semproniæ restituere, sicut rogatus fuerat Attius [g] hæres? Respondit secundum ea, quæ proponerentur, viginti quidem auri libras nō cogendum præstare: sed alia, [h] quæ ab eo alumnę relicta sūt, deberi & a Mæuio, & ab hærede [i] eius, donec viuat alumna.

a Viginti auri. Non purè, sed post mortem: vt subijcit.

b Atti. Proprium nomen est hæredis, id est fratris alūnæ. Azo. vt apparet ī. nei non erat frater, sed fraterna charitate eum diligebat: vt ī. de hære. insti. l. nemo. §. qui frater.

c Ad Mæuium. Aliàs est ad Mæuianum legatariū, sed falsa est litera. nā in multis locis oportet dici, Meuius, id est, Meuia, aliàs est Mæuium. & hæc vera.

d Denarios quinq;. Scilicet pro victu.

e Centenos. Dic centenos & vicenos quinos id est, quinquies viginti poni pro eodem. & dic menstruos.

f Certa sum. Per hoc videtur relinquere fideicom. vt ī. tit. j. l. vnū. §. fi. & de leg. j. l. filiusfamilias. §. vt quis. & de leg. 3. l. Pamphilo.

g Attius. Quod videbatur per verba superiora .: certa sum &c.

h Sed alia. Scilicet menstrua. & sic posterior scriptura minimè grauat. sic ā. l. si tibi certam.

i Et ab hærede. Quasi hæres legatarij sit rogatus: qđ valeret: vt ā. de leg. ij. l. si fuerit. §. fi.

Titia. CASVS. Titia fecit testamētum, & instituit sibi hæredem in vna vncia Seiam libertam suam: & etiam suam collactaneam. fuerunt enim nutritæ de lacte vnius mulieris: & Seium, & Caium pone instituit sibi in xj. vnciis: & postea Pamphilo suo liberto dedit prædia per fideicōmiss. inter quæ dedit eidem Pamphilo latifundium circa Colonen. Item eidē Pamphilo liberto postea donauit per epistolam etiā alias res, inter quæ uerba epistolæ ita locuta est dicta Titia de dicta Seia, & de dicto Pāphilo: Ego Titia mitto salutem hæredibus meis: & volo firma esse, quæ in inferiori parte testamenti mei ordinata sunt: & quæcunque inueni me fecisse in nomine Pamphili: & si dicta Seia collactanea mea mihi noluerit hęres esse ex ea parte, ex qua eam scripsi, id est, ex duodecim, id est, ex vna vncia: volo ei dare latifundium quod est circa Colonē, & postea decessit dicta Titia: & postea dicta Seia liberta omissa parte, in qua instituta fuit, elegit ex codicillis, siue ex dicta epistola dictum fideicommissum de dicto latifundio. dictus autem Pamphilus petebat dicta prædia, quæ erant in latifundio, ex causa fideicommissi sibi in testamento per Titiam relicti, quasi debeat concurrere cum dicta Seia. nunquid Caius, & Seius prædicti. & etiam Seia prædicta possint eum Pamphilum repellere exceptione doli? Et dicitur quòd sic, quia fideicommissum latifundij datum Pamphilo in testamento, uidetur per epistolam translatum in Seiam. Vitianus.

Si de rebus specialiter legatis, & sub nomine generali confirmatis vna alteri legetur, in totum videtur esse legata, & legatario primo adempta. Bar.

Titia testamento Seiam libertam, [k] eandēq; collactaneam, ex parte duodecima hæredem instituerat. Pamphilo liberto suo prædia per fideicommissum dedit, in quibus σύγκτησιν [l] prædiorum, quæ appellabatur circa Colonen: eidem liberto postea per epistolam alias etiam res donauit, in ea [m] de Seia & Pamphilo ita locuta est Titia: hæredibus meis salutem, [n]

k Libertam. Quia eam manumiserat pater Titiæ.

l Synctesim. Græce syncțesin, Latinè dicit omnem possessionem.

m In ea. Scilicet epistola.

n Salutem. Hæc est epistola in Græco, quam quidam libri habent translatam in Latinum per hæc verba, volo &c. Alij non habent. & exponunt Græcum quod significet prædia quæ reliqui Pamphilo, Seiæ dono. & secundum istos petet Seia quasi ex donatione inter viuos: secundum primos per fideicommissum.

Seia. CASVS. Liberta quæ erat de Cāpania, iuit in prouinciam: ante tamen quàm iret, fecit testamentum, & instituit sibi hæredes Caium, & Sempronium, & petijt ab eis, vt si ipsa in prouincia decederet, darentur per eos Lucio Titio sexaginta: vt is Lucius Titius corpus eius curaret, & in patriam referret, id est, in Campaniam reportaret. Item dixit, Cui Lucio Titio concedi volo, si quid ex ea pecunia supererit ei à prædictis

* P. Flo. in quibus de Seia &c.

*. In P. Fl. Τιτια τοῖς κλη ρονόμοις μου χαί ρειν.

prædictis faciendis. his factis fecit eadẽ die codicillos, in quibus ita scripsit, Peto à vobis hæredes mei, vt siue in prouincia, siue in via aliquid mihi humanitus cõtigerit, puta quia moriat: corpus meum curetis vos hæredes reportari in Campaniã, & in monumẽtum filiorũ meorum. & postea decessit dicta Seia in prouincia, vel in via: & dicti hæredes sui reportauerunt corpus suum in Campaniam, & posuerunt in monumentum filiorum: & in eo faciẽdo expẽderunt al. pone: & ita superfuerunt xx. de dictis lx. nũc venit Lucius Titius & petit illa xx. nunquid debẽtur ei? Et dicitur quod nõ: quia adẽptum est ei per codicillos ad hæredes factos. Viuia.

a Liberta. Habent quidam, in Seiam libertam: & īcipit §. ab hæredibus. alij non habent, & sub audiunt, scilicet in Seiam libertam. & incipit §. Seia liberta &c.

b Humanitus. Expone vt Insti. de dona. §. j.

c Reportari. Scilicet curetis.

d Ademptum videri. Contra ī. de con di. & demõ. l. si qua seruũ. Sol. ibi fauor libertatis. vel ibi onus seruo iniunctũ fuit adẽptũ. hic autẽ onus impositum Lucio, fuit īpositũ hæredibus, & ademptũ Lucio. & facit ā. e. l. si tibi certũ. & de fundo instructo. l. quæsitum. ī fi. arg. contra ī. de condi. & demon. l. si quis eum. Item arg. contra ī. de testa. l. hæredes. §. si quis. Sol. ibi. Item not. quòd onus concomitatur emolumẽtum, & econtra. sic ī. de ali. leg. l. Caio.

Qui filias. CASVS. Titius habẽs in bonis quadraginta, & habens in ære alieno quinquaginta, & habẽs duas filias, scilicet Primam, & Secundam, fecit testamẽtum, & instituit sibi dictam Primam ī cc. id est, in tantũ de bonis, quod capiebat cc. & Secundam in tãtum, qđ capiebat centũ, & Seium, & Caium in tm, quod capiebãt alia centum, & postea inter eosdẽ hęredes, & in eodem testamẽto fecit diuisionẽ bonorũ suorũ quasi omniũ: ita quod cuilibet hæredum assignauit quasdam res: &

† Locum hũc nobis Alc. restituit li. prætermis. j. ī dictione, Synctesis. Sic verò vertit Græco. Haloã. Hęredibus meis, s. volo vt subiecta oĩa rata sint quęcunq; ante in Pamphili nomen cõtulisse visa sũ. Si Seia collactanea mea hæres ex parte, qua eã scripsi nõ erit: volo ei dari latifundũ qđ est circa colonen.

* Idest latifundiũ.

* In P. Fl. In Seiã libertã. Ab hæredibus &c. & hæc verba ī Seiam libertam pertinent ad pręced. §. hic antẽ §. incip. Ab hæredi. &c.

† Βούλομαι βέβαια εἶναι τὰ ὑποτεταγμένα· ὅσα ἔφθασα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Παμφίλου πεποιημένα. ἐὰν Σήϊα ἡ σύντροφός μου κληρονόμος τοῦ γένηται. ἐξ οὗ γέγραφα αὐτὴν μέρους, βούλομαι αὐτῇ δοθῆναι τὴν σύγκτησιν τὸν περὶ Κολωνὴν id est, (Volo firma esse, quæ inferius ordinata sunt: quæcunq; in nomen Pamphili iam antè constitui. si Seia collactanea mea hæres non fiet ex ea parte, ex qua eã scripsi, volo ei dari synctesin, quæ est circa Colonen.) Quæsitum est, cùm Seia liberta, omissa parte hæreditatis ei testamento adscripta ex codicillis fideicommissum, id est, σύγκτησιν, * circa Κολώνην eligat: an si Pãphilus ex causa fideicõmissi eadem pdia vindicet, doli mali exceptiõe submoueri debeat? Rñdi, trãslatũ videri fideicommissum prædiorum, id est, σύγκτησιν, quæ est circa Colonen.

Per ademptionem oneris adiecti in vim modi, etiam legatum videtur ademptum Bar.

* Seia liberta a ab hæredibus petierat, vt si in prouincia decessisset, sexaginta Lucio Titio darentur, vt is corpus eius curaret, & in patriam reportaret. & adiecerat hæc verba: Cui concedi volo, si quid ex ea pecunia superererit. eadẽ die codicillos ad hæredes suos ita scripserat: Peto à vobis, vt siue ĩ prouincia, siue in via aliquid mihi humanitus b acciderit, corpus meum curetis, & in Campaniam, & in monumentũ filiorum meorũ reportari. c Quæsitum est, an id, qđ superfuerit ex sexaginta Lucio Titio tacitè ademerit? Respondi, ademptum videri. d

Quantũ ad res reformatas videtur testator voluntatẽ mutare, non quantum ad alias. Bar.

Qui filias ex disparibus portionibus testamẽto hæredes instituerat, e penè omnium bonorum suorum eodem testamento diuisionem fecit. deinde hæc verba adiecit, Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα τὰ ὑπαρχόντα μου, ὁμοίως καὶ τὰ τῆς κληρονομίας βάρη ἔσαι μόνον τῶν δύο θυγατέρων Πρίμης καὶ Σεκούνδης, ἢ τῆς ἐξ αὐτῶν περιούσης. † id est, (Reliqua autem omnia bona exiſtẽtia mihi similiter & hæreditaria onera erunt solũ duarum f filiarum mearum, scilicet Primæ, & Secundæ, vel quæ ex his subsistet.) Postea codicillis lõgè aliam diuisionẽ fecit bonorũ suorum inter easdem, inter quas & testamento diuiserat: quædam tamen nulli nominatim

reman serunt à dicta diuisione quinquaginta, id est, tm de bonis quod valebat quinquaginta, & postea subiecit hæc verba in eodẽ testamento: reliqua autẽ omnia bona mihi existentia, & superantia à dicta diuisione, similiter & hæreditatis meæ onera erũt dictarũ duarum mearum filiarum: quæ onera ex his meis bonis sustinebunt. postea fecit codicillos & ĩ eis reformauit totam diuisionem quam in testamento fecit, id est, aliam formam ei dedit, id est. quasdam res quas per diuisionẽ filiabus dederat, dedit cohęredibus earũ: & quasdã, quas dederat cohæredibus, dedit filiab: & quędã ea dictis suis bonis similiter indiuisa remãserũt, sicut & in diuisione in testamento facta remãserãt quędam indiuisa: & postea decessit dictus Titius. nũc quęritur, an dictæ filiæ Titij possunt consequi, vt ipsæ solæ habeant ea, q̃ nominatim eis relicta sunt in diuisione, quę nouissimè à patre facta est. scilicet in codicil. quod quidem cohæredes earũ negabant? Et videtur quod non, propter verba testamenti, pquæ verba testamẽti aliter, & aliter diuisionem fecerat. Respon. tamẽ hic, quòd bene possunt hoc consequi: quia per diuisionẽ in codicillis factam non videtur Titius recessisse à tota voluntate expressa in testamento: sed ab his tãtum rebus videt recessisse, quas reformauit ĩ diuisione in codicill. facta. habebunt ergo filiæ malo velle cohęredum res, quæ obtigerunt eis per diuisionem ĩ codicillis factam, & cohæredes earũ habebũt alias res, quæ obtigerunt eis cohæredibus per diuisionem eãdem in codicillis factam. tota autem alia voluntas id testamento scripta remanebit in suo statu, scilicet vt ea bona, quæ non sunt diuisa in testamẽto, nec in codicillis, & vt onera hęreditaria quę capiebant l. vt dixi, sint solummodo dictarum filiarum. Viuia.

e Instituerat. Et quosdam alios: vt ī. patet.

f Solum duarum. Quasi dicat, non cohæredum: & sic duo

† Idest, reliqua autẽ omnia de mea substãtia queadmodũ & hęreditatis onera pertinebunt solummodo ad primã, & secundã filias meas, aut quæ ex ijs superstes erit.

duo dixit indiuisa pertinere ad filias, & ipsas subire onera æris alieni.

[a] Vt solæ. Et non alij cohæredes.

[b] Non a tota. Sic & C. de test. tut. l. etsi a patre. & de rei vxo. act. l. j. § sciendū. Sed contra ī. eo. l. si ubi certā. Sol. hic prius testamentū non rumpitur p codicillos: sed ibi vtrunq; erat testamentū. Ro. vel vtrunq; relictum in eodem testamēto. Item cōtra s. de testa. l. hæredes. §. si quid. Sol. secūdum Azo. ibi de solennitate testamenti, hic de mutatione diuisionis.

ADDITIO. Ista solutio displicet Bart. ideo dic aliter secundum Dyn. quod hic res assignata ex causa diuisionis, videtur capi tanquā prælegata, & prælegata potest codicillis mutati &c. & in l. cōtraria volebat sine solennitate mutare. Accur.

† Reformata quō accipiatur Mādo. super signa. Gratię, titu. de Reformatio.

dedit. quęsitū est, an Prima, & Secunda filiæ ex verbis testamenti consequi possint; vt solæ [a] habeāt ea, quæ nominatim nulli relicta sunt in diuisione, quę nouissimè a patre facta est? Respondit, non a tota [b] voluntate recessū videri: sed ijs tantū rebus, quas reformasset.†

Translatio a legatario facta occasione mortis sperata ex instāti infirmitate, ita demū habet effectū si ex eadē infirmitate legatarius moriatur, nō si ex alia. Bart.

Cùm post apertas tabulas testamenti [c] Priscilianus vixerit, de cuius legato, portioneq; hæreditatis mater epistola ita cauerat. Quoniā cognoui Priscilianum filium meū in extremis esse: iustissimum & pijssimum duxi, portionem eius [d] hæreditatis, quā ei testamento dederam, legare Mariano fratri meo & Ianuario marito meo ęquis portionibus: & si quid amplius ei legaueram, [e] & id [*] (si quid humanitus [f] ei contigerit) do lego, dariq; eis volo. postea autem ex eadem infirmitate [g] Priscilianus decessit; quæsitū est, an legatum quoque eius ad Ianuarium, & Marianum ex causa fideicommissi pertineat? Respondi, posse videri si decessisset ex ea īfirmitate, omni modo & legatum ad eos, de quibus quęreretur, trāstulisse.

[*] Aliàs, vt si quid.

Si seruus legatus trāsferatur in fundū, vt ibi perpetuò sit: legatū de eo factū videtur extīctū. Bar.

Idem libro xiiij. Digestorum. XXXI.

Filio ex parte hærede instituto, duos fun-

Cum post CASVS. Titia habēs filium nomine Priscilianum, & fratrē nomine Marianū, & maritū nomine Ianuarium, fecit testamentum, & instituit sibi pdictos hæredes, & ei prælegauit dicto Prisciliano: & postea fecit quandam epistolā, siue codicil. & in eis ita cauit: quoniam cognoui Priscilianum filium meum in extremis esse, id est, iuxta mortem (erat enim infirmus ad mortem Priscilianus) duxi pijssimū, & iustissimum portionē eius Prisciliani hæreditatis, quam ei testamento dederam, legare Mariano fratri meo. & Ianuario marito meo æquis portionibus, & etiam si quid amplius eidē Prisciliano legaueram. vnde si quid humanitus ei Prisciliano contigerit, puta quod moriatur: do lego, dari que eis Mariano, & Ianuario volo dictā portionē hæreditatis, quā habuit a me in testamento Priscilianus, & dictum legatum, quod ei dedi. & postea decessit dicta Titia testatrix. & postea fuerunt apertæ tabulæ testamenti sui: & postea decessit Priscilianus ex dicta infirmitate. nunc quæritū, an ex causa fideicō. pertineāt ad Ianuarium, & Marianū etiā legata eius Prisciliani, nedum portio eius hæreditatis? & dicebant quidam prædicta ad eos pertinere, siue Priscilianus decessit ex dicta infirmitate, siue ex alia. Respon. tamē hic quod ita demum pertinent prædicta ad eos, si Priscilianus decessit ex dicta infirmitate, & non aliàs. Viu.

[c] Testamenti. Quod fecerat mater Prisciliani, in quo ei portionem hæreditatis & quædam prædia legauit. Azo.

[d] Eius. Scilicet Prisciliani, id est, quam habet in hæreditate.

[e] Legaueram. Sub. duxi legare: & adde adiectis his verbis, ut si quid &c. Accur.

[f] Humanitus. Per hoc uidebatur quādocunq; decederet, & ex quacunque infirmitate Priscilianus, quod ei relictū fuerat, etiam ad Ianuarium, & Marianum translatum fuisse: quod remouet.

[g] Infirmitate. Secus ergo si ex alia. R. & facit s. qui. ex cau. maio. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & de vulga. subst. l. in substitutione. & l. cum ex filio. Sed arg. contra supra de libe. & posth. l. placet.

Filio ex parte. CASVS. Titius instituit sibi hęredē Seium filium suum, & vxorem suam Caiam, & dicto filio duos fundos plegauit cū mācipiis, & oī instrumēto dictorum fundorum. Item dictæ suæ vxori prælegauit multa, inter quæ prælegauit ei Stichū, & Damam seruos suos. postea cū cognouisset idem testator non esse aliquē villicum in altero ex fundis filio prælegatis: misit in dictū fundo Stichū prædictū vxori prælegatum: & pfecit, siue præposuit eum tam rei rusticæ, quā rationib' fundi prædicti, & postea decessit idē testator. nunc quæritur, vtrum dictus Stichus pertinere debeat ad vxorē, an ad filiū? & dicit q ad filium.

Matri suæ. Titius instituit sibi hæredem Seiam matrē suam, & Caium, & plegauit quatuor prædicta suæ matri: & fidei eius matris commisit, vt ex his quatuor prædija duo restitueret socero ipsius testatoris: & postea fecit codicillos, & in eis socero ademit dictum fideicommissum dictorum fundorū, & postea decessit idem Titius. nunc quæritur, vtrum nihilominus ad matrem pertineant dicti duo fundi. & dicitur quod non.

Seia testamento. Seia fecit testamentū, & in eo legauit Titio suo priuignō x. pondo auri: & postea prædictus Titius accusauit eam dicens q ipsa fecit occidi patrē suū Titij, maritūq; quondā ipsius Seiæ. post institutam autē dictam accusationē dicta Seia fecit codicillos, & nō ademit dicto suo priuigno legatū prædictū. & ante finem dictæ accusationis decessit ipsa Seia, & nihilominus quo ad bona ipsius Seiæ confiscāda peracta fuit causa prædicta homicidij: & pronuntiatum est patrem dicti Titij non esse interemptum scelere dictæ Seiæ. nunc quæritur, an ab hæredibus dictæ Seiæ debeat reddi legatum prædictum? Et videtur quòd sic: quia ipsa codicillis prædictis non ademit ei. Respon. tamen hic quòd nō. quasi tacitè sit ademptum propter dictam accusationem ab ipso priuigno institutam.

Filiæ. Titius instituit sibi hæredem Seiam filiā suā, quam habebat ī potestate, & Sempronium, & Caium: & inter cętera quæ prælegauit eidem filiæ, prælegauit ei peculium ipsius filiæ. postea idem testator exegit x. à quodam debitore. & pecuniam ipsius filiæ in suā patris rationē cōuertit: & postea decessit idem testator. nunc quæritur, an dicta filia possit agere cū cohæredibus

hæredibus suis eo nomine, id est, propter dictam pecuniam a debitore exactam? Et respond. quòd non nisi probet exactam dictam pecuniam per testatorem animo non adimendi. Viuian.

a Legauit. Id est prælegauit prædicto filio.

dos cum mãcipiis, & instrumento omni legauit: a idem vxori plura legata, & seruos Stichum, & Damam legauit. sed cùm in altero ex fundis filio prælegatis cognouisset villicum non esse, Stichum misit, & tam rei rusticæ, quã rationibus fundi præfecit. quæsitum est, Stichus vtrum ad vxorẽ, an ad filium ptineret? Respondit cùm memor erat eorũ, quæ testamento cauisset, *Stichũ ex ijs prædijs, in quæ trãslatus est, a testatore, non posse recedere: nec vxorem b posse Stichum ex fideicommissi causa petere.

Si fideicommissum est ademptum ex dispositione testatoris expressa legatum non remanet penes grauatum, sed videtur ademptũ. Bartol.

Matri suæ ex parte hæredi istitutæ quatuor prædia legauit: c & fidei eius cõmisit, vt ex his duo socero restitueret: deĩde codicillis d socero ademit fideicõmissum. Quæsitũ est, an nihilominus ex prælegatione ad matrem pertineret? Respondit, nihil proponi, cur ad matrẽ e pertinerent. *

Qui accusat testatorem de crimine capitali, videtur sibi capitaliter inimicus: unde ei legatum videtur ademptum. Bar.

b Nec vxorem. Inspicitur enim tẽpus quo cedit dies legati: vt s. de fun. instru. l. pe. & arg. sup. de leg. j. l. quod in rerum. §. si quis post. & de leg. 2. l. peculium. in princip. & j. eod. l. fi.

c Legauit. Id est, prælegauit.

d Codicillis. Sic ergo quod testamẽto relinquitur, in codicillis adimi potest: vt Institu. eo. in prin. & not. sup. de test. l. hæredes. §. j.

e Cur ad matrem. Imò videtur apud matrem remanere: vt j. de ali. le. l. pecuniæ. quę est contra. Sol. ibi fideicom. fuit inutile motu fideicommissarij, hic pœnitentia testatoris: quæ patet in adimẽdo legato. hic grauãdo matrem videtur pœnituisse de eo quod quatuor ei legauerat. Arg. s. e. l. quod si. & l. & ideo. Vel hic ab initio nihil plus, nisi duo matri erat relicturus. Tu dicas, quod hæc quo ad illa duo, mater vt ministra fuit electa: vt & j. de leg. 2. l. si quis Titio. & l. si quaquos. & j. de do. cau. mor. l. si filio. sed in contrario vt legataria. Et eodem modo solue C. de cadu. tollen. §. pro secũdo. & s. de le. 3. l. si fundum per fideicõmiss. §. Iulianus. & de le. 3. l. pater. §. Tusculanus. & j. de condit. & demonst. l. si quis cum. quæ sunt contra. & dic vt d. l. si quis Titio. Apparet ex prædictis quod id, quod dicitur ademptum, non videtur datum: vt supra de his quæ in testamen. delen. l. prima. §. penul. quod verum est quantum ad locum de quo est ademptum: alioqui adempto legato illi ad quem translatum est, primus statim viam agendi consequeretur, quod hic negat secundum Ro. & Azo.

f Titio. Priuigno: vt j. patet.

g Accusabat. Incidenter: cum hæres Seiæ dotem repeteret, vt ei priuignus lucraretur: vt C. de rep. l. cõsensu. vt s. sol. mat. l. si ab hostib. Vel dic quod directò criminaliter accusabat lege Cornelia de sica. vt C. de sica. l. is q.

h Acta causa. Post mortem Seiæ, hoc ciuiliter excipiẽdo. Vel dic etiam criminaliter quo ad bona tantum, quod dic vt not. C. si reus vel accu. mor. fu. l. fin.

i Non ademerit. Quia tacitè uidetur ademptum: vt s. eod. l. ex parte. & l. 3. §. fi. & l. sequenti. & facit j. de his qui. vt indig. l. j. & l. indignum.

t Limita, nisi filio iure institutionis legatũ certę rei esset factũ. quod & eleganter signauit Bart. lauthen. ex causa. 6 q. C. de lib. præte. vel exhære.

* In P. Fl. Stichũ ijs prædijs in quæ translatus est a testorẽ cedere: nec vxorẽ &c.

* P. Fl. pertineret.

Seia testamento suo legauit Titio f auri pondo v. Titius accusauit g eam, quòd patrem suum mandasset interficiendũ. Seia post institutam accusationem codicillos confecit, nec ademit Titio priuigno legatũ, & ante finem accusationis decessit. acta causa h pronuntiatum est patrem Titij scelere Seiæ non interemptum. *Quæro, cum codicillis legatum, quod testamento Titio dederat, non ademerit: i an ab hæredibus Seiæ Titio debeatur? Respondit secundum ea, quæ proponerẽtur, non deberi.

Per exactionem debitoris legatum de eo factum videtur extinctũ, nisi aliud appareat. Bar.

Filiæ, quam in potestate habebat, inter cætera legauit peculiũ. idẽ post testamentum factum pecuniam a debitore filiæ exegit, & in rationem suam conuertit. Quæro, an filia eo nomine cũ hæredibus patris agere possit? Respondit, si probaretur k non adimendi animo factum, agere posse.

Venuleius libro x. actionum. XXXII.

DEtrahere legatis, vel adiicere, si nihil præter numeratam pecuniam l legatũ sit, prom.

k Probaretur. Præsumitur enim ademptum: ut supra eadem lege. in princi. & de lega. 2. l. cum pater. §. filia. & l. antepenul. in princip. Azo. & de legat. 3. l. fideicommissa. §. si rem. & lege qui filium.

DEtrahere. CASVS. Legaui tibi centum lib. Bonon. certe bene possum promptè, & leuiter, & expedite adimere totum legatum prædictum, vel eius partem quotã, uel non quotam: & tam minimam quãtitatem, quam maximam dicti legati adimere possum: & etiam vnum numũ possum adimere, & etiam dicto legato leuitas adiicere possum. Si autem legassem tibi equum, vel fundum, obscurum & difficile esset adimere unũ, uel duos denarios in dicto fundo, uel equo. nam non possum præscribere in fundo iam breuem partem: uel in equo, quia ad id non habemus in promptu propria nomina, sicut habemus in pecunia. pecunia enim designatur in partibus per solidos, & per libras, & per unum numũ, uel plures, uel per quotas partes, sed fundus designatur tantum per quotã: ut puta dimidiam, & tertiam, & quartam, & sic de singulis.

Cum libertas. Sticho seruo meo legaui &c. & libertatem, & postea ademi ei solam libertatem. nunquid uidetur ei ademptum legatum? & dicitur quòd sic. unde nihil facit ad rem, adimam, uel non adimam ei legatum: quia semper uidetur ademptum ex quo ademi ei libertatem: quia legatum non potest habere sine libertate. Viuia.

* P. Fl. interceptũ.

l Pecuniam. Cum sola pecunia legatur, expedite fieri potest, uel totius, uel partis adẽptio, uel quotæ uel non quotæ

quotæ: & tã minimæ quãtitatis, quàm maximæ: uelut unius nummi. re uerò corporali legata unius nummi ademptio fieri non põt: pota in fundo: quia obscurum, & difficile est describere tam breuem partem fundi: ideo quia ad id propria nomina, sicut in pecunia, in promptu non habemus.

Ro. nã pecunia per solidos, uel per libras: per nummum unum, uel plures, & per quotas in partibus designatur: sed fundus tantum per quotam, & dimidiã, & tertiam: & sic de singulis.

tum est. cum uerò res corporales interueniunt: & scriptura difficilior fit, & obscura ob id portio. Cũ libertas adimiť legata seruis [a] relicta nihil attinet adimi.

a Seruis. Proprijs testatoris: quia eis legatũ sine libertate nullum est: ut s. e. l. & si transferam. & facit s. e. l. si seruo.

TITVLVS V.

DE REBVS dubijs. [•]

Si in aliqua parte alternatiuè est aliqua res dubia, declaratur habito respectu ad æstimationem rei in alia parte alternatiuè posita. B.

Papi li. vij. respon. I.

Fundũ Mæuianum, aut Seianũ [b] Titio legauerat. Cùm uniuersa possessio plurium [c] prædiorum sub appellatiõe fundi Mæuiani rationibus demonstraretur: respondi, non uideri cætera prædia legato uoluisse defunctum cedere, si [d] fundi Seiani pretium a fundi Mæuiani pretio [•] non magna [e] pecunia distingueretur.

Quod relinquitur administratorib. alicuius uniuersitatis, uidetur relictum ipsi uniuersitati. B.

Idem lib. ix. respon. II.

Ciuibus [•] [f] ciuitatis legatum, uel fideicommissum datum, ciuitati [g] relictũ uidetur. [h]

DE REBVS dubijs.

Fundũ. CASVS. Mæuius, reliquit Caio amplũ fundũ positũ intra certos cõfines: postea dict⁹ Caius diuisit dictũ fundũ in quatuor partes ad hoc ut melius posset colere: & cũ totale omniũ dictarũ quatuor partium uocaretur Mæuianum, eo quod a Mæuio peruenerat ad eũdẽ Caiũ, uni de dictis quatuor partibus imposuit idem Caius nomen Mæuianum, quo nomine & totale prædium uocabat Caius. totalis autẽ dictus fundus ualebat centum pone, & dicta pars quarta ualebat 20. Item alibi habebat dictus Caius quendam alium fundum, quem uocabat Seianum. nunc iste Caius fecit testamentum, & legauit Titio fundum Mæuianum, aut Seianum alternatiuè nõ adijciẽdo de quo Mæuiano sentiret, utrum de magno, aut de paruo: & fortè dedit electionẽ Titio legatario utrum acciperet Seianum, uel Mæuianum, & postea decessit dictus Caius testator: nunc quæritur, de quo Mæuiano uidetur sensisse dictus testator. utrum de paruo, aut de magno. & distinguitur, aut dictus fundus Seianus æquiualet minori fundo Mæuiano, aut maiori fundo Mæuiano. Primo casu uidetur testator sensisse de minori fundo Mæuiano legando dicto Titio legatario, & sic legatarius poterit eligere fundum Mæuianum minorem, uel Seianum. Secundo autem casu iudicabimus eũ sensisse de totali, siue uniuersali fundo Mæuiano: & sic dictus legatarius poterit eligere fundum Mæuianum maiorem, siue totalem, aut Seianum. Viui.

b Seianũ. Alternatiuè. Quo casu hęredis est electio. nisi testator contradixit: ut no. C. de uerb. sign. l. pe. in fi. & dic casum secundum Azo. quod Mæuius amplum fundum reliquit Titio. qui Titius ut melius coleret (ut s. de leg. 2. l. Caius. §. Titius.) in plures partes diuisit: & cũ totale omniũ partiũ uocabat Mæuianũ, q a Męuio puenerat: uni portioni imposuit nomẽ Mæuianum, & totale ualere poterat centum, sed hoc paruulum ualet 20. idem hic Titius habebat quoddam aliud prædium, quod dicebatur Seianũ. nunc iste Titius legauit Mæuianum, aut Seianũ alternatiuè, & fortè quẽ eligeret legatarius, q̃ritur ergo de quo Mæuiano uideť sensisse, totali, uel particulari? & distinguitur an Seianus æquiualeat Mæuiano minori, uel quasi æquiualeat. & uidetur quod sensit de minori: alias si Seianus magis æquiualeat totali, secus: quia cætera continentur, ut hic colligitur, arg. Inst. de vulg subst. §. sed & si ex disparibus. & j. e. l. utrum. §. fi. nam tunc testator electionem dat: quare merito potest dubitari, quod debeat eligere. at cũ esset certus testator quod esset pretiosius: si de totali intelligeret, potius totaliter ei legaret p̃cisè. sicut si uellem legare tibi e. aut 10. nam certum est, quòd centum potius eligeres: & ideo simpliciter c. tibi potius legabo: aliàs minus intelligitur: ut s. de le. 2. l. si ita. §. fi. Item in fin. habeas, non magna &c. & si ponitur conditionaliter. alias est sine non: & tunc dic si. i. quàmuis. Item quid si dubium est cui magis equaleat? Respon. de minori sensit, ut s. de le. 1. l. apud Iulianum. §. Seio. & l. si ita. in fi. uel dic secundo casum, secundum Ro. quod Titius habebat fundum Męuianum amplum, quem diuisit in partes, & uni imposuit nomẽ Seianum. & sic continetur Seianus sub appellatione Mæuiani, tandem legauit Mæuianum, aut Seianum alternatiuè: quasi dicat totum, aut partem. certè nomine Mæuiani continentur tantum partes nõ nominatæ, id est cæterę à Seiano, & secundũ hoc dicit non uideri cætera. s. Seianum cedere cum ipso Mæuiano.

c Plurium. Inter quæ non erat Seianus secundum primum casum: uel erat secundum alium.

d Si. i. quamuis [1] &c. & in fine habeas non: & distingue circa hoc: quia cum uni genus, alteri species legatur, generi per speciem derogať, [2] ut s. de leg. 1. l. seruis urbanis. §. fi. eñ ueto eidẽ genus, & species aut alternatiuè, & tunc nomine generis solæ partes, uel species innominatæ intelliguntur: ut hic. aut copulatiuè: & tunc aut causa determinationis nominauit partes: & tunc solæ illæ continentur in legato. idẽ si a testatore sciente hoc fiat aut cã tollẽdæ dubitationis, siue ad maiorem certitudinem: nam tunc generali legato nõ derogatur. idem si testatore ignorante hoc actum est, ut & s. de fun. instru. l. cum de lanionis. §. cui fundũ. & §. quidam, & l. Seiæ. §. Tyrãnę. & de supellec. leg. l. legata. in prin. & de manumis. testa. l. si peculium. & de leg. 3. l. prædijs. §. Titio. & §. fi. & no. hoc s. de fun. instru. l. quæsitum. §. pe. & §. fi.

e Non magna. Aliàs deest, non. sed in habeas. Acc.

Ciuibus. CASVS Cũ essent duæ ptãtes Bonon. ita legauit eis, Potestatibus Bon. legn c. certè uideor reliquisse cõmuni Bono. & non singulis ciuibus: & sic potestates capient nomine communis legata, & non nomine suo uel singulorum ciuium. Vi.

f Ciuibus. Fortè administratoribus ciuitatis. Azo.

ADDITIO Istã gl. approbãt Bar. Pau. & Soc. circa quã dicas ẽt idẽ, si legeť ciuib. indefinitè scd̃m eosdem.

g Ciuitati. Non singulis, nisi aliud ostendatur testatorem uoluisse: ut j. e. l. cum senatus.

h Videtur. Vnde capient administratores nomine ciuitatis

• Ad hũc tractatum ptinet locus apud Rhetores de ambiguo, seu amphibologia, de quo Qui. li. 7. Cic. li. 2. de inuētione.

Casus secundum Azonem.

• Sic in P. Flo. in quibusdã tamen exempl. deest negatio: sed nõ rectè.

• Plin. li. 5. Episto. ad Caluisium, ait: Non potuisse hæreditatem, aut legatũ ciuibus relinqui: & Vlpia. 22. titu. §. nec municipia nisi quod a libertis suis heredes institui possũt. Ita q; hic interpretandum est hoc casu illis legari posse. L.R.

[1] Non est necesse P.

[2] Placet Bar. Paul. & Socin.

uitiatis . ſic & ſacerdoti relictum capit eccleſiæ: ut ſ̄.de anno.leg.l.annua.§.a Titia.& j̄. de condi.& demon.l. filio.in prin.& §.idem.& C.de iure deli.l.cum aliquis. & ſ̄.eo.l.ſi cognatis.§.ſi.

IN ambiguo. CASVS. Cum haberem duos Stichos ſeruos,legaui tibi Stichum. certè ille Stichus debetur, quem deberi uolui, & nō alius. aliud autem eſt in legato q̄d non eſt dubium, ſiue ambiguum : ſi ego teſtator dixi in eo aliud quam ſenſi: puta quia legaui tibi fundum , & ſentiebam de equo. non enim ualet in aliquo legatum. quia qui aliud dicit in legando quam uult,non dicit id quod uox ſignificat: quia non vult, nec dicit id q̄d uult: quia id non loquitur:& ſic non eſt mirum ſi legatum eſt inutile. facit autem ad prædictas partes huius l.ſ̄. de leg.1.l. ſi quis a filio.§.ſi quis plures. & l. 4. per quas pono hic caſū. Alij aliter ponunt: ſed nolo plus inſiſtere. Viui.

† Cōcor. cum hac l. cap.ult. cum glo. Ina in fin. ex̄.de poſtu.prælа.

Paulus lib.xiiij. quæſtionum. III.

IN ambiguo a † ſermone non utrunque dicimus : ſed id duntaxat, quod uolumus. Itaque b qui aliud dicit , quā vult: neque id dicit, quod uox ſignificat: quia non uult: neque id, quod uult:quia id non loquitur.

Conditio dandi poteſt conferri in perſonam certam, & incertam. Bar.

Idem. IIII.

PAulus †reſpondit c id , quod conditionis implendæ cauſa dandum eſt , ſine dubio certis , & incertis d perſonis dari debere, ut fideicommiſsi petitio poſsit cōpetere.

† Totum hoc c. de ex̄tio P.F.

a In ambiguo. In prima parte pone, legaui Stichum, cum haberē duos Stichos:ut ā.de leg.1.l. ſi quis a filio. §.ſi quis plures. In ſecunda legaui fundum , & ſentiebam de equo:ut ſ̄. de leg.1.l. 3. ſi autem lego Stichum, & ſentiam de Pamphilo:ualet de quo ſenſi , 1 ut d.l. 4. de leg. 1. & ita prima pars in proprio nomine : ſecunda in appellatiuo ponitur. ſed & prima poſſet loqui in appellatiuo , ibi non utrunq; : ſed nō in eo quod dicit,ſed id duntaxat &c. Alij ut R.dicunt ambiguum, quod continet amphibologiam , ut aio te Aeacidem Romanos uincere poſſe. & ſimilia,de quibus not.ſ̄.de pac.l.ueteribus . Item in infinitis alijs poteſt poni exēplum:ut ſtudioſus indagator poterit inuenire.

1 Niſi ſit erratum i corpore. Bar. & P.

b itaq;. Verè in ambiguo ita eſt. nā aliud in eo,quod dubiū non eſt. probatur tamen quod dixit,non ſenſit. R.uel cōtinua ſic,dixi in ambiguū nō ualere utrūque: ergo multo magis ubi non eſt ambiguum , non ualet utrunq;,quinimo neutrum . nam ſi aliquid ualeret,uel ualeret quod dicit,ſed hoc non vult . uel ualeret quod vult,ſed illud non dicit. eſt ergo ualida illatio , itaque &c.Sed obijcit primo dicto l.ſ.de uſufruc.l. ſi alij. ubi uerbum fundi,quod eſt ambiguū : quia quandoq; proprietatem nudā:ut ſ̄.fami.ercīſ.l.& puto.§.1.quandoque plenam cōtinet: ut ā. de uſufru.accreſ.l. ſi tibi.tamen non accipitur prout uoluit teſtator : ut d.l. ſi alij. Sed dic 2 ibi fuit ambiguitas rei: hic uerbi uel orationis: uel ibi ſpeciale:uel ut R.ibi 3 dixit.Vel uerius nomē fundi non eſt ambiguū:quia ſemper plenam proprietatem continet:& ſic concordant cum fine huius legis. nec ob. illa l. puto. ut ibi no. Item obijcitur ſecundo dicto huius legis ā .de leg. 3. l. non aliter,ubi receditur a verbis , ſi teſtator vult. Sed illud locū habet,ubi uocabulum plures habet ſignificationes,ſed alteram conſuetā,ut lego decem ſolidos Bono. Inſpicitur ergo conſueta,niſi teſtator aliud uelit , ut de paruis Bononiēſibus intelligat. & facit j̄.de reg. iur. l. In ambiguis orationibus. & de uer. ſi.l.nepos Proculo. & ſ̄.de ſupel.le. l.legata.& l.Labeo.circa fin.Sed argu.contra.j̄.de appel.l.1.§. ſi quis.

2 Diſplicet Bart. Pau.& Socin.

3 Et bene, q̄a ibi nō conſtabat de uoluntate defuncti , iō ſtatur propriæ ſignificationi . Bart.Pau. & Soci.

ADDITIO. Sol.ſecundum Bart.quòd hic eſt error in uerbi prolatione: ibi in facti executione,circa quem errorem eſt iuris diſpoſitio:ut ibi patet.

PAulus reſpondit. CASVS. Quamuis legatū incertæ perſonæ relictū nō ualet:ut Inſt. de le. §. incertis. tamē id q̄d cōditionis cā implēdæ dandum eſt, ſine dubio dēt dari certis , & incertis perſonis , ut poſſit competere petitio ſi deic.illi, cui in fidei. ſibi relicto eſt appoſita conditio dandi aliquid certę,uel incertæ perſonæ : & de certa perſona eſt planum cuilibet . de incerta autem ſic pone. Lego tibi equū , ſi dederis decem illi, qui duxerit in uxorem filiam Titij, uel illi qui prius aſcenderit Capitolium: p legem j̄.eo. l. ſi fuerit.Sed quid ſi ita dixi,centum per fideicom.relinquo:& nō adieci cui. indubitatum eſt nulli perſonæ uideri datum fideicommiſ. nec certæ,nec incertæ : & ideo non ualet fideicom.& hoc dicit cum l.ſeq.Viui.

Si perſona legatarij non apparet,non ualet legatum. Bar.

Idem libro xix. reſponſorum. V.

PAulus reſpondit, Cū nomen fideicommiſſarij teſtamento adſcriptum nō ſit, e nulli f perſonæ,neque certę neq; incertæ datū fideicōmiſſū uideri,indubitatum eſt.

Valet legatum factum incertæ perſonæ de certis uel incertis, ſi incertitudo uenit declaranda ex aliquo futuro euentu. Bar.

Caius lib j. fideicommiſſorum. VI.

QVidam relegatus

c Paulus reſpondit. Alias incipit id quod: & quidam dicunt quod hæc lex non eſt in Pandectis Floren.

d Et incertis. Vt lego tibi fundū , ſi dederis decē ducenti in uxorem filiam Titij,uel ei qui primo Capitolium aſcenderit.ad quod j̄.eo.l. ſi fuerit. an legatū ualeat incertæ pſonæ relictū: 4 dic, 5 ut Inſt.de leg.§. incertis.& §.ſed nec.& j̄.eo. l. quidam.

e PAulus reſpondit. Non ſit expreſſo nomine , uel quaſi:ut ſ.ſi cer.pe.l.certum:& de hær. inſtit. l. quoties.§.ſi quis. Accur.

Nulli. Facit.ā. de uſufr. leg.l.qui plures.& ā.de hære.inſtit.l.quoties.§.hæres.& Inſtit.de leg.§.legati.& de uer.ob.l. ſi ita.§.Chryſogonus.ſed in caſu cōtra : ut j̄.de ſtatuli.l. qui pecuniam. ibi ſimpliciter dare iuſſus ſeruus & liber eſſe, hæredi dare uidetur iuſſus.

ADDITIO. Dic quod ibi grauatur legatarius,uel fideicōmiſſarius . unde in dubio uidetur grauatus dare hæredi a quo ſenſit commodum . hic uero grauatur hæres, qui commodum ſenſit a ſeipſo,non ab alio,ſecundum Bar.hic.

4 Legatū incertæ perſonæ, an & quando ualeat,uide plenè p Bart. in l.proxim. j̄.e.tit. & per Cy. in l. id quod pauperib⁹. C. de epiſ. & cler.

5 Dic. ſequuntur B. Pau. & Socinus.

QVidam relegatus. CASVS. Titius relegatus fecit teſtamentū, & in eo inſtituit ſibi hæredes Sempronium, & Seium, & Caium, & Petro centum legauit, & Martino 40. & quibuſdam alijs plura legata reliquit,& poſtea ita dixit: ſi quis ex hæredibus cæteriſque amicis,quorū hoc teſtamento mentionem feci,ſiue quis alius ex amicis meis nō nominatis in teſtamento reſtitutionem mihi impetrauerit ab imperatore, & ante deceſſero, qui ei gratias egero : uolo dari a cæteris hæredibus centū aureos ei qui id egerit . poſtea Seius unus ex hæredibus impetrauit ei teſtatori reſtitutionem ab imperatore: & poſtea deceſſit idem teſtator antequam id ſciret . nunc quæritur , an dicto Seio debeantur a cohæredibus ſuis dicti centum aurei ? Et dicitur quòd ſic . ſed & ſi aliquis ex amicis teſtatoris non nominatis in teſtamento impetrauit ei reſtitutionem,ipſe habebit dictum fideicommiſ.

Si tibi

facto testamento, [a] post hæredis institutionem, & post legata quibusdam data ita subiecit: Si quis ex hæredibus cæterisve amicis, [b] quorum hoc testamento mentionem habui, siue quis alius restitutionem mihi impetrauerit † ab Imperatore, & antè decessero, quàm ei gratias egerim, uolo dari ei, qui id egerit, a cæteris hæredibus aureos tot. unus ex his, quos hæredes scripserat, impetrauit ei restitutionem: & antequam [c] id sciret, decessit. Cum de fideicõmisso quæreretur, an deberetur: consultus Iulianus respondit deberi. sed & si non hæres uel legatarius, sed alius ex amicis curauit eum restitui: & ei fideicommissum præstari. [d]

Posthumus qui non nascitur, non facit partem, si uero plures nascuntur, quilibet cum sibi coniuncto admittitur in uirilẽ. Bartolus.

Si tibi, & posthumo suo uel alieno [e] hæreditatem restituere quis rogauerit.

Metianus lib. iij fideicommis. VII.

* Vel ex parte te, & ex parte posthumum hæredem instituisset, legatumve similiter, uel fideicommissum dedisset. [f]

† Caius libr. j. fideicommis. VIII.

Vtrum ita posthumus partem faciat, si natus sit, an & si natus non sit, quæritur? Ego commodius dici puto, si quidem natus non est, minimè [g] eum partem [h] facere, sed totum ad te pertinere, quasi ab initio tibi solido relicto.

---

† Impetrauerit, i. obtinuerit. Mando. in 9. quæstione Regu. de impe. bene. uin. nume. 10.

* Sic in P. F. Hal. aũt scripsit uel ex parte posthumum hæredẽ, &c.

† Quod hic de muliere Alexandrina Caius cõmeminit: ī. si pars hær. pe. l. antiqui. §. sed & tergeminos. Pau. Iuris con. Aelio attribuit, nisi erit hic, aut ille mendũ insit.

Si tibi. Titius instituit sibi hæredem Seium: & rogauit eum per fideicommis. ut tibi Caio, & posthumo Titij testatoris restitueret hæreditatem: & postea decessit dictus testator, & Seius adiuit hæreditatẽ illius. nunc tu Caius uis ab eo petere totam hæreditatem, cũ non sit adhuc natus posthumus, quæritur utrum possis? Et respon. quod si certum est posthumũ non nasciturum, totam potest petere: quia non potest posthumus non nasciturus facere tibi partem. si autem iam natus est posthumus unus, paradimidia tibi debetur: duobus autem natis debetur tibi tertia: tribus natis debetur tibi quarta. & non mireris q̃d pono tres posse nasci uno utero siue fœtu, quia de facto enim est quædam mulier nomine Serapia quæ [illegible] etiam lex, quæ est ī. si pars hæred. pet. l. antiqui. dixit quod interim antequã aliquis posthumus nascatur, debetur tibi quarta. Quod autem dixi in fideicõmis. hæreditate restituenda tibi Caio, & posthumo testatoris, habes locum, si dictus testator instituisset de directo pro parte hæredem, & posthumum suum pro alia parte, & idem esset similiter si tibi, & posthumo suo reliquisset legatum, uel singulare fideicommissum. Item quod dixi in fideicommissaria hæreditate, & hæreditate directò relicta, & in legato, & in singulari fideicommisso relict. s. tibi Caio, & posthumo testatoris, esset idem si reliquisset tibi aliquod prædictorum, & posthumo alieno. & h. d. cum duabus legib. seq. usque ad ad §. cum quidam. Viuian.

[a] Testamento. Quod posuit: ut sup. de test. l. eius. §. sed si legare.

[b] Amicis. Hoc ualet etiam hodie: ut Instit. de leg. §. sub certa. Sed ad id quod subijcit, siue quis &c. uidetur contra Instit. de leg. §. incertis. Sol. hic implicat dictio alius. s. ex amicis: licet in testamento non nominatis. An autem ille §. incertis. hodie corrigatur: quidam quod sic per §. seq. sed nec. & ibi loquitur secundum nouum ius, alij quod non, & id referunt ad posthumũ, & ad soluta indebita pijs locis relicta, quæ constat ualere, licet incertæ personæ relicta: ut C. de epis. & cler. l. id quod. & l. nulli.

[c] Et antequam. Ad hoc est ī. de cond. & demon. l. hæc cõd. §. si. & l. si iam. & C. de episc. & cle. auth. si captiui.

[d] Præstari. Debere dicendum est. Acc.

[e] Alieno. Hic & in duabus legibus sequentibus habes fideicom. hæreditatem: item hæreditatem directò, item legatum, uel fideicõmis. singulare posse relinqui posthumo alieno: & sic est cõtra Instit. de leg. §. posthumo. & de bo. poss. in prin. Sol. illud de lege 12. tab. at hic considerauit ius prætorium, uel imperatorium: ut eo. ti. de leg. §. posthumus. & §. sed nec. & de bo. pos. circa prin. Alij hoc coniungunt si quis tibi, uel alieno, id est, alicui alij, & posthumo suo &c. ut nihil hic de alieno dicatur.

[f] Vel ex parte. Dedisset, tibi, & posthumo.

Vtrum. Casum in hoc princ. l. uide in casu proxi. præceden.

Cum quidã. Titius instituit sibi hæredes Seiũ & Caium, & Sempronium. & commisit fidei dicti Seij, ut cum ipse Seius moreretur, restitueret suam partem hæreditaria uni ex dictis suis cohæredibus, cui ipse Seius uellet: & postea decessit dictus testator. nunc quæritur an ualeat dictũ fideicom. Et uidetur q̃d nõ, quia uidetur esse positũ in arbitrio eius Seij qui rogatus ẽ: quo casu nõ solet ualere fideicõ. ut ī. de leg. 3. l. fideicom. §. quãquã. dicitur tamen hic quod ualet fideicõ. quia non est in eius arbitrio positũ: an omnino uelit restituere, sed est cõmissum in arbitrio suo, cui potius restituat. Primo enim casu nõ ualeret, isto autẽ casu bene ualet.

Quæsitum est. Institui mihi hæredem in sex uncijs hæreditatis Titium, & Seiũ in 4. & Caium in duabus, & rogaui dictũ Titium, ut cum moreretur, restitueret partem suam dictis suis cohæredibus. & postea decessi. nunc quæritur, an debeat Titius restituere suam partẽ cohæred. b. pro uirili, i. tantum uni quantum alteri: an uero pro portionibus hæreditarijs ex quibus hæredes scripti sunt dicti sui cohæredes. & distinguitur: aut ego testator ita iussi restitui partẽ Titij cohæredibus eius, si cohæredes darẽt ei Titio centũ ponè: aut sine aliqua donatione pecuniæ. Primo casu subdistinguitur, aut æquas partes dictę pecunię iussi eos dare Titio, aut dispares. si æquas ptes iussi eos dare, æquas ptes debẽt habere de fideic. i. de parte Titij ei restituenda. si aũt dispares partes dictæ pecuniæ iussi eos dare Titio, taliter aut uideantur dispares partes congruere portionibus eorũ hæreditarijs, pro hæreditarijs partibus debent habere fideic. prædictum: Secundus autẽ casus, i. quando iussi restitui partẽ Titij cohæredibus eius sine aliqua datione pecuniæ per cohæredes facienda eidem Titio non est in hoc §. sed dic hoc casu debere eos habere fideicom. pro hæreditarijs partibus: ut ī. ad Treb. l. quoties. in prin. & similibus, quæ ibi scripsi. Viuianus.

[g] Minimè. cũ nec ipse capere possit. sic ī. de cõtra ta. l. si post mortẽ. §. liberi. Itẽ cõtra s. de le. 3. l. planè. §. si cõiunctim. ubi seruus q̃ nõ capit, facit partẽ. sed ibi ideo, quia poterat cõualescere seruo libertate donato.

[h] Partem. Id est te non admitti nisi ad partẽ: ut supra de leg. l. huiusmodi. §. si Titio. & dic ut ibi.

ſinautem natus fuerit: utroſque accipere, quantum cuique relictum eſt, ut uno nato, pars tibi dimidia debeatur: duobus natis tertia tibi debeatur: tribus natis (quia tergemini † quoque naſcuntur) quarta. a Et noſtra quidem ætate Serapia Alexandrina † mulier ad dinum Adrianum perducta eſt cũ quinq; liberis, quos uno fœtu enixa eſt. Sed tamẽ quod ultra tres naſcitur, ferè portẽtoſum b uidetur.

Subſtãtia legati, uel fideicommiſsi in alterius uoluntatem non poteſt committi: ſed electio perſonæ bene committitur. Bartolus.

Cum quidam pluribus heredibus inſtitutis uni* fidei commiſiſſet, ut cum moreretur, uni ex cohæredibus, cui ipſe uellet, reſtitueret eam partem hæreditatis, quæ ad eum perueniſſet: uериſsimum eſt utile eſſe c fideicommiſſum. nec enim in arbitrio d eius, qui rogatus eſt poſitum eſt, an omnino uelit reſtituere, ſed cui potius reſtituat. Plurimũ enim intereſt utrũ ĩ poteſtate eius, quem teſtator obligari cogitat, faciat, ſi uelit dare: * an impoſita neceſsitate dandi, ſoli ei diſtribuendi liberum arbitrium concedat.

In fideicom. hæredibus relicto intelligitur portio pro modo oneris hæredibus per fideicomiſſ. iniuncti: aliâs debetur pro hæreditariis portionibus. Bart.

Quæſitum eſt, ſi cohæredes ex diſparibus partibus ſcripti ſint, e utrum partes ſuas in uiriles partes reſtituere ſingulis debeant: an pro portionibus hæreditarijs, ex quibus hæredes ſcripti ſunt? Et placuit, ſi teſtator ita reſtitui iuſsiſſet partem, ſi aliquam pecuniam dediſſent: ſi quidem æquas partes iuſsi f fuerint dare: conueniens uideri eſſe etiam ex fideicommiſſo æquas partes ei reſtitui oportere. ſi uerò diſpares g in ea pecunia diſtribuẽda ſignificaſſet teſtator, ut uideantur h hæreditarijs portionibus congruere: cõſentaneum eſſe, etiam fideicommiſſum pro hæreditarijs partibus ei reſtitui i debere.

Ad confirmationem donationis ſufficit contingere donantem donatario non ſuperuixiſſe. Bartolus.

Paulus libro ij. ſententiarum. IX.

SI inter uirum & uxorẽ donatio facta fuerit: priore defuncto, cui donatum eſt: ad eum res redit, qui donauerat. k quòd ſi ſimul tam is, cui donatum eſt, quàm is, qui donauerit: quæſtionis decidendæ gratia magis placuit ualere donationem, eo maximè quòd donator non ſuperuiuat, l qui * rem condicere poſsit.

a Quarta. Debeat. Hæc uerba & ſi nõ apparebit quotq; danius: quoniam interim quarta debetur: ut ſ. ſi pars hæred. pet. l. antiqui. & facit ĩ. de ſolu. l. ſi pater. & ſ. de hæred. inſti. ſi quis ita ſcripſerit. & de le. 1. l. ſi duobus. §. fi. & l. qui filiabus. §. 1. Sed contra ĩ. eod. l. ſi fuerit. § & ſ. de hæred. inſti. l. Titius fundi. ADDITIO. Dic quod ibi oẽs erant nati: hic non. Dy. B. Rao. & Soci.

b Portẽtoſum. Non tamen eſt: ut d. l. antiqui.

c Vtile eſſe. Cuius petitionem nullo ẽt electo aut omnes, aut ſuperſtes, ſi unus tantum ſupereſt, habebit. ut ſupra de legat. 2. l. ſi Titio. & l. ſi quis Titio. §. fi. & l. cum quidam. & l. unum ex familia. In princ. & §. 1. & §. ſed ſi quidem ille. & §. rogo. & l. cum pater. §. hæreditatem.

S I in metallum. CASVS. Titius legauit cẽtum Seio in metallũ damnato. pro nõ ſcripto certè eſt legatum. Sed nunquid remanet apud hæredẽ dictũ legatum, an datur fiſco ſiue Cæſari? Et dicitur qđ remanet apud hęredẽ. nam damnatus in metallũ non eſt ſeruus Cæſaris, ſed pœnæ, ſecus autẽ eſſet, ſi dicta c. eſſent ei legata ad alimẽta: quia tunc valet legatum. quod autẽ dixi non valere legatũ relictũ damnato in metallum, & idem legatum remanere apud hęredem, & non dari fiſco vel Cæſari: habet locum, etiã ſi poſt dictum legatum damnatus ſit legatarius in metallũ, cum prius nõ eſſet damnatus. & quod dixi de legatario dãnato poſt legatũ, habet locum in hærede inſtituto dãnato in metallum, poſt inſtitutionẽ. ſ. vt ſit pro non ſcripta inſtitutio, & ad fiſcũ nõ pertineat, ſed ad veniẽtes ab inte. & bene dixi quod dictũ legatum & inſtitutio ſunt pro non ſcriptis: quia ea quæ in eam cauſam peruenerant, a qua incipere non poterãt, pro non ſcriptis habentur, ſicut & propter eãdem cauſam extinguitur legatum relictum ſeruo alieno, ſi poſtea teſtator redimat dictum ſeruum. nam & hic peruenit legatum in eã caſum, a quo incipere nõ potuiſſet. nã ſeruo ſuo non poteſt teſtator legare ſine libertate: vt ſ. de le. j. l. plane. §. ſi cõiunctim. Viuia.

[h] Alimentorũ. In eam enim cauſam relictum valet: vt ſ. de ali. legat. l. is cui. & facit in eo. titu. l. ſeruos.

[i] Pro non ſcripto. Nam tempore teſtamenti impeditur, vt C. de cadu. tollẽ. §. ea enim. & §. in primo.

[k] Damnatus. Et ſic ĩ cauſam caduci deuenit: vt C. de cadu. tol. §. ea enim. & §. pro ſecundo.

[l] Non pertinet. Vt & ĩ. de iure fiſ. l. in metallum. & C. de bo. proſc. l. in metallũ. & ſ. de mili. te. l. neq; §. j. in deportato an ſit capax vel nõ: dic vt no. ſ. mã. l. ſi mandauero. §. is cuius. & C. de hær. inſti. l. j. Item facit ſ. de acqui. hære. l. ſi ſeruus eius.

[m] In eam cauſam. Not. ſic ſ. de ſerui. l. pro parte. Sed arg. contra Inſtit. de leg. §. ex contrario. Solu. hic caſus legatarij impedit: ibi inutilitas rei legatæ. Et eodẽ modo reſpon. ĩ. de regu. iur. l. in ambiguis. §. nõ eſt nouum. quæ ſũt contra. Item arg. contra ſ. de conſti. pec. l. item illa. §. quod adijcitur.

ADDITIO. Iſta ſol. gl. non placet Bart. ideo dic aliter, quod ibi caſus ſuperueniens tendit ad eundẽ effectum cum ipſo legato. hic ad aliũ effectum: de quo per Dy. in ca. factum legitime. de reg. iur. lib. vj. & per eundem Bar. in l. pluribus. §. & ſi placeat. ĩ. de verb. oblig.

S I eo tempore. CASVS. Titius fecit teſtamentum & legauit c. Seio, quem viuere credebat, cum eſſet mortuus. certè pro non ſcripto habetur legatũ. Sed & ſi dictus Seius in poteſtate hoſtiũ erat eo tempore, quo fiebat teſtamentum, & non redijt ab hoſtibus. pro non ſcripto erit ſimiliter. Viuia.

[n] Nõ erat. Is cui legabatur. & facit C. de cadu. tollen. §. ea enim.

[o] Erat. Scilicet eo tempore, quo &c.

a Rediit. Id est, ibi decessit. Et facit ī. de le. j. l. si seruo meo Stichus. §. j.

Quod quis. CASVS. Titius miles, vel paganus, non facio vim, fecit testamentū, & legauit centū Seio, & rogauit eū vt ea c. restitueret Caio, & hoc scripsit ipse Seius voluntate testatoris. certè dictum legatum non debet habere Seius: quia ea est pœna scribentium sibi in testamento: sed debet remanere dictum legatum apud hæredem testatoris cum onere fideicommiss. vt scilicet teneatur restituere dictū legatū Caio sicut erat rogatus Seius. Viuia.

b Quod quis. Facit infra, de fal. l. filius. §. fin. & l. Impuberē. §. item si quis id. & C. de cad. tollen. §. 2.

c Militis. Vt C. eo. l. pen.

bus rediit: a pro nō scripto erit. Et ita Iulianus scribit.

Paulus libr. xij. quæstionum. V.

Qvod quis b sibi adscripserit, si alij restituere a testatore iussus est: cū onere fideicōmissi † id apud hæredē remanet, quāuis pro non scripto sit. Idē est & in testamento militis. c

† In P. F. fideicommissum id &c.

TITVLVS IX.

DE IIS, QVAE vt indignis auferuntur.

Qui post mortem defuncti in gratitudinis causam committit, perdit legatum. Bart.

Martianus libro sexto institutio. I.

Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, quasi indignum carere legato seu fideicommisso libertum, quæ d ei ex testamento patroni relicta erant, cum patronum suū post mortem e eius quasi illicitæ mercis negotiatorem detulerat: quamuis & præmium f meruerit. g

Qui contra tabulas petiit, indignus est omni commodo ex eodem testamento. Ita qui contra mandatum principum, vel senatusconsul. vxorem duxerit, indignus est omni commodo ex eius testamento, secus in vxore ducta. Bartol.

Idem libro xj. institutionum. II.

Avfertur hæreditas ex asse, & ad fiscum pertinet, si emancipatus filius contra tabulas bonorum possessionem patris vt præteritus h petierit, & ex

DE IIS, QVAE vt indignis auferuntur.

Diui Seuerus. CASVS. Titius habēs Stichum seruū vēdidit hostibus ferrum, vel frumentum, vel salem: vnde tenetur pœna capitis. & fiscus debet habere pretium dictarum rerum, vt ī. de pub. l. cotem. in princ. & §. dominus. dictus Titius facit testamentum, & reliquit dicto Sticho libertatem, & c. nomine legati. & c. nomine fideicommissi, & postea decessit Titius. postea dictus Stichus detulit in fiscum dictum suum patronum quasi illicitæ mercis negotiatorem, quod potest fieri etiā post mortem ipsius Titii: vt d. l. cotem. §. illicitarum. certè quasi indignus debet amittere legatum, & fideicōmissum, quamuis non libertatem: alii aliter intelligunt: vt in litera notaui. Viuia.

d Quæ. Scilicet legatum & fideicommissum.

e Post mortem. Cum enim merces sint factæ fisci: vt C. quæ res vend. nō pos. per totum tit. & hæredi, & alii cuilibet auferuntur: vt ī. de publi. l. cotem ferro. §. illicitarum. & l. commissa. & quolibet nuntiante: vt ī. de iure fisci. l. j. Accur.

f Et præmiū. Scilicet illud qđ habēt qui aliquid deferunt fisco: quod est vt dices ī. eo. l. post legatum. in fi.

g Meruerit. A fisco cui detulit. & sic no. quod ex eodē facto pœnam, & præmium quis consequitur. Sed ar. contra. ī. ex quib. cau. ma. l. si cui. & ī. si quis aliquem testa. prohi. l. j. §. j. & ī. de neg. gest. l. siue hæreditaria. & erit hoc speciale, vt indignus aliquid lucretur. regulariter contra: vt ī. eod. l. post legatum. §. fina. quæ est cōtra. vel hic super alio est indignus, scilicet legato: & super alio lucratur, scilicet super mercibus & facit ad l. sup. de adim. lega. l. penulti. §. Seia.

Pœnam & premiū quis ex eodem facto consequi potest.

ADDITIO. Notes hac gl. iuncto tex. qđ mortuus pōt offendi adeo, qđ qs priuetur relicto. & sic glo. l. sororē. in fi. C. eod. est vera, quæ dicit, quod ille qui concubuit cū vxore defuncti post mortem eius indignus est legato: & sic applicatur fisco. ratio: quia si viuo defuncto hoc fecisset, ipsum ad iracundiā prouocasset: ergo idem post mortem. secundum Bartol.

Avfertur hæreditas. CASVS. Hæc lex cum seq. ponit quinque casus in quibus aufertur relictum alicui, & datur fisco. Primus est talis, Titius habens filium maiorem emancipatum, & impuberem in potestate, fecit principale testamētum, in quo instituit sibi hæredem dictū impuberem, & emancipatum præteriit, & postea dictum emancipatum pupillariter substituit impuberi. quæ substitutio dicitur accessorium testamētum siue pupillare, siue secundæ tabulæ. & postea decessit dictus Titius. postea dictus emancipatus petiit bono. possess. contra tabu. patris, & impugnauit testamentum patris, & postea decessit impubes in pupillari ætate, & dictus emancipatus adiuit hæreditatem ea pupillari substitutione. certè debet ei auferri hæreditas ex asse: id est, tota: & ad fiscum debet pertinere: quia principale testamentum arguit, & a secundis tabulis repellendus est. Secundus casus est talis. Potestas Bonon. accepit vxorem de Bonon. postea dicta vxor fecit testamentum, & reliquit ei c. certè non poterit retinere illud legatum: quia contra mandata Imperatorum duxit vxorē. Tertius casus est talis, Titius fuit tutor Seiæ pupillæ, & ea facta adulta accepit eam in vxorem contra decretum amplissimi ordinis senatorum. postea ipsa fecit testamentum, & reliquit ei c. certè non poterit retinere illud legatum. in vtroque ergo casu, id est, in hoc tertio. & in secundo, etiam si ex asse hæres institutus sit dictus potestas, vel tutor a dictis eorum vxoribus quas illicite acceperunt: & adierunt hæreditatē: quasi indignis aufertur eis hæreditas, & fisco dabitur. Sed contra dictus potestas, vel tutor bene possunt legare dictis eorum vxoribus. Quartus casus est talis. Donaui, vel legaui tibi portionem, quæ mihi obueniet ex successione Titii agnati mei, cum ipse Titius adhuc viueret, & ignoraret me ita tibi donare, vel legare, rectè quasi indigno auferretur tibi illud, quod tibi taliter donaui, vel legaui: quia de viui hæreditate, vel eius parte paciscí non possumus eo ignorante: vt ī. de pac. l. fin. Quintus casus est talis. Titia instituit me hæredem, & postea ipsa decessit per meam culpam, vel negligentiam, & postea ego adiui hæreditatem suam. certe quasi indigno auferetur mihi, & debitur fisco. Viuia.

h Præteritus. Impugnans. l. testamentum.

Impuberis.

[b] substitutióe impuberis adierit hæreditatẽ. Item [c] si quis contra mandata duxerit uxorem ex ea prouincia, in qua officiũ aliquod gerit, quod ei ex testamento uxoris acquisitum est: diui Seuerus & Antoninus rescripserũt, retinere eum non posse: tãquam si tutor pupillã [b] contra decretũ amplissimi ordinis in domum suã duxisset. [c] utroq; ergo casu & si ex asse [d] hæres institutus adierit hæreditatẽ, fisco locus fit. nã quasi idigno ei aufertur [e] hæreditas. Per cõtrariũ aũt ducta tam ab eo, qui officiũ in prouincia gerebat, quàm a tutore illicitè: magis est, ut dicatur capere illam ex testamento, nec quasi indignam esse repellendam. Idem erit, [f] si quis uiui ignorantis bona, uel partem bonorũ alicuius cognati donauerit. Nã quasi indigno aufertur.

Idem libro v. regularum. III.

INdignum esse diuus Pius illum decreuit (ut & Marcellus libro duodecimo Digestorum refert) qui manifestissimè comprobatus sit id egisse, ut per negligentiã, & culpam [g] suã mulier, a quo hæres institutus [†] erat, moreretur.

Vlpianus lib. xiiij. ad edictum IIII.

PApinianus lib. xv. quæstionum ait. [h] si quis unum hæredem quasi per falsum adscriptum accusauit: legatum ei nõ auferri a cohęrede relictum, quem non inquietauit.

Paulus libro j. de iure fisci. V.

POst legatum acce-

[a] Impuberis. Scilicet in secũdis tabulis, in quibus pupillariter substitutus fuerat. & facit ff. de vulg. substit. l. is qui. & l. ex duobus. §. fi. & ĩ. de leg. præstã. l. filiũ. §. nõ solũ. & §. si fratri. & ĩ. ad Trebel. l. si patroni. §. sed illud. & ff. de inof. test. l. Papinianus. §. meminisse.

[b] Pupillã. Scilicet quondam.

[c] Duxisset. Eo quia illi aliquid in testamento reliquisset.

[d] Et si ex asse. Quasi dicat non solum si aliquid reliquit, ut proposuit.

[e] Aufertur. sic supra, de ri. nu. l. præfectus. & de leg. i. l. fi. Sed contra ff. de usufr. lega. l. uxori. Solu. ut in l. præfectus. Itẽ cõtra ff. de do. inter uir. & ux. l. cum hic status. §. fin. sed ibi in donationib. inter uiuos. Item facit C. de incest. nupt. l. qui contra legem. Item no. hic rationẽ dissimilem uxoris, & mariti: sicut differunt in festinatione matrimonij altero mortuo.

[f] Idem erit. Facit C. de pac. l. fi. & ĩ. de do. l. quidã. §. si & l. seq. Sed contra C. de cap. l. nec nos. ubi non confiscãtur. Sol. ibi erat dubium an uiueret. Item cõtra ff. de act. em. l. si quis seruum. So. ibi.

[g] INdignum. Culpam. non adhibendo medicum, uel malum adhibendo: ut infra, de ædi. edic. l. quod si nolit. §. si mancipium. & facit supra de lib. agn. l. necare. & supra, ad Syl. l. necessarios. §. fi. & C. de epis. aud. auth. liberi. & supra ibi. matri. l. si ab hostibus. §. 1. & C. eo. l. sororem.

PApinianus. CASVS. Titius instituit sibi duos hæredes, & a quolibet legauit mihi c. & decessit. postea ego accusaui unũ de hæredib. quasi per falsum fecerit se scribi hæredẽ. certe debeo amittere legatum mihi ab eo relictum: nõ autem debeo amittere legatũ mihi relictum ab alio hærede. & quod me dixi legatarium amittere legatum, est uerum quando nõ erat mihi solutum adhuc. Si autem erat iã mihi solutum legatum: bene possum accusare testamẽtum de falso, & etiam contendere testamẽtum nõ esse iure factum, id est, minus solẽniter: inofficiosum autem dicere testamentũ non possum. & si quidẽ post legatum acceptũ a me cõtendam testamentum nõ esse iure factum, quod mihi licuit, ut dictum est, & succumbã: non propter hoc aufertur mihi legatum quod iã cõsecutus eram: secus autem si postquam habui legatũ, dicam falsum testamẽtum, & succumbam: quia tunc amittere debeo legatũ, quod consecutus sum. ex eo autem quod dixi, me non amittere legatum, quod acceperã, etiam si dicã testamentũ non iure factũ, sequitur illud, quod fuit iudicatũ Paduæ in quadam quæstione de facto. Sephronius enim fecerat testamentum, & instituerat sibi hæredẽ Seium, & quibusdam suis cognatis reliquerat legata, & postea decessit: & hæres soluerat cognatis dicta legata. nunc dicti cognati uolebãt testamentũ Sophronij dicere non esse iure factum, & ad eos pertinere hęreditatem ab intest. unde de hoc interrogauerũt quẽdam imperatorem nomine diuum Pium: & ipse respõdit, quòd ipsi possunt petere hæreditatem dicti Sophronij ab intest. si uerum est, quòd dicebant, id est, testamẽtum iure factũ non esse, & hoc non obstante quòd acceperant legata. commisit tamẽ dictus Imperator iudici, ut uideret, an dicti cognati sint prohibẽdi petere dictam hęreditatem, an non. in causę autẽ cognitione dixit Imperator inspiciendam personam cuiusq; cognatorum prædictorũ, & conditionem, & ætatem Sophronij, puta in quolibet cognato utrum sit capax, aut nõ: utrum sit sui iuris, uel nõ. utrum sit pubes, uel impubes. in persona Sophronij defuncti poterit habere hæredem, uel nõ: fuerit sui iuris, uel non: pubes, uel impubes persona. & hoc dicit cum prin cip. l. sequentia. non autẽ mireris de eo, quod dicitur l prin ci. l. seq. scilicet quòd ille, qui accepit legatum, nõ potest dicere inofficiosum testamentum, sed falsum, uel non iure factum potest dicere. reddo tibi talem rationem: quia testamẽtum, quod est inofficiosum, bene tenet, & aliquod est. filius tamen in eo exhęredatus potest illud per querelam irritare si uolt. unde si agnoscat legatum suo iuri renuntiando nõ audietur postea. nam remittẽtibus actiones suas non est amplius regressus ad eas: ut ff. de ædil. edi. l. quæritur. §. si uenditor. testamentum autem, quod falsum est, uel non iure factum, est iure communi nullum, & non fauore alicuius: ut ĩ. de uerb. sig. l. Paulus respondit falsum &c. & ff. de iniu. test. l. 1. in princ. unde quod fauore meo non dicitur nullum, aliquid facere nõ possum etiã expressa uoluntate, nedum tacita: puta accipiẽdo legatum. non est ergo mirum, si in uno possum nõ renuntiare, in alijs duobus sic. & facit ad hanc materiã. supra, de inof. test. l. si pars. §. fi. & l. pe. & fi. & h. d. cũ l. seq. usque ad §. mutare id quod. Viui.

[h] Papinianus ait. Tres erant scripti: sed primus accusauit secundum, quasi falso se fecisset scribi. non ideo perdit legatum a tertio sibi relictum. & sic quatenus non deliquit, non punitur. sic ĩ. e. l. rescriptum. & sup. de pe. hære. l. si quis testamentum.

POst legatum. Primo ponit, an ille, qui cõsecutus est legatũ, possit testamentũ infringere. Secundo, an ille, qui uoluit testm̃ infringere, possit legatum consequi, uel retinere. Tertio, iurisconsultus ponit modum dicendi nullũ. Quarto ponit quid habeat facere iudex

[†] Hanc, & similes ingratitudines uidere poteris apud Mandol. in c. 114. de ingratitu. hæredis in testatorẽ.

...ptum [a] non tantum licebit falſum arguere teſtamentum, ſed & non iure [b] factum contendere: [c] inofficioſum autem dicere nõ permittitur: [d] Ille, [e] qui non iure factum contendit, nec obtinuit, [f] non repellitur ab eo, quod meruit. ergo qui legatum conſecutus, poſtea falſum dixit [g] amittere debebit, quod conſecutus eſt. De eo verò, qui legatum accepit, ſi neget iure factum eſſe teſtamẽtum, [h] diuus Pius ita reſcripſit, [*] Cognati Sophronij licet ab hærede inſtituto legata acceperunt: [i] tamen ſi is eius conditionis fuerit viſus, [k] vt obtinere hæreditatem non poſſit, [l] & iure inteſtati ad eos cognatos pertineat: petere hæreditatem ipſo iure poterunt. Prohibendi [m] autem ſint, an non: ex cuiuſque pſona, [n] cõditione, ætate cognita cauſa a iudice conſtituendum erit.

Qui ſe excuſat a tutela teſtamentaria, indignus eſt omni commodo teſtamentario, ſecus ſi ſe excuſat a datiua. Et qui agnouit legatum ex teſtamento, a tutela ſe excuſare non poteſt. Bar.

Amittere id, qnod teſtamento meruit, & eum placuit, qui tutor datus excuſauit ſe a tutela. [o] ſed ſi conſecurus fuerit: non admittetur ad excuſationem. [p] Diuerſum puto in eo, qui legatum tantũ meruit, & a matre pupilli tutor petitus excuſare ſe maluit. Hic enim nihil contra iudiciũ [q] defuncti fecit. Sed hoc legatum, quod tu-

in cognoſcendo, & pronunciando. ſecunda ibi, ille. tertia ibi, de eo verò. quarta ibi, prohibendi. Bar.

[a] Acceptum. Cũ ignoraret falsũ. ſecus fortè vbi ſciebat tunc falſum: vt C. de fal. l. 3. & l. qui falſas. & j. de fal. l. qui ignorãs. ſed certè iã ſequeretur idem in inofficioſo, vt ſ. d in off. teſta. l. mater. quod lex iſta vetat.

[b] Non iure. Quod dicatur non iure factũ habes j. de fal. l. ſi quis legatum, & Inſtit. quib. mod. teſta. infir. §. 2.

[c] Contendere. Et eſt ratio, quia de eius voluntate non pendet, valeat teſtamentum vel nõ: quando eſt falſum, vel nõ iure factum. nã ſi milleſies velles id valere, nõ tamen valeret: ſed ſecus in eo, quod dixit inofficioſum.

[d] Non permittitur. Poſt legatũ acceptum: vt ſ. de inoffic. teſta. l. ſi pars. §. fina. & l. fin. & facit ſ. de peti. hæred. l. poſtquam legatũ. & C. de inoffic. teſta. l. parentibus. & C. eo. l. Polla. & l. alia. & de iur. & fac. igno. l. 4.

[e] Ille. Proſequitur præcedentẽ materiam: ſed in hoc differt, quia ſ. primo accepit legatum, & poſtea tractat de viribus teſtamenti, hic econtra. Item ſ. ex vna parte falſum, & non iure factum, ex altera inofficioſum. at hic ex vna parte non iure factũ, ex alia falſum, & inofficioſum.

[f] Nec obtinuit. Puta quia deſtitit: alioqui contra: vt C. eod. l. alia. vel aliud eſt ſi dicatur minus ſolenne, vt hic, aliud ſi diceretur falſum, vt ibi. Itẽ ideo dicit non obtinuit: quia ſi obtinuiſſet, nihil habiturus eſſet: quia cum legata nõ niſi ex teſtamento [t] ſolenni valeant, & per ſententiam conſtet non eſſe iure factum: ergo legata non debentur: vt C. de fideicõmiſ. l. ſi veritas. nõ obſt. C. de fideicommiſ. l. fina. & Inſtitu. de fideicõmiſ. hære. §. fi. vbi videtur ex non ſolenni teſtamento deberi legata: quia ibi erat quæſtio, an eſſet factum teſtamẽtum, vel non: hic autem conſtabat factum: ſed dicebatur non iure factum: ſecundum R. vel ibi in odiũ mentientis, qui negauit relictũ: poſtea delato iuramẽto dicebat non iure relictũ: hic ab initio fuit confeſſus relictum: ſed non iure. ſi autem prius quam legatum cõſequeretur, dicat teſtamentum inofficioſum, vel falſum ſiue pro teſtamẽto ſiue cõtra teſtamẽtũ legatario a lite non deſiſtente feratur ſententia, nihil ex teſtamẽto conſequitur: vt C. e. l. alia. & ſ. de inoffi. teſt. l. Papinianus. §. meminiſſe maximè cum cõtra teſtamentũ feratur: quo caſu nõ valent legata vt dixi. vbi autem in falſo fui victus, & poſtea petitionem hæreditatis ex alia cauſa propono: & non dico pro legato, non nocet prima ſententia: ſic ſ. de pet. hær. l. Lucius. & ad hoc j. de exce. rei iudi. l. ſi. & C. de iuris, & fac. igno. l. 4.

[g] Falſum dixit. Et perſeuerauit vſq; ad ſententiam: vt C. eo. l. alia. Sed cõtra j. de le. ij. l. Lucius. §. Sẽpronia. Sed ibi non dixit falſum teſtamentum, ſed contra perſonam tantum inſtituti qui fecerat ſcribi.

[h] Factum eſſe teſtamentũ. hic redit ad primũ caſum legis. & facit ſ. de pet. hær. l. poſtquam. Acc.

[i] Acceperunt. Per traditionem.

[k] Viſus. Scilicet ſcriptus.

[l] Non poſſit. Agẽdo pet. hered. ab inteſt. & ſi excipiatur quod ſit ſcriptus, replicabitur de nullitate.

[m] Prohibẽdi. Hoc referas ad pxima: & dic. ſ. cognati ſupradicti a petẽda hereditate, vel legatis, quæ meruerũt. quæ expoſitiones neceſſariæ videntur propter exponẽdam literam ſequentem. Acc.

[n] Ex cuiuſque perſona. Aliàs ex perſonæ conditione &c. Aliàs ex perſona. & tunc die tam defuncti, quàm cuiuslibet cognati, puta ſit capax cognat⁹, vel nõ: ſ defuncti pſona potuit habere heredẽ, vel non. Hug. Item quod ſubiicit conditione ſcilicet, ſit cognatus ſui iuris, vel non, vt ita ſibi, vel alij q̃rat. in defuncti perſona, ſit ſui iuris, vel nõ: vt ita potuerit teſtari, vel non. Item quod ſubiicit ætate: ſcilicet defuncti: vt ſit pubes. nam aliàs non poſſet teſtari. in cognato ſimiliter ſit pubes, vel non: vt pubes per ſe petat, vel per tutorem. ſed quod de ætate dicit, melius poſſet referri ad accuſationem de falſo, qui perdit niſi iuuetur per ætatem: vt j. ea. l. §. ætati.

Amittere id quod. CASVS. Non ſolũ ille, qui accuſat teſtamentũ de falſo amittit legatũ in eo ſibi relictũ, ſed etiã tutor in teſtamento datus, cui & legatũ datum eſt, ſi excuſet ſe a tutela, amittit legatũ: ſi autẽ tutor datus iam conſecutus ſit legatum non põt amodo ſe excuſare a tutela. ſecus autem eſt in eo qui a patre pupilli nõ datus eſt tutor pupillo, ſed legatũ tantũ ab eo meruit, & a matre eiuſdẽ pupilli datus eſt tutor eidẽ pupillo, & ſe a tutela excuſauit: nã iſte talis non repellitur a dicto legato, quia nil fecit cõtra voluntatẽ patris defuncti. dictũ aũt legatum cuius petitio denegatur tutori, qui ſe excuſauit a tutela vt dictum eſt in princ. §. non transfertur ad fiſcum, ſed relinquitur filio pupillo, cuius vtilitates deſertæ ſunt per dictum tutorem, eo quod ſe excuſauit a tutela. Vi.

[o] A tutela. Tota, vel eius parte: vt ſupra de leg. j. l. ſi. & facit ſ. de excu. tut. l. tutor petitus. §. j. nec ob. C de leg. l. ab adminiſtratione. quia ibi ſpeciale in milite. Item nec ob. ſ. de leg. 2. l. cum filius. §. non iure. quia ibi non remanſit per tutorem. Item nec ob. j. de iure patr. l. 4. quia ibi ſpeciale in eo commodo.

[p] Ad excuſationem. Quaſi ei renuntiauerit approbando voluntatem defuncti, ad quod eſt ſupra, de confir. tut. l. fi. & ſupra, de lib. leg. l. tutor.

[q] Iudiciũ. Facit ſ. de excu. tut. l. Neſennius. §. fi. & ſequenti.

[*] In P. F. cognati Sophronis.

[t] Limita niſi eſſet ab inteſtato reperta. l. ex teſtamẽto. & ibi Bar. C. de leg. & quod dicit non ſolenni, dic ſecus. quãdo teſtator cõſulit ĩ hærede. Idẽ Bald. in l. quæſtionẽ. C. de fideicom.

quenti. Accur.

a Non ad fiscum. Sic C. de leg. l. penul. sed regulariter quod indigno aufertur, fisco applicatur: vt ī. de inof. test. l. Papinia. §. meminisse. & facit ĩ. proxi. §.

Si pater. CASVS. filio meo, vel seruo reliquit Titius legatum in testamento suo, instituto sibi hærede Seio & decessit. & postea ego accusaui dictum testamentū de falso. certè denegabitur mihi amodo dicta petitio dicti legati ad me pertinentis, si autem dictum legatū spectaret ad eorū personam, id est, filij mei, vel serui, nō amittunt ipsi, vel ego legatū propter hoc, puta si rogauit me vt emanciparem filiū, vel manumitterē seruum, & eis legata restituerem. Viuianus.

b Illorum. Scilicet filiorū, vel seruorū. Quo casu domino non quæritur: vt si sub conditione legatū est ei, si fuerit emancipatus: vt ī. de min. l. deniq;. §. si quid. Idem in seruo: vt & ĩ. proxi. §. & facit ī. de bo. pos. contra tab. l. sub conditione. §. fin. & de bo. lib. l. qui in seruitutem. & l. in seruitute. §. præterea. & sup. de testa. tu. l. qui tutelam. §. j. & sup. de inoffi. test. l. Papinianus. §. eo autē solo.

i Quid si vsusfructus sit legatus an sit pr illo priuatus? vī qd non: quia emancipato pr succedit ī vsufructu, vt l. de emancipatis. & ibi Bal. C. de leg. here. sed hodie secus: vide quæ no. in authē. defuncto. & ibi Bal. C. ad Tertil.

tori denegatur, non ad fiscum a transfertur, sed filio relinquitur, cuius vtilitates desertæ sunt.

Qui in accusatione falsi succumbit, perdit omne commodum quod sibi debetur ex testamento ex persona sua, vel alterius, secus in eo, quod alteri debetur etiam si in eius sit positus potestate. Bart.

Si pater accusauerit testamentum, vel dominus: denegabitur ei actio etiam eius, quod filio eius, vel seruo legatū est, si ad ipsos emolumētum rei peruēturum est. quòd si personam illorū b spectet: diuersum dicendum est. Si seruum suum c rogatus sit manumittere qui legatum d meruit, vel etiā ipsi seruo vtrunque e datum sit: dicendū est, non debere obesse seruo f factum domini: g sed a fisco h redimendū, vt manumittatur; si tamen velit seruum vendere: quia non potest cogi

Si seruum. CASVS. Legaui tibi centū, & rogaui te vt manumitteres seruum tuum Stichum: vel etiam seruo tuo legaui centum, & rogaui te quod eum manumitteres. quod quidem legatum seruo tuo relictum tibi acquiritur. postea me mortuo tu accusasti testamentū meū de falso. certè non nocet hoc seruo tuo, quin habere debeat libertatem: nā fiscus, qui debet habere dictum legatum de centum, eo quod tibi aufertur vt indigno, debet seruum redimere a se, & manumittere. si tamen tu velis seruum fisco vendere. Non autē potes cogi vendere, cum iudicium meum spreueris accusando testamentum de falso. Viuia.

c Si seruum suum. Scilicet legatarij.

d Legatum. Fundi pone. Accur.

e Vtrunq;. Id est, libertas, & legatū: & nihil domino.

f Seruo. Alieno. Accur.

g Factum domini. Accusantis testamentum de falso: & per hoc debet perdere, quod ei, vel seruo suo est relictum: vt s. ea. l. §. j. Sed ar. contra ī. si quis ali. test. pro. l. j. sed expone, vt ibi not.

ADDITIO Dic sm Bar. q alind hic, aliud ibi, ratio, quia ibi seruus, vel filius nō habebat voluntatē defuncti: hic autē habebat, cū testator in eadem voluntate decesserit, licet pater, vel dominus nisus sit impugnare.

h Sed a fisco. Id est, si fiscus redimit seruum a dño serui, si vult eū vendere, vt subiicit, ad quē fiscū transiuit legatum fundi cum onere manumittendi: vt ī. de leg. j. l. quidam testamento, §. quoties.

i Spreuit. Alioqui, scilicet si accepisset relictū sibi cū manumitteret, cogeretur vēdere, nisi esset minor: vt C. de fideicom. lib. l. deberi. & ī. de min. l. si minor xxv. an. seruum suum. & facit Instit. de sing. reb. per fideicom. re. §. libertas. Accu.

qui iudicium spreuit i defuncti. Si filiusfamilias falsum accusauerit testamentum; videndum est, an denegari debeat actio patri. k Et puto, si inuito patre accusauit, nō esse denegandā patri actionē. Si is, cui rogatus sum legatum restituere, falsum dixerit: l restituere id fisco debebo.

In iure quæsito post accusationem non dicitur quis indignus. Bartolus.

Qui accusauit falsum hæres legatario extitit, vel hæredi scripto. Nihil huic nocere dicēdum est. m Similis est n ei, & qui inofficiosum dixit. o Aetati eius, qui accusauit, ignoscitur: p & maximè si tutor, vel curator dicere falsum vel inofficiosum velint. & ita Imperatores Seuerus & Antoninus rescripserunt. His verò, qui testimonio suo intentionem

Si filiusfamilias. CASVS Legaui tibi c. in testamento meo, & decessi: & postea Seius filius tuus te inuito accusauit dictū testamentum de falso. nunquid pp hoc denegabitur tibi actio legati? Et dicitur quod non. si autem te Titium rogaui, vt restitueres Caio dictum legatū, & Caius testamentum accusauit de falso, debes fisco restituere legatum.

k Patri. Pro legato petendo ipsi patri relicto, vel etiam ipsi filio secundum iura vetera: secundum quæ patri acquirebat. hodie secus: vt C. de bo. quæ lib. l. pe. Item facit ĩ. de bon. pos. contra tab. l. sub conditione. §. fi.

l Dixerit. Et vsque ad sententiam perseuerauerit: vt C. eo. l. alia.

Qui accusauit. CASVS. Legaui tibi centum, vel institui te hæredem, & decessi. & postea quidam alius, puta Seius, accusauit testamentum meum de falso. postea tu decessisti, & extitit tibi hæres dictus Seius, nunquid capiet Seius hæreditatem meam, vel legatum, quam, vel quod inuenit in hæreditate tua sibi delata? Et dicitur quod sic. & idem si dictus Seius dixisset inofficiosum testamētum meum. Viuianus.

m Dicendum est. Scilicet quod prius dixit falsum.

n Similis est. Prædictus accusator.

o Dixit. Scilicet si postea instituto, vel legatario successit: vt sup. de inoff. test. l. filium. §. multo magis. & l. fin. §. si. quæ videtur contra: sed expone: vt ibi, & cum concord. Item facit C. de peti. hære. l. hæreditas.

Aetati eius. CASVS. Quamuis ille qui accusat testamentum de falso, perdat legatum in eo sibi relictū, vt dictū est ī. ea. l. quasi per totū. tamen si dictus accusator sit minor xxv. an. & per se, vel per tutorem suum accusauit testamentum. potest Imperator in integrum restituere, vt non amittat legatum. Viuia.

p Ignoscitur. Singulari in integrum restitutionis iure, & principe indulgente: vt ĩ. eodem, l. tutorem. in fin. sed iure communi perdit: vt C. eodem. l. Polla. quæ est contra. Vel solue vt ibi. & facit ĩ. de bon. lib. l. qui cum. §. j. respon.

His verò qui. CASVS. In testamēto meo reliqui legata Titio & Seio, & decessi. postea Caius, & Sempronius

pronius accusauerunt testamentum meum de falso, & dictus Titius, & Seius pro eis in hoc tulerunt testimonium uolentes, nō coacti, uel fuerunt eorū aduocati. certè perdunt dicta legata. sed & si præsidi coram quo fuit facta accusatio, fuit in dicto testamēto aliqd legatum, perdit illud, si pronuntiauit falsū testamentū, & post ea apparuit id testamentum nō esse falsum i appellatiōe, quā interposuit hæres in eo scriptus. Sed pone, quod in dicto meo testamēto reliqui legatū aduocato fisci: postea hæres meus commisit aliquid propter quod debet hæreditatem perdere, quæ causæ sunt multæ ut s̄.e.l. 1. & 2. & in multis ll. huius tit. uenit Martinus, & detulit fisco hāc hæreditatem meam ei esse delatam, uel dixit testamētum falsum, & eidem delatori aduocatus fisci præstitit patrocinium, qd' habet necesse facere: ut C. de delato. l. omnes. lib. 10. certè non amittit propter hoc legatum dictus aduocatus fisci, quia officium suum eū excusat. Viuia.

adiuuauerunt [a] accusatoris, deneganda est actio, idque diuus Seuerus decreuit. Sunt qui putant, & rectè, & ei denegandam, qui accusatori adfuerit, [b] uel fideiussor [c] pro eo extiterit. Quidā & præsidem indignum putant, [d] qui testamentum falsum pronuntiauit, si appellatione intercedēte hæres scriptus obtinuit. Aduocatum fisci, qui intentionem delatoris exequit, in omnibus [e] officij necessitas satis excusat.

Qui principale testamentum accusat, repellitur ab omni commodo, quod sibi defertur ex eo, uel eius accessorio: secus si ex alia uoluntate per se principaliter subsistente. sed qui accusat accessorium, non repellitur ab eo quod sibi debetur ex principali. h. d. cum l. seq. Bart.

[a] Adiuuauerunt. sponte: secus si coactè. arg. J. eo. l. aduocatum. & s̄. quemadmo. test. ape. l. si quis ex. & facit J. e. l. §. an libertas. & J. de bo. lib. l. qui cum. §. sed si non.

[b] Affuerit. Vt aduocatus uel procurator: Vt ar. s̄. de inoffi. test. l. si. in prin. Sed ar. J. de bo. li. l. q cū maior. §. si patroni. ubi qui aduocat, nō accusās nec pdit contra tabul. Sed ibi erāt quasi debita patrono bona liberti, ad quæ uenit per contra tabu. hic uero lucrū est legatum quod perdit. & nō est par ratio lucri ad damnū: ut C. de codicil. l. fi. & de iur. delib. l. fi. §. licentia. nec obstat huic solutioni d. l. de inoffi. testa. quia ibi est alia ratio, scilicet quia querela odiosa est. Accur.

Lucri ad dānū par ratio non est.

[c] Et fideiussor. de exequenda accusatione: ut C. ad Turpil. l. 1.

[d] Putant. Fortè malè, cum necesse habeant ius dicere: & hoc iurant, ut in authen. iusiuran. quod præst. §. & æquis. & arg. J. l. proxi. Vel uerius secundum uias literæ, cum a principio sponte receperit præsidatum. & sic se posuit in necessitate. uel est ideo, quia appatet per appellationis sententiam eū male iudicasse: licet sit ar. contra J. de app. l. 1. in prin.

[e] In omnibus. Vel cū præcedenti uel sequenti litera legi potest. & facit C. de admi. tut. l. cum quidam.

Qui principale. CASVS. Filiū meum impuberem mihi hæredē institui in testamēto meo, quod dicitur principale testamentū, & in eodem testamēto legaui Titio centū: & postea dicto impuberi substitui dictum Titium pupillariter, quæ substitutio dicitur secundum testamentū, siue secundæ tabulæ & postea feci codicillos, in quibus fortè legaui aliquid dicto Titio, & fortè dictos codicillos cōfirmaui in dicto meo testamento, & fortè non. & postea decessi. & postea dictus Titius accusauit dictum meū principale testamētum de falso, & succubuit. certè non solum repellitur ab his quæ fortè sibi in dicto testamento reliqui, sed etiam a substitutiōe impuberis facta i dictis secundis tabulis, & etiam ab his, quæ ei in codicillis prædictis reliqui. Sed nō est ita econtra. nam si secundas tabulas, uel codicillos arguit de falso, non amittit relictū sibi in testamento principali. & est ratio: quia in hoc casu non uidetur improbasse utrunq; testamētum, scilicet primas tabulas, & secundas, sed secūdas tantum, uel codicillos tātum. q. d. in superiori casu bene uidetur improbare utrūque. nam secundæ tabulæ pendent ex primis, & non ecōtra, ut s̄. de vul. substit. l. 2. §. sed si. Vivia.

Qui principale testamentum arguit: & a secundis tabulis repellendus [f] est: item a codicillis ad testamentum [g] factis, licet non confirmatis. [h] Non idem sequendum est, si secūdas tabulas, uel codicillos coarguit: quia non utrunque hoc casu improbasse uidetur. An libertas ei seruo data, [i] qui testimonio suo infringere uoluit testamentū, auferri debeat uidendum est. Fideicommissum [k] utique non est dignus consequi: & de libertate diuus Pius iudicauit ea esse priuandum. [l] Ei, qui tutor datus est, non prodest [m] ad excusationem, quòd falsum dixit: sed à legato remouetur. [n] Qui mortis causa donationē accepit a testatore, non

[f] Repellēdus. Sic s̄. de vulg. subst. l. in qui. & J. de contra tab. l. sub conditione. §. fi. & de bo. li. l. in seruitute. §. si quis. & J. de leg. præsta. l. 9. §. si fratri. & s̄. e. l. 2. in prin. Sed argu. contra infra eod. l. qui Titij. Accursius.

ADDITIO Dic secundum Bar. quòd ibi neutrum est accessorium alterius: sed utrunque principale: uel ibi impugnat accessorium: & sic nō obst. in gloss. Vel dic quòd ibi non dixit testimonium, licet professus sit se uelle dicere.

[g] Ad testamentū. Id est, ab eo, qui fecit testamētum.

[h] Non confirmatis. Quod nō erat opus, si post testamentum fiebant: secus si ante: ut Instit. de codicil. §. non tantum.

An libertas CASVS. Institui mihi Titium hæredē, & Sticho seruo meo libertatē reliqui: postea me mortuo Seius accusauit testamētū meū de falso, & dictus Stichus tulit testimoniū contra testamentū: succubuit tamē postea accusator. o quid debet auferri dicto Sticho libertas? Et dicitur quòd sic, & etiā fideicommissum, uel legatū, si quod ei reliquerā in testamento. Sed quid si dictū Seium, qui accusauerat testamentū de falso, dederam tutorē filio meo in eodē testamento: nunquid excusabitur propter hoc a tutela, & a legato quod ei dederam repelletur? Et dicitur quòd a legato tantū repellitur, & non a tut. excusatur. Viuia.

[i] Data. Id est, relicta directè. Accur.

[k] Fideicommissum. Scilicet pecuniarium: ut s̄. ea. l. §. is uerò. Accur.

[l] Priuādū. Imò cōtra: ut J. d' fal. l. athletas. l. fi. Sol. ibi.

[m] Non prodest. Nam unde debet pati pœnā ut subijcit, non debet habere præmium: quod dicit supra, de neg. gest. l. siue hæreditaria.

[n] Remouetur. Quia accusauit: ut supra, e. l. j. §. 1. uel quia se excusare uoluit, cum effectum non habuit: ut supra, quod cuiusque uniuer. l. 1. in fi. Accur.

Qui

est similis in hac causa legatario. [a] Alia causa est eius; [b] qui propter testamentum a legatario, vel a statu libero accipere iussus est. hic enim [c] vt indignus repellitur: & Falcidiæ beneficium hæredi scripto [d] auferri debere, diuus Pius & diuus Marcus putauerunt. Omnes, qui vt indigni [e] repelluntur, submouendi sunt a præmio, [f] quod secūdum edictum † diui Traiani datur ijs, qui se [g] deferunt.

Pœna non debet egredi delictum. Barto.

Marcellus lib. xxij. Digestorum. VI.

RESCRIPTUM † est a principe, hęredē, [a] rei, quam mouisset, quartam non retinere: & ideo si is, qui quadringenta habebat, vniuersa quadringenta legasset, & hæres centum subtraxisset: trecentorum quartam retinebit (septuaginta quinque scilicet) & ducenta vigintiquinque dabit legatariis. sed ex centum, quę surripuit, legatarijs quidem dabit septuagintaquinque: reliqua, id est, vigintiquinque ad fiscum venient.

Accusans testamentum non repellitur ab hæreditate hæredis scripti in ipso testamento. Bar.

Modestinus li. vj. differētiarum. VII.

QVI Titij [i] testamētum falsum dixit, nec obtinuit: [k] hæredi eius hæres existere prohibēdus nō est: qa non principaliter in Titij hæreditatē succedit.

Idem libro nono regularum. VIII.

INdigno hærede pronunciato, [a] adempta hæreditate confusas actiones [l] restitui non

Qui mortis. CASVS. Causa mortis donaui Titio centū: & postea feci testamentū, & in eo institui mihi hæredē Seium, & legaui Caio centū si daret Martino equum. dedi libertatem Sticho seruo meo sub conditione, si daret Petro x. Item multa alia legata reliqui quibusdā ita quòd habet l. Fal. locum. & postea decessi. postea dictus Titius accusauit testamentum meum de falso, & succubuit. nūquid propter hoc amittit donationem prædictam causa mortis? & dicitur quod non, licet legatarij amittant legata si dicant testamentum falsum. Secus si dictus Martinus, qui debebat recipere equum a legatario, vel dictus P. qui debebat x recipere a statu libero dixissent testamētū falsum: quia ipsi bene perderent prędicta. Item & si Seius prædictus a me hæres institutus dicat testamentū falsum, & succumbat, non poterit amodo detrahere Fal. legatarijs. quāuis reliquerim legata vltra dodrantem: vt dixi. Viuianus.

[a] Legatario. Sic in querela: vt ā. de inoffi. testa. l. etiam. sed aliud in contra tab. vt j. de bo. pos. contra tab. l. sub cō ditione. §. fi. & j. de bo. lib. l. in seruitute. §. sed & si q d. quæ sunt contra. sed quare secus? Item contra Institu. de donat. § j. sed ibi est ferè propter hāc differentiam, & alias, vt ibi not. & sic etiam non obstat C. ad le. Fal. l. si mortis. & est ratio quare secus in donatione, quam legato: quia donatio morte confirmatur, non per testamentum. Accursius.

[b] Causa est eius. Id est, quàm eius cui mortis causa donatum est. & facit ad hoc ā. de inoffi. test. l. Papinianus. §. si conditioni.

[c] Hic enim. Si testamentum velit arguere.

[d] Scripto. Qui testamentum voluit arguere. & est ad hoc responsum j. ad Treb. l. Marcellus. §. fi. & C. ad le. Fal. l. etiam. & ā. si quis ali. test. prohi. l. 2. §. fi. & ā. de inof. test. l. Papinianus. §. eo aūt solo. Itē facit j. l. proxi. & l. hęres qui. & j. ad Treb. l. Paulus respon. si certam.

Omnes qui. CASVS. Ad euidentiā huius §. no. qđ in quodā edicto diui Traiani continetur, vt si quis antequam causa eius ad ærarium per aliquem deferatur, professus esset corā præfecto ęrarij, siue fisci, eam rem, quam possidebat ex causa legati ab alio sibi relicti, capere sibi nō licere: ex eo qđ aliqua de causa erat nō capax eius rei, quòd ipse taliter se deferens debet habere dimidiam dictæ rei, & fiscus alteram dimidiam. Nunc pone qđ prædictus taliter se deferens, vt dictū est, accusauit testamētū de falso, in quo fuit ei relicta dicta res, & succubuit in accusatione: nunquid amittit dictū beneficium diui Traiani? Et dicitur quod sic: & facit ad hoc optimè j. de iur. fisc. l. edicto. in prin. Viuia.

[e] Vt indigni. Vt quia falsum, vel inofficiosum accusauerunt, vel quia alias sunt indigni: vt j. de iu. fis. l. edicto. §. eos. Accur.

[f] A pręmio. Scilicet dimidiæ partis eius, qđ perdit: vt C. de his qui se defe. l. 1. ", ve tertiæ: vt ibi dicit. & j. de iur. fis. l. edicto. in prin. & §. eorū. licet isti se deferant innoxij: ergo deferētes habēt damnum.

[g] Qui se. Id est, eā rē, quam capere eis non licet. sed fallit quod hic dicit ī. e. l. 1. quæ est contra: vel dic vt ibi.

RESCRIPTUM. CASVS. Titius habēs in bonis quadringenta instituit sibi hæredē Seiū, & vniuersa quadringēta quibusdā legauit, & decessit. postea hæres detraxit centum de hæreditate. Certè poterit retinere hæres cum soluit legata, quartam partē trecentorū. s. 75. nomine. Fal. & 225. dabit legatarijs. ex cētum autem prædictis quę surripuit dabit legatarijs tres partes, id est 75. & quartā de dictis cētum. s. 25. debet habere fiscus. & hæc ideo ita sunt, quia rescriptum est per quendam Imperatorem hæredem non posse retinere quartam eius rei, quam amouisset. Viuia.

[a] Hæredem. Facit j. ad Treb. l. Paulus rē. §. si certā. & Insti. p soc. §. manet. & j. e. l. hæres qui. § sed si malot. & s. l. proxi. §. pe. ibi, & Falcidiæ &c. & ā. de vulg. substit. l. ex facto. §. fi. & C. de leg. l. non est.

QVI Titij. CASVS. Quamuis ille, qui dicit testamentū falsum, & succumbit non possit esse hæres illi, qui fecit dictum testamentum: ut s. e. l. post legatū. §. qui principale. nō tamē prohibet esse hæres hæredis illius qui fecit testamentū. Secundo dicit. Titius meus debitor instituit me hæredē, & ego adiui hęreditatē suā: sicq; per aditionē cōfusa est actio mea quā habebā contra eum: postea ex aliqua causa fui pronūtiatus indignus habere hæreditatē prędictā: puta quia accusaui testamentū de falso: ut in prin huius legis, uel fui testis, uel aduocatus alicuius, qui accusauit de falso testamētum, & nihilominus remāsit testamētum firmum: & sic ablata est mihi p fiscū dicta hæreditas propter prædicta. nunquid restituitur mihi dicta actio? Et dicitur, quòd non, propter delictum meum. l. sequens plana est. Viuia.

[i] Qui Titij. Facit C. de peti. hære. l. hæreditas. & ā. e. l. post legatum §. qui accusauit. & §. qui principale.

[k] Nec obtinuit. Id est, succubuit: ut C. eo. l. alia.

[l] INdigno. actiones. quæ hæredi cōtra defunctum cōpetebant, quæ modo sunt confusæ: ut supra de euict. l. si ei cui. §. fina.

† Hoc edictū repete ea hoc ipso authore l. edi. intra, de iu. fisci.

† In quantū ista lex videtur dicere nul. illud. pœnam suos tenere authores. cō. cōt. tex. in gl. in ca. si canonice. §. final. & ibi gl. contra de off. ordi. & in cle. j. & ibi Car. de iudæis.

Non

oportet. [a]

Propter inimicitias tacitè videtur esse reuocatum legatum: & qui causam status mouet, legato est indignus, & fisco applicabitur. Bartolus.

Vlpia. lib xiiij ad leg. Iul. & Papiam. IX.

SI inimicitiæ † capitales interuenerint inter legatarium, & testatorem, & verisimile esse cœperit testatorem noluisse legatum, siue fideicōmissum præstari ei, cui adscriptum relictum est: magis est, vt legatū, [a] siue fideicōmissum ab eo peti non possit. [b] Sed & si palam, & apertè testatori maledixerit: & infaustas voces [c] aduersus eum iactauerit, idē erit dicendū. si autem status ei controuersiā mouerit: denegatur eius, quod testamento acceperit persecutio: ex qua specie statim fisco defertur.

Caius libro xv. ad legem Iul & Papi. X.

IN fraudem [d] iuris fidem accommodat, qui vel id, quod relinquitur, vel aliud tacitè promittit restituturū se personæ, quæ legibus ex testamento capere prohibetur: siue chirographū eo nomine dederit, siue nuda pollicitatiōe repromiserit.

Rogatus restituere capaci, licet tēpore mortis sit incapax legatum retinet, nisi de tempore mortis expressè aliud actum sit. Bartolus.

Si quis ei, qui capere possit, rogatus fuerit restituere, & is mortis tempore prohibeatur hoc legibus capere: non dubito, quin & si deficit fideicommissum, apud eum tamen, qui rogatus est restituere, manere debeat: quia nulla fraus † eius interuenisse videtur: [e] nisi si in futurum casum fidem accommodauerit: id est vt licet capere legibus prohiberi cœperit, restituat. Rectè [f] dictū est, [a] si pater filij quem in potestate habebat tacitam fidem interposuerit, non debere id filio nocere, quia parendi necessitatē habuerit. †

Papinianus libro xv. quæstionum XI.

HAeres, qui tacitam fidem contra leges accommodauit: in ea parte, in qua fraudē adhibuit, Falcidia non vtitur: [g] & ita senatus censuit. Sed si maior modus institutionis, quàm fraudis fuerit: [h] quod ad Falcidiam attinet, de superfluo quarta retinebitur.

Licet testamentum ultimum non valeat, tamen a scriptis in primo tanquam ab indignis aufertur hæreditas: non autem prælegata, nisi aliud testatorē voluisse appareat. Bar.

a Non oportet. Sic infra eodem, lege, eum qui. §. bonis. & de iur. fis. l. eius qui. §. fi. nisi i casu: vt, infra eodē. l. hæredem. Item cōtra C. de inoffic. testa. l. si maritus. sed & ibi ignorauit institutam querelam posse moueri: vt dicta lege infra eodem, l. hæredem.

SI inimicitiæ. CASVS. Feci testamentum, & legaui Titio centum & postea inimicitię capitales interuenerunt inter me, & ipsum: & ita cœpit eē verisimile, me nolla ei legatum præstari & postea decessi. Certè non poterit Titius petere dictū legatum. Idē erit dicendum: si palam, & apertè mihi viuēti maledixerit, & infaustas voces aduersus me iactauerit. & his duobus casibus nō applicatur legatū fisco: imò remanet apud hæredem meum. si autē mouit mihi quęstionem status, denegatur ei petitio legati & datur fisco. Viuianus.

b Non possit. Sic ī. de adi. leg. l. 3. in fine. & l. ex parte. & C. de fideicom. l. fideicommissum.

c Voces. Scilicet vocando eum cucurbitam, seu cognsam.

IN fraudem. CASVS. Ad euidentiam huius l. & seq. nota q si hęres vel legatarius accommodat tacitam fidem testatoris de restituenda hæreditate, vel legato sibi relicta, uel relicto alicui non capaci, qui multi sunt: vt not. Instit. de leg. §. legari. debet perdere relictum sibi, & illud debet dari fisco. & hoc si fidē prædictam accommodat fraudulenter, id est, in fraudem iuris: vt ī. de iure fisc. l. 3. in princ. & §. j. 2. & 3. & ī. de leg. j. l. in tacitis. Quis autem dicatur taliter in fraudem iuris fidem accommodare, planè dicitur in prin. huius legis. Sed qd si hæres, vel legatarius sit rogatus restituere hæreditatē, vel legatū ei, qui capere poterat tempore testamenti, qui quidem postea tempore mortis testatoris inuenitur non capax? certè ei nō tenetur restituere fideicō. dictæ hæreditatis, vel legati: & debet remanere apud eum rogatum, & non dari fisco. nā nulla fraus videt interuenisse, ex quo erat ipse testamenti capax fideicōmissarius: & hoc est verū, nisi dictus hæres, vel legatarius accommodauit fidē testatori in casum futurū, id est, vt restituat fideicommissario dictā hæreditatē, vel legatū, licet idē fideicō. cœperit prohiberi per leges capere fideicō. Itē pone qd Titius instituit sibi hęredem filium suū, quē i potestate habebat: & rogauit eum quòd restitueret hęreditatem alicui non capaci: & filius accommodauit ei super hoc tacitam fidem, nunquid auferetur hæreditas dicto filio, & fisco dabitur? Et dicitur quod non: quia habuit necesse parere patri. Scias etiam, quod si hæres tacitā fidem accommodauit testatori de restituenda non capaci dimidia parte hæreditaria, in ea tantū parte, in qua fraudem adhibuit, non vtitur Falcidia aduersus legatarios, sed in alia parte sic. Viuia.

d In fraudem. Facit ī. de iure fisci. l. 3. in princ. & §. j. 2. & 3. & ī. de le. j. l. in tacitis. Accurs.

e Videtur. Contra videtur ī. de iure fis. l. 3. §. quando autē. sed hic bonum præcessit initiū, & ideo fisco non applicabitur: sed vt caducum remanet apud eū a quo relictum est: vt C. de cad. toll. §. pro secundo. ibi autem malum initium habuit, & ideo fisco applicatur. & plenè dic vt not. d. §. quādo autem.

f Rectè. Pater interposuit fidem filij consentientis patri vt daret nō capaci: parcitur ei, ut hic, & ī. ad le. Fal. l. si tacitū. & arg. ī. ad legem Cornel. de Fal. l. filius emācipatus. circa princip. & infra de bo. lib. l. qui cum maior. §. fina.

g HAeres. Non vtitur. Nisi talis persona fuerit, quæ parere necesse habuit: vt ī. ad legem Falcidiam. l. si tacitum. Accursius.

h Fuerit. Quia fuit insolidū institutus: sed in dimidia contra legem fidem accommodauit. & facit supra eo. l. rescriptum. & C. ad legem Falcidiam. l. etiam si. & ī. ti. a. l. beneficio.

† Limitabis hāc l. p tex. I l. ex parte. s. d adim. le. scilicet vt procedat quod hic dicit quādo legatarius est causa inimicitiarū. de quo in l. cū tabulis. §. j. eo.

* In P.F. nō ē, siue fideicommissum.

† Obserua non tā cō filiū fraudandi, quā euētū spectari.

* In P.F. si pater filio.

† Huc pertinet elegans disceptatio apud Gell. li. 2. noct. Atti. c. 7.

CVm quidã. CASVS. Titius fecit testamentum, & in eo sibi hæredes instituit Seium, & Caium capaces, & Sempronium: & ab eis quibusdam legata reliquit: & prælegauit dicto Seio centum, & equum suum: postea fecit secundum testamentum, & in eo instituit sibi hæredes P. & M. quos non poterat instituere, ex eo quod non erant capaces fortè. & postea decessit dictus Titius. nunc quæritur, quis debeat habere hæreditatem eius? Et respon. quòd quamuis secunda institutio non valeat quantum ad commodum institutorum, & sic prius testamentum non sit ruptum per secundam institutionem prædictam: tamen hæredibus in primo testamẽto institutis, qui quidem non habuerunt pro se supremam voluntatẽ testatoris iam pridem senatus abstulit hæreditatẽ tanquã indignis, & dedit eã fisco, & postea Imperator Marcus eũ habuit corã se quæstionem de vno hærede cuius nomen peracto, siue pfecto testamẽto testator induxerat, vel cancellauerat, commisit eam cognoscẽdam præfectis ærarij, reseruata sibi sententia. & postea in ea iudicauit idem, quod in superiori casu, scilicet, vt dicto hæredi, cuius nomen erat inductum, auferretur sua pars hæreditatis, & daretur fisco saluã, tamen iussit esse legata ab eo relicta. Item & præceptiones, siue prælegata eidem hæredi relicta remanent similiter firma, nisi testator voluisset contrariũ. Viuianus.

Idem libro xix. quæstio. XII.

Facti. Facti cōditionem vocat quālibet conditionē à testatore î institutione insertam, siue in dando, siue in faciēdo. iuris autē vocat quoddā iuris statutum tacitè intellectū quo non existēte no potest adire, ut si paterfami. est, nam filiusfami: nō potest adire sine iussu patris: vt ā. de acq. hær. l. si quis mihi bona. §. iussum. Item si tabulæ sint apertæ: quando ex parte est hæres, vt ĵ. hac l. & not. hac l. fieri unā distinctionem inter tacitam , & expressam conditionem. sic & alias : vt ĵ. eod. l. conditiones.

g I, notarit. Contra ā. de acquir. hære. l. si quis extraneus. §. fin.

ADDITIO . Dic quòd ibi putabat se institutū purè, cum esset institutus sub conditione , & conditio extiterit , & sic conditio erat purificata : hic sciebat se institutum sub conditione.

h Acquirere. Id est adire : vt supra de acquir. hæreditate. lege sexta. §. 1 . in fine. & supra si pars hære. per. l. illud.

i Ex parte. Supra de iur. & fac. igno. l. j. §. fin. & C. de iure deliberan. l. 3. hodie etiam clausis : vt C. de cadu. tollen. §. 1. & facit ad l. ā. de acquir. hæredit. l. hæres. & l. qui putat.

QVoties. CASVS. Legaui Titiæ mulieri c. sub cōditione, si nō nupserit. deinde sub cōtraria cōditione rogaui eā demū legatū Seio restituere: puta si ipsa nupserit, & decessi. & postea ipsa nupsit Caio: nunquid legatū dictum legatū cōsequetur? & certè vtiq; nec etiā cogitur restituere legatū dicto Seio . Vi.

Si nubat.

a Si nubat. Secus si eiusdem fidei committat restitue-re si non nubat: vt s. de leg 3. l. non dubium.
b Posse: Quia conditio spernenda est, quæ viduitatē indicit mulieribus: vt j. eod. l. cum ita. hoc corrigi-tur: vt in auth. de nup. §. quæ verò: col. 3. in virgine dic, vt C. de ind. vi-dui. tollē. auth. cui. Accur.

† De hoc legato per verba, si nubat, & an faciat conditionem: etiā alia non nupta decedēte, ita q legatū veniat ad hādes, vide aiē g Bar. Dyn. Ang. & cō muniter omnes in l. Titio cē tum. §. Titio genero. J. cō dit. & demonstrat.

c Cogendā. Quia in pœnam nubentis fuit relictum: & facit j. ad Trebel. l. seruo inuito. §. 3. Accur.

Q Vi duob. CASVS. Institui mihi hæredes Titium. & Seium. & Caio fundū legaui sub cōditione, si prædictis hæredibus x. daret. & postea decessi. & postea dictus Titius adijt hæreditatē meā, & ei dictus Caius soluit v. nunc quærebatur, an pro ea parte esset adimpleta conditio, vt sibi partē fundi vindicare possit Caius: & dicit q conditionē scindere non potest nec vllā partem fundi vindicare, nisi alteri hæredi reliqua v. soluat. tūc an tē poterit vindicare totū fundum. & sic per superiora patet qd nemo pōt repudiare partem rei sibi legatæ, & partē agnoscere: vt & s. de leg. a l. neminē. & ad idem s. de acqui. hære. l. si solus. in princ. Viuia.

gatur, si non nupserit: & eiusdem fidei cōmissum sit, vt Titio restituat, si nubat: a commodè statuitur. & si nupserit legatum eam petere posse: b & non esse cogendam c fideicōmissum præstare.

Conditio non potest scindi, si pro solido potest impleri. Bartolus.

Idem libro xliij. Digestorum. XXIII.

Q Vi duobus hæredibus decem dare iussus est, & fundum sibi habere: d verius est, vt conditionem scindere non possit, ne etiam legatum scindatur. igitur quāuis alteri quinque dederit, nullam partē fundi vindicabit: e nisi alteri quoque adeunti hæreditatē reliqua quinque numerarit: aut illo omittente hæreditatem, ei, qui solus adierit hæreditatem, totam decem dederit.

Idem libro lv. Digestorum. XXIIII.

d Habere. Siue erat apud legatarium, siue ab hærede dandus.
e Vindicabit. Et sic non prodest ad actionem. sed ad exceptionem opponendam quandoque prodest: vt s. si quis cau. l. si seruus. §. si plurium. & dic, vt ibi. Item fallit quod hic dicit, quando pars fundi est vsucapta. tunc enim conditionem scindere permittitur: vt j. eo. l. qui hæredi. §. si duorum. & facit j. eod. l. pen. & l. cui fundus. & C. de condit. inser. l. si plures.

I Vre ciuili. Quidam habent non impleri, sicut & ego habeo, & alij habent sine non. secundum primam literam ita pone casum. CASVS. Legaui Titio fundum valentem centum, si ipse Titius hæredi meo daret x. & decessi. certè interest hæredis mei conditionem de decem dandis non adimpleri. & dicitur hic quod si per eum hæredem stetit, quo minus Titius pareret conditioni prædictæ pro impleta debet haberi. & sic tenebitur fundum Titio dare: & quod dixi in legato, posset poni in institutione hæredis. & etiam in stipulatione. & de stipulatione ita pone exemplum. Promisisti mihi fundum valentem c. si darem tibi x. certè tua interest, quod ego non impleam conditionē dando tibi x. tamen si per te factum sit, quo minus dem tibi x. puta. quia noluisti accipere: ego stipulator videor adimplesse conditionem de decem tibi dandis: & fundum à te petere possum. Si autem non habeas in litera non: ita pone casum. legaui Titio fundū si ipse Titius Sempronio daret x. postea per Sempronium factum est, quo minus Titius daret ei x. puta, quia noluit accipere. certe perinde est, ac si esset paritum conditioni. & idem potest dici in Institutione, & in stipulatione: circa quā stipulationē ita pones exemplum. Titius promisit mihi x. si item Romā, & postea impedit me ire Romā, certè perinde est, ac si iuissem. & ita ab eo dicta x. petere possū, & ita hæc l. est plana. Viuia.

I Vre ciuili receptū est quoties per eū, cuius interest * conditionem impleri, f † fit quo minus impleatur: vt perinde habeatur, ac si impleta fuisset. quod plerique & ad legata, & ad hæredum institutiones perduxerunt. Quibus exemplis stipulationes quoq; committi quidam rectè putauerunt, cùm p promissorem factum esset, quò minus stipulator g conditioni pareret.

* Sic in P. Fl. Hal. tū scripsit cū ditionem nō impleri.
† Vide Ant. Aug. li. 4. Emē da. ca. 17.

f Impleri. Aliàs ē non impleri: vt qa hæres qui non vult date legatum, impedit. ad quod ē j. de reg. iur. l. iure ciuili & j. qn̄ di. leg. ced. l. 5. §. itē si qua. & s. de an. le. l. Mæuia. in prin. & j. de statulib. l. statulibe-ros. in prin. & l. seruus. §. imperator. alias deest non: & intelligitur de eo, cuius persona est implenda conditio consistens in dando, vel faciēdo. eius enim interest eam impleri, qui cōmodum inde sentit, & non onus. si ergo fiat per eum ne impleatur pro impleta habeatur. vt s. de condit. institu. l. 3. Sed hæc regula non habet locum in eo qui debet implere conditionem, vt capiat relictum: quia si stat per eum, nihil consequitur: vt s. eo. l. si Titius statuas & j. eod. l. cum pupillus. & l. Titio centum. §. fin. ibi, quod si noluit &c. Accur.

g Stipulator. Puta si stipulatus sim x. à te dari, si Capitolium ascendero, & tu promissor impedis me ascendere pro impleta habetur conditio, secundum Ioan. & facit C. de pign. act. l. fin. & de suna. except. l. ut perfectius. Sed arg. contra C. de condi. inser. l. legatum.

ADDITIO. Dic secundum Bar. quod ibi conditio deficit per casum, hic per factum grauati.

Si inter virum, & uxorem sit mentio de liberis, intelligitur de natis ex eis. Bar.

Idem libro lxix. Digestorum. XXV.

C Vm uir vxori quandocunque * liberos habebit, fundū legat: si mulier diuortio facto liberos ex alio procreauerit: deinde soluto secūdo matrimonio ad priorē maritū redierit: nō intelligit expleta cōditio: q h testatorē verisimile nō ē d̄ ijs

* F. Flor. quādoq. vide Ant. Aug. li. 3. cap. 18.

C Vm vir. CASVS. Vxori meæ Titiæ legaui fundum quandocunque liberos haberet. postea ipsa à me diuertit, & me viuente accepit alium virum, & ex eo habuit liberos, & postea solutum fuit secundum matrimonium morte secundi viri, vel diuortio. & postea ipsa ad me rediit, & postea ego decessi non mutato testamento, in quo ei legaueram. nunc ipsa petit fundum prædictum ab hæredibus meis. Certè ipsi nō debent ei dare dictum fundum: quia non intelligitur expleta conditio, sub qua ei dictum fundum legaui: qa non est uerisimile me de ijs liberis sensisse, qui me viuo fuissent suscepti ex alio. Viuia.

h Quod, id est, quia. Accur.

Fuissent,

a Fuissent. Facit ∫.eod.l.si vir. & l.seq. & facit ∫.qui. & a qui.l.matrimonij.& ∫.donat. & argen.lega.l.3.& ∫.de pact.do.l.si inter virum.

liberis sensisse, qui se viuo ex alio suscepti fuissent.[a]

Conditio alternatiua dicitur illa, quæ potest duobus modis impleri: & si in conditione est aliquid turpe, illud reiicitur, & aliud est impiendum. Bart.

Idem libro lxxxij. Digestorum. XXVI.

HAec scriptura, Si viginti dederit, aut iurauerit se aliquid facturum:[b] vnam[c] conditionem exprimit habẽtẽ duas partes,[d] † Quare quicunque hæres scriptus erit sub conditione, Si iurauerit se decem daturum, aut monumentum facturum:[e] quamuis verbis edicti ad hæreditatem, vel legatum admittatur,[f] tamen compellitur facere id, quod facturum se iurare iussus est, solo iureiurando remisso.

Ius accrescendi transmittitur ad hæredes. Bar.

Cùm eadem res alteri purè, alteri sub conditione legatur: aut cùm alter purè, alter sub conditione hæs scriptus est. pars legati, vel hæreditatis deficiente cõditione accrescit[g] etiã hæredi eius, cui purè legatum est, vel hæreditas data est: si tamen hæreditas eius adita fuerit.

HAec scriptura. CASVS. Legaui tibi fundum si xx. dederis Titio, aut iuraueris ire Romam. certè licet habeat conditio illa duas partes: tamen vna est conditio alternatiua, & sufficit vnam partẽ eius implere: & si cupias adimplere illã partem de eundo Romam, remittit tibi sacramentũ, & sufficit te ire Romam. vnde si fecit te hæredem, vel tibi legauit, si x. te Titio dare, aut monumentum facere iuraueris: habebis hæreditatẽ in primo casu, & legatũ in secũdo impleta altera parte conditionis, iuramẽto tibi remisso.

Cum eadem. Legaui Titio equum meũ purè, & eundẽ equum legaui Seio sub conditione, & postea decessi, & postea defecit cõditio apposita dicto Seio legatario, certè dimidia legati, quæ contingeret Seiũ, si conditio nõ defecisset, accrescit dicto Titio, cui purè idem equus fuit legatus: & ẽt hæredi eiusdẽ Titij si ipse Titius mortuus, & eius hæreditas adita est p hæredem suum. Et ita not. quod ius accrescendi trãsit ad hæredem. & quod dixi in legato, habet locũ in institutione, puta si instituo mihi hæredẽ Titium purè, & Seium sub cõditione.

b Facturum. Puta monumẽtũ, & subaudi fundũ lego. & no. quod iuramentum remittitur, sed non factum. ut ∫.eod. in fin.

c Vnam. Quantum ad hoc, quia satis est unam impleri, duæ tamen ueræ sunt conditiones: ut ∫. de condi. instit. l.3. sic etiam duorum reorum obligatio, una est propter unius rei solutionem, uerè tamen sunt duæ: ut infra de duob. reis. l.3 §. fin. & l. eandem. §. fina. & infra de uerb. obliga. l. si duo.

d Partes. Quia duobus modis potest adimpleri. & facit Instit. de pupil. substi. §. igitur. & ∫. de arbitr. l. quid tamen. & l. Celsus. §. idem ait. sed ibi utraque implenda est, scilicet in l. Celsus.

e Facturum. Scilicet iurauit.

f Admittatur. Etiam si non iuret. & facit ∫. de condit. institu. l. quæ sub condit. in princ. & de lega. 3. l. non dubium. §. 1.

g Accrescit. Id est, non decrescit: ut C. de cadu. toll. §. vbi aũt. & §. sin vero nemo. & facit ∫. de suis, & legit. hære. l. si ex pluribus. & ∫. de vsufr. accr. l. idẽ & si. §. si mihi. & ∫. si p hære. pet. l. 2. & ∫. eod. l. si separatim.

† Simile habetur ∫. e. cum dilecti. cum glo. super verbo, sub hac. extra de loca. & condu.

Si deficit exemplar, deficit exemplandum. Bar.

Alphenus varus libro v. Digest. XXVII.

IN testamento quidam scripserat, vt sibi monumentum ad exemplũ eius, quod in via Salaria esset Publij Septimij Demetrij, fieret: nisi factum esset, hæredes magna pecunia mulctarentur, & cùm id monumentũ Publij Septimij Demetrij nullum reperiretur, sed Publij Septimij Damæ esset, ad quod exemplũ suspicabatur,[h] eum, qui testamentum fecerat, monumentum sibi fieri voluisse: quærebant hæredes, cuiusmodi monumentum se facere oporteret: & si ob eam rem nullum monumentum fecissent, quia non reperirent, ad quod exemplũ facerent, num[i] pœna renerentur? Respondit, si intelligeretur, quod monumentum demonstrare voluisset is, qui testamentum fecisset: * tametsi in scriptura[k] nomẽ deesset, tamen ad id, quod ille se demonstrare animo sensisset, fieri debere. si autem voluntas eius ignoraretur: pœnã

IN testamento. CASVS. Titius instituit sibi hædes Seium, & Caium, & iussit eis facere sibi monumẽtũ ad exemplum eius monumenti, quod erat situm in quadã via, quæ vocabatur Salaria, pro quodã, quod fuit vocat. Publius Septimius Demetrius: & ita dicebat testator & si dicti hæredes non facerent taliter dictum monumentũ, iussit, quod darent nomine mulctæ, siue pœnæ c. ponè Sempronio. & postea decessit dictus Titius testator: & postea dicti sui hæredes bene volebant facere monumentum, sed non inueniebãt aliquod monumentũ Publij Septimij Demetrij: sed inueniebant vnum monumentũ Publij Septimij Damæ: ad quod exemplum suspicabantur dicti hædes eum Titiũ, qui fecerat testam. monumẽtum sibi fieri voluisse. vnde quærebãt ijdem hæredes ad cuius exemplũ monumentũ se facere oporteret. & si nullũ monumẽtũ fecissent ob eã rem, quia nõ reperiebãt ad quod exemplũ facerent, an tenerẽtur dicta pœna? vnde Alphenus resp. eis, & dicit, si põt intelligi, quale monumentum uoluit sibi fieri testator, tale debet ei fieri: quamuis per scripturam testamenti hoc non possit intelligi. si autem non potest intelligi uoluntas testatoris, non tenentur soluere hæredes dictam pœnã Sempronio: quia non apparet ad quod exemplum iussit fieri monumentum. tenentur tamen hæredes facere monumentum secundum substantiam, & dignitatem testatoris. Viuianus.

h Suspicabatur. Id est, suspicio erat, in ui passiui.

i Num. Id est, an. Accursius.

k In scriptura. Scilicet testamenti nõ expressit illud. uel dic in scriptura, id est, subscriptione monumenti, quæ erat ibi: non ita erat, ut testator dixerat.

* In P.F. tametsi in scriptura nondum esset: tamen &c.

Nullam

a Nullam. Innuit ergo aliàs habere locum pœnam. Sed contra ſ. de ijs, quæ pœ. no. l. j. & Inſtit. de lega. §. fin. Sed fortè ſpeciale in hoc caſu, vel ibi erat ius antiquum, ſecundum quod non valebat pœna.

b Debere. Compellentur autem pontificali authoritate, vt ſ. de pet. hæ re. l. hæreditas. & de ann. leg. l. Quintus. non tñ cõmittitur pœna: ut ſ. dixit. & facit ĩ. eo. l. q̃ conditio. & l. qb'. §. fi. & ſ. de vſufru. leg. l. legatum ciuitati, & ſ. ad Sylla. l. 3. §. ſi cõditioni. & ſ. de inoſſ. l. non põt videri. & ſ. de vſur. l. pecuniæ. §. ſi. Sed arg. cõtra ſ. d̃ conſti. pe. l. j. §. eũ.

ADDITIO. Dic ſecundum Bar. hic quod hic ſuppletur officio iudicis, licet obligatio deficiat.

... quidem nullam a vim habere: quoniam ad quod exemplum fieri iuſsiſſet monumentum, id nuſquam extaret: tamen omnimodo ſecundum ſubſtantiam, & dignitatem defuncti extrui debere. b

Conditio de nubendo arbitrio alterius reiicitur: ideo non nocet, ſi ille qui debet arbitrari ante moriatur. Bar.

Paulus lib. ij. epit. Alpheni Dige. XXVIII.

Filiæ ſuæ ita quis legauit: Si Attia filia mea arbitratu Lucij Titij nupſerit, ei tot aureos hæres meus dato. Titio ante teſtatorem mortuo, Attia nupſerat. Quærebatur, an legatum ei deberetur? R̃ſidit, deberi. c

Vna ſpecies loco alterius ſuccedit ex voluntate defuncti. Bartolus.

Attia vxor mea optato Philargyrum puerũ, & Agatheã ancillam, qui mei erunt, cum moriar. Is, qui teſtamentũ fecit, Agatheam, quam teſtamenti tempore habuit, vendidit: poſtea ancillas emit, & ex his vni Agatheæ nomen impoſuit. Quæſitum eſt, an hæc legata videretur? Reſpondit, legatam videri. d †

Filiæ ſuæ. CASVS. Sempronius ita legauit filiæ ſuæ Attiæ, Si filia mea Attia nupſerit arbitratu Lucij Titij, hæres meus det eidem Attiæ centum, & poſtea dictus Lucius Titius deceſſit & poſtea deceſſit Sẽpronius teſtator, & poſtea dicta Attia nupſit ſine arbitrio Lucij Titij eo q̃ erat mortuus idẽ Lucius Titius, vt dictum eſt. certè debetur ei Attiæ legatum prædictũ. Titiæ vxor. Titius ita dixit in teſtamẽto ſuo, Titiæ vxori meæ lego optionem ſeruorum meorum: vt ſ. poſſit optare Phylargyrũ puerum ſeruum, & Agatheam ancillã, qui mei erunt cum moriar. poſtea idẽ Titius teſtator uendidit ancillã Agatheam, quã habuit tempore dicti teſtamẽti: & poſtea emit ancillas quaſdam: & vni ex his impoſuit nomen Agatheæ. & poſt ea deceſſit idem teſtator. nunc quæritur, an hæc ancilla empta, cui impoſitum eſt nomen Agatheæ videat legata Titiæ vxori teſtatoris. & dicitur q̃ ſic. Viuian.

c Deberi. Facit ĩ. eod. l. cum tale. §. reſcriptum. & ſ. de legat. 2. l. turpis.

d Videri. Sic ſ. de don. inter vir. & vxor. l. ſi donatæ. §. ſi ſponſus. & ſ. de exerci. l. j. §. ſed ſi ſic præpoſuit. & de liber. & poſthu. l. ideoque. & ĩ. de leg. 1. l. Stichũ ex te. & de leg. 3. l. vxorem. §. teſtamento. Sed arg. contra ſ. de teſta. l. hæredes. §. ſi quid poſt. & ſ. de adi. leg. l. cum ſeruus. & ſ. de pig. l. fideiuſſor. §. Lucius.

† Secus ẽ ſi Papa alicui delegat non ſub nomine dignitatis, ſed ſub nomine ꝓprio: quia ſucceſſor illius nõ cognoſcet, vt in c. quõ Abbas. cũ gl. j. I me. extra de off. deleg.

ADDITIO. Dic quod ibi fuerũt obligata mancipia certa, ideo obligatio non extenditur ad redempta poſtea, hic autem non legabantur certa de præſenti, ſecundum Dyn. & Bartol. & eodem modo reſponde ad l. cum ſeruus. ſupra allegat.

Conditio poteſtatiua facilis debet impleri ſtatim cum poteſt. Barto.

Iulianus libro j. ad Vrſeium Ferocem. XXIX.

Haec conditio, Si in Capitolium aſcenderit, ſic recipienda eſt, ſi cum primum e potuerit Capitolium aſcendere. f

Haec conditio. CASVS. Legaui Titio centum ſi in Capitolium aſcenderit, & deceſſi. certè ita demum poteſt Titius petere legatum, ſi aſcenderit Capitoliũ, quam primũ potuerit. Vi.

e Cum primum. Poſt mortem tamẽ teſtatoris: vt ĩ. eod. l. x.

f Aſcendere. Aliter ſi ſit ſtipulatio concepta in nõ faciendo: quia tunc quando de iijt poſſe fieri, niſi in caſibus 4. vt ĩ. de verb. obl. l. ita ſtipulatus. §. Sabinus. Itẽ & in legato ſecus, ſ. ſi in non faciendo eſt conditio: quia ſtatim datur præſtita cautione Mutiana: vt ĩ. eo. l. Mutianæ. & hoc vbi imponit legatario: ſed in hæredem idem indiſtinctè, ſecundum Azo. vt probat ĩ. tit. 1. l. j. §. item ſi ita legatum.

Coniunctis re, portio accreſcit ſine onere. Bart.

Idem libro j. ex Minutio. XXX.

Si ſeparatim mihi totus fundus purè, tibi ſub conditione legatus fuerit, & tu deceſſeris ante quàm conditio extiterit, nõ habebo neceſsitatem implere conditionem, vt pote cùm etiam ſi conditio defecerit, g pars, quam vindicaturus eras, mihi adcreſcat. h

Si ſeparatim. CASVS. Titius legauit mihi fundum Titianum pure, & poſtea legauit tibi eundem fundũ ſub conditione, & deceſſit, & poſtea tu deceſſiſti, ante quam impleretur conditio appoſita tuo legato: certè debeo habere totum fundum: nec eſt mihi neceſſe implere conditionem. nam & ſi te viuente dicta conditio defeciſſet, remaneret pars mihi fundi, quam vindicaturus eras, ſi te viuente conditio extitiſſet. Viuia.

g Defecerit. Te viuente.

h Adcreſcat. Id eſt, non diminuatur: vt C. de cad. tol. §. vbi autem. ſic ſ. eo. l. hæc ſcriptura. §. fin. Vel dic accreſcit, vt auferri non poſſit: quod in idem recidit. & facit ſ. de hære. inſtit. l. ſub conditione.

Si conditio mixta deficit per caſum, deficit relictum, ſecus ſi per alium, in cuius perſonam confertur, fuerit impedita. Bart.

Aphricanus libr. ij. quæſtionum. XXXI.

IN teſtamento ita erat ſcriptum, Stichus, & Pamphila liberti ſunto: & ſi in matrimonium coierint, hæres meus his centum dare damnas eſto. Stichus ante apertas tabulas deceſsit. Reſpon-

IN teſtamento. CASVS Ita ſcripſit Titius in teſtamento ſuo, Stichus, & Pamphila ſerui mei liberi ſunto. & ſi in matrimonio ſimul coierint, hæres meus c. damnas eſto dare, & poſtea deceſſit dictus teſtator, & poſtea Stichus prædictus deceſſit ante apertas tabul. dicti teſtamenti. nunquid hæredes eiuſdem Stichi debent

di, partem Stichi defe-ctam eſſe, ſed & Pamphilam defectam conditione videri, [a] ideoque partem eius apud hæredẽ remanſuram. ſed & ſi vterque viueret, & Stichus nollet eam vxorem ducere, cùm mulier parata eſſet nubere: illi quidem legatum deberetur: Stichi autem portio inutilis fiebat. nam cum vni ita legatum ſit, Titio, ſi Seiam vxorem duxerit, hæres meus centum dato. ſi quidem Seia moriatur: defectus conditione intelligitur. At ſi ipſe decedat: nihil ad hæredem ſuum eum tranſmittere: quia morte eius conditio defeciſſe intelligitur. vtroque autem viuente, ſi quidem ipſe noluit vxorem ducere: quia ipſius facto conditio deficit, nihil ex legato ipſe conſequitur. muliere autem nolẽte nubere, cum ipſe paratus eſſet, legatũ ei debetur. [b]

Error calculi in reddenda ratione, & reliquorum reſtitutio-ne, non facit conditionem deficere. Bart.

Idem libro ix. quæſtionum. XXII.

QVãuis rationes reddere, nihil aliud ſit, q̃ reliqua ſoluere, [c] tamen ſi & ſtatuliberi, & hæredis culpa ſine fraude tamen ſerui, minus ſolutum ſit, & bona fide redditas eſſe rationes exiſtimatum fuerit, liberum fore. Et niſi ita obſeruetur: nemĩẽ, qui ſub cõditione ita manumiſſus eſſet, vnquam ad libertatem peruenturum, ſi per imprudẽtiam minus ſolutũ eſſet. Hæc ita accipienda ait, ſi quãdo is, qui rationes reddere iuſſus ſit, per aliquem errorem ſine dolo malo ita rationes ediderit, † vt dominus quoq; circa cõputationẽ erraret. [d]

Falſa demonſtratio legatum non vitiat. Bar.

Martianus libro vj. Inſtitut. XXXIII.

FAlſa demonſtratio neque legatario, neque fideicommiſſario no

---

debent habere partem legati, quæ contingeret Stichũ, ſi viueret, & acciperet eo vxorem Pamphilam? & dic q͂ non: ſed & Pamphila nihil de dicto legato habere poteſt, quia per caſum fortuitũ factum eſt, quo minus ipſa poſſit nubere Sticho, inde dictũ legatũ remanet apud hæredem teſtatoris. Sed quid ſi Stichus, & Pamphila viuunt, & Stich⁹ non vult eã accipere in vxorẽ, ipſa autẽ eſt parata? certè ipſa debet hr̃e ſuã partem legati: Stichus autem amittit ſuã. Et quod dictũ eſt, quando legatũ eſt duobus, ſi in matrimonio coierint: habet locum, etiam ſi vni eorum tantum ſit legatũ ſi acciperet alterũ. Viu.

[a] Conditione videri. Imò videtur q͂ non: vt ſ. de ann. lega. l. annua. i. tñ. argu. cõtra. Sol. ſpeciale eſt ibi in alimentis, ſed & in eis diſtinguitur: ut j. eo. l. illis. Hẽ ad idẽ eſt contra. ſ. de condi. inſti. l. quæ ſub conditione. §. quoties. ibi mortuo aũt &c. Sol. cum ſub conditione qd mihi relinquitur, refert, vtrũ pẽdet ex facto meo tantũ? vt ſi manumiſero ſeruũ, ſi aſcẽdero Capitoliũ, aut ex facto meo: & alieno, vt ſi contraham cũ illa, vel ſi morer cũ illa, vel ſi dem ai decẽ. In primo caſu, ſi caſu impedior, totũ conſequar, vt ibi, niſi ſim in mora manumittẽdi: vt j. eo. l. pe. §. 1. Si impedior p aliũ, nil conſequor: ſed impediens libertatem tenetur ſm qualitatem delicti, vel l. Aquilia, vel furti, vel actione in factum: vt ſ. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. idẽ Iulianus. & de condi. furt. l. 3. & de condi. ob cau. da. l. 3. §. fi. & j. eod. l. quibus diebus, i. xñ. ſed illo non exiſtente ſoluendo forte æquum erit me ad relictum admittĩ: ut ſ. de eo per quem fact. eſt. l. fi. In ſecũdo caſu ſi impedior caſu meo, nihil conſequor, niſi in caſibus: vt hic, & j. eod. l. cum ita datur. & l. Titio. §. note. & ſ. de condi. cau. da. l. 3. §. fin. & ſ. de ann. leg. l. Seio. i. xñ. & j. eod. l. illis. Item quandoq; partẽ cõſequor, ſi pro parte impleat conditio, quæ in duos erat collata: vt j. eo. l. pe. §. item. Itẽ ſi impedior per aliũ in cuius pſona eſt conditio, totũ cõſequor, vt hic. Illud notatur, q͂ nullo caſu, & nulla cõditione qd cõſequor, ſi ſtet per me: vt hic, & ſ. de cõdi. inſti. l. fi. In caſuali autem cõditione ſi caſu deficiat, certũ eſt me nõ admitti. In mixta dico idẽ, ſiue per caſum, ſiue per aliũ deficiat. qa non pendet ex facto meo tm̃: ut C. de inſti. & ſubſti. l. pater. ſm Io. & facit C. de cõdi. inſer. l. legatũ.

[b] Debetur. Sic C. de inſtitut. & ſubſtitut. l. j. & j. quando dies lega. ced. l. 5. §. item ſi qua. & ſupra de ann. legat. l. Mæuia. primo reſponſo. Item facit infra de ſtatuliber. l. ſeruus. §. Imperator. & infra de manumiſ. teſta. l. qui filium.

QVamuis. CASVS. In teſtamento meo dedi libertatẽ Sticho ſeruo meo, ſi rationes reddiderit earũ rerum mearum, quas adminiſtrauit, & deceſſi. poſtea hæres meus traxit rationem cũ dicto Sticho: & cũ in veritate deberet reſtituere Stich⁹ nomine reliquorum quinquaginta hẽredi, fuerunt per culpam, & ignorantiã vtriuſq; in cõi concordia, q͂ Stich⁹ nõ debeat reſtituere niſi xxv. non aũt per fraudem Stichi: & ita Stichus ſoluit hẽredi xxv. tantum. nunquid erit liber? dicitur q͂ ſic. Viuia.

[c] Soluere. Inſpecta verbi propria ſignificatione, vt & tũ computet: & ſic eſt mixta ex faciendo, & dando, vt j. eod. l. cum ſeruus.

[d] Erraret. Idẽ credo ſi non erret, ſed bene ſciat mĩn⁹ ſolui, dũ tamen ſeruus bona fide faciat. & facit C. de trãſact. l. præſes. & ſ. de in rẽ uerſ. l. cum qui. §. in popularibus. & j. de fideicom. lib. l. ſi purè.

† Reddiderit. ſic ſupra l. nõ ſolum. §. his q reddere, ſ. de libe. lega. Lud. Ro.

FAlſa demonſtratio. CASVS. Ita dixi in teſtamẽto meo: Lego Titio fratri meo c. vel inſtituo mihi hr̃dem Stichũ fratrem meũ, cum in veritate non eſſet meus frater, & ego hoc ſciebam: certè dicta falſa demonſtratio nihil legato, vel inſtitutioni nocet. Sed quid ſi legaui Titio ſimpliciter, vel inſtitui mihi hæredem Titium ſimpliciter, & quidam Titius dicat, q͂ ego ſenſi de eo, & alius Titius dicat, q͂ ego ſẽſi de eo? Certè ille Titius, qui probauerit me ſenſiſſe de ſe admittetur, & non alius. Sed ſi cui. Quatuor ſeruos meos manumiſi: & ſic ſunt facti omnes mei liberti, poſtea vnus eorum puta Stichus accepit ab Imperatore ius annulorum aureorũ, & ita habetur pro ĩgenuo quo ad multa: vt j. de iure aureo. annu. l. pen. poſtea ego feci teſtamentum: & in eo ita dixi, Libertis meis lego centum. nũquid veniet dictus Stichus ad legatum cum dictis alijs tribus libertis? Et dicitur q͂ ſic. nam per acceptionem annulorũ aureorũ honor eius Stichi eſt auctus & nõ cõditio mutata.

Si quis. Ita dixit Seius in teſtamento ſuo: lego equum meum Titio, ſi erit meus dictus equus tempore mortis meæ. & poſtea alienauit equum, & poſtea deceſſit

decessit. nunquid debetur Titio equus, vel eius æstimatio? & dī ꝙ non. Sed quid si ita dixit dictus Seius, Stichum, & Pamphilum Titio do lego, si mei erunt, cum moriar. & postea alienauit Stichū pone, & postea decessit, nunquid poterit legatarius vendicare Pamphilum? Et rñ. ꝙ lic.

cet, [a] neque hæredi instituto: veluti si fratrem [b] dixerit, vel sororem, vel nepotem, [*] vel quodlibet tale. Hoc ita iuris ciuilis ratione, & constitutionibus diuorum Seueri, & Antonini cautum est. Sed si controuersia sit de nomine inter plures: qui ꝓbauerit sensisse de se defunctum, ille admittetur. [c]

Argumentum dignitatis non extinguit legatum. Bar.

Sed si cui quasi liberto, id est, inter libertos legatum fuerit, non idcirco legatum amittit: quia postea annulos ab Imperatore acceperit. [d] Nam honor eius auctus [e] est, non conditio mutata: & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt.

Vna pluralitas geminat plures singularitates. Bart.

Si quis ita legauerit rem: Si mortis tempore eius erit, nec tunc eius inueniatur: nec æstimatio eius legata videbitur. Quid ergo si quis ita scripserit, Stichum & Pamphilum Titio, do, lego, si mei erunt cum moriar: & vnum ex his alienauerit? an vel alter posit à legatario vindicari? placet vindicari. nam hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, atque si separatim dixisset, [f] † Stichum si meus erit cùm moriar. [*]

Demonstratio fit per expressionē qualitatū rei demonstratæ. B.

Florentinus lib. xj. Institutio. XXXIIII.

SI nominatim [*] alicui legetur ita, Lucio Titio. an per demonstrationem corporis, vel artificij, vel officij, vel necessitudinis, vel affinitatis, nihil interest. Nā demonstratio plerunque [g] vice nominis fungitur: nec interest falsa, an uera sit, si certū sit, quę testator demonstrauerit. Inter demonstrationem, & conditionem hoc interest, ꝙ demonstratio † plerúque [h] factam rem ostendit: conditio futuram.

Pomponius libr. singul. regul. XXXV.

LEuisima [i] libertatis conditio ea intelligēda est, quę ad libertatem perducit, q̄uis natura grauior, & durior sit.

Conditio casualis potest quādocunque impleri. Bart.

Marcellus lib. singul. respon. XXXVI.

PVblius Mæuius testamento suo ita cauit, Quisquis mihi hæres, hæredesve erunt, do

nam licet testatus dixerit in plurali, si mei erunt, cū moriar &c. pro eo accipi oportet, ac si separati dixisset hoc modo, Stichum lego Titio, si meus erit cū moriat, & eidem Titio lego Pāphilū si meus erit cum moriat. Acc.

[a] Nocet. Vt & s. eod. l. demōstratio.

[b] Si fratrem. Non errando, sed ex certa scientia: vt & ā. de hære. instit. l. nemo. §. 1. alias nil ualeret: ut C. de fal. cau. adie. l. j. & C. d hęred. instit. l. si pater. & C. d test. l. neque professio. quæ sunt cōtra. Sed arg. contra huic solutio. nl s. de cōdi. indeb. l. 1 summa. §. id quoque. Itē contra s. de hære. instit. l. fi. Sed ibi fuit falsa causa, hic demōstratio: ad qđ est j. eo. l. cū tale. §. falsa. Itē contra ā. de leg. a. l. Titia. in prin. Sol. ibi. Item facit s. de an. lega. l. Titia. §. fin.

[c] Admittetur. Facit s. de hære. insti. l. in tempus. §. si. & de test. tut. l. duo. & s. de lega. 2. l. 8. §. si inter. & qđ ibi not.

[d] Acceperit. Non eñ desinit libertus esse quo ad plura: vt hic, & j. de iure aur. ann. l. j. & j. de bo. li. l. etiā. l princ.

[e] Auctus. Facit C. de adoptio. l. cum in adoptiuis. & facit s. de adopt. l. ꝑ adoptionē. Accu.

[f] Dixisset. Nota pluralem numerum geminare significationem singularis. sic ā. si quis cau. l. si seruus. §. si plurium. & C. familiæ ercisc. l. quoties. & de condi. insert. l. si plures. & s. de hære. institu. l. hunc articulo. & l. paterfamilias. & de. nego. gest. l. 3. §. negotia. Argu. contra s. de pign. act. l. si necesse. §. si annua. & C. de impu. & alijs substitu. l. quamuis. & l. cum quidam. & facit ad §. ā. de cōdi. institi. l. 2. & de leg. a. l. Stichum. & de leg. 3. l. qui concubinam. §. si Stichus. & de hær. instit. l. talem. §. fin. & de reb. dub. l. quoties libertis. Accur.

SI nominatim. CASVS. Hæc lex dicit, ꝙ nihil interest, vtrum leget testator nominatim Lucio Titio, an in legato eidem Lucio Titio non nominet eum, sed significet se ei legare per aliquā demonstrationem ipsius corporis Lucij Titij, vel etiam per demonstrationem artificij ipsius Lucij Titij, vel officij, vel necessitudinis, vel affinitatis ipsius Lucij Titij. & est ratio: quia tales demōstrationes ꝓ maiori parte fungūtur vice nominis. si autem certum sit, cui legare uoluit testator non nocet legatario, etiam si testator falsam demonstrationem apposuit in legādo. Et scias, ꝙ differētia ē īter conditionē, & demonstrationem: quia demonstratio ostendit plerunque rem factā: conditio autem ostēdit rem futuram. Viuia.

[g] Plerunque. Fallit enim quandoq;: vt j. ad Trebel. l. quoties. & l. nonnunquā. & facit supra si cer. pet. l. certum. & ā. de hæred. instit. l. quoties. §. si qs nomen. & l. his verbis. §. fin.

[h] Plerunque. Nam quādoque fallit: vt ā. de lega. 2. l. 6. & l. si sic. sed tunc non demonstrationis uice, sed conditionis ponitur: ut ibidem dicitur.

LEuissima. CASVS. Testator reliquit libertatem seruo suo sub pluribus conditionibus separatim positis: vt j. de ma. testa. l. quod vulgo. puta, quia dixit, Sticho seruo meo relinquo libertatem, si nauis ex Asia uenerit. postea in alia parte testamenti dixit, relinquo eidem seruo libertatem si dederit Titio x. tertio dixit relinquo eidem seruo libertatem si tetigerit cœlum digito. certè spectanda est leuissima cōditio: vt j. de ma. testa. l. in libertatibus. quæ autem dicatur leuissima, vult hic dicere, id est, ea quæ ad libertatem facilius seruum perducit, quamuis per naturam grauior, & durior sit conditio vna apposita, quam alteræ conditiones appositæ. quamuis enim per naturam impossibilis sit conditio dicta, si tetigerit cœlum digito &c. tamen eam accipiemus, quoniam per eam potest leuiter seruus ad libertatem peruenire, cum habeatur pro nō adiecta: ut s. eod. l. obtinuit. Viuia.

[i] Leuissima. Testator reliquit libertatē sub pluribus conditionibus separatim positis: ut j. de ma. testa. l. qđ uulgo,

[*] In P.F. vel quodlibet aliud.

† Cōcor. c. cū iāddudum, de præbē. & ca. ut priut. &c. exhibita. de iudi. & ca. significauit. de appel. & j. di ttin. oēs leges, id est, ois lex.

[*] Vulgo addit Pāphilum, si meus erit cum moriar.

[*] In P.F. Icipit Nominatim, alicui.

† Facit ad hoc Bald. in ti. C de institu. & subsiti. sub condi. fa.

vulgo. nam accipitur quæ ad libertatem perducit, vt hic: & quæ facilior, & melior est seruo: vt ff. de manu. testa. l. in libertatibus. & ff. eod. l. quod traditum.

fideicommissum prædiorum ad dictos substitutos filij maturius, i. citius, quam ad dictũ filium si viueret. nec obstat huicẽ sioni, quod Septitia decessit anteq̃ puer testatricis: quia & si prædictus puer viueret, non prius possent conueniri a puero hæredes Septitiæ, quã possent conueniri Septitia, si viueret.

PVblius Mæuius lego, fideiq́; eorum committo, vt dent Caio Seio sororis meæ filio in honorem consulatus quadringenta. viuo Mæuio Seius consul designatus est, & munus edidit: [a] * deinde ex calendis Ianuarijs [b] consulatum ingressus est, atque ita Mæuius decessit. Quæro, an quadringenta Seio debeantur? Marcellus respondit, deberi. [c]

Non est verisimile, quòd testator plus diligat substitutum quàm primo loco positum. & non potest prius conueniri hæres, quàm defunctus poterat. Barto.

Titia codicillis de prædijs, quæ testamento Septitiæ reliquerat ita cauit: A te peto Septitia, vt filio meo, cùm annorum xvj. erit, eadem prædia restituas. quòd si filius meus xvj. annos nõ impleuerit: peto, vt ea reddas restituas Publio Mæuio, & Caio Cornelio. Quæro, cum Septitia decesserit, deinde filius xv. annum agens [d] defunctus sit, an repræsentetur [e] fideicommissum, xv. anno impleto? & an hæredes Septitiæ restituere Publio Mæuio, & Caio Cornelio debeant? Marcellus respondit, Septitiam ius, quod in his prædijs habuisset, hæredi suo reliquisse. etenim videri cõtra voluntatem testatricis repræsentationem fideicommissi desiderari, vt amplius ad substitutos perueniat, quàm ad puerum peruenire vel à Septitia, vel ab hæredibus potuisset. Et verba quidem videri repræsentare [f] fideicommissum: sed non esse verisimile, vt maturius voluerit testatrix ad substitutos id transferre: [g] nec quicquam mutare, * quod Septitia ante decessit. Nam & si puer viueret: non prius Septitiæ hæredes, quàm Septitia possent conueniri.

Licet deficiat onus legatario iniunctum, legatum non deficit. Barto.

Paulus libro singulari ad legem Fusiam Sauiniam. * XXXVII.

SI quis eum † quem ipse manumittere non poterat, legarit ita, vt eum legatarius manumitteret: & si à legato non repel-

CASVS. Publius Mæuius fecit testamentum, & in eo instituit sibi tres hæredes pone, & postea ita in eodẽ testamẽto dixit. Quisquis mihi hæres, hæredesve erunt: do, legò, fideiq́; eorũ cõmitto, vt dent Caio Seio sororis meę filio quadringẽta in honorẽ cõsulatus. i. si cõsul designabit. postea viuo testatore dictus Caius fuit designatus consul, & spectaculũ aliqđ populo exhibuit. & postea ex calẽdis Ianuarij, sicut moris erat, ingressus fuit cõsulatũ, & postea decessit dict' testator. nunc dictus Caius Seius petit ab hæredib. testatoris dicta quadringẽta. & hæredes dicebant se non teneri, eo quod cõditio fuit impleta viuente testatore. Rñ. tñ hic quod nihilominus debẽtur ei 400. Titia codicillis. Titia fecit testamentũ, in quo sibi instituit hæredẽ filium suũ impuberem: & pone Septitiæ reliquit duo prędia Titianũ, & Seianum pone. & postea fecit dicta Titia codicillos, in quibus ita cauit: peto Septitia, vt filio meo cũ annorum xvj. erit restituas pdia, quæ tibi reliqui in testamẽto meo. & si filius meus nõ impleuerit xvj. ann. peto, vt reddas dicta prædia, & restituas Publio Mæuio, & Caio Cornelio: & non dixit, vtrũ statim mortuo filio, an vero post xv. ann. & postea decessit dicta Titia, & postea decessit dicta Septitia legataria prædiorum, & habuit duos hæredes pone. & postea cum dictus filius Titiæ haberet xvj. ann. & non plus, decessit ipse puer, & ita antequam esset xvj. ann. nunc Publius Mæuius, & Caius Cornelius prædicti petunt fideicommissum dictorum prædiorum sibi dari per hæredes dictæ Septitiæ, & incontinenti ante xvj. an. cõpletum: & hoc ideo: quia verba testatricis videntur repræsentare fideicommissum prædictũ, vt ipsi dicebant: quia verum est filium Titiæ non impleuisse xvj. ann. nec amplius posse peruenire ad xvj. an. sed rñ. quod nõ põt statim petere: nã nõ ẽ verisimile, qđ testatrix voluisset trãsferre id

[a] Edidit. Id est professus est se suscepturum. Accur.

[b] Ianuarijs. Hoc idem videtur posse probari in Auth. de consul. §. hoc autẽ à nobis. Itẽ ad hoc quod primo fiat designatio, postea susceptio est C. de magistr. municipa. l. j. Sed argu. contra C. de aduo. diuer. iudi. l. per hanc. §. sexcẽti. vbi innuitur, qđ calẽdis Aprilis. sed fortè secundum diuersa tempora. & facit Insti. de leg. §. illud. Accur.

[c] Deberi. Quia viuo testatore potuit impleri: ut C. de insti. & substit.

[d] Agens. Id est, habens.

[e] Repræsentetur. Id est, debeat dari statim ante xvj. an. completos. Accursius.

[f] Repræsentare. Prima facie, quia verum est filium non impleuisse xvj. annum, nec amplius ad xvj. ann. peruenita posse.

[g] Transferre. Facit ff. de verb. obli. l. I illa stipulatione. & ff. de viur. l. si stipulatus. & ff. eod. l. filiæ suæ. §. 1. Sed arg. contra ff. de iure fisci. l. fiscus.

SI quis eum. CASVS. Titius instituit me hrdẽ, & damnauit Stichum seruum suum, vt ad libertatẽ peruenire nõ posset, & ita ego non poteram manumittere dictum Stichum: vt C. de ijs qui non pos. ad liber. perue. l. 2. postea ego decessi, & legaui prius dictum Stichum Seio, ita ut eum manumitteret. certè habebit Seius seruum, non tamẽ cogetur eum manumittere, & est ratio, quare non cogitur eum manumittere: quia toties compellitur legatarius facere secundum voluntatem meam testatoris, quoties nihil sit futurum contra legem. manumissio autem dicti Stichi erat contra legem. Item est ratio quare habeat legatum serui Seius, quoniam magis eundem Seium legatarium volui ego testator habere aliquod commodum ex legato serui, quàm hæredem meum. Viuianus.

* Munus edere, qđ sit pulchrè explicat An. Aug. lib. singu. ad Modestinum.

* P. F. mutat.

* P. Fl. caniniam.

† Ista lex facit ad hoc, quod falsus modus, vel causa legato apposita non viciat illud: vt per gl. in l. si cũ te. ff. de pactis. & in l. j. & ibi gl. & Cy. C. de fals. cau. adiec. leg.

Repel-

latur, [a] non est compellendus, ut manumittat. quoniam toties secundũ uoluntatem testatoris facere cõpellitur, quoties contra legem nihil fit futurũ. idque Neratius scribit: & tamen à legato nõ esse eum repellẽdũ, quoniam magis legatarium aliquod commodum testator in hoc seruo, quã hæredem habere [b] uoluisset.

Ex testamento debetur quod ibi expressè relinquitur, uel per relationem ad aliud. Bar.

Idem libr. singu. de iure cod. XXXVIII.

SI ita scripsero, Quantum codicillis Titio [c] legauero: licet codicillis legatum explicetur, [d] tamen ex testamento ualet sola quantitas, quę in codicillis legata est. Nã & apud ueteres legata talia fuere, Quantum ei per epistolam scripsero: Quantum ex illa actione detraxero, [e] hæres dato.

Iauolenus libr. j. ex posterio. Labeo. XXXIX.

QVæ conditio ad genus [f] personarum, non ad certas & notas personas pertineat, eam existimamus totius esse testamenti, & ad omnes hæredes institutos [g] pertinere. at quæ conditio ad certas personas [h] accommodata fuerit: eam referre debemus ad eum dũtaxat gradum, [i] quo hæ personę institutę fuerunt.

Si locus in testamento non adscribatur: subintelligitur locus ubi testator domicilium habuit. Barto.

Cùm ita in testamento † scriptum [k] erat, Vt aliquid in foro fiat, neq; adscriptũ erat, in quo foro, Labeo ait, si non appareat, quid mortuus sẽserit, i eius municipij foro faciendum, in quo is, qui testamẽtum fecit, domicilium habuerit. [l] quam sententiã ego quoque probo.

Dies impedimenti non computantur in termino. Bartolus.

Idem libro ij. ex poster. Labeo. XL.

QVibus diebus uicinus tuus te uia publica (cùm ad parẽ

---

a Repellatur. Imò uidetur repelli, ut s. de le. 2. l. si q̃s quos. quæ est contra. Sol. hic non poterat: quia in fraudẽ creditorum fieret: ut s. de le. 1. l. seruũ filij. §. si idẽ. ibi omnino. Vel secũdũ Bul. ibi manumissio, & actus manumissionis, hic manumissio tãtũ ẽ prohibita. vel ibi propter seruũ delictum, hic propter manumittentẽ. Vel ibi erat ut minister: ut & s. de leg. 2. l. si quis Titio. hic ut legatarius. Accur.

b Habere. Plus enim & tempore accipitur. Azo. & facit Instit. de don. §. 1. & s. de aur. & argen. le ga. l. si. Accur.

SI ita scripsero. CASVS. Ita scripsi in testamẽto meo quantum codicillis legauero Titio hæres meus eidem Titio dato. & postea feci codic. & in eis legaui dicto Titio c. & decessi. nũc quæritur, utrum dicta c. debeantur Titio ex testamento, an ex codicillis. Et dicitur quod ex testamento. nam & apud ueteres talia legata fuere in testamentis relicta, quã tum ei puta, Titio p̃ epistolas scripsero, tantum hæres meus ei dato. Item quantum ex illa actione detraxero, id est, a debitore meo exegero, tantum hæres me' dato Titio, quæ quidem duo genera legatorum debẽtur Titio prædicto ex testamento. Viuianus.

c Titio. Suban. hæres dato: quod est in fine.

d In F. F. tamen ex testamẽto ualet, sola quæ quãtitas in codicillo delata est.

e Detraxero. id est a debitore exegero. & facit ad l. s. de hęred. institu. l. asse. & de condi. institu. l. institutio talis. & de codicil. l. 1.

QVæ cõditio. CASVS. Institui mihi hæredes Titium, & Seiũ, & substitui eis Caiũ, & Sẽproniũ, & postea ita dixi, Cuicunq; hęreditas mea deferetur, ita sit mihi hęres, si Martino decem dederit, & decessi. certè siue dicti instituti velint hæreditatẽ, debent dare Martino 10. siue nolint eam habere, & substituti uelint eam habere, debẽt ijdem substituti ad genus dare dicto Martino 10. quia ut dicit litera, alia est conditio, quæ ad genus personarum &c. si autẽ dicta conditio dandi decẽ Martino, sit adiecta tantũ institutis, vel tñ substitutis, illi tñ debent eã implere.

Cum ita. Scripsi ego Bononiens. in testamẽto meo: uolo per hæredes meos fieri in foro, id est, in loco vbi redditur ius, puta in palatio cõmunis, unã statuã I meã memoriã. & nõ dixi in quo foro, vtrum Bon. vel Mutinæ. vel Imo. vel quo alio. certè si nõ appareat post mortem, meam, de quo foro sensi, debet fieri statua in foro Bonon. Viuianus.

f Ad genus. i. generaliter ad oẽs p̃sonas institutas: ut si facta institutione, & substitutione ita dicat. cuicũq; hæreditas mea deferet, ita sit hæres, si Titio decem dederit. Azo.

g Institutos. Et substitutos: non autem aduenientes ab intestato: ut arg. s. de vul. subst. l. qui liberis. §. hæc uerba.

h ad certas personas. Scilicet omnes eiusdem gradus.

i Gradum. Et oẽs personas eiusdem gradus forsan, & si deficiẽtis portio sit pro non scripta: ut C. de cad. tol. §. his ita. & j. de lega. 1. l. ciuitatibus. §. Lucius. Azo. Licet aliud sit in legato: ut C. de cadu. tollen. §. in primo. Et distingue, si conditio est apposita I omnibus personis hæredum, trãsit cum onere: siue pro non scripta, siue in causa caduci, siue caduca sit pars deficiens. Si autem non in omnibus, & tunc in omnibus eiusdem gradus, & tunc eidem ut alij eiusdem gradus impleant. Si autem nõ omnib. sed quibusdam de eo gradu sit adiecta conditio, si quidem est pro non scripta, differt hæredidas, quę uadit cum onere (ut dixi) a legato, quod nõ transit secundũ H. Sed q̃dam dicũt etiam in hęreditate non transire cum onere: ut in d. §. I primo. Sed est arg. contra d. l. Ciuitatibus. sed dicunt, quòd & ibi fuit appositum in personis omnium onus. Si autem alio modo deficiat relictum hæreditatis, uel legati: ut in causa caduci, uel quasi caduci, uadit cũ onere. C. de ca. tol. §. secundo. & §. si autem. in eo quod dicit, simili modo &c. siue re & uerbis: siue uerbis tantũ sint coniuncti. si autẽ re tantum, nõ vadit cum onere: nec dicit accrescere, sed nec decrescere: ut C. de cad. tol. §. si uero, & facit s. de hære. insti. l. sub conditione. & s. eod. l. si separatim. Accur.

† Cõcor. cũ isto. §. in quãtum sẽtit locũ loci eẽ in testamẽto ponẽdũ. glo. in ca. quoties cord. 15. 1. q. 7.

k Scriptum. Secus in stipulatione quæ nõ valet, si certus locus non est: ut j. de uerb. oblig. l. qui insulam.

l Domicilium habuerit. Sic C. de epis. & cle. l. nulli. & l. si quis ad declinandam. Accur.

QVibus diebus. CASVS. Legaui tibi centum si usq; ad 10. dies ascenderes Capitolium, & decessi. postea cũ uelles ire ad ascẽdendũ Capitoliũ, Titius

dum a cōditioni ire uelles, ire prohibuerit, nec per te staret, quò minus agendo b ob calumniam c eum submoueas: d hi dies conditioni e non imputabuntur.

Appellatione expensarum rei pretium non continetur. Bar.

Quidam ita legauerat, Si Publius Cornelius impensam, quam in fundum Seianum feci, hæredi meo dederit: tūc a hæres meus Publio Cornelio fundū Seianū dato. Cascellius aiebat, etiam pretiū fundi, dari debere. Offilius impensæ uerbo negat pretium significari: sed eos duntaxat sumptus, quos in eum postea, quā emptus esset, fecisset. a Idem Iulianus scribit, adiecto f eo quòd nō deductis fructibus impensarū ratio haberi debeat, & hoc magis uerum puto. g

Conditio apposita in quacunque parte testamenti reddit conditionale legatum. Bart.

Quidam Titio centum legauerat: deinde infrà ita iusserat: Quas pecunias cuique legaui eas hæres meus, si mater mea moritur, h dato. mortuo patrefamiliàs Titius uixerat, & uiua matrefamilias decesserat. Mortua matre, hæredibus Titij legatum deberi Offilius re-

a Aliàs tum.

a In P.F. idē Cinna scribit.

tius uicinus tuus prohibuit te ire per uiam publicam per tres dies, qui forte supererant de decē diebus prædictis. tu tamen iuisti corā iudice, & conquestus fuisti de uicino tuo tempore quo impediuit te, & per te nō remāsit, quia eum remoueres ab iniuria, quam tibi inferebat. nunquid restituentur tibi tres dies, ut intra eos implere conditionem possis? & dicitur quod sic.

Quidam. Emi à Seio fundū Seianū pro centum. & postea causa meliorandi eum feci expensas in eum, scilicet 20. & postea in testamento ita dixi: si Publius Cornelius impēsam quam in fundum Seianū feci, hæredi meo dederit, hæres meus eidē Publio Cornelio dato dictum fundum Seianum, & postea decessi. nunc quæritur, an dictus Publi⁹ Cornelius debeat dare hæredi expensas prædictas, & etiā pretium fundi, si uult fundum. & Cascellius dixit quòd sic, & male. Offilius autem & Iul. dixerunt, & bene ꝙ solos sumptus, siue expensas debet dare hæredi. & in dictis sumptibus nō debet hæres computare sibi fructus, quos percepit ex dicto fundo, imò retinet sibi præcipuos.

Quidam Titio. Seius fecit testamentum, & in eo legauit Titio centum, & pluribus alijs legauit similiter, postea ī eodē testamēto ita iussi, quas pecunias cuique legaui eas hęres meus dato, si mater mea moritur, id est, morietur. & postea decessit dictus Seius testator uiuente dicto Titio cui centum legauerat, & uiuente dicta sua matre. & postea decessit dictus Titius legatarius uiua dicta matre testatoris, & habuit hęredes Titius Petrū, & Martinum pone. & decessit dicta mater testatoris. quæritur, an dicti hæredes Titij debeant habere dictum legatū de centū. & dixit Offilius ꝙ sic, & reddidit talem rationem, quia dictum legatum non fuit relictū Titio sub cōditione, imo fuit relictū purè, & postea fuit adiecta dies soluendi, si non fuit cōditionale. ergo legatarius transmittit ad hæredes suos petitionē ipsius legati. Sed certè ratio ipsius Offilij est falsa, & per cōsequēs est falsum dictū suū. nam bene fuit dictū legatum relictum sub cōditione: & ideo legatarius, qui decessit ante cōditionē existētē, nō trāsmittit ad hędes suos, & bene dixi, ꝙ fuit cōditionale: qa nil interest utrū ita scribatur p testatorē, quas pecunias cuiq; legaui, eas hęres meus, si mater mea moritur, dato. quę quidē uerba scripsit Seius testator in nostro casu an uero ita scribat p testatorē, nisi mater mea moriatur, hæres meus ne dato. nā in primo casu sub conditione est datū legatū: in scdo autē est adēptū sub cōd.

Dominus seruo. Titius faciens testamentū iussit Stichum seruū esse liberum, & postea eidem Sticho ita legauit, hæres meus dato Sticho seruo meo, quem testamento liberū esse iussi, quinq; aureos, quos in tabulis debeo eidem Sticho, & postea decessit. nunc quæritur, an hæres debeat dare dicto Sticho dictos quinq; aureos. & quidā dixerunt: & malè, nihil seruo legatū esse, & assignabant talē rationē, scilicet quia dominus seruo nihil debere potest, sed uerius est quòd debeantur eidem Sticho. & hæc uidetur fuisse uoluntas testatoris.

Qui dotalē. Titius accepit in uxorem Seiam, & nō habuit ab ea aliquē fundū in dotem. & postea ueniēs ad mortem, fecit testamētum, & ita in eo dixit: fundū Cornelianū, quem mihi Seia in dotem dedit hæres meus ei dato. & decessit. nūc quæritur, an hęres teneatur dare Seiæ dictū fundum. Et dicitur ꝙ sic, non obstante falsa demōstratiōe.

Termilius. Quidā qui uocabatur Thermus, siue Termili⁹ minor, fecit testamētum, & instituit sibi hęredem Titium. Item scripsit in eodem testamēto, quorū arbitratu sibi monumentum fieri uolebat, & scripsit de duobus suis amicis. quorum quilibet uocabatur Lucius Publius Corneli⁹: postea ita legauit, Lucijs Publijs Corne. hæres meus dato mille ad ędificandum monumentum meum: & postea decessit. nunc quæritur an dicti Lucij Publij Corne. possint petere ab hærede dicta mille? Et dicitur ꝙ non, nisi satisdent se ita facturos monumētum ex dicta pecu. sicut testator iussit. Vini.

a Ad parendum. Erat enim tibi relictū, si bine ad 10. dies ascenderes Capitolium, secundū R. & dic ꝙ uicinus, id est hæres, cuius intererat conditionē nō impleri, secundum quosdā. sed certè imò cuius nō intererat. nam si eius interesset, statim haberetur ꝓ impleta, & caperet legatum: ut ā. eo. l. iure. sed hic non habetur ꝓ impleta, imò postea necesse habet implere.

b Agendo. Quod iusserat testator, uel agendo contra impedientem iniuriarum, uel negatoria.

c Calumniam. A uicino illatam.

d Submoueas. Id est repellas.

QVæsitum. CASVS. Titius in testamento suo dedit libertatem Sticho seruo suo sub condit. si daret Caio extraneo quinque operas. nunquid potest seruus dare dictas operas, & ad libertatem peruenire? Et dicitur quod sic. hæres tamen Titij potest impedire seruum, quo minus præstet operas: quo casu seruus perueniet ad libertatem, & extraneus non utetur operis eius. Ita est ergo in præstatione dictarum operarum, sicut esset, si seruus iussus esset ad libertatem peruenire, si daret centum extraneo, quo casu si centum ex peculio suo det extraneo, admittitur sine dubio ad libertatem. hæres tamen potest eum prohibere dare. Viuia.

k Vt liber sit. Non est modus, sed conditio, si operas det.

l Sapienter. Id est callidè. sic ironicè dicit. non enim potest dici sapientia, cum ob id ipsum teneatur actione in factum: ut supra de conditio. ob cau. l. 1. §. fina. & infra, eodem. l. si inuitis. & de statulibe. l. cum hæres. §. Stichus.

SI ancillæ. CASVS. Legaui ancillæ Titij centum, cum ea nupsisset. nunquid ualet legatum? & uidetur quod non: quia ancilla non potest nubere: vt C. de incestis nup. l. cum ancillis. sed certè imo valet, quia videtur cogitatum de eo tempore quo posset nubere, id est, cum esset manumissa. Vinia.

m SI ancillæ. Sed si liberæ sit ita legatum, & post fiat serua, intercidit legatum: ut ͡j. eo. l. proxi. Azo.

Nubere.

---

† P.F. ti.

* Aliàs, cum sua.

* Aliàs, numerasset.

* Haloan. scripsit, vt quēadmodū scindi circa pecunię, & cęt. nos autē scripturā P.F. sequi maluim[*].

cùm ea nupsisset, legatū sit: Proculus ait, vtile legatū esse: quia possit manumissa nubere.[a]

Legatario mortuo, vel libertate priuato conditione pendente legatum extinguitur, secus si sola ciuitate priuetur. Bar.

Vlpianus libro xiij. ad l. Iul. & Pap. LVIII.

Intercidit legatū si ea persona decesserit,[b] cui legatum est sub conditione. Quid ergo si nō decesserit, sed in ciuitate eē desierit? puta alicui legatum si consul fuerit, & is in insulam deportatus est: nunquid non interim extinguitur legatū, quia restitui in ciuitatem potest? Quod probabilius esse arbitror.[c] Non idē erit dicendū, si ea pœna in eū statuta fuerit, quæ irrogat seruitutem, quia seruitus morti[d] adsimilatur.

Hæc lex non potest commode summari propter multiplicem diuisionem.

Paulus libro vij. ad l. Iul. & Papiam. LIX

In facto[e] consistētes conditiones varietatem habent, & quasi[f] tripertitam recipiunt diuisionē: vt quid detur,[g] vt quid fiat, vt quid obtingat, vel rettone det:[h] ne fiat, ne obtingat. ex his dandi, faciendiq; conditiones in personas collocantur, aut ipsorū,[i] quibus quid relinquitur, aut aliorum.[k] Tertia[l] species in euentu ponitur.

In fiscum transit legatum cū onere conditionis, vel fideicōmissi. Bart.

Fiscus eisdem conditionib. parere debet, quibus persona a qua ad ipsum, quod relictum est, peruenit:[m] sicut etiam cū suo onere hoc ipsum vindicat.

Relictum in tempus liberorū intelligitur de procreādis post testamentum, nisi aliud testator expresserit. Bar.

Vlpianus libro viij. ad l. Iul. & Papiam. LX.

Si vir vxori ad tēpus liberorum legauerit: dubitari potest, an de iis duntaxat filiis sensisset testator, qui post mortem eius nati fuissent, an [*] de iis, qui viuo[n] eo ab

a Nubere. Et de eo statu videtur cogitatum, quo nubere potest. Azo. & facit ĩ. eo. l. cum ita. §. t.

Intercidit. CASVS. Legaui Titio centum sub condi. si ipse consul factus fuerit. & decessi. postea dictus Titius decessit ante condit. impletam. certè extinguitur dictum legatum. secus autē si interim in insulam deportetur dictus Titius, quia tunc ante, quàm naturaliter moriatur non extinguitur legatum. potest enim restitui in ciuitatem. secus autem si fuerit factus seruus pœnæ, quia tunc dico idē, qđ in primo casu, quia seruitus assimilatur morti. Viui.

b Decesserit. Pendēte conditione. ad qđ C. de cad. tol. l. vnica. §. finautem.

c Arbitror. Non ergo habetur pro mortuo deportatus, nec soluit matrimoniū, vt ĩ. de bo. dam. l. s. & C. de don. inter vi. r. & uxo. l. rea. Sed contra. ĩ. de bo. lib. l. si necem. §. si deportatus. vbi perdit patronus contra tab. si deportetur. Solu. nec ibi perditur ius succedendi: quia admittitur sequens, & etiam idem si restituatur. Et eodem modo respon. ĩ. de contra ta. l. 1. §. filium. Sed quid in nostro casu si sit ab hostibus captus? Respon. in pendenti est legatum: vt ĩ. de bo. lib. l. si necem. §. si deportatus. Item quid si fiat conuersus? videtur quod pro mortuo habetur: vt C. de epis. & cle. l. si. j. rū: Potest tamen dici contra: quia pro mortuo habetur quo ad matrimonium soluendum, & lucra ea eo petenda: non vt non possit ei legari. & facit ĩ. de uer. obli. l. ex ea. §. in insulam. Accur.

Deportatio matrimonium nō soluit.

d Seruitus morti. Sic ĩ. de regu. iur. l. seruitutem. & ĩ. de sol. l. qui res. §. aream.

In facto. CASVS. Hæc lex dicit, quod conditiones consistentes in facto habent inter se varietatem, & recipiunt diuisionem tripertitam. Vna est, vt quid detur. alia est, vt quid fiat, alia ē, vt quid obtingat, puta si nauis venerit ex Asia, vel econtra ne detur: ne fiat: ne obtingat. Et duæ ex istis conditionibus collocātur in personas ipsorum, quibus aliquid relinquitur, aut aliorum, scilicet illæ quæ consistunt in dando, vel faciendo, vel in non dando, vel non faciendo. Tertia aūt species dictarū conditionum, s. vt quid obtingat, ponitur in euentu, puta si nauis ex Asia venerit: vt dixi. Fiscus. Reliqui Titio nō capaci fundū sub cōditione, si daret hæredi meo decē: & decessi. & sic fiscus debet habere dictū legatū: quia quæ auferūtur indigno, fisco applicantur. certè debet fiscus dare decem hæredi meo.

e In facto. Hic nomine facti complectitur dare: vt š. de cur. fur. l. consilio. §. l. & ĩ. subiicit. sed stricte accepto verbo, & proprie sunt species oppositæ dari, & fieri:[l] vt ĩ. de verb. oblig. l. 2. Azo.

f Quasi. Hic quasi denotat imperfectionem. nā & aliæ multæ sunt diuisiones, scilicet an consistant in facto meo tātum, an in meo & alterius: vt no. š. eo. l. in testamento. & in summa: sed & hic supponit sex exempla: tria affirmatiua, & tria negatiua. & fortè de his tātum ponit: quia frequentius contingunt.

g Vt quid detur. Semper pone vt, pro si, hic & in sequentibus.

h Ne detur. Lego tibi fundum, si dederis decem hæredi. vel si feceris ei domum: vel si nauis ex Asia venerit: & econtra, lego tibi fundū, si non dederis hæredi decem, vel si nō feceris ei domum: vel si nauis ex Asia non venerit. & hæc superior, scilicet si non venerit, est tertia species, quæ infra dicitur esse in euentu.

i Ipsorum. Scilicet legatariorum, scilicet si legatarius dederit, vel fecerit, & econtra non dederit, & non fecerit.

k Aut aliorum. Puta lego tibi fundum, si Titius dederit decem hæredi, vel fecerit domum, vel econtra non dederit, vel non fecerit.

l Tertia. Prima species fuit in dando, uel non dando. secunda in faciendo, vel non faciendo. tertia in euentu, scilicet si nauis venerit, ex Asia, vel non fecerit.

l Dari & fieri, sunt spēs oppositæ: & fieri de facto nō infici. l. dedi. §. si liber, & ibi Alci. de cō di. ob causam. Bart. in l. vbi. ā trāslatio.

m Peruenit. Ad fiscum: vt si legatus est fundus non capaci, si decem det hæredi, habebit fiscus legatū, si decē dederit. sic enim & si per legatum prædicta decem sunt relicta: ut & š. ad Syl. l. cum fisco. prædicta autem decē causa implendæ conditionis danda, non sunt legata: ut š. si quis omissa causa test. l. si quis sub conditione.

Si uir uxori CASVS. Titius legauit vxori suæ centū danda ei, cum haberet liberos. certè siue viuo marito, siue post mortē eius nascantur ex ea liberi, habebit legatum mortuo viro. sed si vir specialiter expressit, vt ipsa habeat legatū, etiam si procreauerit liberos ex alio post mortem viri: nihilominus ipsa admittetur ad legatum, etiam si procreauerit liberos ex alio post mortem viri. hoc dicit cum princ. l. seq. Viuia.

n Viuo. Post testamentum: vt š. proxi. nec obst. š. ea. l. solemus.

[*] P. Fl. an & de iis.

Nascantur

a Nascantur. Facit ff. eo l. cum uir. & l. si iam. §. 1. Acc.

S Ed si hoc. Casus in §. cuidam est talis. Cum haberem filium naturalem, cui quidem non poteram de iure relinquere vltra duas uncias cum matre sua, ut C. de na. li. l. 2. legaui tres uncias integras cum matre sua sub conditione, si hæredi meo daret decem, & pono quod una uncia bonorum meorum ualebat decem, & decessi. postea dictus meus filius naturalis soluit hæredi meo dicta decem, & sic impleuit conditionem. nunc petit ab hærede meo integras iij. uncias dicens, quamuis de iure non possem capere nisi duas vncias, tamen nunc possum capere iij. quia dedi tibi hæredi tantum causa implendæ conditionis, quod ualet bene unam unciam: nunquid iuste petit? & dicitur quod sic, & idem esset si iussus esset dare x. extraneo causa implendæ conditionis.

Imo uni cũ tñ ancillã, et pater ex l. 2. quæ hic citatur.

Autrẽ huius capitis putaicẽ Neratum Priscũ Al. e a:li. 7. pa rt. c. 12.

In P. Fl. & in uete. quibusdã excep. amplius legi concessæ portionis relictũ e.

In P. Fl. quod deinceps get.

Cum uir. Titius legauit uxori suæ annua x. si non nuberet, & non separaret se à liberis eorũ communibus puberibus. certè potest mulier nubere. & nihilominus legatum capere: quasi in dicto legato sit ei uiduitas indicta. Si autem dicti liberi erant impuberes, non poterit habere legatum si nupserit: quia in hoc casu uidetur vir iniunxisse vxori coram liberorum, & non uiduitatem. Viu.

b Sed si hoc. Continuatur præcedenti.

c Capienti. Vt filio naturali tres uncias, qui non capit nisi unam unciam cum matre r ut C. de natu. lib. l. 2.

d Aliquid. puta qd ualet duas uncias.

e Possit. Et ita tres uncias integras. qd uidetur quasi &c.

eo suscepti fuissent post testamentũ factum, cum manente matrimonio decessisset. Verùm æquum est proficere, siue uiuo marito, siue post mortẽ nascantur.[a]

Terentius † lib. iiij. ad l. Iul. & Pap. LXI.

S Ed si hoc[b] specialiter expressit testator, etiam si ex alio post mortẽ suam liberos procreauerit: nihilominus eã ad legatum admitti.

Tantum quis uidetur capere, quãtum sibi remanet deducto eo, quod soluerit causa conditionis implendæ. Bart.

Cuidam non solidum capienti[c] amplius lege concessa portione relictum est, si hæredi aliquid[d] dedisset. Quærit, an id quod conditionis implendæ causa dederit, cõsequi ex causa legati possit,[e] quasi non capiat id,[f] quod erogetur an uerò id extrà fit,[f] nec ideo magis ex bonis testatoris amplius capiat, quã capturus esset, si sine conditione legatum esset? Et Iulianus rectissimè scribit, tanto amplius eum capturum, quantum condi tionis implendæ causa dare eum oporteret: nec interesse hæredi, an extraneo dare iussus sit: q̃a cõputatione facta (quæ semper in persona eius introduceretur) non amplius

f Extra fit. Aliàs detraxit, scilicet de suo, & dedit causa implendæ conditionis.

g Subsideret. Id est, remaneret. & facit ff. eo. l. Plautius. §. item scribitur. & ff. ad leg. Falci. l. at ueterani. in fi. & l. quoties. Accur.

h Cura. Vt corrigat & castiget. & facit ff. eo. l. Titia si non. & C. de indi. uid. l. 2. & aut. ibi posita. & ar. ff. cõdi

dict. l. in hoc iudicio. §. si conuenerit. & ff. cod. l. prox.

ADDITIO. Dic secundum Bartol. hic, quod hodie corrigitur in uidua, cui potest relinqui sub conditione, si non nupserit. secus si non esset uidua, nam ista iura remanent incorrecta secundum eundem Bart.

lege concessa portione ad eum subsideret.[g]

Conditio quæ inducit uiduitatem, in omne tempus respectu omnis personæ, & omnis loci spernitur, secus si inducit uiduitatẽ respectu certæ personæ, uel certi loci, uel tẽporis. h. d. cum duabus ll. seq. Bart.

Cum uir uxori,* Si à liberis non nupserit, in annos singulos aliquid legauit, quid iuris? Iulianus respondit, posse mulierẽ nubere, & legatũ capere. Quòd si ita scriptũ esset, Si à liberis impuberibus non nupserit: legẽ locum nõ habere: quia magis cura[h] liberorum, quàm viduitas iniungeretur.

Catus lib. iij. ad l. Iuliam & Papiam. LXII.

C Vm ita legatum sit,[i] Si Titio non nupserit: vel ita, Si neq; Titio, neque Seio, neq; Mæuio nupserit: & deniq; si plures personæ[k] comprehẽsæ fuerint: magis placuit cuilibet eorum, si nupserit,[l] amissuram legatũ: nec videri tali conditione uiduitatem iniũctam: cùm alij cuilibet satis cõmodè possit nubere. Videamus & si ita legatum sit, Si Titio nupserit. Et quidem si honestẽ Titio possit nubere: dubium non erit, quin nisi paruerit conditioni, excludatur à legato. Si uerò indignus sit nu-

CVm ita legatum. CASVS. Lego uxori meæ, si non nupserit Titio, neq; Seio, neque Mæuio. certè amittit legatũ si alicui eorum nubat. nam in isto casu non uidetur ei uiduitas iniuncta, cum ipsa alij nubere possit, quàm Titio uel Seio, uel Mæuio prædictis. Si autem legaui ei sub conditione, si Titio nupserit: distingue aut honestè Titio potest nubere, aut non. pri mo casu à legato excluditur nisi Titio nubat. secundo potest cui mult nubere, & legatum habere, nam hoc casu uidetur ei indicta uiduitas: cum enim eam iussit Titio nubere, uidetur prohiberi ne nubat cæteris. vnde perinde est, ac si dixisset testator, Lego ei si non nupserit. imò in hoc casu secus do cum Titius est ita dignus eius nuptiis, deterior est illa conditio, si nupserit Titio, quam si dixisset, si non nupserit. nam cum dixit, si nupserit Titio, cæteris omnibus nubere prohibetur, ut dictum est, & iubetur nubere Titio, cui inhonestè est nuptura. Si autem ita legauit ei, si non nupserit in quadam terra quæ uocatur Aritia, uel in aliqua alia terra: certè si hoc in fraudem factum est à testatore ipsa nubere poterit, & legatum accipere. in fraudem autem factum uidetur, si illa mulier cui apposita est dicta conditio non facilè possit inuenire nuptias alibi. & hoc dicit vsque ad l. legato. Viuia.

In P. F. legi cõcessæ portionis.

In P. Fl. Si à liberis ne nupserit. & pau in post. Si à liberis impuberibus ne nupserit. Duas huius ppo sitionis significatiões nam illas quidẽ tellias autẽ Grãmaticis ai aducer sas refert Al. li. par. 7. c. 12. ubi & locum hunc explicat.

i Cui ita legatum sit. Mulieri, uel alii.

k Plures personæ. Singulariter. si autem omnibus de ciuitate sua, dic ut ff. l. proxi.

l Si nupserit. Sed nunquid habet locum cautio Mutiana? Respon. non, quia impleri potest ea uiua: puta si alij nubat: ut no. ff. eod. l. Mutianæ. Accur.

Quale

ptiis eius iste Titius: dicendum est posse eam beneficio legis cuilibet nubere. Quæ enim Titio nubere iubetur, cæteris omnibus nubere prohibetur. Itaq; si Titius indignus sit, tale est, quale si gñaliter [d] scriptũ esset, Si non nupserit. Imò (si verum amamus) durior hæc cõditio est, quã illa, Si non nupserit. nã & cęteris omnibus nubere prohibet, & Titio, cui inhonestè nuptura sit, nubere iubetur.

Terentius Clemens li. v. ad le. Jul. & Pap. LXIII.

HOc modo legato dato, Si Lucio Titio non nupserit: non esse legi locum, Iulianus aiebat. quod si ita scriptum esset, Si Aritiæ [c] non nupserit: interesse, an fraus legi † facta esset. Nam si ea esset, [*] quæ alibi nuptias non facilè posset inuenire: Interpretandum, ipso iure rescindi, quod fraudãdæ [d] legis gratia esset adscriptum: legem enim vtilem † rei publicæ, sobolis, s. procreandæ causa latam, adiuuandam [e] interpretatione. †

Morte grauati non extinguitur legatum conditionale. Bar.

Paulus libro lxij. ad edictum. LXIIII.

LEgato sub conditione relicto: si hæres, à quo sub conditione legatum est, pendente conditione moriatur: hæredem suum [f] obligatum reliquit.

Licet libertas repræsentetur, conditio fideicommissi debet expectari. Bar.

Modestinus libro v. Responso. LXV.

HAeres statu liberũ, cui in euentum conditionis fideicommissum restituere rogatus erat, manumisit. Quæro, an fideicommissum ei præstare debeat? Herennius Modestinus respondit. Quãquam statuliberum hæres manumiserit: tamen fideicommissum, quod sub eisdẽ conditionibus relictum ei debet, ita præstare cogitur, si conditiones [*] impletas esse prætenderit, aut per eũ [g] steterit, quò minus impleantur.

Si deficit conditio, pro qua fuit interposita cautio Mutiana, legatum debetur ei, in quem in eum casum fuit translatum. Bart.

Iabolenus lib. xj. Epistolarum. LXVI.

CVm sub hac conditione fundus alicui legatus esset, Si seruum non manumiserit, & si manumiserit, legatum fundi ad Mæuium translatum esset: legatarius de non liberando satisdedit, & legatum accepit, & postea liberauit. Quæro, an aliquid Mæuio detur? Respondi: Si cui ita legatum erit, Si seruum non manumiserit: satisdatione interposita accipere ab hærede legatũ poterit, & si post ea seruum manumiserit, commissa stipulatione hæredi vel fundum, vel quanti ea res est, [h] restituet: eoq; casu hæres ei, cui ex sequenti conditione legatum debuit? restituet.

Verbum, quod reperitur in futuro, & in præterito, in dubio in vltimis voluntatibus intelligitur de futuro. Bar.

Idem libro secundo ex Cassio. LXVII.

SI ita legatum esset,

---

[d] Quale si generaliter. Sic supra, de fun. instru. l. quæsitum. §. idem respõ. dnmo instructa. & de condit. inst. l. filius. & C. de instit. & substit. l. 1. & l. reprehendenda.

[b] HOc modo. Legi. Quæ dicit haberi legatum etiã conditione non impleta, quia viduitatem induceat: quia hæc non inducit: vt s. eo. l. prox. in prin. Accursi.

[c] Aritiæ. Ciuitas est prope Romam.

[d] Fraudãdæ. Ad hoc ff. de iure patr. l. adigere. §. si patronus.

[e] Adiuuãdam. Not. fauorem extendi. sic s. de li. & post. l. cum quidam.

LEgato sub. CASVS. Legaui Titio centum sub conditio. & decessi. postea pendente conditione decessit hæres meus. certè hæres hęredis męi remanet obligatus legatario. Accursi.

[f] Hæredem suum. Si non decedat legatarius pendente conditione. Azo. vt C. de cad. tol. §. sin autẽ. & facit ff. de ver. obl. l. si quis. §. Titio.

HÆres. CASVS. Institui mihi Titium hæredem, & Sticho seruo meo reliqui libertatem sub conditio. si nauis ex Asia venerit & rogaui dictum meum hæredem, vt daret eidem seruo centum sub ea condi. si nauis ex Asia venerit. & postea decessi. & postea ante euentum dictæ conditio. hæres meus manumisit eũ. nunquid & fideicommissum ei præstad debet ante euentum dictę condi.? Et dicitur quòd non, nisi per hæredem steterit, quo minus implerentur dictæ condit. id est, dicta conditio. Viuia.

[g] Per eum. Hæredem, ut supra. eo. l. in re ciuili. & no. sic s. si pars hær. pe. l. permittendum. Sed arg. contra. C. de iis, quib. ut ĩdig. l. fi. & ff. eo. l. duos. vbi in vno negligens, vel agnoscẽs, in alio videtur agnoscere. Accursi.

CVm sub. CASVS. Titius legauit Seio fundum sub conditi. si Stichum seruum non manumiserit, & si manumiserit Seius dictum seruum, iussit dictus Titius fundum legatum transferri ad Mæuium, & decessit dictus Titius. postea Seius legatarius satisdedit hæredi de non manumittendo dictum seruum, & accepit ab eo dictum legatum fundum. & postea manumisit eundem seruum. & ita venit contra conditio. appositam sibi in legato, & contra promissionem Mutianam, quam fecit hęredi. certè restituere debet hæredi fundum prædictum, vel eius æstimationem, & hæres debet dare dicto Mæuio eũdem fundum, vel æstimationem eius. & hoc dicit plan. ista lex. Viuia.

[h] Quanti ea res est. Not. de cautione Mutiana. sic s. e. l. Mutianæ, & l. in cui. & ff. eod. l. Titio. & l. hæres. §. q post. & l. cum tale. & s. de condi. institut. l. 4. in fine.

SI ita legatum. CASVS. Titius legauit Seiæ centum cum nupserit ipsa Seia: & decessit idem Titius. postea reperitur. q Seia erat nupta tempore testamenti, & q testator hoc sciebat. certè nõ aliter habebit Seia legatum, nisi secundum contrahat matrimonium: & si secundũ contrahat mãtrimonium, habebit legatum; siue illud contrahat uiuente testatore, siue mortuo. Viui.

Expe-

---

[*] In P. Fl. quæ alibi.

† Legi fraus fieri nõ debet, & de hac fraude de psona ad psonã, & de facto ad factũ Mandos. I 4. q. 31. Regu. nu. 25. & seq.

† Multa I hãc sniam differit Alex. ab Alexã. li. Genia. dier. 4. c. 8.

† Mãdos. in t. q. Regu. de Vsno. nu. 4. & in 3. n. 3. & seq.

[*] In P. Fl. ipletas eẽ pstabit. in quibus. ve tu. exẽp. scripũ ẽ, Ipletas eẽ constabit. qđ magis placet.

Cùm nupserit: si nupta fuerit, & hoc testator scierit: alterum matrimoniũ erit expectandum,[a] nihilq; intererit, vtrum viuo testatore, an post mortem ea iterum nupserit.

Conditio, si voluerit legatarius, facit conditionale legatũ. Bartolus.

Caius libr. xiij. ad le. Iul. & Papiam. LXVIII.

SI ita expressum erit, Titio si voluerit, do lego: apud Labeonẽ Proculus notat non aliter ad hæredem legatarij pertinere, quàm si ipse legatarius voluerit ad se pertinere:[b] quia cõditio personæ iniuncta videtur.

Conditio tacita ex testamento proueniens impedit diem legati cedere, quo ad acquisitionem. Bartolus.

Papinianus li. xvj. Quæstionum. LXIX.

DVos mater filios sub cõditione emãcipationis[c] ex partibus hæredes instituit, eisque plurium rerũ dęceptionem purè[d] dedit hæreditatem adierunt.[e] Patrem à legatorũ commodo illa quoque ratio debet submouere,[f] quòd emancipando filios obsecutus[g] voluntati, supremum iudiciũ vxoris suæ custodiri voluit.

Modus respiciens vtilitatem legatarii intelligitur impulsiuus: si vtilitatem tertii, dicitur esse finalis. Bart.

Idem libr. xvij. Quæstionum. LXX.

TItio centum, ita vt fundum emat, legata sunt. Non esse cogendum Titium cauere, Sextus Cæcilius existimat: quoniam ad ipsum

a Expectandum. Vt ī. de leg. ij. l. si ita sit. §. si pater. & arg. ȷ de uerb. oblig. l. cum qui Calendis. & facit ī., eo. l. hæc conditio. & l. si iam. in si. & C. de insti. & substi. l. si quis hæredem.

SI ita expressum. CASVS. Legaui Titio centum sub conditione, si ipse Titius uoluerit. & decessi. & postea decessit dictus Titius. nunquid pertinet legatum ad hæredem eiusdem Titij? Et dicitur quod non, nisi Titius prædictus voluerit ad se pertinere legatum: quia conditio videtur iniuncta personæ ipsius Titij: & conditionalia legata non transeunt ad hæredes legatariorum ante impletam conditionẽ. Viuianus.

b Pertinere. Est enim conditionale: vt supra, de leg. j. l. si ita. §. j. Sed nonne si simpliciter relinquitur, est in suo arbitrio, & tamen transmittit: vt C. de caduc. tollen. §. cum igitur. sed hic expressa nocent: vt supra eod. l. nonnunquam. perinde enim est, ac si diceret, si acceperit: vt supra, de adim. leg. l. iij. §. si quis Titio. secus si in venditione: vt C. de cõtrahen. empt. l. in vendentis. & facit ī. locati. l. locatio.

DVos CASVS Titia habens virum Seiũ, & duos filios ex eo, instituit sibi hæredes dictos filios sub conditione, si emanciparentur à patre: & ita nolebat, quòd pater haberet commodum ex hæreditate: & cuilibet dictorum filiorũ prælegauit fundum simpliciter nõ repetita conditione emancipationis expressæ postea decessit dicta Titia, & postea pater eos emancipauit, & ipsi hæreditatem matris adierũt. De hæreditate planũ est, quod pater non debet habere cõmodũ. Sed nunquid debet habere cõmodum de dictis prælegatis simpliciter relictis? Et dicitur quod non. nam & in eis videtur repetita conditio emancipationis: & emancipando filios uidetur velle firmum esse iudicium uxoris. Viuia.

c Emancipationis. Sic facit C. de inoff. testamen. l. filius matrem.

d Pure. Id est, simpliciter non apposita conditione emancipationis.

e Adierunt. Igitur extitit conditio: quia fuerunt emancipati.

f Submouere. Imò videtur non submoueri: ut ȷ. quando dies leg. ced. l. si post diẽ. §. fi. vbi inspicitur dies, quo cedit legatum sed hic non cedit, nisi post emancipationem: quia conditio intelligitur repetita: ut ȷ. eo. l. auia.

g Obsecutus. Arg. contra. s. eo. l. hæres statu. & facit ī. de min. l. si filius.

TItio centum. CASVS. Hæc lex ponit tres casus vsque ad §. Titio genero. Primus est talis, Seius legauit Titio centũ, ita ut fundũ emat. nũquid tenetur Titius cauere hæredi de fundo emẽdo, cũ recepit centum ab eo? Et dicitur quòd non. Sed pone, quod dictus Titius legatarius erat filius fratris dicti testatoris, vel aliter ei attinebat. & erat alumnus eius minus industrius & testator voluit ei prospicere in emendo fundo: quia timebat, ne pecuniam prodigeret. certè in hoc casu bene tenetur idem Titius cauere hæredi de emendo fundo, & de non alienando postea: quia credẽdum est interesse hæredis ratione affectionis, ut Titius emat sibi fundum, & postea non alienet. Secundus casus est talis. Reliquit dictus testator dicto Titio centum, ita vt ducat uxorem Mæuiam, quæ erat vidua. certe si uult Titius legatum, debet eam accipere in uxorem. & ideo cum accipit legatum, debet cauere hæredi de ea ducenda. Sed oppono. Ego video, quod si Seius promittat pecuniam Titio, si Mæuiam vxorem nõ ducat ipse Seius, quod Titius non potest ab eo petere dictam pecuniam, etiam si ipse Seius ducat Mæuiam in vxorem: ergo idem deberet esse in nostro casu, scilicet vt Titius habeat dicta centum, etiam si non ducat in vxorem Mæuiam viduam. Sed certè non est hoc uerum, nec simile: nam aliud est auferri libertatem matrimonij eligendi metu pœnæ (sicut fuit in casu oppositionis: quo quidem casu prætor denegat actionem, ut dictum est) & aliud est inuitari certa lege, siue modo ad matrimonium: ut in casu principali supra posito: quo quidem casu non habet Titius centum, si caueat de ducenda Mæuia in uxorem, ut dictum est. Tertius casus est talis, Ego reliqui Titio centũ, vt a meo monumento non recedat, uel reliqui ei cẽtũ, ita ut in Bonon. domicilium habeat, debet Titius cõsequi centum ab hærede meo, & non debet cauere de nõ recedendo à monumẽto meo, uel de habendo domicilium in Bonon. quia per hanc cautionem ius libertatis Titij infringeretur. si autem dictus Titius esset meus libertus bene teneretur cauere de prædictis.

Titio genero. Seius ita dixit in testamento suo, Titio genero meo hæres meus centum dato nomine dotis Seiæ meæ filiæ: & decessit dictus Seius. certè non solum Seia filia põt petere legatum, sed etiam maritus eius, id est, Titius prædictus: & liberabitur hæres soluendo uni eorũ. Sed quid si solutum est inter eos postea matrimonium, & hæres uoluntate Seiæ soluat Titio? certè & hic liberatur hæres: sed cõstãte matrimonio si soluat Titio, liberatur ut dictũ est, etiam si soluat prohibẽte muliere. tũc enim interest mulieris Titio solui, ut incipiat esse dotata. nam & si ipsa cõstãte matrimonio petat ab hærede dicta centum, & nolit ea fieri dotis, remouetur exceptione. Nõ est ergo mirum, si maritus põt ea petere constante matrimonio uxore inuita. Sed quid si tempore legati non erant adhuc contractæ nuptiæ inter dictus

ctos Titium, & Seiam, & ante contractas inter eos nuptias moriatur unus eorum non habebit superueniens legatum prædictum, imo remanebit apud hæredem. si autem nullus eorum decessit, sed Titius noluit eam accipere in uxorem: certè quantum attinet ad personam mulieris, intelligitur satisfactum per eam, ex quo non remansit per eam causa legati, id est, propter legatũ, ut ipsa habeat illud: non autem habebit legatum Titius ex quo remansit per eam, imò repellitur excepti. doli per hæredẽ. Et scias, quod in dicto casu ubi matrimonium constat inter Titium, & Seiã, hæres tenetur dare legatum Titio, & si non caueat hæredi mulieri pec. reddi, & est ratio: quia pecunia dotis efficitur eo casu. Si autem ante contractum matrimonium petat dictum legatum Titi', quod quidem potest cum sit purum legatum, tunc erit necessaria cautio mulieri pecuniam reddi. Sed quid si cõtracto iam matrimonio marit' agit contra hæredem ad legatum, & uitio suo causam perdiderit, & tempore reddendæ dotis non est soluendo idem maritus: nunquid potest agere mulier contra hæredem ad dictam pecuniam? Et dicitur quòd sic. Vinia.

† In quãtũ iste tex. dicit m̃rimoniũ debere esse liberũ à pęna dãni, & c. cõcor. tex. in c. cũ locũ. & ibi glo. extra de spõ. & in c. ueniẽs. 2. eo. tit. melius in c. gẽma. & ibi gl. or. pall. titul.

n In P. Fl. ad testamẽtũ. sed magis placet q̃d' hic habetur.

a Rediret. Sic j. de dona. l. a. §. fi. & l. 3. Sed contra s. de lega. 3. l. si tibi legatum. Solu. ut ibi.

ADDITIO. Barto. fatetur istud contrarium, nisi suum commodum respiciat.

b Fratris. Scilicet testatoris, uel legatarij: cui uoluit fundũ emi, & non alienari.

c Hæredis. Ratione affectionis, quam habuit testator in alumnum, alias cum esset nudum præceptum, non ualeret: ut s. de lega. 1. l. filiusfamilias. §. diui. & de leg. 1. l. pater. §. Iulianus.

d Non alienetur. Alioquin aget hæres ex cautione. si enim ex cautione non ageretur, non interponeretur: ut j. ut leg. no. ca. l. hæc stipulatio. §. diuus.

e Vxorem. Quam honestè ducere potest: ut s. eodem l. cum ita.

f Conditio. Id est, modus. & facit C. de insti. & sub. l. 2.

duntaxat emolumentum legati rediret. a Sed si filio fratris, b alumno minus industrio prospectũ esse voluit: interesse hęredis c credendum est: atque ideò cautionem interponendam, vt & fundus cõparetur, ac postea non alienetur. d

Matrimonia debent esse libera à pœna damni, non à pœna amissionis dupli. Bar.

Titio centum † relicta sunt, ita vt Mæuiam vxorem, e quæ vidua est, ducat. Conditio f nõ remittetur: & ideo nec cautio g remittenda est. Huic sententiæ non refragatur, quòd si quis pecuniam promittat, si Mæuiam vxorem nõ ducat: prætor actionem denegat. h Aliud est enim eligendi matrimonij pœnæ metu libertatem auferri: aliud ad matrimoniũ certa lege inuitari. i

Conditio, vel modus per quem libertas infringitur, non seruatur, præter quam in libertis. Bartolus.

Titio centum relicta sunt, ita vt à monumento meo non recedat, uel ut in illa ciuitate domicilium habeat. Potest dici, non esse locum cautioni, per quam ius libertatis k infringitur. Sed in defuncti libertis alio iure vtimur. l

Diuiditur in sex partes. Primò ponitur cui competit petitio. Secundo, cui debeat vel possit fieri solutio. Tertiò quid si matrimonium non contrahitur. Quartò, an quando soluitur constante matrimonio, debeat aliqua cautio recipi. Quintò, quid si ante matrimonium dos soluatur. Sextò, quid si maritus à causa ceciderit. Secunda ibi, Si post. Tertia ibi, Ante nuptias. Quarta ibi, Sabinus. Quinta ibi, Sed cùm ante nuptias. Sexta ibi, Quòd si maritus. Bart.

Titio genero meo hæres meus dotis Seiæ filiæ meæ nomine centum dato: Legati quidem emolumentum ad Seiam, quæ dotem habere incipit, pertinebit. Sed quia non tantum mulieri, sed Titio quoque, cui pecuniam legauit, consultum videtur: propè est, vt ipse legatarius intelligatur, & legatum petere debeat. m Si post diuortium genero pecuniam hæres n soluerit, æquè liberabitur: quoniam in dotem solutio conuertitur. Constante autem matrimonio etiam prohibente muliere Titio rectè soluetur. Hoc enim & mulieris interest, vt incipiat esse dotata. Nam & si quis o ipsam p quoque petitionem habere responderit, eaque pecuniam petat, neque dotis fieri velit: q non dubiè doli exceptione submouebitur. Ante nuptias uerò Titio, uel muliere

g Cautio. Scilicet deducenda: & sic etiam prius accipit legatum: cum sit modus, non conditio: ut s. de leg. 3. l. si tibi legatum.

h Denegat. Vt j. de uerbo. obliga. l. Titio. in prin. & C. de spon. l. fi. in fine. Accur.

i Inuitari. Sic j. de damn. infe. l. Proculus. & C. de codicil. l. fin. & j. de iniur. l. iniuriarum. §. si quis de honoribus. Sed argumen. contra. j. ne quid in loco pu. l. 2. §. merito.

ADDITIO. Dic quod ibi lucrum percipiebatur ex publico, quod non debet auferre priuatus: hic quia percipiebatur à priuato testatore: meritò potest auferre eius uoluntate. secundum Bartol. hic.

k Libertatis. Sic infra de lib. ho. exh. l. nihil. & ar. s. de usufru. l. 3. §. ne tamen.

l Vtimur. Contra C. de ope. lib. l. pe. in fin. sed hic tempore manumissionis hãc legem imposuit, ibi ex interuallo. Vel dic quo ad hoc, quia non dabitur ei legatum: ut s. de adime. le. l. libertis. §. fi. non autem ut præcisè cogantur ibi morari, ut ibi, uel hic fauor religionis.

m Debeat. imò mulier tantum: ut s. de leg. 1. l. fideicom. §. interdum. & s. de lega. 1. l. seruo legato. §. si testator. quæ sũt contra. Solut. ibi reliquit contemplatione filiæ tantum: hic vtriusque secundum quosdam. sed certè hic, & ibi loquitur, cum dubium erat, cuius contemplatione reliquit. sic enim dicit hic, consultum uidetur. dicit ergo, q̃d de iure stricto filia tãtum habeat: ut ibi. sed de æquitate utrũque: ut hic, & j. eo. §. constante, & §. quod si maritus.

n Hęres. Ignorans diuortium. & dic soluerit, scilicet uolens, nam cogi non potest: sicut & ubi non uult contrahere matrimonium Titius: ut j. eo. §. quod si nolit. & hoc indicat proximus versiculus, constante &c.

o Nã & si quis. Bene dico inuita ea solui uiro, nam &c.

p Ipsam. Scilicet mulierem.

q Fieri uelit. Vnde apparet etiam mariti contemplatione relictum legatum: & sic ipse petet.

Apud

defunctis, legatum apud hæredē, [a] manet. Quòd si nolit eam vxorem ducere: causæ legati, [b] quod ad mulieris personam attinet, satisfactum intelligitur: [c] sed Titio legatum petenti nocebit exceptio doli. Sabinus autem existimabat, nupta muliere Titio, sine cautione legatum deberi: quoniam pecunia dotis efficeretur. Sed cùm ante nuptias (quia purum legatum est) peti potest: [d] cautio mulieri pecuniam reddi, necessaria erit. Quòd si maritus vitio suo [e] causa ceciderit, neque soluendo sit: nunquid aduersus hæredem mulieri, quæ nihil deliquit, succurri debeat ob eam pecuniam, quæ doti fuerat destinata? Sed quoniam ambo legati petitionem habuerunt, saluam habebit, non soluta pecunia uiro, mulier actionem. [f]

Conditio negatiua quæ non potest impleri viuo legatario sine expectatione tristis euentus, impletur præstita cautione Mutiana. Bar.

Idem lib. xviij. Quæstionum. LXXI.

CVm tale legatum esset relictum, Titiæ, si à liberis non discesserit. negauerunt eam rectè cauere: [g] quia vel mortuis liberis [h] legati conditio possit existere. Sed displicuit sententia. [i] Nō enim voto matris [k] opponi, [*] tam ominosa non interponendæ cautionis interpretatio debuit. & cùm patronus liberto certam pecuniam legasset, si à liberis eius non discessisset: pmisit Imperator veluti [l] Mutianam cautionem offerri. Fuit enim periculosum ac triste, libertum cōiunctum [m] patroni liberis, eorundem mortem expectare.

Conditio negatiua, quæ potest impleri viuo legatario, non impletur per cautionem Mutianam. Bart.

[a] Apud hæredem. Hoc secundum illam distinctionē, quam no. s. eo. l. in testamento. Azo.

[b] Causæ legati. Aliàs causa legati, id est, propter legatum. aliàs causæ.

[c] Intelligitur. Et sic ipsa petet.

[d] Peti potest. Imò uidetur inesse conditio, si matrimoniū fiat: ut in stipulatione: ut s. de iure dotium, l. mulier. s. respon. sed fortè aliud in legato. uel dic inesse cōditionem muliere promittente, nō autem alio promittente: uel legante. Azo.

[e] Vitio suo. Id est. culpa: quia non probauit legatum.

[f] Actionem. Facit s. de eo per quem factum est l. fi. & s. de iure dotium. l. si extraneus.

CVm tale. CASVS. Ad euidentiam huius legis distingue inter conditiones, quæ in nòn faciendo cōsistunt, quia aut est talis, quæ in uita legatarij non potest existere, vel impleri: aut potest existere viuo legatario, cui est apposita conditio. Primo casu consequitur legatum legatarius præstita à se cautione Mutiana hæredi de non faciendo. puta quia fuit ei legatum, si in Capito. non ascenderet. & sic loquitur supra eodem, l. Mutianæ. & de lega. 2. l. cum filius. §. qui Mutianam. In secundo casu subdistingue: quia aut potest impleri sine malo omine legatarij, puta quia sunt illi legata x. annua, si non recesserit à filiis testatoris, quæ quidem conditio potest existere viuo legatario mortuis filiis, & ipse legatarius nihil attinet filiis testatoris, & sic non est legatario periculosum, & triste eorum mortem expectare: & tunc non præstatur cautio Mutiana: sed expectatur, donec existat conditio per mortem filiorum testatoris, & tunc consequetur legatum: aut non sine malo omine legatarij potest impleri viuo legatario, puta quia est mater filiorum testatoris illa, cui legatum est, vel est libertus testatoris ille, cui ita legatum est, vel etiam alio modo coniuncta persona, & sic est legatario periculosum, & triste filiorum testatoris mortem expectare: & tunc non expectatur, quòd conditio existat per mortem filiorum testatoris, sed præstatur cautio Mutiana, & consequitur legatum legatarius, siue legataria: & hoc dicit hæc lex, licet quidam dicant contrarium, qui reprehenduntur in litera. Viuianus.

[g] Cauere. Scilicet cautione Mutiana. Roge.

[h] Liberis. Viua matre. & est bona ratio in extraneo, vt j. eadem l. §. Titius. & j. eo. l. pater. §. socrus. non in matre: vt hic. & est ratio, vt subiicit: nec in patrono: vt j. prox. Accur.

[i] Sententia. Id est, dictum, & ratio. & sic mulier cauet, ut legatum habeat. sed alia ratio eam excusare videtur, quia viduitatem inducit: vt s. eod. l. sed si hoc. §. fi. & secundum hoc dic sententia, id est, ratio non dictū: vel ibi expressit ne nuberet. quod hic non fecit.

ADDITIO. Non intelligas hanc solutionem, quòd tacitè posset induci viduitas. expresse nō: quia est contra l. hoc modo. s. eodem. sed intelligas, quod hic fuit simpliciter relictum, si à liberis non decesserit, & sic viduitatem non inducit. secundum Barto. hic.

[k] Voto matris. Quæ est vt filij viuāt post eam: vt s. de inoffic. testa. l. nam & si parentibus.

[l] Veluti. Nam propriè Mutiana locum non habet: cum possit impleri viuo liberto: vt s. proxi. no.

[m] Coniunctum. Secus in non coniuncto: vt j. proxim. §. not.

[*] Sic in P. Fl. Hal. autē scripsit, tā ominosa interponendæ cautionis interpretatio.

Titius. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium: & rogauit eundem Seium, vt post mortem suam Seij restitueret hæreditatem Caio sub conditio., si cautio fideicommissi soluendi non peteretur per Caium prædictum fideicommissarium à dicto Seio hærede. & decessit dictus Titius testator. nunc vult Caius incontinenti habere fideicommissum hæreditatis, & cauere Mutiana cautione Seio hæredi de non petendo ab eo cautionem fideicommissi præstandi sibi Caio. quæritur, nunquid possit? Et dicitur quod non: & est ratio: quia viuo Caio, cui relictum est fideicommissum, potuit impleri conditio non petendæ cautionis fideicommissi præstādi Caio, puta mortuo Seio hærede uiuente eodē Caio fideicommis. & hoc quod dixi, habebat locum etiam, antequam fieret constitutio, quæ est C. vt in poss. leg. l. scire. quæ dicit testatorem posse remittere satisdationem fideicommis. præstandi propter dictam rationem: quia viuo Caio, &c. vt dictum est. & etiam habet locū post dictam constitutionem: quia remitti potest satisdatio per testatorem, vt dictum est. Sed pone, quod dictus Titius testator ita dixit, peto à Seio hærede, vt post mortem suam restituat hęreditatem meam Caio, ita ne à te per Caium petatur satisdatio fideicom. præstandi sibi, & ita ne à te per eū ratio exigantur de eo, qđ expendes de hæreditate mea ante mortem tuam. & ita appositæ fuerunt duę cōditiones. certè in hoc casu sine dubio per huiusmodi verba videtur adscripta conditio non interponēdæ cautionis, siue satisdationis fideicōmis. præstandi Caio. vnde habebit locū in hac conditione

tione illud, quod supra dictum est. s. vt Caius non possit habere statim fideic. cauendo Mutiana cautione de non petendo a Seio hærede satisdationẽ fideicom. sibi Caio præstandi. secundæ aũt conditioni in verbis testatoris appositæ. s. rationis non exigendæ a Seio hærede per Caium fideicommiss. videtur per testatorem modus adhibitus, scilicet vt culpa Seij hæredis intelligatur remissa, & non dolus commissus in dissipando res hæreditarias: sicut eueniret in eo, qui gessisset alia negotia testatoris. & testator remisisset ei necessitatem reddendæ rationis, qui quidem nihilominus de dolo teneretur. Vivia.

Titius hæredem [a] institutum, rogauit post mortem suam [b] hæreditatem restituere, si fideicommissi cautio non fuisset petita. Mutianæ cautionis exemplum [c] ante constitutionem [d] remissæ cautionis locum habere non potuit: quoniã viuo eo, cui relictum est, impleri conditio potuit. Quid ergo si ita scriptũ esset, Peto post mortem tuam restituas hæreditatem, ita ne fideicommissi satis petatur, neve ratio exigatur? Sine dubio per huiusmodi uerba, non interponendæ [e] quidem cautionis conditio uidebitur adscripta: rationi uerò non exigendæ modus adhibitus: [f] scilicet ut culpa, non etiam dolus remissus ĩtelligatur. Idq; in eius persona, qui negotia gessit, cuiq; rationis reddendæ necessitas fuerat testamento remissa [g] rescriptum est. [h]

Conditio deficiens non extinguit, quæ pendens non suspendit legatum. Bart.

Si arbitratu Titij Seia nupserit: hæres meus ei fundum dato. Viuo Titio etiam sine arbitrio Titij eam nubentem legatum accipere respondendum est: eamque legis sententiam uideri, ne quod omnino nuptijs impedimentum inferatur. [i] Sed si Titius uiuo testatore decedat: licet conditio deficit, quia tamen suspensa quoque pro nihilo foret, mulieri succurretur.

Conditio de non nubendo si adiiciatur cum tempore mortis, utrunque reiicitur: si cum alio reiicitur conditio, & tempus remanet. Barto.

Mæuiæ, si non nupserit, fundum, cùm morietur, lego: Potest dici, & si nupserit, eam confestim [k] ad legatum admitti. Non idem probatur, si certus [l] dies, incertus ve [m] alius legato fuerit adscriptus.

a Titius hæredem. Sub hac conditione si fidei &c.

b Suam. Scilicet hæredis.

c Exemplum. Id est, ipsa cautio Mutiana: sed ideo dicit de exemplo, quia olim cum solennitate interponebatur, quæ hodie cessat.

d Ante constitutionem. Subaudi etiam ante constitutionẽ illam, quæ dicit testatorem posse remittere satisdationem, vt C. vt in pos. leg. l. scire. sic ergo nec ante istam interponebatur, quoniam uiuo &c. vt s. in prin. l. not. Item nec post: tum quia remitti potest. vnde non est necesse caueri: tum quia viuo &c. & dic potuit, s. mortuo hærede viuente legatario.

e Non interponendæ. Satisdat ergo hæres [1] de hæreditate restituenda, nisi testator remiserit: ut hic, & C. vt in pos. leg. l. cum Archimedoram. sed & iure nouo cauet in casu, ut qñ rogatur restituere, quod superest: ut C. ad Trebel. Auth. contra rogatus. alias nõ inuẽio iure nouo. Item & rationem reddere debet, nisi vetuit testator: ut hic, & j. ad Treb. l. mulier. §. sed enim.

1 Sed Itra quod tps debeat satisdare, vide ad longũ in Speculo t. i. j. & ij. Decre. §. sequit videre, ver sic. porrò, & qño cautio, & satisdatio differant, gl. & doc. no. in tit. s. q satisd. cogã. Bar. in ti. in ius uocati. vt caut. s.

f Adhibitus. Sub. uidetur &c. ad quod est s. de lib. leg. l. non solum. §. si hæres. & l. Aurelio. § Mæuia. & s. de admi. tut. l. quidam decedens. & s. manda. l. pen. §. fin.

g Remissa. Quia non uidetur dolus remitti: ut s. pro xim. respõ. sed aliàs rõnem reddere debet: ut s. de neg. gest. l. a. Rescriptum. CASVS. Quidam habẽt hic §. rescriptum &c. Alij habent §. ibi, si arbitratu Titij, &c. & continuant illa uerba, rescriptum est &c. cum superiori. & utraq; litera bona est. & pone ita casum. Seius ita dixit in testamento suo: si arbitrio Titij Seia nupserit, hæres meus ei fundum dato. & decessit dictus testator. certè si Seia nubat uiuente dicto Titio, etiam sine arbitrio Titij, capiet legatum. & est ratio, ne aliquod impedimentum nuptijs inferatur. & idem est si Titius sit mortuus: nam licèt conditio Seiæ apposita defecerit per mortem Titij, quia eius arbitrio nubere non potest, tamẽ succurretur Seiæ nubenti, vt habeat legatum. nam & si penderet dicta conditio, eo q Titius viueret, pro nihilo foret, vt dictum est. Vivia.

h Rescriptum. Alias hic est §. alias ibi, si arbitratu.

i Inferatur. Ideoq; & hæc conditio remittitur, quasi viduitatem, aut deterius inducat: vt s. eo. l. cum ita. in fin. & l. hoc modo. Azo. & facit s. eo. l. filiæ. & s. de lega. j. l. turpia. §. j. Sed argu. contra s. de admi. tut. l. Titium. in princ. Sed quid si purè legauit, & sub conditione rogauit eam de restituendo ei, cuius arbitrio mulier nubere debeat? Respon. fortè valet secundum Azo.

l Mæuiæ. CASVS. Ita dixit Titius in testamento suo, Mæuiæ si non nupserit, fundum cum morietur, lego. certè etiam si nubat, admittitur ad legatum, & incõtinenti, scilicet, ut habeat dotem. secus esset, si ita dixisset testator, Mæuiæ si nõ nupserit, fundũ vsque ad quinquennium lego, vel fundũ ei lego, si Titius consul factus fuerit. nam his duobus casibus. s. cum est appositus dies certus, vel incertus alius à morte Mæuiæ, non consequetur Mæuia nubens legatum ante dictum diem certum, vel incertum venientem. Vivianus.

k Eam confestim. Sed cur non expectatur dies mortis in solutione legati, licèt alij conditioni. s. si nõ nupserit, non sit necesse parere: ut s. de condit. institu. l. quæ sub conditione. §. si quis. nam & si mors tñ esset apposita, seruaretur dies eius. Item plus habere non debet si non paruerit illicitæ conditioni, q̃ si paruerit licitæ: ut j. eo. l. mulieri? Respon. ideo tollitur dilatio, quia testator in euẽtum cõditionis expletæ uoluit eam habere legatum. tunc. n. est certum eam non nubere, cum iam est mortua: unde tunc tantũ uoluit præstari legatum. sed cum conditio spernatur, eius diẽ, vel dilationem in solutione expectari superfluum est. videbantur. n. testatori hæc duo paria: lego tibi cum morieris, & lego tibi si non nupseris. Sed contra est: ut j. eo. l. hæres. in prin. & §. quãuis. Azo. Vel secũdum H. non expectatur dies mortis ad solutionẽ propter publicam utilitatem, quæ est, ut statim consecuta legatũ possit nubere, & filios procreare. ut s. eo. l. hoc modo. in fin. Item hoc in muliere, quæ uirum non habuit. in uidua uero, cui à viro, uel ab alio legatur, ne nubat, secus est, ut C. de indic. uidui. tol. Auth. cui relictum.

l Certus. Puta calendis Ianuarij, uel ad annum.

m Incertusve. Vt cum Titius erit consul, tunc ergo dies

dies legati expectabitur: ad quod ̅j. e. l. hæres statuliberũ.

a Falsam causam legato. CASVS. Pone q̃ ita dixit testator, lego Titio centũ, quia negotia mea curauit, certè etiam si nõ curauit negotia, tamen habebit legatum: quia falsa causa non obest legato. ratio enim, siue causa legandi non cohæret legato, scilicet ut ea cessante, cesset legatum. sed si probet hæres testatorem aliter legaturum non fuisse, nisi negotia curasset Titius: obstabit Titio exceptio doli. Falsa etiam conditio non nocet legato: quia impossibilis est, puta ita dixit testator, Pamphilus liber esto, si soluerit illud, quod debeo Titio. & hoc est uerũ, si testator nihil debebat Titio, & sic cum sit impossibilis conditio habetur pro non adiecta, & seruus libertatem consequitur. sed si in ueritate debebat testator centum Titio, & post testamentum factum satisfecit idẽ testator Titio: non habebit seruus libertatem: quia intelligitur defecisse conditio. nam fuit possibilis, & seruus eam non impleuit. Sed quid dices de falsa demonstratione? & certè sicut non facit inutile legatum: ut ̅s. eod. l. demonstratio. ita non facit legatum illud, quod non est legatum: uelut si testator ita scribat: ex centum, quæ Titio legaui, quinquaginta hæres Seio dato. cùm in ueritate non legasset aliquid Titio. nam non propter hoc petet Titius centum, quia testator nõ scripsit prædicto modo animo legandi Titio: sed animo diminuendi legatum, quod à se datum Titio falsũ existimabat, propter prædictam tamen falsam demõstrationem legati non consequitur Seius, plus quàm si uera fuisset demonstratio. unde nõ habet Seius, nisi quinquaginta: quamuis quidam crederent, quòd Seius deberet habere plus, ex eo quod Titius nihil habet de dictis centum. hoc dicit usque ad fin. l. Viuta. Falsam. Vt quia negotia mea curasti, tibi lego: ut ̅s. eo. l. demonstratio. §. quod autem.

Falsa causa non uitiat legatum, nisi de uoluntate testatoris doceatur. Barto.

Falsam causam legato [a] non obesse uerius est: quia ratio legandi legato non cohæret: [b] sed plerunque doli exceptio locum habebit, si probetur aliàs legaturum non fuisse. [c]

Conditio de futuro, quæ implicat aliquod præteritum, uel præsens, si est impossibilis, non uitiat: secus si esset possibilis, & deficiat. Barto.

Falsam conditionem Cassius & Cælius Sabinus impossibilem esse dixerunt, [d] ueluti, Pamphilus, si quod Titio debeo, soluerit, liber esto. si modo nihil Titio fuit debitum. Quòd si post testamentum factum testator pecuniam exoluit: defecisse [e] conditionem intelligi.

Quæ adiiciuntur ad diminutionem, non operantur augmentum. Barto.

b Non cohæret. s. vt ea cessante cesset legatum. secus autem est in ratione legis. nam ea cohæret in tantum, vt ea cessante, cesset lex: ut ̅j. de iure patro. l. adigere. §. quamuis. & no. ̅s. de leg. & senatuscõ. l. non omniũ. & facit ̅s. de cõd. indeb. l. damus. & ̅s. de hære. inst. l. fi.

c Non fuisse. Facit C. de fal. cau. l. j.

Conditio falsa, an legatum uitiet.

d Dixerunt. Nunquid ergo habetur pro non adiecta. & sic ualeat relictum, uel uitietur? & certè aut de præsenti, uel de pteterito: ut si Titius est consul. uel fuit, & tũc si est falsa, quia nec est, nec fuit cõsul, non ualet relictum. aut de futuro est conditio impossibilis: ut si cœlum digito tetigeris: & tunc habetur pro non adiecta, & ualet relictum: ut ̅s. de iniusto testa. l. cum in secundo. & Insti. de hære. insti. §. impossibilis. in præsenti autem casu, si solueris quod Titio debeo, lego tibi libertatem, an sit de præsenti, & sic non ualeat relictum. quod R. dixit: & pro eo est uerbum debeo, an de futuro propter uerbum solueris, quod est de futuro: quod est uerius: & sic ualet sanctione libertatis, & ultimæ uoluntatis. & hoc est quod ̅j. dicit, defecisse conditionem.

e Defecisse. Ex postfactu. sed supra ab initio fuit impossibilis. & facit ̅s. de lega. j. l. si sic. §. j.

Falsam legati demonstrationem non facere [f] legatum, Sabinus respondit: ueluti si quis cum Titio nihil legasset, ita scriptum reliquerit, Ex centum, quæ Titio legaui, quinquaginta hæres Seio dato. [g] idque sumpsit [h] ex defuncti uoluntate: quia non animo legandi, sed diminuendi [i] legatũ, quòd falsò datum existimaret, ita scriberet. propter falsam tamẽ demonstrationem legati non plus Seius assequetur, [k] quàm si verè demonstratum fuisset.

Deficiente conditione, pro qua fuit præstita cautio, debetur legatum ei, in quem fuit translatum in eum casum, & liberatur hæres actionem cedendo, etiam si cautio sit defecta. Barto.

Id quod ex substitutione. CASVS. Institui mihi hæredes Titium, & Seium, & ambos adinuicem substitui vulgariter, & Titium non ultra dodrantem suæ partis legatis grauaui. à Seio autē tot legata reliqui, quod locum habebat lex Falc. in sua parte hæreditaria: postea Titius, qui non erat grauatus, suam partem repudiauit: & sic ex substitutione vulgari habuit eā Seius. Certè pars prædicta Titij non nimis grauata, pdest legatariis. quibus legatum est à Seio. Is enim hæres, scilicet Seius prædictus, nimis grauatus, similis est hæredi purè pro parte, & sub conditione pro alia parte instituto, subaudi, & cohæredem habenti, & in ea parte, in qua erat institutus purè, erant tot legata relicta, quod habebat in ea locum lex Falcid. in ea autem in qua erat institutus sub conditione, non erat nimia magnum legatorum grauamen. Item & dicas extra casum, quod sunt similes in hoc: quia sicut superiori casu proficit legatariis portio superueniens ex substitutione uulgari, ut ibi dictum est, sic & in isto casu proficit legatariis portio superueniens propter conditionem existentem. Et bene dixi in hoc ultimo casu, quod institutus purè, & sub conditione habebat cohæredem: quia aliàs non esset similis primo: utpotè cum statim adita hæreditate ex parte purè data, haberetur pro purè insolidum instituto: vt ff. de acquiren. hæredi. l. cum hæres institutus. §. 1. & l. sequ. Habuisti ergo ff. quid iuris sit, quando pars non grauata accēdit grauatæ: quo casu dictum est augeri legata. sed si pars grauata accedit non grauatæ, non augentur legata, in quo ponitur taliter exemplum siue casus, l. econuerso, quam supra direcim: Institui mihi Titium, & Seium, & ambos adinuicem vulgariter substitui: & Titium vltra dodrantem suæ partis legatis oneraui, partem autem Seij non grauaui vltra dodrantē. postea Titius, cui erat grauatus, suā partē repudiauit: & sic ex substitutione vulgari habuit eam Seius non grauatus. nunquid legata a Titio relicta augentur ideo, quia apud Seium succedentem, & nō grauatum, sunt omnia bona? Et dicitur quod non. & hoc est verū si legata a Titio grauata relicta sunt ab eo, nominatim per testatorem relicta, s. vt ipse tantum Titius ea præstaret. non autē ita data sunt, Quisquis mihi hæres erit, det talia, & talia legata: quia si ita dixisset testator: videntur esse repetita à Seio substituto, & sic propter partem Seij succedentis non grauatam augerētur, vt & ff. de leg. 1. l. licet. & de le. 2. l. cum pater. §. ab instituto. Sed quid si portio dicti Titij grauata, siue ex bausta deueniat ad Seium non grauatum iure accrescendi, & non iure substitutionis: quia adinuicem non fuerūt substituti? nunquid pars Seij non grauata prodesset legatariis Titij grauati? & Cassius existimauit confundendas esse dictas partes Titij, & Seij, s. vt pars Seij iure accrescendi succedentis profit legatariis Titij, quantum ad Falcidiæ rationem, & ita etiam iudicauit Imperator Antoninus in simili quæstione, & male. vnde Proculus dicit contrarium. & dicit bene, quod pars Seij non grauata non prodest legatariis Titij grauati. hoc dicit usque ad §. si cohæredem meum. Viuia.

[1] Ista gl. è ualde no. sēdm Bar. & eā sequitur Vinc.

[2] Q ñ hæres tradidit rē tāquā suā, secus si tā quā ipsius legatarij. Bal. & Alexan.

Id quod

Id, quod ex substitutione a cohæredis ad cohæredem peruenit, proficit legatariis. b is c enim hæres similis est ex parte purè, ex parte sub conditione hæredi instituto. d sed ea, quæ ab eo e legata sunt, si omiserit hæreditatem, non augebuntur: scilicet si ab eo nominatim f data sunt, non, Quisquis g mihi hæres erit.

Si portio grauata accedit non grauatæ per ius accrescendi, non est locus contributioni. Bartolus, & Alexander.

Si cohæredis mei portio exhausta sit, mea integra, & illam vindicauero: h Cassius confundendas esse partes existimat: Proculus contra. i in qua specie & Iulianus Proculo adsensit, quam sententiam probabiliorem esse puto. Sed & diuus Antoninus iudicasse k dicitur † l commiscendas esse vtrisque partes in computatione legis Falcidiæ.

Si portio accedit portioni. postquam legata cœperunt ab vtroque cohærede deberi, non est locus contributioni. Bartol. & Alexan.

Si cohæredem meum post aditam m hæreditatem adrogauero: non dubitabitur, quin separandæ sint portiones perinde, atque si cohæredi meo hæres extitissem. n

Si in annos singulos legatum sit Titio: quia multa legata, & conditionalia o sunt: cautioni p locus est, quæ in edicto q proponitur, Quantò amplius ceperit, reddi.

a Id quod ex substitutione. Scilicet uulgari.
b Legatariis. Quibus est relictum ab eo, cui accrescit.
c Is. Scilicet hæres, ut subiicit.
d Instituto. Habenti cohæredem. 1 aliàs statim in solidum esset hæres: vt ῀s.de acqu.hær.l.cum hęres.§.qui ex parte. & l.sequ. & sic non esset similis superiori. Vel dic quod est similis quo ad hoc, de quo agitur, & ad hoc ῀j.eo.l. in ratione.in fin. Accursius.
e Ab eo. Cui facta fuit substitutio uulgaris: ut ῀j.eo.l.quod si alterutro.idē in pupillari: ut ῀j.eo.l.in ratione. §. cum situm.
f Nominatim. Vt ipse tantum præstet, vt dictum est à testatore. nam si non expressit tantum, uel æquipollens, vidētur esse repetita à substituto: ut ῀s.de lega.1.l. licet.& ῀s.de lega.2.l. cum pater. §.ab instituto.
g Non quisquis, id est, non sic data sunt, quisquis &c.idē si simpliciter, vt dixi. & ῀j.eo.l.qui fundum. §.qui filium. & §. si.
h Vindicauero. Iure substitutionis: vt supra pro a. §.uel dic iure accrescendi, vt differat à præced.§.
i Proculus contra. Et bene secundum Io.& Alex.vt hic, & ῀j.eo.l. quod si alterutro. Accur.
k Iudicasse. Et ita assentit Cassio. sed nō seruatur: quia fortè nō fuit diffinitiua, aliàs seruaretur: nisi quia Iustinianus dixit contra. nam lex illa, & ea, quæ est infra, quod si alterutro, uidetur Iustiniani, vt C.de vet.iur enuclea. l.1.§.omnia enim merito &c. vel iudicauit speciali beneficio aliquibus concedendo. Et ad intelligentiam prædictorum distingue, quando pars non grauata accedit grauatæ, augentur legata, quando uerò grauata non grauatæ secus est, ut ῀j.eo.l.quod si alterutro: & hoc in cohæredibus: 1 aut in substituto, & instituto videtur idem dicendum, hoc saluo, uel quòd institutus adiit: & tunc substitutus puta pupillaris præstat legata ab instituto eo iure & modo, quo & ipse institutus præstaret. aut non adiit: & tunc distinctio præcedens seruāda est, & probantur hæc per istos §§. ῀j.eo. l. in rōne. § quod uulgo. & §. seq. & l. qui fundū. § qui filium. & §. si. & ῀s. de uulga. substi. l. cohæres. §. cohæres impuberi.
l Dicitur Sed malè, est. n. Iuliani, & Proculi, sicut & Iustiniani seruanda sententia: vt C.de vet.iur.enu.l.1.uel dic, quod non cognitionaliter iudicauit: aliàs lex esset: ut C.de leg.& constit.l.si.
m Si cohæredē. CASVS. Titius instituit me, & Seiū hæredes, & meam partem exhausit legatis, & partem Seij non grauauit, & decessit: postea ego, & Seius adiuimus hæreditatē: & postea ego arrogaui dictum Seiū meum cohæredem. certè in ratione legis Falcidiæ, perinde separatur mea portio à sua, atque si hęres ei extitissem post aditam ab eo hæreditatem: est enim arrogatio quædam species successionis in uniuersum. tali aūt modo debet separari mea portio grauata à sua non grauata, quia non debet prodesse legatariis, quibus à me legatum est per testatorem portio non grauata cohæredis mei prædicti, quam habeo per arrogationem per me de eo factam. & hoc ideo, quia iam erat hæreditas adita ab eo: ut dictum est: quia si non esset adita: tunc bene prodesset legatariis meis: ut ῀s. eodem l. id quod, in princ. Viuia.
m Post aditam. Quid si ante? Resp. idem: 4 ut ῀s.proxi. §. nam vt supra iure accrescendi: ita hic 5 iure potestatis quæritur hæreditas: vt ῀s.de acqui. hære. l.qui in aliena. §.sed & si quis hęres, Azo.
n Extitissem. Est enim quædam species successionis arrogatio. Institut. per quas perso. nob.acq. §.fina. hodie contra: vt Insti.de acqui. per arrog.
Si in annos. CASVS. Seius legauit Titio centum in annos singulos, quo casu dicitur legatum primi anni esse purū: vt ῀s.de annu.leg. l.si in annos singulos. & l. cum in annos. & legibus sequentibus. Item tot alia legata reliquit quibusdam, quod certum erat habere locum Falcidiam. nūc quæritur, qualiter debet detrahi Falcid. de dicto legato annuo? Et dicitur, quod hæres debet soluere Titio legatario legata incontinenti pro tot annis, quantum verisimile est quod viuat idē legatarius. de qua verisimilitudine habes ῀j.eod.l.hæreditatum.& de his Falcidia debet detrahi: & ipse debet cauere hæredi. quod si ante decesserit, quàm æstimatū sit eum posse uiuere, restituet hæredi illud, quod apparuerit eum plus accepisse nomine legati, quam debuerit. Viuianus
o Conditionalia. Nam primi anni purū, sequentiū conditionalia sunt.l. si viuat legatarius: & ut ῀s.de annu.lega.l.4.at stipulatio est vna, vt ῀j.de donat.cau.mor.l.senatus.§. fina.
p Cautioni. Et poterit æstimari: ut dicitur ῀j.eo.l.hæreditatum.sed aliter, vt ῀j.eo.l.cū Titio.& ibi dicet. Hug.
q Edicto. vt ῀s.ti.1.l.1.in princi. Accur.
Id quod natura. CASVS. Titius erat mihi naturaliter tantum obligatus, & ita ab eo petere non poterā. si autem ipse solueret mihi per iuris ignorantiam non posset à me repetere. feci testamentum, & institui mihi hæredem Seium, & multa legata ab eo quibusdam reliqui. nunquid in ratione legis Falcidiæ computabitur in hæreditate dictum debitū naturale, ut sic maiora soluantur legata? Et dixerunt quidam quod nō. sed Iulianus dixit, & bene, quod bene cōputatur in hæreditate. auget enim patrimonium dictū debitū si solutum postea fuerit: & non auget, si non fuerit solutum, & ita ex euentu auget, uel non auget, sicut & debitū conditionale. quod quidem cōputatur in patrimonio eo modo, quo planè dicam ῀j.eo.l.in quantitate.§.magna. Scias etiā, quod si dictus debitor soluat hæredi meo dictum naturale debitum: hæres capit iure hæreditario, vnde si rogatus hæ-

redem

1 Ista non cōgruit literæ, secūdum scribentes.
2 Ista placet Vinc.

3 Limita, si eodē iure succedāt. nā vbi unus iure institutiōis, alter uerò cōtra ta. succederet, nō haberet locū ius accrescendi. nā Bar. in l. fine. §. ea duob. ῀s. de iure pat. Bal. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor.

† Hinc apparet & Pandolfo uerisimile non fuisse Antoninū ita iudicasse, atque etiā si ita iudicasset, appareret eius sententiam vnà cū Cassiana improbari hic, & l. quod si in infra e. l. R.
4 Gl. bñ dicit quo ad atrogationem. An. Imo. & Alex. sed nō quo ad rōnem text. Vincen.
5 Gl. innuit quod hic sit distinguendū sicut in §. præceden. displicet tñ Bar. Alc. & Vin.

redem meum ꝙ restitueret hæreditatem meam Sempronio: illud etiam debitum naturale sibi solutum debet Sempronio restituere. Viui.

a Id quod natura. Vt pacto nudo: ut ſ. de pac. l. 1. & l. iurisgentium. §. sed cum nulla.

b Solutum. Errore iuris: secus si facti. quod dic ut C. de iu. & fac. ign. l. cū quis. Accur.

c Computādum. Scilicet totum: sed tantum quantum vendi potest, aut cautionibus explicatur, & euē tus expectatur, ut hic & j. eodem l. in quātitate. §. magna. & j. eo. l. quærebatur.

d Sed Iulianus. Non colligendo, sed addē do.

e Ea euentu. Si fuerit quandocūque solutum, etiā post mortem. & de hoc cauebit, ut dixi. sed contra j. eo. l. in quantitate. in prin. & Insti. eod. §. quantitas. ubi tempus mortis inspicitur. Sed hic videtur fuisse in bonis tē pore mortis, si fuerit postea solutum. & hoc ex ui naturalis obligationis: ibi verò in fructibus, & partu, & similibus nulla erit omnino obligatio.

f Venturum. Vt & j. ad Tre. l. quamuis. in princi. & l. si hæredi eius.

Si in hæreditate est aliquid debitum naturaliter tantum: non computatur in hæreditate statim: quando tractatur de imponenda ratione legis falcidiæ: sed attenditur futurus euentus. Alex.

Id, quod natura [a] hæreditati debetur, & peti quidem non potest, solutum [b] uerò non repetitur: non esse computandum [c] in hæreditate, quidam putant Sed Iulianus, [d] & hoc ex euentu [e] augere patrimoniū, aut nō augere existimat, & hæreditario iure id quoque capi: ideoque & in restitutionem hęreditatis venturum. [f] Si debitor creditori hæres existat: quamuis confusione liberetur, [g] tamen locupletiorem hæreditatem percipere uidebitur, vt computetur [h] ei quòd debet, quamuis aditione confusum sit.

Si debitor. CASVS. Institui mihi hæredem Titium qui debebat mihi c. & multa legata ab eo quibusdam reliqui, & decessi: nunquid videtur percipere locupletiorem hęreditatem propter dicta c. quæ mihi debebat, ut sic in ratione legis Fal. maiora soluat legata? Et dicitur quòd sic: quamuis per aditionem hæreditatis confusum sit dictum debitum, & quamuis per dictam confusionem ipse hęres sit liberatus a dicto debito. Viuia.

g Liberetur. Idē est econuerso: ut ſ. de euic. l. si ei. §. si is. & C. de pac. l. debitori. Sed quidam hoc secundo casu dicunt solutione liberari, non confusione, quasi ante alia sibi soluat creditor. vt ſ. de fideiuf. l. si debitori creditor. & de sol. l. Stichum. §. aditio.

h Computetur. Capit enim iure hæredis, idest, quis hęres est liberatus: unde computat: ut j. eod. l. quod autē. etiam si non est soluendo: ut j. eo. l. quærebatur. Item & quod debet naturaliter tantum: ut d. §. aditio. & ſ. de peti. hære. l. si quid possessor. §. 1. nam talis debiti datio magis est solutio, quàm donatio: ut j. de donati. l. hoc iure. §. pe. Hug.

De impensa. CASVS. Institui mihi hæredem Titiū, & multa legata ab eo reliqui, & decessi: & hæres fecit mihi fieri monumētū de pecunia hęreditaria. nunquid in ratione legis Falc. detrahet hæres dictā pecuniam tā quā æs alienum, & si minora soluat legata? Et dicitur ꝙ sic, si necessarium fuit extruere monumentum. Sed quid si ego testator iussi, ut hæres meus expenderet in monumēto, & in funere meo centū, nunquid si tota cē tum expēdat hæres deducet ea in ratione l. Fal. Et dicitur, quod non amplius deducet, quam qđ funeris causa consumptum est, nisi species monumenti esse modica, quia tunc etiā expensam monumenti deduceret. nō. n. ita necessaria est ędificatio monumenti, sicut est necessarium, & necessaria funus, & sepultura. & ideo si alicui legata est pecunia: ut inde faciat monumentum, bene detrahetur eius Falcid. & hoc dicit cum l. sequ. Viuia.

Impensa facta in funus ab hærede, detrahitur ut æs alienū, et pecunia legata ad monumentū, defalcatur nisi monumentū sit necessarium h. d. cū l. seq. Alexan.

De impensa monumenti nomine facta quæritur, an deduci [i] debeat? Et Sabinus ita deducendam putat, si necessariū fuerit monumentum extruere. Marcellus consultus, an funeris, monumentiq; impensa, quantā testator fieri iussit, in ære alieno deduci debeat; respondit non amplius eo nomine, [k] quā quod funeris causa consumptum [l] sit, deducendum. Nam eius quod in extructione monumenti erogatum sit, diuersam esse causam. Nec enim ita monumenti ædificationem necessariam esse, ut sit funus, ac sepultura. idcirco eum, cui pecunia ad faciendū monu

i Deduci. Scilicet ut æs alienum. Acc.

k Eo nomine. No. differentiam inter funeris impensam, & monumenti, ut prima deducatur, ut hic, & ſ. de inoff. testa. l. Papinianus. §. quarta autem. & Instit. eod. §. cum autem. & licet dicat hic quanta est facta [1] dic tamen, ꝙ non ultra uoluntatē defuncti. sed minus quandoq; inspecta dignitate & facultatibus. quæ dic ut ſ. de reli. l. at si quis. §. æquum. Sed quidam dicunt etiam plus si parum taxauit. arg. j de verb. significa. l. cum in testamento. in secunda, scilicet monumenti, dixit Sabinus deducendum. Marcellus quòd non deducitur vt æs alienum, vel expensa, uel ad hoc legata, ut hic. Et si quæras quanta est facienda, dic, aut testator taxauit, & tunc minus, non plus potest expendere hæres, uel in legato date in pręiudicium legatariorum, minus autem sic, ut dixi & in funere: ut ſ. de petitio. hæreditatis. l. hæreditas. §. 1. & de negoc. gest. l. qui alienam. §. libertos. & de relig. l. at si quis. §. æquum. Sed contra in utroque infra, de uerbor. signi. l. cum in testamento. ubi plus potest, non minus. [2] Sol. ibi. Aut non, & tunc minus quam potest, debet expendi: ut j. l. proxi. & semper deducitur Falc. Sed nonne expensa monumenti est funeris? Respondet sic: si non habet sepulchrum vbi humetur: & tunc est vt æs alienum. si autem habet, tunc non. & sic intelligitur j. l. proxi. & secundum hoc corrigitur Sabinus per Marcellum in monumento. Sed alij distinguunt: si necessaria expensa monumenti, ut tunc bene dixerit Sabinus: an nō: & tunc Marcellus, quod potest esse verū, si adeo fuit necessaria, ut sine ea humari non potuerit: & sic potest dici etiam funeris impensa.

l Consumptum. Iussit expendi x. sed v. tantum impendit: uel parcitate, uel quia modum testator excesserat: & ita in præiudicium legatariorū non plus deducitur. nec ob. j. de uerb. sign. l. cum in testamento. ut ibi dixi. Item nec ob. ſ. de pe. hære. l. hæreditas. ubi etiam si excesserat testator probabilē modum, quod repetet: quia hic minus, ibi plus. Vel dic ut ibi.

ADDITIO. Dic quòd illa lex loquitur in casu diuerso. s. an detur actio. neg. gest. extraneo pro pecunia per eum consumpta, secundum Bar.

Aliàs, & hæc.

Funeris ĩpēsa & monumenti differunt.

[1] Dic ꝙ in pręiudicium iuū pō: plus expendere nō in legatariorū. B. Ange. & Vincen.

a Passurum. In totum, vel secundū alios, in eo quod nō est necessarium: vel secundum illos non detrahitur in l. sequenti. cum ibi modicum, & sic necessarium. sed cer tē modicum potest esse nō necessarium, si alias habeat sepulchrum. Accur.

b NEc amplius. Ad speciem. Tunc ergo non habet locum Falcidia, quia necessario est factum. Sed cōtra s. l. proxi. in fine. Respon imo potest esse. quod non necessario fiat hæc modica species monumenti, si sepulchrum aliud erat testatoris, in quo potuit inferri, vel sepeliri. Accursius.

†Multa hunc locū grauiter & copiose disserit Pla. d alo. 7. de legibus.

mentum legata sit, Falcidiam passurum. a

Marcellus libro xxij. Digestorum. II.

NEc amplius concedendum † erit, quā quod sufficiat ad speciem b modicam monumenti.

Quod hæres acquirit ex sua diligentia, vel alterius stultitia, non computatur in hæreditate. Alex.

Paulus lib. singu. ad leg. Falcidiam. III.

SI hæres institutus eā hæreditatem, quæ soluendo non est, vendiderit: vix c quidem poterit persuaderi, non fuisse eam hæreditatem soluendo, quæ emptorem inuenerit. vera autem ratione nihil legatariis debebitur: quia magis ex stultitia d emptoris habere ui detur hæres institutus, quàm ex bonis defuncti. Nam & econtrario si malè vendiderit res hæreditarias, nō erit hoc legatariorum detrimētum. Ita ergo commodum e debet esse hæredis, si bene res administrauerit. Sed & si is, qui soluendo non est, legauerit: & hæres cū creditoribus deciderit, f ne solidū solueret, & ob eam decisionem factum sit, vt aliquid retineret: nihil tñ legatariis debiturum: quia eam pecuniam non ex hæreditate, sed ex decisione g habeat.

Paria sunt relinquere decem annua reipublicæ, vel relinquere solum triginta semel tantum quoad imputandam rationem legis Fal. Alex.

Item si reipublicæ h in annos singulos legatum sit: cùm de lege Falcidia quæratur, Marcellus putat: tantum videri legatum, quātum sufficiat sorti i ad usuras trientes eius summæ quæ legata est, colligendas. k.

Potest quis causam dominii sibi mutare noua causa extrinsecus superueniente. Bar.

Papinianus lib. xvj. quæstionum. IIII.

FVndo mihi legato sub conditione, pendente legati conditione, hæres me hæredem instituit, ac postea legati conditio extitit. in Falci-

SI hæres institutus. CASVS. Instituit mihi hæredē Titium, & ab eo tot legata reliqui, quod solutis legatis non remaneret hæredi quarta, vnde hæres poterat detrahere quartam de legatis: & decessi. Postea dictus hæres vendidit hæreditatem meam, & inuenit ita stultum emptorem, quòd ipse emptor dedit ei tantum nomine pretij, quod bene, si vult, potest soluere integra legata: & tantum sibi retinere quod facit quartam hæreditatis: nunc legatarij petunt ab eo integra legata: nūquid tenet eis soluere integra? & dicitur, quod nihil legatario, vel legatariis debebitur, ex eo, quod plus vēdidit hæres hæreditatem, quā valeret: quia illud plus magis videtur hæres habere ex stultitia emptoris, quàm ex bonis defuncti. Nam & econuerso si malè vendiderit hæres res hæreditarias, non erit damnum legatariorum, imò suum. ita ergo commodum debet facere hæres, si bene res administrauerit vendendo eas: ut dictum est: & nō si male. Sed pone retento eodem casu, quòd ego testator non eram soluendo, quantum ad creditores meos: & hæres meus prædictus transegit cum creditoribus, ne solueret eis solidum, imò partem debiti retineret: nunquid de illa parte quam retinuit ex transactione debebit aliquid legatariis? Et dicitur quòd non: quia eam pecuniam habet ex transactione, & non ex hæreditate. Viuia.

c Vix. Id est, nullo modo. sic s. ad Velle. l. tutor. in princi. vel vix. i. cum difficultate. sic s. de iudi. l. vix. & est sic quia nec heredem inuenit hæreditas non soluendo: vt j. de bo. lib. l. libertus qui soluendo. sic ā. de lega. 2. l. cum pater. §. Mæuio. Accur.

d Stultitia. Sic j. ad Trebel. l. debitor. in fi.

e Commodū. Sic C. de alluu. l. fi. & C. de pp. l. fina. & j. eo. l. in quantitate. circa prin. Accur.

f Deciderit. Id est, transegerit.

g Decisione. Id est, transactione. & sic de sua negotiatione egregia, vel alterius stultitia. sic C. arbi. tut. l. 4. & l. debitor. j. ad Trebellia. & s. de hæredi. vendi. l. venditor ex. in med. l. 2. & supra de transactio. l. Imperatores. in fi. secundum vnum intellectum. est tam melior ratio, quàm hic reddat: quia tempore mortis inspicitur patrimonij quantitas: vt infra eo. l. in quantitate.

h Item si reipublicæ. Titius x. annua respubl. reliquit: vel in perpetuū, vel simpliciter, quod intelligitur in perpetuum: vt s. de annu. leg. l. annuam. in fin. Quæritur qualiter Falci. detrahitur? Et respon. tantum videri legatū, quantū sufficit sorti eius summæ, quæ legata est: si colligamus trientes vsuras cuiusdam quantitatis maioris in triplum, quam ea quæ legata est, vt puta legata sunt x. perinde habetur, ac si xxx. essent relicta: quæ triginta ad vsuras trientes facerent in anno x. & sic sunt hæc paria quo ad Falcidiam xxx. & x. annua sed videtur fieri aliter computatio: vt j. e. l. cum Titio. Solut. secus est in priuato, quam in repu. Item contra. j. e. l. hæreditatum. in fi. a. respō. Sed hic quātitas singulis annis ibi vsusfruct. vel aliter potest fieri cōputatio, vt ibi dicitur: & potest fieri, vt hic dicitur. Potest & secundo hic poni casus: puta legata fuerunt reipublicæ x. singulis annis vsque ad triennium: & quæritur de Falcidia: & respon. quantum si xxx. essent legata. nam & xxx. annis singulis recolliguntur x. ad triētes vsuras. Accur.

i Sorti. Id est, cuidam quantitati, puta xxx. sufficienti ad colligendas singulis annis vsuras trientes eius summæ, i. tantæ quantitatis quæ legata est. Item nunquid ex legato primi anni detrahetur totum?

ADDITIO. Dic q non, secūdum Ra. Cu. Imo. Ale. & Vin.

k Colligendas. Id est, colligamus trientes vsuras eius summæ purè relictæ, quæ ter tantum contineat quām illa, quæ in annos singulos relicta est.

FVndo legato. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium, & legauit mihi fundū sub conditione, & decessit: & Seius adiuit hæreditatem suā. postea pendente conditione dicti legati dictus Seius hæres Titij fecit testamentum, in quo instituit me hæredem: & à me quibusdam multa legata reliquit, etiam vltra dodrantem,

† Fallitur hic Acc. in explicādo triētibus vsuris. sūt aūt triētes vsuræ quibus in singulos cētenarios quaterni nummi annui pēduntur: sic dictæ q̄ sint vsuræ cētesimæ pars tertia. pin de si resp. decē nummi annui legati sūt ī falcidiæ rōne ineūda hæres ob hoc legatū annuū ducēta & quinquaginta ī putabit legatariis eū summa triētibus usuris decē nūmos annuos cōficiat. hæc ī terpretatio Hierony. Grolorio, Aureliano ferri accepto debet, ex cui⁹ lucubrationibus in l. lecta. s. si certū pet. hæc collegimus.

r Displicet Alexan. & Vincen.

s Ista lectura non hēt dubiū secūdum Pau. nec congruit text. Alexan. & Vinc. licet placet Petro de Butrio.

dodrantem, ita quod habere debet locum Falc. in testamento suo. decessit dictus Seius: & postea extitit conditio dicti legati mihi à Titio relicti. nunc in ratione legis Falci. quæritur, nunquid dictus fundus mihi per Titium sub conditione legatus, intelligatur esse meus iure legati, an uero iure hæreditario, quasi habeam eum à Seio hærede, & non à Titio primo testatore? Et dicitur quòd intelligitur esse meus iure legati mihi à Titio relicti. nam potest esse fundus prædictus meus ex causa legati: quia extitit conditio legati, ut dicit litera: & ex quo habeo ex causa legati dominium eius: non possum habere iure hæreditario. nam alicuius rei dominium ex pluribus causis habere nõ possum. si ergo dictus fundus meus ex causa legati detrahetur ut æs alienum de hæreditate

diæ ratione; [a] fundus, non iure hęreditario, sed legati, meus esse intelligitur. [b]

Non vitiatur res, si venis in eum casum, in quem non potuit inchoari, si casus superueniens tendit ad eundem effectum cum primo. Barto.

Idem libro viij. Responsorum. V.

Verbis legati, uel fideicommissi non necessariò [c] ciuitati relinquitur, quod ex causa pollicitationis præstari necesse est. [d] Itaque si

hæredis, qui me instituit: & sic ratione legis fal. nõ proderit legatariis, quibus ipse hæres Titij legauit si autem iudicaretur me habere dictum fundum iure hæreditario quasi ex hæreditate hæredis, bene prodesset dictis legatariis. Viuia.

a Ratione. Per me detraheoda. Accur.

b Intelligitur. Sed quare nõ ex utraq; causa est meus? Respon. quia non possum esse dominus ex pluribus causis: ut ꝭ. de re. iur. l. non ut ex pluribus. licet possidere sic: ut ꝭ. de acqui. pos. l. 3. §. ex pluribus. detraham ergo hunc fundum: ut æs alienum: ut C. de bo. autho. iud. pos. l. j. & ꝭ. eo. l. in ratione. §. quod uulgo. Item not. mutati mihi causam dominij: quia primo eram dominus ex pura institutione: postea ex legato purificato. sic ī. de hære. insti. l. 3. §. qui fideicommissariam. & fit hoc extrinseca [1] causa superueniẽte, aliàs non possem, sicut nec in possessione: ut ꝭ. de acq. poss. l. 3. § illud. Sed contra huic ī. de act. emp. l. cui res. ubi non habeo ex causa legati, eum est mihi legatum in euentum cõditionis si medio tempore emi. Sed dic ibi, non habeo. i. uideor nõ habere nisi repetam pretium: ueruntamen habeo ex causa legati: & ideo non ago actione ex testamento, à qua est liberatus hæres. sed actione ex empto, quasi nõ tradiderit: & quasi egomet mihi euicerim. Sed huic responsioni obstat ī. de leg. 1. l. planè. §. quod si rem. ubi dicit, quod ad pretium competit actio ex testamento. Sed ibi non ab hærede emi, sed ab extraneo, cuius erat: & ideo peto pretium ab hærede, qui non est liberatus: ut insti. de leg. §. si res aliena. & facit ī. de leg. 1. l. huiusmodi. §. qui seruum. in princi. Sed in fi. contradicit ibi, quod si iudicio &c. ubi agitur ex testamento ad pretiũ. Sed & ibi dicas [2] quod emi ab extraneo: licet superior pars §. loquatur. cum emi ab hærede. & facit ī. tit. 1. l. si fundum. & ī. de leg. 1. l. si fundum. in princ. & l. si mihi Sempronius. & ꝭ. eod. l. si à me tibi. & l. cum dotem. & l. sed si vsusfructus. §. 1.

Verbis legati. CASVS. Titius pollicitus fuit reipubl. x. ex aliqua iusta causa, puta ob honorem, uel similem causam, uel sine causa pollicitus est: incœpit tamẽ facere qđ pollicitus est: & sic bene tenetur dictæ reipublicę: ut ꝭ. de pol. l. j. §. j. fecit postea dictus Titius testm̃, & instituit sibi hæredem Seium: & legauit, & per fideicommissum reliquit dictæ reipublicæ dicta decem, quæ ei ex pollicitatione debebat, & multa alia legata quibusdam reliquit: & postea decessit dictus Titius testator. nunc Seius hæres detraheos cum legatariis rationem Falc. uult etiam de dictis decem detrahere Falcidiam reipublicæ, nunquid potest? Et dicitur quod non: quia respublica non debet habere dicta decem ex legato, sed ex pollicitatione: quia legatum non valet eo quod nullum cõmodum consequitur respublica propter dictum legatum. secus si respublica consequeretur commodum propter legatum: quia tunc valeret legatum, & de commodo detraheretur Falcidia. Itaque si debiti modum, testamẽto dictus testator excessit, puta quia legauit reipublicæ quindecim cum ex causa pollicitationis prius factæ deberet decem, tantum in quinque valebit legatum, & de quinque detrahetur Falcidia: & propter dicta quinque superflua potuisset testator relinquere fideicommissum alij à dicta republica: quia in quinque videtur honorata respublica per testatorem, & in dictia quinque grauari potest per eũdẽ testatorem. Sed & si testator debebat reipublicæ decem in diẽ, uel sub conditione: & illud legauit ei purè: & sic dies, aut conditio fecit vtile legatum: certè in hoc casu non petet respublica actione ex testamento utilitatem tantum repręsentationis factæ per legatum, sicut in superiori casu petitur tantum superfluum debiti: imò petetur hic totum creditum factum purũ per legatũ: semper tamẽ dico, quod de solo cõmodo detrahetur Falcidia etiam in hoc casu: ut ī. eo. l. 1. §. si quis. Sed pone quod cõditio dicti crediti, uel dies uenit uiuo dicto testatore, eodemque debitore, qui illud debitum purè legauit, & sic peruenit legatum ad eum casum, à quo incipere non poterat. Certè non constituitur propter hoc irritum dictũ legatum. nam à principio valuit, cum relictum fuit. Quod autem ab eo casu incipere non potuerit, dicit principiũ huius legis. Viuianus.

debiti modum testamento dominus excesserit, superfluum duntaxat [e] Falcidia minuetur: quare nec fidei committi legatarij poterit. [f] Quòd si dies, aut conditio legatũ fecerit: [g] non utilitatis æstimatio, sed totum petetur, quod datum est: [h] nec si uiuo testatore dies uenerit, aut conditio fuerit impleta: fiet irritum, [i] quod semel competit.

Venuleius libro xiij. Stipulationum. VI.

c Non necessario. Id est, non vtiliter. Accur.

d Necesse est. Quod est, quandò cum causa, puta ob honorem, vel etiã sine causa, sed incępit: ut ꝭ. de polli. l. 1. in princip.

e Superfluum duntaxat. Vt no. ī. e. l. 1. §. si creditori.

f Poterit. In eo quod erat debitum, in eo quod est ultra. sic: ut dixi ī. e. l. 1. §. si creditori. Accur.

g Fecerit. Vtile sub. quia debitum erat in diẽ, uel sub conditione: ut supra de leg. 1. l. si creditori: & lege seq. Accursius.

h Datũ est. Id est, relictũ. & petetur ex cã legati. Acc.

i Irritum. Imò fiet inutile: ut ī. de leg. 2. l. debitor. 2. respon. Sed expone: ut ibi. i. sine commodo, ualet tamen, & actione ex testamento peti poterit: ut hic, & Inst. de leg. §. si quis debitori. uer. potest. uel illud est ius uetus. sed hic, & Inst. eo. ẽ ius nouũ. uel ibi recitat [3] quorũdã opin. quæ hic, & Inst. reprobantur. Itẽ nota, ꝙ nõ uitiatur beneficiũ ex superuenienti casu. [4] sed at. cõtra. ī. de iis, quæ pro non scri. ha. l. 3. & ad le. Aquil. l. quia in eũ.

ADDITIO. Dic quod hic casus superueniens tendit ad eundem effectum cum primo. ibi uero secus. Bar. Pau. Alex. & Vinc.

[1] Et verius: aliàs sec. Pan.

[2] Hæc uiolat text. & displicet Bart. Ang. Alexan. & Vincent.

[3] Istæ duę displicent Alexã. & Vincen.

[4] Bñficiũ ex superueniẽti casu nõ uitiat, nec est an gustandũ bñficiũ in ris. Card. ī cle. j. đ re perm. Spe. ī tit. đ lud. dele. §. sequit uidere uer. sed nunquid.

Si rir

SI vir uxori. CASUS. Titia nupsit Seio, & dedit ei in dotem centum, & fecerunt simul pactum, quod si mulier prædecederet, vir lucraretur dictam dotē. post ea mulier fecit testamentum, & instituit sibi hæredem dictum suum virum: habebat enim mulier alia præter dotem, & ab eo reliquit quibusdam multa, & decessit postea dicta mulier. & vir, idemque hæres expendit c. in funus eius: postea contrahit rationem Falcidiæ cum legatarijs. dicit idem vir se velle detrahere ut æs alienū dicta c. quia funeris impēsa solet deduci ut æs alienum: ut s. eodem l. j. in fin. Quæritur nunquid possit integra dicta c. deducere? Et dicitur quod non. quia non videtur impendere tota centū quasi hæres: imo partem quasi hæres, & illam deducet [1] & aliam partem de suo proprio propter dotem, quam lucratus est ex pacto, & illam non deducet. nam cum mulier decedit funeranda est pro portione rata ex dote, quæ penes virum remanet, & ex cæteris bonis mulieris, unde si in dote fuerunt c. ut dictum est, in hæreditate autem ducenta: duas partes sumptus funeris inferet vir prædictus ut hæres, & tertiam de suo proprio pro dote: ut supra de reli. l. Celsus. & l. sequen. & hic. Vivia.

SI vir [a] uxori hæres exstiterit, & in funus eius impēderit: non videbitur totum, quasi hæres impendere: sed deducto eo, quod quasi dotis nomine, quam lucrifacit, conferre [b] debuit.

Si legatur individuum, & imminet Falcidia: debet æstimari: & de eius æstimatione Falcidia detrahi. Alex.

Papinianus lib. vij. quæstio. VII.

LEge Falcidia interveniente legata servitus, [c] quoniam dividi non potest, non aliter in solidum restituetur, [d] nisi partis [e] offeratur æstimatio.

Idem libro xiiij. quæstionum. VIII.

IN lege Falcidia, æris alieni rationē in hæreditate relicti, quod [f] unus ex hæredibus solvere damnatus sit, ipse solus [g] habebit.

Fructus pendentes dicuntur pars rei: & ipsam reddunt pretiosiorem: secus in partu existēte in ventre. Bar.

Idem libro xix. quæstionum. IX.

IN [*] lege Falcidia placuit ut fructus postea percepti qui maturi mor

[a] Si uir. Berta dedit c. in dotem sub pacto, quod uir lucretur dimidiam. hæc decessit, & uiginti in funus eius impendit uir. certè decē de suo, & decem non de hæreditate alia decē videntur ab hæreditate impensa, ut s. de relig. l. Celsus. & l. seq. cum ergo contra legatarios deducit Falc. secunda decem, quę impendit ut hæres, deducit ut æs alienum: ut s. eo. l. j in fi. ubi de primis non est quæstio: quia non sunt de hæreditate mulieris, [1] sed cū uir impendit decē pro se, & decem de hæreditate. in quam causam videtur primo impendisse? Ut in utraque pro rata impendisse, cū nulla sit antiquior: ut j. de sol. l. cum illud. Vel verius primo in eo quod suo nomine debuit eo. tit. l. magis. & C. de dote prælег. l. si. Et no. quod qui impendit in funerando, non ob hoc ipsum uidetur gerere pro hærede: ut s. de reli. l. at si quis. §. plerique. & s. de acquir. hæred. l. pro hærede. nisi fortè qualitas personarum aliud inducat: ut ibi no. nec obst. quod hic dicimt, quod uideatur impendere quasi hæres id tantum, quantum de hæreditate impendendum erat. quoniam hic constabat eum esse hæredem. & iam gessisse pro hærede, sed dubitabatur, an totam impensam fecisset ut de hæreditate, an partem ex dote quam lucrifecerat: & sic ex suo proprio. Accursius.

[b] Conferre. Id est, impendere, quod erat decem.

LEge Falcidia. CASUS. Institui mihi hæredem Titium, & legaui Seio servitutem eundi per fundum meum, & quibusdā alijs multa alia legata reliqui, & decessi. nūc quæritur, qualiter de dicta seruitute debeat detrahi Falci. & certè cum diuidi non possit, debet hæres eam præstare integram Seio legatario. & legatarius debet offerre hæredi partem æstimationis seruitutis eiusdem tantam, scilicet quantam amplius cępisse uidetur legatarius, quā liceat ei capere per Falci. quartam: ut s. de leg. ij. l. cum filius. in prin. & non aliter legatario præstabit hæres integram seruitutem prædictam, quam si ipse legatarius pręstet ei dictam æstimationis partem. Vivianus.

[c] Seruitus. Realis, vel personalis excepto usufructu solo. ut s. eod. l. j. §. si ususfructus.

[d] Restituetur. Id est, præstabitur legatario. & hoc opposita exceptione doli: ut j. de exceptio. do. l. pure. §. j. Accursius.

Nisi partis. Id est, pars æstimationis. sic C. commu. de l. j. & s. de le. ij. l. cum filius. in princ. pars enim seruitutis nulla est, sed secus est in libertate, quæ Falcidiam non patitur: ut s. de inoffic. testam. l. Papinianus. §. quarta autem. & d. l. cum filius. Accur.

IN lege Falcidia. CASUS. Institui mihi hæredes Titium, & Seium, & multa legata ab eis reliqui. & dānaui Titium quod ipse solus solueret Caio centū, quæ ego ei debebam, & decessi. nunc Titius, & Seius hęredes detrahunt Falcidiam legatarijs. & Seius uult ita bene deducere medietatem de dictis c. tanquam æs alienum, ac si ipse esset damnatus soluere: nunquid potest? Et dicitur quod non. imo solus Titius damnatus deducet integra dicta centum de sua parte, nam quilibet eorum est hæres pro dimidia. & quilibet debet soluere medietatem legatorum, & Titius debet soluere integra dicta centum creditori. unde ipse solus ea deducere debet de sua parte. Vivia.

[f] Quod. Scilicet totum.

[g] Ipse solus. Id est, ipse solus tenetur creditoribus, quod falsum est: ut C. si certū pet. l. j. & Instit. de fideicō. hæred. §. sed illud interest. Vel dic. id est, solus deducet totum, & de tota hæreditate, non tantū de sua parte: imo certe secundum H. id est, de sua parte tantū. quia testator dānauit eum in hoc, unde cū in singulis hæredibus ratio legis Falcidię imponitur: ut j. eodē, l. in singulis. & Insti. eodē, §. & cū quæsitum. & §. cum autem. ipse solus detrahet: quia ipse soluere debet, [2] non cohæres. licet enim ambo possint conueniri, tamē agit alter actione ex testamēto contra hunc non soluentē: ut s. de leg. j. l. seruo legato. §. si testator. & de leg. ij. l. cū ab uno. licet lex illa uideatur aliquantulum obstare. Sed expone ut ibi no. [3] & facit s. fa. ercis. l. his. §. sed & cum monumentū. & l. si filia. §. Papinianus. & §. idē Papinianus. sed an de hoc quod legatur cohæredi, fiat illa detractio? quod uidetur: ut d. §. Papinia. Accur.

IN lege Falcidia. CASUS. Titius seminauit fundū suum: & postea fecit testamentū. & instituit sibi hęredem Seium, & multa legata ab eo quibusdā reliquit, & postea decessit: & tempore mortis suæ fructus dicti fundi erāt maturi: & postea hæres percepit eos fructus. nunc nolunt legatarij, quōd dicti fructus augeant hæreditatē, ita quōd ipsi maiora legata percipiant non obstante Falcidia. nunquid debent cōputari in hæreditate? Et dicitur quōd sic. secus est in uentre ancillæ: quia ille nūquā auget hæreditatē, & est ratio, quia partus nondum editus, non recte dicitur esse homo: fructus autē pēdentes &

[1] Primæ pars glosę est de mente P. Alex. & Vincē.

[*] In P. Fl. incipit, in falcidia placuit.

[2] Et bene B. Angel. Pau. Alex. & Vincē.

[3] Dic quōd ibi est ipse elae fauo se dotis. Bar. Alex. & Vincē.

[4] Aliàs ē lex, si uni.

tis tempore [a] fuerint, augeāt hæreditatis æstimationē fundi nomine, qui videtur illo in tpe fuisse pretiosior. circa ventrē ancillæ nulla tpis admissa distinctio est, [b] nec immeritò: quia partus nondū editus, homo [†] nō rectè fuisse dicitur.

Idem li. xx. quæst. X.

QVod [c] suprà quadrantem ad hæredem pōt peruenire, [d] suprà dodrantē in pecunia [e] legatum [f] nō onerat [g] hæredem: veluti hæreditas pupilli, si fortè substitutus sit exheredato, [h] q patri pupilli hæres extitit. [i]

Idem li. xxix. quæst. XI.

IN ratione legis Falcidiç, retentiones [k] omnis temporis hæredi in quadrantem imputātur.

Illud, quod si extaret, non æstimaretur, hæredi non imputabitur: aliàs secus: etiam si est peremptum. Bar.

Si seruus sub conditione libertate data, vita decessit: si quidem impleta conditio quandoq; fuerit: hæredi non videbitur perijsse. Quòd si defecerit: in contrarium ratio trahit: [l] sed quanti

tes & matuel tempore mortis testatoris dicantur esse pars ipsius fundi, in quo pendent. Viu.

[a] Mortis tempore. Sub. maximè. Sed contra ī. eo. l. in ratione ij. ij. respon. vbi dicitur fructus non augere hæreditatem. Solu. hic erant sati tempore mortis: & sic pars rei: & sic animo terræ pretiosioris augent: ut arg. supra, de rei vend. l. fructus. ibi non. Et eodem modo solue, vt infra eo. l. in quantitate. circa princi. & in lib. eo. §. quantitas. Accur.

[b] Distinctio est: Erat in vtero, vel non tempore mortis. nā non est pretiosior ancilla propter ventrem, sit iā cōceptus, vel nō. nec enim eius partus auget hæreditatem donec in vtero est: nec videtur pars quo ad hoc, nec quo ad vsucapionem impediendā propter uitiū matris: ut ī. de vsucap. l. si aliena. §. Scæuola. secus tamen quo ad edictū de li. agn. siue rescriptum principum super eo: ut s. de uētre insp. l. j. §. ex hoc rescripto. secus tamen quo ad eū qui emit ancillam prægnantem, qui uidetur emisse partum tanquam eius partem: vt s. de leg. 2. l. si quod ex Pamphila. Item non obstat, q uidetur natus: ut s. de statu hom. l. qui in utero. quia nihil hic de suo commodo quæritur, sed hæredis, & legatariorum commodo, & incommodo. Itē si quæras, quando fructus computantur in quartam. dic ut ī. eodem l. Paulus respondit. §. j. & ij. Accur.

QVod supra. CASVS. Filium meum impuberem exhæredaui, & institui hæredem mihi Titiū, & ab eo instituto reliqui quibusdam legata ultra dodrantē: ita quòd habet locū de iure Falc. & postea dictū institutū substitui dicto meo filio, q possum de iure facere: ut s. de uulg. subst. l. j. §. substituere. & ita dictus Titius institutus, & substitutus sperat habere hæreditatē filij mei ex substitutione: non tamen adhuc est ei delata. nunquid hæc spes onerat eundē Titiū, ut tantū plus videatur habere in mea hæreditate, quantū est hæreditas filij mei, quā habere sperat, ut sic tantum minus detrahat nomine Falcidiæ de legatis à se relictis? & certè non onerat eum. & ita construe literam, legatum in pecunia supra dodrantē non onerat heredē, subaudi, eo. i. ideo quòd. l. quia, ad hæredem potest peruenire sibi aliquid, quod sit supra dodrantem. i. quod sit ultra dodrantem quem debet habere in mea hæreditate, quem quadrantem non reliqui ei integrum: ut supra dixi, ueluti hæreditas, &c. sed & nominaliter potest poni illud uerbum, qđ in prin. l. hoc modo. illud quod supra quadrantem ad hæredē pōt peruenire, non onerat hæredem, & subaudi, cum est legatum ab hærede instituto in pecunia supra dodrantem, ueluti hæreditas, &c. Viu.

[c] Quod. Id est, quia, uel propriè. & dic pupillum exhæredaui, & extraneum institui, quē pupillo substitui, & primis tabulis institutum ultra dodrantem grauaui. certè non propter hoc minus detrahit Falcidiam, quod habet spem substitutionis. Accur.

[d] Potest peruenire i. possibile est. adhuc tamen delata nō est ut dixi. Alij secundo ponunt casum, etiā qđ iam delata est: quia iam pupillus decessit, sed nondū substitutus adijt, [a] & aliud dicūt, si pupillus fuisset institutus, nā tunc statim potest adiri a substituto, imò etiā ex necessitate debet: ut C. de iure delib. l. quidam. solida legata præstat non deducta fal. ut ī. eo. l. qui fundum. §. qui filium. & §. seq. quæ positio satis placet. Accur.

[e] In pecunia. Secus si non est pecuniarum: ut libertas, quæ grauat hæredem, vt Falcidiam non detrahat: ut s. de inoffi. test. l. Papinianus. §. quarta autem. Accur.

[f] Legatum. In primis tabulis. secus si in secundis: ut ī. l. proxi. §. pen. & vlti.

[g] Non onerat. Quin detrahat Falcidiam.

[h] Exhæredato. Pupillo. Accur.

[i] Extitit. Nam idem fuit patri institutus, & pupillo exhæredato substitutus. Accursius.

IN ratione. Ita pones hic exemplū, siue casum. Institui mihi hæredem Titium, & seruo meo Sticho legaui centū sine libertate, & multa alia legata quibusdam reliqui, & decessi. Certè dictū legatum quod reliqui seruo meo non valuit: ut s. de leg. j. l. plane j. §. si coniuncti. ij. respon. vnde hæres apud se retinet illud legatum, & sibi debet in Falcidiam imputare, ut prosit alijs legatarijs. & idem est in omnibus alijs retentionibus, quas fecit hæres de quibusdā legatis à se relictis, & ea non prçstat legatarijs quibusdam propter aliquā iustam causam, & sibi retinet: & ideo dicit litera, retentiones omnis tēporis, &c. quia siue à principio non ualeat legatū, ut dictū est, siue ualeat: sed ex accidenti factum est inutile: semper hæres sibi retinet, & imputat sibi in Falcidiam: ut hic, & ī. eod. l. non est dubium. & l. sequenti.

Si seruus. In stitui mihi hæredem Titium, & reliqui Sticho seruo meo libertatem sub cōditione, si nauis ex Asia venerit vsque ad annum: & multa alia legata quibusdam reliqui, & decessi: & Titius adiuit hæreditatem meam: & postea ante impletam conditionem libertatis decessit dictus Stichus. certè si impleta fuerit postea quandocunq; conditio prædicta libertatis, non uidebitur relictus seruus perijsse hæredi, imo legatarijs: vt tanto minus videatur in hæreditate fuisse, quantum valebat seruus. Si autem defecerit conditio libertatis post mortem dicti serui tunc ratio trahit in contrarium, scilicet vt hæredi perijsse videatur, vt scilicet tantum plus videatur in hæreditate habere, quantum valebat statuliber tempore mortis: vt sic alijs legatarijs prosit illud. Quamuis autem ita distinxerim: tamen Imperatores Marcus, & Antoninus decreuerunt, tantum hæredi perijsse spreta dicta distinctione, quanti statuliber moriens fuisse videbitur: & ita mora dicti serui semper spectat ad damnum hæredis: siue hæreditatis, & non ad damnum legatariorum vt infra eadē lege, §. si seruus. quæ solet contraria signari, sed est concordantia secundum prædicta. & secundum prędicta habeas §. ibi: hæredes quibus, &c. Viu.

[k] Retentiones. Id est, quia non fuit legatum, & sic remansit vel inutiliter: uel si utiliter, postea aliqua ratione fit inutile. ut ī. eod. l. non est. & l. nec interest. & l. ex asse. & l. in ratione. §. pen. & fin. & l. in quantitate. in fine. Accur.

[l] Trahit. Vt uideatur hæredi perijsse.

Videbitur.

[†] Hō. n. dicitur ab ipsa natiuitate Mādos. de Æta. mino. c. i. in princ. de Natiuita.

[a] Neq; ēt uacen pp fœtū. Ange. Alex. & Vinc.

[a] Idē si adiuerit secundum Paul. & Vinc.

a Videbitur, scilicet eo casu, quo deficit conditio, & sic seruatur dicta distinctio. Alij reprobant eam per hæc uerba in contrarium &c. quod non placet. & no. ex post facto apparet quòd in præteritum fuerit: vt & ĩ. de re.du.l.quædam. Sed argum.contra.ã.de noxa.l.1. aliæ si hæres dolo. Item contra. huic ĩ. ea.l.§.si seruus. Solu. ut ibi.

ADDITIO Dic quòd ille §. concordat. Bart. Pau. Alexã. & Vincen.

Imperator. CASVS Hic §. ponit regulam, cuius potest poni exemplum in sequēti §. regula est talis: Hæredes quibus pars bonorum ablata est, non tenētur nomine legatorum ab eis relictorũ in ampliorem partē quàm pro ea, quæ remansit apud eos. Pone ergo quod Titius commisit delictum, propter quod fuit relegatus, & in sententia relegationis fuit ei adempta dimidia pars bonorum suorum. postea ipse appellauit à dicta sententia, & appellatione pendente fecit testamentum, in quo instituit sibi hæredem Seium, & multa ab eo quibusdam legata reliquit, & postea decessit. postea iudex appellationis pronuntlauit eũ iniuste appellasse, & sic remansit sententia firma, in qua fuit ei adempta dimidia pars bonorum. Quæsitum ergo fuit, vtrum æris alieni loco pars dimidia bonorum, quę continebatur in sententia, abscederet de bonis, ut sola dimidia bonorum residua uideatur fuisse in bonis, vt sic de ea tantum teneatur hæres Titij legatariis, an uideatur, & uerum sit, quod fuerit in bonis tẽpore mortis dicta dimidia, quæ continetur in sentẽtia: & sic hæres teneatur soluere solida legata mero iure, quia facta appellatione extinctum fuit pronuntiatũ: ut ĩ. ad Turp.l.1. in fi. de æquitate autem succurri ei debeat, ut non teneat præstare legata, nisi pro parte, quæ penes eum remãsit. Et respon. quòd debet succurri bene hæredi prædicto modo, maximè cum hanc opinionẽ admittat animus dicti Titij litigantis, & uotũ obtinendi in litigio, eo.n. animo appellauit dictus Titius testator a dicta sentẽtia contra se lata, ut uinceret, & bona sibi in sententia adempta remanerent apud hæredem suũ, & hæres de eis bonis solueret legata, non autem si non uinceret: & sic non remanerent bona penes hæredem.

Si seruus. Titius instituit sibi hæredem Seium, & dedit Sticho seruo suo libertatem, & multa alia legata quibusdam reliquit, & decessit. postea dictus seruus decessit, antequam hæres adiret hæreditatem. & sic antequam esset liber. & postea hæres adiuit hæreditatem. nunc est quæstio inter hæredem, & legatarios, cui periisse uideatur dictus seruus. utrũ hæredi, ut sic tantum plus uideatur esse in hæreditate quãtum ualuit seruus: & sic minus detrahatur legatariis, nomine Falc. an uerò uideatur periisse legatariis, ut tantum minus uideatur esse in hæreditate? Et dicitur quod hæredi periisse intelligitur. Sed quantum debemus æstimare dictũ seruum ualere? uidetur quòd nihil, & sic superior responsio nihil uidetur ualere: & est ratio, quare uideatur nihil debere æstimari. quia etiam si non uiueret post aditam hæreditatem non æstimaretur. nam esset liber si uiueret. legatum enim libertatis cedit ab adita hæreditate, & non ante, ut dixi: & dicitur infra quand. dies lega. ce. l. nam cum libertas. Et sic tunc æstimari non posset: quia liberum corpus non recipit æstimationem: ut ã. de iis qui dèie. uel ef. l. 1. §. sed cum homo. Sed certè ad hãc quæstionem non respon. Iuriscon. sed tu subaudias, hoc modo respondeo: tanti æstimabitur, quanti statuliber fuisse uidetur: ut ã. ead. l. §. 1. & ad ea probanda quæ dixit, adducit duo similia. Primum est ibi, nã & eos, &c. Secundum est ibi, nec aliud &c. & ambo sunt satis plana. Viuianus.

statuliber moriens fuisse uidebitur. a

Ex facto, quod trahit originem testatore uiuente, non computatur in quartam. Barto.

Imperator b Marcus Antoninus decreuit † hæredes, quibus pars bonorum ablata est, non in ampliorem partem, quã pro ea parte, quæ relicta est, c legatorum nomine teneri. Cùm quidam parte dimidia bonorum adẽpta d fuisset relegatus, idemque prouocatione interposita, testamento postea facto e obiisset, atque post mortem eius non iustè appellatum, esset pronuntiatum: quæsitum est, utrum æris alieni loco pars dimidia abscederet, f ut residua sola uideretur fuisse in bonis, an uerò g succurri hę redi necessariũ esse uideretur? Sed uidetur succurri debere: cũ animus litigantis, & obtinendi uotũ hanc opinionẽ admittat.

Res periẽp anõ æstimatur, quæ si extaret, nõ æstimaretur. Bart.

Si seruus testamento manumissus h ante aditam hæreditatem decedat: hæredi quidẽ periisse intelligitur. Sed cuius i pretij erit, qui si uiueret, k non æstimaretur? Nam & eos, qui moriente domino, ea ualetudine adfecti fuerãt, ut eos non posse uiuere certum esset: tamen si postea l moriantur, hæreditati periisse m responsum est. Nec aliud n in iis, qui

Frater. CASVS. Titius instituit sibi hæredem sororem suam Seiam, & ab ea multa reliquit quibusdam, ita quod sic iure habebat locũ lex Falci. & alium puta Caium, cui donatum volebat causa mortis, pœnam, de qua ĩ. dicit, curauit idem testator stipulari ab ea, ne Falcidia vteretur circa legata, & vt certam pecuniam præstaret eidem Caio dicta hæres, si contra faceret: & ita stipulatus est Caius prædictus a dicta hærede, modo quæritur vtrum dicta soror habeat retentionem quartæ ex legatis? Et dicitur quod sic: quia priuatorum cautione non est legib. refragandum, quæ leges volũt, quod hæreditate grauata legatis vltra dodrantem hæres possit detrahere Falcidiã: vt s̄. eod. l. j. vnde & actio ex stipulatu denegatur illi cui donatum voluit testator contra sororem testatoris hæredem. Viuia.

m Donatum. Causa mortis, vt pœnam de qua subijcit.

n Refragãdum. No. sic s̄. de leg. j. l. nemo potest. & ĩ. de suis & leg. l. fin. & s̄. de pact. l. ius publicum. At contra s̄. de leg. ij. l. codicillis. §. fi. & de hoc not. in auth. vt sine prohi. ma. debi. col. vij. §. j. Accur.

o Denegandam. Scilicet ipso iure: vel exceptione repellendam. sic s̄. de condi. institu. l. quæ sub condit. & no. quia aut est contra legem stipulatio, vel pactum: & tunc nec principale, nec pœna valet: vt hic. aut secundum legem: & tunc vtrunque. aut præter legem, & tunc non principale: sed pœna. quod dic vt nor. C. de pact. l. pacta. Item not. quod hic §. videtur hodie corrigi, ut in auth. de hære. & Fal. § si uero expressim. col. j.

† Hui⁹ responsi interpretatione ui de apud Alex. ab Alex. li. 2. Gen. die. c. xxiij.

† Alci. li. parer. v. c. xxv. rationẽ adfert, quã ob rẽ nõ liceat testatori Falcidiam in suo testamento ꝓhibere. Hodie tñ ꝓmissam esse a Iustiniano Falcidiæ ꝓhibitionẽ annotauit ex Nouel. cõsti. j. Frã. Bal. in cõmẽ. in tit. ad l. Falc. insti. li. 2.

† Sic habetur l. e. si diligenti cũ Gl. j. circa pri. extra de foro cõp.

† Videtur huic §. cõtra auth. sed cũ testator ver. istẽ si hæres. C. eo. cõclude ꝑ Bart. in l. si ex pluribus, ĩ. e.

Donatio cã mortis legato similis est.

primo ac secũdo anno sine nlla detractione[a] fuissent legatario soluta.[b]

Quod defunctus debet hæredi ut æs alienum deducitur, nisi testator prohibuerit: nec uidetur prohibere si eum grauat, ut propria bona sua restituat, & fructus percepti iudicio testatoris, in debitum imputantur. Bart.

Quod auus[c] ex causa tutelæ nepoti debuit, cũ auo nepos solus[d] hæres extitisset, ratio Falcidiæ si poneretur, in ęre[e] alieno bonis deducendum respondi: nec ad rem pertinere, quòd hæredem auus idemq; tutor rogauerat, ut si sine liberis ante certã ętatẽ[f] decederet, tam hæreditaria bona, q̃ propria restitueret. non enim ex hoc hæreditatẽ debito cõpensatam uideri,[g] cum uel ideo maximè declaretur non esse cõpẽsationem factam, quoniam hęredem suum habere propria[h] bona defunctus ostenderit.[i] Planè si condi-

Non idcirco. CASVS. Instituit Titius hæredem Seium, & reliquit annua x. Caio, & multa alia legata reliquit quibusdam, ita q; habebat locum l. Falci. & decessit dictus Titius, postea Seius hæres soluit x. Caio primo, & secundo anno, & nihil detrahit nomine Fal. nunc vult detrahere Falcidiam pro sequẽtibus annis. nunquid potest? Et dicitur quòd sic, nõ obstante quòd duobus annis præstitit integra. qualiter autem detrahatur Falc. de annuis legatis habuisti. s. eo. l. 3. §. si. Viuianus.

[a] Detractione. Vel cautione de legatis restituendis, si Falcidia appareat.

[b] Soluta. Scilicet ratio, quæ poterat retineri. & hoc si per errorem factũ: ut C. eo. l. error. Sed quid si ex certa scientia? Respon. hoc iure non nocet in alijs: ut C. eod. l. in imponenda. in fi. hodie contra, ut in Auth. de hæ. & Fal. §. non autem. col. j. Item contra. C. de fideicom. l j. ubi triennio præiudicat: sed hic fuit minus tempus: & sic intelligitur C. de pact. l. si certis annis. Vel ibi in contrario erat duplex fauor, alimentorum, & ultimæ uoluntatis: uel refert sit inutile propter minus solennem uoluntatẽ ut ibi, an propter Falci. ut hic. & facit C. ne uxor ꝓ marito. l. fi. & C. de usu. l. creditor. & s. de ope. lib. l. operis. Sed arg. contra C. de non nume. pecu. l. cũ fidem. & s. de iudi. l. fideicommissum. in fin.

Quod auus. CASVS. Titius fuit tutor nepotis sui Seij, & malè administrauit eius tutelam, ita q; fuit factus eius debitor in centum pone, postea fecit testamentũ dictus auus: & instituit sibi hæredẽ dictũ suum nepotem, & multa legata ab eo quibusdam reliquit, & rogauit eundẽ nepotem, ut si sine liberis ante uicesimumquintum annum decederet: tam hæreditaria bona, quã propria sua bona nepotis restitueret Caio pone. postea decessit hic auus: nũc legatarij petunt legata a dicto nepote. ipse vult detrahere Falcidiam, cum dodrans fuerit per auum exhaustus: & vult detrahere ante partem dicta centũ, quæ ei debebat auus ex tutela, tanquam æs alienum, quæritur vtrum possit ita detrahere sibi debitum? Et uidebatur quibusdam q; non: quia auus rogauit eum, ut dictum est, ut si sine liberis ante xxv. ann. decederet, restitueret Caio tam hæreditaria bona, id est, aui, quam propria sua bona. i. nepotis. & ita videbatur secundum eos, q; auus uoluerit sibi remitti dicta centum, quæ debebat nepoti, ideo quia tanto tempore uoluit nepotem tenere utraque bona. Sed certè respondetur in contrarium. s. q; bene potest nepos hæres detrahere dicta centum ante partem, tanquam æs alienum: nec obst. ratio dictorum, qui credebant contrarium, id est, qui credebant compensationẽ fieri: quia etiam per uerba testatoris: ideo maximè declaratur non esse factã dictam compensationem: quoniam ostendit per uerba sua defunctus testator nepotem hæredem suum habere propria bona. nam dixit dictus testator, q; dictus suus hæres restitueret Caio tã hæreditaria bona, quam propria bona nepotis: per quod apparet quòd sicut per propria bona nepotis restituenda Caio per nepotem nõ tollitur illud, quod ei nepoti debet auus: sic nec per hæreditaria, ut hic, & arg. C. de diuer. rescrip. l. si libellum. Sed pone quòd antequam dictus nepos iniret rationem legis Fal. cum legatarijs ipse nepos decessit sine liberis ante dictos uigintiquinque ann. & sic conditio fideicommissi prædicti Caio restituendi fuit impleta: & sic hæres dicti nepotis tenetur restituere dictũ fideicommissum hæreditatis aui, & nepotis dicto Caio. vult nunc hæres nepotis detrahere de bonis aui restituendis Caio dicta cẽtũ, quæ auus debuerat nepoti ex causa tutelæ, & etiam detrahere postea quartam de bonis prædictis aui ex Trebelliano: & vult lucrari fructus, quos percepit ex hæreditate aui nepos post mortem aui, & vult etiam detrahere quartam de bonis nepotis: quæ similiter debet restituere Caio fideicõmissario. quæritur nunquid possit? Et dicit quod fructus hæreditatis aui percepti post mortem aui compensabuntur cũ dicto debito tutelæ, usq; ad cõcurrentẽ quantitatẽ: & si capiunt plusquam dictum debitum, superflui imputantur quartæ Trebellianicæ: vt j. ea. l. §. fructus. & sic non lucratur hæres nepotis dictos fructus, nec detrahit dictum debitũ de hæreditate aui, cũ fructus cum debito cõpensentur. quartam aũt de bonis nepotis, non detrahit hæres nepotis: quę restituere debet Caio similiter: sed detrahit eam tãtummodo de bonis aui, quæ. s. bona auus reliquit nepoti tempore mortis sui aui. Et nõ mireris si hęres nepotis tenetur restituere Caio bona nepotis, quia id intelligo cum tm̃ habet hæres nepotis ex bonis aui præter quartam, quam detrahit de bonis ipsius aui computatis etiam in dictã quartam fructibus perceptis ex bonis aui, qui fructus sunt ultra illos fructus, qui compensati fuerunt cum debito tutelæ, ut dictum est, quantum erat in bonis nepotis: ut C. de iure dot. l. cum patrem. & s. de leg. a. l. Imperator. §. si. Quis autẽ debeat amodo rñdere legatarijs, quibus dixi auũ legasse. l. utrũ Caius fideicõmissarius, q bẽt bona sui, & hæredis aui, i. nepotis: an uerò hæres nepotis, qui habet quartam bonorũ aui? dic vt j. ad Trebel. l. j. §. si is qui quadringenta. h. d. usq; ad cum fideicommissum, Viu.

[c] Quod auus. Puta centum.

[d] Solus. Ideo dicit solus, vt melius conueniant sequentia: nam si cũ alio; nõ deduceretur totum debitum ex causa tutelæ. Item nec confunditur, nec cõpensatur cũ fructibus, nisi pro hæreditaria portione: pro alia agetur contra hæredẽ: ut C. de neg. gest. l. si ab eo. Accur.

[e] In ære. Id est, inter cæterum æs alienum: ut C. eo. l. in imponenda. & l. irritum.

[f] Ætatem. Puta xxv. annorum.

[g] Videri. Id est, quia tanto tempore uoluit eum tenere utraque bona: non ideo uidetur uelle remitti æs alienum: nisi hoc expressè dixisset: ut s. eod. l. si debitor. Accursius.

[h] Propria. Per quod apparet, quod sicut per propria non tollitur æs alienum, sic nec per hæreditaria. arg. C. de diuer. rescript. l. j. Vel aliter: quia voluit eum habere propria, & proprium est, quod ab alio sibi debetur: ergo & illud uoluit detrahi auus, quod ex causa tutelæ debuit.

[i] Ostenderit. Cum si decederet intra certam ętatem, deberent restitui tam propria, quàm hæreditaria.

Impleta.

tio fideicommissi fuerit impleta : a fructus hæreditatis b post mortẽ aui percepti, pari pecunia debito tutelæ compensabũtur : c sed quartam d hęres nepotis de bonis duntaxat, quæ moriens auus reliquit, e retinebit.

In filiis primi gradus debitum cum Falcid. non compensatur, etiam si hoc testator expreßit. Barto.

Cum fideicommissum f ex voluntate matris à patre moriente debitum esset filio : pater hæreditatem suam, quam in filium conferebat, cõpensari voluit cum eo, quod filio deberet: si ratio Falcidiæ poni cœperit : fini quadrantis, quem ex bonis patris cum effectu pcepit, compensabitur: atque ita superfluum æris alieno a dodrãti tantum detrahetur.

Quod ab hærede vxoris ex donationibus à marito ei factis debet reddi, venit deducendum, vt æs alienum Alex.

Ex donationibus in vxorem collatis, quod hęres eius reddere g viro cogitur, in bonis mulieris non erit: nam ita fit locupletior, h vt tantò pauperior esse videatur. i Quod autem hæres inde minuit, k viro non perit. l

a Impleta. Quia decessit ante completum xxv. ann. sine liberis.

b Hæreditatis. Auitæ.

c Compensabuntur. Reliqui fructus quadranti imputantur vt ĩ.eo.§.fructus.& ĩ.ad Treb. l.in fideic.& l.mulier.& ĩ.eo.l.filius. secus esset in liberis primi gradus: q debent hẽre quartã i rebus principalibus: nõ p imputationẽ fructuum : vt C.ad Treb. l. iubemus. quæ est cõtra. Et no.hic, φ nõ lucratur fruct⁹, si excedant quartam cũ computet ĩ debito, licet eos pcipiat ex iudicio defuncti: qđ est contra illud qđ distinxi ĩ. ad Treb. l.1 fideicõ. in princ. sed est hic, vt dixi ĩ.ad Treb.l.mulier. §.penul.

d Sed quartã. Hæreditatis auitæ.

e Reliquit. Id est, quæ fuerunt morientis aui. non autẽ de bonis ,ppriis nepotis. Sed nunquid hęres nepotis tenetur propria restituere? Respond. ita, si præter quartam tantum habeat ex bonis aui, computatis etiam fructibus, quantum in bonis nepotis erat. C.de iure dot.l.cum patrem.& ī.de legat.a. l.Imperator.§.fin.& sic bona nepotis non defalcabit: quia de auitis detrahendo : quasi propriorum quartam detraxisse videtur, & est ratio : quia de bonis defuncti, prout erant tempore mortis, debet Falci. detrahi : vt Institut.ad l.Falc. §.cum autem.

Casum ponit. Accu.

f Cum fideicõmissum. Maritus ab vxore institutus, fuit rogatus hæreditatem filio cõi restituere : & pater postea filiũ instituit dicendo, quod paterna hẽditas cõpensaret cũ eo, qđ pater debebat ex testõ matris. Dic ergo qđ iste filius debet hẽre quadrantem hæreditatis paternæ.i.olum eorum, quæ inuenit in bonis pris t pe mortis. de dodrante verò, qui remanet, debet detrahere fideicõmissum sibi relictũ: ut æs alienum.i.dodrantem hæreditatis maternæ. nã non plus venit in fideicom. quia pater potuit detrahere quartã Treb. de residuo soluet legata, & fideic. & secundum hoc, dic filio deberi s.ex testõ matris. & quod dicit poni cœperit, s. à filio contra legatarios. Ex testamento patris cõpensabit s.dictũ debitũ, fini quadrãtis.i.in quadrãte toto, eũ illõ à patre habeat cũ effectu. Itẽ qđ subijcit æris alieni.i. fideicõ. à matre relicti. & secundũ hoc non cõputabit in Falc. debitum à matre, licet pater hoc dixerit, & sic est contra ī.eod.l. si debitor. Sed dic aliud in filijs, vt hic, & ī.eo.l.pater. in princ. quam in debitore extraneo ex toto instituto hẽde : qũi magis permittit lex, & fauet volũtati testatoris, vt compenset debitũ, & computet in Fal. quã cum instituit filium creditorẽ pater, vt hic. Vel secundo põt intelligi, quod hic dr, qđ filius iste fideic. quod sibi debetur.i. dodrantem hæreditatis maternæ debet sibi compensare in quadrantẽ, quẽ habet in bonis patris pro concurrẽte quãtitate. si autẽ plus est in fideic. quam in illo quadrante: id quod superfluum est detrahet filius ex dodrante bonorum paternorum.i.quæ inueniuntur in bonis paternis tẽpore mortis. De eo autem quod remanet soluet legata, & fideicom. Et sic non ob.ī.eo.l. si debitor. & sacit ad hoc ī.de leg.a.l.cum pater.§.Titio. sed ob.ī.eo.l.pater. sed illud fauore dotis. Itẽ ad hoc ob. ī.eo. l.pater.§.1.sed dic, vt in fi.eiusdẽ §. Tertij dicunt, qđ pater quartã poterat retinere de hẽditate matris: & filio dodrantẽ restituere debebat. Debet igitur vnũ cõpensare de tribus quadrantib. sibi debitis cum eo, quẽ pr dat quasi de suo : & sic habet filius tres quadrantes.s.duos, qui retinent, vt à patre debitos, & tertium, quem habet per cõpensationẽ. Ex alio vero, quem videtur pater pro compensatione dedisse, soluet legata, & fideicom. vt de cæteris rebus paternis, & detrahet Fal. vt de cæteris bonis: alios tres quadrantes, vt æs alienum habebit filius, nec minuunt per hoc φ pater voluit totum debitum extingui per compensationem, & sic est contra ī. eod. l. si debitor. sed solue, vt dixi secundum primam positionem casus. Accur.

a P. Flor. alieni.

ADDITIO. Dic sm Bart. φ est speciale in filijs primi gradus, vt hic. facit l.pater. in prin.ī.eod.

Ex donationibus. CASVS. Titius donauit vxori suæ Seiæ fundũ Titianum, & Seianum pone, ex quibus ipsa facta est locupletior: decessit prædicta mulier instituto hẽde Caio, & multa legata quibusdam reliquit. nunc legatarij petunt legata à dicto Caio hærede mulieris, & hæres vult detrahere, vt æs alienum illud, qđ maritus prædictus donauit dictæ suæ vxori. ideo, quia illud tenetur hæres restituere marito, eo φ donationes non valuerunt inter virũ, & vxorem. nunquid põt hæres ita detrahere? Et dicitur φ sic. nam ex dictis donationibus ita fit locupletior mulier, vel hæres eius, vt tanto pauperior esse videatur : quantõ tenetur marito restituere: tenetur autẽ marito restituere illud, in quo facta fuit locupletior. & non plus. in uno tamen casu tenetur restituere marito etiã si non est locupletior. vt puta si ex dictis donationibus minuit hæres dolo, vel culpa. Nam quãuis non sit tunc locupletior, tñ per eũ factum est, quo minus esset locupletior, vnde illa diminutio non est ad periculum viri: & cõputabitur nihilominus esse in bonis mulieris, quantum ad cõmodum legatariorum. Et hoc vult dicere iste §. Viuian.

g Reddere. Quod est, in quo fuit locupletior donataria : vt ī.de donat. inter vir. & vxo. l. si sponsus. §. fin. ex quo ipse prædecessit: ut C.de don. inter vir. & vxo. l.a marito. Accur.

h Locupletior. Scilicet vir.

i Videatur. Mulier, vel eius hæres, vel secundo ita fit locupletior mulier, vt tanto videatur pauperior, quia tantum habet necesse restituere. Item respexit hæc lex, quasi absit 1 quod absuturũ est, ut ī.de neg.gest. l.2.& l. si quis man. Et contra adesse quod est affuturum: vt ĩ.de reg.iur. l.qui actionem. Accur.

1 Simile in l.quæ si tñ.§. fi.ī. de lega. 3. sic adesse dicitur res quãdo casualiter ad est. Bar. in l. si ita. ī. eod.tit.de lega.3.

k Minuit. Dolo vel culpa.

l Non perit. Scilicet ipsi hæredi mulieris. argu. ĩ.ad Treb.l.mulier.§.sed cum.

Fructus

Fructus prædiorũ. CASVS. Institui mihi hæredẽ Titiũ, & multa legata, & fideicõmissa ab eo quibusdam reliqui: inter quæ reliqui Seio fundũ Titianũ & Seianum sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & nõ rogaui hæredem meum expresse, quod restitueret dicto Seio fructus dictorũ fundorum, quos hæres percipiet pendẽte dicta conditio. fideicõ. & decessi postea pendente dicta conditio. fideicommiss. fundorum, hæres percepit ex eis fundis multos fructus: & postea extitit dicta conditio. veniunt modo omnes legatarij, & fideicõ. & petunt ab hærede legata, & fideicommissa. dicit hæres, Ego volo vobis detrahere Falcidiam. dicunt ipsi, Tu non potes, nec debes detrahere quia tot fructus percepisti ex fundis relictis Seio, quod eis computatis tibi bene habes quartã. dicit hæres, Ego debeo lucrari dictos fructus: quia non fui rogatus de eis restituẽdis. Quæritur modo, vtrum hæres ita lucretur dictos fructus, quod eos sibi non teneatur computare in quartam? & respon. quòd non. sed cum debeat habere quartam, & quartæ fructus: computat sibi in dictam quartam, & in dictis fructibus quartæ dictos fructus ex fundis perceptos. nec impedit hæredem, quin habeat quartæ fructus perceptos ex die mortis testatoris vsque nunc, quia ratio legis Falcidiæ cœpit habere locum tantum post dictam conditionem fideicommissi existentem. nam quamuis ratio legis Falcidiæ cœperit habere locum post impletam dictam conditionem fideicommiss. tamen necesse est relinqui apud hæredem integros fructus quadrantis, siue quartæ perceptos ea die mortis testatoris vsque nunc. lucratur ergo hæres fructus dictorum fundorum perceptos pendente conditione, & tenetur eos sibi computare in quarta, & quartæ fructus & superfluos fructus fundorum, si quid de eis superest à quarta, & quartæ fructibus, retinet sibi hæres. Viuianus.

P. Fl. fideicõmissum.

Quod ex re legata percipitur, in Falcidia computatur, & hæres debet habere quartam, & fructus quartæ tempore mortis. Bartol.

Fructus [a] prædiorum sub conditione verbis fideicommissi relictos [b] in causam fideicommissi non deductos, hæres in ratione falcidiæ sic accepto facere [c] sibi cogitur: vt quartam, & quartæ fructus [d] ex die mortis bonorum, quæ mortis tempore fuerunt, habeat. Nec ad rem [e] pertinet, quando falcidia lex admissa sit. Nam & si maximè post impletã conditionem fideicommissorum [f] locum habere cœpit: tamen ex die mortis fructus [g] quadrãtis apud hæredem relinqui necesse est.

[a] Fructus. Qui satis erant tempore mortis: alioqui non computantur in Falcidiam: vt instit. eo. §. quantitas. & infra eodem, lege, in quantitate. quæ sunt contra. Azo.

[b] Relictos. Non expresse, sed per consequentiam: vt subijcit: in causam &c. quia cum prædium legat sub conditione, sub eadem videtur legare & fructus. Vbi ergo ante conditionem percepit hæres, sui sunt, & computantur in Falcidiam, vt dicitur hic. si autem expressè essent relicti, venirent in restitutionem: vt infra ad Trebel. l. in fideicom. in prin. & §. j.

[c] Accepto facere. Id est, computare. & hoc est in quarta iure institutionis. idem in Trebel. vt computentur fructus nisi in liberis primi gradus vt C. ad Treb. l. iubemus. secus in quarta iure naturæ, in qua non computantur: vt C. de inof. test. l. scimus. nisi in casu, vt supra de inof. testa. l. Papinianus. §. si conditioni.

Fruct⁹ an in quarta computari debeãt.

[d] Quartæ fructus. Hoc est generale in omni quarta: vt infra ad Treb. l. in fideicom.

[e] Nec ad rem. id est ad impediendum quartæ fructus.

[f] Cœpit. Lex Falci.

[g] Fructus. Integros. ad hoc infra ad Trebel. l. mulier. §. si hæres. Accursius.

Prælegatum defalcatur à cohærede, & illud quod supra defalcationem remanet, in Falcidiam non imputatur. Alex.

Fideicommissum [h] portionis supplendæ gratia, pro qua matrem filius hæredem instituit, eidem matri datum, ratione Falcidiæ [i] minuitur: & eam pecuniam mater supra quartam suæ portionis percipiet. [k] Quarta, [l] quæ per legem falcidiam retinetur: æstimatione, quam testator fecit, non magis minui potest, quàm auferri.

Fideicommissum. CASVS. Titius instituit sibi hæredes matrẽ suã & Seium, & centum prælegauit matri, vt augeret eiusdem matris portionem, in qua eam instituerat: & postea multa legata quibusdã alijs reliquit & à matre, & à Seio cohærede, ita quod dodrantem partis cuiuslibet exhausit: & postea decessit idẽ Titius. nunc mater petit dictum prælegatum à cohærede suo, & cohæres vult ei soluere: detrahit tñ Fal. nunquid põt detrahere? Et dicit quod sic. retinebit ergo sibi cohæres xxv. de dictis centũ: & lxxv. dabit matri testatoris, & ipsa retinebit sibi dicta lxxv. & etiam retinebit sibi quartã portionis suæ, in qua fuit instituta, & de tribus partibus portionis in qua fuit instituta, soluet legata à se relicta. dic ergo infra supplendum, id est augendum. Viuianus.

[h] Fideicõmissum. Filius instituit matrem cum alio, & vt augeret portionem matris, prælegauit ei fundum. Dic ergo supplendũ. i. augendũ. nam si velis dicere quod vellet ei supplere portionẽ l. Fal. aut debitam iure naturæ, aut iure institutionis: de prima non, quia iam esset falsum quod in fi. § dicitur. quia in ea bene cõputantur, quæ relinquuntur iure legati, vel fideicom. in secunda non: quia illa non posset suppleri per legatum vel fideicom. sed tantum iure hæreditario: vt infra eo. l. in quarta. Dic ergo, quod volebat augere portionem hæreditatis, quam sibi reliquerat, vt haberet eam maiorem.

[i] Ratione Falcidiæ. Detrahit enim cohæres Falci. vt hic, & C. eo. l. à cohærede. nisi & ipse à matre cohærede fideicõmiss. sibi relictum similiter peteret: vt infra eod. l. Nesennius.

[k] Percipiet. Nisi ideo legatum datum est, vt integra legata à se relicta præstet: vt infra eo. l. quod autem. in fi.

Quarta. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium, & legauit ab eo quibusdã vltra dodrantẽ hæreditatis suæ, ita quod non remanebit hæredi quarta hæreditatis solutis legatis. Dixit autem idem testator, quod res quæ remanebãt hæredi, valebãt plus quam in veritate valerent, vel econtra dixit, quod res legatæ valebãt minus, quã in veritate valerent: quæ si vera essent, cessãtet Fal. certè dicitur hic quod his modis non potest hæredi Fal. minui, vel in totum auferri. talibus enim enuntiationibus testatorum non debet stari. Viuianus.

[l] Quarta. Reliquit testator in legatis vltra dodrantem, sed dixit quod res quæ remanebant hæredi, valebant plus quam valerent: vel econtra quod res legatæ valerent minus quam valerent: quod si verum esset, cessaret Fal. & dicit quod etiam hoc modo nõ potest Fal. minui: quod est iure veteri: vt hic, & supra. eod. l. § j. hodie contra: vt in auth. de hæ. & fal. §. si verò expressim. colum. j.

Et

Et not. huiuſmodi enuntiationibus non ſtari. ſic C. de teſta. l. verba. & de proba. l. rationes. & auth. quod obtinet. & com. vtriuſ. iud. l. ſcripta. & ff. de leg. j. l. ſi fundum. §. ſi libertus. & J. eod. l. in Falcidis.

S I ex pluribus. CASVS. Inſtitui mihi hæredem Titium, & Seio legaui tot res, quod habet locum lex Fal. & deceſſi. poſtea hæres meus ſoluit legatario prædicto quandam de dictis reb. non detracta ex eis Falci. nūc legatarius prædictus petit alias res ſibi legatas. certè poteſt hæres ei opponere exceptionē doli, donec detrahat ipſe hæres plenam Fal. pro his, & pro alijs rebus, quas ſoluerat legatario: & quod dixi in plurib. rebus legatis, habet locum in vna re legata. Vi.

Falcidia non deducta ex vna re, vel parte ſoluta poteſt deduci ex alia re, vel ex parte eidem ſoluenda. Bar.

Scæuola libro iij. quæſtio. XVI.

S I ex pluribus rebus legatis [a] hæres quaſdā ſoluerit, ex reliquis Falcidiam plenam per doli exceptionem retinere poteſt etiam pro iis, quæ iā data ſunt. Sed & ſi vna res ſit legata, cuius pars ſoluta ſit: ex reliquo pōt plena falcidia retineri.

[a] Legatis. Scilicet vni perſonæ: aliàs non poſſet retinere Fal. vnius ex legato alterius: ſed repeteret ſolutū, ſi errore facti ſoluiſſet: vt C. e. l. error. Sed contra hanc l. in aut. de hære. & Fal. §. non autem. col. j. ſed ibi integrè ſoluit, hic non. & facit C. e. l. in imponenda. in fin. Ac.

Legata relicta in militia cum legatis relictis poſtea contribuuntur quò ad diminutionem propter defectum patrimonii faciendam, ſed non quo ad diminutionem faciendam ratione Falcidiæ. Bar. & Alex.

Idem libro vj. quæſtionum. XVII.

S I poſt miſsionem faciat codicillos miles, & intra annum decedat: ex teſtamēto, quod in militia iure militari fecit, plena legata, ex codicillis, [b] habita falcidiæ ratione præſtari debere dicitur. [c] Sed res ita expedietur: ſi cum quadringēta haberet, teſtamēto quadringenta, codicillis centum legauerit: ex quinta parte, [d] id eſt, octoginta, quæ [e] ad legatariū ex codicillis peruenirent, [f] ſi falcidiam non pateretur: [g] quartam, id eſt, viginti hæres retinebit

S I poſt miſſionē. CASVS. Titius exiſtēs in militia: & habēs in bonis quadringenta tm̄, fecit teſtamentū in militia, & tota quadringenta legauit quibuſdā, & codē teſtamento fortè confirmauit codicillos, ſi quos poſtea contingeret eū facere, & ita valere debet illud teſtamētū iure militiæ, poſtea fuit miſſus de militia, & intra annum miſſionis fecit codicillos, & in eis legauit quibuſdam alijs centum, & deceſſit intra eum annum miſſionis Certè dicitur hic quod ex teſtamento prædicto, quod iure militię adhuc valet, debent præſtari legatarijs plena legata. i. non detracta aliqua Falcidia. ex codicillis autem, qui non valent iure militiæ, debent præſtari legata habita ratione legis Falcidiæ. qualiter autem diuidentur dicta quadringenta, vt ex ea parte quæ tangit codicillos, extrahatur Falc. ex alia autē parte, quæ tangit teſtamentum non extrahatur Fal. Reſp. teſtator legauit inter teſtamentum & codicillos centum, vltra quā haberet in bonis. vnde ſi legata codicillorum non paterentur Falcid. deberent diuidi bona in v. partes. & quatuor partes deberent habere legatarij teſtamenti. i. trecenta viginti. & quintam deberet habere legatarij codicillorum. i. lxxx. nam quintam partem quadringentorum videtur in codicillis legaſſe: cum centum, quæ vltra patrimonium ſunt, ſint quinta quingentorum legatorū. cum ergo ex legatis in codicillis relictis debeat detrahi Falcid. vt dictum eſt, retinebit hæres de dictis octoginta, quæ videntur legata in codicillis, quartam partem. i. xx. & tres partes dabit legatarijs, ſiue legatario codicillorum, id eſt, ſexaginta. Vi.

[b] Ex codicillis. Per teſtamentum confirmatis: vt ff. de milita. teſta. l. ſi certarum.

[c] Dicitur. Idem econtra: vt J. eod. l. fin. & l. ſi miles. & C. de teſtam. mili. l. in teſtamento. & C. eod. l. in teſtamento. Acc.

[d] Quinta parte. Scilicet quadringentorum, quorum quintam legaſſe in codicillis videtur, cū centum, quę vltra patrimonium ſunt, nō computentur: vt J. e. l. in quantitate. §. ſi.

[e] Quæ. ſ. quinta.

[f] Peruenirent. Ergo quinta pars ex vno quoque legato decedit: quia cuique plus legauit, quam haberet. Azo. vt J. eod. l. in quantitate.

[g] Nō pateretur. Scilicet legatarius. & facit ff. de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. ſi quis. in fi.

Filiusfamilias miles poteſt grauare patrem ab inteſtato vt peculium reſtituat & per reſtitutionem peculium efficitur hæreditarium, & fructus medio tempore percepti in Falc. computantur. Bar.

Paulus libro xj. quæſtionum. XXIII.

F Iliusfamilias, qui

F Iliusfamilias. CASVS. Caius filiusfamiliâs miles rediit de militia, & decedens fecit codicillos, in quib. commiſit fidei patris ſui, vt peculium ſuum caſtrenſe reſtitueret Titio poſt mortem ſuam patris. & deceſſit hic filius. poſtea dictus ſuus pater tenuit multo tēpore dictum peculium filij, & ex eo multos fructus percepit, & poſtea deceſſit idem pater, & ſic eaſtitit dies reſtituendi bona filij Titio prædicto. vnde Titius petit dicta bona ab hærede patris, & hæres patris vult ei reſtituere, deducta tamen quarta Trebellianica. quæritur vtrum poſſit detrahere dictam quartam: & antequam ſoluat quæſtionem interſerit quædam alia dicens legē Falc. ſiue ſenatuſconſultum Trebellianum habere locum etiam in ſucceſſionibus inteſtatorum: ſed in noſtro caſu non fuit hæreditas filij ſiue ſucceſſio ex hæreditate. nam cum apud patrem remanet peculium caſtrenſe filij ex codicillis factis ab inteſtato per filium ius priſtinum durat, id eſt, peculium eſt, & non hæreditas. & ſic videtur quod non habeat locum Trebellianum, quod dixi habere locum in hæreditatibus ab inteſtato delatis, & reſtitui iuſſis. quamuis ſi filius prædictus inſtituiſſet extraneum, fieret hæreditas peculium ſuum adeunte hærede. ſed huic, quod dictum eſt non eſſe hæreditatem apud patrem, ſed peculium, & ſic non habere locum Trebellianum, videtur contra quod dicitur alibi. Titius fecit teſtamentum, & in eo reliquit legata, & poſtea fuit captus ab hoſtibus: & ſic teſtamentum ſuum fuit ruptum per captiuitatem, & ſic non videtur eſſe hæreditas eius, nec hæres. & poſtea deceſſit apud hoſtes. nam dicitur ſibi quòd in dicto ſuo teſtamento habet locum Falcidia: ſed non eſt contra, quia lex Cornelia fingit dictum captum mortuum fuiſſe prima hora captiuitatis, & ita non eſſe ruptum teſtamentum ſuum. & ita eſſe hæreditatem, & hæredem. vnde ſoluo tibi quæſtionem in principio legis poſitam, ſcilicet quòd nemo debet

[a] In P. F. incipit, ſi filiusfam. &c. hæc eōmiſiſſet.

debet dubitare, quin beneficiũ senatusconsulti Trebelliani indulgeri debeat patri, siue hæredi eius, cum restituit bona filij Titio supradicto, sicut fuit in codicillis rogatus. & est ratio, quia pater cogitur restituere Titio bona filij, quasi bona patrisfamilias. licet non vt hæreditatem. nam & video alibi: q̃ si aliquis est hæs institutus, ab eo sunt relicta legata, & ipse omittat adire ex testamento, & capiat bona ab intestato licet nõ valeat testamentum tanq̃ aditione destitutũ: tamen hẽt locũ Fal. per edictum si quis omis. cau. testa. sed est ita in hoc casu. ergo idẽ est in nr̃o casu, s. vt in eo habeat locũ Treb. vt sic pater, siue hęres eius possit detrahere quartã Titio, cui restituit bona filij: si tamen ex fructibus medio tpe perceptis per patrẽ de bonis filij habeat tm̃ pater quantum capit dicta quarta Treb. & fruct' eiusdem quartæ, omnia & ĩtegra bona filij restituet Titio, & poterit postea Titius fideicõmissari' exercere vtiles actiones cõtra debitores dicti filij, & dicta bona, siue peculiũ filij, quæ est q̃ non erat hęreditas apud patrem, dicet amodo esse hęreditas apud Titium prædictum. Viuia.

militauerat, [a] decedens patris sui fidei cõmisit codicillis, vt peculium suũ castrense Titio post mortem restitueret. Quærebatur, an vt hæres quartam [b] deducere posset? Dixi, legem Falcidiam [c] inductam esse à diuo Pio & in intestatorũ successionibus propter fideicommissa. sed in ꝓposito, nec hęreditatẽ esse, [d] quãuis placeret mihi [e] extraneo hærede instituto, fieri hęreditatem eius aditione. Nam cùm apud patrem remanet: ius pristinum durat, & peculium est. Nec huic cõtrarium est, quòd in testamento eius, qui apud hostes decessit exercetur Falcidia. [f] Nam fictio legis Corneliæ & hęreditatem, & hęredem facit. [*] sed nemo [g] dubitat, quin debeat id quoque indulgeri legis beneficium: si quidem quasi patrisfamilias bona [h] restituere cogitur: & hæres scriptus [i] omissa ex testamento aditione, exemplo edicti, legatorum nomine conuenietur. His

[*] In P.F. sed nemo non dubitare, quin debeat &c.

[a] Qui militauerat. Quondam: sed tẽpore codicillorum est veteranus. Acc.

[b] Quartam. Trebellianicam.

[c] Legem Falcidiã. Id est, senatusconsultum Trebel. vt ĩ. ad Trebel. l. j. §. hoc autem. & l. recusare. §. 1. & de alio iure institutionis contra quod habet locum ab intestato: ut C. quando dies leg. ced. l. fin. sed hic de ea potest loqui: cum inducatur ius simile.

[d] Hæreditatem esse. Vt ĩ. de castr. pecu. l. 2.

[e] Placeret mihi. Et bene: vt ĩ. de stipu. seru. l. si seruus communis. in princip. & infra de acquir. rer. dominio. l. in eo.

[f] Exercetur Falcidia. Vt supra eod. l. j. §. 1. & ibi non est ibi hæreditas: quia imò est per fictionem: vt subijcit etiam hic.

[g] Sed nemo. Nunc soluit.

[h] Bona. Licet non, vt hæreditatem. ad quod est ĩ. de minor. l. 3. § Pomponius. Accur.

[i] Hæres scriptus. Pater a filio: vt ĩ. de castr pecu. l. pater qui castrense. §. 1. Vel dic hæres scriptus. s. quilibet etiam à non milite: vt ĩ. ead. l. j. §. ad eos. & inducitur: licet non valeat testamentum: tamen habeat locum Falcidia: ergo idem in nostro casu, & ĩ. si qs omis. cau. testa. l. si seruum. §. 1. & ĩ. ad Treb. l. j. §. in filij. & ĩ. de castren. pecu. l. filiusfamilias. & l. proponebatur.

[k] Inducamus. Quia omnia vult restitui nullo detracto: ut Instit. de fideicommiss. hære di. §. restituta.

Falcidia locum habet', licet testamentum non valeat.

consequens erit, vt si ex fructibus medio tempore quartã, & quartæ fructus habuerit pater: etiã Trebellianũ senatusconsultum inducamus, [k] & vtiles actiones exerceri possint: fiatq; hæreditas post restitutionem.

Pretium rei dicitur capi iure hæreditario, & ideo computatur in quarta. Bar.

Scæuola libro viij. quæstion. XIX.

SI dignum decem fundum damnetur hęres quinque vendere: sine dubio quinque erunt imputanda [l] Falcidiæ.

Legatum inutile Falcidiam non inducit. Bart.

Idem libro nono quæstio. XX.

SI à seruo meo hærede instituto mihi legetur [m] & mihi acquiratur hæreditas: negat Marcianus, id legatum in Falcidiam [n] computari, quia non debeatur.

In cursu duarum causarum inspicitur illa, quæ Falcidiam minuit, & illa quæ repetitionem impedit. Bar.

Paulus libr. xij. quæstionum. XXI.

SI dignum. CASVS. Titius instituit sibi hęredẽ Seium, & multa legata quibusdam reliquit. & damnauit dictum suum hæredem, vt vẽderet Caio fundũ testatoris Titianũ pro quinque, cum valeret decem, & decessit dictus testator, & hæres tradidit dictum fundũ dicto Caio, & habuit ab eo v. pro p̃tio. certè ista v. quæ fuerunt pretium fundi, debet computare sibi hæs in Falcidia, siue in ratione legis Falcidiæ: quia ea hẽt hæres iure hr̃diuario, reliqua autem v. intelliguntur legata emptori fundi. qđ dicitur ĩ. eo. l. in ratione. §. 1.

[l] Imputãda. Quæ fuerunt pretiũ: quia ea habet iure hæreditario, reliqua v. intelligunt̃ esse legata. & facit ĩ. eod. l. ai veterani. §. 1. & l. qui fundum. in princ. & l. in ratione. §. 1 & ĩ. de le. j. l. & si æquo.

SI à seruo. CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ Stichum seruum meum, & ab eodẽ meo seruo mihi legauit centum pone, & alijs etiam legata reliquit. postea dictus meus seruus adiuit hæreditatem dicti Titij iussu meo, & sic acquisita est mihi hæreditas prædicta, & sic dictum legatum nullius est momenti. nam cum habeam hæreditatem per seruum meum prædictum, non possum esse hæres, & legatarius: sequitur ergo, vt dictum legatum non imputetur in ratione Falcid. cum cæteris legatis, scilicet, vt eam inducat, sed vt eam submoueat. Viuia.

[m] Legetur. Quod legatum tenet à principio, sed si iussu domini adeat hæreditatem seruus, fit nullum: ut Institu. de leg. §. an seruo. in fi.

[n] In Falcidiam. Non computat in Falcidiam, ut eam inducat, sed vt eam submoueat: vt supra de legatis primo, lege, cum filio & lege, à filio. & facit infra eodem lege, non dubium. & lege, id autem, in fine.

SI pupillus. CASVS. Titius mutuauit x. Scio pupillo sine tutoris authoritate accipiẽti, ex quo mutuo ipse

ipse pupillus non factus fuit locupletior, & sic non tenetur nisi naturaliter: vt ỹ.de noua.l.j in fi. postea dictus Titius creditor fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Caium, & legauit dicto pupillo Stichum sub conditione, si decem, quæ acceperat ab eo mutuo, redderet dicto Caio hæredi, & multa alia legata reliquit quibusdam, & postea decessit dictus testator, & post ea pupillus numerauit decem hęredi causa implendæ cõditionis legati de Sticho, & habuit Stichum ab hęrede. modo quæritur, vtrum dicta decem computentur hęredi in Falcid. quam vult detrahere legatarijs? Et videtur quod non, quia ea quæ hæres capit causa implendæ conditionis alicui legatario imposita, non solet computare sibi in Falcid. vt infra, eo. l. id autem. cum simi. Dicitur tamen hic, quod bene computatur hæredi in Falc. quia pupillus numerando hæredi creditoris dicta decem, vna numeratione implet conditionem legati. & liberat se à naturali obligatione qua tenebatur pro dicto mutuo, & ita videtur hæres recipere dicta decem vt debitum hæreditarium; debita autem hæreditaria bene computantur in Falc. hæredi. & adeo videtur dictus pupillus soluere dicta decem hæredi vt debita, vt etiam si repudiet idem pupillus legatum Stichi, vel moriatur dictus Stichus legatus, non possit ea decem repetere pupillus iure communi. Viuianus.

SI pupillus,[a] cui sine tutore authore decẽ mutuo data sunt, legatũ à creditore meruerit sub hac cõditione, Si decem quæ accepit, hæredi,[b] reddiderit, vna numeratione[c] & implet conditionem, & liberatur[d] naturali obligatione, vt ẽt in Falcidia hæredi imputentur: quamuis non imputarentur, si tantum cõditionis implendæ causa data fuissent,[e] adeò autem soluere videtur,[f] vt repudiato legato, vel Sticho, qui legatus est mortuo, nihil repetere possit.[g]

Si iure potestatis, vel dominii portio non grauata accrescit portioni grauatæ, fit contributio: secus si econuersa. Bar.

Si ego & seruus meus hæredes instituti sumus ex diuersis[h] partibus, nec à seruo erogatus dodrans:[i] ijs, quibus à me legatum est,[k] cõtra Falcidiã proderit, quod ex portione serui ad me peruenit supra Falcidiam eius[l] portionis. ex contrario[m] si seruo meo seruus

[a] Si pupillus. Pubertati proximus: vt non obst. supra de condit. indeb. l. quod pupillus. & non sit locupletior: aliàs etiam ciuiliter teneretur: vt Instit. quib. alie. licet. §. fina. Accursius.

[b] Hæredi. Scilicet creditoris.

[c] Numeratione. Facta tutoris authoritate.

[d] Et liberatur. Vt & infra de solu. l. in numerationibus. §. 1. & l. Stichum. §. aditio. & infra, quãdo dies leg. ced. l. cum illud. §. hæres.

[e] Fuissent. Vt infra eod. l. id autem.

[f] Soluere videtur. Vt debitum.

[g] Repetere possit. Quod alias posset, nisi esset debitum: vt supra, de condit. ob cau. l. 1. §. 1. Item hoc iure communi naturali debito impediente repetitionem: vt supra, de condit. Indeb. l. naturaliter. & l. frater. & ỹ. de fideiu. hæres à debitore. §. quod si hic seruus. sed per in integ. restitut. iuuatur: vt supra, de condit. indeb. l. interdum & infra, de actio. & oblig. l. pupillus.

Si ego & seruus. CASVS. Titius fecit testamentũ, & instituit me & seruũ meũ hæredes ex æqualibus partibus vel inæqualibus: & multa legata reliquit à me ex parte quã mihi reliquit, & multa legata reliquit à seruo meo ex parte, quam ei reliquit: veruntamen solutis legatis à seruo meo relictis remanere põt de parte serui quadrans suæ partis. & etiam vltra, puta duo dodrans autẽ meæ partis erogatus est per legata, & etiam vltra ita quod quadrans meæ partis nõ remanet mihi integer. & decessit dictus testator: nunc ego habeo meã partẽ hæreditatis, & etiã partem dicti mei serui. vnde legatarij petunt à me legata à me relicta, & legata relicta à dicto meo seruo, & ego volo detrahere Falcid. illis quib. à me est legatũ. & ipsi volunt, quod ego imputem mihi in dicta Fal. illud, quod peruenit ad me de parte, in qua seruus meus fuit institutus vltra Falcidiam portionis seruo meo prædicto relictæ, id est duo prædicta. nunquid debeo mihi imputare? & dicimus quod sic. Secus autẽ est econtrario: puta si portio serui mei instituti à dicto Titio fuit grauata vltra dodrantem, mea verò in parum, vel nihilum fuit grauata, puta si seruo meo. i. à seruo meo seruus legetur cuidam extraneo: & per hoc legatum exceditur dodrans suæ portionis in qua fuit institutus. & mihi, id est à me legata fuerũt decem cuidam alij, quę decem, siue legatũ, quorum decem non excedit dodrantem portionis, in qua ego fui institutus. certè Falcidia serui, scilicet legati à dicto meo seruo non tenebitur, siue retinebitur ex dictis decem à me legatis: vt sic integrè daretur seruus à seruo meo legatus, scilicet legatario. non tenebitur dico ad exemplum Falc. de qua dicitur supra, proxi. respon. imò detraham quartam de seruo, quartam enim retineo de persona dicti serui: quamuis de mea portione nihil de dodrante exhaustũ sit, & hoc dicit hic §. Et extra casum posset esse talis ratio inter hunc vltimum, & primum casum: quia si hic meus seruus hæres pro parte institutus esset libera persona, in hoc secundo casu bene posset retinere Fal. vt ỹ. eod. l. in singulis ergo ex persona serui ego eius dominus retinebo. pars enim serui grauata accessit in hoc secundo casu meæ parti non grauatæ. vnde mea non grauata non prodest legatario grauatæ, quæ mihi accessit: sed superiori casu huius. §. non posset seruus meus retinere Falcid. etiam si liber esset vt pote cum nihil ab eo legatum fuerit, vel si fuit ab eo legatum, non fuerit dodrans suus grauatus, imò duo remanserunt in parte serui mei vltra quadrantem suum: vt supra, dixi. & sua pars non grauata accessit meæ grauatæ, vnde meis legatarijs prodesse debet ad quæ facit, quod no. supra eo. l. 1. §. id quod. Viuianus.

[h] Ex diuersis. Vel æqualibus. non curo. H.

[i] Dodrans. Scilicet suæ portionis: quia dodrans & aliquid vltra sibi remanet, puta duo.

[k] Legatum est. Vltra dodrantem meæ portionis.

[l] Eius. Serui secundum prædicta duo.

[m] Ex contrario. Quia hic & ỹ. ego, & seruus meus sumus instituti. sed supra, sua portio non fuit grauata vltra dodrantem. mea sic. hic econtra sua portio grauata fuit vltra dodrantẽ: mea verò in parum, vel in nihilum grauata fuit. superiori ergo casu sua pars mihi accrescens proficit meis legatarijs. hic non prodest mea nõ grauata suis legatarijs, sicut obseruatur cum accrescit mihi deficiens cohæredis portio. vt ỹ. eo l. quod si alteruttro. Dic ergo si seruo. i. si à seruo meo instituto mecum legetur extraneo seruus, & exceditur dodrans suæ portionis: mihi autem, id est, à me legentur decẽ cuidã alij, quæ scilicet meum dodrantem non excedunt, Falcidia serui, scilicet legati non retinebitur ex decem à me legatis quin integrè dentur, & hoc exemplo eodẽ, id est, loquente simili modo in Falcidia quod subijcit, scilicet quãdo à me nihil esset legatũ. & sic arg. de nihilo ad parum. Alij ponunt, quod cum ego, & seruus meus

essemus

essemus instituti, a me tibi fuit prælegatus seruus, & a se mihi decem. nam licet sibi detraham, ipse tamen non detrahet mihi de decem. & secundum hoc seruo meo. est datiui casus, & mihi bis positum propriè ponitur: sed secundum primam seruo, est ablatiui casus, & mihi, ponitur pro à me. sed huic positioni repugnat secundum Hug. a. co. l. si à seruo meo.

a Decem mihi. Id est, à me.

b Ex decem mihi. Idest, a me.

c Exemplo. Expone vt pilus, & dic: non retinebitur eadem plo Falcidiæ superioris: quia si hic seruus esset libera persona, bene posset retinere Falc. serui legati. sic ergo & dominus ex persona serui. sed superiori casu nulla Falc. potest retineri ex persona serui: cum non erat grauatus, vltra dodrantem.

derat nomine falc. de legato magno à se relicto dicto suo cohæredi, de quo pono tibi taliter exemplum. Pone quod ab eo hærede nomine meo Titio fuerunt legata cohæredi suo Seio, pone quadragiota, & ipse vult ex eis deducere falc. puta x. certè non poterit hoc facere, si tantundem. i. x. vel plus est à cohærede illo relictum sibi. præstabit ergo cohæredi suo integra quadraginta nõ detracta ex eis aliqua Falc. sed si à dicto Titio fuerunt alijs relicta legata. nunquid in ratione Falcid. computabit illis alijs vniuersum, quod cohæredi suo Seio dedit, id est, quadragiota: vt ita maiorem eis detrahat Falci. & respon. quod non, sed imputabit eis quanto datutos esset cohæredi si nihil ab eo hærede perciperent, daturus autem esset tunc cohæredi xxx. cum de al. detracturus fuisset tunc quartam, id est, decem. Viuia.

& decem mihi [a] legata fuerint: serui Falcidia ex decem mihi [b] legatis nõ retinetur, exemplo [c] eodem Falcidiæ. nam quartam retineo ex persona serui: quamuis de mea portione † nihil exhaustum sit.

Id quod iure prælegati percipitur in quartam non imputatur, nisi respectu eius, à quo percipitur: & quod ex hac causa non detrahitur: quo ad alios pro detracto habetur. Alex.

Idem libro xvij. quæstio. XXII.

NEsennius Apollinaris Iulio Paulo. Ex facto dominæ species einsmodi incidit: Titia filias suas tres numero æquis [d] ex partibus scripsit hæredes, & à singulis legata inuicem dedit: ab vna tamen ita legauit tam cohæredibus eius, quàm extraneis, vt Falcidiæ [e] locus sit. Quæro, an aduersus cohæredes suas, à quibus legata & ipsa accepit, [f] vti possit Falcidia? & si non possit, [g] vel doli exceptione submouenda [h] sit, quemadmodum aduersus extraneos computatio Falcidię iniri possit? Respõdi, [i] id quidem, quod à cohærede [k] legatorũ nomine percipitur, non solet legatarijs proficere, [l] quo minus Falcidiam patiantur, sed cũ [m] is, qui legatũ [n] pręstaturus est, [o] ab eodem aliquid [p] ex testamento petit: non est audiendus, desiderans vti aduersùs eum Falcidiæ beneficio: si id quod percepturus est ex voluntate testatoris, suppleat, quod deducere desiderat.

NEsenni⁹ Apollinaris. CASVS. Titia hæredes sibi instituit tres suas filias, & à singulis legata inuicem dedit. ab vna tamen dictarum filiarũ ita legauit tam cohæredibus eius, quam extraneis, vt in sua parte sit locus Falc. & decessit dicta Titia. nunc quæritur hic de duobus. Primum est, vtrum dicta filia grauata possit vti Falcidia aduersus sorores suas cohæredes, a quibus sororibus & ipsa legata destinatione accepit, Secundum est, si non possit vti Falc. ipso iure aduersus sorores suas, vel si possit vti Falcidia prædicta, est remouenda tamen exceptione, id est, replicatione doli à dicta Falcid. habenda: quomodo possit inire computationem legis Falcid. aduersus dictos extraneos legatarios? & respon. primo ad secudã quæstionem, scilicet quemadmodum aduersus extraneos possit inire computationem legis Falc. dicebant enim extranei legatarij dictæ filiæ grauatæ: tu debes tibi computare in Falc. quam nobis vis detrahere, id quod à sororibus cohæredibus tuis percepisti, vel percipere debes nomine legatorum. dicit filia, illud non debet vobis proficere, quo minus Fal. idiã patiamini. certè optimè dicit filia. consequeretur ergo filia legata à cohæredibus: & non proderunt legatarijs extraneis, quo minus Falc. patiantur. Nunc vult respondere iurisconsultus ad primam quæstionẽ. s. vtrum dicta filia grauata possit vti Falcid. aduersus sorores suas a quibus ipsa legata destinatione percepit. & cum quæsierit de hoc in fœminino genere soluit hic in masculino, & dicit sed cum is. s. cohæres magis grauatus, qui legatum, s. magnum pręstaturus est, s. cohęredi suo, ab eodẽ cohærede aliquid modicum ex testamento petit, non est audiendus desiderans vti aduersus cohęredẽ Falc. beneficio. s. si id quod percepturus est ex voluntate testatoris, siue testatricis à cohærede suo prædicto, i. modicũ legatũ, de quo dixi suppleat illud, quod deducere desi-

d Aequis. Vel non æquis.

e Falcidiæ. Detrahendæ.

f Accepit. Destinatione.

g Et si non possit. Ipso iure, vel doli exceptione, id est, replicatione. s. saltem, quemadmodum &c.

h Submouenda. Si velit vti Falcidia.

i Respondi. Quo ad secundum.

k A cohęrede. Hoc si percepit pecuniam hęredis, vel corpus non hæreditarium. nec enim imputat nisi à defuncto sit dictum: vt j. eo. l. quod autem. si verò percipiat hæreditariam pecuniam, totam imputat: vt j. ad Trebell. l. deducta. §. nummis. & s. de leg. ij. l. cum pater, in princ. si autem corpus hæreditarium, imputat hæreditariam partem si detrahit Falc. contra voluntatem defuncti: alioqui imputat quartam hæreditariæ partis: vt j. eo. l. Titia. & l. in quartã. & ad Trebellianum. lege deducta, §. omnis. & C. familiæ erciscundæ. l. filium. hæc vera in quarta Trebelliano: sed in quarta iure naturæ vel institutionis videtur quod nihil computet per legem infra eodem, lege in quartam. & l. quod autem. sed certè & ibi potest idem dici quatenus capit iure hæreditario.

l Proficere. Scilicet alij, sed cohæredi à quo percipitur, prodest: vt subijcit, sed cum is, &c. sed certè alija in aliquo: vt in fin. huius §.

m Sed cum. Nunc ad primã quæstionem: & dic, is cohæres magis grauatus. Accur.

o Qui legatum. Scilicet magnum.

o Præstaturus est. Scilicet cohæredi.

p Aliquid. Scilicet modicum. Igitur si quadraginta legata sunt ab eo cohærede, & ex eis velit deducere quartam, puta decem: non poterit si tantundem, id est, decem vel plus est a cohærede illo relictum. Accursius.

† An & quæ de legatis particularib. detrahat Fal. vide d. Ang. in Authẽ. de hæred. & Fal. §. si verò expressim. col. 1. col. 7. Bart. in l. cohæredi. §. quæ ita. s. de vul. & pupil. substitu.

† Placet Cy. sed secũdũ Bar. & Alexã. ponitur vnũ conferens ad solutionẽ qõnis.

a Quæ licet loquatur in Trebellianica, ṽ dicat tibi locum in Falcidia per istã gl. secundum Bartol. & Alex.

Non

a Non vniuersum. Id est non tota quadraginta.
b Daturus. Scilicet triginta.
c Ab eo. Scilicet cohærede. & facit ı̄. eod. titu. l. ante-pen. & s̄. eod. l. quod de bonis. §. pen. & s̄. de ijs quib. vt indig. l. hæredi. in fi.

&c. si referas ad oĩa, ad quid igit̃ consideraẽ hic ordo? sed r̄ndet. imò poterit esse ꝙ prima soluunẽ, qa hoc patitur dodrans, & æs alienũ: secunda nõ, qa pp æs alienum minuuntur: vt s̄. si quis omis. cau. testa. l. quia antẽ. in prin. & est hic notandũ, ꝙ non contribuuntur oĩa legata. sic & s̄. eo. l. si post. est & tertius in d. l. quia antẽ. in prin. aliàs contra: ut s̄. e. l. in rõne. §. qđ vulgo. & ı̄. eod. l. in quantitate, in fin. & ı̄. proxi. §. Accur.

Plane cæteris legatarijs non vniuersum, [a] quod cohr̃di præstat, imputabit: sed quantum daturus [b] esset si nihil ab eo [c] perciperet.

Si à seruo insolidum instituto & à domino sint relicta legata, prius soluuntur legata relicta à seruo quàm à domino: & si dominus institutus repudiat, & per seruum substitutum acquirat hæreditatem, prius solui debent legata in institutione relicta. Alex.

Seruo hærede instituto, si à domino fideicommissa à seruo legata data sunt: prius ratio legatorum [d] habenda est: deinde ex eo, quod superest, fideicommissorũ. [e] Dominus enim ideo tenetur, [f] quòd ad eum peruenit. Peruenit autem, quod deductis legatis superest. Plane Falcidiam exercet. [g] Sed & si dominus omissa hæreditatis aditione seruũ sibi substitutum adire iussit: prius erogantur, quæ ab ipso domino data sunt: [h] tũc eorum, quæ a seruo relicta sunt, ratio initur, si patitur Falcidia.

Si liberatio relinquitur debitori, in ratione legis Falcidiæ pro locupletiore habetur. aliàs an sit soluendo, inspicitur. Bartolus.

Si debitori liberatio legata sit: quamuis soluendo non sit, totum legatũ computatur: licet nomẽ hoc non augeat hæreditatem, nisi ex euentu. [i] Igitur si [k] Falcidia locũ habeat, hoc plus uidebitur legatum, quod huic legatum est. cætera quoque legata minuẽtur per hoc, & ipsum hoc per alia. [l] capere enim uidetur, eò quòd liberatur. Sed si alii hoc nomen legetur: nullum legatũ [m] erit. nec cæteris contribuetur. [n]

Ne legatum pereat, una res pro alia defalcatur. Bart.

Scęuola libro xv. quæstionum. XXIII.

Seruo. CASVS. Institui mihi hæredẽ Stichum seruum Titij, & ab eodẽ seruo reliqui multa legata quibusdã: & à dicto Titio dño serui reliqui quibusdã multa legata siue fideicõmissa specialia, & decessi. certè prius est habenda ratio legatorũ à seruo relictorum, postea de eo, qđ superest, est habenda ratio fideicõmissorum à dño serui relictorũ. & est ratio: quia dñs serui ideo tenetur ad fideicõmissa à se relicta, quia ad eũ peruenit hæreditas, in qua fuit institutus seruus suus. peruenit autem ad eũ dominum illud, quod superest de hæreditate, deductis legatis à seruo suo relictis. verumtã exercet dñs Falcidiam in legatis relictis à seruo suo, & etiã in fideicom. relictis à se dño. Sed pone qđ instituti mihi hr̃dẽ dictum Titium dominũ serui, & ab eo reliqui legata quibusdam, & substitui eidem dño dictum suum seruum, & ab eodem seruo reliq legata quibusdã, & dñs omisit hæreditatem ex institutione, & iussit seruo suo, vt adiret ex substitutione. certè in hoc casu prius debent solui legata à domino relicta, & postea soluuntur legata relicta à seruo substituto, & ita demum soluuntur integra legata relicta à domino, & à seruo, si patitur Falc. aliàs de vtrisq; detrahitur Falcid. & ita intelligo hũc §. Viuia.

d Legatorum. A seruo relictorum.
e Fideicommissorum. Scilicet ratio habenda est.
f Tenetur. Ad fideicommissa.
g Exercet. In legatis & fideicommissis, nisi in casu: vt s̄. de leg. 1. l. cum filio. Azo.
h Domino data sunt. Imo prius eorũ quæ à seruo: ut s̄. si quis omis. cau. test. l. Iulianus. 2. resp. q̃ est cõtra. Sol. ibi recitat Iuliani opinionẽ. Vel ibi in pr̃e, hic in domino. Vel melius relictorũ in institutione omissa primo fit p̃statio: vt hic, & d. l. Iulianus. 2. respon. sed in relictis in substitutione secus. qa prius soluunẽ, q̃ sunt à seruo, vel filio relicta, quã quæ à pr̃e, vel dño, ut ibi, a. rñ. vel dic, vt ibi. Itẽ nunquid detrahiẽ Falc. de relictis in institutione omissa? vr̃ qđ sic: ut s̄. si qs omis. cau. test. l. duo. §. admonẽdi. & l. cum. in fi. & hic: ibi, si patiẽ

Si debitori. CASVS. Institui mihi hæredẽ Titium, & Seio debitori meo existenti nõ soluendo legaui liberationem, & multa alia legata alijs reliqui, & decessi. nunc apparet quòd habet locum Falcid. in legatis a me relictis. nunquid dictum legatum liberationis computabitur in ratione legis Falcidiæ cum alijs legatis: ut sic hoc plus uideatur per me testatorem legatũ, quod legaui huic debitori nõ soluẽdo existenti? & r̄idetur ꝙ sic. igitur cætera legata minuent per hoc legatũ, & hoc ipsum legatũ minuet palia legata. nã dictus debitor nõ soluẽdo existẽs vr̃ ideo a me testatore capere, qđ liberatur a me, siue quod ei liberationẽ relinquo. Sed retentis omnibus alijs quæ dixi, pone quod prædictum nomen debitoris non soluẽdo existentis legaui alij. certè in hoc casu nihil uidebitur esse legatum illi cui legaui dictum nomen, nec cæteris legatis connumerabitur in ratione legis Falc. interim donec debitor est non soluendo. Viuia.

i Ex euentu. Scilicet si ampliores fuerint facultates: vt ı̄. eod. l. cum quo. de peculio. Azo.
k Igitur si. Subau. qualiter computatur.
l Per alia. Et ideo legata dicuntur contribui & fideicommissa: ut hic, sed fallit in tribus casibus: ut no. supra proximo §. Item no. quod inutilia non contribuuntur cum utilibus: ut infra eodem. l. ratione. §. fi. & § pen.
m Nullum legatum. Scilicet interim: nisi vendatur alicui dubius euẽtus: [s] quod fieri conceditur: ut ı̄. eod. l. quærebatur. §. fin. vel nisi ex euentu conualescat, vt ı̄. quando dies leg. ced. l. cum istud. §. fi.
n Contribuetur. Scilicet interim, ut ibi dixi.

s Sic possum vendere ius litis collitigatori, q̃uis dubius aliquo tẽpore. l. fi. & ibi Bart. s̄. de pec. l. pia de. ā. si cer. pet.

Si fundus. CASVS. Titius legaui mihi fundum Titianũ, & viam ad eũ fundum per fundum suum Seianum: & pone quòd dictus fundus Titianus ualebat triginta, & uia ualebat decem, & multa legata alijs reliquit, ita quod legatis exhausit hæreditatem suam ultra

vltra dodrantem, & postea decessit. nunc hæres eius vult detrahere Falcidiam de legatis. dicitur ergo sic, quod si pretium viæ æquiualet Falcidiæ detrahendæ de fundo Titiano, & de via. in hoc casu perit via, & fundus Titianus integer mihi debet dari. & h. d. in primo responso huius legis. Et si quæras extra casum, quare non detrahitur Fal. de fundo Titiano, & de via? Respon. quia si via constitueretur fundo pro parte indiuisa, & via pro parte etiam cōstitueretur, quod esse nō potest: vt ī. e. l. Plautius. in fin. & ī. de serui. l. vt pomum. §. fi. & l. & pro parte. & ī. e. l. j. §. si vsusfructus. Et eodem modo respondeo, si quæras, quare Falc. non detrahitur de solo fundo: quia sic seruitus cōstitueretur fundo pro parte indiuisa: quod esse non potest, vt dictū est, & hāc rationem vocat infra coactam rationem: in 2. respō. dicit: pone quod viā simpliciter mihi legauit dictus testator, nec inuenit soluēdo hæreditas eius. certè nō debet mihi via, prædicta ratione. nā sicut dictū est in primo casu, perire viā exhausta hæreditate legatis, ita dicendum exhausta hæreditate ꝓpter æs alienum perire viam sicut pereunt alia legata. In tertio responso dicit: ponamus, quòd via valet plusquam sit Falcidia, quæ debet detrahi ex fundo & ex via. certè debeo capere fundum insolidum, & totam viam. poterit tamen in hoc casu hæres opponere mihi legatario exceptionem doli, donec soluam ei tantum, quantum erat detrahendum nomine Falcl. ex fundo & ex via. nam tūc intercidit via quando nomine Fal. tantum est detrahendum de fundo & de via, quantum est viæ pretium, vel etiam plus. hic autem via valebat plusquam esset de vtroque detrahendum nomine Falcidiæ. Vi.

[a] P. Flo. quantum.

SI fundus mihi legetur, & via: [a] in Falcidiæ ratione si tantùm sit in via, [b] quāto [c] amplius [c] est in Falcidia, integer fundus capietur: & via peribit. Sed si via legetur, nec soluendo sit hæreditas: non debebitur. [d] Videndum etiam, si fundo, & via legata, minus ex vtroque desideretur: [e] quàm sit viæ pretium. & potest coacta ratione dici, non tantùm fundum [f] solidum capi, sed etiā vt doli exceptio tantum sarciat, [g] quantū deest: ne plus habeat [h] quàm Falcidia desiderat: vt tunc solùm via intercidat, quoties plus Falcidia desiderat, quàm est viæ pretium. [i]

De re, quam hæres subtraxit, Falcidiam detrahere non potest. & id quod ex re legata percipitur, in quartam imputatur, si res erat testatoris: secus si hæredis. Alex.

[a] Et via. Ad eundem fundum per alium fundū testatoris. & fundus xxx. & via x. valet, hæreditas est exhausta, & sic emergit Falc. dic ergo & pretium viæ æquiualet Falc. vtriusq;: & tunc perit via, & fundus integer datur, vt in themate pręmisso. Idem si æs alienum exuberet, quia extinguitur viæ legatum, vt cætera legata. aut via valet plus, & tunc petitur totus fundus, & tota via: sed obijcitur exceptio nisi offeratur in pecunia, quanta est Falc. vtriusque. aut via valet minus quam Falc. & tunc via perit. Sed quare tam extraneus modus inuenit? Respon. non potest statui, ꝙ via præstet insolidū, & Falc. resecetur de fundo: quia sic legatarius haberet duas partes fundi pro indiuiso, hæres tertiam, & ita inciperet seruitus deberi legatario ꝓ parte indiuisa, ꝙ non potest esse: vt ī. de serui. l. vt pomū. §. 1. & l. pro parte. & ī. e. l. Plautius. §. fi. Itē de vtroq; resecari non pōt: qa via est indiuidua: vt ī. eo. l. 1. §. si vsusfructus, & hanc rationem vocat lex coactam. exigit ergo lex ista, vt via potius pereat in primo & vltimo casu legis.

[b] In via. Id est viæ pretio.

[c] Amplius. Quantum ad plus: quia nec plus, nec minus. Acc.

[d] Non debebitur. Scilicet iure communi: quia nec alia legata debentur: vt infra, ad Trebel. l. 1. §. is qui.

[e] Desideret. s. in ratione Falcidiæ.

[f] Fundū. Id est fundum & viam.

[g] Sarciat. Scilicet hęredi.

[h] Habeat. Legatarius: vt ī. de lega. 2. l. cum pater. in principio. Item no. quod de vna re detrahitur Falcidia etiam ex altera: vt infra, eod. l. planè.

[i] Pretium. Scilicet tantum: vt in principio legis.

† Pau. lib. xiiij. Respōso. respondit. XXIIII.

† Aliàs. P. li. responsorum, respondit & lex īcipit Falcidiæ legis &c.

PAulus respondit, Falcidiæ legis rationem (si haberi oporteat) ita habendam, ac si eæ res, quæ ab hærede subtractæ sunt, in hæreditate relictę nō fuissent. [k] Idē rñdit, partus ancillarum [l] ante diē fideicōmissi editos, ad hæredes eius qui rogatus est, pertinere: eosq; in quartā, & quartæ fructus [m] computandos, si de lege Falcidia quæstio intercedat. Idē respondit, fructus ex propria re hæredis, quæ legata est, post diem fideicommissi cedentem perceptos, & si non sint restituendi fideicommissario, [n] hæredi in quartā imputari non solere. [o]

PAulus respondit. CASVS. Hæc lex ponit tres casus. Primus est talis: Hęres Titij, in cuius Titij hæreditate habebat locum lex Falcidia, subtraxit quasdam res de hæreditate. certè perinde habēda est ratio Falcidiæ ac si dictæ res subtractæ non fuissent relictæ in hæreditate. quasi dicat, non detrāheret hæres de eis Falcidiam. Secundus est talis: Instituī mihi hæredē Titiū, & cogaui eum per fideicōmissum, vt duas pone meas ancillas daret, vel restitueret Seio post mortem suam hæredis, & postea decessi. & postea dictus meus heres ante mortem suam habuit partum dictarum ancillarum: & postea decessit dictus meus hæres. nunquid hæres hæredis mei debet restituere dictū partū dicto Seio? Et dicitur quod nō: cōputat tā eum partum sibi in quartā, & quartæ fructus, si habeat locum lex Falc. In tertio casu dicit, Pone ꝙ rē hęredis mei per fideicom. reliqui Seio, & post diem fideicom. cedentē hæres percepit ex dicta re fructus. nunquid tenetur fructus fideicom. restituere? Et dicitur quòd non: sed remanent apud hæredē: & tamen non imputat eos sibi in quartam: quamuis in superiori secundo casu computet, vt ibi dictum est. Vl.

[k] Non fuissent. In præiudicium hæredis vt Falc. non deducat: vt supra, de ijs quib. vt indi. l. referi. & C. de le. l. non est dubium.

[l] Ancillarum. Scilicet hæreditaris.

[m] Et quartæ fructus. Sic ergo partus est fructus. Sed cōtra inst. de re. di. §. in pecudum. So. secundū quid non est fructus, vt ad fructuarium pertineat: sed ad bonæ fidei possessorem sic: vt no. ī. de vsu. l. in pecudum. Item no. ante diem: secus si post diem: quia tūc distinguitur vel suam, vel alienam rem legauit testator: vt no. ī. de vsu. l. equis. & facit ī. eo. l. quod de bonis. §. fructus.

Part⁹ quādoque fructus dicit.

[n] Fideicommissario. Vt & ī. de vsu. l. æquis.

[o] Non solere. Hoc dic: vt C. ad Trebe. l. iubemus. in gl. quæ incipit, quarta &c. circa finem.

Marltus

Maritum suum. CASVS. Titia fecit testamentum, & instituit sibi hæredes maritū suum, & filium eorum communem æquis partibus: & a marito multa quibusdā legauit, ita quod dodrantem partis mariti excessit, & a filio similiter multa legata reliquit quibusdam, non tamen ultra dodrantem partis filij, & postea decessit dicta Titia. vnde hæreditatem suā totā habet maritus, scilicet dimidiam ex sua institutione, & aliam dimidiam ex institutione facta de filio, quæ quidem acquisita est ei marito per filium: ut ī. de acq. hære. l. placet. nunc illi, quibus est legatum a marito, petunt ab eo legata, & nolunt quòd in ratione legis Falc. in legatis eorum ponenda imputet sibi maritus illud, quod ad eum ex dicta hæreditate peruenit per dictum suum filiū, ut sic tanto maiora præstet eis maritus legata a se relicta, nunquid tenet maritus taliter sibi imputare? Et respond. quòd si dictus maritus tantum retineat ex institutione filij solutis legatis a filio relictis, quantum satis sit ad Falcidiam detrahendam de legatis ab eodem marito relictis, nihil est deducendum per ipsum maritum de legatis a se relictis nomine quartæ, siue Falcidiæ. A liberto cui fundum. Titius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Seium, & Sticho liberto suo fundum Titianum legauit, & per fideicommissum rogauit eundem libertum, ut daret omni anno Seiæ 10. Item & multa alia legata reliquit quibusdam alijs, ita quòd habet locum Fal. in testamento suo. unde hæres mortuo testatore detraxit Falc. de fundo liberto legato, & eidem liberto dedit tres partes dicti fundi: ex quibus tribus partib. bene colligi potest tantum omni anno, quantum annuatim libertus debebat præstare Seiæ. nunc quæritur, an ita minuatur annuū fideicommissum Seiæ prædictum, sicut minutus est per l. Falc. fundus liberto relictus? Et dicitur quòd nō, nisi mens testatoris fuerit, ut etiam fideicommissum Seiæ minueretur.

Si portio non grauata accedit grauatæ, iure patria potestatis fit contributio. Bar.

Scæuola libr. iiij. responsorum. XXV.

Maritum suum & filium communem æquis partibus hæredes instituit. a Quæsitū est, an in ratione legis Falcidiæ imputādum sit marito, qood ad eū ex eadem hæreditate p filiū peruenit? Respōdi, si ex institutione filij b tātū retineat, quantum ad Falcidiam satis sit, nihil quartæ nomine deducendum.

Diminuto legato non diminuitur fideicommissum a legatario relictum, si legatum remansit sufficiens ad onus. Bar.

A liberto, cui fundum legauerat, per fideicommissum Seiæ annua decē dedit. Quęsitum est, si lex Falcidia liberti legatum minuerit, an Seiæ quoque annuum fideicōmissum imminutū uideatur, cùm redditus c largiatur annuam præstationē? Respondi secundū ea, quæ proponerētur, nō uideri d minutū, nisi alia mens testatoris probetur.

Idem libro quinto respōsorum. XXVI.

Lineam margaritarum e triginta quinque f legauit, quæ linea apud legatarium fuerat mortis g tempore. Quæro, an ea linea hæredi restitui debeat propter legem Falcidiam? Respondit, posse hęredem consequi, ut ei restituatur: h acsi malit, i posse uindicare partē in ea linea, quæ propter legis falcidię rationem debet remanere. k Quæsitum est, an precium l statuarum falcidiam pati debeat? Respondit, debere.

Conditio in fraudem legis adiecta, pro non adiecta habetur.

Idem libro vj. responsorum. XXVII.

Seius, & Age-

a Instituit. Mulier.

b Filij. Non grauati. & facit ī. eo. l. in ratione. §. quod vulgo. & l. si pupillus. §. si. & sic no. quod fit cōtributio.

c Redditus. Scilicet fundi liberto legati.

d Non uideri. j. eo. l. pœnales. §. fi. cōtra. Sol. speciale hic fauore alimētorū. vel uerius: ibi ex ipso legato liberto relicto fiebat præstatio: hic aliūde. unde ibi minuitur legatum secundum, hic nō: ut ī. de leg. 2. l. cum pater. §. 1. & de leg. 1. l. si mihi Stichus. & de condit. & demonstr. l. Plautius. §. fi. luã nun ob si. j. e. l. Plautius. in fi. quia ibi speciale propter indiuiduitatem.

Lineā margaritarum. CASVS. Titius perforauit 35. margaritas, & posuit eas in quadam linea, puta in vno serto ad portandum in capite, postea Seia uxor sua accepit dictum sertum, & tenebat apud se, & portabat diebus festiuis in capite. postea dictus Titius facit testamentum, & instituit sibi hæredem Caium, & dictā lineam legauit dictæ suæ vxori, & tot alia legata reliquit quibusdam alijs, quod mortuo eo locū habet in hęreditate sua falcid. nunc hæres vult agere contra dictam legatariam interdicto quorum legatorum, ut restituat ei lineam, ut ex ea hæres detrahere possit Falcid. nunquid potest? Et resp. quòd sic. sed & si nolit hæres petere totam lineam prædicto modo, sed uelit ageret uendicatione contra legatariam, & petere tantum illam partem lineæ, quam nomine Falci. de ea detraheret, si esset apud eū: bene potest hoc facere.

Quæsitum. Institui mihi hæredē Titium, & multa legata quibusdam reliqui, ita quod habet locum lex Falci. inter quę legata reliqui unam statuam Titio, & aliam Seio. certè de statuis non detrahitur Falcidia: quia sunt indiuiduæ. sed de pretio earum bene detrahitur. Viuianus.

e Triginta quinque. Quia tot erant. ad quod ī. ad leg. Aquil. l. si seruum. §. si cum maritus. Accur.

f Mortis. Scilicet testatoris.

g Restituatur. interdicto quorum legatorum: ut C. quo. leg. l. 1.

h Si malit. Legataria. imò hæres.

i Remanere. Ipso iure: ut C. eo. l. penul. & j. quorum leg. l. 1. §. si quis. & facit s. eo. l. 1. §. si legatarius. & j. ad Trebel. l. hæres.

k Pretium. Aestimatur ergo statua sicut seruitus: & de æstimatione detrahitur fal. ut C. eo. l. in imponēda. §. 1. non de ipsa statua, cum sit indiuidua, ut s. eo. l. 1. §. si vsusfructus.

Seius, & Agerius. CASVS. Titius fecit testamētum & instituit sibi hæredes Seium, & Agerium suos filios, taliter loquendo, Seius, & Agerius hæredes mihi sunto, si intra tricesimum diem mortis meę reipublicæ nostrę cauerint, contētos se futuros centum pone aureis pro hæreditate mea, & superfluum daturos dictæ reipublicæ omisso beneficio legis falci. in dicto superfluo, quod dabunt reipu. quos inuicē substituo. qui si uoluntati meæ non consenserint. id est, nō cauerint prædi

a Contra hanc glo. est de directo gl. in l. pen. §. filiæ. j. eo. ti. quā solue per gl. in l. si ga. Titio. ī. de le. 2. & huic cō cor. glo. in c. 2. extra dē sep.

e P. Flo. margaritarum.

ĉto modo reipub. exhæredes sunto, & alios mihi hæredes instituo sub eadē cōditione. postea decessit dictus Titius. nūc Seius, & Agerius instituti volunt adire hæreditatē eius, & nolunt parere dictæ conditioni: nūquid possunt? Et videt quod non, cū habeant (ut dictū est) substitutos præscripta eis eadē conditione. dicit tamē, quòd bene possunt hoc facere. & dicta conditio, quæ fuit apposita in fraudē, scilicet ut dicti primi hæredes non detraherent reipu. falcidiam, habetur pro non scripta: & ita malo uelle testatoris detrahunt reipub. falcid. nam & si filius emācipatus leget patri alio hærede instituto, patitur pater legis falc. rationem: nedum dicta respublica. & hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

a Seius. & Agerius. Filij testatoris: qđ patet, quia de exhæredatione dicit, inepta in extraneos: ut J. de uerb. obliga. l. quidam.

b Exhæredes. Subaudi & alios instituo sub eadem conditione.

c Fraudis cām. Id est, causa uitandæ falcid. quod fieri nō potest: ut hic, & S. eod. l. qđ de bonis. §. 1. & §. fi. nisi in casibus: ut S. eo. l. si debitor. & J. eodem. l. quod autem. ibi sub modo: hic uerò sub conditione. Itē no. de fraude legis, uel contra legem: ut S. tit. 1. l. hoc modo. & de condi. inst. l. cōditiones.

d Pater. Filius. Emācipatus.

e Dedit. Id est reliquit.

f Alio hęrede. Cū patre, uel sine patre

g Patitur. Est ergo ut quilibet. sic supra quod cuiusque vniuer. lege, item eorum. in prin. Accursius.

rius a si intra diem tricesimū mortis meę reipublicæ nostræ cauerint, cōtentos se futuros tot aureis, legis falcidiæ beneficio omisso: hæredes mihi sunto: quos inuicē substituo. q si uoluntati meę non consenserit, exhæredes b sunto. Quæsitū est, an hęredes instituti hęreditatē adire possint, si cōditioni parere nolint, cū habeant substitutos eadē cōditione pręscripta? Respondit, Seium, & Agerium primo loco institutos perinde adire posse, ac si ea cōditio, quę fraudis causa c adscripta est, adscripta non esset.

Mætianus lib. j. fideicommis. XXVIII.

PAter quoque in legatis, quæ filius d ei dedit, e alio hærede f instituto legis falcidię rationem patitur. g

Quod hæres habiturus est non iure hæreditatis, non imputatur in Fal. Bar.

Paulus libro ij. fideicommissorum. XXIX.

SI a me tibi fideicommissū, uel legatū est, tuque id post tēpus rogatus sis mihi restituere: nō puto hoc imputādū esse in falcidiā: h quia i incipio postea quasi fideicōmissarius id recipere.

Damna post mortem testatoris contingentia sine culpa legatarii, imputantur hæredi, & commodum, seu lucrum legatariis nō prosunt. Bart.

Mætianus libro viij. fidei commis. XXX.

IN ratione legis falcidiæ mortes seruorum, cęterorumque animaliū furta, rapinæ, incendia, ruinæ, naufragia, uis hostium, prædonum, latronum, debitorum facta peiora nomina, in summa quodcunque damnum (si modò culpa legatarij careat*) hæredi pereunt: quemadmodum ad hæredis lucrum pertinent fructus, k partus ancillarū, & quæ per seruos acquisita sunt, ut stipulatiōes, rerum traditiōnes, legata, hæreditatesve his datæ, cæteræ donationes, item seruitutes quibus liberata prædia ptiosiora fierent, actionesq; acquisitæ, vt furti, l damni, iniuriæ, similesque: quorum nihil in rationem legis falcidiæ cadit.

Qui iussus uendere, uel emere, eatenus computat in legato, quatenus est excessus in re, uel in pretio. Bar.

Vendere autem uel emere iussus. certo pre--

S I a me tibi. CASVS. Titius instituit me hæredem, & a me hærede tibi Seio fideicommissum datum est, uel legatum per dictum Titium, & tu fuisti rogatus per dictū Titium testatorem, ut mihi dictum legatū, uel fideicommissum post pasca restitueres, nūquid ea ratione, quia debes mihi restituere, idē legatum, uel fideicommissum, imputabitur illud mihi in Falcid. ad eā submouendā? Et dicit quod non, sed ad eam inducendam bene imputatur. & sic ex eo detraham tibi falcidiam. & est ratio quare tibi detraho: quia postea cum restituis mihi dictū legatum, uel fideicommissum, incipio id recipere quasi fideicommissarius, & non quasi hæres. Viuia.

h In falcidiam. Vt ob hoc minus detrahatur nomine falcidiæ: quasi dicat in falcidiam submouendam. similis expositio est, licet sit casus diuersus, supra eodem, l. si a seruo.

i Quia. Ratio remotiua: uel dic rō recta: sed tūc subaudi in fine nō ut hæres. & est bōa rō: ut J. eo. l. quod autem. & facit S. ad Velle. l. quamuis. §. si mulier.

IN ratione. CASVS. Titius instituit sibi hęredem Seium, & multa quibusdam legata reliquit, ita quod habet locum lex falci. in hęreditate sua, & decessit dictus Titius. postea antequā hęres suus detraheret rationem legis fal. cum legatarijs, mortui fuerunt sine culpa legatariorum quidam serui hæreditarij non legati alicui, uel etiā alia animalia non legata, uel aliquod aliud damnum euenit hæreditati sine culpa legatariorū, certè hæredi pereunt legata p dicta. ita quòd propter hoc non detrahet maiorem falci. legatarijs. & est ratio quia & si esset aliquid acquisitū hæreditati, nō caderet in rationē legis falcid. scilicet ut propter hoc minor detraheretur falcidia legatarijs. & ponit plura leuia exēpla de damno, & etiam de lucro contingēti hæreditati ante contractam legis falcidiæ rationem.

* P. Fl. careant.

k Fructus. Contra supra eod. l. in l. falcidia. Sol. ut ibi. Item non obst. infra eod. l. qui quadrigenta. §. fi. licet Ioan. aliter intellexit eam. ut ibi no.

l Vt furti. Quod contingit in casibus, ut iacente hęreditate fiat furtum: ut infra de furt. l. hæreditate. vel qđ ibi dicitur, intellige quando post aditam hæreditatem furtum factum est. Item nō ob. infra e. l. cum quo. quia ibi non soluitur: sed secundum istam solues. Item facit Insti. eo. §. quantitas. & §. ex diuerso.

Vendere. CASVS. Instituì mihi hæredem Titium, & iussi ei, quod fundum meum Seianum, qui ualebat

c. uen-

c. venderet pro quinquaginta Caio. vel præcepi ei, quod fundum Caij, qui valebat tantũ quinquaginta, emeret pro c. & multa alia legata a dicto hærede quibusdam alijs reliqui: Ita quod habet me mortuo Falcidia locũ in hereditate mea. tunc detrahit hæres meus rationẽ Falcidiæ cum legatarijs: & quæritur inter eos, quantum videatur legatum dicto Caio in primo, vel in secundo casu: ut sic sciri possint, quantum debeat detrahi eidẽ Caio nomine falcid. Et respon. quòd tantum eo nomine inducetur per hæredem in rationẽ falci. quanto pluris sit dictus fundus quem iussit eum vendere Caio prædicto, si pluris dico ea quãtitate, quã ego testator accipi iussi per hæredẽ nomine pretij à dicto Caio emptore. quo pretio, id est, aliquo pretio per me testatorem statuto. sicut enim supra dixi, statui ego testator pretium quinquaginta in fundo meo, qui valebat c. & voluĩ quod tantum dicta quinquaginta acciperet hæres meus a Caio emptore. & ita superflua quinquaginta uidentur Caio legata. hęc ergo superflua quinquaginta inducentur per hæredem cum alijs legatis in rationem legis falcidiæ. & hoc quando ego testator iussi hæredem vendere minoris quam res valeret. quando autem iussi hæredem meum emere fundum Caij vltra, quam valeret: tunc tantum eo nomine, scilicet falcidiæ inducetur per heredem, quanto minoris sit res, siue fundus quem iussi hæredẽ meum emere a dicto Caio. sit minoris dico ea quantitate, quam ego testator dari iussi per hæredem nomine pretij dicto Caio vẽditori: quo pretio siue aliquo pretio per me testatorẽ statuto. sicut enim supra dixi, statui ego testator pretium centum in fundo Caij qui valebat quinquaginta, & volui quod integra c. daret hæres meus Caio venditori. & ita superflua quinquaginta videntur Caio relicta, siue legata. hæc ergo superflua quinquaginta inducentur per heredem cum alijs legatis in rationẽ legis falc. postea dicit, quòd ei portioni quæ facienda erit legatis deductis, id est, separatis à rei pretio vendẽdę, vel emendæ per hæredẽ meũ, amplius deducetur. id est, in secunda fiet deductio. prima enim deductio. i. separatio facta ẽ in separatione legati à iusto pretio rei vendendæ, vel emendæ per heredem. & bene dico ex parte separata à iusto pretio rei vendendę, vel emẽdę per hæredem fieri deductionẽ nomine falci. & non ex iusto pretio rei prædictæ quippe prorsus intellectum est non capaci id verũ pretium causa nostri qui sumus legatarij: sed deducto. i. separato dicto vero pretio, est intellectum à sapientibus pretium reliquum esse legatum. Vivi.

F. F. in ducetur.

a Quanto pluris. Cum iussus est vendere pro decem emptori, quod valebat viginti. Accur.

b Minoris. Cum iussus est emere pro viginti a venditore volente abijcere rem, quæ valebat decem.

c Sed vt ei. Alias est, sed vt, alias deest vt, & melius. & dic ei portioni legatæ, id est, ab ea portione. Accur.

d Legatis. Id est, ex legatis.

e Facienda. Id est, colligenda.

tio fundum a aliamve quãpiã rem, in legis falcidiæ ratione (cum quãtum sit legatum, requiratur) tantum eo nomine inducet, a quãto pluris, minorisve b sit res ea quantitate, quã quo pretio testator accipi, darive iussit. Sed ut ei c quidem portioni, quæ legatis d deductis facienda e erit, amplius f deducetur. quippe g non nostri h causa capi id pretium, i sed eo deducto reliquũ pretium legatũ esse, prorsus intellectum est.

Casus non liberat debitorem generis generalissimi, sed debitorem speciei sic. Item liberat debitorem generis subalterni illo genere perempto. Barto.

† Diligenter k animadvertendum est, ne quod dicitur, l dãna post mortem testatoris illata ad solum hæredẽ respicere: usquequaque, & sine ulla distinctiõe m recipiatur. Quod enim remota n lege falcidia in toto o iuris foret, hoc idẽ fore in ea parte, quæ lege falcidia cõstitueretur. p Hoc enim attinet, q damna postea facta non deduci, r ne amota s portio legatis, fideive commissis detrahatur. t Verum

† In F. F. Rursus diligenter.

o Aliàs, in totum.

p Aliàs, hunc enim.

f Amplius. Et sic secũda fit deductio. prima enĩ deductio. i. separatio facta ẽ in separatiõe legati a iusto pretio. secunda est in detractione legis Falci. ex legato.

g Quippe. Bene dico ex parte separata a iusto pretio fieri deductionem, & non a iusto pretio: quippe &c.

h Nõ nostri. Scilicet legatarij causa.

i Pretium. Scilicet iustum: sed eo &c.

Diligenter. CASUS. Dictum est s. eadẽ l. in prin. quòd damna post mortẽ testatoris in hæreditate illata ad solum heredem pertinent. ita quòd propter hoc nõ potest detrahere maiorem fal. legatarijs. nũc animaduertendum est diligenter, an illud sine ulla distinctione verũ sit. & certè videtur quòd sic: quia quod iuris foret remota in totũ falc. i. si non haberet locum falci. eo quod haberet quartam non grava tamquam hæres, scilicet ut sit damnum heredis, hoc iuris debet esse in ea parte, quæ lege fals. cõstitueretur legatarijs: vt scilicet hæredi pereat etiam legatariorum portio. hoc autem est dicere omnia damna post mortem testatoris facta non deduci per heredem, ne amota, siue prædicta portio detrahatur legatis, siue fideicommissis. Quamuis autem secundum prædicta sine vlla distinctione videatur esse verum quod dictum est in principio huius legis: tamẽ non est verum, ideò distinguitur hoc modo: aut est legatum in pondere, numero, vel mensura, vel etiã in genere: & tunc verũ est, quod dicitur in principio huius legis: aut in specie. & tũc aut certa, & est legatarij periculũ: & j. e. §. ibi, certis vero &c. aut incerta: & tunc aut certa de certis, aut incerta de incertis. Primo casu si perijt sine culpa hæredis, nihil debetur ex ea legatario etiã quantũ ad æstimationẽ: ut j. e. §. ibi, incertę autẽ &c. & ibi, res tamen &c. Secundo casu nihilominus debetur legatario: quia genus perire nõ potest. & Ideo admissa lege Fal. portio dãda legatario eius quãtitatis sumetur, quæ fuit in bonis testatoris eo tẽpore quo testator decessit. nec ad diminuẽdã eã portionem dãdã legatario quicquã proficient hæredi dãna postea incidentia: vt j. eo. § ibi, si vero argenti &c. Vivia.

k Diligenter. Aliàs §. diligenter, aliàs prorsus.

l Dicitur. Supra, ea. l. in prin.

m Distinctione. Nam distinguitur si legatũ in pondere, numero, vel mẽsura, aut in genere: & obtinẽt prędicta: ut j. ibi, verũ est &c. aut specie: & tunc aut certa, & tunc est legatarijs periculum: ut j. eo. ibi, certis vero. &c. aut incerta: & tunc aut certa ex certis, aut incerta ex incertis: ut j. ibi, incertæ autem &c. Accur.

n Remota. Id est si falcidia locum non habet: quia heres habet quartam &c.

o In toto. Scilicet ut sit damnũ hæredis si est relictũ in genere, si non adeat. Accur.

p Constitueretur. Scilicet legatarijs: ut hæredi pereat etiam legatarij portio.

q Attinet. Scilicet dicere. Accur.

r Non deduci per hæredem.

s Ne amota. Id est, perdita. (hic subiicit.

t Detrahatur. Hoc enĩ fieri non debet, ut in princ. l. &

a Verum est. Scilicet quod dictum est.
b Corporibus. Scilicet relictis.
c Ex ipsis. Scilicet vino, & oleo, & similibus.
d Nihil. Quando totũ perijt, & facit s. de contrahen. emp. l. quod sepe. §. in his. & s. de leg. 1. l. planè. §. 2. & hoc modo intellige s. de leg. 1. l. non amplius. §. 1. Accur.

f Non computantur. Vt j. eo. l. id autem. & l. in quartã.
m Non figura. Sed in uim modi. Accur.
n Restituere. Per venditionem. nam si intelligeres per fideicommissum, iam haberet locum quarta Trebellianicæ. & imputarentur hęc, quę in figura cõditionis acciperetur j. eo. tit. l. in quartam. & facit s. de peti. hære. l. nec ullã. §. quod si quis. & facit s. eod. l. si dignum.

est[a] autem ijs solis, quæ pondere, numero, mensurave cõstant. nec damno postea incidente, ex portione, quæ fieri solet[b] ad æstimationem eorum bonorũ, quæ mortis tempore fuerint, quicquã detrahi. Certis uerò corporib.[b] & his ipsis[c] ita relictis; Pecuniã, quam in illa arca: uinũ, quod in illis dolijs: põdus argẽti, quod in illis horreis habeo: si nõ[*] culpa hæredis deperierũt, uel deteriora sunt facta, proculdubio aut nihil[d] debebitur, aut eorũ quę extabũt, qualia erũt, ea portio debebitur, quæ per legem falcidiam efficiatur ex æstimatione bonorum, quæ mortis testatoris tempore fuerint. Incertæ autem res relictæ distinctionem recipiunt. Nam si ex suis rebus incertam rem testator reliquisset: ueluti, argentum quod elegerit:[e] & omne argentum testatoris interisset sine culpa hæredis: nihil deberetur.[f] Si uerò argenti pondus purè relictum esset:[g] quãmuis omne argentũ testatoris deperisset: admissa lege falcidia portio eius quantitatis sumetur, quæ fuit in bonis eo tẽpore, quo testator decessit. nec ad imminuẽdã eam quicquam damna postea incidentia proficiẽt:[h] res tamen,[i] quæ interierint, pro nulla parte, ac ne æstimatio quidẽ debebitur: nõ magis quã si omnes res per speciẽ enumeratæ relictæ essent.

Licet datum causa conditionis implendæ in falcidiam non imputetur, tamen datum ut pretium imputatur. Bart.

Tametsi ante[*] legis falcidiæ rationẽ,[k] quæ cõditionis implendæ causa hæredi sunt data, in quartam non computantur:[l] tamen id, quod nõ figura[m] conditionis accipere iussus est ab eo cui hæreditatem restituere[n] rogat' est, Celso, & Iuliano nostro placuit computari: quemadmodum si ea summa hæres uendere eas res iussus esset, quia non conditionis implendę cã: sed quodammodo pretio inferre iussi sunt. Quo loco amplius quæsitum est: an fideicommissarius quoque inuitus cogatur dare eam summã, & recipere hæreditatem, quasi & ipsius fideicommissum[o] esset. Sed id uerisimile nõ est,[p] cum talis oratio magis ipsius causa, quàm cõtra ipsum posita uideatur.

Legata, quæ non ualent, non ueniunt in computatione legis falcidiæ. Bart.

Cum lex falcidia in-

e Elegerit. Puta vnũ ex ipsis scyphis luis, quem elegerit.
f Nihil deberetur. Sic s. de contrahen. emp. l. si in emptiõe. §. penul.
g Relictum esset. Puta marcam, uel unum scyphum duarum marcarum, cũ nullum haberet.
h Proficiẽt. Quod ergo in genere debetur, nõ potest[†] perire. sic C. si certũ peta. l. incendium.
i Res tamen. In specie relictę, vel uerius quando incerta ex incertis, ut supra eo. §. certis verò. & §. incertæ.

Tametsi ante. CASVS. Damnaui hæredem meum, ut restitueret hæreditatẽ meam Titio, & rogaui eundem Titium quòd daret c. hæredi meo. nunquid hęres meus computabit sibi in quartam Terbellianicam Titio de hæreditate detrahendam illa c. quæ Titius dat ei? Et dicitur quòd sic: sicut computaret, si damnassem eum ut venderet hæreditatem meam Titio pro c. quia in his duobus casibus non conditionis implendę causa sunt iussi inferre c. hæredi fideicommissarius, & emptor, sed quodammodo pro pretio hæreditatis: si autem conditionis implendę causa essent iussi dare hæredi c. non computarentur illa c. in quartam. Sed nunquid fideicommissarius, de quo primo dixi, cogetur inuitus dare dicta c. hæredi, & ab eo recipere hæreditatem, quasi & ipsi a fideicommissarij fideicommissum esset, ut daret hære di c. Et dicitur quòd non cogitur. nam talis oratio testatoris, qui dixit, quod fideicommissarius daret hæredi c. & acciperet hæreditatem, magis uidetur posita causa ipsius fideicommissarij, quam contra ipsum. Viuianus.

k Rationem. Subaudi per.

o Et ipsius fideicommissum. Quasi dicat, de hoc pretio dando sit ipse rogatus.
p Non est. Imò videtur contra: ut s. de leg. 3. l. 1. §. cum esset. Sol. ibi gratia vtriusque fuit relictum: ut s. de liber. lega. l. si is qui duos, & j. de fideicommis. lib. l. sed si alienare. uel dic quòd ibi uterque talis erat, qui onerari a testatore poterat: quia uterque erat institutus hęres: at hic qui iussus erat dare pecuniam, non erat institutus: nec aliquid ei relictum: unde non poterat onerari. & facit C. de lega. & conti it. l. quod fauore. & supra si quis omis. cau. testa. l. si quis sub conditione.

Cũ lex Falcidia. CASVS. Titius instituit me hæredem, & mihi ipsi legauit centum, uel seruo meo legauit cẽtum & multa alia legata quibusdam reliquit ita quod habet locũ lex Falcid. nunquid uenit in contributione illud, quod mihi, uel seruo meo est legatũ, ut propter hoc maiorẽ Fal. detrahã alijs legatarijs? Et dicitur quod non. nõ enim valent dicta legata: & ideo de hæreditate nõ detrahuntur. secus autẽ esset in his, quæ legasset testator seruo meo in diem certã. l. expressam, incertã tamen, ut si nauis ex Asia venerit: uel si Imperator Bononiam venerit (quod Deus auertat) nam eo casu, si dies libertatis dicti mei serui cœpit cedere tempore existentis conditionis legati eidẽ seruo meo per testatorem relicti, debebuntur legata, siue debebitur legatum prædictum seruo meo relictũ ei quondam meo seruo, nunc liberto facto. & ueniunt dicta legata seruo meo relicta in contributionem legis Falcidiæ, ut sic aliorum legatariorum legata minuant. Sicut autem

† Solet, nõ est in P. F.

* Genus perire nõ põt. & ꝓpriè dicitur affinitatis, non cõsanguinitatis, in text. & glo. in §. hactenus. Institu. de gra. aff. & in c. nõ debet. de cõsangui. & affi.

* P. Fl. si nõ culpa. Alibi, si sine culpa.

* In P. F. Tãetsi autem legis Falcidiæ ratione, quæ conditionis &c.

autem in primo casu huius §. non venit in cōtributionem legis falcidiæ legatū mihi uel seruo meo a testatore relictum, ut propter hoc detraham, ego hæres maiorem falcidiam alijs legatarijs, ut dictum est: ita nec cedunt in cōputationem eiusdem legis falcidiæ ea, quæ testator meus prædictus inutiliter seruis suis sine libertate reliquit: quia & illa legata non valēt: nec ēt ea, quæ per fideicommissum non possunt relinqui, ut est campus Martius. Viuia.

peruenit: non ueniunt in contributionem, quæ ipsi hæredi a semetipso, [a] uel seruo [b] eius legata fideive commissa sunt. Alia cā est eorum, quæ in diē certam [c] dantur. Nā si libertatis [d] dies cœperit cedere: ei [e] debebuntur, [f] & in contributionem [g] ueniunt. Ac ne ea quidem, quæ quis seruis suis [h] inutiliter sine libertate legauit, fideive cōmisit, in cōputationē eius legis cedūt. Res, quas [†] neq; per fideicommissum relinqui posse certum est; [i] in legis Falcidiæ computationem non ueniunt.

a Semetipso. Hoc enim non ualet, ut ff. de leg. 1. l. legatū. §. 1.

b Vel eius seruo. A se domino instituto, scilicet data sunt eius seruo. nam nec hoc valet relictum purè. sed si in diem incertum, vel sub cōditione, poterit debeci, si tunc erit liber. ut Inst. de leg. §. an seruo. & hic subijcit.

c Certā. Idest, expressam. incerta est tamen: ut si nauis ex Asia uenerit: uel si Imperator uenerit. alias si certa, tunc cederet a die mortis, sicut si esset purum: ut C. de cad. tollen. §. 1.

d Libertatis. Fuit relicta libertas, & legatum est sub conditione, uel in diem incertum.

e Ei. Scilicet seruo.

f Debebuntur. Legata ei relicta.

g Et in contributionem. Scilicet legata, & non libertas: quia non minuitur per falcidiam: ut ff. de inoffic. test. l. Papinianus. §. quoniam autem.

h Suis. Nec hæc ualent: ut C. de legat. l. seruis. & facit ff. de leg. 1. l. quæ situm. §. 1. & j. prox. §.

i Certum est. Vt fundum Albanum, & similia: ut ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. fi. & l. seq. & ff. eo. l. non est. & l. seq. & ff. eo. l. in ratione. 1. respon. in princ.

† A contrario q possunt legari, possunt in Falcidia computari. qd limita in legato debiti, qd quāuis iure legati ualeat, ut l. si creditori. ff. de leg. 1. non tamen detrahitur Falcid. nisi appareat liquidè de debito. Bart. sing. in l. q uxori. in prin. ff. de au. & arg. leg.

Pompo. libr. ij. fideicommissorum. XXXI.

Is cui fideicommissum soluitur, sicut is, cui legatum [k] est, satisdare debet, quod amplius ceperit: quam per legem Falcidiam ei licuerit, [l] reddi: ueluti cùm propter conditionem aliorum fideicommissorum, uel legatorum, legis Falcidiæ causa pendebit: [m] Sed & (secundum Cassij, & ueterum opinionem:) si a pupillo [n] fideicommissa [o] capiantur: propter ea, quæ a substituto erunt relicta: cauere debebit is cui soluitur. Nam quamuis repetitio [p] fit eorum, quæ fideicommissi nomine non debita soluentur: tamen satisdato cautum debet esse ei, a quo pecunia proficisceretur: ne dānum sentiat deficiente [q] eo, cui solutum erit.

Is cui fideicommissum. CASVS. Institui mihi Titium hæredem, & legaui Seio centū pure, & multa alia legata quibusdam alijs reliqui sub conditione, ita qd si cōditio existeret, haberet locum falcidia. & decessi. nunc pēdēte cōditione dictorū legatorū petit Seius legatum, siue fideicommissum suum purū. certè nō debet hæres aliter ei soluere, nisi ipse caueat eidem hæredi cū sua satisdatione de restituēdo ei, quod amplius inueniretur cepisse tēpore existētis conditionis aliorum legatorum, quam per legē falcidiā ei licuerit capere. Et idem est in isto alio casu. Institui mihi pupillum filium meum hæredem, & ab eo reliqui legatum Seio: & substitui dicto pupillo Caiū: & multa legata reliqui a substituto, & decessi, certè non aliter soluet pupillus legatum Seio, quam si Seius ei caueat prædicto modo. & hoc propter ea legata, quæ a substituto impuberis sunt relicta. & ponit bonam rationē in litera, quare in duobus casibus debeat satisdari. Viui.

k Legatū. Nā exequata sunt per omnia: ut de le. 1. l. 1.

l Licuerit. Scilicet accipere.

m Pendebit. Quod contingit: ut j. eo. l. in quantitate. §. sed & legata sed & uidetur non totum solui purum: ut j. eo. l. si propter ea. contra. ... ibi.

n Si a pupillo. Instituto, & similiter grauato legatis. & ei dato substituto, & grauato similiter legatis.

o Fideicommissa. Integra. quia legata ab eo relicta non excedebant dodrantē.

p Repetitio. Per condictionem indebiti. ut C. eo. l. enot.

q Deficiente. Propter defectum facultatum. ad quod infra ti. 1. l. 1. §. hæc stipulatio. & facit. j. e. l. is qui, circa prin. & ff. e. l. 1. §. interdum. & l. in ratione. §. quæ situm.

Actiones in hæredes transitoriæ pœnales, uel non: etiam si a persona hæredis incipiunt, ex parte actoris augmentum, & ex parte rei diminutionem patrimonii inducunt: secus si ad hæredem, uel contra hæredē nō transeunt. B.

Marcianus libr. ix. fideicommiss. XXXII.

Pœnales actiones, [...]

Pœnales. CASVS. Titius, cui surrepta est res sua per furtum manifestum, uel non manifestum per Seium latronem, fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Caiū: & multa legata quibusdam reliquit, ita quod eo mortuo habet locum falci. in testamento suo. nunquid dictæ pœnales actiones, quas habet idem Titius contra Seium: computantur in bonis eiusdem Titij, ut sic Caius hæres eius minorem detrahat legatarijs falci. Et dicitur quod sic quamuis morte rei, scilicet Seij prædicti, possint intercidere. Secus autem esset in popularibus actionibus, quas intendere posset dictus Titius. nam illæ non sunt in bonis alicuius ante litem contestatam. Sed quid si ponas dictum Seium latronem decessisse, & tractari in bonis suis de lege falcid. nunquid eædem actiones pœnales contra eum competentes videntur aliquid de bonis eius detrahere, ut sic hæres suus maiorem detrahat legatarijs falcidiam. Et dico quod nō. ea enim demum obligatio rei bona diminutionē præstat, quæ in hæredem transit. dictæ autem actiones nō transeunt in hæredes nisi lite contestata, uel nisi peruenit ad hæredes ex eis lucrum. Sed opponitur, nonne viuēte ipso Seio latrone tanto minus uidebatur esse in bonis suis, quātū erat adstrictus p dictas actiones? certè sic. ergo eo mortuo idem deberet esse. sed certè hoc non obstat. quia nō solum in hoc casu augentur bona per mortē rei, sed etiā in isto alio. Pone qd stipulatus esset dictus reus a Sempronio decē cū ipse reus moreretur. certè mortuo reo augentur bona eius, & non ante. nam & ipse reus promisisset 10. Sēpronio cū ipse reus moreretur: defuncto eo reo minuerent bona eius, & nō ante. Quid de actione iniuriarum Titio competente? nūquid defuncto eo Titio in eius bonis computabitur? Et certè non: quia & ipsa actio iniuriarum simul cum eo Titio intercidit, sicut

sive legitimæ [a] sive honorariæ, [b] exceptis popularibus, [c] in bonis actoris non ideo minus cō putādæ sunt, quia morte reorū [d] intercidere possunt. Econtrario aūt eędē actiōes nihil in bonis rei defuncto eo detrahunt. [e] Sed nec in actoris quidē bonis, defuncto eo, iniuriarū actio poterit cōputari: [f] quia & ipsa simul cū eo intercidit: uti usufructus, & id, quod ī dies, menses, annosve singulos alicui, quoad uiuat, debetur. [g] Etenim ea demū obligatio, rei bonis [h] deminutionem præstat, quę in hæredem trāsit. [i] Nec cōtrariū ęst, quod uiuēte reo, eo minus in bonis eius intelligebatur. Nam & si ita stipulatus esset, ut cùm moreretur, deberi ei incipere: tamen augerentur bona eius: quemadmodum si ipse sub eadem conditione promisisset, defuncto eo, minuerentur. [k] Honorarię quoque actiones, quæ intra certum tempus [l] [m] a prætore permittuntur, cùm bonis actoris, defuncto eo, augmentum rei, [n] decessionemve (si tales erūt, ut in hæredem quoque transeant) pręstabūt.

Stipulatio interposita ab uno ex hæredibus ad alios non porrigitur. Item si pœna committitur ex stipulatione prætoria facta nomine hæredis, contra ipsum solùm committitur, nō contra alios. Bar. & Alex.

Iulianus scribit, si vtriusque hæredis pars ex-

sicut interdicit eū eo ususfructus, quē habet in fundo alterius: & sicut intercidit cum eo id, quod in dies singulos debetur ei, donec uiuat, uel in menses, uel in annos singulos. Honorariæ quoq; siue prætoriæ actiōes pœnales quæ permittuntur a prætore actori intra annū est bonis actoris defuncto eo actore augmētum rei siue bonorum dicti actoris præstabunt. s. si mortu' est actor: & de falcidia in bonis suis tractatur: & dictę honorarię actiones in bonis rei defuncto eo reo decessionem, id est, diminutionē præstabūt, scilicet si tales erūt dictæ actiones, vt in hæredē quoq; transeant: ut quia lis sit contestata cum defuncto reo: uel aliquid ex eis puenit ad hæredem. Vi.

[a] Legitimę. Vt furti non manifesti: ut Inst. de noxa. act.

[b] Honorariæ. Vt furti manifesti: vt Instit. de perpe. & tēp. act. § furti.

[c] Popularib. Istæ nō sunt in bonis nostris, nisi lite conte. ut infra de pop. act. l. populares. & ĵ. de uer. signi. l. si cui.

[d] Reorum. Aliàs reorum. & aliàs eorum. s reorū. Et no. quòd actio ex delicto datur hæredibus: sed non in hæredes regulariter: ut hic, & infra proxi. respon. & Inst. de perpe. & temp. act. §. 1. Accur.

[e] Detrahunt. Scilicet quādo lis non est cōtestata. & quando nil ad hæredes peruenit. nı ĵ. ibi, etenim &c.

[f] Poterit computari. Ante litē contestatam: ut ĵ. de iniur. l. iniuriarū. & est in hoc speciale, ut non transeat ad hæredem: Insti. de perpe. & temp. act. §. excepta.

[g] Debetur. Vt & ī. de usufruc. leg. l. patrimonij. & de eadim. l. legatum.

[h] Rei bonis. Rei, scilicet defuncti. nam in viuētis bonis sine dubio minuit, ut subijcit.

[i] Transit. Vt sunt ex contractu, uel quasi. Itē ex maleficio, uel quasi lite contestata: uel si aliquid peruenit ad hæredem, ut C. ex deli. defunct. l. 1.

[k] Minuerent. Scilicet bona eius. nā licet actio ab hærede & contra hæredem incipere non possit, tamen ex contractu defuncti huius fit. & ideo bonis eius additur & diminuitur. Accur.

[l] Certum tempus. Vt intra annum: quales sunt oēs pœnales: sed rei persecutoriæ sunt perpetuæ: ut ī. de act. & oblig. l. in honorarijs, [*] Accur.

[m] Rei. Dic ve, pro &: & repete honorariæ actiones &c. & decessionem, id est, diminutionem, & quod subijcit, si tales &c. ut quia sit lis cōtestata, uel aliqd peruenit ad hęredē. Et no. ex præmissis, quod plus fingitur in bonis esse, & minus quā sit. uel plus dici in bonis quam in hæreditate, & econtra. Item facit ī. titu. 1. l. Pisutius. § 1. Accur.

Iulianus scribit, C. 1575. Instituti mihi hæredē Titium in octo uncijs hæreditatis meæ, & Seium in quatuor, & vtriusq; partem exhausi legatis. legaui enim communiter ab ambobus ultra dodrantē totius hæreditatis ita quod non remanebat eis quarta: inter quæ legata erant quædam conditionalia, ita quòd pendēte eorum conditione legatorum erat incertum vtrū habeat locum lex falcidia, uel non. postea me mortuo dicti mei hæredes soluerunt legata illis, quibus purè erat legatum. Seius autem qui erat vnus de hæredib. meis, & erat institut' in quatuor uncijs, fuit ita stipulatus a legatarijs prædictis tempore solutionis: quod amplius ceperit is, quam per legem falcidiam appaiuerit postea uobis deberi, reddetis: & recepit fideiussores super hoc. quæ cautio est prætoria, id est, a prætore introducta: ut ī. eod. l. ia cui. & ĵ. tit. 1. l. 1. pcedēte postea tēpore extitit conditio legatorum prædictorū sub conditione relictorum, & ita nunc apparet, quod hēt locum lex falcidia. & sic est commissa dicta stipulatio prætoria. nunc quæritur, utrum prædictus Seius stipulator habeat actionem contra dictos legatarios a quibus stipulatus est æqualiter, id est, pro parte sua, & pro parte cohæredis sui in octo uncijs instituti, an uero pro modo, quem patit sua pars hęreditatis? Et dicitur quod pro modo suæ partis & non æqualiter habet actionem ex dicta stipulatione. nam & rationem legis falcidiæ habet pro modo, quem patitur sua pars hæreditatis, & non æqualiter. crederet enim aliquis quod habet actionē pro sua parte, & cohæredis: quia cum aliquis stipulatur simpliciter, licet sit ibi commodum alterius, tota tamen acquiritur stipulanti actio, & pro toto: ut infra de acquir. posses. l. possessio. §. si. Item fortè crederet aliquis quod dictus stipulator haberet actionem æqualiter, id est, pro dimidia: sed non est uerum: imò tantum pro modo quem potest portare sua pars hæreditatis, quæ fuit testator dixi. natura enim prætoriarum stipulationum est talis, ut si sint diuiduæ, diuidantur earum commoda, & incommoda, & uni ex pluribus acquirantur, uel contra unum. Vnde pone, quod fui stipulatus ab aliquo iudicatum solui, quæ est prætoria: & continet tria, scilicet de re iudicata soluenda, & de cā defendenda: & ut absit dolus malus, ut infra iudicatum solu. l. iudicatum solu. & postea lite pendente decessi pluribus hæredibus institutis, puta quatuor. & duo de hæredibus meis uicerunt in causa quam inceperam: & alij duo succubuerunt. certè illis solis duobus meis hæredibus institutis, qui vicerunt, datur actio ex dicta mea stipulatione iudicatum solui, & non alijs duobus, qui succubuerunt. Item & si ille, qui promisit mihi iudicatum solui, pendente lite decessit quatuor hæredibus institutis, & alij duo de hæredib. suis fuerunt a me absoluti, & alij duo fuerunt mihi condemnati: illi duo qui fuerunt mihi condemnati, tenentur ex illa

[*] In P. P. a prætore promittuntur.

[*] Et per Mandos. inter casus Annales, col. penul.

ex illa stipulatione, & alij nō. & hæc quantū ad unam clausulam dictæ stipulationis iudicatum solui, id est, quod sonat uerbum dictæ stipulationis. & idem est quā tum ad aliam clausulam dictæ stipulationis, scilicet de causa defenenda. nam si ego, qui fui stipulatus iudicatum solui, decessi quatuor hæredibus institutis pendente lite propter quam erat interposita stipulatio prædicta, & dictus meus promissor decessit quatuor similiter hæredib. relictis, postea duo de hæredibus promissoris bene defenderunt. certè illi hæredes promissoris, qui non defenderunt, tenentur ex stipulatione hæredibus meis: & alij, qui defenderunt non tenentur. & econtra si omnes hæredes promissoris bene defenderunt causam aduersus duos de hæredibus meis, & aduersus alios duos non tenentur illis meis hæredibus, aduersus quos non defenderunt, & non illis, aduersus quos defenderunt. & hoc vult dicere litera huius §. ut mihi uidetur. Viuia.

a Prætoriā. De qua dicitur ĩ.ti. 1.l.1.A.

hausta sit legatis, & alter ex hæredibus cautionem prætoriam [a] acceperit a legatarijs: non æqualiter, sed pro suo modo [b]: legis Falcidiæ rationē, & actionem ex stipulatu [c] habiturum. Omnes enim prætorias stipulationes eiusdē interpretationis [d] esse. Nam constare, ex iudicatum solui [e] stipulatione (siue à parte actoris, siue à parte rei plures hæredes extitissent) [f] nō omnibus, nec aduersus omnes, actionem contingere: sed duntaxat ijs, qui uicissent [g] & aduersus uictos: ijsq;, aduersus quos res defensa non esset, aduersus eos, qui rem non defendissent. Annua bima trima [h] die aureis centenis legatis ex omnibus [i] summis nō tantum ex posterioribus portionē legis Falcidiæ detrahi placuit.

Pars legata a legatario caetenus minuitur, quatenus sibi diminutum est legatum: secus si in totum rogatus sit restituere, uel seruum manumittere. Bar. Vide l.ii.3. in fi. supra eod.

Si Titio [k] uiginti [l] legatis portio per legem falcidiam detracta esset, cum ipse quoque [*] quindecim Seio rogatus esset restituere: Vindius noster tantum Seio pro portione ex xv. detrahendum ait, quantum Titio ex xx. detractum esset. Quæ sententia & æquitatem, & rationem magis [m] habet: quia exemplo [n] hæredis legatarius ad fideicommissa præstanda obligabitur. nec quia ex [o] sua persona legatarius inducere legem Falcidiam ...

b Pro suo modo. Id est pro parte sua, non pro alterius: cum singulariter imponatur ratio legis falc. ut infra eod. l. in singulis.

c Ex stipulatu. Id est, ex stipulatione certi condictionem. sic C. de pact. l. si pacto. & dic statim agi, si locū habet ab initio falcidia: alioquin post agetur, cum cœperit habere locum: ut ĩ. e. l. lex falcidia.

d Interpretationis. Vt diuidantur eorum cōmoda, & incommoda. si modo sint diuidua. alias secus: ut ĩ. de ver. obli. l. 2. & l. 4. §. Cato. nec obst. quoniam ubi pœna adiecta est in stipulatione, licet stipulatio cōtineat diuiduum, puta pecuniæ dationem: aduersus oēs committitur, & insolidum propter vnum nō dantem: quia distinctio diuidui, & indiuidui ad factū, non ad dationē pertinet: ut ĩ. de verb. obli. l. 5. §. fi. & facit s. famil. ercisc. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. & §. si quis. & s. hæredes. § an ea. & ĩ. rem ra. habe. l. si procurator.

e Iudicatum solui. Quæ tria continet: ut ĩ. iudi. sol. l. iudicatum solui. Accur.

f Extitissent. Stipulatione, & lite pendente.

g Vicissent. Per hoc apparet: quod dicit de clausula, quod sonat verbum. item, quod subijcit defensa nō esset, dicit de alia clausula in defendēdo. recipiunt enim diuisionem ex vtraq; parte.

Annua bima. CASVS. Titius instituit sibi Seium hæredem. & multa legata ab eo quibusdā reliquit, inter quæ legauit Caio primo anno post mortē suam testatoris centum aureos. & secundo anno alios centū aureos, & tertio alios centum, & ita trecentos aureos legauit dicto Caio. & postea decessit testator. eo mortuo apparet locum esse legi Falcidiæ. certè ex omnib. dictis summis debet statim detrahi Falcidia, non autē detrahitur tantum ex posterioribus summis, siue ex posteriori summa, ut quidā credebant. & hoc dicit hic §. si autem nunc non esset certū locū habere legem Fal. soluerunt prima legata integra exacta a legatarijs per hæredem cautione ut ĩ. proxi. §. & ĩ. eod. l. lex falcid. Viuianus.

h Annua bima trima. Id est, in diebus tertij anni: ut ĩ. de pac do. l. aliud. Azo.

i Ex omnib. Cum certū est statim habere locū falcidiam, alias soluentur prima integrè exacta cautione: ut ĩ. eod. l. lex Falci. & ĩ. tit. 1. l. nisi, in fin. §. si in plures. & §. quoties.

k Si Titio. Dominus Azo dicit, quod in litera debet esse triginta. Et ponit sic casum: quod Titio triginta fuerūt legata: & rogatus fuit ex istis triginta restituere quindecim Seio, & ita medietatē. deinde propter falcidiam diminutum est legatū in sex, & sic remanēt uiginti quatuor in legato. nūquid solida quindecim restituentur fideicōmissario? certè nō: sed de his quæ supersunt, præstabit medietatē. in 12. & hoc ex coniectura uoluntatis. uoluit enim quod una medietas resideret penes legatarium, cū ipsum de 15. tantum præstandis rogaret. vnde de his quę supersunt præstabit medietatem fideicōmissario. Alij ut H. colligunt hic quod legatarius vnius rei detrahit falcidiam de legato speciali, & mutant hic literam: ut habeant viginti. & ita casum ponunt, quidam legauit viginti, & rogauit eum, ut Seio 15 restitueret: diminutum est legatum 20. per falcidiam in 5. sic remanent 15. nunquid ergo solida 15 restituet legatarius fideicōmissario? certè non: imò quia hæres detrahit de legato quartam, & legatarius de 15. quæ supersunt, quartam detrahet. & reliquum fideicommissario præstabit. prima verior. ut non iure falcidiæ, sed propter præsumptam voluntatem detrahat legatarius: ut dixi. & secundum istam literam. s. 20. posset poni, ut prius quasi quartam voluerit remanere apud legatarium. & pro hoc quòd legatarius specialis non detrahat falcidiam, ĩ. eo. l. lex falcidia si interuenit. § nunquam. & ĩ. tit. 2. l. ex asse, & no. C. cōis de leg. l. 1. Item not. quod alia litera habet ibi 5. cum ipse quoque &c. & est bona, si bene stabit in prin. 20. & est casus. Legauit quis Titio 20. & rogauit eum ut 5. præstaret Seio: & sic quartā legati: deinde minutum est legatū de 20. in quinq; per falcidiā. nūquid ergo solida quinq; præstabit legatarius de 15. Rū. non, imò quarta eius quod superest. s. quartam 15.

l Viginti. Aliàs triginta. secundum Azo.

m Magis. Electiue. & dic quam contrarium.

n Exemplo. Gaudet Bul. sed dic quod nō est per omnia idem quia est idem quoad detrahēdam: sed nō quoad ius, per quod detrahitur: cum alter iure falcidiæ, alter ex coniectura voluntatis. Accur.

o Nec quia ex. irascitur Bul. sed dicitur ex sua persona, quan-

Casum ponit.

* Io P. F. quinque, & paulo post ubi quidecim hic legit.

cidiam non possit, idcirco quòd passus esset; non imputaturum: nisi fortè testator ita fidei eius commisisset, ut totum quicquid ex testamento cepisset, restitueret. [a] Si autem manumittere uel seruum suum, uel alienum rogatus sit: omnimodo [b] præstare debebit libertatem. Nec hoc contrarium est superiori: quia fauor libertatis sæpe & alias benigniores sententias exprimit. [c]

Legatum libertatis, uel serui ut manumittatur, non defalcatur, nisi cum alia res defalcabilis sit legata. legatum uero pecuniæ ut seruus manumittatur, non defalcatur, si per hoc manumissio impeditur. alias secus. h. d. cũ tribus ll. seq. Barto.

Paulus libro iij. fideicommissorum. XXXIII.

SI seruus tibi legatus sit, eumq; rogatus sis manumittere, nec præterea capias [d] unde quartam, quæ per Falcidiam retinetur, [e] recipere [f] possis: senatus cẽsuit cessare falcidiam.

Marcellus. XXXIIII.

IVlianus notat, [g] In testatoris seruo [h] nõ erit falcidiæ locus. Si uerò pecuniã, aliudve quid legauerit, fideiq; legatarij commiserit, ut alienum [i] seruum, uel legatarij manumitteret, locus erit. [k]

Vlpianus libro vj. disputationum. XXXV.

PLanè si qd sit præterea legatum ipsi seruo, [l] falcidiæ locum fore senatus declarauit. Vnde Scæuola ait: in eo, qd præterea seruo legatum sit, ita falcidiam admittendam, ut inde [m] & qd pro seruo præstãdum est, sumatur. [n]

Paulus libr. iij. fideicommissorum. XXXVI.

---

at, quando non est grauatus. Sed tu dic, qđ nullo modo iure Falcidiæ, sed propter æquitatẽ. & no. quod habet per alium, quod per se nõ potest: ut s. quæ res pig. oblig. pos. l. Aristo. sic ergo pater minui fideicommissum p hoc, quod minuitur legatum. Sed contra supra e. l. maritum. §. 1. & s. de ann. le. l. liberto. §. 1. ubi non minuitur fideicommissum, licet minuatur legatum per Falcidiam. Sol. refert, an ex eodem legato relinquatur fideicommissum: ut hic, an extrinsecus, ut ibi. & probatur s. de leg. 2. l. cum pater §. 1. quę uidetur contra. Et eodem modo soluetur s. ti. 2. l. Plautius. & facit j. titu. 1. l. Luideamus. & s. de leg. 2. l. si mihi Stichus.

[a] Restitueret. Non præcepit non detrahi Falcidiam, sed illud, quod ex tacita uoluntate poterat retinere propter falcidiam sibi detractã. & sic non est contra s. eod. l. quod de bonis. § 1.

[b] Omnimodo. Quãdo suum constat, etiam si falcidiam patiatur: ut infra de fideicom. liber. l. generaliter. §. si quis alienum. in alienũ autẽ ita demum, si remanet, vnde, posset emi. ut infra eodem, l. sed si non seruus. sed certè imò potius falcidia inde non detrahitur: ut infra de fideicommiss. liber. l. decem in fine.

[c] Exprimit. Vt j. de re iudi. l. inter pares.

SI seruus tibi. CASVS. Titius testator legauit tibi Stichum seruum suum, & rogauit te, quòd eũ manumitteres: & nihil aliud tibi legauit, & decessit. nunc apparet locum esse Falcidiæ in testamẽto suo propter multa alia legata, quæ reliquit. nunquid poteris tu legatarius recipere, siue detrahere Falcid. ex hoc seruo, ut eũ des hæredi? Et dicitur quòd nõ. & hoc censuit senatus, & Iulianus dixit idẽ. & hoc dicit in hac l. & sequẽti usq; ad §. si uerò pecuniã. Si autẽ aliqd legauit testator dicto suo seruo, quem tibi legauerat, ut manumitteres, puta 10. declarauit senatus, & etiã Scæuola, ut eũ dictis 10. seruo legatis detrahatur Falcidia & pro seruo, & pro ipsis x. & idẽ si nõ legauit testator seruo, quẽ tibi legauit, ut manumitteres: sed legauit tibi etiã x. nam & hoc casu ne libertas impediatur, quarta, quę debet detrahi de x. & de seruo, detrahetur de x. & licet non fuerit tibi legatum aliquid præter seruũ, totus seruus possit per te uendicari ab hærede, ut des ei libertatem, ita quod hæredi non remaneat Falcid. & hoc dicit in tota l. plane si quid &c. & l. sed si non seruus. §. si solus. usque ad §. si incertum. Et hæc omnia in seruo testatoris locũ habent. si autẽ testator legauit tibi pecuniam, uel aliquid aliud: & rogauit te, ut seruum tuũ manumitteres, locus erit Falcidiæ: sicque Falcidiam patieris in dicto legato, & nihilominus cogeris manumittere seruum tuum: quia accipiendo legatum defalcatum, tanti uideris æstimasse dictũ tuum seruum. Si autem alienus erat dictus seruus, quem rogatus fuisti manumittere, legata tibi pecunia, uel aliquo alio, locus erit similiter Falcidiæ in dicta pecunia tibi legata, si seruus possit redimi per te deducta Falcidia de dicta pecunia: aliòqui non debes cogi plus impendere ad redimendum eum, quam accepisti ex legato pecuniæ defalcato. & sic tunc melius est dicere, quod non sit locus falcidiæ, fauore libertatis. & hoc dicit in l. Iulianus. §. si uerò pecuniam. & l. sed si non seruus. vsque ad §. sin uerò hæres. & hęc omnia locum habent, quãdo tu legatarius fuisti rogatus de manumittendo. si autem hæres rogatus sit manumittere seruum alienum, pretium dicti serui deducitur ut æs alienum de hæreditate, ita quod de eo non detrahitur Falcidia, si detracta de eo pretio falcidia non potest redimi seruus. Viuianus.

[d] Capias. Scilicet aliquid aliud præter seruum.

[e] Retinetur. Id est quam retinere vult hæres de seruo legato. Viuia.

[f] Recipere. Et dic recipere, id est, accipere, & dare hæredi. nam nihil aliud est tibi legatum præter seruũ. ad quod infra, eodem l. planè. & l. sequen. §. si solus. & sunt hæc fauore libertatis. ad quod j. l. prox. & s. l. proxi. in fine.

[g] IVlianus notat. Approbando quod superiori l. dictum est.

[h] Seruo. Legato vt manumittatur.

[i] Vt alienum. Licet hos duos casus coniungat: tamen infra lege, sed si non seruus. separantur: quia in seruo suo agnitum legatum indistinctè patitur Falcidiam. in alieno idem, si possit redimi deducta falcidia: aliòqui contra: quia falcidia non detrahitur: ut infra de fideicommissarijs libertatibus. l. decem. in fine. nec enim de sua bursa augetur adderetur infra, l. sed si non seruus. §. quod si alienus.

[k] Locus erit. Falcidiæ. Accur.

[l] PLanè. Ipsi seruo. Testatoris legato ut manumittatur: puta decem, & hic casus colligitur infra lege proxima. in principio. & dic idem si ipsi legatario: ut infra, l. proxima. § si solus. Accur.

[m] Vt inde. Id est, ex decem ex quibus falcidia detrahitur.

[n] Sumatur. Not. ergo quod pro duobus legatis detrahitur [1] ex uno vtrumque falcidia. ut supra, eodem lege, si fundus mihi legetur. & infra, lege proxima. §. si solus.

* In P. F. hoc caput sic Icipit, In testatoris &c. ei[°] autem inscriptio ẽ, Marcellus lib. 42. dige. Iuliani notat.

[1] Limita qñ uni, & eidẽ sunt illæ duæ species legatæ. sec[°] si diuersis, quia pro rata detrahe ret Falcid. l. 2. & ibi Bald. C. ad l. Fal. Bar. in l. in imponenda eo. tit.

Sed si

Sed si non seruus ipse legatus sit, sed pecunia, rogatusque sit legatarius seruum suum manumittere, falcidiam patietur, & nihilominus cogetur manumittere: quia tāti a æstimasse videbitur seruum suum. Quod si alienus seruus fuerit, in eo non plus, b quàm accepit, ad redimendum cogetur impendere. Sin verò hęres seruum rogatus sit manumittere, c placet ptium eius vt æs alienum, deducendum esse. Si solus seruus legatus sit, & fideicommissaria libertate donatus fuerit (licet falcidia interueniente) totus vindicari, petive d potest. Sed & si aliud prætere a capiat legatarius: adhuc seruus totus peti potest. Quartā autem vtriusque ex legato retinendam, ne impediatur libertas. e

Si seruus legatur purè, vt manumittatur in diem, vel sub conditione: hoc legatum interim defalcatur: sed quò ad alios legatarios interim talis seruus exemplo statuliberi æstimatur. h.d. cum l. seq. Bar.

Si incertum sit, an libertas præstari debeat: veluti si sub conditione, vel post tēpus data sit: f nunquid incerto eo an pręstętur, cum posśit aut seruus mori, aut conditio deficere, interim falcidia admittenda est: g deinde cum libertas competere, vel deberi cœperit: tunc legatarius illam partem recipiet, h quam falcidia detraxerit? Cæcilio placebat, si quid ex operis eius medio tempore consecutus fuerit hæres, i ✦ pretium eius in

a Sed si non seruus. Tanti. sic ā. de leg. ij. l. Imperator. § si centū. & j. de fideicom. lib. l. generaliter. § si nis alienum.

b Non plus. Si ergo deducta Falcidia pōt redimi, cogitur. aliàs Falcidia nō deducitur, ut no. ā. eo. l. Iulianus.

c Manumittere. Alienum. & tunc est sensus quod non deducitur falcidia, si aliàs non potest redimi, ut j. de fideic. lib. l. decem. nam in seruo hæredis cogitur, si deducto ære alieno aliquid ad eū peruenit, ut j. de fideicom. libe. l. generaliter. § si quis alienum. ibi proinde Marcellus sed & ibi testator in seruo hæredis preciū statuit: quod pretium ut æs alienum fortè deducitur, & in eo casu hic forte loquitur secundum Azo.

d Peti. Id est, legatarius totum petere potest.

e Ne impediatur libertas. Quæ non minuitur per Falcidiam. ut ā. de inoff. testa. l. Papinianus, § quarta. & facit ā. l. proxi. & facit ā. de le. ij. l. v. Accursi.

Si incertum. Casus in hoc §. figuratur cum legibus sequenti. usq; ad l. ueterani. Titius testator legauit tibi Stichum seruum suum purè, & rogauit te, vt eum manumitteres sub conditione, si nauis ex Asia uenerit, uel post tempus incertum, quod loco conditionis habetur, & decessit. & apparet nunc locum esse Falcidiæ in testamento suo propter multa alia legata quę reliquit. unde quæritur, nunquid incerto eo an præstetur libertas, cum possit aut seruus prædictus mori, aut conditio libertatis deficere: interim, id est, pendente dicta conditione est admittenda Falcidia in legato ipsius serui. deinde cum libertas competerę aut deberi cœperit seruo, eo quod conditio libertatis extitit, tunc tu legatarius illam partem in seruo recipias, quam de eo Falcid. detraxit? & certè hoc Cæcilio iurisconsulto placebat scilicet ut pendente conditione uel die incerta, admittenda sit Fal. in legato serui: ut sic incipiat seruus esse cōmunis tibi legatario & hæredi. adueniente aūt cōditione libertatis serui tui, recipias partē de eo detractā nomine Falcidiæ: vt sic ei possis dare libertatem sicut fuisti rogatus. Sed quid si hæres fuit in mora dādi, tibi dictum seruū, qui erat tibi purè legatus, & sub cōditione manumissus, & medio tēpore antequam existeret conditio libertatis, hæres fuit cōsecutus fundū ualentē viginti ex operis eius: nunquid illa uiginti debebit in Falcidiæ rationem erogare, ut tanto minus detrahat aliis legatariis nomine Falcidiæ? Et dicit quod sic. Sed certè Cæcilius malè dixit, in eo, quod dixit, quod pendente cōditione libertatis uel die incerto admittenda sit falcidia in legato dicti serui, nā dicti serui æstimatio perinde fieri debet, ac si esset statuliber. statuliber aūt hæredis non auget falcidiam siue substantiā, imo eius æstimatio deduci debet de æstimatiōe hæreditatis tanquam æs alienum in ratione legis falcidiæ. Sic etiā innuit quādo hæres rogatus est seruū alienum manumittere. nam & tūc placuit sapientibus, vt etiam huius serui pretium debeat deduci tanquā æs alienū in æstimatione hæreditatis. Sed quid est de seruis, quos testator habebat cōmunes cum alio, & non dedit eis libertatem? & certè in ratione legis falcidiæ connumerātur in patrimonio utriusq; domini, sed ille seruus cuius ususfructus est alienus, in dominio proprietarij cōnumeratur circa rationē legis falc. Pignori autem dati serui in debitoris dominio connumerantur. Serui autem distracti sub lege commissoria, in uenditoris dominio connumerantur: in quo casu pone ita exemplum. Testator uendiderat Titio Stichum & Pamphilū pro 20. sub conditione, si solueret ei Titius pretium prædictum usq; ad mensem: & postea transiuit mensis, antequā emptor solueret pretium, uel etiam non transiuit. certè adhuc est dominiū uenditoris fuit enim facta uenditio sub conditione & non sub conditione resoluenda. Item serui addicti ad diem, uenditoris in dominio connumerantur. in quo casu pone ita exemplum. Testator uendiderat Titio Stichum & Pamphilum sub conditione, si alius non attulerit meliorem conditionem intra mensem. & ita fuit conditionalis uenditio: & non fuit resoluenda sub conditione. Scias etiam, quod æris alieni loco deducuntur in ratione legis falcidiæ non solum pretia alienorum seruorum, quibus libertas est data per testatorem ab hærede suo, ut dictum est in l. eius. 2. resp. & eorum seruorum testatoris, qui supplicio sunt affecti eo, quod dominum eorum nō iuuerunt, cū occideretur, cum scirent eum occidi, sed etiam eius serui pretium æris alieni loco per hæredem deducitur, quem seruum prætor donauit libertate propter indiciū proditæ mortis domini per seruum, uel propter indicium coniurationis domini per seruum: & propter indicium coniurationis reorum detectæ per seruum, puta quia detexit seruus coram prætore reos siue malefactores qui simul iurauerunt occidere dominum ipsius serui: & prætor eum libertate donauit. & hoc dicit usq; ad l. ad ueterani. Vivianus.

✦ In P.F. id in pretiū ei' erogare &c.

f Data sit. Seruus uero purè legatus sit. Azo.

g Admittenda est. In legato serui, ut incipiat cōmunis esse hæredis, & legatarij, ut j. eo. l. Plautius. hoc tamen reprobari vid. setur: ut ā. eo. l. in ratione, § j. & j. e. l. eius, & l. statuliber. Azo.

h Recipiet. Ipso iure trāslato in eum dominio ab hærede Azo.

i Fuerit hæres. Scilicet pro quarta portione serui, quā habuit

habuit occasione falcidiæ, quã pendente conditione libertatis lex permisit detrahi: ut superius dixit. Azo.
a In id. Id est, Falcidia, ut tãto minus detrahat ab aliis legatariis. nam ob hoc certum est quòd non detrahit ut supra, eo. l. Iulianus. & facit ȷ. eo. l. cum quo. §. is qui. & ȷ. tit. 1. l. 3. §. quoties. & supra eodem l. quod d bonis. §. fructus.

id a erogare eum debere propter legis Falcidiæ rationem.

Valens lib vj. fideicõmissorum. XXXVII.

EIus serui b æstimatio perinde ac statu liberi c fieri debet. Sed & si hæres seruum alienum rogatus est manumittere: placuit, ut etiam eius pretium ex æstimatione hæreditatis deduci d debeat.

Hermoge. lib. 1. iuris epitoma XXXVIII.

STatuliber hæredis non auget familiã. e Cõmunes serui in utriusque patrimonio connumerantur. Cuius vsusfructus alienus est, in dominio proprietarij connumeratur. Pignori dati, in debitoris: f * sub lege cõmissoria distracti, itẽ ad diem addicti, in uenditoris. g

In computatione Falci. habetur consideratio pretii seruorum, quibus est data libertas, & etiã eorum: qui supplicio ultimo sunt affecti: & eorum qui in præmiũ libertatem accipiunt. Alex.

Paulus libro iij. sententiarum. XXXIX.

b EIus serui. Legati purè, & sub conditione manumissi: ut s. l. proxi. §. fi. dixi. Accur.
c Statuliberi. Qui nõ auget familiã hæredis: vt ȷ. l. proxi.
d Debeat deduci. Sic ȷ eo. l. æris. & ȷ. ti. 1. l. 1. §. l quibusdã. & Inst. eo §. cum autem. Accur.
e STatuliber. Familiam id est substantiam. sic C. de verbo. signi. l. fin. & est hoc verũ quo ad falcidiam. verè tamen in dominio hæredis sunt pẽdente cõditione: vt ȷ. de statulibe. l. statuliberi. compendium tamen medij tẽporis computatur in Falcidiam. & sic proficit exteris legatariis: licet non ei, cui legatus fuerit, ut manumitteret: quia nec falcidiam patiebatur: vt s. eod. l. sed si non seruus. §. fin. sed & si ponas aliã rem ei sub conditione legatam, cõpendium temporis proficit: vt ȷ. eod. l. in quantitate. §. magna.
f In debitoris. Facit ad prædicta. s. ad Syl. l. 1. §. 1. & §. 2. & qui satisd. co. l. sciendum. §. 1. & §. 2.

* Hal. scripsit sub lege cõmissoria: si tñ illic ita scripserit, ac nõ potius corruptus sit loc⁹ negligentia calcographi.

g In uenditoris. Imò in lege cõmissoria est emptoris: sed non soluta pecunia redit in dominium uenditoris: ut C. de pa. inter empro. & uend. l. cõmissoriæ. contra. Sed hic quòd fuit tradita possessio pcaria: ut ȷ. e. tit. l. qui ea lege, uel hoc accipe quando iam cessauerat in soluendo. vel pone q fuit facta sub conditione, non autẽ resoluenda sub conditione. Item ad pactum additionis in diem est cõtra. supra de in diem addic. l. ubi antẽ. §. sed & Marcellus. vbi est in dominio emptoris. Solu. vt etiam prædictum contrarium solui.
h AEris. Eorum. seruorum alienorum: ut s. e. l. sed si non. §. fin vero. & l. eius.
i Affecti. Quia non iuuerunt dominum, cũ essent sub eodem tecto: ut s. ad Syl. l. 1 in princ.
k Donauit. Hoc tamẽ casu soluit fiscus pretium domino: ut arg. C. pro quib. cau. ser. lib. l. antepenult. Vel ibi est speciale eo casu. Vel soluit de propria bursa fiscus, sed postea detrahit de hæreditate: ut hic innuit, & facit s. ad Syl. l. 3. §. si ex stipulationẽ. & l. domino occiso. ȷ. de bon. lib. l. si necem.

AD veterani. CASVS. Titius paterfamilias, uel etiã filiusfamilias fuit miles, & postea fuit remissus de militia: & sic fuit effectus ueteranus. & post missionem testamentum fecit intra annũ missionis. nũquid in eo habet locum lex falcidia si reliquit legata vltra dodrantẽ? Et dicitur quod sic: & hoc sive decedat intra annũ missionis, siue post.

Si cui, si decem. Institui mihi hæredẽ Titium, & multa legata ab eo reliqui etiam vltra dodrantem: inter quæ legaui Seio fundum valẽtem viginti sub conditione si daret hæredi meo decem. certè dicitur hic, quod hic legatarius habetur legatarius in toto fundo, scilicet quantum ad hoc, ut de toto fundo possit detrahi Falcidia per hæredem, non obstante quòd ipse dedit hęredi decem causa implendæ conditionis legati fundi. Viuia.

AEris alieni loco deducuntur non solũ pretia eorum, h quibus libertas data est, & eorũ qui supplicio sunt affecti i sed & eius, quẽ prætor propter indiciũ proditę mortis, aut detectę * cõiurationis reorum, libertate donauit. † k

Testamentum ueterani etiam si decessit intra annum missionis non est priuilegiatum circa detractionem falcidiæ. Alex.

Hermogenianus li. iiij. iuris epitoma. XL.

AD ueterani l testamentum (siue paterfamilias siue filiusfamilias sit) licet intra annum missionis decedat, lex Falcidia pertinet. Si cui, si decem dedisset, uiginti fundus fuisset legatus: is in toto fundo legatarius habebitur. m

Paulus libro ix. ad edictum. XLI.

DOlo carere non uidetur, si iam mota quis controuersia hæreditaris, legata sine cautionibus n det.

Res quæ post mortem superuenerunt ex causa habente originem in vita testatoris, compu-

* In P. Fl. cõiurationis eorũ.
† Memorabile exẽplu hmôi manumissionis refert Liui⁹ li. 2. ab urbe condi.

l Ad ueterani. Id est, eius qui missus est de militia testatur: quia de iure communi eum testari oportet. secus si in militia testatus sit, & intra annũ decedat: vt s. a. l. si miles. & l. si. & s. eo. l. si post.
m Legatarius habebitur. Contra s. de lega. j. l. non amplius. in princ. Solut. ibi vt nõ possit in plus grauari. vt s. de leg. 1. l. ciuitatibus. §. fi. hic vt totum defalcetur. sic s. eo. l. si à me. Item contra s. eo. l. si dignum. & l. in ratione. §. vendere. sed hic datur causa implendæ conditionis: ibi pretium est. ad quod ȷ. e. l. in quartam. in fi. & s. tit. 1. l. Plautius. in prin. & §. diuersum. & ȷ. eo. l. si fundus. & l. qui fundum.

DOlo carere. CASVS. Institui mihi hæredẽ Titiũ, & multa legata ab eo reliqui, postea ponamus, natus fuit mihi posthumus, & sic ruptũ fuit testamẽtum. egit iste posthumus contra dictũ Titium hæredem, & petiit ab eo hæreditatẽ. interim Titius soluit legata dictis legatariis, & non accepit cautiones de restituendis sibi legatis, si euicta foret ei hęreditas. certe non videtur carere dolo ipse Titius quãtum ad hoc. unde euicta postea sibi hæreditate tenetur uictori restituere legata prædicta, ac si ea haberet. & habeat damnũ si nõ fecit sibi per legatarios caueri. Viuia.
n Cautionibus. scilicet euicta hæreditate legata reddantur C. de leg. l. si in fraudem. Item no. hic de dolo pręsumpto.

sumpto. ꝛ sic supra, mand.l.si procuratorem.§.dolo. & l.dolus. Sed arg.contra.C.de dolo.l.dolum. Item facit infra, ti.2.l.hæc autem.§.fina.& supra de petitio. hæred.l.quod si possessor. & supra ad exhi.l.Iulianus. §.si tibi.& supra,de pet.hære.l.si.§.2.

ꝛ Dolus ꝑ sumptus, & lata culpa quomodo differant, Bar. in l.quod Nerua. ī. deposi. & ibidē Ale. Bald.in l. pignus. C. de pigno. actio.

† Haec l. in P.Flo. ꝑcedit l. ⁊.In Falcidia æstimatio.

SErui qui apud. CASVS. Tempore mortis testatoris, qui multa legata reliquerat, erant quidam sui serui ab hostibus capti: & postea fuerunt reuersi post mortem testatoris. certè quantum ad rationem legis Falcidiæ faciunt dicti serui locupletiorem hæreditatē, vt sic minor legatarij Falcidia detrahatur: licet tempore mortis testatoris nō essent in hæreditate. nam ex quo reuersi sunt, finguntur nunquam capti fuisse. Viui.

a Hæreditatē. Quia finguntur non fore captiui: vt infra, de capti.& postli.reuer.l. postliminiū.§.trāsfugæ. aliàs contra: vt supra, eo.l.in ratione.§.primo.

FAlcidia. CASVS. Institui mihi hęredem Titium, & multa legata ab eo reliqui, & seruo meo Sticho dedi libertatem sub conditione, si daret dicto meo hæredi decem. postea dictus Stich', qui dicitur statuliber, dedit dicta decem hæredi de alieno, & non de bonis mei defuncti. nunquid dicta decem imputantur hæredi in falcidiam, vt propter ea decem minorem alijs legatarijs detrahat falcidiam? Et dicitur quod non. & idem est si ego testator dedi libertatem Caio liberto sub conditione, si daret hæredi meo decem: & ipse Caius credens se esse seruum meum dedit decem hæredi de peculio, quod non erat hæredis. nam & ista decem non imputat sibi hæres in falcidiam, cum ea teneatur restituere dicto Caio. Viuia.

tantur in patrimonio. Alex.

Idem libro xviij. ad edictum. XLII.

† SErui qui apud hostes sunt, post mortem testatoris reuersi, quod ad falcidiam pertinet, locupletiorē faciunt hæreditatem. a

Idem libro xxj. ad edictum. XLIII.

FAlcidia interuenire non potest b si statu liber de alieno dedit, nō de bonis defuncti: vel aliàs est homo liber, qui conditionē impleuit. c

Vlpianus lib. xiiij. ad edictum. XLIIII.

IN falcidia d æstimatio pretij rerum ex veritate facienda est.

Paulus libro lx. ad edictum. XLV.

IN lege falcidia non habetur pro puro, quod in diē relictum est. medij enim temporis cōmodū cōputatur e in iis legatis, quę sub cōditione relicta sunt. Proculus putabat: cū q̄rit̄ de lege falcidia: tātū esse in legato, ª quā ti venire f posset. Quod si est, & deductio sic pōt fieri, vt tantū ª videatur inde deberi, quāti nomē venire potest. Sed hæc sententia non probatur. Cautionibus g ergo melius res temperabitur.

b Non potest. Id est, non imputatur hæredi in falcidia.& no. de alieno. secus si de suo peculio: vt infra eo. l.id autem. & intelligitur de suo: vt infra, de don. causa mor.l.quod statuliber. Accur.

c Impleuit. Credens se seruum, impleuit conditionē, sub qua erat relicta libertas, & dedit de peculio, quod non erat hæredis: vnde potest repeti: vt ī.de condict. ob causam.l.dedi.§.si liber.& §.si quia. nam quia repetitur, patet quòd per falcidiam non retinetur. Alij dicunt, quòd alius liber homo dedit de suo pro seruo, cui erat relicta libertas, si decem daret hæredi.

IN falcidia. CASVS. Hæc lex dicit, quòd in ratione, quam trahit hæres cum legatarijs, ad sciendum, vtrum habeat locum lex falcidia, vel non, est facienda æstimatio pretij rerum hæreditariarum ex veritate, & non ex affectione alicuius. Viuia.

d In falcidia. Facit infra, eod.l.in lege falcidia.§.corpora, & l.pretia.

IN lege falcidia. CASVS. Hæc lex dicit quòd in falcidiæ ratione non habetur pro puro illud legatum, quod in diem relictum est. cōmodū enim medij temporis computatur hæredi in falci. Sed pone, quod quædam legata sunt relicta purè, & quædam sub cōditio. q̄d computabimus esse in legatis cōditionalibus cum trahitur dicta ratio legis Falcid. Et certè dixerūt quidam tantum esse in legatis conditionalib. quantum vendi possunt. & de illo ꝑcio quo vendi possunt, id est habito respectu ad illud precium quo vendi possunt, potest de eis hęres Falcidiam detrahere. sed hæc sententia reprobatur, imò melius est, quod res temperetur per cautiones, scilicet vt hæres incontinenti soluat legata illis legatarijs, quibus legatū est pure, & propter quorum sola legata non haberet locum lex Falci. & non habeatur nunc ratio legatorum conditionalium, sed expectetur eorum conditio: & legatarij, quibus legatum est purè, & quibus hæres soluit legata, caueant hæredi de reddendo ei, quanto plus apparuerit eos accepisse tempore existētis cōditionis legatorum conditionalium, quàm per legem Falcidiam eis accipere liceret. Vi.

ª In P.Fl. quāti venire possunt.

ª In P.Fl. videatur vi.&c.deberi quo loco vim ꝓ effectu accipe. Vel vi deberi, id est τῇ δυνάμει. Sic supra de arbit.l. aduersus. & l.1.ī. de con.& demon.

Vlpianus libro lxxvj. ad edictum. XLVI.

QVi quod per falcidiam retinere poterat, voluntatē testatoris secutus spopōdit se daturum: cogendus est soluere. h

Si legatum annuum relinquitur: non ante defalcatur, quam euenias dies soluendi legatum, per quod falcidia interuenit. Alexand.

Idem libr. lxxix ad edictum. XLVII.

LEx falcidia (si interueniat) in omnibus

e Computatur. Vt & ī.eod.l.sed si non seruus.§.si.& facit hic versum, in his &c. secundum alios non: sed ibi, Proculus &c. vt dicebat Azo. & facit ī.eod.l.circa. & l.in quantitate §.in diem. & l.qui quadringenta.§. si.& ī.man.l.si mandauero tib, in prin.

f Venire. Sic ī.de cōd.fur.l.si seruus.§.q̄d si pēdente.

g Cautionibus. Vt reddat, quanto plus accepit: vt ī. l.1.§ si in annos. & infra eod.l.lex Falcidia. sed contra. infra, eo.l.cum Titio. Sol.ibi.

QVi quod. CASVS Hæc lex dicit, quòd si hæres potest detrahere Falcidiam ex eo, quod testator legauit vltra dodrantem bonorum suorum, & nihilominus promisit legatarijs se soluturum eis integra legata secundum voluntatem testatoris, cogendus est soluere integra. Viuia.

h Soluere. Sic C.eo.l.si.& ī.de condi.inde.l.fideic. & ī.de dona.l.si patronus.§.fin. Sed arg.contra.ī.eod.l. quod de bonis.§.2.

ADDITIO. Dic secundum Bar. quod ibi loquitur eo viuo, hic post mortem.

LEx falcidia. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & multa legata quibusdam reliqui: inter quæ reliqui Seio annua decem. & ita habet se modus, siue quantitas dictorum legatorum; vt nunc non habeat locum lex falc. sed si soluantur dicta x. annis per x. annos

x. annos futuros, locum habeat Falcid. quero qualiter hæres meus habeat hic facere circa rationem legis falcid. cum dicto Seio? & certè quandiu falcidia nondũ locum habet, integræ pensiones annuæ dabuntur per hæredẽ dicto Seio, id est, integra x. omni anno: & debet cauere Seius hæredi de reddendo ei, quanto plus apparebit postea eum accepisse, quam licuerit ei capere per legem Falc. adueniente autem postea anno, quo anno, id est propter solutionem eius anni fit ut contra l. falcid. aliquid debeatur dicto Seio legatario, eueniet ut retro minuantur omnia legata singulorum annorum. & sic repetet hęres a dicto Seio legatario quartam cuiuslibet anni legati ex vi prędictæ stipulationis, & ita ex postfacto apparet locum habere legem falc. in omnibus pensionibus.

pensionibus [a] locum habet: sed hoc ex postfacto apparebit: [b] ut puta in annos singulos legatũ relictũ est, quãdiu falcidia nondum locum habet, integræ [c] pensiones annuę dabuntur. Sed enim si annus uenerit, quo fit, ut cõtra legem falcidiam ultra dodrantem aliquid debeatur: eueniet, ut retro omnia legata singulorũ annorũ imminuantur. Nunquam legatarius, uel fideicommissarius, [d] licet ex Trebelliano senatuscõsulto restituatur ei hæreditas, utitur legis falcidiæ beneficio.

Obligatio dupli inter hæredem, uel testatorem consistens, hæredi & contra hæredem refernatur in simplum ad excludendum Falc. Bar.

Nunquam. Institui mihi hæredem Titium, & legaui c. Seio: & rogaui Seiũ prædictum ut dicta c. restitueret, siue daret Caio, & decessi. postea soluit hæres Seio centum prædicta detracta ex eis falci. uel non detracta, non facio uim. nunquid Seius cum dat postea dicta centum Caio potest ei detrahere falcid. Et dicitur q non. & idem est si per fideicom. reliqui dicta centum Seio: & rogaui eum, quod daret ea Caio. Item idem est si dictum meum hæredem rogaui per fideicommissum, vt restitueret hæreditatem meam Seio: & rogaui Seium, quòd eam restitueret Caio. nam si hæres restituat ex Trebelliano Seio hæreditatem detracta, vel non detracta quarta, non facio uim, non detrahet quartam Seius Caio prædicto, cum restituet ei hæreditatem. Vi.

[a] Pensionibus. Id est, petitionibus.

[b] Apparebit. Scilicet quandoque.

[c] Integræ. Accepta cautione quãto plus &c. vt s. e. l. j. §. si in annos. & j. eo. l. legis falc. Sed contra. j. e. l. hæreditatum. ubi ab initio fit computatio. Sol. ibi fit computatio propter cæteros legatarios: hic cum eo cui est relictum hoc annuum. & eodem modo sol. j. eo. l. cum Titio. & sic intellige s. eo. l. pœnales. §. annua.

[d] Fideicommissarius. Specialis, vel generalis vt subiicit. sed fallit in generali in duob. casibus, scilicet quando hæres sponte adijt, & sponte falc. non detraxit, volens libertatem exercere in fideicommissarium, & hoc si ab hærede relicta sunt legata. cæterum si a fideicommissario nunquam detraher falcidiam. Item in alio si coactus hæres adijt. tunc enim fideicommissarius detrahit falcidiã, quia absurdũ est legatariis plus præstari, quam præstaretur, si hæres sponte adisset, vt j. ti. ij. l. j. §. inde Neratius. & l. Marcellus. §. quod si suspecta, & l. facta. §. si cum suspecta. facit ergo hic §. pro opinione Azo. qui dixit, legatarium non detrahere falcid. Sed alij contra, si eis detrahatur: pro quibus est s. eo. l. pœnales §. si. & C. cõmunia de leg. l. j. §. j. quę sunt cõtra. Sed di:, vt in qualibet earum no. hanc autem intelligebãt, quando eis non detrahebatur.

Paulus li. ij. ad edic. Aedilium Curulium. XLVIII.

Cum emptor venditori, vel econtra, hæres extitit: euicto homine, vtrum duplum in æs alienum deducere, vel cõputare debeat, an simplum? [e] duplum enim esset, si alius hęres extitisset. Et benignius est eodem hærede existẽte simplum ei imputari.

Spes defalcandi communis est hæredis, & legatarii. & quod legatur seruo communi, eis acquiritur, quibus potest. Bar.

Idem lib. iiij. † ad Plautium. XLIX.

Plau-

† P. Flo. lib. xij.

Cum emptor. Titius vendidit mihi fundum pro centum, & promisit mihi de dupla nomine euictionis. postea fecit dictus vẽditor testamẽtũ & instituit sibi hæredem meipsum emptorem, & multa legata quibusdã reliquit etiã ultra dodrantem hæreditatis suæ, ita quod habuit postea locũ lex falcidia: postea uel etiam ante mortem venditoris eiusdem testatoris Sempronius euicit mihi per sententiam dictum fundum. & ideo debeo recipere ex hæreditate uenditoris, in qua ipse venditor me instituit, duplum nomine euictionis: nunquid ego emptor idemq; hæres uenditoris debeo deducere de hæreditate uenditoris duplum nomine euictionis tanquam ęs alienum, ut sic maiorem falcidiam detraham legatarijs supradictis? an verò simplum tantum debeo deducere? Et uidetur quòd duplũ, quia duplũ esset detrahendum, si alius hæres extitisset venditori, & non ego emptor, & mihi emptori p hęredem venditoris præstandum. benignius est tamen simplum mihi emptori imputari, vt scilicet illud tantummodo detraham tanquam æs alienum. & idem est contra si ego emptor institui mihi hæredem dictum uenditorẽ, & multa legata quibusdam reliqui, & mihi euictus fuerit dictus fundus scilicet, ut dictus uenditor hæres meus debeat sibi cõputare in hęreditate mea quã habet, simplum nomine euictionis, & non duplum: vt sic pro illo simplo taliter computato minorem legatariis detrahat falcidiam: quamuis si alius hæres extitisset mihi emptori, duplum imputaretur ei in hæreditate mea, vt pro eo duplo taliter imputato tanto minorem Falcid. legatarij detraherent, quod duplum ipse alius hęres meus recuperaret a vẽditore, qui non esset meus hæres. Vi.

[e] Simplum. Imò duplum. vt s. de hær. vel act. vendi. l. ij. §. si Titius. Sol ibi. Item no. quòd nõ admittitur ut quilibet. sic s. de euict. l. non tamen. Sed arg. cõtra s. e. l. si a me. Item facit C. eo. l. in imponenda. Acc.

Plautius seruo. Ego institui Plautiũ mihi hęredem: & seruum meum Stichum. legaui Titio a dicto Plautio meo hærede, & decessi. postea Plautius hæres meus fecit testũ, & dicto Sticho fundum legauit ab hærede suo Plautij: & decessit idem Plautius. unde hæres Plautij debet soluere legata à se relicta per Plautium, & relicta a Plautio per me. cum aũt habeat locũ falcidia in legatis a me relictis, & in legatis relictis a Plautio hærede meo, ex eo quod vltra dodrantes legauimus. quæritur qualiter de dicto Sticho seruo meo, & de dicto fundo Sticho per Plautium legato, debeat hæres Plautij detrahere falcidiã? Et responderunt tres iurisconsulti. s. Attilicinus, & Nerua, & Sabinus primo habendam rõem legis falcidiæ in dicto seruo Sticho: & quota pars ex eo Sticho decederet per legem falcidiã, eam

eam partem.l.quantum ualet illa pars, futuram inutilem legatario in legato fundi. postea autẽ ex reliquis partibus dicti fundi dixerunt decessuram portionem legis Falcidię, sicut decedit ex omnibus aliis legatis, & ita dixerunt quòd detrahatur Falcidia pro seruo,& pro fundo. Cassius autẽ reprehendit eos dicens, quando de seruo legato pars legis Falcidiæ decedit, qđ est vbicunque habet locum lex Fal. in hęreditate illius, qui legauit seruum, incipit seruus legatus fieri communis hæredis pro quarta nomine Fal. & legatarij pro tribus partibus eiusdem serui. & si sit legatum dicto seruo taliter communi sibi & legatario, vt dictũ est, totum legatum seruo relictum pertinet ad socium legatarium, quia in ea persona, scilicet legatarij, socij, legatum consistere potest. quasi dicat non in persona hæredis, qui legauit seruo communi sibi & legatario. quia ergo tali modo detrahitur Falcid. de seruo legato, vt efficiatur seruus communis hæredis & legatarij pro his partibus quas dixi, & quia totum legatum fundi relictum ab hærede dicto seruo pertinet ad solum legatarium & non ad hæredem, qui legauit, vt dictum est: remanet pro constanti, quod ex fundo non detrahitur Falc.nisi semel, id est, pro ipso fundo,& non pro fundo, & pro seruo legato, vnde malè dixerũt dicti tres iurisconsul. Vnde Paulus quintus iurisconsultus utitur sententia Cassij reprehendentis dictos tres, & non utitur sententia eorum trium: & dicit idem Paulus, quod diuus Pius Imperator rescripsit idem in fideicommisso relicto seruo communi per vnum de dominis quod scripsit dictus Cassius in legato scilicet quod totum pertineat ad aliũ socium, qui non reliquit seruo communi fideicommissum. & habeas talem literam in principio huius legis qualẽ ego habeo:] Plautius seruo quem tibi legaueram fundum legauit Atilicinus &c. sed quidam habent talem literam: Plautius scilicet ait ad hoc quod sequitur. seruo quem tibi legauerat, scilicet aliquis testator, fundum legauit Attilicinus &c. sed mea literã est melior, & secundũ eã posui uobis casum. Viuia.

rius. ᵃ Seruo, quem tibi legaueram fundum legauit: Attilicinus, Nerua, Sabinus primùm in seruo rationem legis Falcidiæ habendam: & quota pars ex eo decederet, eam partem in fundo legato inutilem futuram: deinde ex reliquis partibus fundi legis falcidię portionem decessuram, sicut ex omnibus legatis. Cassius,ᵇ Quòd si seruo pars lege falcidia decedat, incipere seruum fieri communem hæredis, & legatarij.ᶜ communi autem seruo cum legatum sit, totũ pertineret ad socium: quia in eamᵈ personam legatum consistere possit. qua ratione ᵉ semel ex fundoᶠ partem legis falcidiæ decessuram. Paulus, Cassijᵍ sententia utimur. nam & diuus Pius ʰ rescripsit, seruo communi fideicõmissum datum, totum ad socium pertinere.

Vbi legatur fundus, & uia ad ipsum: legatum uiæ extinguitur, si tamen est in falcidia, aut plus, quantum via. Alex.

Interdũ euenit, ut propter rationem legis falcidiæ sequens legatum extinguatur, ueluti si fundus, & ad eum uia legata sit per aliũ fundũ. Nã si pars fundiⁱ remãserit ᵏ in hæreditate,ˡ non potest ᵐ procedere uię legatum, quia per partes seruitus acquiri non potest.

Legata inutilia minime uel excludunt Falcidiam: siue sint inutilia a principio, siue ex postfacto. h.d. cum l. seq. Alex.

Celsus libr xiiij. Digestorum L.

NOn est dubiũ, quin ea legata, a quibus

ᵃ Plautius. Scilicet ego. & habeas J. legaueram, & legaui, uel habeas legauerat & legauit: & sic in tertia persona. & secundum primam testator format quæstionẽ. & facit s. de leg. j. l. seruo legato. Accur.

ᵇ Cassius. Reprehendens prædictos.

ᶜ Et legatarij. Sic ergo ipso iure Falcidiã resecat: vt & s. eo. l. linea. & J. eo. l. in quantitate. §. in dñ. in fi. §.

ᵈ In eã. Quare ei totũ legatũ q̃rit: sed in legato eiusdem fundi relicto locum hẽt Falcidia. ergo & hic: vt subijcit. Azo.

ᵉ Qua ratione. Quia totum legatum quæritur socio: ergo & in eo toto locum habet Falcidia.

ᶠ Ex fundo. Scilicet totali.

ᵍ Cassij. Reprobata snia Neruę. & Sab. & Attilicini.

ʰ Diuus Pius. Non solũ Cassius. ad quod est ã. pro socio. l. verum. §. si seruo. Sed contra J. de acq. re. do. l. per seruũ. §. 1. Sol. qđ ibi dicit fieri sociorũ, qđ donat vnus dominorũ seruo cõmuni, verum est cęterorum: non autem donanti aliquid remanet: & sic concordat. Item contra J. de stipul. ser. l. proinde. §. si seruus communis. sed aliud ibi in stipulatione, quando stipulatur seruus communis ab vno dominorum, vt pro parte remaneat penes promittentem: quia stipulatio non fit ibi ex causa lucratiua: hic autem in legato vel in donatione est lucratiua. Accursius.

Interdum. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & legaui Seio fundum Titianum: & ad eum fundum Titianum legaui viam per alium meum fundum puta Seianum. & multa alia legata reliqui quibusdam, ita quod excessi dodrantem: & decessi. nunc hæres meus vult detrahere legatariis Fal. vnde quæritur qualiter possit detrahere de fundo Titiano, & de via ei legata? Et dicitur quod propter rationem legis Fal. de fundo detrahendæ sequens legatum. s. viæ, extinguitur. nam cum pars fundi deberet remanere in hęreditate nomine Fal. si non esset ad eum legata via. ex eo. s. quod posui locum habere Fal. in hæreditate mea: non potest procedere viæ legatum: quia per partem seruitus vię acquiri non posset legatario cui remanent tres partes fundi pro indiuiso. Si ex fundo detraheretur Falc. quomodo ergo potest procedere legatum vię hoc casu? Respondeo quod legatarius debet capere integrũ fundum, & viæ legatum debet petere. s. quando plus capit Fal. detrahenda de fundo & de uia, quam sit viæ æstimatio: vel etiã tantum, & non plus, si aũt minus capit Fal. quã sit æstimatio viæ, tunc debet legatarius capere totũ fundũ & totam viam: et tamen legatario totam viam ad fundum petẽti tãdiu per hæredẽ doli exceptio opponetur, quãdiu soluat hæredi legatarius tm̃, quantum erat nomine falcidię detrahendũ de fundo & via vt hoc habes s. eo. l. si fundũ mihi. si autẽ de fundo nil nomine Falcidiæ erat detrahendum, ualet legatũ fundi, & viæ: & non opponitur aliqua exceptio legatario viam petenti: quia tunc nõ dicitur acquiri seruitus uiæ pro parte: ut hic colligitur, & d. l. si fundus mihi. Viui.

ⁱ Fundi. Legati. Accus.

ᵏ Remanserit. Propter Falcidiam.

ˡ In hæreditate. Nomine Falcidiæ ita ut equiualeat æstimationi uiæ, vel plus valeat: secus si minus ualet, quod dicitur s. e. l. si fundus mihi.

ᵐ Nõ põt. Facit J. de verb. obli. l. si sub una. §. j.

NOn est dubium. CASVS. Titius libertus Seij instituit

submouere hæres exceptione petitorem [a] potest, in quartã ei imputentur, ne cæterorum legata minuantur. [*]

Iulianus lib. l. j. Digestorum. LI.

Nec interest, [b] verũ ab initio quasi inutile fuerit, an ex accidẽti postea in eum casum peruenisset legatũ, ut actio eius denegaretur.

Legatũ inutile propter incapacitatẽ legatarii, prodest aliis legatariis secundũ ult. intell. gl. Bar.

Marcellus lib. ix. Digestorum. LII.

Ex asse patronum hæredem instituit libertus, cum ducẽtos aureos in bonis haberet: & legauit filio [c] centum viginti, extraneo [d] reliqua. Deminutio legati [*] quod extraneo præstatur, proficit filio ad consequẽda solida, quæ ei legata sunt. Quacunque ex causa legata non præstantur, imputantur hæredi in quartã partem: quę propter legem Falcidiam remanere apud eum debet.

Celsus libr. xvij. Digestorum. LIII.

Si propter ea, quæ sub cõditione legata sunt, pendet legis Falcidiæ ratio: præsenti die data nõ tota vindicabuntur. [e]

A defuncto hæredis debitũ, ut æs alienum detrahitur. Bartolus.

Marcellus libro xv. Digestorum. LIIII.

Pater filium, ex quo tres habebat nepotes, hæredem instituit: fideique eius commisit, ne fundum alienaret, & ut in familia eum relinqueret. filius decedens tres filios scripsit hæredes. Quærendum est, an omnino quasi creditores [f] unusquisque in ratione legis Falcidiæ aliquid [g] possit deducere: quia in potestate [h] sua [i] habue-

---

instituit dictum Seium patronum suum hæredem, cum haberet hic libertus in bonis ducentos aureos, & legauit filio suo liberti cẽtum viginti aureos, & cuidam extraneo non capaci reliqua octoginta: & sic nihil remanebat penes patronum hæredem: sicq; habebat locum lex Falcidia, si hæres solueret legatum extraneo non capaci. cum ergo non soluat non capaci, proficit hoc filio ad consequenda solida, quæ ei legata sunt. nam nõ est dubium, quia ea legata, à quibus submouere hæres exceptione legatarium potest quacunque ex causa, ita q ea ei non prẽstat, in quartam hæredi imputentur, ne cæterorum legata minuantur. nec interest, vtrum ab initio quasi inutile fiat legatum, an ex accidenti postea inutile fiat. & hoc dicit cum duabus ll. seq. Viuia.

[a] Petitorem. Quia non sit capax. ad qd̃ ¶. eo. l. in ratione. in prin. & l. in ratione. a. §. pe. & §. fi. & l. si à seruo. & ¶. eod. l. id autem quod. & l. ex asse.

[b] Nec interest. Quandoq; tamen interest: vt insti. de leg. §. ex contrario. & ¶. de uerbo. obli. l. pluribus. §. fi. Accur.

[c] Ex asse. Filio sui testatoris. extetum filio hæredis frustra legatur, vt & seruo: vt Insti. de leg. §. an seruo. & quod sequitur, sic ordina, qa filio c. xx. & extraneo reliquit, i. reliqua, ita quod locus est Falcidiæ. Vel dic c. filio & extraneo xx. & subaudi, & alia alijs. Si autẽ diceret c. filio, & xx. extraneo legata, & nihil plus: non posset hæres vti Falcidia cum habeat plus quarta. Item, quod subijcit diminutio legati extraneo relicti. dic per legem Falcidiam. prodest enim filio: quia si nõ posset defalcari legatum extranei, detraheretur de legato filij, quod esset defalcandum de vtroq; secundũ H. ar. ¶. eod. l. planè. vel dic quod diminutio fit extraneo: quia est filius naturalis: vnde nõ potest capere nisi partem, vt C. de natu. lib. l. 2. cum enim iure hæreditario remaneat penes hæredem, cõputantur ei in quartam: & eo minus detrahit alijs: vt ¶. respon. proxi. Et quod subijcit ad consequenda legata solida, scilicet magis quam cõsequeretur, si de legato extranei nil diminueretur: non tã fortè insolidum cõsequeretur filius.

[d] Extraneo. Secundum vltimam casus positionem, dic extraneo, id est, filio naturali. duos enim habebat filios: vnum legitimum, alium naturalem, qui vocatur extraneus. Accur.

Si propter. CASVS. Institui mihi hæredẽ Titiũ: & multa legata purè & sub cõditione reliqui: inter quę reliqui Seio centũ purè, & fundum sub cond. propter conditionalia autẽ prædicta legata non possumus adhuc esse certi, utrum habeat locum Falcidia, vel non. Seius petit ab hærede meo legatum sibi purè relictũ: & offert ei cautionẽ de restituendo ei quicquid postea apparuerit eum accepisse vltra, quam patiatur lex Falcidia. nunquid hæres tenetur ei dare integrum purum legatũ? Et dicitur quod non, imo põt in hoc dubio detrahere Falcidiam de eo, & si postea deficiant conditiones legatorum conditionalium sicque appareat non habere locum legem Falcidiam, restituet hæres Seio quartam quam ei detraxit. Vivianus.

[e] Vendicabuntur. Cautione non præstita, [t] sed ea præstita sic: vt ¶. eo. l. 1. §. interdum. & §. si in annos. & l. is cui. & l. in l. Falcidia. & ¶. e. l. hæreditatum. & l. in quantitate. §. sed & si legata. & ¶. titu. 1. l. 1. §. si legata. quę sunt cõtra. sed H. dicit referre, an purum & conditionale sit eidem relictum. & hic loquitur, vt sit in electione hæredis. an purum vni, & cõditionale alij: vt purum petatur præstita cautione: vt in cõtrarijs.

Pater filium. CASVS. Titius habens filium Seium, & habens ex eo tres nepotes, instituit sibi hæredem dictum suum filium, & commisit fidei eius, ne fundum suũ testatoris alienaret: & etiam vt in familia eum relinqueret: & decessit hic Titius. Postea filius decessit, & instituit sibi hæredes dictos suos tres filios: & multa legata ab eis reliquit: ita quod habebat locũ lex Falcidia, & decessit. nunc legatarij petunt legata ab istis trib. hæredib. & ipsi in ratione legis falcidiæ volũt deducere tanquã æs alienũ æstimationẽ fundi debiti eis à patre ex testõ aui. Vnde quæritur, an omnino quasi creditores patris eorũ propter dictũ fundũ, qui debebat in familia remanere, vnusquisque eorum triũ possit deducere aliquid in rõne legis falcidiæ? Et videtur q non: qa in potestate sua habuit pater eorũ, cui potius ex eis relinqueret dictum fundũ. Sed certè si sequamur hãc rationem: nemo dictorũ trium deduceret quicquam in rõne Falcidiæ, quod certè durum esset: vnde dico q bene possent deducere dictum fundum siue eius æstimationem tanquam æs alienum, ut tanto maiorem legatarii detrahant falcidiam, & est ratio: quia pater eorum habuit dictum fundum in ære alieno. nam necessitate adstrictus fuisset relinquendi eum filiis. Viuia.

[f] Creditores. Nã uidentur creditores pr̃is in eo fundo.

[g] Aliquid. Aliud præter fundum.

[h] Quia in potestate. Videtur quod non. quia &c.

[i] Sua. Cum habeat fundum.

[t] Notã ter hoc dicit, qa hẽs qñ agit cũ legatariis, debet cauere vt apponatur de cautione, p ea q̃ notãtur hic. l. j. C. quorũ lega. & l. j. ¶. e. tit. quorum lega.

[*] Aliàs, minuant.

[*] In P. Fl. qd extraneo prẽstat legatũ, proficit &c.

a Hac ratione. Scilicet mala.
b Deduceret. Cum aliqua pater disponat.
c Filiis. Vel saltem uni: vt s. de leg. a. l. vnũ ex. in princ. & §. si duos, & §. rogo. & l. cum quidam. & facit s̄. de leg. t. i. filiusfamilias. §. pe. Acc.

rit pater, cui ex his poti⁹ relinqueret? Sed hac rõe a nemo in falcidiæ ratione quicquã deducet, b quod videndum, ne durè constituatur. vtiq; enim in alieno ære habuit fundum: quippe necessitate obstrictus fuisset filiis c eum fundũ relinquẽdi. d

Legatum annuum pendente du bio æstimatur inquantum uendi potest: sed eo finito in quantum debetur. Bar.

Idem libro xx. digestorum. LV.

CVm Titio e in annos singulos dena legata sunt, & iudex legis falcidiæ rationem inter hæredem, & alios legatarios habeat: uiuo quidem Titio tanti litem æstimare debeat, quanti uenire id legatũ potest: in incerto posito, quandiu uicturus sit f Titius. mortuo autem Titio, nõ aliud spectari debet, quã quid hęres ex ea causa debuerit. g

d Relinquendi. Ergo hic fundus non computatur eis in quartam: sed vt æs alienũ eis debitũ deducent: vt C. eod. l. in imponenda. Accursius.

CVm Titio. CASVS. Seius instituit sibi hæredem Caium, & Titio in annos singulos viginti legauit, & multa alia legata quibusdam reliquit, ita q̃ excessit dodrantem hæreditatis suæ: & postea decessit dictus Seius. nunc legatarij coram iudice petunt eorum legata præter Titium prædictum. hæres autem dicit se velle eis falcidiam detrahere, vnde iudex cœpit inter eos habere rationẽ legis falcidię. quæritur ergo hic quantum debeat æstimari lis, quam posset facere hæredi dictus Titius pro xx. annuis sibi legatis? Et distinguitur, aut viuit Titius, aut est mortuus. primo casu tanti debet dicta lis æstimari in dicta ratione legis falcidiæ, quanti potest uendi id legatũ: posito pro incerto quandiu sit victurus Titius. Secundo autem casu non debet aliud spectari, quam quod debuit hæres Titio ex ea causa tempore mortis ipsius Titij: q. forte per triennium non soluerat ei annuum legatum. quantum ad futurum tempus post mortem Titij nihil inspicitur: quia finitum est legatum morte Titii, ut s̄. de an. leg. l. 4. Viuia.

e Cum Titio. Aliàs incipit Titio: aliàs cum Titio.

f Victurus sit. Nã eo mortuo finitur: ut s̄. de an. leg. l. 4. Sed contra s̄. eo. l. in lege falci. a. Sol. quidã dicunt, quod hic est electio legatarij, habeat totũ præstita cautione, vt ibi: an fieri æstimationẽ ut hic: quasi sit fauor legatarii satisdari, quod est falsum: imò hæredis: vt j. tit. t. l. r. Alij q̃ hic non poterat satisdare: ibi sic. Alij q̃ hic de cõditionali: ibi de annuo. Vel ibi cum eodem: hic cum cæteris legatariis computat. Vel hic fuit sententia Proculi, quæ ibi reprobatur. Item est contra s̄. eo l. 3. §. fi. Solut. ibi speciale in republica. Item contra j. eo. l. hæreditatum. vbi fit per annos. Sol. ibi vt sciatur, per quos annos fiet æstimatio, & ex eo scietur quantum valet: vt hic. Vel ibi in legato vsusfru. & alimentorum: hic in alio annuo. Vel ad omnia dicas secundum Hug. quòd in his tribus casibus alimẽtorum vsusfructus, & in alio annuo fit computatio tribus modis, s. vel vt hic dicit, vel vt s̄. eo. l. si hæres. §. fi. vel vt j. eo. l. hæreditatum. vel etiam quarto scilicet computatio potest fieri. vt soluat tot um cautione exacta: ut s̄. eo. l. s. §. si in annos & l. in lege falcidia. in fine. & j. eo. l. in quantitate. §. sed & si legata. & facit j. de don. causa. mor. l. mortis causa. §. fi. & s̄. eod. l. lex falcidia.

g Debuerit. In præteritum ante mortẽ: quia per triennium forte non soluerat hæres, ad quod s̄. de vsufru. l. quæsitum. Acc.

CVm quo. CASVS. Titius mutuauit seruo Seij in causam peculiarem c. & sic idem Titius agere poterat de peculio contra Seium serui dominum, & petere dicta c. ante autem quam ageret contra eum, fecit testamentum idẽ Titius, & instituit sibi hæredem dictũ Seium de peculio debitorem: & multa legata quibusdã reliquit, ita quòd excessit dodrantem hæreditatis suę in legando: & postea decessit dictus Titius testator. nunc legatarij petunt à dicto Seio hærede debitoreque legata eorum: & ipse vult, & etiam potest eis detrahere falcidiam: in qua quidem falcidia debet sine dubio imputari hæredi, debitorique de peculio peculium dicti serui, si peculium est tantum, quantum sit debitum peculiare, ad quod tenebatur testatori idem hæres, vt j. e. l. si creditor. Vnde si quæratur hic, cuius temporis peculium dicti serui computari debeat dicto hæredi, debitorique in lege falcidia, id est, in quadrantem, quem vult detrahere de legatis.

Augmentum facultatum hæreditarii debitoris quandocunque contingens prodest legatariis in falcidia detrahenda. Bar.

Idem libro xxij. Digestorum. LVI.

CVm quo de pecu-

& certè plerique putant inspiciendum illud, quod tunc in peculio dicti serui fuit, cum adiretur hæreditas creditoris peculiaris per debitorem peculiarem, seruique dominum. Marcellus autẽ author huius legis dubitat. verum debet inspici tempus aditæ hæreditatis, & hoc duabus rationibus. Vna ratio dubitandi est, quoniam in ratione legis falcidiæ ineunda placuit sapientibus obseruari mortis testatoris tempus: vt & s̄. eod. l. in ratione. a. in princ. Secunda ratio dubitandi est: quia videndum est, quòd si debitor hęreditatis alius sit factus pauperior post mortem testatoris ante aditam hæreditatem, eius hæredis est damnum, non legatariorum, vt & dicta l. in ratione. secunda ergo idem deberet esse in nostro casu, vt videtur, scilicet vt si peculium dicti serui sit diminutum post mortem dicti creditoris, eiusdemque testatoris, & ante aditam eius hæreditatem debeat esse damnum hæredis, & non legatariorum. vnde secũdum hoc etiam in nostro casu deberet inspici, quãtum sit in peculio serui tẽpore mortis creditoris, eiusdemque testatoris, & non tẽpus aditæ hæreditatis. In ista ergo secunda ratione dubitandi positi sunt duo casus. Vnus quando peculium serui diminutũ est post mortẽ testatoris, & non ante aditam eius hæreditatem. Secundus quando quidã debitor hæreditarius factus est non soluendo post mortem testatoris, & ante aditam eius hæreditatem. in quibus quidẽ duobus casibus videbatur quibusdam esse ad damnum hæredis, & non legatariorum: sicq; mortis testatoris tẽpus inspiciẽdum, & non tempus aditæ hæreditatis. Sed econtra diceret aliquis. Quid si ante aditam hæreditatem auctũ est peculium serui dicti debitoris hæredisque, & post mortem creditoris, nunquid incrementũ peculij ipsius serui faciet pleniorẽ hæreditatẽ dicti creditoris, vt sic prosit legatariis, quibus ipse creditor legauit, ut dictũ est? Item diceret aliquis: quid si facultates alicuius debitoris hæreditarij, qui non erat soluẽdo tẽpore mortis testatoris fuerunt ampliatæ ante aditã hæreditatẽ eiusdem testatoris vt sic prosit legatariis? Et respondeo sic, quantũ ad debitorem, cuius facultates sunt auctæ. Cum ergo in isto debitore hæreditario, cuius facultates ampliatæ sunt

lio agi poterat, [a] hæres creditori extitit. Quæritur cuius temporis peculium cõputari oporteat in falcidia lege? Plerique putant, quòd tunc in peculio fuerit, cũ adiretur hæreditas, inspiciẽdum. Ego dubito: [b] quoniam mortis tẽpus in ratione legis falcidiæ ineũda placuit obseruari. Quid em̃ interest, peculiũ serui post mortẽ creditoris deminutum sit, an debitor [c] pauperior factus sit? [d] Aliquis dicet: quid ex contrario, si ante aditam hæreditatem acquisierit seruus? Et ego quæram, q̃d si debitoris, qui tunc non erat soluendo, ampliatæ facultates fuerint? Et cùm in isto [e] placuerit ex postfacto vberiorem videri fuisse hæreditatem, sicuti cùm cõditio [f] crediti extitit [g] post mortem ita etiam peculij incrementum [h] pleniorem faciet hæreditatem. Scæuola notat. [i] Quid ergo si idẽ seruus [k] defuncto, & alij dena [l] debuerit, & vna decẽ habuit? Augeẽ scilicet & his hæreditas, decẽ ([m] quæ defuncto naturaliter debebãtur) in hæreditate manentibus.

Si seruus post tempus manumittendus legatur, vel etiam eidẽ directo libertas relinquitur, & interim proprietas aut eius vsusfructus legatur alteri, tantum dicitur esse in legato, quantum ex operis interim habetur. & ex eis falcidia detrahitur. Alexander.

Is, qui in bonis unum duntaxat seruum habebat, legauit eum Titio: & fidei eius commisit vt post triennium manumitteret. Debet ex eo, quod interim ex operis serui ad Titium perue--

ante aditam hæreditatem creditoris, placuit sapientibus ex post facto videri vberiorem fuisse hæreditatem: sicut etiã euenit, cum conditio, sub qua promiserat aliquis defuncto, extitit post mortem, & ante aditã eius hæreditatem: ita etiam incrementum peculij serui dicti debitoris, hæredisque factum post creditoris mortem usque ad tempus aditæ eius hæreditatis facere debet pleniorem hæreditatem creditoris ad proficuum legatariorum. bene ergo dixerunt illi plerique, qui putauerunt inspiciendum illud, quod tunc in peculio dicti serui fuit, cum adiretur hæreditas creditoris peculiaris per debitorem peculiarem seruique dominum. quandoque etiam quod dictum est, in dubium venit. Vnde dico extra casum tibi loquendo, quod quandoque non inspicitur tempus aditæ hæreditatis, sed tempus quo plus fuit in peculio, siue sit illud tempus mortis, siue tempus aditæ hæreditatis, siue tempus post aditam hæreditatem, & illud computabitur hæredi in Falcidiam, ut dictũ. & hæc colligo in hac l. ibi: quid. n. interest &c. & ĩ. eo. l. si debitor. & est ratio, quia dominus serui idemque hæres creditoris serui mei sibi potuit & debuit soluere. Expedito hoc casu, Scæuola adducit aliũ casum talem. Pone quod prædictus seruus hæredis scripti a creditore peculiari debuit x. defuncto creditori: & cuidam alij debuit alia x. & vna x. habuit dictus seruus in peculio tempore aditæ hæreditatis creditoris per dominum suum ab eo institutum: nunquid hæreditas dicti creditoris quam habet dominus huius serui, augetur in his x. quæ habebat seruus prædictus in peculio, vt sic propterea tota & integra x. maiora debeãtur legata legatariis, quibus legauit dictus creditor, qui instituit sibi hæredẽ dñm serui, ut sic de his x. alius creditor serui nihil consequatur? Et resp. q̃d sic. nã dicta x. quę defuncto creditori naturaliter debebãtur per seruum hæredis, in hæreditate eiusdẽ creditoris manẽt. & pôt esse ratio, quia hic dominus serui institutus hæres a creditore eiusdem serui habet potestatẽ prædeducendi de peculio eiusdem serui illa x. quę seruus debebat creditori: & postea per consequens eidem hæredi creditoris debebat ea decem seruus: cum ergo nihil habeat in peculio seruus nisi decem, & hæredi creditoris, scilicet domino suo debeat decem, quæ debebat creditori: & dominus suus ista decem possit prædeducere de peculio: ergo alius creditor, cui debebantur x. nihil consequitur de illis x. quæ erant in peculio, imo integra & tota dicta decem augebunt dictam hæreditatem creditoris quam habet dominus eiusdem serui, ut sic propter hoc maiora præstentur legata legatariis, quibus idem creditor legauit. & hoc vult dicere hæc lex: licet non nimis planè. Viui.

[a] Poterat. Vt dominus serui.

[b] Dubito. Hac ratione quoniam &c. & hac alia, quid enim. Acc.

[c] Debitor. Scilicet aliquis hæreditarius. Accur.

[d] Si. Quo casu damnum hæredis est: ut ĩ eo. l. in ratione. in prin.

[e] In isto. Debitore facto diuite.

[f] Conditio. Sub qua promiserat quis aliquid defuncto. Accursius.

[g] Extitit. De hoc constat: vt ĩ. eo. l. e in quantitate. in §. magna. Sed ad præcedẽs est contra, supra eo. l. in ratione. in principio. vbi tempus mortis inspicitur. Solu. dicunt quidam quod ratiocinando hæc dicũtur, non soluendo. Sed dic secundũ Hugo. & Azo. quòd in hæreditariis [1] rebus æstimandis tempus mortis inspicitur, vt ibi. in debitore hæreditario libero qui non est soluendo, euẽtus posterior quandocunque consideratur, ut hic. & supra eo. l. Nesennius. § si debitori. secus si est soluendo: vt in contrario, in hærede debitore, aut ex sua persona: & tota debiti quantitas computatur, ut infra eodem, l. quærebatur, & supra, eod. l. j. §. si debitor. aut ex persona serui uel filij: & tunc non euentus posterior: sed quanti pluris fuit in peculio uel tempore mortis uel aditæ hæreditatis, vel postea, computatur in falcidia: vt hic, & ĩ eo. l. si creditor. quia dominus idẽq; hæres sibi potuit, & debuit soluere. sed in debitore non ita: quia non statim cum habet, potest hæres pecuniam extorquere. Acc.

[1] Sic in cõtractibus] tẽ [illegible] com [illegible] spi[illegible] ĩ l. i. co. pen. C. de resc. uen. idẽ in l. si seruũ. ĩ. ad legem Aqu.

[h] Incrementum. Quod est vsq; ad aditam hæreditatem, nõ post: vt ĩ eod. l. si creditor. & supra, in princi. huius. l. sed in debitore etiam vltra, vt hic. Vel dic etiã in peculio idem: vt hic apertè dicit, Sed secundum vtranque expositionẽ est contra supra, de pecu. l. eod. tempore. §. si creditor. vbi tempus mortis inspicitur. sed dic ut infra eod l. si creditor. Acc.

[i] Nota. Id est approbat quod sequitur.

[k] Seruus. Hæredis scripti.

[l] Dena. i. xx. uni, & totidem alij. sic ĩ. de leg. j. l. si quis testamento. Vel melius. i. decem vni, & decem alij: vt statim patet ibi, decem quę &c. sic ĩ. de sol. l. vlt.

[m] Decem. Si tota decem augent. sic ergo nil alij creditori soluetur: quod est ideo, quia hic dominus habet potestatẽ prędeducendi: vt ĩ. de pecul. l. sed si damnum. § j & facit ĩ. eo. l. serui. Acc.

Is qui in bonis. CASVS. Seius habens vnum duntaxat seruum, legauit eum Titio, & cõmisit fidei eius Titij, vt post triennium eum seruũ manumitteret, & multa

nire pōt, quarta a apud hæredē remanere: quē admodum si directò post triennium seruo libertatem dedisset, eiusque b vsumfructum ei c legasset, aut ei proprietatem d per fideicōmissum reliquisset.

Si legatum domini non sit defalcabile, de legato serui detrahitur Falci. pro vtroq; : & idem contra. Alex.

Stichū tibi, seruo tuo decem legauit: vel contra, tibi decem, seruo tuō Stichum, libertatemque Stichi fidei eius e commisit. Lex Falcidia minuit legata. Redimere ab hærede partem f debes: quemadmodum si tibi vtrunq; legasset.

Quarta in hæredem testatore viuo collata, facit cessare Falcidiam. Bartolus.

Sæpius euenit, ne emolumentum eius legis hæres consequatur. g Nam si centum aureorum dominus, vigintiquinque h alicui dederit, i & eum instituerit hæredē, & dodrantem legauerit: nihil aliud k sub occasione legis Falcidiæ interuenire pōt: quia viuus videtur hæredi futuro ꝓuidere.

Non debet inspici persona primi legatarij, sed fideicommissarij, in quem vltimatè debet legatum residere. Bar. & Alex.

Idem lib. xxvj. Digestorum. LVII.

Cum dotem maritus alicui legauerit, vt vxori restituatur: non habere legē Falcidiā locū, dicendū est. l Et sanè in plerisque ita obseruat̃, vt omissa interpositi m capiētis persona spectetur.

Potentiæ detrahendi Falcidiam non præscribitur longo tempore. Alex.

Modestinus lib. ix. regularium. LVIII.

Legis Falcidiæ beneficium hæres etiam post longum tempus n

ex alia legata alijs reliquit, ita quòd excessit dodrantem: certè de seruo non potest hæres detrahere Falcidiam, sed ex eo, quod interim ante triennium ex operis serui ad Titium peruenire potest, de quarta apud hæredem debet remanere: sicut eueniret, si directò post triennium dedisset Seius libertatem dicto seruo, & legasset eidem Titio vsumfructum eiusdē serui. nā ex eo, quod interim ante triennium ad Titiū peruenire potest de vsufructu, quarta apud hæredem debet remanere: & sicut eueniret, si similiter directò post triennium dedisset Seius libertatem dicto seruo, & ei Titio proprietatem plenam ante triennium per fideicommissum reliquisset. nam & hic ex eo, quòd interim ante triennium ad Titiū peruenire potest, quarta apud hæredē debet remanere. Viuia.

a Quarta. Facit supra, eod. l. sed si non seruus. §. vlti.

b Eiusq;. Serui.

c Ei. Scilicet Titio.

d Proprietatem. Plenam ante triennium.

Stichū tibi. CASVS. Seius testator legauit tibi Stichū, & seruo tuo Pamphilo legauit x. vel econtrario tibi x. legauit dictus testator, & seruo tuo legauit Stichum: & commisit fidei eius serui, tui Pamphili libertatem dicti Stichi: & tot alia legata reliquit quibusdam alijs, quòd excessit dodrantem bonorum suorum, & sic habet locum lex Falcidia. & decessit dictus testator, & postea tu agnouisti legatum tibi relictum, & relictum seruo tuo. modo quæritur, qualiter debet detrahi Falcidia de dicto Sticho, & de decem? Et dicitur, quòd dominus Pamphili legatarius debet redimere ab hærede Seij partem Stichi prædicti: scilicet quartam, quæ de eodem Sticho esset resecanda, si libertas eius non esset data. & hoc propter dictum legatum de x. tibi, vel seruo tuo relictum. & ita si bene inspicias pro seruo, & pro x. detrahetur Falc. de dictis x. & seruo Sticho libertatem dabis, sicut & si tibi legasset dictus testator dictum Stichum, & dicta x. & nihil seruo tuo Pamphilo legasset: quo casu sine dubio redimere deberes ab hærede quartam partem Stichi. vt supra, eod. l. si seruus. cum legibus sequentibus. Viuia.

e Eius. Scilicet serui tui, vel etiam tuæ fidei.

f Partem. Quartam, quę de sua esset resecanda, si libertas non esset ei data. Azo. & hoc propter legatum x. alias Falcidia non detrahetur: vt s. eod. l. si seruus. Acc.

Sæpius euenit. CASVS. Seius habens centum aureos in bonis dedit Titio inter viuos xxv. aureos de eisdem cētum aureis: & eundem Titium instituit postea hæredem, & dodrantem dictorum cētum aureorum legauit quibusdam, id est lxxv. aureos, & decessit. nunc quæritur, an Titius hæres possit detrahere Fal. de dictis legatis? Et dicitur quòd non: quia testator in vita sua prouidit hæredi in quarta bonorum dando ei dictos xxv. aureos. nam multoties euenit, nedum in isto casu ne emolumentum eius legis Falcidiæ hæres consequat̃. & de hoc pono statim vnum alium casum. Titius qui receperat à Seia c. in dotem, in testamento suo legauit Caio dictam dotem vt Caius restitueret eam vxori. certè nō debet hæres detrahere Caio Falcidiā de dicta dote. vel si detrahat tenetur eā Falcidiam restituere mulieri actione de dote. & sanè & in hoc casu, & in plerisque ita obseruatur: vt omissa persona interpositi, sicut fuit in hoc casu, vbi interponitur Caius, spectetur persona capiētis, id est, vxoris, quæ debet habere dotem. & hoc dicit cum l. seq. Viuia.

g Consequatur. Vel propter qualitatem legati: vt s. proxi. §. vel propter traditam à defuncto quartā: vt hic. Azo. Item in alijs: vt not. C. eod. l. in testamento. Accursius.

h Vigintiquinque. Ergo quartam.

i Dederit. Inter viuos: vt in fine subijcit. & hac mente, ne vtatur Falcidia. & ita repellitur exceptione, vel replicatione. sic ergo quod capit non hæreditario iure imputatur in Falcid. vt & infra, eod. l. quod autem. in fi. si autem in vltima voluntate instituendo, non esset dubium: quia non habet locum Falcidia.

k Nihil aliud. Quia retinebit dicta xxv. & facit C. de le. l. filia. & infra, si a paren. quis ma. fu. l. 1. §. si parens. Sed argu. contra C. de inoffi. test. l. si quando. §. 1. Solue vt ibi secundum Bar. Accur.

l Cum dotem. Dicendum est. imò vt supra, de dote prælega. l. secunda. §. idem quærit. Sol. non habet locum vt hic inspecto exitu: quia quod detrahitur per Falcidiam, petitur per actionem de dote, vt ibi dixi, sed incommodum repræsentationis habet locum cum effectu: vt in contrario. in fin. §. & supra, eodem, l. prima. §. si quis creditori. & facit infra, eodem, l. vsusfructus. §. 1.

m Interpositi. Id est, persona &c. ad quod supra, de lega. 2. l. et qui. & de inoffi. test. l. Papinianus. §. eo autem. & supra, titu. 1. l. auia. §. Titio. & supra, si quis ali. testa. prohib. l. 1. §. sed si legatum. Accur.

Legis Falcidiæ. Casus huius l. est clarus: & eam intellige vt s. eod. l. lex Falci. si interueniat. & l. quod de bonis. §. non idcirco. & §. fructus.

n Longum tempus. facit s. eo. l. lex Falcidia. & l. quod de bonis. §. non idcirco. & §. fructus. Accur.

mortis testatoris implorare non prohibetur.

Hæres qui agit ut legata intercidant, priuatur Falcidia. idem in eo qui in se tacitam fidem assumpsit de restituendo nõ capaci. Alex.

Idem libro ix. Pandectarum. LIX.

Beneficio legis Falcidiæ indignus esse videtur, qui id egerit, a vt fideicommissum intercidat. Præterea & qui non capienti rogatus est restituere hæreditatem, senatusconsulto Plautiano non conceditur quartam retinere: b sed ea quarta, quam non retinuit, ad fiscum pertinet ex rescripto diui Pij.

Prælegata relicta impuberi non imputantur in Falcidiam substituto impuberi. Alex.

Iabol. li. iiij. ex Cas. LX.

Cum pater impuberi filiæ hęredem substituit: id, quod ei c legatorum d nomine a patre obuenit, cùm hæreditas ad substitutos pertinet, in computationem legis Falcidiæ non venit.

Quod hæres plus soluit legatariis, in pœnam contumaciæ non nocet. Bartolus

Legato petito, e cùm in litem iuratũ est, ratio legis Falcidiæ, non eius summæ, in quam legatarius iurauit, haberi debet: sed eius, quanti re vera id fuit, quod petitum est. Nam id, quod pœnæ causa accreuit, in legem falcidiam non incidit.

Si hæres propter suam Hulsitiam plus soluit, non nocet legatariis. Bartolus.

Idem libro iiij. epistolarum. LXI.

Alienus fundus tibi legatus est. hunc cũ hæres emere nisi infinito pretio non posset, emit multo pluris, quam quanti erat: qua emptione effectum est, vt legatarij ad legem falcidiam reuocarentur. Quæro, cùm si f fundus tanti, quanti re uera, g emptus esset, legata non fuerint excessura ius legis falcidiæ: an hoc ipso hęres institutus partem reuocandi à legatariis ius habeat, quod ex voluntate h defuncti pluris emerit fundũ, quàm quanti erat? Respondit, quod amplius hęres, quã pretium fundi legatario soluit, i id rationi legis falcidiæ imputari nõ potest: quia negligẽtia eius nocere legatariis non debet: vtpote cùm is confitendo veram æstimationem præstare k poterat.

Beneficio. Cassius. Si hæres cancellauerit testamentum, & ita fecit, quòd perijt fideicommissum ab eo relictum: videtur indignus beneficio legis Falci. nam & totam hæreditatem amittit: vt & s. de ijs quæ in test. delen. l. 1. §. si verò alius. Item & indignus videtur beneficio eiusdem legis, quia accommodauit fidem testatori de restituenda hæreditate non capaci. imò eã quartam habet fiscus. Viuianus.

a Egerit. Cancellando testamentum. ad quod supra, de ijs qui. vt indig. l. rescriptum. & infra, eod. l. hæreditatum. in fi. & supra, de ijs quæ in testamento delentur. l. prima. §. si verò alius. & supra, si quis aliquẽ testari proh. l. 2. Accur.

b Retinere. Cum effectu, quia fiscus habet: vt hic, & infra, de iure fis. l. cum tacitum.

Cum pater. Caius Titius instituit sibi hæredem filiam suam impuberem, & Seium: & quædã prælegata filiæ dedit: & postea ab impubere prædicta multa legata reliquit quibusdam. & postea dictũ Seium substituit eidem impuberi. & decessit dictus Titius. & postea decessit dicta impubes in pupillari ætate & ita hęreditas ad substitutũ pertinet. & ipse debet soluere dicta legata ab impubere relicta. nunquid dicta prælegata filiæ debet computare in ratione legis Falcidiæ? Et dicitur quod non: imò debet hic substitutus ea sibi habere præcipua sicut nec ipsa impubes computaret: vt j. eo. l. quod autem.

Legato petito. Cum multa à Titio hærede legata relicta essent, ita quòd habebat locum lex Falcidia: Seius vnus de legatarijs per actionem in rem petijt legatum suum: & quia hæres fuit contumax in soluendo ei legato, delatum fuit legatario sacramentum in litem, & iurauit vltra quam valeret legatum. nũnquid hæres ponet in ratione legis Falcidiæ totum, quicquid debet dare dicto legatario: vt sic maiorem alijs legatarijs detrahat Falcidiam? Et dicitur, quod non: sed id tantum, quantum in veritate valuit dictum legatum, super quo iuratum est. & ita debet hæres sibi imputare damnum, quod sua culpa passus est. sic etiã imputat sibi damnum quod patitur propter suam negligentiam: nam si alienus fundus est tibi legatus ab hærede, & eũ dominus fundi nollet eũ vendere nisi infinito pretio, siue nimis magno, hæres emit vltra, quàm valeret: & propter dictam emptionem effectum est, vt habeat locum lex Falcidia: quæ alias non haberet locum, id superfluũ in lege Falcidiæ imputari non potest alijs legatarijs. nam poterat liberari idẽ hæres præstando legatario veram æstimationẽ dicti fundi: & hoc dicit cum l. seq. Viuia.

c Quod ei. Scilicet impuberi. Accur.

d Legatorũ. Id est, prælegatorum in primis tabulis, cum haberet cohæredem. & dic pertinet, ex substitutione pupillari. & non venit in computationẽ: quia substitutus non computat sibi in quartam quod impuberi fuerit prælegatum: sed habet præcipuũ: sicut nec ipse impubes computaret: vt infra, eod. l. quod autem. Alij dicunt ei, scilicet substituto, & legatorum in secundis tabulis, & non venit in computationẽ scilicet Falcidię, quia nõ valet: vt posito à se sibi relictum, vt s. de leg. 1. l. legatum. §. 1. sed totum computatur in quartam: vt supra, eodem, l. non est. sed prima placet: quia dicit ei à patre. Item quod dicit pertinet, exponunt quidam ex vulgari. & sic non computat substitutus: quia non habet: sed habet impubes: vt supra, de legatis 1. l. qui filiabus. in fi. l. seq.

e Legato petito. Per actionem in rem, in qua iuratur. vt supra, de in litem iuran. l. in actione, si autem actione ex testamento, nõ iuratur: vt s. de in lit. iur. l. alias. nisi dicas, quãdo res non extaret: vt s. eo. tit. l. in actionibus. §. planè. & facit in illo eo. tit. l. 1. & j. de fideiuss. l. si & s. de leg. 1. l. legatum. §. fundus. & s. eo. l. in Falc. & j. l. proxi. & l. in lege. §. fi. & arg. s. de procu. l. proptio. §. procurator, vt in cæteris ibi, pœnam autem &c. & j. de regu. iur. l. quod quis ex culpa. Accursius.

f Alienus. Cũ si alias sit: sed melius si. & dic quæro, cum legata &c. & quod dicit quanti re vera, scilicet valeret iusto pretio.

g Re vera. Scilicet valeret.

h Volũtate. Quæ fuit in emẽdo, nõ vt tã carũ emeret.

i In P. Fl. id i. Falcidiã imputari nõ potest.

k Præstare. Vt s. de leg. 3 l. non dubium. §. fin. & facit supra, eo.

ſupra,eod.l.1.§.fin.& de leg.1.l.ſi fideiuſ.§.fin.& ſ.l. proxi.§.fin.& ſ.mand.l.ſi fidei.Item not.negligentię eius.ſic ſ.de noxa.l.electio.§.ij.& ſ.de tranſ.l.3.

In duobus reis ſocijs debitum vtrique pro parte uidetur actiuè, & paſſiuè: in non ſocijs, eius uidetur debitum, qui debitum occupauerit. Bartolus.

Vlpian.libr.5.ad leg.Iul.& Pap. LXII.

IN lege Falcidia hoc eſſe ſeruandum Iulianus ait,vt ſi duo rei promittendi fuerunt,[a] vel duo rei ſtipulandi:ſi quidẽ ſocij ſint,in ea re diuidi inter eos debeat obligatio, atq; ſi ſinguli partem pecunię ſtipulati eſſent,vel promiſiſſent. q ſi ſocietas inter eos nulla fuiſſet: in pendenti eſſe, in vtrius bonis computari[b] oporteat id, quod debetur, vel ex cuius bonis[c] detrahi. Corpora,ſi qua ſint in bonis defuncti, ſecundum rei veritatem æſtimãda erunt:hoc eſt, ſecundum præſens pretium: nec quicquam eorum formali[d] pretio æſtimandum eſſe, ſciendum eſt.

IN lege. CASVS. Titius,& Seius promiſerunt mihi decem inſolidum, & ita ſunt duo rei promittendi.deceſſit dictus Titius inſtituto ſibi hærede dicto Seio, & multis ab eo legatis, nunc legatarij petũt ab eo legata. nunquid tota decem mihi debita detrahet de hæreditate tanquam æs alienũ:vt ſic maiorem legatarijs detrahat Falcidiam?an vero detrahet partẽ, vel nihil? Et diſtinguitur, aut erant ſocij iſti duo rei promittendi: aut non. Primo caſu diuidi inter eos debet obligatio de dictis decẽ mihi debitis, vt reus promittendi hæres tantum videatur minus habere in bonis ſuis, quãtum eſt medietas eius,quod mihi debebatur: & illud non noceat vel proſit legatarijs. Itẽ tantum minus videatur habere in bonis hæreditarijs, quantum eſt alia medietas debiti,& illud legatarijs nõ ceat.Si autem non erant ſocij, tũc in pendẽti eſt de cuius debeat detrahi bonis iſtud debitũ totum tanquam æs alienũ.ſ.vtrum de bonis teſtatoris, vt ſic noceat legatarijs,quantũ ad maiorem Fal.eis detrahendã,an de bonis hæredis: vt ſic non proſit.nec noceat legatarijs. Et ſi quidem hæres ſoluerit mihi totum hoc meũ debitum tanquam debitum teſtatoris, qui erat mihi cũ eo reus debendi:tunc totum dictũ debitum detrahetur de bonis teſtatoris:& ſic nocebit legatarijs: ſi autẽ ſoluerit mihi tanquã debitũ ſuum hęredis,tũc nihil nocebit legatarijs. & non interis ſi aliter poteſt ſoluere hæres prædictus.ſ.vel tanquam ſuum debitum,vel tanquã hæreditarium. nam ambæ obligationes in eum inſolidũ concurrunt:vt arg.ſ.de act.empt.l.non eſt nouum. in fi.& in prædicto pendenti cum nõ erant ſocij,credo q hæres interim debeat ſoluere legata integra legatarijs, & recipere ab eis cautionem de reſtituendo, quod vltra acceperint:quàm per legem Falç.eos accipere liceret.ar.ſ.eo.l.is qui fideicõmiſſum. Et idem per omnia diſtinguitur. ſi ego debebam inſolidum decem dicto Titio,& Seio,& ita erãt duo rei ſtipulandi,& Titius inſtituit Seium hæredem, & multa legata ab eo reliquit, nam erant ſocij, aut non. Primo caſu diuidi inter eos debet,obligatio de dictis x.quæ ego eis inſolidum debebam,ſicut quilibet eorum partem dictę pecuniæ me debitore ſtipulatus eſſet.ſ.vt vnus reus ſtipulãdi.l.Seius Titij hæres habeat in bonis ſuis medietatem eius,quod ego debebam eis,& illa non proſit legatarijs,aliam autem medietatem habeat in bonis hæreditarijs, & illa proſit legatarijs quantum ad Falcidiam, vt minor eis detrahatur.Si autem non erant ſocij dicti duo rei ſtipulandi, tunc in pendenti eſt,in cuius eorum bonis imputari oporteat id, quod ego inſolidum ei debebam: vt ſi ego ſoluam hæredi propter obligationem hæreditariam, computaretur in bonis defuncti rei ſtipulandi:& ſic proſit legatarijs. Si autẽ ſoluã hæredi propter obligationem,qua ei inſolidum tenebar,tunc computetur in bonis hæredis. & ſic non proſit, vel noceat legatarijs, nam & hic vtraq; obligatio durat vno reo ſtipulandi exiſtente hærede alteri, vt infra, de fideiuſſorib.l ſi reus.& l.generaliter.§.3. Corpora. Titius inſtituit ſibi hæredem Seium, & multa ab eo legata reliquit & deceſſit. nunc hæres vult inire rationem Falcidiæ cum legatarijs. vnde omnia corpora,quę ſunt in bonis defuncti, debent æſtimari ad ſciendum vtrum habeat locum Falcidia, vel non. Certe ſecundum rei veritatem ſunt æſtimanda,hoc eſt ſecundũ præſens pretium,non autem formali pretio. ſiue à contrahẽtibus formato.i. a defuncto, & ab eo qui ei vendidit: forte enim defunctus emit dicta corpora vltra, quam valerent. Vtilit.

a Fuerint. Quorum vnum alium ſibi fecit hæredem. Accur.

b Computari. Quãdo ſunt duo rei ſtipulandi: vt ſi fiat ſolutio in obligationẽ hæreditariam, tunc in bonis defuncti, ſed ſi hæredis, tunc in bonis hæredis: vtraq; enim durat, vt ĩ.de fideiuſſoribus.l.ſi reus.& l generaliter.§.1.

c Ex cuius bonis.Cum ſint duo rei promittendi.& facit ĩ.de fideiuſſorib.l.Vranius.& ſupra,eo.l.ſtatuliber.& de liberatione legata,lege tertia.§.nunc.

d Formali. Id eſt,formato à contrahentibus, quando defunctus emit vltra quam valeret,vel minus,& ita nõ ex præterita emptione: vt & ĩ.de iure fiſci.l.3.§.diui. Vel formali, id eſt, ſingulari:quod aliàs quandoq; inſpicitur, vel ratione ſanguinis,vel vtilitatis vt ĩ.eod.l. pretia.vel quia fuit maior:vt ſ.de minor.l.ſi in emptione.vel ratione continuum:vt ſ.de leg.2.l.ſi cui fundus. & facit ſ.eodem,lege cum pater.§.1.

Res debet æſtimari communi æſtimatione, non ex affectione ſingulari. Item qui habet ius adeundi hæreditatem, non dicitur locupletior. Bartolus.

Paulus lib.ij.ad leg.Iuli.& Pap. LXIII.

PRetia rerum non ex affectu, nec vtili-

PRetia. CASVS. Hæc l.debet continuari cum l.præceden.& hoc vult. Non debent res æſtimari ex affectu,vel vtilitate ſingulorum,ſed cõmuniter:nec enim hæres,qui filium ſuum naturalem natũ ex ancilla teſtatoris poſſidet tanquam rem hæreditariam,tanto iudicatur locupletior,vt proſit legatarijs, quod eundem ſuum filium plurimo pretio quàm valeat,redẽpturus fuiſſet,ſi alius poſſideret eum. nec ille hæres, qui filium alienum natum ex ancilla teſtatoris poſſidet tanquam rem hæreditariam, tantum habere iudicatur vt proſit legatarijs,quantum eum poteſt vendere patri, ſi pater vult ei dare pluſquam valeat communiter: nec expectandum eſt,donec vendat patri, ſed in præſentiã, ſiue ex præſenti æſtimatur quaſi homo, ſiue ſeruus hæreditarius.& non quaſi filius alicuius: nec ille hæres, qui poſſidet ſeruum,qui commiſit noxiam, tantum habere iudicatur, vt proſit legatarijs quantum magis habet charum ex eo, q deliquit. ſunt enim quidam qui tenẽt magis charos ſeruos ex eo,quòd ſunt malefactores. ſed iudicantur tantum habere, quantum communiter valet dictus ſeruus.nec enim ſit aliquis ſeruus pretioſior,ſi committat delicta:nec ille hæres,qui poſſidet ſeruum hæreditarium inſtitutum ab aliquo extraneo, poſt mortem teſtatoris tantum habere iudicatur, vt proſit legatarijs,quantò pluris vendi poteſt dictus ſeruus propter hæreditatem, in qua eſt inſtitutus ab extraneo: nam & ſi ipſe hęres cum quo nunc tractatur de

tate [a] singulorũ, sed cõmuniter funguntur. [b] † Nec enim qui filium naturalem [c] possidet, tanto locupletior est, quod eũ si alius possideret, plurimo redempturus fuisset. Sed nec [d] ille, qui filium alienũ possidet, tantum habet, quanti eum patri vendere potest. Nec expectandum est, dum vendat: sed in pręsentia, [*] nõ quasi [e] filius alicuius, sed quasi homo [f] æstimatur. Eadem causa [g] est eius serui, qui noxã nocuit. [h] Nec enim delinquendo quisq; pretiosior fit. Sed nec hæredem post mortem testatoris institutũ seruum, [i] tanto pluris esse, quo pluris venire potest, [k] Pędius scribit. Esse enim absurdum, ipsum me [l] hæredem institutum non esse locupletiorem [m] antè, quàm [n] adeam; [o] si autẽ seruus hæres institutus fit statim me locupletiorẽ esse effectũ: cum multis causis accidere possit, ne iussu nostro adeat. acquirit nobis certè cum adierit. Esse autẽ præposterum, antè nos locupletes dici, quàm acquisierimus. Cuius debitor soluendo non est, tantum habet [p] in bonis, quantum exigere potest.

Ex loco & tempore rerum pretia uariantur: & caristia, quæ modico tempore fuerit, non inspicitur. Bart.

Nonnullã tamen pretio varietatẽ loca, [q] temporaque afferunt. Nec enim [r] tantidẽ Romæ & in Hispania oleum æstimabitur, nec continuis [s] sterilitatibus tantidem, quanti secundis [t] fructibus, [u] cum hic [x] quoque nec ex momentis temporum: nec ex ea quæ raro accidat caritate, [y] pretia constituantur.

Vlpia. lib. xiij. ad leg. Iul. & Pap. LXIIII.

SI in testamento ita scriptum sit, Hæres

Falcidia, esset institutus ab aliquo extraneo non diceretur locupletior antequam adiret hæreditatem extranei: ergo absurdum esset eundem hæredem esse factum locupletiorem, antequam seruus hæreditarius ab extraneo institutus adeat extranei hæreditatem: cum multis casibus accidere possit, ne iussu eius hæredis adeat idem seruus. Ad id quod dictum est pretia rerum communiter æstimari, possumus adducere & aliud exemplum, scilicet vt creditor cuius debitor soluendo non est, tantum videatur habere de dicto debito circa rationem legis Falcidiæ, quantum exigere potest à debitore suo. quamuis autem dixerit, communiter debere æstimari pretia rerum, tamen loca, & tempora afferunt aliquando varietatem in pretio rerum. De locis pone tale exemplum: quia aliter æstimatur oleum Romæ, & aliter in Hispania: quia carius est Romæ. De temporibus pone tale exemplum: quia cõtinuis sterilitatibus existẽtibus per magnum tempus non æstimatur tantidẽ oleum, vel olei fructus, quanti æstimatur fecundis, siue vberrimis fructibus existentibus continuis. nam plus æstimatur tempore caristiæ continuæ, quam abundantiæ continuæ & bene dixi de continua abundantia, & cõtinua caristia per magnum tempus: quia hic quoq;, id est, in computatione l. Falc. nedum in alijs causis constituuntur pretia non ex momentis temporum, puta ex præterita caristia: nec ex ea caritate, siue caristia: quæ raro accidit, etiam si tempore præsenti obtineat caritas. Viuia.

[a] Vtilitate. De affectu, & vtilitate statim ponet exemplum. & plenius no. ĩ. l. proxi. in fin. Accur.

[b] Funguntur. Id est, communi pretio æstimatur res. quod ergo dicitur, res tantum valet quantum vendi potest, scilicet cõmuniter: vt hic, & ĩ. eo. l. proxi. in fi. & ĩ. ad le. Aquil. l. si seruum. Vel dic communiter funguntur scilicet pretia, id est, statuuntur, & communiter expone vt prius. Vel tertio funguntur communiter, id est, tale pretium imponitur quod æquiualeat rei vt commune, & æquale sit, habere rem, vel pretium.

[c] Qui filium naturalem. Scilicet seruum suum: aliàs non possideret. & est exemplum de effectu.

[d] Sed nec. Exemplum de vtilitate.

[e] Quasi. Aliàs quo, id est, quanto scilicet pretio, aliàs qua, scilicet æstimatione.

[f] Homo. Seruus aliquis non habito respectu ad patrem.

[g] Eadem causa. Vt æstimetur quantum communiter valet.

[h] Nocuit. Defuncto cuius erat. per quod videbatur difficilius quod venderet, ne puniendi adimatur facultas, & de socijs inquirendi, argu. supra famil. ercis. l. Pomponius. circa prin. Vel dic nocuit extraneo in vita defuncti: & tunc non fit pretiosior, id est, fit deterior, & sic prout valet. Accur.

[i] Seruum. hæreditarium.

[k] Venire potest. Quia iussu emptoris adiret: vt instit. de hære. insti. §. si antè.

[l] Ipsum me. Quasi dicat istud est dicere, me institutũ non esse locupletem ante quã adeam. quod quidem verum est; & si seruus hæreditarius instituatur, me fieri locupletẽ: neutro ergo casu fuit locupletior. Hug. Alij legunt interrogatiue vsq; illuc, certè &c. quasi dicat non est absurdum me non esse locupletiorem. Alij dicunt quòd si ego instituar, sum locupletior antequam adeam: cum & ius deliberãdi, & adeundi transmitto: vt C. de iure delib. l. cum antiquioribus. Si seruus meus, non quos sensus litera non bene portat.

[m] Locupletiorem. ꝙ quidem verũ est, antequã adeam, &c.

[n] Antequam. Pro quamuis &c.

[o] Adeam. Facias punctum loco copulæ. & repete, & ne nobis acquiri. certè & si adierit, puta si noster esse desinat: quod multis modis potest contingere, & hoc quo ad Falc. aliàs contra ĩ. ad leg. Aquil. l. inde Nera. & supra, de condi. fur. l. iij. §. j. & infra, de fur. l. si quis vxori. §. pen. sed illa odio furis, occisoris, & raptoris.

[p] Habet. Creditor. & facit infra, eo. l. quærebatur.

[q] Loca. Primo ponit de loco: secundo de tempore: & facit ad locum supra, de eo quod certo loco. l. ideoq;.

[r] Nec enim. De loco dicit. Accur.

[s] Nec continuis. Exemplum de tempore.

[t] Secundis Id est, vberrimis s. existentibus. vnde dicitur: hęc nauis vadit ad secundam, quando vadit infra. aliter igitur æstimatur tempus caristiæ: quam vbertatis, si diu durauerit. secus si parum: vt ĩ. subijcit. Accur.

[u] Fructibus. Vberrimis. fuit enim septem annis valde carum tempus, & septem sequen. maxima vbertas.

[x] Cum hic. Id est, in computatione Falcid. vel hic, id est, in æstimandis fructibus.

[y] Caritate. Id est etiam si tempore præsenti obtineat: quia ad ea, quæ plerunq; contingunt, iura aptantur: vt supra, de legi. & senatuscons. l. nam ad ea.

SI in testamento. CASVS. Ita dicit testator in testamento, hæres meus damnatus esto dare Lucio Titio

† Vide ad hanc leg. Al. de eo quod interest. I princip. 3. q. & qualiter pretiũ rerum probetur, vide glo. & Abb. in c. cum, causam extra de testib.

[*] In P. Fl. non quasi filius alicuius, sed quasi homo æstimatur. Vide Anto. August. emen. li. 2. c. 2.

Res tantũ valet, quãtũ cõmuniter vendi potest.

[1] Quo tẽpore quis cogit frumẽtũ vendere pretio etiam paruo nõ iusto. Ba. in l. j. §. eum ra carnis. in 2. opp. ĩ. de offi. præf. vrb. Idem in l. annonã. Ifra de extraord. crimi.

Titio x. & quanto quidem minus per l. Fal. capere poterit idem Lucius Titius, tanto amplius ei dare damnas esto. & decessit testator, certè standum est sententiæ testatoris: vt scilicet nō patiatur Lucius Titius Fel. Viui.

a Capere poterit. Scilicet hæres, id est, detrahere ab hoc Titio.

b Esto. De legatis cæterorum.

c Standum est. Imò non standum: vt hæres non habeat Fel. vt j. eo. l. Titia. contra. Sol. speciale hoc casu: vt & alias s. eo. l. si debitor. hoc tamen non nocet hæredi: quia alij legatarij & suum, & hoc onus Fel. subeunt: vt j. eod. l. qui quadringente. §. si quid. Vel potest dici, quod hic nō dicit detrahi Falcidiam, sed dicit, ꝙ cum duo & dimidium possunt detrahi de decem nomine Felc. tantum, id est, duo & dimidium. videtur ei integrum legere. & sic erūt xij. & dimidium, ex quibus Falc. detrahitur. & hoc modo stetur sententiæ testatoris, & Fal. retinetur. prædicta autem duo & dimidiū detrahit hæres de legatis cæterorum, vt dixi. Accur.

S I fundus. CASVS. Legaui tibi fundum valētem quinquaginta sub cōditione si dares hæredi meo quinquaginta. certè valet legatum fundi, & potest hæres meus detrahere Fel. de fundo si habet locum Fal. in hæreditate mea: non obstente, quod tu dedisti ei l. causa implēdæ cōditionis legati fundi. sed si legaui tibi l. aureos sub cōditione si dares l. aureos hæredi meo: non valet hoc casu legatum.

d Vtile. In toto fundo. Nam totus legatus videtur, vt s. eo. l. ad veterani. §. 1. & dic contraria plenè vt ibi not. & facit s. de leg. a. l. si cui fundus. & j. e. l. qui fundum. Accursius.

C Irca legem. CASVS. Instituī mihi hæredē Titium, & multa legata ab eo reliqui & purè, & in diem, & sub conditione: inter quę legaui Seio x. vsque ad x. annos: vel sub conditione, si nauis ex Asia venerit: & ea conditio extitit post decennium, certè non videntur huic Seio legata x. vt sic possit hæres alijs legatarijs detrahere Falc. eo modo, ac si dictus Seius habuisset x. sed tantum minus de x. videtur legatū dicto Seio, quantum est hoc, quòd hæres fuit lucratus medio tempore vsq; ad diē, vel conditionem dicti legati de x. existentem. Secundo dicit, quod sicut legata non soluuntur, nisi deducto ære alieno, ita nec donationis causę. Viuianus.

* Sic in P. Fl. Halnā. autem scripsit, hęres dederit.

meus Lucio Titio decem dare damnas esto: & quantò quidem minus per legem Falcidiam capere poterit,[a] tantò amplius ei dare damnas esto[b] sentētiæ testatoris standum est.[c]

Si fundus legatur sub conditione, si hæredi pecunia soluatur per legatarium: fundus totus est in legato, quo ad computationem Falcidiæ. Alexander.

Paulus lib. vj. ad leg. Iul. & Papiam. LXV.

SI fundus legatus sit quinquaginta dign*, sub hac conditione, Si quinquaginta* hæredi dedisset: pleriq; putant, vtile[d] esse legatum: quia conditionis implēdę causa datur. Nam constat etiam Falcidiā eum pati posse. Sed si quinquaginta aurei legati sint, si quinquaginta dedisset: dicendum est inutile esse legatum, & magis ridiculum esse.

In legatis conditionalibus, & in diē tanto minus dici tur esse in legato, quantum facit ratio interusurii medii temporis. Alex.

Vlpia. lib. xviij. ad le. Iul. & Pap. LXVI.

CIrca legem Falcidiā in eo, quod sub conditione, vel in diem alicui relictū est, hoc obseruandū est: si decē sub conditione alicui fuerint relicta, eaq; conditio post decēniū fortè extiterit,[e] nō videntur decē huic legata, sed minus[f] decem: quia interuallū temporis & interusuriū huius spatij minorē facit quantitatem[g] decem. Sicuti legata non debentur, nisi deducto ære alieno aliquid supersit:[h] nec mortis causa donationes debebuntur, sed infirmabūtur per æs alienum. Quare si immodicū[i] æs alienum interueniat, ex re mortis causa sibi donata[†] nihil aliud[k] consequitur.

Tantum dicitur consequi legatarius de legato, quantum consequitur cum effectu detracta Falcidia. Alexander.

Terentius Clemens libro iuj. ad legem Iul. & Papiam. LXVII.

QVoties cuidam amplius legatū est q̄ ei capere licet,[l] & lex Falcidia locum habet: prius Falcidiæ ratio habenda est: scilicet vt subducto eo, quod lex Falcidia exceperit, reliquum (si non excedat[m] statutam legi portionē) debeatur.[n]

Legatum alimentorum ad vitam relictum, & etiam legatum vsusfructus subijciuntur Falcidiæ: & reputantur ascendere ad tantam quantitatem, quantā comprehendere potest tempus vitæ habita ratione ætatis. Alexand.

Aemilius Macer lib. ij.[†] ad legem vicesimam hæreditatum. LXVIII.

HAereditatum[o] computationi in

e Extiterit. Et sic medio tpe quinque percepit hęrēde, interusurio.

f Minus decem. Scilicet quinque.

g Quātitatē. Et secundum hoc Felc. detrahitur: vt infra, eo. l. qui quadringenta. §. si. & l. in quantitate. §. in diem. & facit supra, eo. l. in lege Felc. & not. Insti. de acti. §. plus.

h Superest. Vt C. eo. l. successores.

i Immodicū. Id est, magnum, adeo quòd nō possunt solui donationes.

k Aliud. Nisi quod superest deducto ęre alieno. & facit C. de testa. mili. l. in testamento.

† In P. Fl. nihil aliquis.

QVoties. CASVS. Instituī mihi hæredem Titium, & filio meo naturali, qui nō poterat capere nisi vnam vnciam de iure, legaui tres vncias hæreditatis meæ, & multa alie alijs legare reliqui, ita quòd habet locum l. Felc. in hæreditate mea. certè prius debet detrahi Falcid. de dictis tribus vncijs[1] & reliquum debetur filio, si non sit vltra vnam vnciam. Viuianus.

l Licet. Vt naturali vltra vnciam vnicam: vt C. de natural. liber. l. e.

m Non excedat. Sed si excedat: ille excessus retinetur adhuc præter Falcidiam.

n Debeat. Hæc lex facit, vt filius de restituendo rogatus possit detrahere duas quartas, quod dic vt C. eod. l. quanquam. facit s. titu. 1. l. sed & si. §. 1.

Filius, de restituendo rogat[a] duas quartas detrahere pōt. 1 Vide Ant. Aug. lib. 1. Emēda. cap. 4.

° In P. Fl. hæc lex incipit, Cōputationi in clmentis &c. cui[a] enthot est Aemi. Macer li. 2. ad vicesimam hę reditatū.

o H Aereditatum. Testator ab instituto reliquit legata

alimentis [a] faciẽdæ hãc formam inesse Vlpianus scribit: ut à prima ætate [b] usque ad annum xx. quantitas alimentorum, triginta annorum cõputetur, [c] eiusq; quantitatis falcidia præstetur. Ab annis verò xx. vsque ad annũ xxv. annorũ xxviij. [d] Ab annis xxv. usque ad annos xxx. annorum xxv. Ab annis xxx. usque ad annos xxxv annorum xxij. Ab annis xxxv. vsque ad annos xl. annorũ xx. Ab annis xl. vsque ad annos quinquaginta tot annorum computatio fit, quot ætati eius [e] ad annum sexagesimum deerunt, remisso [f] anno vno. Ab anno verò quinquagesimo, vsque ad annum lv. annorum ix. Ab annis lv. vsque ad annum lx. annorum. vij. Ab annis lx. cuiuscunq; ætatis sit, [g] annorum v. Eoque nos iure vti, Vlpianus ait, [h] & circa computationem vsusfructus faciendam. Solitũ est tamẽ à prima ætate vsque ad annum xxx. computationem [i] annorum xxx. fieri. Ab annis verò xxx. tot annorum computationẽ inire, quot ad annum sexagesimum deesse videntur. nunquam ergo amplius, quam xxx. annorũ computatio initur. Sic denique & si reipublicæ vsusfructus legetur, siue simpliciter, siue ad ludos xxx. annorum computatio [k] fit.

Sicut subtrahens rem hæreditariam perdit Falcidiam in illa, ita negans rem hæreditariam esse, si postea de mendacio conuincatur. Alex.

Si quis ex hæredibus rem propriam [l] esse contendat, deinde hæreditariam esse cõuincatur: qui

gata: Inter quæ legauit Seio alimenta. nunc hæres cum Fal. non habeat, vult detrahere de cæteris legatis. hoc planum est. sed de legato alimentorum, quod forte singulis annis valet decem. & poterat durare x. annis, uel etiam xx. uel quinquaginta annis, prout uiueret alimẽtarius, quæritur secũdum quam quantitatem detrahere possit? Et dicit Vlpianus, quod si alimentarius est a prima ætate vsque ad xx. an. puta: quia habet xv. ann. tunc æstimatur quantum capit per xxx. ann. & sic æstimantur ccc. tantum: ergo de aliis detrahit ac si huic ccc. fuissent legata dũdũ hinc ad xxx. ann. scilicet per singulos ann. uel si uiuat plus, ei dabitur plus, & econtra si minus: detrahetur tantundem, & de his detrahet per singulos annos eodẽ modo, & in sequentibus temporibus dicas. Sed an sit idem in vsufru. si dictus testator legauit Seio vsumfruct. fundi? Et Vlpianus dicit idem, sed malè: quia solitum est aliter dici à sapientibus in vsufruct. scilicet vt à prima ætate vsq; ad xxx. ann. æstimetur quantum valet per xxx. ann. & secundum eam æstimationem quarta detrahetur de cæteris legatis.

[a] In alimentis. Si quæratur quantum nomine alimentorum sit relictum alicui, & quãtum nomine Falcidiæ detrahitur vel ex eo, uel propter illud ex aliis.

[b] A prima ætate. Quæ est usq; ad xij. uel xiiij. annos: vt C. de imp. & aliis subst. l. pe. & de iure delib. l. quidã. & dicitur impubes. secunda usque ad xxv. & dicitur adolescentia: ut ff. de leg. 3. l. non aliter. in fine. exinde dicitur tertia usq; ad lx. & dicitur iuuentus: ut ea. l. nõ aliter. in fi. abinde senex vel senium: ut j. de int. immu. l. maiores. sed quantum ad hanc computationem primæ ætati hic adiicit vsque ad xx. ann.

Ætates hominũ quatuor.

[c] Triginta annorum computetur. Præsumitur ꝙ tantũ uiuere possit, & ita finiatur alimenta: ut ff. de transact. l. cum hi. §. modus. in fi. Sed quid si minus, uel ultra uiuat? Respon. uel repetit à legatario quod habuit ultra uitam, & proficit aliis legatariis, uel dabitur legatario prout uixit ultra: sicut dico in vsufructu reipublicæ relicto j. ibi, sic denique.

[d] Vigintiocto. Scilicet quantitas alimentorum cõputatur, & eius quantitatis Falcidia præstetur semper repete. Accursius.

[e] Quod ætati eius. Vt si habet xl. annos, præsumitur viuere xviij. uno minus. Accur.

[f] Remisso. Id est, detracto. Azo.

[g] Ætatis sit. Scilicet in antea.

[h] Vlpianus ait. Et male. & ideo statim corrigit, solitum est &c. Et sic not. quod aliud est in vsufructu, quã in alimentis: ut supra dictum est. & fauore alimentarij hoc dictum est. nam quia fructuarius secundum hanc computationem æstimatur diutius uiuere quam alimẽtarius, ideo maiorem nomine Fal. patitur detractionẽ. sic & vsusfructus morte & cap. dimi. tollitur, alimenta morte tantum: ut ff. de capi. di. l. legatũ. Azo. Sed an pro omnibus annis dabuntur statim alimenta? Respon. æstimabuntur, quantum valerẽt per tantum tempus danda per singulos annos, & id soluitur: vt ff. eod. l. cum Titio. & secundũ hoc sibi, & aliis defalcatur. uel aliter ut ibi not. Item non obstat prædictis ff. e. l. in lege Falci. quia ibi in simplici conditionali. uel solue vt ibi. Itẽ nec obst. ff. eod. l. si hæres. §. fin. quia ibi speciale. Item not. in alimentis præsumi citius mori senem [1] quàm iuuenem. sic j. de fideicom. li. l. is cui. Sed argu. contra ff. de inof. test. l. nam & si.

[1] Adde q̃s dicatur senex, glos. ordi. in l. a. in verbo, seniũ. C. de iis q̃ nõ imple. sti. li. x. & in l. j. C. q̃ ata. e. lib.

ADDITIO. Dic secundum Bart. ꝙ ibi plus uiuit senex quã iuuenis: & euenit propter ordinem turbatum.

[i] Computationem. Scilicet vsque ad xl. uel lx. sed vsque ad xv. ut ff. dictum est. Accursius.

[k] Computatio. Quia præsumitur in hoc tempus capite minui ciuitas. Sed nunne durat centum annis: ut supra de vsufruc. l. an vsusfructus. quæ est contra. Sol. hic non dicit finiri hoc tempore, sed æstimari quantum ualet fructus, id est, in tantum tempus. sed si interim non finiatur usufructus, fiet interim æstimatio in alios triginta. & sic deinceps usque ad centum vt in contrario. Item contra. C. de donat. l. si quis argentum. §. si autem donator. ubi in quindecim. sed ibi donator qui donauit reddidit, nõ habebat predium.

ADDITIO. Dic aliter secundum Bartolum, ꝙ aliud in donatione, ut ibi. aliud in legato: ut hic. & ideo non potest dari nisi quia sic placuit: vt l. non omnis. supra de legat.

Si quis ex hæredibus. CASVS. Instituí mihi tres hæredes, & multa legata quibusdam reliqui, ita ꝙ habet locum l. Falc. cum autem hæredes volunt habere ita rationem quantum sit in bonis meis, ut sic sciant quantum debent detrahere nomine Falcidię de legatis: vnus de eis hæredibus dixit vnum equum hæreditarium esse suũ proprium. certè si conuincatur hæreditarium esse, non deducet ex eo Falcid. quemadmodum nec si dictum equum subtraxisset: quo casu sine dubio non detraheret. Falc. Vlui.

[2] propriũ ꝓ suo, & quot alius modis capiat, Mandos. in Gl. Facul. §. Et ꝓpriũ.

[l] Propriam. Suam hæredis, non defuncti: vt ita repellat legatarium à rei uendi. potest tamen peti actione ex testamento: ut supra, de leg. 2. l. unum ex familia. §. si sem. Accursius.

An

a An hæreditariū. Id est, de hæreditate. & facit ī. eo. l. beneficio. in prin. & l. Paulus. & J. ad Treb. l. Paulus re spon. §. si certa. & ī. de his qui. vt indig l. 1: scriptum.

V Susfructu. CASVS. Titium institui mihi hæredem, cum essem debitor quorundam, & vsumfructum bonorū meorum reliqui Seio. certè æs alienum, quo teneor prædictis, est deducendum ex omnibus rebus hæreditarijs, & in cæteris omnibus constituēdus est vsusfructus Seio. & est ratio quare in cæteris est constituendus: quia nulla res est, quæ non cadat in vsumfructū legatum. & hoc post senatusco̅s. cuius nomen non habemus, in quo continebatur quod omnium rerū quas in cuiuscunque patrimonio esse constaret, vsusfru. legari possit, vt supra, de vsufr. earū rerū quæ vsu cōsumuntur. l. 1. in princ. Viui.

dam putant, eius quoque Falcidiam nō posse retineri: quia nihil intersit, subtraxerit, an hæreditariā a esse negauerit, quod Vlpianus rectè probat. †

Pomponius lib. v ad Sabinum. LXIX.

V Susfructu bonorū legato, æs alienum ex oībus rebus deducendū est: qm̄ post senatuscōsultum nulla res est, q̄ nō cadat ī usūfructū b legatū. *

Vlpianus lib. xvj. ad Sabinum. LXX.

F Alcidiæ stipulatio c statim committitur vbi conditio legati d vel debiti e extitit.

Hæres potest sibi præiudicare in eo quod sibi debetur per l. Falcidiam. Alex.

Paulus lib. xxxij. ad edictum. LXXI.

P Otest hæres f in vendenda hæreditate cauere, vt & lege Falcidia interueniēte solida legata præstentur: g quia ea

b In vsumfructum. Et quasi, etiam quæ vsu consumuntur, vt supra, de vsufru. ea. re. l. 1. & l. fi. & facit supra, de vsufru. leg. l. 1. & fin. & infra, de verb. sig. l. sobsignatum. §. bona. & ī. de In. do. l. mulier.

F Alcidiæ. CASVS. Institui mihi heredem Titium, & primo, & secundo legata reliqui purè, & tertio, & quarto reliqui legatum sub conditione: & decessi. certum est autem, q̄ si existeret conditio legati relicti tertio, & quarto, haberet locum Falcidia. nunc autem non habet locum Falcidia pendente conditione dicti legati, relicti tertio, & quarto. vnde primus, & secundus, quibus legatum erat purè, petunt à Titio hærede integra eorū legata: & Titius soluit eis: verū tamen fecit sibi per eos caueri, quòd restituerent ei illud, quod apparuerit, eos plus accepisse, quam per legem Falcidiam licuerit accipere, apparuerit dico eo tempore, quo existet conditio, sub qua relictum fuit legatum tertio, & quarto prædictis. certè ista stipulatio statim committitur, vt possit ex ea agi contra dictos primum, & secundum, postquam extitit conditio legati relicti sub conditione tertio, & quarto: sicq; habuit locum Falcid. & quod dixi in stipulatione interposita occasione legati conditionalis, idem est in ea, quæ interponitur occasione debiti, siue æris alieni hæreditarij conditionalis. Viuia.

c Stipulatio. A legatario præstita, vt quanto amplius quam per legem Falcid. licuerit, acceperit, reddat. & facit supra eo. l. legis Falcidiæ. & l. beneficio.

d Conditio legati. Relictum erat sub conditione. Acc.

e Debiti. Aeris alieni.

P Otest hæres. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium, & multa legata ab eo reliquit, ita quod habet locū Falc. in hæreditate: & decessit. nunc hæres prædictus vult vendere dictam hæreditatem Caio. certe in ipsa venditione potest idem hæres cauere legatarijs de soluendis eis legatis integris etiam Falci. locum habente. nam quamuis vendat hæreditatem, nihilominus tenetur respondere legatarijs: vt C. de hær. ven. l. 2. nec videtur dictus hæres cauere p̄dicto modo in fraudem legis Falci. quæ vult detrahi quartam de legatis: quia ea lex Falcidia est lata causa hæredis, & in fauorem hæredis, & hæres bene potest diminuere ius suum prædicto modo. Post venditam autem hæreditatem non posset fortè hæres tali modo cauere in præiudicium emptoris. Viui.

lex hæredis causa lata h est: nec fraus ei fit, si ius suū deminuat i hæres. †

Caius lib. iij. de legat. ad edi. præ. vr. LXXII.

Q Vātitas patrimonij deducto etiam eo, quicquid explicādarum venditionū k causa impēditur, æstimatur.

Cùm tractatur de imponenda Falcidia, tempus mortis inspicitur, nec consideratur diminutio sequens, uel incrementū. Alex.

Idem lib. xviij. ad edict. prouin. LXXIII.

I N quantitate patrimonii exquirenda * visum est, mortis tempus l spectari. qua de causa si quis centum in bonis habuerit, & tota ea legauerit: nihil legatariis prodest, si ante aditam m hæreditatem, per seruos hæreditarios, aut ex partu ancillarum hæreditariarum, aut ex fœtu pecorum n tantum accesserit hæreditati, vt centum le-

f Potest hæres. Secus in testatore: vt supra, eod. l. quod de bonis. §. fi.

g Præstarentur. Ab emptore, vel sibi qui tenetur obligatus: vt C. de hære. vend. l. 2. Accur.

h Lata. Aliàs data. & ita in libro domini mei.

i Deminuat. Sic ī. de pact. l. pactum. & C. locati. l. emptorē.

Q Vantitas. CASVS. Cum habetur ratio l. Falc. debet æstimari quantitas patrimonij, vt sciatur quātū debet detrahi de legatis nomine Falcidiæ, & certè quātitas patrimonij æstimatē non solum deducto ære alieno, sed etiam deducto eo, quod impenditur per hæredem causa explicandarum venditionum faciendarum propter soluendum æs alienum: puta quia dedi proxenetæ xx. solidos, vt faceret eum vendere tam hæreditariam. Viui.

k Venditionum. Quæ fiunt pro debitis explicandis, & facit C. de iure deliberandi. l. finali. §. in computatione.

I N quantitate. Vide hunc casum per te propter nimiam prolixitatem.

l Mortis tempus. Sic ī. eo. l. in ratione. in prin. & Inst. eod §. pe. quandoque tamen tempus aditæ hæreditatis: vt supra, eod. l. cum quo. & infra, eod. l. si creditor. quandoq; etiam post, vt statim dicam.

m Si ante aditam. Quandoq; prodest etiam post aditam: vt si fructus prouenerunt ex legato relicto sub cōditione ante conditionem. vt ī. eo l. quod de bonis. §. fructus. & J. ad Treb. l. mulier. § si hæres. Idem contingit ī. e. l. in ratione. 1. §. 1. & ī. e. l. 1. §. id quod. Item & econtra. ī. eo. l. in l. Falcidia placuit. sed dic vt ibi.

ADDITIO. Dic vt ibi in legato conditionali, vbi per cautionem tantum fit explicatio. sed quando est debitum, vel creditum conditionale, tunc potest vtroq; modo fieri: vt infra, proxi. §. & ratio est, quia placuit sic facere secundum Bartolum.

n Pecorum. Nec est contra quod dicit infra, eodem. l. qui

† P. Fl. improbat: & tunc iuxta illā lectu. interpretatio fortè facienda esset, improbat. i. valde p̄bat, seu cōprobat ad nota. p Mandol. I Gl. Facul. §. Habita. in ver. in officiū versus fi.

* Aliàs, in vsusfruct⁹ legatum.

† Iuxta hoc Cic. acti. 2. in Verrem. Quod mihi lex mea causa dat, eo mihi non vti licebit. & alia multa in eandē sententiam.

* Sic in P. Pl. Haloā. autē scripsit, visum est.

gatorũ nomine erogatis, habiturus ſit hæres quartam partem: ſed neceſſe eſt, vt nihilominus quarta pars legatis detrahat. Et ex diuerſo, ſi ex centum lxxv. legauerit, & ante aditã hæreditatẽ in tantũ decreuerint bona, incendiis fortè, aut naufragiis, aut morte ſeruorum, vt non plus quam lxxv. vel etiam minus relinquatur: ſolida b legata debẽtur. Nec ea res damnoſa eſt hæredi, cui liberum eſt nõ adire c hæreditatem. Quæ res efficit, vt neceſſe d ſit legatariis (ne deſtituto teſtamento nihil conſequantur) cùm hærede in portionem legatorum paciſci.

Si in hæreditate eſt debitum, uel creditum conditionale, & tractatur de imponẽda Falcidia, poteſt res dupliciter expediri: uel per ſolam cautionem prætoriam: uel per æſtimationem debiti, & crediti conditionalis, ſed hæc æſtimatio in legatis conditionalibus locum non habet: ſed ſola cautio interponitur. de legatis uerò in diem habetur conſideratio uelut de puris. ſola interuſurio medii temporis detracto: & ideo non fit æſtimatio, nec præſtatur cautio. h.d. uſque ad ſi. Alex.

Magna dubitatio fuit de ijs, quorum conditio mortis tempore pendet: id eſt, an quod ſub conditione debetur, in ſtipulatoris bonis adnumeretur & promiſſoris bonis detrahatur. Sed hoc iure vtimur, vt quãti ea ſpes obligationis venire poſſit, in *tantum ſtipulatoris quidẽ bonis accedere videatur; e promiſſoris verò decedere, vt cautionib. res explicari poteſt, vt duorũ alterũ fiat, aut ita ratio habeatur, tanq̃ purè f debeatur: aut ita tanquã nihil debeatur: deĩde hæres, & legatarij inter ſe caueãt, vt exiſtẽte conditione, aut hæres reddat, g quantò minus ſoluerit, aut legatarij reſtituant, quãtò plus cõſecuti ſint. Sed & ſi legata quædã purè, quædã ſub conditione relicta efficiant, vt exiſtẽte cõditione lex Falcidia locum habeat: purè legata cũ cautione redduntur. h Quo caſu magis in vſu eſt, ſolui quidem purè legata, perinde ac ſi nulla alia ſub conditione legata fuiſſent: cauere aũt legatarios debere, ex euentu cõditionis ꝙ amplius accepiſſent *redditũ iri. cuius generis cautio neceſſaria videt̃, etſi q̃buſdã ſeruis eodẽ teſtamento ſub cõditione libertas data ſit, quorũ pretia cõditione exiſtẽte bonis detrahunt̃. In diẽ relicta legata, alterius eſſe iuris palã eſt: cum ea oĩmodo tam ipſi legatario, q̃ hæredibus ei⁹ deberi certũ ſit. Sed tãtò minus erogari ex bonis intelligendũ i eſt, quantũ interea donec dies obtigit, hæres lucraturus eſt ex fructibus, vel vſuris. k Ergo optimũ quidẽ eſt, ſtatim ab initio ita teſtatorẽ diſtribuere legata, ne vltra dodrantẽ relinquat. ꝙ ſi exceſſerit quis dodrantẽ, pro rata portione per legẽ ipſo iure minuuntur. verbi gratia, Si is qui cccc. in bonis habuit, tota ea cccc. erogauerit: quarta pars legatariis detrahit̃. l ſi cccl. legauerit, octaua. Quòd ſi l. legauerit, habẽs xl. initio quinta, deinde quarta pars detrahi debet. Ante enim detrahendũ eſt, quod extra bonorũ † quantitatẽ eſt: deinde ꝙ ex bonis apud hæredem remanere oportet.

Illud tantũ in Falcidia imputatur quod capitur ex iudicio teſtatoris iure hæreditario, niſi teſtator in Falcidiã iuſſeris imputari: & ideo prælegata quatenus capiũtur à cohærede, nõ imputãtur in Falc nec id quod datur gratia conditionis implendæ, niſi fuerit hæreditarium. Alex.

Idem. li. iii. de le. ad edi præ. vr. LXXIIII.

Qvod autẽ dicit̃, ſi ex iudicio defuncti quartã habeat hæres, ſolida præſtãda eſſe legata: ita accipere debemus, ſi hæreditario iure habeat. Itaq; ꝙ quis legatorũ m nomine à cohærede acceperit, *in quadrantẽ ei non imputatur. Sed ſi ideo legatum n ei datum eſt, vt integra legata, vel fideicommiſſa præſtet: deneganda erit actio legati, o ſi lege Falcidia vti malit.

l. qui quadringenta. §. ſi. licet Io. eam intellexerit aliter: vt ibi dixi.

a Si ex centum. Id eſt ex patrimonio quod eſt centum, legauit lxxv. & ante &c.

b Solida. Id eſt, non deducta Falci. vt & ſupra eod. l. in ratione. ij. §. diligenter. ſic ſupra, de inſti. l. habebat. in ſi. non autem de ſuo, niſi hodie ſi non fiat inuentariũ: vt in auth. de hære. & Falc. §. ſi verò. col. j.

c Non adire. Sic ĩ. ſi quis omiſ. cau. te. l. ſi quis omiſſa.

d Neceſſe. Cauſatiua neceſſitas, non præciſa. ſic inſtit. de exhær. li. §. ne ergo.

e Videatur. Facit ĩ. de mino. l. 3. §. quis. & infra eo. l. quærebatur. & ſupra eo. l. cum Titio. & ĩ. eo. l. in lege Fal non.

f Purè debeatur. Scilicet, id quod valet ſpecies.

g Reddat. Id eſt, det. 1 vt ĩ. de ver. ſig. l. verbum reddendi.

h Redduntur. Id eſt dantur.

i Intelligendũ eſt. Statim. n. peti poſſunt pura legata, & hoc idem eſt in conditionalibus exiſtente conditione eorũ. ergo ſecundum hoc interim debet purũ legatum conditionale, vel in diem excedere in eo, quod nomine Falci. præſtandum eſt, in quantum excedit emolumentum: vt infra eadem l. qui quadringenta. Azo.

k Vſuris. Nõ enim vſuræ, vel fructus eõ putãtur in Falcidiã hæredi, licet hoc quidam dixerunt malè intelligentes legem, quæ eſt infra eod. l. qui quadringenta. §. fin. & ibidẽ not. Accur.

l Detrahitur. In iſtius caſibus non ſic contribuuntur legata. & duo not. ĩ. e. l. Neſennius. §. 1. Tertius ĩ. ſi quis omiſ. cauſ. teſta. l. quis autem. Azo. & facit inſti. eodem. in ſi. & ĩ. eo. l. Plantius. & l. pœnales. §. annua.

m Qvod autem. Legatorum. id eſt, prælegatorũ. & facit ĩ. eo. l. Neſennius. & ĩ. ad Trebel. l. deducta. §. nõ mis.

n Legatum. Id eſt, prælegatum eſt à cohærede. & continua l. ſeq cum iſta.

o Legati. id eſt prælegati. Accur.

1 Et ſic eõ poſitũ ꝓ ſimplici, prout etiã per Mandoſ. in Gl. Facul. §. ſanè, in ver. obtinebat.

2 Et ſic ſimplex ꝓ cõpoſito Mãdoſ. in Gl. Facul. in ꝑal le. §. ſanè in ver. obtinebat.

* In P. Fl. redditu iri. Anto. Aug. lib. 1. Emẽ. c. 4.

* In, non eſt in P. F.

† Collige ex hoc textu nõ detrahi neceſſaria, maximè ꝓ ſunere imp. Bart. in l. 2. §. de imp. in ſi. §. ĩ. eo. titu & per Ang. ibid.

* In P. Fl. in quadrãtem ei nõ imputabitur. Ex li. xl. Dige. Iuli. Marcell⁹ ſed ſi ideo. &c.

Calus libro iij. de legat. ad edictum prætór. vrbani. L X X V.

Id autem, quod conditionis implendæ causa vel à cohærede, vel à legatario, vel à statulibero datur, in Falcidia non imputatur; [a] qa mortis causa capitur. [b] Sanè si à statulibero peculiares numos accipiat: pro sua parte [c] quadrãti eos imputare debet: quia pro ea parte non mortis causa capere, sed hæreditario iure eos habere intelligitur: Qua ratione placuit legata, quæ legatarij non capiunt, cùm apud hæredes subsederint hæreditario iure apud eos remanere intelligi: & ideo quadranti imputãda. nec quicquã interesse, vtrum statim ab initio legatum non sit: an quod legatum est remanserit. [d]

Ratio legis Falcidiæ in singulis hæredibus locum habet, ideo vnus detrahit illam si est grauatus, licet alter nihil detrahat: & si portio non grauata accedat grauatæ, prodest legatariis, secus ecõtra. h. d. cum l. seq. Alex.

Idem libr. xviij. ad edict. prouin. L X X V I.

In singulis hæredibus rationem legis Falcidiæ componendum esse, non dubitabitur: & ideo si Titio, & Seio hæredibus institutis, semis hæreditatis Titii exhaustus est, Seio autem quadrans totorũ bonorũ relictus [f] sit, competit [g] Titio beneficium legis Falcidiæ.

Idem libro iij. de lega. ad edictum prætoris vrbani. L X X V I I.

Quòd si alterutro eorum deficiẽte, alter hæres solus extiterit, vtrũ perinde ratio legis Falcidiæ habenda sit, ac si statim ab initio is solus hæres institutus esset: [h] an singularum portionũ separatim causæ spectãdæ sunt? Et placet, si eius pars legatis exhausta sit, qui hæres exiiterit: adiuuari legatarios per deficientem partem: quia ea non est legatis onerata: [i] quia & legata, quæ apud hęredem remanent, efficiunt vt cęteris legatariis aut nihil, aut minus detrahatur. [k] Si verò defecta pars fuerit exhausta, [l] perinde in ea ponendam rationem legis Falcidiæ, atq; si ad eũ ipsum ptineret, à quo defecta [m] fieret.

[a] Id autem. Nõ imputatur. imò videtur imputari: vt s. de inof. test. l. Papinianus. §. si cõditioni. cõtra. Sol. secundum Azo. hic sa quarta iure institutionis. ibi iure naturæ: vel dic vt ibi. Item arg. contra. s. eo. l. si pupillus. sed ibi vt debitum magis accipit hæres. & facit C. faml. erc. l. filium.

[b] Capitur. Nõ hæreditario iure. ad quod suprà lege proxima. Accursius.

[c] Pro sua parte. Id est pro eo, quod accipit, & totum quod accipit, videtur accipere, scilicet iure hæreditario, licet in specie contra: vt s. de lega. 2. l. cum pater. in prin. secundum Ir.

[d] Remanserit. Facit supra, eo. l. ex asse. & l. non est. & l. sequẽ. Accursius.

In singulis. Casus. Instituí mihi hęredem Titium, & Seium: & à Titio reliqui tot legata quibusdam, quod exhausi semissem hæreditatis meæ, in qua instituerã eundẽ Titium: ita quod non remaneret dicto Titio quarta dicti semissis solutis dictis legatis: a Seio autem reliqui similiter legata, sed non tot, quin remaneret ei integer quadrans totorũ bonorum, quæ sunt in sua parte, id est, semissis, in quo fuit institutus certè competit Titio beneficium l. Falci. & non Seio: quia non est ei necesse. nam non dubitabimus rationem Falc. computandam esse in singulis hæredibus: & hæc vera sunt, quando Titius, & Seius adiuerũt hæreditatem: sed si alter eorũ nõ adeunte, alter hæres solus extiterit: nũquid perinde ratio l. Fal. habenda sit, ac si statim ab initio is solus qui adiuit, hæres institutus esset: an sint spectandæ separatim causæ singularum portionum, id est, portionis Titij, & portionis Seij, quas ambas habet ille eorum solus, qui adiuit. s. vt in qualibet dictarum portionũ per se habeatur ratio l. Fal. & certè si Seij pars legatis exhausta sit, qui hæres extiterit, alio non adeunte, adiuuabuntur legatarij per deficientem partem non grauatam: quia ea pars deficiens nõ est legatis onerata: & est ratio, quare debeant iuuari legatarij per partem non grauatam: quia & legata, quæ apud hæredem remanent aliqua de causa, ita quòd non soluuntur aliquibus legatarijs, efficiunt, vt cæteris legatarijs aut nihil, aut minus detrahatur nomine Falcid. eadem ergo ratione portio cohæredis non grauata, & defecta debet facere, vt legatis relictis ab eo, qui solus extitit hæres, aut nihil, aut minus detrahatur nomine Fal. si verò defecta, siue non adita pars fuerit exhausta legatis, perinde in ea ponenda est ratio l. Fal. atq; si ad eum ipsum pertineret, à quo defecta fieret. fecit enim eã defectã ex eo, quòd eam non adiuit: quo casu si ad eũ ipsum pertineret, sine dubio ponenda esset in ea ratio legis Falcid. vt dictũ est. & h. d. cũ l. sequenti. Viuia.

[e] Semis. Id est pars Titij exhausta. Accursius.

[f] Relictus. Id est, remãsit, id est tres vnciæ, & sic suus semis non est exhaustus.

[g] Competit. Vt s. eo. §. fi. & i. eo. l. In ratione. 1. §. si filio. Sed cõtra j. tit. 1. l. 1. §. Marcellus. solut. vt ibi. Accur.

[h] Quod si alterutro. Institutus esset & sic in casu nostro s. superioris l. nõ esset locus Falcidiæ cũ quartam haberet.

[i] Onerata. Pars deficientis. Accur.

[k] Detrahatur. Vt s. eo. l. id autem. in fine. ergo à simili portio cohæredis defecta debet facere, vt legata ab eo relicta, qui solus hæres extitit, in totum petantur, secundum Io.

[l] Exhausta. Hoc idem si ex pupillari substitutione cohæres pupilli à pupillo hæres extiterit. nam quę relicta sunt à pupillo, non augentur propter partem cohęredis succedentis: vt i. eod. l. in ratione. 1. §. quæsitũ. sed relicta institutione ab hærede succedente, augentur: vt j. e. l. qui fundum. §. fin. & §. qui filiũ. si aũt ex vulg substitutione quis sui cohęredis partem vendicat, Indistincte augentur legata, siue pars defecta fuerit onerosa, & augetur per non defectã. siue non defecta augetur per defectam, vt sit omnium legatorũ contributio: vt j. eo. l. qui fundũ. §. qui filiũ. 1. respon. nisi testator ab vno reliquerit nominatim legata, vt nõ præstarentur ab alio, vt probatur s. e. l. 1. §. interdum. in fi. §. & s. de le. 1. l. licet. Et no. q licet legata relicta à pupillo instituto hærede non augeantur propter partem succedentis pupillariter: vt dixi: tamen augentur ea: quæ à substituto in pupillari substitutione sunt relicta. in hoc enim differt cohæres ab extraneo: vt s. de vulg. subst. l. cohæres. & s. e. l. in rõne. §. fi. Azo.

[m] Defecta fieret. In Trebellianica quarta esse videtur

videtur: vt C.ad Trebellia.l.non iustam. in fine. Vel ibi non poterat retinere, sicut nec instituta, quia fuerat coacta. & facit supra, eodem.l.prima.§.si cohæredis.& l.in ratione.§.penultimo. & lex, si pupillus.§.finali. Accursius.

In duplicibus. CASVS. Filiũ meum Titium impuberem institui mihi hæredem: & ab eo legata reliqui: & substitui ei Seium pupillariter, & ab eodem substituto legata quibusdam reliqui, & decessi: tractatur nunc de lege Falcidia circa hæreditatem meam. Et circa hoc potest quæri de duobus: scilicet de substantia patrimonij mei, & de cõtributione legatorũ relictorum ab impubere, & ab eius hærede, siue à substituto eius. In primo casu inspicitur id, quod ego testator mortis tempore in bonis habebam: vt secundum illam inspectionem videatur, an sit locus legi Falcidiæ, vel non. nec ad rẽ pertinet, si postea acquisita sint bona dicto meo filio impuberi, vel econtrario diminuta sint de bonis meis: quia semper inspicitur illud, quod erat in bonis tempore mortis meæ. In secundo casu scilicet cum de contributione legatorum quæritur viuo dicto meo filio impubere, à quo impubere petunt legata illa legatarij, quibus ab eo impubere legani: contribuuntur in vnum iam ea legata, quæ in primis tabulis relicta sunt per me à dicto impubere, quàm ea, quæ in secundis tabulis relicta sunt per me à dicto substituto impuberis, scilicet vt appareat quantum ab impubere in patris tabulis sit relictum. & per consequens sciatur, vtrum nunc habeat in eis locum Falcidia, vel non: & si quidem in eis habeat locum Falcidia, desalcentur. Si autem non habeat locum in eis Falcidia, soluantur integra legatarijs per impuberem, & eius tutorem: & legatarij caueant de restituendo quicquid apparuerit eos accepisse vltra, quam liceret eis accipere per legem Falcidiam, apparuerit dico adueniente conditione tacita legatorum à dicto substituto relictorum, id est, mortuo impubere in pupillari ætate. ita enim talis, vt dictum est, debet fieri dicta contributio: scilicet cum reliqui legata ab hærede filij mei.l.à dicto eius substituto: sicut fieret, si ab impubere, vel alio meo hærede reliquissem quædam legata purè, & reliquissem ab eodem quædã legata sub alia conditione quæ fuit cõditio legatorum à dicto substituto relictorum: puta sub conditione si nauis ex Asia venerit. legata enim à dicto substituto sub tacita conditione videntur relicta: vt dis.l.l.si moreretur impubes in pupillari ætate. quo casu, id est, si à meo hærede reliquissem legata purè, & sub conditione, sine dubio deberet interponi dicta cautio per legatarios. non autem cõtribuuntur in vnum dicta legata relicta ab impubere, & ab eius substituto, vt præstentur per impuberem legata relicta à substituto: vel vt per Falcid. desalcentur dicta legata à substituto relicta: sed vt cautio per legatarios interponatur de eo restituendo, quod amplius, quàm per legem Falci. licuerit, accepisse eos ex post facto constiterit.

Augmentum, vel diminutio bonorum contingens penes pupillum, non minuit, nec auget legata relicta à pupillo, vel à substituto: & omnium legatorum fit contributio. Alex.

Idem lib.xviij.ad edict. prouin. LXXVIII.

IN duplicibus [a] testamẽtis siue de patrimonio [b] quæramus, ea sola substantia spectatur, quã pater, cũ moreretur, habuit. nec ad rẽ pertinet, si post mortẽ prĩs filius vel acquisierit [c] aliqd, vel deminuerit, siue de legatis quæramus, [d] tam ea, q̃ in primis, quã ea, q̃ in secundis tabulis relicta sunt, in vnum contribuuntur: tanquã si & ea, quæ à filij hærede reliquisset testator, à suo filio herede sub alia cõditione legasset. [e]

[a] In duplicibus. Hoc est in quo est institutio, & pupillaris substitutio: quæ videntur duo testamenta: vt supra, de inoffi. testa.l.Papinianus.§.sed nec impubesis, vel quod verius est, vnum est testamentum [1] duarum hereditatum, vt Inst.de pup.subst.§.igitur. & s.de vulg. subst.l.patris & filij.

[b] De patrimonio. L. propter æs alienum soluẽdum: imò propter legata, quæ non soluuntur nisi prius detracto ære alieno ex bonis, quę habuit tempore mortis testatoris. si verò ad legata non habetur respectus, sed ad æs alienum tantum, illud ex bonis vndecunque, & quandocunq; soluitur à filio hærede existente suo patri, secundũ Ioan. sed ad primam positionem potest induci Insti.de here.quali.& diffe.§.1.

[c] Acquisierit. Sic s. e.l.pater.§.fi. Accur.

[d] Quæramus. Habeat locũ Falcidia, vel non: & tunc tempus mortis inspicitur considerata quantitate bonorum, quæ erat tempore mortis patris: & considerat is legatis paterni, & pupillaris testamenti. non autem quæ postea in vita pupilli sunt aucta, vel minuta, tollit, vel inducit Falcid. vt hic, & supra eod.l.in ratione.§.quod vulgo. & facit infra lege proxima, & quod nota. supra lege proxima.

[e] Legasset. Quo casu fit contributio: vt supra, eodem lege, in ratione.§.quæsitum. in fine §.

[1] Quæro an testator assignãdo bona plurib. dicatur testari, vel codicillari. vide ad longũ in l. quoties. g d. Bal. s. col. versi. quæro an testõr. C. de hæred. institut. & glo. idẽ in ver. diuidit.

Pupillariter substitutus grauatus potest Falcidiam retinere, licet alius substitutus non sit grauatus. Bart.

Idem lib.iij.de le.ad edi. prætio.vr. LXXIX.

SI is qui quadringẽta in patrimonio habebat, filio impubere hærede instituto ducenta legauerit, eiq; Titium, & Seium hæredes substituerit, & à Titio centum legauerit: videamus quid iuris sit, si nondum solutis legatis pupillus decesserit, & ob id ea le-

Si is qui quadringenta. CASVS. Caius habens patrimonium quadringentorũ, & habẽs filiũ impuberem, instituit sibi hæredẽ dictum suum filium, & ab eo quibusdã ducenta legauit, & eidẽ suo filio substituit pupillariter Titium, & Seium, & à dicto Titio substituto legauit quibusdã alijs centum, & decessit dictus Caius, & postea decessit pupillus in pupillari ætate, nondum solutis legatis à se relictis: & propterea legata ab impubere relicta, id est, dicta cc. vterque debet soluere, id est, Titius, & Seius substituti. vnde videndum est, quid iuris sit circa l.Falc. in personis dictorum duorum substitutorum. & certè solus hæres, siue substitutus Titius prædictus vtetur lege Falc. non autem dictus Seius. nam cũ cc. ex hæreditate pupilli ad eum Titium pertineant: nomine legatorũ centum debet legatarijs ex ducẽtis, quæ pupillus debebat eisdem legatarijs, & cẽtum debet ipse Titius, quæ ipse Titius dare iussus est. itaque deducta quarta per eundem Titium ex vtraq; quantitate.l.ex dictis ducentis, habebit idem Titius quinquaginta: in persona vero prædicti Seij, qui erat vnus de substitutis, & non erat grauatus in secundis tabulis aliquid præstare, lex Fal. non interuenit: cum ad eũ pertineant cc. ex hæreditate pupilli: & cum ex ducentis, quæ à pupillo relicta sunt, debeat idem Seius nomine legatorũ c. & non plus: & sic habet medietatem suæ partis, nedũ quartam. si autẽ pupillus prædictus antequã decedat, soluat à se relicta, id est, integra cc. debent curare tutores eiusdem pupilli, vt caueant legatarij de restituendo, si quid appareat eos accepisse vltra, quàm eis licet per legem Fal. accipere: appareat dico eo tempore, quo

quo dictus Titius substitutus debet soluere c. à se relicta in secun. tab. solum autẽ cum vendicabit sibi locũ substitutio pupillaris. i. cum morietur pupillus in pupillari ætate, committetur hæc stipulatio propter prædictum Titium substitutũ solum: quia vendicante sibi locum substitutione pupillari, nõ inuenitur, quòd possit habere idẽ Titius nisi quartam de c. à se relictis, non autẽ quartam totius suæ partis hæreditatis, quæ sua pars erat ducenta, vt dictum est, sed propter pupillũ prædictum non cõmittitur hæc stipulatio, nec etiam propter Seium alium substitutum: quia ipse habet medietatem suæ partis: vt dictum est. Viuianus.

[a] Vtrique. Substituti. Accursius.

[b] Solus. Incipit respondere. Accur.

[c] Cum enim. Probat quod dixit. Acc.

[d] Centum. Subaudi &c. quæ ipse &c. sed certè imo cc. ab eo fuerunt relicta. Sed dic quod detrahit, quod vltra quantitatẽ honorũ est: vt s. eo. l. in quantitate. §. fi. & sic cũ cc. tantum habeat de hæreditate pupilli: quod vltra grauatur, pro nihilo est: sed de hoc detrahitur Falcidia: vt hic dicit. Accur.

[e] Vt caueãt legatarij. Scilicet reddere quãto plus accipiũt quàm eis liceat per Falc. quæ stipulatio, licet pupillo non cõmittatur tamen substituto committitur: vt & supra, eod. l. is cui. & facit infra, eo. l. reperitur. & infra, titu. t. l. 1. in prin. & supra, eod. l. in ratione. §. quod vulgò. & infra, de priuileg credito. lege si paterfamilias.

gata vtrique [a] deberent? Solus [b] hæres Titius vtetur lege Falcidia. Cùm enim [c] ducenta ex hæreditate pupilli ad eum pertineant, ducenta legatorum nomine debet: centum [d] ex ducentis, quæ pupillus debebat: centum quæ ipse dare iussus est. Itaq; ex vtraq; quantitate quarta deducta, habebit quinquaginta. In persona verò Seij lex [...]idia non interuenit: cùm ad eum ex hęreditate pupilli ducenta pertineant; & debeat legatorum nomine centum ex ducentis, quæ à pupillo relicta sunt. Quod si pupillus soluat legata: debent curare tutores pupilli, vt caueant legatarij. [e]

Legata indiuidua defalcantur præstita parte æstimationis.

Quædam legata diuisionem non recipiunt: vt ecce legatum viæ, itineris, actusve. ad nullum enim ea res pro parte potest pertinere. Sed & si opus municipibus hæres facere iussus est, indiuiduum [f] videtur legatũ. Neque enim vllum balineum, aut theatrum, aut stadium [g] fecisse intelligitur, qui ei propriã formam [h] (quæ ex consummatione contingit) non dederit. Quorũ omnium legatorum nomine, & si plures hæredes sint, singuli insolidũ tenentur. [i] Hæc itaque legata, quæ diuiduitatem non recipiunt, tota ad legatariũ pertinẽt: sed potest hæredi hoc remedio succurri, vt æstimatione facta legati denuntiet [k] legatario, vt partẽ æstimationis inferat, si nõ inferat: vtatur aduersus eum exceptione doli mali.

Quædam legata. CASVS. Legaui tibi per meum fundum viam, vel iter, vel actum. nunquid ex his legatis potest detrahi Falcid. Et videtur q; non: quia hæc legata non recipiunt diuisionem. vnde tota ad legatarium pertinent: verũ tamen hæres potest sibi hoc remedio succurrere, scilicet vt ex his habeat Falci. vt scilicet faciat æstimari iuste dicta legata diuisionem non recipientia. & denuntiet legatario, vel legatarijs, vt inferat legatarius eidem hæredi quartam partem æstimationis legati propter Falcid. & si legatarius non inferat vtatur hæres aduersus eum legatarium legatum petentem exceptione doli mali, & idem dico si hæres iussus est facere opus aliquod municipibus Bonon. puta balineum, vel theatrum, vel stadium. nam & tale legatum videtur indiuiduum, neque hæres intelligitur fecisse aliquod prædictorum trium, nisi ei dederit propriam formam: quæ forma contingit ex consummatione eiusdem operis: & nomine omnium prædictorum legatorum omnes, & singuli hæredes insolidum tenentur. secus autem est, si legaui vsumfructum. nam cum diuisionem recipiat, bene potest de eo directè Falcidia detrahi: & ita recipit diuisionẽ vsusfructus, vt si duobus fuerit legatus, pertineant partes eius ad singulos eorum ipso iure. Quid si legaui vxori meæ dotem suam, quã mihi dederat? Certè non poterit hæres de ea detrahere Falcid. quia suam rẽ videtur mulier recipere. Sed & si legaui vxori meæ, quicquid eius causa emi, & paraui, expressum est nominatim in ipsa lege Falcid. vt hæ quoque res emptæ, & paratæ per me nomine vxoris meæ essent, extra modum legis Falci. ita quod de eis non possit detrahi Falci. hoc dicit. eum l. seq. Viuianus.

Idem libr. xviij. ad edict. prouincia. LXXX.

[*] SI vsusfructus [l] legatus sit, venit in computationẽ legis Falcidiæ. nam diuisionem recipit. adeò vt si duobus legatus fuerit, ipso iure ad singulos partes pertineant. Dos legata extra rationem legis Falcidiæ est, [m] scilicet quia suam rem mulier recipere videtur. Sed & de ijs quoq; rebus, quæ mulieris causa emptę paratę essent, [n] vt hæ quoque extra modum legis essent, nomina tim ipsa Falcidia lege ex-

[*] In P. Fl. scipit, Sed vsusfruct9 legatus venit in cõputationẽ &c.

[f] Indiuiduum. Ad hoc j. de verb. obl. l. stipulationes non diuiduntur. in princi. & l. 2. in fin. & ã. de ser. l. viæ. Accur.

[g] Stadium. Expone vt Institut. de rerum diuisio. §. vniuersitatis.

[h] Formam. Sic infra, de noui oper. nũ. l. stipulatio. §. opus. & infra, de verbo. significa. l. ædificia. §. perfecisse. Sed argu. contra supra, de auro & argen. lega. l. & si non sunt. §. quid ergo. Accursius.

[i] Tenentur. Vt ã. fami. ercis. l. hæredes. §. an ea.

[k] Denuntiet. Et sic saluat totum protestando de æstimatione. & facit ã. eod. l. t §. si vsusfructus. & §. sed opera. & s. eo. l. lineam. in fi. de leg. 2. l. cum filius. in prin. imo etiam quandoque diuiduum propter indiuiduum æstimatur: vt s. eo. l. si fundus mihi.

ADDITIO. Doctores dicunt contrarium: quia potest opponere exceptionem doli: sed si esset verum quod dicit ista gloss. consequitur iure actionis secundum Bartolum.

[l] SI vsusfructus. Continuatur superiori. & facit ã. e. l. t. §. si vsusfructus. & ã. de vsufr. l. 5. Accur.

[m] Falcidiæ est. Hoc dic vt ã. eo. l. cum dotem. Sed arg. contra ã. de leg. 2. l. si creditori. in fi. sed dic vt ibi.

[n] Paratæ essent. Hoc expone vt ã. de legat. 2. l. hoc legatum

legatum. & l. sequenti.

a Expressum est. Hoc ideo, quia in eis tenuit donatio vsq; ad vires dotis ad iustentandum mulierem, tenuit dico, ne possit reuocari, licet non vi possit peti: vt ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ex annuo. & l. si id quod. §. fin. & l. si stipulata. secus in alijs donationib. quæ ipso iure nullæ sunt: vt C. eo. l. in donationibus. Accur.

pressum est.a

Debitor sibiipsi in totum dicitur esse soluendo, sed quo ad alios æstimatur solummodo quantum exigi potest ab eo, & quantum residuum vendi potest. Alexander.

Vlpianus lib. viij. disputatio. LXXXI.

Quærebatur, cùm is, qui solum in nomine quadringenta in bonis habebat, ipsi debitori liberationem, Seio autem quadringenta legauerit: si debitor vel soluendo non sit, vel centum facere possit: quantum quisq; habeat interuentu legis Falcidiæ. Dicebam, legem Falcidiam ex eo,

Quærebat. CASVS. Quamuis hæc lex videatur difficilis, tamen si bene inspiciatur, satis erit plana. ponatis ergo ita eius casum: Titius non habens in bonis nisi quadringenta, quæ debebat ei Caius: fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Sempronium: & dicto suo debitori legauit liberationem. Seio autem amico suo legauit quadringenta, & postea decessit dictus testator. modo quæritur, cum Falcidia locum habeat in hæreditate sua paupere, quorum quilibet dictorum legatariorum habere debeat, siue dictus debitor, idemq; legatarius liberationis non est in aliquo soluendo, siue sit soluendo in parte tantum, puta in centum, siue in totum satisfacere possit. & huic quæstioni non respondet nunc, sed plenè respondebit in ea. l. §. cum igitur. Interserit quædam vsque ad dictum §. quæ bene faciunt ad solutionem dictæ quæstionis: & dicit, quòd lex Fal. quando vendicat sibi locum in aliquo casu, tribuit hæredi quartam ex eo, quod relictum est ex hæreditate in qua ipsa Fal. locum habet, & residuum dodrans debet distribui inter legatarios. & si inueniatur in hæreditate in qua habet Falc. locum, & in qua nihil est aliud præter nomen, pone aliquis debitor, qui pro parte tantum sit soluendo, & cui liberatio non sit à testatore relicta: eius quod exigi potest ab eo, pro rata fit distributio inter hæredem, & legatarios, scilicet, vt hæres habeat quartam: & legatarij tres partes: de residuo autem debiti, quod nō potest facere debitor, est facienda venditio: nisi id demum de dicto residuo in hæreditate computetur, quanti potest distrahi nomen, id est, pars nominis, in qua nō est soluendo dictus debitor, non autem tantum cōputetur in hæreditate, quantum continetur in dicta parte nominis, in qua debitor non est soluendo. si vero liberatio soli sit relicta debitori, qui non est soluendo, ipse sibi soluendo videtur, & quod ad se attinet, diues est: & ita valet ei legatum liberationis in totum. nam & si mortis causa accepto feratur ei, quod debet ita simpliciter, libero te per acceptilationem de eo, quod mihi debes: cū deberet cccc. ponamus. & nihil facere posset: quadringenta videbitur cepisse ex dicta acceptilatione mortis causa facta, licet nihil habere possit. nam si soli ei liberatio est relicta per dictam acceptilationem, ita quod alicui alij non fuit aliquid relictū de eo, quod ipse debitor debebat testatori, videtur sensisse plenā liberationem, quamuis nihil facere possit de eo, quod debebat. & ideo si habeat locum lex Falc. debet hæres eum liberare in ccc. per accepti. & residua centum debent durare in obligatione. & si quid cœperit posse facere, exiget ab eo hæres vsque ad c. tantum: & idem erit dicendum, si dictus debitor quadringentorū, de quo dictum est à versi. sed cum debiti &c. vsque huc, sit expresse liberatus per accept. de quadringentis quæ debebat ita dicendo per testamentum qui volebat eum liberare, libero te per acceptilationem de cccc. quæ mihi debes. nam & in hoc casu quadringenta videtur cepisse ex dicta acceptilatione mortis causa facta, licet nihil facere possit: & ideo si habeat locum lex Fal. debet hæres eum liberare in ccc. per acceptilationem, & residua centum debent durare in obligatione: & si quid cœperit posse facere, exiget ab eo hæres vsque ad centum tantum: vnde eleganter & bene dicitur acceptilationem aliquo de prædictis modis factam in pendenti fore: vt si quidem tempore mortis illius, qui liberauit debitorem suum prædictum per acceptilationem causa mortis, inueniantur in bonis dicti debitoris quadringentorū integra quadringenta valeat acceptilatio in ccc. & c. habeat hæres de quadringentis: si verò aliquid inueniatur in bonis testatoris, quod suppleat hęredi quadrantem: & cccc. integra: proficiet dicta acceptilatio debitori. Si autem iste idem debitor quadringentorum, qui liberatus est per acceptilationem, potest facere centum tantum, necesse habebit refundere hæredi centum pro quadrante: & hoc ideo, quia sibi soluendo est in reliquis trecentis, licet non possit facere nisi centum. Cum igitur dictus debitor, de quo proximè dixi, sibi soluendo sit, id est, esse præsumatur quantum ad suum præiudicium: licet in veritate non sit soluendo in aliquo, vel in centum tantum: eueniet vt possimus soluere quæstionem propositam in principio huius l. qui casus fuit talis. Titius non habens in bonis nisi cccc. quæ debebat ei Caius: fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Sempronium, & dicto suo debitori legauit liberationem. Seio autem amico suo legauit cccc. & postea decessit dictus Titius testator. vnde quæsitum fuit in principio huius l. quantum quilibet legatariorum prædictorum habere debeat Falcidia locum habente, siue dictus debitor quadringentorum est in totum soluendo, siue in parte, puta in centum, siue in nihilo: & dicit, quod si dictus debitor est soluendo in dictis quadringentis totis, hæres debet habere de eis centum pro quarta sua, siue Falcidia: & trecenta debent diuidi inter dictum debitorem, & Seium, cui legata fuerunt quadringenta, scilicet vt quilibet eorum habeat centum quinquaginta. Si verò debitor prædictus possit facere partem de quadringentis, puta centum tantum, hæredi seruanda est quarta ex secto, id est, ex eo quod à dicto debitore seruari potest, id est, ex dictis centum & tres partes de dictis c. id est, lxxv. debet habere Seius, cui legata sunt quadringenta. iudex ergo faciet, vt centum, quæ præstare potest debitor, diuidantur in quatuor partes, & tres partes de illis quatuor partibus factis de centum prædictis debent habere legatarij, id est, Seius legatarius, cui fuerunt legata cccc. hæres autem debet habere quartam partem de dictis centum: id est, xxv. Debitor autem prædictus qui soluendo non est, nisi in c. debet compensare secum c. quinquaginta de illis trecentis, in quibus non est soluendo: de residuis autem centum quinquaginta de dictis trecentis quæ exigi non possunt à dicto debitore, debet fieri venditio nominis: & illud quod accipietur ex venditione dicti nominis de c. quinquaginta, repræsentatur hæredi, & dicto Seio legatario quadringentorum, quasi solum in bonis fuerit: puta de dicto nomine de cl. accepta fuerunt per venditionem. l. tantum. illa certe tantum reputantur hæredi, & Seio legatario: & non c. superflua, scilicet vt de illis quinquaginta habeat hæres quartam, & dictus Seius legatarius tres partes. illa enim l. sola videntur esse in bonis

quod refici [a] ex hæreditate posset, quartam hæredi tribuere: residuum dodrantem inter legatarios distribuere. Quare cùm nomen minus soluendo est in hæreditate: eius quod exigi potest, pro rata fit distributio: residui venditio [b] facienda est, vt id demum in hæreditate computetur, quanti nomen distrahi potest. Sed cùm debitori [c] liberatio relinquitur: ipse sibi soluendo videtur, & (quod ad se attinet) diues est. [d] quippe si ei mortis [e] causa acceptò feratur id, quod debet, quadringenta cepisse videbitur: licet nihil facere posit, sensisse [f] enim liberationem plenam videtur, quamuis nihil facere possit, si soli [g] ei liberatio relicta est: & ideo Falcidia interueniente, trecenta acceptò illi ferri [h] debent, residua centum durabunt in obligatione: & si quidem facere posse cœperit, exigentur ab eo duntaxat vsque ad centum. Idemq; erit [i] dicendum, & si mortis causa acceptò ei [k] quadringenta ferantur. Vnde eleganter dicitur, acceptilationem in pendenti [l] fore, vt si quidem mortis tempore quadringenta tota inueniantur, [m] in trecentis valeat acceptilatio. si verò præterea [n] aliquid inueniatur, quod quadrantem suppleat: hæredi in quadringentis acceptilatio proficiet: Quòd si debitor iste quadringentorum duntaxat centum facere potest: quia sibi soluendo est, necesse habebit centum refundere. [o] Cùm igitur [p] debitor [q] sibi soluendo sit, eueniet, vt si hærede aliquo instituto, ipsi debitori liberatio, & alij quadringēta legata sint: si quidem soluendo sit debitor, centum quinquaginta ex trecentis retineat: alia centum quinquaginta legatario præstentur: hæres centum habeat. sin verò centum tantùm facere possit, hæredi ex refecto [r] quarta seruanda est. sic fiet, vt centum, quæ præstari possunt, in quatuor partes diuidantur.

Tres *partes [s] ferant legatarij: hæres vigintiquinque habeat: debitor, qui soluendo non est, secum centum quinquaginta compenset: [t] de residuis centum quinquaginta, quæ exigi non possunt, venditio fiet nominis: idque, quasi solum in bonis [u] fuerit, repræsentetur. [x] Quod si nihil facere debitor potest: æquè in centum quinquaginta accepto liberandum esse: de residuo venditionem nominis faciendam Neratius ait: quod & nos probamus.

Si debitor peculiaris scribitur hæres: in imponenda ratione legis Falcidiæ habetur ratio quanti plurimi fuit à tempore mortis testatoris, vel aditæ hæreditatis. Bar.

Iulianus lib. xij. Digestorum. LXXXII.

SI creditor filij tui hæredem te instituerit, & legis Falcidiæ rationem ponas: peculij quan

---

nis, & non c. superflua. Si autem nihil potest facere dictus debitor, sin cl. sicut & in casu superiori dictum est, eum liberandum. de residuo autem, id est de ccl. facienda est nominis venditio: vt de eo quod ex venditione redigetur, habeat hæres quartā: & dictus Seius legatarius quadringentorum tres partes. & id quod redigetur ea dicta venditione nominis, repręsentatē dictā hæredi, & dictā legatario Seio: quasi solum in bonis fuerit, vt dictum est in superiori proximo casu: & hoc vult dicere hæc l. sicut mihi videtur. Viui.

Quærebatur. Duos casus principaliter ponit, licet responsa sint plura, scilicet quando debitori liberatio, & idem debitum alij: secundo quando soli debitori liberatio relinquitur. Accur.

a Refici. Id est, colligi, vel haberi ex nomine hæreditario, cum nihil aliud sit in hæreditate. Accur.

b Venditio. Facit supra eod. l. in quantitate. §. magna.

c Debitori. Soli: vt infra patet.

d Diues est. Sic ff. e. l. Nesennius. §. fi. & l. 1. §. si creditor. & ff. de lib. leg. l. si quis reum. §. huic. sed argu. contra ff. de reli. & sum. fu. l. sic pro rata §. fin.

ADDITIO: Dic secundum Bar. quod hic agitur de aliquo liberando: ibi de aliquo exigendo.

e Si ei mortis. Supra tit. legati, hic donationis causa mortis.

f Sensisse. Redit ad legata.

g Soli. Quia secus si vtrique reo debendi liberatio est relicta. Azo. & alter est soluendo, & alter non: vt infra ead. l. colligitur.

h Ferri. Aliàs fieri. & ita in libro domini Accursij.

i Idéq; erit. Redit ad donationem. & dic idem quod dixi in legato.

k Ei. Debitori à testatore. scilicet, nam in hoc differt à legato, quod ab hærede datur: vt instit. de leg. §. j. Acc.

l In pendenti. Sic ff. de do. inter vir. & vx. l. cum hic status. §. si autem. & dic acceptilationem scilicet, mortis causa factam.

m Inueniantur: Et nihil amplius.

n Præterea. scilicet vltra quadringenta.

o Refundere. Occasione Falcidiæ.

p Cum igitur. Redire vult ad primum casum legis.

q Debitor. Scilicet insolidum.

r Ex refecto. Id est ex eo, quod potest haberi ex nomine: quando statim aperuit, sic fiet.

s Tres partes. Nec caput libri, nec l. nec §. est hic: sed est pars legis superioris, sed ideo sic fuit resecata, quia per partes sic fuit liber inuentus. dic ergo tres partes de dictis c. scilicet lxxv. & dic legatarij, id est, legatarius: vt supra posuit, & statim patet. Acc.

t Compēset. Et sic habet totū suum legatum & alius non: sed hoc habere est quasi non habere: nec est nociuū alij.

u In bonis. Id est, ex dicta venditione nominis.

x Repræsentetur. Id est, accipiatur, & diuidatur inter hæredem, & inter dictū alium legatarium: & de hoc nil dubitur.

SI creditur. CASVS. Tu Titius habebas filiū habentem in peculio c. hic tuus filius contraxit cū Seio, & factus est debitor in c. vnde tu pater teneris dicto creditori de dicto peculio filij tui. postea

* Ineptè hic facta est diuisio huius capitis, cuius & Accursius meminit. Nam nec vllū eius vestigiū extat in P. Fl.

titas, quod aditæ hæreditatis [a] tempore fuisset, in quadrantem tibi imputabitur.

Si propter neglıgentiam tutoris pupillus non sensit damnum, sed sentire incipiebat hæres eius incıpıt hæredi competere actio tutelæ, quæ nunquam competit defuncto. Alexan.

Idem libro xiij. Digestorum. LXXXIII.

REperitur [b] casus, quo hæres agere potest, quamuis testator [c] agere non potuerit: veluti si tutor cùm solueret legata, non interposuerit stipulationẽ, [d] Quantò plus quàm per legem Falcidiam capi licuerit, [e] solutum fuerit, reddi. pupillus eo quidem nomine tutelæ non aget, [f] sed hæredi eius hoc quoq; nomine tutor obligatus erit.

postea dictus creditor instituit te hæredem, & multa legata reliquit a te quibusdam vltra dodrantem hæreditatis suæ: ita quod habet locum Falc. & postea decessit dictus Seius creditor, & tu incontinenti adiuisti hæreditatem eius: modo veniunt legatarij eius, & petunt à te legata: & tu vis ponere cũ eis rationẽ l. Fal. & detrahere de legatis quadrantem. certè dicitur, q prius debes tibi cõputare in dictum quadrãtẽ quantitatẽ dicti peculij filij tui, quod erat eo tẽpe, quo adiuisti hæreditatẽ dicti creditoris filij tui: videtur enim esse de bonis dicti creditoris dictum peculiũ, cũ ipse haberet actionẽ contra te vt ei satisfieret de credito suo ex dicto peculio, & creditum erat c. & peculiũ c. vt dictũ est. & postea si quod deest tibi ad quadrantem hæreditatis dicti creditoris, illud detrahes de legatis à dicto creditore relictis. Viuia.

[a] Aditæ hæreditatis. Imò mortis: vt s. de pecu. l. eo tempore. §. si creditor. quæ est cõtra. Sol. ibi tempore mortis, & aditę hæreditatis idem est, q filius erat hæres, q protinus mortuo testatore est hæres: vt Inst. de hęr. quali. & diff. §. sui. hic est extraneus hæres secundum Bulg. Vel secundum Io. ibi eadem quantitas fuit tempore mortis, vel aditionis. Vel tertio id tempus inspicitur, quod plus proficit legatarijs, id est, quo plus est in peculio, vel mortis, vel aditionis tempore: vt s. ẽodem. l. cum quo. Accursius.

R Eperitur. CASVS. Filium meum impuberẽ mihi hæredem institui, & ei pupillariter substitui Titium, & ita feci testamentũ: ipse tamẽ impubes quodãmodo dicitur testator in illa pupillari substitutione, quam ei feci. Item reliqui à dicto impubere multa legata quibusdã. Item dedi ei tutorem Sempronium. Item & à dicto substituto multa legata reliqui alijs quibusdam, & taliter legata reliqui ab impubere, & ab eius substituto, quod si omnia debeant solui, habeat locum Falc. si autem debeãt solui legata tantum ab impubere relicta non habet locum Fal. debent autem solui omnia per substitutum, impubere in pupillari ætate decedente, & sic substitutione locum habente: vt s. ẽo. l. in qui. & postea decessit. postea venerunt legatarij prædicti, & petierunt legata a dicto tutore: & tutor soluit eis: & non fecit eos sibi tutori promittere de reddendo quantũ postea apparuit plus ei solutum nomine legatorum. quam licuerit eos legatarios capere per l. Falci. postea locũ habentem, ideo quia vendicabat sibi locũ substitutio pupillaris. modo quæritur, an dictus impubes possit agere contra tutorẽ propter hoc? Et dicitur quod non: quia vt dictum est, eo viuente non habet locũ Falc. & ita cum non habeat damnũ propter dictam omissionẽ tutoris, nõ potest agere cõtra eũ. mortuo autẽ dicto impubere in pupillari ætate, sicq; locũ habẽte substitutione, & ita substituto necessitatem habente soluere legata relicta ab impubere, & à se, sicq; locum Falcidia habẽte, agere poterit substitutus, qui est hæres impuberis, contra dictum tutorem: ex eo, quòd dictus tutor omisit facere interponi dictam promissionem cum soluit legata, & sic est iste casus quo hæres agere potest, quamuis testator nõ potuerit. Viuia.

[b] Reperiũ casum. Specialis. & sic supra, de euic. l. si per imprudentiam. §. non mirum. sed regulariter contra, vt j. de regu. iur. l. hæredem.

[c] Testator. Id est, prædecessor.

[d] Stipulationẽ. Hãc scilicet quanto &c. Accursius.

[e] Licuerit. Legatario. Azo.

[f] Non aget. Cum eo viuo Falcid. non habeat locum. aliò qui & ipse agit: vt infra, titu. l. l. r. §. a. Sed nonne mortis tẽpore Falcid. detrahitur? Respon. sic regulariter: sed quandoque fallit: vt quia conditionalia debiti ab hæreditate exitus conditio: vt supra, e. l. in quãtitate. §. magna. & §. sed & si legata. Accur.

Idem lib. xviij. Digestorum. LXXXIIII.

SI dos socero data est, & solus filius hæres patri extitit: dotem confestim in computationem hæreditatis, & Falcidiæ rationem in ære alieno deducet: aliter enim videbitur vxorem indotatã habere. Quòd si filius extraneum cohæredem habeat; ipse quidem semper pro qua parte patri hæres erit, dotem in ære alieno deducet, & cohæres eius antè quàm dos à filio [*] percipiatur. [g]

[*] In P. Fl. præcipiat.

Prælegata non ueniunt in fideicõmisso, quando quis primò rogat, secundò prælegat. Item qui quartam detrahit de uoluntate defuncti, quartam hæreditatis sibi computat: aliàs totam hæreditariam partem. Bart.

SI dos socero. CASVS. Titia nupsit filio meo Seio: & mihi socero dedit in dotem c. & sic ego teneor dotẽ restituere in casum restituendæ dotis: vt & supra, sol. matr. l. si cum dotem. §. transgrediamur. postea feci testamentum, & dictum meum filium institui mihi solum hæredem, & ab eo multa legata reliqui etiam vltra dodrantem hæreditatis meæ, sicque habere debet locum Falci. & postea decessi, postea petierunt legatarij legata a dicto meo filio: & ipse respondit eis, quòd volebat detrahere Falc. de legatis, & habere ante partem dotem dictæ vxoris suæ prædictæ. quæritur nunquid possit hoc facere? & dicitur, quòd sic: quia si oporteret eum sibi computare in quadrantem dictã dotem, videretur indotatam habere vxorem suam: quod esse non debet. Si autem retento eodem casu instituı mihi hæredem dictum filiũ, & quendam extraneum ipse quidem filius meus semper dotem in ære alieno deducet, scilicet, pro ea parte, qua hæres mihi extitit: quia pro ea parte habere debet dotem. licet in iudicio familiæ erciscundæ modo cum hærede suo debeat habere totam: cohæres etiam eiusdem mei filij deducet dictam dotem in ære alieno cũ legatarijs, scilicet pro ea parte, qua hæres mihi extitit: & hoc antequam dictus meus filius percipiat dictam dotem. nam postquam filius meus percipiat dictam dotem, non est, quod hæres possit deducere de dicta dote in ære alieno.

[g] Percipiatur. Si enim filius à cohærede dotis partem percepisset, ipso iure liberatus esset cohæres. Azo. & facit C. famil. ercis. l. 2. & supra, fami. ercis. l. si filia. §. 1. & l. si maritus. & de iure dot. l. si is. §. 1. & de dote prælega. l. 3. § 1. in fine.

Titia

†Ista lex est singularis secũdum Bar. hic, & nõ habet parẽ, nec cõcordãtiã, secũdum eũdẽ Bar.

Idem libro xl. Digestorum. LXXXV.

Titia † testamento suo Titium fratrem suũ ex parte tertia [a] hæredem instituit: fideiq; eius commisit, vt hæreditatem retenta quarta parte [b] Secundæ, & Proculæ restitueret. eadem fratri quædam prædia prælegauit. Quæro, an Titius ea, quæ prælegata sunt, etiam pro ea parte [c] hæreditatis, quam rogatus est vt restitueret, integra [d] retinere debeat? Respondi, Titium legata integra retinere debere: [e] sed in partem quartã imputari oportere duodecimã [f] partem prædiorum: sed si non esset adiectum, vt pars quarta deduceretur, totũ trientem [g] prædiorũ legi Falcidiæ [h] imputari oportere: quoniam contra sententiam [i] matrisfamiliæ lex Falcidia induceretur. [k]

Quod pretii nomine capitur non uidetur legatum, sed iure hæreditario capi. Bart.

Idem libro lxj. Digestorum. LXXXVI.

Qui fundũ solùm in bonis centum relinquebat, si hæredem suum damnauerit, vt eum quinquaginta Titio venderet: non est existimãdus, amplius quã qnquaginta legasse

Titia testamento. CASVS. Titia habens fratrem Titium instituit eum sibi hæredem in tertia parte hæreditatis suæ, & in alia tertia Secundam, & in alia Proculam. & commisit fidei dicti sui fratris, vt dictam suam partem hæreditatis, id est tertiam, dictæ Secundæ & Proculæ cohæredibus suis restitueret retenta sibi quarta parte dictæ suæ partis. postea eadem Titia prælegauit duo pone prædia eidem fratri suo: quod quidem legatum valuit quo ad partes cohæredum, non quo ad suam: quia sibi à semetipso legari non potuit: vt supra, de leg. 1. l. legatum est delibatio. §. 1. vnde suam partem dicti legati debet habere iure hæreditario: partes antem cohæredum iure prælegati, & postea decessit dicta Titia, veniunt Secunda, & Procula, & petunt à dicto Titio suam partem hæreditatis Titij, id est tertiam hæreditatis Titiæ, id est quatuor vncias. dicit Titius, Bene volo vobis restituere, retenta tamen quarta Trebel. id est, vna vncia, sicut testatrix dixit. Dicit Secunda & Procula, Placet nobis: sed nos volumus, quod computes tibi in dicta quarta partem tuam dictorum prædiorum tibi prælegatorum, quæ est quatuor vnciæ eorundem prædiorum: quam quidem tuam partem prædiorum habuisti iure hæreditario: & ita volumus, quod prædia quę tibi prælegata sunt, integra retinere debeas etiam pro ea parte hæreditatis, quam rogatus fuisti nobis restituere, id est, pro tertia. nam tua pars hæreditatis fuit tertia hæreditatis, id est, non solum iure prælegati volumus quod retineas integra dicta prædia, sed etiam in quartam eius partis hæreditatis, quam nobis fuisti rogatus restituere: ita, scilicet vt non detrahas aliquam quartam de dicta tua hæreditatis parte: dicit dictus Titius, In vno consentio vobis de ijs, quæ dicitis: quia bene volo integra mihi retinere prædia, sed in quartam meæ partis hæreditatis, quam partem debeo vobis restituere, nolo mihi imputare totam partem meam prædiorum, quæ est quatuor vnciæ eorundem prædiorum, quã quidẽ meam partem prædiorũ habui iure hæreditario, sed solummodo duodecimam partẽ dictorum prædiorum volo mihi imputare in dictam quartam, & si tãtum erit duodecima pars prædiorum, id est, vna vncia prædiorum, quantum capit dicta quarta meæ partis hæreditatis, quæ quidẽ quarta est vna vncia totius hæreditatis Titiæ sororis meę, bene erit: si autem non capiat tantũ dicta duodecima pars prædiorũ quantũ dicta quarta, volo supplere mihi dictam quartam ex parte mea hæreditatis, quam vobis debeo restituere. nam non debeo esse deterioris cõditionis in hoc casu eo quòd fuerunt mihi prædia prælegata, quàm essem si cuidam quarto legata fuissent: quo quidem casu non retinerem nomine Falc. nisi duodecimam prædiorum, id est, quartam meæ partis prædiorũ. nam tres sumus cohæredes, & quilibet nostrum habet quatuor vncias in prædijs iure hæreditario. modo quæritur, cuius dictum debeat obtinere: & dicitur ꝙ dictũ Titij, & non dictum cohæredũ suorum. Sed quid si dicta Titia testatrix non dixit, vt Titius retineret sibi quartã partẽ suæ partis hæreditatis, cum dictã suã partẽ hæreditatis restitueret cohæredibus suis prædictis? nunquid totus dictus triẽs prædiorũ, quem habet dictus Titius iure hæreditario, imputabitur in quartã Trebel. quam vult retinere Titius de dicta sua parte hęreditatis, cum eã restituit cohæredibus suis? Et dicit, ꝙ sic. & est ratio: quia dictã quartã retinet dictus Titius cõtra sententiam dictæ Titiæ matrisfa. quãuis iure permittente retineat, vnde nõ est mirũ, si totus triẽs prædiorũ imputatur in quarta prædicta, & non duodecima tantũ prædiorum: vt in superiori casu, quo dixit testatrix, retenta quarta &c. Viuia.

[a] Tertia. Id est quatuor vncijs. & de residuo alios, alias Titius haberet totum: vt s. de hære. insti. l. 1. §. si ex inando.

[b] Quarta parte. quę est 12. totius.

[c] Pro ea parte. Scilicet pro tribus partibus suæ institutionis.

[d] Integra. Non dubitatur quin quartam partem prælegatorum retinere possit: sed quærit vtrum integra possit retinere prælegata. Azo.

[e] Debere. Hoc ideo, quia in rogando habuit mentionem hæreditatis, secus autem si dixisset, portionem tuam, non habita mentione hæreditatis: quia etiam tunc prælegata restituerentur, vt infra, ad Treb. l. Marcellus. § quidam. si modo prælegauit ante, & postea rogauit, quæ dic, vt C. de fideic. l. eum vlrum. Sed opponitur etiam si habuit mentionem hæreditatis vt in nostro casu, non retinet totam: sed hæreditatis cadit in fideic. vt j. ad Treb. l. in fideicommissariam. §. fi. quæ est contra. Sol. satis cadit in fideicom. si computat in quartam: quod facit in totum, quando contra voluntatem testatoris, retinet quartam, vt hic subijcit.

[f] Duodecimam. Id est quartam eius partis, in qua institutus est: vt diximus in casu C. fa. erc. l. filium.

[g] Trientem. Id est, quatuor vncias, quas habet iure hæreditario: vt j. eo. l. in quartam. 1. respon.

[h] Falcidię. Id est in quartam Trebel. l. de ea enim loquitur secundum lo.

[i] Contra sententiam. Quod est eo ipso, quòd nihil dixit inde testatrix: vt C. eo. l. 1. Accur.

[k] Induceretur. Id est quarta retineretur.

Qui fundũ, CASVS. Seius habens in bonis solùmodo vnũ fundũ valẽtẽ c. instituit sibi hæredẽ Caiũ, & dãnauit eũ, vt dictũ fundum vẽderet Titio ꝓ quinquaginta. & postea decessit. modo quærit nunquid habeat locũ lex Falc. in hęreditate sua? Et dicit ꝙ nõ: quia non videt legasse Titio dictus testator, nisi quinquaginta, quę valet plus dictus fundus, quã iussus fuit hæres dicto Titio vendere, & ita cum l. quę accepit hęres à Titio pro pretio fundi, remaneãt apud eũ: ideo quartam, imò dimidiam hęreditatis habet. Sed pone,

pone, quòd dictus Seius habebat in bonis fundum Cornelianum, & Seianum, quorum quilibet valebat c. & instituit me, & Titium hæredes, & damnauit me, vt eidem Titio cohæredi meo fundum Cornelianum, id est, meam portionem fundi Corneliani venderem pro quinquaginta, & ecótrario Titium damnauit, vt mihi fundũ Seianum, id est, dimidiam quam in eo habebat idẽ Titius venderet pro quinquaginta, nunquid habebit locum lex Fal. inter me, & Titium? Et dicitur, quòd nõ: cum vterq; nostrum sit habiturus iure hęreditario dimidiam partem vnius fundi: in qua dimidia cuiuslibet nostrum est pars dimidia, id est, quarta hæreditatis: quia fundi valebant cc. vt dictũ est, id est, quilibet c. cum ergo quilibet nostrum habeat iure hæreditario quartam hæreditatis, vt dictum est: non est mirum si nõ habet locũ lex Falc. & bene dixi, quod quilibet nostrum est habiturus iure hæreditario dimidiam vnius fundi, nam certè ego qui damnatus fui vendere Titio cohæredi meo partem meam fundi Corneliani, habebo iure hęreditario dimidiã partem fundi Seiani uẽditi mihi pro alia dimidia à dicto meo cohærede: & partem mihi uenditam eiusdem fundi habebo iure emptionis. Item Titius cohæres meus qui damnatus fuit uendere mihi partem suam fundi Seiani, i. dimidiam fundi Seiani, retinet iure hæreditario dimidiam partem fundi Corneliani uenditi sibi à me pro alia dimidia: & dictam dimidiam quam ei uendidi in eodem fundo Corneliano, habebit iure emptionis, & sic ego inuenior habere totum fundum Seianum, id est dimidiam eius iure hæreditario, & aliam iure emptionis, & Titius cohæres meus inuenitur habere totũ fundum Cornelianum, id est, dimidiam eius iure hæreditario: & aliam iure emptionis.

ideoque lex Falcidia locum non habet.[a] Item si is, qui duos fundos centum[b] in bonis haberet, si me & Titium hæredes instituisset, & damnasset me, vt Titio fundũ Cornelianum quinquaginta venderem: & contrà Titium damnasset, vt mihi fundum Seianum quinquaginta[c] venderet, nõ animaduerto, quemadmodum lex Falcidia locum habere possit: cùm vterq; hęredum vnius[d] fundi partem dimidiam hæreditario iure habiturus sit, in qua pars dimidia hæreditatis[e] est. Nam certè qui damnatus est fundum Cornelianum vendere, Seiani fundi[f] partem hæreditario[g] iure habet. Item qui damnatus est Seianum fundum vendere, partem Corneliani fundi hæreditario iure retinet.[h]

Hæres potest detrahere sibi delictum in imponenda ratione legis Falcidiæ, sicut si deberetur extraneo. Alex.

Si quis[i] hæredem instituerit eum, cui rogatus fuerat post mortem suam centum restituere, centum in ratione legis Falcidiæ deducere debet: quia si alius quilibet hæres extitisset, hæc centum in ære alieno ponerentur.

Conditio cuius euentus, uel defectus legata non uitiat: eorum petitionem non differt: & plures portiones unius, & eiusdem instituti contribuuntur ad inuicem ad augendum legata. Alexan.

Si tu ex parte quar-

[a] Locum non habet. Imo totus uidetur in legato: & sic Fal. locum habet, ut j. e. l. in quarta. in fi. l. quæ est contra. Sol. subtiliter inter emptionẽ & conditionem distingue: ut in uenditione dicas non fundum uenditum esse relictum. ideoq; nec fundus uenit in computatione. sed id solum, quod minus iusto uendiderit. at in secundo casu totum fundum uendicat: aliàs computat, quia totus legatus est: nec eius quod pro conditione datur, fit computatio, quia non accipitur iure hæreditario, uel ei à quo accipit, computat: sed non alij, ut s. e. l. Nesennius. uel omnibus computat: cũ idcirco hoc testator hęredi præstari uoluit, ut omnibus solida legata præstaret ut s. eo. l. quod autem. lo. & secundũ hoc concor. s. e. l. in ratione §. uendere. & §. tametsi. & l. si fundus legatus. & l. si dignum. Accur.

[b] Centum. Scilicet singulos tanti pretij.

[c] Quinquaginta. Tantum ualebat mea hæreditaria. sua ergo dimidia iure hæreditario remanet sib. in eodem fundo: vt infra dicet.

[d] Vnius. Non aperit cuius: sed statim dicit.

[e] Hæreditatis. Scilicet partis suæ: vel ita, in quo pars dimidia hæreditatis est, id est quarta. Accur.

[f] Seiani fundi. Quem emit. Accur.

[g] Hæreditario. Aliàs hæreditario. alias est hæreditariam, subau. & aliam partem iure emptionis.

[h] Retinet. Et aliam iure emptionis consequitur.

Si quis hæredem. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum vt post mortem suã c. restitueret Seio, & postea decessi, & postea dictus Titius venit ad mortem, & instituit sibi hæredem dictum Seium, & multa legata quibusdam reliquit. & postea decessit idem Titius: certè Seius hęres eius debet sibi anticipare dicta c. quæ debebat ei Titius tanquam ęs alienũ hæreditatis Titij: & postea debet detrahere Falci. de legatis: & est ratio, quia si alius quilibet extitisset hæres Titio, dicta centum ponerentur in ære alieno. Viuia.

[i] Si quis. Facit C. eod. l. in imponenda. in princip. & l. in titu. m.

Si tu ex parte. CASVS. Seius instituit te Caium hæredem ex parte quarta, id est, in tribus uncia hæreditatis suæ, quæ appellatur quadrans: & purè fecit dictam institutionem: & Titium ea alia quarta parte similiter purè: & à te Caio legata reliquit quibusdã: & postea te Caium ex parte dimidia hæredem instituit sub conditione si nauis ex Asia venerit, quæ dimidia dicitur semis, & ita fuisti institutus in quadrante purè, & in semisse sub conditione, & ita debes habere nouem uncias hæreditatis, & Titius tres, quæ nouem unciæ appellantur dodrans: & postea in hac tua secunda institutione legata, & libertates fuerunt purè quibusdam relicta per dictum testatorem: & postea decessit dictus Seius. modo quæritur, an pendente conditione dictæ secundæ institutionis, libertates in ea secunda institutione datæ, & legata omnia præstare debeant legatariis, i. tam legata relicta in prima institutione, quam relicta in secunda? Et respon. quod sic: & est ratio, quia siue dicta conditio extiterit te Caio hærede existente, vtraq; supradicta valent, siue dicta conditio defecerit, tu Caius, & Titius hæredes eritis pro virili portione, s. pro medietate illius medietatis sub conditione tibi relictæ accedente prędicto Titio. vnde siue existat dicta cõditio, siue deficiat: semper existit casus, quo possunt valere omnia prædicta. Sed pone, quod dicta conditio tuæ secundæ institutionis extitit: & sic habes tu Caius quadrãtẽ tibi purè à testatore datũ, & etiam semissem tibi sub conditione datum: & ita habes dodrantẽ totius hæreditatis, i. nouẽ uncias: & Titius cohæres tuus habet tres. nunquid cum habeas dodrantem hæreditatis, coge-

tis

ris pro ea parte legata præstare: vt sic profit illis legatarijs, quibus fuit legatum à te instituto purè in quarta hæreditatis: prosit dico ille semis, in quo fuisti institutus sub conditione prædicta. prosit adhuc dico quo ad falcidiam de legatis eorum detrahendam? Et respon. quòd sic. nam misceri debent duæ tuæ partes hoc casu, id est, quadrans qui purè est datus, & semis tibi datus sub conditione. Viuia.

ta, Titius ex parte quarta hæredes scripti fueritis: [a] deinde tu ex parte dimidia [b] hæres institutus fueris sub cōditione, & legata; item libertates datæ fuerint: [c] pēdēte [d] cōditione libertates competent, & legata tota præstabuntur: [e] quia siue cōditio extiterit te hærede existente, vtraq; valent, siue cōditio defecerit, tu, & Titius hæredes eritis. [f] De lege Falcidia si hoc quæras, an existente cōditione, misceatur quadrans tuus, & semis, atq; ita pro dodrante ratio ponenda sit cum ijs, quibus

[a] Fueritis. s. purè.

[b] Dimidia. Quæ superest: & sic in dodrante.

[c] Datæ fuerint. Scilicet simpliciter, nō exprimendo an puris institutionibus, vel conditionalibus: nec quantum à quolibet hærede.

[d] Pendente. Scilicet conditione secundæ institutionis.

[e] Præstabuntur. De libertatibus planum est, sed de legatis quæro quantū quilibet soluet? Respon. aut species hæreditaria est relicta, & tūc aget rei vendicatione ad totum cōtra vtrunq;, cum ambo hæredes teneantur, adijciendo vt quilibet soluat, quantum eum competat soluere: & sic ad incertā partem contra quemlibet vt supra, de rei vend. l. quæ de tota. §. 1. & idē si agatur actione personali ex testamento ad dictā speciē. si autē est quātitas, tūc quilibet in eo, quod est pure institutus cōuenitur: nec eo plus tenetur aliquis, quia conditione existēte, vel deficiēte possit recuperare ab alio: vt infra de reg. iur. l. nemo, ideo plus dico institutū sub cōditione posse conueniri in medietatem residui, cum etiam deficiente cōditione medietatē residui est habiturus.

[f] Eritis. Pro virili portione medietate conditionali vtriq; accedente, & sic similiter vtraq; valet.

[g] Duas partes. Vt sic dodrans videatur tibi relictus, & facit s. de acq. hæ. l. si tu. & ī. eo. l. in rōne. §. pe. i. si alij §.

Qui filium. CASVS. Seruum filiū impuberem instituī mihi hæredē in sex vncijs hæreditatis meæ, & reliqui ab eo tot legata, quæ absumebant totas dictas sex vncias: & Titium instituī mihi hæredem in alijs sex vncijs: & in nihilo eum legatis grauaui, & eundē Titiū substituī dicto meo filio vulgariter, & pupillariter, id est, vt si mihi hæres nō erit dictus meus filius, prædictus Titius sit mihi hæres, aut si mihi hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, dictus Titius sit mihi hæres, & postea decessi, & postea dictus Titius extitit mihi hæres ex sua substitutione: & postea antequā dictus meus filius esset mihi hæres, decessit, vnde Titius extitit mihi hæres ex substitutione vulgari. modo quæritur, vtrū dictus Titius substitutus præstet solida legata, quæ reliqui à dicto meo impubere filio: an verò deducta quarta? Et dicitur quòd solida præstare debet, & est ratio: quia duo semisses, in quibus filiū meū, & Titium hæredes institui, sunt cōfusi, & coadunati in persona Titij, qui ex vulgari substitutione successit mihi in semisse, quē dedi dicto meo filio: & faciunt dicti duo semisses confusi, vt habeatur ratio totius hæreditatis circa l. fal. vnde cū mihi soli in totā hæres extiterit dictus Titius: solida præstare debet prædicta legata, quousq; habeat tantū tres vncias de tota mea hæreditate, id est, quartam hæreditatis meæ: vt I. Instit. de pupil. substi. § quo

casu. Si autem dictus Titius adiuisset pro sua parte non grauata, & postea in pupillari ætate decessisset, & sic Titius extitisset ei hæres ex pupillari substitutione: non præstabit Titius substitutus ampliora legata, quā quibus legatis dictus meus filius obligatus fuerat: quia hoc casu dictus Titius nō obligatur legatis suo nomine, sed noīe dicti mei filij impuberis defuncti, qui meus filius nihil amplius necesse habuit præstare legatarijs, quibus à se relicta sunt legata: quam dodrantē semissis, in quo semisse eum mihi instituī, id est, non tenebitur prestare dictis legatarijs amplius, quam tres partes semissis: & quartam dicti semissis sibi poterit retinere per leg. Falc. in hoc ergo casu dictus Titius in ratione l. Falcid. retinet sibi integrā suā partem non grauatam, & retinet tantum quartam partem grauatæ, quam dedi dicto meo filio: & sic retinet sibi septem vncias, & quartam partem aliarum duarum vnciarum, & dat legatarijs prædictis tres vncias, & tres partes dictarum duarum vncia. & hoc vsque ad §. quod si extranei &c. vbi retinet eundem casum, scilicet quando instituī mihi hæredes pro æquali parte dictum meum filium, & dictum Titium. finge igitur econtrario, scilicet quòd semis dicti Titij extranei totus fuit per me legatus, & semis dicti mei filij non fuit in aliquo grauatus: & postea me mortuo extitit dictus Titius hæres dicto meo filio ex substitutione siue vulgari, siue pupillari. quæritur, nunquid hoc casu augeantur legata, quæ reliqui a dicto Titio? Et respondetur quod sic. hoc enim casu accrescit pars non grauata grauatæ: & perinde agendū est hoc casu circa legata, ac si cuilibet alij cohæredi non grauato substitutus fuisset Titius grauatus, & eo hærede omittente hæreditatē, ex asse hæres extitisset idē Titius: quia semper idem Titius substitutus deduceret rationē l. Falci. ex quantitate bonorum, quæ ego testator reliqui, siue substitutus pupillo non grauato ex substitutione vulgari, siue pupillari ei hæres extiterit, vt dictum est in §. quod si extranei, vsq; illuc, & perinde &c. siue sit substitutus cuilibet alij cohæredi non grauato: & postea ex asse hæres extitisset: vt in versic. at perinde &c. hoc vsque ad versicu. penè eadem &c. vbi dicit quòd penè, & sine penè, eadem dicenda sunt. si ego instituissem mihi hæredes duos meos filios impuberes scilicet, vnū quemque eorum in vno semisse, & vnius semissem grauassem legatis, & alterius nō, & eosdem impuberes inuicem substituissem, & postea iure substitutionis ad alterum eorum hæreditas mea redierit, & habenda sit in hæreditate mea ratio l. Falcid. nam aut ille impubes cuius semis grauatus est legatis, successit alteri impuberi grauato: & tunc augentur legata a se relicta, aut econuerso. Et tunc non: vt s. dictum est. Viuia.

purè à te hærede legatū est, respōdebimus, misceri duas partes. [g] Qui filiū suū impuberem, & Titiū æquis partibus hæredes instituerat, à filio totum semissem legauerat, [h] à Titio nihil: & Titiū filio substituerat. [i] Quæsitum est, cùm Titius ex institutione adijsset: & impubere filio mortuo [k] ex substitutione [l] hæres extitisset: quantū legatorum nomine præstare deberet. Et placuit, solida legata eū præstare debere. Nam confusi duo semisses efficerēt, vt circa legem falcidiam totius assis [m] ra-

[h] Legauerat. Et per legata exinaniuerat.

[i] Substituerat. Vulgariter & pupillariter.

[k] Mortuo. Antequam esset hæres: vt j. subijcit.

[l] Ex substitutione. Scilicet vulgari: vt j. patet.

[m] Totius assis. Fuit enim hæres soli testatori, & ideo

tio haberetur, & solida [a] legata præstarentur. Sed hoc ita verum est, si filius ante quàm patri [b] hæres existeret, decessisset. Si uero hæres patri fuit, [c] non ampliora legata debet substitutus, quã quibus [d] pupillus obligatus fuerat: quia non suo nomine obligatur, sed defuncti pupilli: qui nihil amplius, quàm semissis dodrantem præstare necesse habuit. Quòd si extranei hæredis semis totus legatus fuerit, isq; pupillo, à quo nihil legatũ erat, ex substitutione [e] hęres extiterit: poterit dici, augeri legata: & perinde agendum, ac si cuilibet [f] cohæredi substitutus fuisset, eoque omittẽte hæreditatem ex asse hæres extitisset: quia semper substitutus rationem legis Falcidiæ ex quantitate bonorum, [e] quæ pater reliquerit, [g] deducet. Penè eadem dicẽda sunt, & si pater duos impuberes hæredes instituerit, & eosdem inuicẽ substituerit, deinde iure substitutionis ad alterum hæreditas reciderit, & legis Falcidię ratio habenda sit. [h]

Si exhæredatus succedit fratri ex substitutione, & sic ex uoluntate expressa, valent legata ab exhæredati substituto: sed si succedit ex potestate legis, non ualent. Barto.

Qui filios duos impuberes habebat, alterum hęredem instituit, alterum exhęredauit: deinde exhæredatum instituto substituit, ac postea exhæredato Mæuiũ, & ab eo [i] legauit: & exhæredatus impuberi fratri extitit [k] hęres: deinde impubes [l] decessit. Cùm iudicio patris facultates paternæ per causam hęreditariam

solida præstat legata, etiam si non habebat nisi tres uncias de tota hæreditate. Azo.

[a] Solida. non potest enum deduci:re Falc. eius nomine, qui nunquam fuit hæres. & facit infra, ea. l. §. fin. Sed contra s. eod. l. quod si alterutro. in fi. nam hic fit contributio, ibi nõ. sed illa secundum istam distinguitur: quia si fuit pupilli pars defecta, distinguitur an veniat substitutus ex vulgari, & fit contributio: an ex pupillari, & tunc non: vt infra, proxi. si verò &c.

[b] Antequam patri. & ita pater, quod fuit hæres ex vulgari substitutione.

[c] Fuit. & decessit in pupillari ætate, & sic successit pupillo ex substitutione pupillari substitutus.

[d] Quibus. Scilicet legatis.

[e] Substitutione. Vulgari, vel pupillari.

[f] Cuilibet. Etiam maiori.

[g] Reliquerit. Aliàs est, reliquerat, ponere debet. & tunc sequitur ver. eadem dicenda sunt &c. aliàs est reliquit, deducet. penè eadem di. &c. & erit ver. pene &c. & est philosophicũ temperamentum: vt alias forsan s. de arbit. l. si duo. Acc.

[h] Habenda sit. Distinguitur enim verũ pars defecta fuerit grauata, an pars, quæ non fuerit defecta. & idem distinguitur in iure accrescendi: vt s. eo. l. quod si alterutro. Azo. & facit ã. eod. l. in ratione. §. quæsitum. sed dic vt plenè no. in d. l. quòd si alterutro. Accur.

Qui filios impuberes. CASVS Titius habẽs duos filios impuberes, instituit sibi hæredem alterũ eorum, & alterũ exhæredauit: postea substituit instituto prædictum exhæredatum: & postea substituit Mæuium prædictum impuberi exhæredato: & postea multa legata reliquit quibusdam à prædicto Mæuio: & postea decessit dictus Titius testator: & postea prædictus impubes exhæredatus extitit hæres fratri suo prædicto, qui fuerat institutus: & postea decessit dictus impubes exhæredatus: & sic ei successit ex substitutione dictus Mæuius: veniũt modo legatarij, quibus fuerunt relicta legata à Mæuio prædicto, & petunt ab eo dicta legata. Mæuius autem respondet eis, & dicit, Libẽter volo vobis soluere legata: sed tamen de his volo detrahere fal. quia post mortem Titij testatoris in tãtum sunt diminuta bona eius per filios suos impuberes, quod habet locũ falc. dicunt ei plus legatarij: non debes nobis detrahere falcidiam, quia tempore mortis dicti testatoris tantum erat in bonis suis, quòd non habebat locum falc. modo quæritur, cuius, vel quorum allegatio debeat obtinere? Et resp. quod allegatio legatariorum. & est ratio: quia iudicio, & vltima voluntate dicti testatoris patris dictorum impuberum peruenerunt ad dictũ Mæuium facultates eiusdẽ testatoris per causam hæreditariam, id est, ex substitutione, siue ex substitutionibus prædictis. Sed nonne est prædictis contrarium: quia aliàs dicitur, si exhæredo filium meum impuberem, quem solum habeo, & ei legatum relinquo: & ei Mæuium pone, in dicto legato substituo. & etiam in alijs, quæ aliunde habet dictus exhęredatus: & ab eodem substituto legata relinquo: & postea dictus Mæuius succedit ex substitutione dicto exhæredato, scilicet, quòd non ideo magis dictus Mæuius substitutus obligatur dictis legatis à se relictis, quod habet ea substitutione dictum legatum, quod reliqui dicto impuberi exhæredato, quod quidẽ dicitur sic C. de leg. l. cum quidam? Respon. non est contra: quia in hoc casu nõ peruenit ad eum Mæuium substitutũ hæreditatis meę portio, sed solummodo legatum, quod reliqui ipsi exhæredato filio meo. in nostro autem casu in princip. §. posito, peruenit ad Mæuium substitutum non solum portio hæreditatis paternæ, sed etiam totum ius hæreditarium: & ideo nõ est mirum si ibi tenetur legatarijs, & eo modo, qui ibi dictus est, id est, habita ratione l. falcid. in his bonis, quæ pater mortis tempore reliquit. Dicet aliquis, pone recto casu, in prin. §. posito, quod filius exhæredatus non extitit hæres fratri suo ex substitutione, sed authoritate l. xij. tab. defecto testamẽto Titij testatoris, aut per interpositam personam: & postea idem impubes exhæredatus decessit, & sic extitit ei hæres ex substitutione dictus Mæuius. nunquid idem Mæuius substitutus æstimandus erit debere legata à se relicta, sicut dictum est eum debere, in prin. huius §. s. habita ratione l. falcid. in his bonis, quæ pater mortis tẽpore reliquerit? Et respon. quòd minime illo modo, vel etiam aliquo alio. sed nullo modo tenetur idem Mæuius præstare legata à se relicta eo casu, nam quãtum interest exhæredatus filius ex substitutione fratri suo hæres existat, an alio modo, saltem ex eo apparet, quòd alio ab eo exhæredato legare pater potuit, id est, cum ex substitutione est hæres fratri suo instituto. aliàs non potuit ab eo legare pater, id est, cum non est hæres ex substitutione, sed ex lege, vel per interpositam personam: vt s. dictũ est. si ergo non potest eo casu ab eo legare, vt dictũ est: ergo nec potest ab eius substituto: nam est congruens rationi, ne testator habeat plus iuris circa personã substituti, quam habuerat in eo, cui eum substituit. Vivia.

[i] Ab eo. Mæuio Accur.

[k] Extitit. Ex substitutione pupillari.

[l] Impubes. Exhæredatus.

[1] Debet enim peti Falcidia per hæredẽ à legatarijs: aliàs non debetur. Bal. & Barto. in pdi. ẽta l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. idem Bald. in l. si quis ad decli. §. in olb. C. de epi. & cle. xviij. col.

[2] In P. Fl. quæ pater reliquerit pone. Eadẽ dicẽda sunt &c.

Ad

ex substitutione a ad Meuium a perueniant, potest dici, legata ab eo b relicta præstanda esse, habita ratione legis Falcidiæ in ijs bonis, quæ pater mortis c tempore reliquerit. Nec huic contrarium est, quòd cùm exhęredato pater legatum dederit, d nihilo magis e substitutus legatis obligabitur: quia eo casu non hæreditatis paternæ portio, sed legatum f ad eú g peruenit. Dicet aliquis, Quid ergo si exhæredatus filius non ex substitutione fratri suo hæres extiterit, sed aut lege, aut per interpositam personam, atque ita impubes decesserit? sic quoq; * existimandus erit substitutus legata debere? h Minimè. Nam quantum intersit, exhæredatus filius ex substitutione fratri suo hæres existat: an alio modo: vel ex eo i apparet ꝙ alias ab eo legare pater potuit: aliàs non potuit. k Est igitur ratio ni congruens, ne plus l iuris circa personā substituti testator habeat, quā habuerat in eo, cui eum substituebat.

Si portio minus grauata accedit portioni magis grauatæ ex substitutione pupillari: locus est contributioni, sicut si accederet ex vulgari. Barto.

Cohęres pupillo datus si pro parte sua legata, habita legis Falcidiæ ratione, m præstiterit: n deinde impubere mortuo ex substitutiōe hęres extiterit, & semis pupilli legatis exhaustus o erit: ex integro legis Falcidiæ ratio ponenda erit: ut contributis legatis, quæ ab ipso, & quæ a pupillo data fuerant, pars quarta bonorum apud eum remaneat. Licet enim pupillo hęres existat: tamen circa legem Falcidiam perinde ratio habetur, ac si patri hęres extitisset: nec aliter

a Ad Mæuium. Aliàs est ad eum, scilicet Mæuium.
b Ab eo. Scilicet Mæuio.
c Mortis. Sic ī. eo. l. in duplicibus.
d Dederit. Et ei substituit in legato & alijs.
e Nihilo magis. Id est, non magis.
f Legatum. A se substituto relictum. vel dic legato, id est, propter legatum filio relictum non tenetur substitutus pro relicto à se.
g Adeum. Scilicet exhæredatum. Acc.
h Legata debere. Lege interrogatiuè. & respondetur, minimè. videbatur enim teneri in eo, quod hæreditatio iure peruenit. Sed contra est, vt dicit. & hic est speciale contra regulam supra, de lega. 3. l. si fuerit. §. fi. scilicet sicut possum relinquere ab hærede, sic & ab hæredis hærede, secundū Azo. Vel secundum alios refert dicam, lego ab hærede hæredis, & valet, vt ibi: an, à Titio nominando aliquem: qui licet postea sit hæres hæredis, non tenetur. ar. supra, de pac. l. si vnus. §. fi.
i Vel ex eo. Vel id est, saltem.
k Nō potuit. Id est, cum ex substitutione patris hæres patri extitit.
l Ne plus. Imò non tantum, quia exhæredatum cui legauit, legato onerare potuit, sed a substituto relinquere legatum non potuit: relictum tamen ab eo exhæredato, etiam à substituto, præstandum puto: vt C. de leg. l. cum quidam. & supra, de vulga. subst. l. cohæredi. §. cum filiæ. Azo. & facit supra, de lega. 1. l. planè. 2. r. respon. & supra, de lega. 3. l. fi. in prin. & ī. tit. 1. l. 1. Accur.

Cohæres. CASVS. Filium meum impuberē mihi hæredem institui in sex vnc. hæreditatis meæ: & multa legata ab eo reliqui, ita quod exhaustus est semis, siue sex vnciç, in quibus eum institui. nō tamen ita fuit exhaustus legatis, quin solutis eisdem legatis remaneret apud eū quarta semissis, vel parum minus, vel aliquid de ea, & postea eidem Mæuio filio meo dedi cohæredem Titium in alio semisse? & tot ab eo Titio legata reliqui quibusdam, quòd totus suus semis fuit exhaustus, & postea eundem Titiū substitui eidē meo filio vulgariter, & pupillariter: & in eadem substitutione reliqui legata a dicto Titio pone. & postea decessi. & Postea dictus Titius adiuit hæred. pro sua parte, & soluit legata pro ea parte, qua eum institui detractis cuilibet legatario falcid. & postea dictus meus filius decessit in pupillari ætate, & sic ex substitutione pupillari hæres extitit eidem dictus Titius. veniunt modo ad Titiū legatarij, quibus ipse soluerat legata detracta Falci. & dicunt ei, Tu habes semissem impuberis non exhaustum legatis in totum. certè volumus quòd ex integro ponatur ratio legis Falc. in tota hæreditate, ita vt contributis legatis, quæ à te, & quæ à pupillo data fuerunt, pars quarta omnium bonorum apud te remaneat: & totus dodrans totius hæreditatis proficiat nobis, & alijs legatarijs. & ita in aliquo augebuntur legata nostra propter hoc, quod semis impuberis, quem habes, nō est in totum exhaustus. Titius autem non vult contribuere prædicto modo, quæritur, quid iuris sit? Et dicitur, quòd bene debet fieri dicta contributio. nam licet pupillo hęres extiterit dictus Titius ex dicta vulgari substitutione: tamen circa legem Falcidiam perinde debet ratio haberi, ac si mihi patri in totum directò hæres extitisset, quo casu sine dubio contribuuntur omnia legata in ratione legis Falcid. & ita in hoc casu tali modo, & non aliter augentur dicta legata data à dicto substituto vltra dodrantem suæ partis. sicut augentur in isto alio casu, scilicet cum ex parte hæres institutus, & cohæredi suo maiori substitutus deliberante cohærede soluit legata à se relicta vltra dodrantem suæ partis detracta ex his Falcid. deinde ex substitutione partem dicti cohæredis sui acquirat. quo quidem casu sine dubio augentur dicta legata à substituto data: vt supra, ea. l. §. qui filium. ibi, quòd si extranei hæredis &c. Viuianus.

m Ratione. Cum nil ei remā̄serat, tot erant legata. Ac.
n Præstiterit. Erat ergo grauata vltra dodrantem: ita quòd nihil remanebat ei. Accur.
o Exhaustus. Non adeo vt semis cohæredis: qa apud cohæredem nihil de quartæ remanserat, & ob id eam integram de legatis à se relictis detraxerat. & ideo quia non sic erat grauata pars pupilli, legata relicta a cohærede in aliquo augentur, & pro rata omniū legatorum sit vna contributio. Et no. quod dicit exhausta pars pupilli: licet aliquid remaneat, vel minus quarta, vel quarta. sic C. de inof. do. l. cum donationibus. secundū Azo. Sed contra. ī. eo. l. in ratione. §. quæsitum. sed dic: vt ī. l. quod si alterutro. vel secundum Hu. ꝙ dicit impubere mortuo, scilicet antequam adeat hæreditatem, & ꝙ dicit postea contributis legatis sub. omnibus. & concor. ī. ea. l. §. qui filium. & l. quod si alterutro. vel dic ꝙ mortuus est postquam adiuit hæreditatem. & ꝙ dicit contributis legatis, sub ijs, quæ relicta sunt ab ipso in pupill. tabu. id est, in substitutione. non ijs, quæ relicta erant ab eo in principalibus tabulis, & hoc est quod dicit ī. eo. l. in ratione. §. quæsitum. secundum H.

* In P. Fl. adeū perueniant.

* In P. Fl. existimād° erit substitutus legata minime debere. Nā &c.

Vel, p sal sē Mād. in Gl. Faeul. §. Ac tā, in ver. vel viceregentem, col. fi. & in eadem glo. quot alijs modis sumatur.

a Nec aliter augebuntur. Scilicet per pupillarem hæreditatem, quę non adeo erat grauata vt mea, vt statim dixi. si enim nihil de hęreditate mea apud me, vel pupillum remansisset, qualiter mea legata per partem suam, vel econuerso dicerentur augeri. vel quando fieret contributio?

b Soluerit. Hic ergo pupillarem substitutionem assimilat vulgari. Azo. & facit ā. ead. l. §. qui filium. ibi, quòd si extranei &c. Accur.

augebūtur a legata, quæ ab ipso vltra dodrantem data fuerunt, quàm augentur, cùm ex parte hæres institutus, & cohæredi suo substitutus, deliberante cohærede, habita legata ratione legis Falcidiæ soluerit, b deinde ex substitutione alteram quoq; partem hæreditatis acquirat.

Si perplexitas contingat ex accidenti præter testatoris propositum: secundum mentem testatoris dirimitur. Bart,

QVi quadringenta. CASVS. Seius habēs fundum valentē centum aureos, & habens in bonis quod valeat alios ccc. & ita habens in bonis cccc. fecit testamentum, & instituit sibi hęredem Caium, & quibusdam legauit ccc. deinde fundum pręedictum legauit tibi Titio sub hac conditione, si legi Falcid. in testamento suo locus non esset, & ita distribuit omnia sua bona per legata, & postea decessit dictus Seius testator. modo quæritur, quid iuris sit, id est, vtrum valeat dictum legatum fundi, vel nō: vtrum alia legata valeant, vel non? Et resp. de stricto iure, quòd ista quæstio non potest solui. & est ista quæstio illud, quod vocatur apud dialecticos tractus, id est, talis quæstio ex qua semper concluditur contra respondentem, vnde quicquid constituerimus verum esse in hac quæstione, falsum reperietur. Et de hoc pono tibi exemplum. nam si dictum legatum fundi tibi datū dicamus valere, locus erit legi Falc. cum nihil in hæreditate supersit valēte dicto legato fundi, & alijs legatis: & ideo deficiente cōditione apposita in dicto legato fundi, nō debebitur tibi dictū legatum: in dicto enim legato fundi fuit apposita talis conditio per testatorem, vt dictū est, si legi Falci. in testamento suo locus non esset &c. rursus si legatum valiturum non sit, ideo quia prædicta conditio deficiat, non erit tunc locus legi Falc. quia eo casu fundus legatus remanet in hæreditate, qui fundus capit quartā hæreditatis. porò si in prædicto casu non sit locus legi Falc. ergo extitit conditio apposita legato fundi. si extitit conditio, ergo legatum fundi tibi Titio debebitur, & ita vt dixi, quancunq; partem capias in hac quæstione, reperitur postea falsa: & ita non videtur de stricto iure posse solui prædicta quæstio. de æquitate autem dicitur hic, non valere dictum legatum fundi. præsumitur enim testatorem voluisse: vt propter tuum legatum fundi non minuerentur legata cæterorum, quibus legauit ccc. cum enim dixit testator, vt habeas fundum, si legi Falcid. locus non erit, præsumitur velle. ꝙ si Falc. haberet locum te habente fundi legatum, dictum legatum non valeat, & ita præsumitur voluisse testatorem, vt ex legato fundi deduceretur falci. & pro ipso legato fundi, & pro omnibus alijs legatis extracta Falcid. ergo prædicto modo ex dicto legato fundi nihil remanet in eodem fundo: & ideo, vt dictū est, nō valet de æquitate dictum fundi legatum. & hoc vsque illuc, quid ergo dicemus &c. vbi ponit talem casum. Pone quod prædictus Seius habens in bonis cccc. legauit quibusdam ducenta, & tibi Titio legauit alia ducenta sub prædicta conditione, scilicet si legi Falcid. locus non esset, & ita præsumitur voluisse ita demum valere tuum legatum, si de eo tuo legato non detrahatur Falcid. pro eodem tuo legato ducentorum, & pro alijs ducentis legatis taliter alij, ꝙ dicta ducenta alijs legata non minuantur aliquo modo per Falcidiam. modo quæritur, vtrum debeat sic in hoc casu seruari, sicut dixi: præsumitur dictum testatorem voluisse, id est, vt tu Titius patiaris Falcid. tui legati, & Falcid. præcedentium cc. alij legatorum: vt sic auferantur tibi centum pro falci. omnium legatorum, & alia centum tibi remaneāt? Et respōdetur, quòd de stricto iure non potest hoc procedere. nam extitisse legati tui prædicti conditionem, vt totum legatum tibi debeatur, & iniquum, & contra testatoris voluntatem est, quia ita demum voluit testator te habere ducenta, si locus non esset legi Falcid. sed te habente cc. habet locum lex Falc. hærede non habente quartam hæreditatis: ergo contra voluntatem testatoris fuit, vt habeat tota ducenta. Item & defecisse tui legati conditionem, vt nihil tibi de eo debeatur, & iniquum, & contra testatoris voluntatem est: quia te nihil habente hæres habet dimidiam hæreditatis, id est, illa ducenta, quæ tibi relicta erant, & sic haberet vltra quartam, ꝙ testator videtur noluisse, imò videtur voluisse, quòd illud, quod superest à quarta totius hæreditatis detrahenda tu habeas, vt dictum est. Ita ꝙ partem habeas de tuo legato, & partem non. quod quidem vertitur hic in quæstione, vt dictum est: & non congruit rationi: quia necesse est secundum iura totius tui legati conditionem prædictam eidem legato appositam extitisse, vel defecisse: non vt existat pro parte: & deficiat pro alia parte legati. per punctum ergo iuris, siue de iure stricto non potes habere totū legatum tuum, nec carere: vt nihil habeas, nec habere partē, vt probatū est. Est igitur temperanda ista quæstio per exceptionem doli mali, scilicet vt te petente ab hærede totū tuum legatū cc. ipse possit opponere tibi dictam exceptionē doli mali pro c. quæ dicet se velle retinere ex dicto legato tuo pro Falc. omnium legatorum: quæ centū sunt dimidia tui legati, & sunt quarta totius hæreditatis: & sic consequeris tantū centū sicut videtur voluisse testator: vt s. dixi. bene tamen posset testator talia verba ponere in testamento suo, ꝙ etiā per punctū rationis tu Titius legatarius cc. relictorū tibi sub dicta conditione patieris fal. omniū legatorū. & ita nō habebis nisi centum, & alij legatarij cc. integra, puta si ita dicat, Semptonio & Cornelio, lego ducenta: & Titio alia cc. sub cōditione si legi Falc. locus non erit in testamēto meo. & si quid amplius legaui, quàm per legem falc. licet legare, id est, vltra dodrantem hæreditatis meæ, tunc quantum deduci oportet de legatis ad supplendum quadrantem hæreditatis, hæres meus damnas esto dare sibiipsi hæredi ex eo legato ducentorum, quod dicto Titio dedi. Viuia.

Aphricanus lib. v. Quæstionum. LXXXVII.

QVi quadringēta habebat, trecenta legauit: deinde fundum tibi dignū centum aureis sub hac conditione legauit, si legi Falcidiæ in testamento suo locus nō esset. c Queritur, quid iuris sit? d * Dixi hanc quæstionem esse insolubilem: qui e tractus apud Dialecticos ἀσύστατος † dicitur: Etenim quicquid cōstitueri-

c Locus non esset. Et sic nihil hæredi remaneret, si hoc legatum valeret.

d Quid iuris sit. Id est, an valet legatum conditionale. Accursius.

e Qui. Si habeas qui, dic eius tractus qui &c. si habeas quæ, plana est. & semper dic dicitur, id est, nominatur, dicitur enim apud dialecticos tractus illa quæstio, de qua semper concluditur respondenti. sed apud Isido. dicitur tractus, vnius rei multiplex expositio. Accur.

Namq;

*In Pan. Flor. Dixi τῶν ὑπέρων hanc quæstionē esse: qui tractat apud dialectic. ψευδομένου dicitur Vide Anto. Aug. li. 3. emen. ca. 16. Vide ēt quę ī hūc locū scribit Alcia. li. 1. parer. ca. 1.

† Aliàs dixi τῶν ἀκρῶν hanc quæstionē esse, qui tractus apud Dialectic. τοῦ ψευδομένου dicitur. interpretatio verò Græca sic τῶν ἀκρῶν id est, ex apicibus: τοῦ ψευδομένου id est frustratorij, cauillosiq; scilicet syllogismi.

mus verum esse, falsum reperietur. namq; [a] si legatum tibi datum valere dicamus, legi Falcidiæ locus erit: ideoq; deficiente conditione nó debebitur. Rursus si quia conditio deficiat, [b] legatum valiturum non sit: legi [c] Falcidiæ locus non erit. Porrò si legi locus non sit: existente conditione, legatum tibi debebitur. Cum autem [d] voluntatem testatoris eam fuisse appareat, [e] vt propter tuum legatum, cæterorum [f] legata minui nollet; magis est, vt statuere debeamus, tui legati códitionem defecisse. Quid ergo dicemus, si ducenta legauit, & tibi similiter sub eadé conditione [g] ducenta legata esse proponantur? Nam aut extitisse, aut defecisse legati tui conditioné, vt aut totum, aut nihil tibi debeatur: & iniquum, & contra voluntatem testatoris existimabitur. Rursus partem deberi, [h] rationi non congruit: quando [i] necesse est: totius legati conditionem vel extitisse, vel defecisse. Ergo per exceptionem [k] doli mali tota ea res [l] temperanda erit. Quare cùm quis [m] tale quid consequi [n] velit: sic consequetur, Si quo amplius legaui, vel legauero, quàm per legé Falcidiam licebit, tunc quantum ad supplendum quadrantem deduci oportet, [o] ex eo legato quod Titio dedi, hæres meus damnas esto dare.

Usuræ quæ percipiuntur de quantitate legata pendente conditione, debent in falcidiam imputari: & quod deest, ab omnibus legatariis pro rata supplebitur. Bartolus.

Qui ducenta† in bonis relinquebat, legauit mihi centú præsenti die: tibi æquè centú sub conditione, post aliquantum temporis extitit condi-

---

[a] Namque. Nunc exemplificat.

[b] Conditio deficiat. Quia locus sit falcidiæ.

[c] Legi. Quia præstatur legatum non detracta falcid. cum centum habeat nomine falci. sed si legi falcid. locus non est, ergo extitit conditio: ergo legatum debetur: & hoc subijcit.

[d] Cum autem. Núc soluitur.

[e] Appareat. Præsumptum.

[f] Cæterorum. Quibus relicta sunt trecenta.

[g] Sub eadem conditione. Scilicet si legi Falci. in testamento locus non erit.

[h] Rationi non congruit. Scilicet, strictè, & quare non, statim subijcit.

[i] Quando. Pro quia.

[k] Ergo per exceptionem. Id est, de æquitate.

[l] Tota ea res. In secundo casu, non in primo: vt ita repellatur, si petat vltra quam præstandum sit detracta falcidia sui legati, & cæterorum. ex suo legato. Sed quare in superiori in totum non valet. scilicet in fundo, & hic valet? Respó. superius præsumitur testator cæterorum legata nolle minui per Falcid. & præsumitur postea voluisse vt ex legato conditionali per se, & pro omnibus legatis cæteris fiat detractio, quod quia ibi fieri non potest, ideo deficit legatum conditionale. hic autem præsumitur idem per omnia voluisse testatora quod quidem bene procedere potest. nam ex legato códitionali bene potest deduci quarta pro ipso legato, & pro cæteris. & hæc est ratio quare valet hic legatum.

[m] Cum quis. Testator.

[n] Consequi. Id est, fieri, scilicet quod vnus legatarius patiatur falcid. sui legati; & alterius: vt in nostro casu videtur voluisse.

b Non extitisset. Scilicet aliquis prædictæ Antistiæ: quo casu constituto curatore bonis fieret venditio: vt infra de cur. bon. dan. l. secunda.

c Adiji. Et ante conditionē, vel diem restituit: & post fideicommissarius decessit ante conditionem sine hærede, vt in casu Antistiæ.

d Restituatur. Id est, restitui postuletur: imò propriè. & dic restitutam ante conditionem, fideicommissario deinde ante cōditionem mortuo, vt s. §. vtrum. & vbicunque vnus solus est institutus purè, & sub conditione, vel in diem restituere rogatus: & restituit ante diē: vt fideicōmissario mortuo ante diem conseruetur hæres indemnis. item no. exemplum principis sequendũ. sic s. quod met. cau. l. metum. § sed quod prætor. aliàs contra, vt C. de sen. & inter. l. nemo iudex.

e Sed cum ab hærede. Hanc expone vt in præcedenti l. dixi, cum qua continuatur.

f Neq; pupillũ. Tribus modis pone casum. Primo pupillus fuit solus purè institutus, & sub conditione rogatus: & petebatur vt cogeretur adire & restituere ante cōditionē, & ipse petit extra ordinem iuuari, scilicet per in integrum restitutionem, vt nō cogatur ad prædicta: asserens quod si restituat, & fideicōmissarius decedat ante cōditionē, ipse remaneret obligatus creditoribus, sed non timeat hoc: quia nō remanet obligatus per cōstitutionē diui Pij: vt hic, & ĩ.l. proxi. quæ continuatur cum ista. & secundũ hoc redit hic ad casum l. præcedētis. Alij cōtinuāt cũ proximo in ea. l. se licet, quod vnus ex hæredibus purè institutus rogatus fuit de restituendo cuidā pupillo sub cōditione: & institutus spōtè adijt. certè non habet locũ constitutio diui Pij, vbi est rogatus restituere pupillo ante cōditionem: nec in hoc pupillus potest iuuari per restitutionem, cũ in præiudiciũ rogati fieret. & l. seq. ille à quo. nō cōtinuat cũ ista. Vel dic quod pupillus fuit hæres purè institutus, & rogatus de restituendo sub conditione, & spontè adijt, & fideicommissarius ante conditionem decessit sine hærede. certè locus non est constitutioni diui Pij in hoc, vt pupillus heres non teneatur: imo tenetur creditoribus. & quod dicit extra ordinem non iuuandum, id est per constitutionem diui Pij, quia esset cũ iniuria creditorum: secus si coactus adiuisset: vt ĩ.l. pxi. sed in casu vbi non iuuatur per constitutionē diui Pij, potest tamē iuuari per prætorem, si damnosam hæreditatem adiuit: vt C. si vt ab hæredi. se abst. per totum. & secundum hoc continua l. seq.

g Extra ordinem. Id est, per rest. in integ. quod est extraordinarium auxilium: vt s. de mi. l. in causæ. secundũ primum & secundum casum. at secundum tertiũ pro beneficio restitutionis ponit.

h Alterius. Scilicet fideicommissarij, secundum primum casum, vel hæredis, secundum aliũ, vel creditorũ, secundum tertiũ: & no. nō peti in præiudiciũ alterius. sic C. de eman. lib. l. nec auus. & dic iniuria, scilicet magna, secus si parua: vt ĩ. ne quid in loco publ. l. 2. §. si quis. cum simi.

i Ille à quo. Siue continues cum præcedenti, siue non, dic, scilicet hæres purè, & solus institutus: & de restituendo sub conditione rogatus fideicōmis. scilicet vniuersale: non potest causari, id est, conqueri, si cogatur adire & restituere: quia timeat fideicommissario decedente ante conditionem, ne ipse inhæreat actionibus, id est, sit obligatus, quia non est. Cum ergo non timeat, etiam se absente cogi poterit adire & restituere: & sic infert ex eo, quod ostendimus in §. vtrum. & in §. Antistia. & ã.l. apud Iulianum. & facit ad hoc, quod absens cogatur. s. eo. l. sed & si alio.

k Fideicōmissum. Id est, fideicommissaria hæreditas.

Si de testamēto. CASVS. In testamēto meo institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum de restituenda hæreditate mea Seio, & decessi. Seius petit corā prætore, vt Titius adeat, & sibi restituat: & Titius respondet ei, quod suspecta est sibi hæreditas ideo, quia dicit quod ego testator non potui facere testamentum: puta quia eram minor xiiij. annis. vel alio modo dicit non valere testamentum: certè non est audiendus dictus Titius, qui recusat adire. Sed numquid erit cogendus adire, si alleget fideicommissum Seio relictum non valere? certè hæc quæstio debet ante terminari, quam cogatur adire: & hoc si de facili potest terminari, secus autē si cognitio de fideicommisso habeat longiorem tractatum: puta quia verba testamenti, siue ipsum testamentum in quo est scriptum fideicōmis. sunt in longinquis partibus, & Titius hæres dicit, Ego nescio verum sim rogatus de restituenda tibi tota hæreditate, an parte. nam tūc compelletur Titius adire, antequam de fideicom. cognoscatur, ne hæres Titius decedens antequam adeat, decipiat Seium fideicommissarium. Viuianus.

* P. Fl. vt sicubi venerit.

l Quōdã, & olim subintelligũtur, Mãdo. in Gl. Facul. §. lanè hoc. versi. col. fin. Mors omnia soluit.

Principis exēplũ sequendum est, & quo rũ aliorũ Mãdo. in Gl. Facul. §. Volentes, l ver. exemplo.

Casum ponit tribus modis.

† Per hũc §. videtur q spoliatus possessione nō sit audiendus super restitutione, si spoliator incōtinenti velit pbare dominiũ ad se pertinere: de quo vide in c.t. in gl. 1. extra de re. spol.

a Dicat. Et per hoc adire recusat.
b Dicatur. Per hæredem.
c Vel. Pro saltem, vt quia dicat se fuisse minorem xiiij. ann. vt s. de test. l. qua ætate. Vel dic, quod hoc vel, respicit aliud vel, quod statim sequitur.

spectam sibi hæreditatẽ dicat. a Nam & si maximè dicatur, b vel c ius testandi nõ habuisse eũ, qui testatus est, vel de viribus d testamenti, vel de sua e conditione: non erit audiendus. Quid ergo si de viribus fideicommissi f tractetur? Hæc quæstio à prætore [a] prætermittenda non erit. g Sed quid, [b] si fideicommissarius dicat, Adeat prius, & sic h de hoc quæratur? Credo interdum audiendũ fideicommissariũ, si cognitio prolixiorem tractatum habeat. Finge enim verba fideicommissi i de longinquo petenda, k & iustam deliberationem de quantitate fideicommissi incidere. Dicendum erit, compellendũ eum adire, ne prius hæres decedens l fideicommissarium decipiat.

Maior minorem cogere potest, non econtra. par verò in parem non habet imperium; nec aliquis in seipsum. Alexand.

d De viribus. Quod dicit hæres non valere: quia continet exhæredationẽ vel præteritionem, secus si hoc dicat filius exhæredatus, vel præteritus, vt infra, eod. l. ita tamen. §. quotiens filius.
e De sua. Scilicet de suo dicti. quasi dicat hæres si incertum, fuerit paterfamilias, vel filiusfamilias defunctus, non ideo se excusat, vt hic. at si pro se adiret, hoc noceret: licet non noceat, si de sua hæredis conditione dubitet: vt supra, de acquirend. hæredi. l. hæres institutus. §. fin. & l. sed si de sua.
f Fideicommiss. Nõ autem de viribus institutionis.
g Non erit. Sed terminabitur, antequã hæres adire cogatur: & hoc si de facili potest finiri. alias differtur post aditionem. & hoc subijcit: sed quid &c.
h Et sic. Scilicet post aditionem quæratur, valeat fideicõmissum, vel non.
i Verba fideicommissi. Ex quibus apparebit, valeat fideicom. vel non: vt si sunt apta verba menti testatoris, valeat: aliàs non: vt supra, de lega. 1. l. 4. & de leg. 2. l. vnum ex familia. §. fin. & de lega. 3. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. & C. de fideicom. l. cum virum. Item ex præcedentibus. & seq. intelliguntur media, & ex consuetudine loquendi, & charitate, vt supra, de lega. 2. l. si seruus plurium. §. fi. & de testa. l. hærede. §. 1. & dic, vt no. C. de fideicom. l. voluntatis. Item no. quòd iusta est causa dilationis propter scripturam. sic supra, de eden. l. prætor. in fi. & l. si quis ex argentarijs, in princ. & l. veluti. Item ad hanc distinctionem exigat proliziorem inquisitionem, vel non, facit supra, ad exhi. l. 3. §. ibidem. & C. de compen. l. fi. & infra, vt in pos. leg. l. si is a quo, in princip. l. & de Carb. edi. l. 3. §. causæ. & §. dux. & faciunt ad id quod dicimus, dolo facis si petis &c. Nam vera est regula etiam in possessorijs, si incontinenti contentus possessorio velit probare de suo iure, vt C. de edi. diui Adri. tol. l. 2.
k Petenda. Scilicet pro cognitione.
l Decedens. Non ergo hæres hæredis cogitur adire: vt hic, arg. contra. C. eo. l. pe. in fi. sed dic, vt no. C. de fidei cõ. l. cum quam. in gl. hoc, indubitabiliter &c. Sed illud constat. quod si hæres post aditionem decedat, quòd eius hæres cogitur restituere, vt j. eo. l. si eius. §. si quis. & l. quamuis. §. 1. & C. de fideicõmiss. l. si in personã. & j. e. l. quidã. in prin. quinimo, & si decedat post coactionem vel iussum, antequã adeat: vt C. e. l. nõ iustam. Ac.

Tempestiuum. CASVS. Dictum est supra, eod. quia poterat. vsque huc, qui sunt isti, qui coguntur adire hæreditatem, & restituere, cum dicunt eam sibi suspectam. nunc tempus est, vt videamus, per quem hæres institutus cogatur: & certè per prætorem, vel consulem. Sed quid si ipse prætor, vel cõsul sit hæres institutus, & rogatus de restituenda alij hæreditate & dicat sibi suspectam esse hæreditatem? & certè prætor ab alio prætore non potest compelli, nec consul ab alio consule: nisi prætor institutus subijciat se iurisdictioni alterius prætoris, vel consul institutus sit: subijciat se iurisdictioni alterius consulis. Sed oñquid prætor, vel consul institutus põt seipsum cogere? Et dicitur quod non: nõ enim potest fungi triplici officio, scilicet dicentis suspectam hæreditatem, & coacti, & cogentis. in his autem omnibus casibus, in quibus dictum est non habere locũ coactionem, poterit fideicommissarius adire principem: & princeps coget institutos prædictos adire, & restituere hæreditatem. Viuianus.

Tempestiuũ m est requirere, per quem quis cogatur adire, & restituere hæreditatem: veluti, si prætor, aut consul fuerit hæres institutus, suspectamq; hæreditatem dicat: an cogi possit adire, & restituere? Et est dicendum, prætorem quidem in prætorẽ, vel consulem in consulem nullum imperium n habere. † Sed si iurisdictioni suæ se subiiciant: o solet prætor in eos ius dicere. Sed & si ipse prætor hæres institutus suspectam dicat: ipse se cogere non poterit: quia triplici p officio fungi non potest, & suspectam dicentis, & coacti, q & cogentis. Sed in his omnibus casibus, atq; similibus principale auxilium implorandum est. r

Filiusfamiliàs potest cogere patrem adire, & restituere. Bartolus.

Si quis † filiusfamiliàs sit, & magistratum vt

m Tempestiuum. Id est, tempus est. sic s. in procе. Digestorum. §. sed ordines. Accursius.
n Imperium. Nota, par in parem non habet imperiũ. sic s. de arb. l. 3. §. fin. & l. seq. & j. de ins. vin. l. apud. §. apud. nec in maiorem, vt s. de mio. l. minor autem. argu. contra. s. de offi. consol. l. 1.
o Subijciant. Vnus prætor sub alio, vel consul sub consule: quinimo & maior sub minore, vt s. de iuris. omn. iud. l. est receptum. §. sed & sic.
p Triplici. Imo duplici. nam dicẽs suspectã, & coactus idem est officium, scilicet hæredis, vt s. eo. l. quia poterat. sed prima facie tria videtur. Item nota, quòd nemo se cogit. sic supra, de arb. l. penul. & de dona. inter vir. & vxo. l. quod autem. §. vxori. Item no. quod difficile est, quòd vnus vicem duorum † vel pluriũ sustineat. quod dic, vt s. de pact. l. si plures. Accur.
q Et coacti. Et pro id est, vt dictum est.
r Implorandum est. Sic j. de fideicõmiss. l. itaq;. Accur.
Si quis filiusfamiliàs. CASVS Titius existẽs prætor, vel consul habebat patrem Seium: quem Seium ego institui mihi hæredẽ: & rogaui eũ, vt restitueret hæreditatem meam Caio, & decessi. postea idem Seius non vult adire hæreditatem, & Caio restituere: quia dicit eam

[a] A prętore, nõ est in P. Fl.
[b] In P. Fl. si q fideicommissarius.

† Quia par in parẽ nullũ habet imperium. & concor. c. Innotuit. cũ gl. sup verbo, in parem. extra de ele. & glo. in c. studuisti, super ver. mãdatũ. extra de of. leg. & Mãdo. de inhibit. q. 4. n. 3. & seq.

† Ad §. huius intelligentiã vide Gel. li. 2. c. 2.

† Mando. in Glo. Fa cul. §. Volentes, in ver. singulis, cit. pri. Vnus an vicem pluriũ sustinere possit.

eam sibi suspectam. nũquid dictus Titius suus filius poterit eũ cogere? & dicitur quòd sic: non obstante quod est in eius Seij potestate. nã quod ad ius publicum prædictum attinet, non sequitur filius ius patriæ potestatis: quod ius potestatis est, vt filius obtemperet patri, & non pater filio. & hoc dicit cum princ. l. nam quod. Viuia.

a Patrem suum. Institutum ab aliquo, & rogatum restituere hæreditatẽ. Hug.

b Nam quod. Ius potestatis. Id est, non videtur esse in potestate, vt supra, de ijs qui sunt sui vel alie. iur. l. filiusfami. & de ea pi. di. l. nam quod. facit enim hoc tanquam magistratus, non tanquam filius. sic & supra, quod cuiusque vniuer. l. item eorum. in princip. & argu. ã. de adop. l. si pater. §. qui duos. vnde & arbiter, & etiã iudex quandoque potest esse in re.n patris: vt not. supra, de arbi. l. quinetiam.

Sed & qui repudiauit. CASVS. Institui mihi hęredẽ Titium, & rogaui eũ, vt restitueret hæreditatem Seio pupillo, & decessi. postea dictus Titius repudiauit hæreditatem. nunquid cogetur amodo eã adire ad postulationem dicti Seij fideicõmissarij dicentis, vt Titius adiret suo periculo? Et dicitur, quòd sic, nisi post repudiationem Titij creditores hæreditarij vendiderunt bona hęreditaria: nam tunc non poterit cogi adire. & si ad hoc vt cogatur adire Titius hæres, petat in integrum restitutionem dictus Seius fideicommissarius, qui erat pupillus, vt dictum est, non debet eam habere, nisi ex causa: puta si hic pupillus erat de suis hæredibus, & bona prædicta hæreditaria non erant tota vendita per creditores: vt C. de repu. hære. l. fin. Viuianus.

† Nam vt ait Valer. Max. li. 2. c. 1. publica instituta priuata pietate potiora sũt. Vbi & Quin. Fabij, eiusq; filij ad hanc sententiã spectans memorabile exemplũ proponit. Idipsum & Plutar. I apopht. Roma. Arg. est i. sta l. quòd qui eligitur in prælatum, nõ debet esse in potestate patris vt in c. in decorum. cõ gl. 1. in princ. extra de ęta. & qualit. ordi.

gerat: patrem suum,[a] in cuius est potestate, cogere poterit suspectam dicentem hæreditatẽ adire, & restituere.

Hermo. lib. iiij. fideicommissorum. XIIII.

Nam quod ad ius publicum attinet, non sequitur ius potestatis.[b] †

Etiam post repudiationem cogitur quis adire, nisi bona sint uendita. Alexand.

Sed & qui repudiauit[c] hæreditatem, cogetur adire, & restituere ipsam hæreditatem, si iustę causæ allegẽtur. Planè si bona venierint: nõ oportet prætorem ne pupillum[d] quidem restituere, nisi ex causa, vt diuus Pius rescripsit. Si quis compulsus adierit hæreditatem ex testamento, quod secũdas tabulas habebat; quæsitum est, an per aditionem & tabulæ secũdæ firmarentur, quæ videbantur euanuisse, nõ adita patris hæreditate. Et Iulianus libr. xv. scribit, & sequentes tabulas cõfirmari.[e] quæ sententia verissima est. Nemo enim dubitat, etiam legata præstari, & libertates cõpetere: & cætera, quæcunque sint in testamento,[f] perinde valere, ac si sua sponte hæres hæreditatem adiisset.

Qui compulsus adiit hæreditatem, non potest pœnitendo habere beneficium quartæ. Bart.

Qui compulsus hæreditatẽ adijt, sicut cæteris commodis[g] caret,[h] ita hoc quoque casu caret, ne possit pœnitẽdo quartam retinere.[i] & ita inuenio ab imperatore nostro & diuo patre eius rescriptum.

Rogatus de restituenda re, uel quantitate, non potest compelli adire. secus si rogetur de uniuersitate rerum uel quota. Bart.

c Sed & qui repudiauit. Iusta causa est, si fideicommiss. vult eam adire suo periculo: vt s. eo. l. quia poterat. sed pro se nullus repudians potest postea adire: vt C. de repu. hære. l. sicut. nisi in casu: vt C. eo. l. fin. Item hoc si bona sunt in eodem statu: aliàs secus, vt subijcit.

d Pupillum Qui erat fideicõmissarius, id est, nõ oportet prætorem dare ei restitutionẽ in Integrum, vt possit hæres institutus cogi adire, & restituere post repudiationẽ, nisi ex causa, vt subicit: vt quia pupillus erat de suis: vt C. de repu. hære. l. fi. & non habebat hæres substitutum, vel non erant omnes res venditæ: vt non obstet s. de min. l. quod si minor. §. Scęuola. Vel est causa si se læsum sui facilitate, vel aduersarij dolo ostendat, scilicet substituti, vel alterius q ab intestato posset succedere. vel dic, est causa, quia sui suorum maiorum; vt s. de min. l. si emptionem. & j. de bo. libe. l. libertus qui soluendo. vel rõne vicinitatis: vt ã. de le. 2. l. si cui fundus. Sed ar. cõtra j. si quid in fiau. patro. l. 1. §. & alius.

e Confirmari. Vt & j. de vulga. subst. l. 2. §. adeo. & l. qui plures. §. fi. & facit j. eo. l. si patroni. §. qui fideicõmissariam. & C. eo. l. non iustam.

f Testamento. Paterno, quod sequuntur secundæ tabulæ. & facit supra, eo. l. apud. §. Iuliano.

Qui compulsus. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & filium meũ impuberem, & multa legata reliqui, & libertates seruis quibusdam dedi: & rogaui dictũ Titium, vt suã hæreditatis partem restitueret Seio. Itẽ dicto meo filio impuberi substitui Caium: quæ substitutio dicitur secundæ tabulæ, & decessi. postea dictus Titius dicens sibi suspectam hæreditatem, fuit cõpulsus adire pro sua parte, & restituere dicto Seio fideicommissario. nunquid per dictam aditionem Titij confirmatæ sunt dictæ secundæ tabulæ, quæ quidem non valerent, non adita hæreditate mea in totum, vel in partem? & dicitur, quod bene confirmantur: & dicta legata præstabũtur. & libertates seruis competẽt: & omnia, quæ continentur in testamento meo, ita valebũt, ac si Titius prædictus spontè adiuisset. Sed nunquid dictus Titius potest pœnitere de eo, quod permisit se compelli adire, quia non habuit quartam Trebellianicam? & nunquid potest quartam retinere? & dicitur, quòd non. nam & cæteris commodis carere debet, quæ habere non potuisset si non adiuisset. Viuianus.

g Commodis. Quæ occasione hæreditatis ei referebantur.

h Caret. Quæ commoda habere non potuisset, si non adiuisset, vt j. eo. l. ita tamen. §. qui suspectam. secus si habere potuisset, vt s. eo. l. apud Iulianum. in princip.

i Retinere. Hoc fallit in patrono, vt j. eo. l. ita tamen. §. si patronus. vel dic vt ibi. Item fallit j. eo. l. si patroni. §. quod fortius. Item no. non admitti pœnitentiam. sic supra, de ædi. edi. l. quis sit fugitiuus. cum concor. contra. C. de sum. trini. l. fi. §. sed quia.

Non omnia. CASVS. Institui mihi hęredẽ Titiũ, & reliqui Seio decem nomine fideicõmissi, & decessi. Titius habens suspectam hæreditatem meam nõ vult eam adire. modo quæritur, vtrũ dictus Seius posset eum cogere adire, ad hoc vt soluat sibi dicta decem? & dicitur quòd non. nõ enim omnis fideicõmissarius cogere potest hæredem adire hęreditatẽ suspectam, & repudiatione hæredis amissam: sed ille demum fideicommissarius potest cogere hæredẽ, ad quem actiones hæreditariæ transire possunt. neq; enim est æquũ ad hoc hæredẽ cõpelli adire hæreditatẽ, vt emolumẽtum hæreditatis refundat alicui, vel aliquibus, & ipse oneribus hære-

ditarijs relinquatur obſtrictus: ſed is demum hæres compellitur adire & reſtituere, qui rogatus eſt reſtituere hæreditatem. nam hic non relinquetur obſtrictus oneribus hæreditarijs poſt reſtitutionem. ſed & ſi quis hæres rogatus ſit reſtituere bona, cogi poterit, & idem ſi teſtator dicat hæredi, rogo te vt reſtituas familiã meam, vel etiam pecuniam meam, vel etiã vniuerſam rem meam, vel etiam omnia mea, vel etiam patrimonium meum, vel ẽt facultates meas, vel etiam quicquid habeo, vel etiam cenſum meum, vel etiã fortunas meas, vel etiam ſubſtantiam meam, vel etiam peculium meum. nam in omnibus dictis caſibus rogatus videtur hæres de reſtituenda hæreditate: licet Mærianus in aliquibus de prædictis dubitaret. & idẽ eſt ſi teſtator ita dixit hæredi: quicquid ad te ex hæreditate, bonisve meis peruenerit, rogo te vt reſtituas Scio generaliter: ego dico tibi, quòd ita demum poteſt hæres cogi adire, & reſtituere, ſi appareat teſtatorem de vniuerſitate reſtituenda ſenſiſſe, & non aliàs. Vnde pone, quod hęres rogatus eſt reſtituere hæreditatẽ deducto ære alieno, vel deductis legatis. nunquid poteſt cogi adire, & reſtituere? Et videtur quòd nõ, quia vl ipſa magis rogatus eſt reſtituere id, quod ſupereſt ex hæreditate, quam ipſam hæreditatem. verius tamen eſt, quòd cogi debeat adire, & reſtituere: & quòd facta reſtitutione tranſeant actiones hæreditariæ in fideicommiſſarium. Sed de hoc remanet adhuc quæſtio in hoc eodem caſu, an hæres poſſit deducere legata, & æs alienum, cum reſtituit hæreditatem? & dixit prædictus Mærianus, quòd non: quia ex iure, id eſt, ex hæreditate quæ eſt ius, non debet poſſe deduci quantitas, ſicut nec ex fundo: puta ſi quis ſit rogatus reſtituere fundum deducto ex fundo ære alieno, & legatis. Iulianus autem dicit, quòd bene poteſt dictus hæres deducere æs alienum, & legata, cum reſtituit fideicommiſſario hæreditatem: dum tamen caueat eidem fideicommiſſario, quòd defendet eum aduerſus legatarios, & creditores: qui fortè eum fideicommiſſarium conuenient reſtituta ei hæreditate per hæredem: aut ſi non vult ei prædicto modo cauere, non debet deducere legata prædicta, & æs alienum. & hoc dicit cum duabus legibus ſequentibus, vſque ad §. ſi quis hæres. Viuianus.

Non omnis[a] autẽ ſuſpectam hæreditatem repudiatione amiſſam cogere poteſt adiri, & ſibi reſtitui: ſed is demum, ad quẽ actiones trãſire poſſunt. Neq; enim æquum eſt, ad hoc quem cõpelli adire hęreditatẽ, vt emolumentum quidem hæreditatis refundat,[b] ipſe verò oneribus hęreditatis obſtrictus relinquatẽ. Quare ſi fideicommiſſum[c] pecuniariũ alicui fuerit relictũ: ceſſat compulſio, tametſi[d] indemnitatis cautio offeratur. Proinde qui hæreditatem[e] rogatur reſtituere, is demũ cõpellitur reſtituere. Sed & ſi quis bona[f] rogatus ſit, vel familiam,[g] vel pecuniam,[h] vel vniuerſam rem meã.

Paulus libro ſecundo fideicommiſ. XV.

Vel omnia ſua.

Vlpianus libro iiij. fideicommiſſo. XVI.

Cogi poterit. Hoc idem, & ſi patrimoniũ fuerit rogatus, & ſi facultates, & ſi quicquid habeo, & ſi cenſum meũ, & ſi fortunas meas, & ſi ſubſtantiam meam, & ſi peculiũ[i] meum teſtator dixerit, (quia plerique ὑποχοριστικῶς† patrimonium ſuum peculium dicunt) cogendus erit. De ſucceſsiõe enim ſua etiã hic rogauit.[k] Nec ignoro, in quibuſdam ex his Mærianum dubitare, & dicere volũtatis eſſe quæſtionem, vtrum de pecunia tantũ,[l] an & de ſucceſsiõe teſtator ſenſerit. In ambiguo tamẽ magis de ſucceſsione ſenſum dicõ, ne intercidat[m] fideicõmiſſum. Sed & ſi quis ita rogauerit, Quicquid ad te ex hæreditate, bonisve meis peruenerit,[n] rogo reſtituas: cogi poterit adire, & reſtituere hæreditatem ex Trebelliano ſenatuſconſulto: quanquã peruenire propriè[o] dicatur, quod deductis oneribus ad aliquẽ peruenit. Et generaliter autẽ dici poteſt, ita demum quem non poſſe cogi adire, & reſtituere hæreditatem ſi de re, vel quantitate fuerit rogatus.[p] Cæterùm ſi de vniuerſitate[q] ſenſiſſe te-

a Non omnia. Scilicet fideicommiſſarius. quia nõ ſingularis poteſt cogere, ſcilicet hæredem. Alij dicunt, non omnis, ſcilicet hæres. & habent infra cogi &c. prima placet.

b Refundat. Per ſingularia fideicommiſſa.

c Fideicommiſſum. Scilicet ſingulare. & facit infra, eodem, l. mulier. in fi. & l. cogi. §. & generaliter. & ſupra, ſi quis omiſ. cau. teſt. l. ſi quis omiſſa. in fine.

d Tametſi. Id eſt, quamuis.

e Hęreditatem. Illa verbis, rogo reſtituas hæreditatem totam, vel partẽ quotam: vt infra, eodem, l. cogi §. ſi quis hæres. & l. ita tamen. §. Trebellianum.

f Bona. Scilicet reſtituere. & ſic not. quod largius hic accipitur nomen bonorum, quam alias, vbi accipitur deducto ære alieno: vt ſupra, de iure dot. l. mulier, & infra, de verbo. ſigni. l. ſubſignatum. §. bona, & l. propriè. ſed hic non ſic accipitur: vt ĩ. eodẽ, l. ſi legatus. §. 1. & ĩ. de bono. poſſeſ. l. 1. in prin.

g Familiam. Id eſt, ſubſtantiã. ſic C. de verb. ſigni. l. fi.

h Pecuniam. Appellatio pecuniæ pro tota ſubſtantia ponitur:† vt infra, de verbo. ſignifi. l. propemodum. non ergo verba ſenatuſconſul. in hoc, & inferioribus exemplis, ſed ſententia inſpicitur: vt infra, eodem. l. vbi. §. 1.

† Id eſt, forma diminutiua.

† Limitabis hãc gl. per tex in l. vxorẽ. §. legauerat. ſ. de le. 3. vt nõ procedat ĩ cõtractu vel teſtamẽto ruſtici, in quo pecuniæ appella. poſſeſſiones nõ veniũt. de l. fin. C. de compen.

i Cogi. Peculium. Pro patrimonio liberi hominis hic ponitur peculium: aliàs multis modis accipitur, vt ſ. de pecu. ſuper titulo.

k Rogauit. Id eſt, rogaſſe videtur, quo ad mẽtem, quod ſufficit: vt ĩ. eo. l. vbi. §. 1.

l De pecunia tantum. Scilicet numerata. maximè cũ dicit pecuniam vel cenſum.

m Ne intercidat. Not. ſic ſupra, de reb. dub. l. quoties. cum ſuis concor.

n Peruenerit. Quo caſu veniunt prælegata: vt not. ſ. eo. l. Marcellus. §. quidam. Accurſius.

o Propriè. Nota ſic ſupra de hæreditate vendita, lege ſecunda. §. illud. & de lega. 3. l. qui concubinam. §. 2. & ſupra, de vulga. ſubſti. l. ex facto. §. Iulianus. & de petit. hæredi. l. vtrum. & infra de verbor. ſignifi. l. nomen filiarum. §. fin. ſed ſic vt hic accipitur ſ. ſi quis aliquem teſta. prohi. l. 2.

p Rogatus. Vt & ſ. eo. l. nam quod. §. non omnis.

q De vniuerſitate. Tota, vel parte quota: vt infr. §. ſi

quis

statorem appareat: nulla quæstio est; quin siue suspectā dicat, cogi possit; siue spontè adijt, ex Trebelliano transeant actiones. Inde quærit: si quis hæreditatem rogatus sit restituere deducto ære alieno, vel deductis legatis: an suspectā dicens cogi possit adire, & restituere hæreditatē, a qa * τῇ δυνάμει magis id, qđ superest ex hæreditate, quā ipsam hæreditatē restituere sit rogatus. b Et sunt qui putant c (vt Mæcianus) inutilem esse hanc deductionē, d nec enim posse * ex iure e deduci quantitatē, non magis, quàm si fundū quis deducto ære alieno, vel deductis legatis restituere sit rogatus: neq; enim recipit fundus æris alieni, vel legati minutionē. f Sed Iulianū existimare refert, g Trebelliano senatusconsulto locū esse: & ne dupliciter fideicōmissarius onereť, & cum hæres alienū æs, vel legatū deducit, & cū conuenitur h à creditoribus vel legatarijs: restituta sibi ex Trebelliano hæreditate, debere aut deductionem i eum nō pati ab hærede, aut cauere illi hæredem, defensum iri k eum aduersus legatarios, cæterosq;.

Fideicommissarii uniuersales possunt cogere hæredem adire, siue sit unus, siue sint plures, siue insolidum, siue pro parte. Bartolus.

Si quis hæres institutus rogatus fuerit hæreditatem nō totam, l sed partem restituere: vel si duobus restituere sit rogatus, & alter ex his velit sibi restitui hæreditatem, alter recuset: senatus censuit, vtroq; casu exonerari eū, q suspectā hæreditatē dicit, totāq; hæreditatē trāsire ad eū, qui adire cogit. m Sed & si quis nō hereditatis suę partem dimidiā rogauit hæredē suum restituere, sed & hereditatem Seiæ, quæ ad eū n peruenerat: vel totam, vel partem eius, hæresq; institutus suspectā dicat: cum placeat illud, quod Papinianus ait, ex Trebelliano transire actiones, dici poterit, si suspecta dicatur hæreditas: cogendū hæredem institutū adire, & restituere hæreditatem:

quis hæres.

a Restituere hæreditatem. Subaudi, & videtur, quòd non. quia &c. id est, vi seu potentia.

b Sit rogatus. Et sic non hæreditatem cum onere, vt hic videtur rogari: quandoq; tamē, sed impropriè dicitur substātia, vel hæreditas deducto ære alieno: vt C. de bon. quæ lib. l. fi. §. vbi autem. in fi.

c Putant. Et malè.

d Deductionem. Legatorum, & æris alieni.

e Ex iure. Id est, ex hæreditate. quæ est ius succedendi &c. vt infra, de reg. iur. l. hæreditas. & infra, de bono. pos. l. 1. §. 2. siue ergo sensit Mæcianus, quod ex incorporali re non potest trahi corporale, malè dixit: vt subijcitur, & Institu. de re. corpo. & incorpo. siue sensit: vt nō possit æs alienum separari ab hæreditate, & videtur bene dicere, vt C. de hære. actio. l. fin. sed tamen hoc casu & qui restituit, hæres remanet: vt Institu. de fideicom. hære. §. restituta. ideo tenet deductio, vt subijcit: quandoque tamen dicitur hæreditas vel bona.

f Minutionē. Nota fundum non respicere æs alienum: vt hic, & ī. de iure do. l. si is qui. §. quod dicitur. & no. s. eo. l. 1. §. si hæres. sed totum patrimonium: vt ī. de iud. l. si fideicommissum. §. tractatū.

g Refert. Mæcianus.

h Cum conuenitur. Scilicet fideicommissarius post restitutionem.

i Deductionem. Legatorum, & æris alieni.

k Defensum iri. Sed primum verius, vt non fiat deductio: vt C. eo. l. fi. & no. ī. eo. l. Marcellus. §. idem Pomponius. Vel dic, aut restitutio præcedit, & non fit deductio: aut præcedit legatorum, & æris alieni petitio, & tunc cauetur: vt not. d. §. idem Pomponius. Sed dato, quod hæres soluit, nonne ipso iure liberatur fideicommissarius? ad quid ergo cauetur: vt d. §. idem Pomponius? Respondent quidam, ex abundanti, quòd non placet vt supra, de procu. l. non cogendum. §. Pomponius. in fin. sed dic propter sumptus litis posse committi: vel etiam propter sortes, quæ non possent probari solutæ per hæredem. Vel etiam quia lite contestata contra hæredem à creditoribus restituit hæreditatem: vnde vtiliter interponitur. Accursius.

Si quis hæres. CASVS. Institui mihi heredē Titiū insolidum: & rogaui eum, vt restitueret Seio dimidiam hæreditatis meæ, & decessi. postea Titius dicit sibi suspectam hereditatem, & ideo non vult eam adire: Seius autem fecit eum cogi. certè totam hæreditatem habet necesse accipere Seius: & idem est si dictum Titium rogaui restituere hæreditatem Seio, & Caio: & Seius vult sibi restitui, Caius non; quia & hic Seius habet necesse accipere totam hereditatem. Sed pone quòd Seia instituit me hæredem, & ita habeo hæreditatem suam, & meam. ego autem institui mihi hæredem dictū Titium; & rogaui eum, vt restitueret Seio dictā hæreditatem Seiæ, quæ ad me peruenerat: quæ quidem pone faciebat quotam hæreditati meæ, & decessi. dictus autē Titius dicit sibi esse suspectam hæreditatem meam. certè si Seius faciat eum cogi adire, & sibi restituere, tota debet pertinere ad eundem Seium etiam inuitum. Sed pone, quòd ego eram miles, & habebam res meas in Italia, & in prouincia: & institui mihi heredem Titium, & rogaui eum, quod restitueret Seio tantum res meas Italicas: quæ quidem nō faciunt quotam hæreditatis meæ, & decessi: postea Titius dicit sibi suspectam hereditatem meam. certè Seius potest eum facere cogi adire: & eo coacto debet accipere idē Seius totam hæreditatem etiam inuitus quāuis dictus Titius nō fuerit rogatus restituere ei quotam: quia hoc speciale est in testamento militis. Nam & sicut concessum est militibus separare species bonorū circa institutionem, puta instituendo Titium in paganicis, & Seium in castrensibus: ita si vnum ex hæredibus suis rogauerit restituere paganica, & alium castrensia: habet locum senatuscōsultum Trebellianum. hoc dicit vsq; ad §. cum quidam. Viuia.

Si quis hæres institutus. Insolidum.

l Totam. Scilicet hæreditatem.

m Cogit. Facit supra, eod. l. 1. §. sed & quoties. & infra, proxi. §. & §. Mæcianus. & §. idem Mæcianus & supra, de mili. testa. l. certarum. §. 1. in fi. & de acqui. hære. l. si hæreditatem. & infra, de ope. lib. l. si ita stipulationum. in fi. & supra, de admi. tut. l. cum quæritur. & supra de procurat. l. in causæ. in principio. Hug.

n Ad eū. Rogantem. & sic habet locū Trebellianū in vtraq;

* In vete. exemp. qa vi ipsa magis id &c. vt ī. ad l. falcidiam. l. 45.

* Sic in P. Fl. Haloā. scripsit, ex inde deduci quantitatem.

vtraque: vt subijcit. si autem dicas, quòd peruenit ad rogatum: non valeret: vt ex Trebelliano, sed iure fideicõmissi vt ĩ. eo. l. ex facto. §. 1. & l. ita tamen. §. Trebellianum. & §. respondi. Item quod subijcit ex Trebelliano transire actionem, est cõtra ĩ. proxi. §. sed solue: vt ibi.

totamq; [a] hæreditatem ad eum, cui restituitur, pertinere.

Eo casu quo ad institutum ex rebus certis transeunt iura, & actiones: illo casu à fideicommissario certarum rerum poteris cogi hæres adire & restituere. Barto.

Sed & si miles rogauerit quem [b] res Italicas [c] restituere, vel res prouinciales; [d] dicendum est, suspectã dicẽtẽ [e] cogi adire, & restituere. [f] Nam, vt eleganter Mætianus li. vj. fideicõmissorũ ait, qua ratione *ex certa re miles hæredẽ instituere potest, [g] actionesq; ei dabuntur: pari ratione etiã ex Trebelliano transibũt actiones. [h] Et quamuis placeat, cũ quis hæreditatẽ [i] bonaq;, quæ sibi ab aliquo obuenerunt, vel quæ in aliqua regione habet, [k] restituere rogat, ex Trebelliano non trãsire [l] actiones: tamen contrarium *responderi debere in militis testamento ait. Nam sicut cõcessum est, inquit, militibus circa institutionem separare species bonorum: [m] ita & si per fideicommissum ab institutis hæredibus id fecerit, [n] admitteretur Trebellianum senatusconsultum.

Cum quidam duos hęredes instituerit, eosq; inuicẽ substituerit, & ab his petierit (siue vterq;, siue alter hæres esset) vt hæreditas sua ex parte dimidia restitueretur alicui post quinquenniũ, & si scripti suspectã sibi hæreditatẽ dicant, fideicommissarius autẽ desideret suo periculo adire hæreditatẽ: cẽsuit senatus, ambos hæredes, alterumve [o] cogi adire hæreditatẽ, & fideicõmissario eam [p] restituere: ita vt fideicõmissario, & aduersus eũ actiones competãt, quasi ex Trebelliano restituta hæreditate.

Ad petitionem vnius ex fideicommissariis potest hæres cogi adire, & restituere totum: & ille cui totum restituitur, à fideicommissario quartam non detrahit. Bart

Mætianus scribit: cùm quis ex fideicommissarijs abesset, & præsentes desiderent suo periculo

[a] Totamq;. Sic supra, proxi. §. & est ratio quam dixi supra, eod. l. 1. § sed & quoties. Accursius.

[b] Quem. Scilicet hęredem vniuersaliter institutum.

[c] Italicas. Scilicet tantum.

[d] Vel prouinciales. Scilicet tantum.

[e] Dicentem. Hæredem prædictum militis. Accursius.

[f] Et restituere. Etiã totam: argu. supra, l. 1. §. sed & quoties. secus in pagano: vt & supra, ea. l. § & generaliter.

[g] Instituere potest. Imò non eleganter. nam, & paganus potest instituere hæredem ex certa re, & erit in totum, si non sit alius vniuersalis, & cõpetunt ei actiones: vt ŝ. de hæredi. instituen. l. 1. §. si ex fundo. & l. ex facto. in princ. sed respon. similitudo non transit ad paganum. Itẽ in milite contra: qa quo ad cætera videtur intestatus: vt supra, de mili. testa. l. si miles vnum ex fundo. Solu. ibi.

[h] Transibunt actiones. Facta restitutione totius hæreditatis: vt supra dixi, non ante, vt infra, eod. l. siue. in princip.

[i] Hæreditatem. Sibi delatam.

[k] Habet. Separata à cæteris bonis.

[l] Non transire. Imò transeunt, vt ŝ proximo §. qui est econtra. Sol. hic corrigit. vel ibi hæreditas iam etiã quo ad rem peruenerat ad rogantem: hic peruenit quantum ad spem tantum. vnde hic nõ transmittit non aditã: vt C. de cad. tol. §. in nouissimo. sed hoc nõ placet: qa hoc ipso quod alij reliquit, videtur adire: [t] vt C. de iure delib. l. si auia. Vel secundum Hugo. dic quòd ŝ. hæreditas delata faciebat quartam portionem bonorum: hic nõ. vnde erit speciale in milite, licet institutio valeat iure communi, etiam in pagano, vt dixi.

[m] Species bonorum. Puta alium in paganicis, & alium in castrensibus instituere.

[n] Id fecerit. Puta vnum rogauit restituere castrensia, alium paganica.

Cum quidam. CASVS. Institui mihi hæredes Titium: & Seium, & eos adinuicem substitui. & in testamento ab his petij, vt siue vterque, siue alter eorum hæres esset, restitueretur hæreditas mea Caio post quinquennium pro dimidia, & postea decessi. dictus autem Titius, & Seius dicunt hæreditatem sibi suspectã, & ideo adire nolunt. Caius fideicõmissarius vult, quod ipsi adeant suo periculo, & sibi mediam restituant. certè bene tenentur hoc facere, & transibunt actiones omnes hæreditariæ in fideicõmissariũ prædictum. Viuianus.

[o] Alterumve. Ve, pro vel.

[p] Eam. Scilicet totam. & etiam ante quinquennium propter coactionẽ: alias non ante, vt supra, eod. l. apud. §. Antistia. Alij dicunt etiã hoc adueniẽte quinquennio restitui, nõ ante; vt argu infra, eod. l. si patroni. §. Imperator.

Mætianus. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum quòd restitueret hæreditatẽ Seio, & Caio, & Sempronio, & decessi, postea absentibus duobus de fideicommissarijs prædictis, puta Seio, & Sempronio, & dicente dicto Titio hærede suspectam sibi esse hæreditatem, prædictus Caius præsens desiderat, vt hæres adeat hæreditatem suo periculo, & sibi totam restituat. certè debet hoc facere hæres: & si postea Seius fuerit reuersus & Sempronius, & velint pro eorum partibus habere fideicommissum, petent à Caio fideicõmissario, cui restituta fuit tota hæreditas, & consequẽtur ab eo possessionem earum rerum, & ipse Caius nõ detrabit eis quartam: quia nec Titius hæres detraxit ei Caio quartam: quia compulsus adiuit. Sed & certum est, quod hæres non detrabit quartam in hoc casu pro partibus eorum, qui non coegerunt eum adire. nam cum insolidum transeant actiones in eum, qui coegit: non est mirum, si hęres. qui coactus adijt, admittit quo ad omnes fideicommissarios quartæ retentionem. secus autem esset, si dictus fideic. coegit hæredem pro sua parte tantum, & ipse adiuit in totum, vel iure accrescendi habet totam hæreditatem: quia tunc detrahet hæres quartam alijs fideicommissarijs petentibus ab eo suas partes. Sed pone, quòd dictum Titium meum hæredem rogaui restituere hæreditatem Sticho seruo Seij & Caij: & vnus dominorum serui vult cogere hæredem adire, & alter non: certè idem dicendum est in hoc casu, ac si rogassem dictum meum hæredẽ vt restitueret dicto Seio, & Caio, & vnus eorum vellet cogere hæredem, alter non. hoc dicit vsque ad §. si pater. Viuianus.

* In P. Fl. excepta re.

* P. Fl. cõtra.

[q] Nam sola volũtate cũ verbis, vel opere. Bal. in l. potuit in princi. C. de iure delib. & l. pro hęrede. I prin. & ibi Bar. ĩ. de acq. hære.

Insolidum.

adiri hæreditatẽ: translatisq; insolidum a actionibus in eũ, qui coegit, absentes, si velint fideicommissum suscipere, à præsente petant. b Consequenter ait, nec quartam eum retenturum aduersus fideicommissarios c suos, quia nec hæres. d potuit.

Coactio unius ex fideicommissarius facit hæredem perdere quartam in totum, si contemplatione totius coegit, secus si contemplatione partis propriæ. Bartolus.

Idem Mætianus quærit: an is, qui duobus, vel pluribus rogatus est restituere hæreditatem, cogente aliquo adire possit, & in horum, e qui id non desiderauerint, portionibus Falcidiæ beneficio vti: siue ipsi quoq; desiderẽt sibi restitui, siue alij in locũ eorum successerint? f Et cùm hodie hoc iure vtamur, vt totũ transeat ad eum, qui coegit: g cõsequens erit dicere, quartæ retentionem amisisse eum, qui coactus est: quia insolidum actiones transierint in eum, qui coegit. Planè si proponas fideicommissarium non ita coegisse, vt tota hæreditas in se transferatur: cùm cœperint cęteri desiderare sibi restitui hæreditatem, dicendũ h Falcidia eum vti posse. Rectè igitur Mætianus ait, Multũ interesse, vtrũ totã i restitui hæreditatẽ sibi fideicõmissarius k desiderarit, an suam tantúmodo partem. Nam si sola pars transferret: erit in residuo Falcidię locus. Si tota hę reditas trãslata sit, cessat huius legis beneficium.

Rogatus restituere seruo plurium, perinde est ac si esset rogatus restituere pluribus. Bart.

Si seruo duorum rogatus quis sit restituere hæreditatem, & alter l cogere velit m suspectã dicentem, * alter restitui sibi hæreditatẽ recuset: hoc erit dicendum, quod in duobus, n quorum alter suscipere voluit hæreditatem, alter non.

Ad petitionem filii in potestate potest pater cogi adire, & restituere in non castrensi: & etiam in castrensi: ad petitionem verò serui proprii quis non cogitur adire, sed spontè adiens cogitur restituere. Bart.

Si pater o filio, quem in potestate habet, restituere rogetur hæreditatem: an filius patrem suum, si suspectam dicat hæreditatẽ, cogere possit?

a In solidum. Quæ sit ratio, dic, vt supra eod. l. 1. §. sed & quoties. & §. n. Hug.

b Petant. Possessionem rerum non ius: quia ipso iure habent: vt supra eo. l. 1. §. sed & quoties, in fi.

c Aduersus fideicõmissarios. De hoc dic, vt s. eo. l. 1. §. fi. ibi, inde Neratius &c. & d. §. sed & quoties. ne sit contra.

d Quia nec hæres. Bona ratio. nam nõ plus iuris habet successor, quàm author. sed si sponte adijsset, potuisset retinere: vt infra eod. l. ex asse. in fi. & facit C. eod. l. non iustam in fin. & infra proxi. §.

e Horum. Scilicet saltem.

f Successerint. Non ergo petit fideicõmissum morte fideicommissarij: vt dixi supra eod. l. apud. §. vtrum. sed an morte rogati, dic vt s. e. l. ille à quo. §. r. in fi. secundum H.

g Qui coegit. Sed qualiter potuit cogere, cum pars tantum sibi debeatur? Respond. Azo. quia ab initio negauit hęres fideicõmissum: & sic in pœnam mendacij: arg. insti. eod. §. fin. Sed certè idem si non neget: vt supra, proxi. §. & infra eod. l. ex asse. & supra eo. l. t. §. sed & quoties. Dic ergo esse in electione hæredis si velit totam restituere, vt in damno non remaneat: an partem petentis tantum: vt nota. s. eo. l. 1. §. sed & quoties. petit ergo præsens, nec retardabitur propter absentem: vt infra, de reg. iur. l. non debet alteri.

h Dicendum. Quia reliquã partẽ spontè adijt.

i Vtrum totam. Consentiente hærede: vt dixi.

k Fideicommissarius. Cogens. Azo.

l Et alter. Scilicet dominorum.

m Velit. Scilicet rogatum dicentem suspectam &c.

n Quod in duobus. Scilicet quod tota restituatur petenti: vt supra ead. l. §. si quis hæres. nam seruus communis duorum personam & vicem sustinet, vt infra de stipu. ser. l. t. §. communis seruus.

Si pater filio. Ad euidentiam huius §. nn. secundum hæc iura antiqua. quod quicquid filius acquirit, patri acquirit: vt supra, de acqui. hæred. l. placet. vnde oportet te ita ponere casum. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum: quod restitueret hæreditatẽ Seio filio suo, & in sua potestate cõstituto: & ita videor velle fideicõmissum tunc ad Seium peruenire, cum sui iuris sit, sicq; capere pro se possit: vt infra eo. l. vbi puré. in prin. postea decessi, & postea Titius emancipauit dictum suum filiũ, & postea dicit idem Titius suspectã sibi esse hęreditatẽ meã: ideoq; non vult adire, nec filio restituere. nunquid filius poterit eum facere cogi? Et dicitur quod sic. Et idem est, si filius non sit ab eo emãcipatus: si tamẽ miles vel præsit alicui alio officio publico, & socius ipsius filij instituat patrem, & roget eum de restituenda hæreditate filio. nam quãuis sit in potestate, coget patrem suum adire, & restituere sibi per fideicõ. nam hoc casu spectat fideicõ. ad castrense peculium. Sed quid si rogaui dictum Titium, quem institui, quod restitueret hæreditatem seruo suo cum libertate: nunquid seruus potest eum cogere? Et dicitur quod non, siue directam dedi ei libertatem, siue fideicõmissariam. Sed si spontè adiret Titius hæreditatẽ meam, cogeretur præstare dicto seruo libertatem fideicommissariam, & hæreditatẽ. Sed quid in prædicto casu si Caius amicus dicti serui offerat Titio domino serui, pretium ipsius serui, & velit ei cauere de indemnitate, si adeat hæreditatẽ, & seruo restituat: nunquid cogetur ipse Titius dominus adire? Et dicit, quòd non: non enim debet habere necesse committere se aditioni hæreditatis, ex qua timet pati damnum ad fidentiam dictæ cautionis amici serui: quia in cautione incertitudo est, vtrum possit ex ea recuperare damnum, vel non. efficietur enim fortè non soluẽdo dictus amicus serui. & h. d. vsque ad §. hi qui solidum. Viuia.

o Si pater. Pater institutus rogatus est restituere filio: si autem filius esset institutus, & pater de restituendo ei filio rogatus: non vt hæres, sed vt pater videtur rogatus, & non habet locum Trebellianum. vel si habebat quo ad hoc, quod hic dicit, non habet locum quo ad Falcidiæ deductionem: vt s. eo. l. t. §. 1.

t Dic quod morte fideicõ. expirat: sed remanet apud agnatum, non antè, apud hæredẽ: vt de in l. si à filio. & quod ibi not. per doct. supra, de lega. 2.

* In P. Fl. alter restituere sibi &c.

A filio

sit? Et non est dubium patrem à filio [a] per prætorem cogi posse. [b] Sed & si id fideicõmissum ad castrense peculium [c] spectat, [c] & filiusfamilias is fuit, qui munus militiæ sustinebat, aliove officio præerat: multò magis dicendum erit, posse eum postulare, vt pater suus cogatur adire, & restituere hæreditatem: quãuis contra obsequium [d] patri debitum videatur id desideraturus. Sed si seruo [e] suo rogatus sit cùm libertate quis hæreditatẽ restituere siue directa [f] data sit libertas, siue fideicõmissaria: dici poterit, eum à seruo suo [g] non posse cogi adire hæreditatem: [h] quãuis si spontè adisset, cogeretur præstare fideicõmissariam libertatem, & hæreditatẽ. Idq; Mætianus lib. 7. de fideicommissis scribit.

Idem quærit: [i] si quis paratus sit domino cauere de indemnitate, an possit cogi adire hæreditatem, & maximè si pretium serui offeratur? Et rectè ait, non oportere sub incerto cautionis [k]. committere se aditioni hæreditatis.

Qui non potest capere solidum pro se, capit, vt alii restituat. Bart.

Hi, qui solidum [l] capere non possunt, ex asse hæredes instituti, & rogati solidum restituere, adire hæreditatem, & restituere cogentur: cùm nihil sit oneris [m] apud eos remansurum.

Vnus solus institutus rogatus potest à seruo hæreditario cogi adire, & restituere: siue sit fideicommissarius primus, siue secundus. Bart.

Si ego hæres institutus, [*] rogatus sim Sti-

[*] In P.Fl. spectaturum est.

[*] P.Fl. & rogatus sim.

a A filio. Scilicet per prætorem interim emancipato. nam in id tempus videtur delata petitio: vt ĩ. eo. l. vbi purè. in princ. nec repudiare potest pater hæreditatem ad damnum filij etiam iure veteri: vt supra, de acquiren. hære. l. is qui. §. fin. nedum nouo: vt C. de bon. quæ liber. l. fin. §. 1. & §. sin autem patre. Alij dicunt, quod hic dicit de filio in potestate posito, nec obstat l. vbi purè. quia hic purè rogauit nõ apponendo verba, quæ ibi sunt: & secundum eos dabitur curator. vt ei fiat restitutio: argu. in auth. vt lic. matr. & auiæ. in princip. col. viij. sed hoc quomodo secundum has ll. cũ omnia patri quæruntur? Respon. fiet restitutio in peculium tantum secundum eos. vel dixit testator: vt emancipet expressè, vel saltem tacitè. nam dicẽdo: vt ei restituat, videtur hoc rogari: vt id faciat, per quod peruenitur ad illud. sed certè non cogeretur emancipare: vt s. de leg. 1. l. filiusfamil. §. secundum vulgarem. nisi aliquid patri fuit relictũ: vt sibi remaneat, quod accepisset: vt s. de cõdit. & demõ. l. si cui. prima ergo placet, vt emancipatus cogat, nõ ille qui est in potestate nisi in casu cum pater dilapidat: vt ĩ. eo. l. Imperator.

b Cogi posse. Scilicet adire, & restituere.

c Spectat. Quia à noto in castris: aliàs non relictum fuit relictum fideicommiss. vt infra, de castren. pecu. l. si fortè. & l. castrense.

d Contra obsequium. Quia lis nulla debet esse inter eos: vt s. de iud. l. lis nulla. sed hoc sit extra ordinẽ, vt in bo. pos. dicimus: vt no. ĩ. de bo. pos. l. 3. §. si causa. petet tñ hic veniã: vt s. de in ius voc. l. adoptiuũ. l. prin. & facit ĩ. de cast. pec. l. miles. & l. filiusf. & l. à commilitone.

e Sed si seruo. Hæredis.

f Directa. Sed non põt dari directa libertas etiã seruo hæredis: vt C. de test. ma. l. seruo tuo. Sed dic, quod trahitur ad fideicõmissariã: & est speciale, vt nõ pereat hæreditaria restitutio. sic est speciale propter ius, quod habet creditor in seruo pignorato: vt ĩ. de fideicom. lib. l. generaliter. § si quis seruo. aliter regulariter non valet libertas directo relicta seruo alieno, nec trahitur ad fideicõmissariã. vt supra, de leg. 1. l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. Item contra. s. de leg. 3. l. si legatarius. in prin. sed nec hic valet, nisi spontè manumittat.

g Suo. Secus est in seruo hæreditario: vt infra eo. l. mulier. §. non est: & infra ea. l. si ego, & l. §. si res. §. 1. & supra eo. l. apud. §. Antistia.

h Hæreditatem. Detracto pretio serui: vt infra eod. l. ita tamen. §. fina.

i Idem quærit. Loquitur in casu superiori.

k Cautionis. Non debet quis se cõmittere incertis, si potest certis. vt hic, & infra, eo. l. qui ita. §. etiam. & de Carb. edic. l. 3. §. dux. in fi. §. & supra, quod fal. tut. aut. l. pupilli. & argu. supra, de pecu. l. quod debetur. Sed ar. cõtra. supra, sol. mat. l. 2. in fin. & de in ius voc. l. quiq;. §. fin. & l. seq. & inst. de hære. inst. §. seruus alienus. & ĩ. de acqui. rerum dom. l. naturalem. §. illud, & s. de iurisdi. om. iud. l. si id quod. §. fin. & supra, eo. l. apud. §. virum.

Hi qui solidum. CASVS. Filium meũ naturalem ex concubina (qui non potest capere vltra vnam vnciam filijs legitimis, & naturalibus extantibus: vt in authenti. quibus modis naturales. §. discretis.) instituimi hi solum, & ex asse hæredem, & rogaui eum, vt filijs meis legitimis restitueret hæreditatem meam totã. nunquid potest cogi adire, & restituere? Et videt quod non: quia quomodo adibit ipse hæreditatem, in qua non valuit institutio? certè non videtur, quòd adire possit, nedum quòd cogatur. Dicitur tamen hic, quod bene cogitur: quia nihil commodi, vel incommodi apud eum remanebit restitutione facta. Viuianus.

l Hi qui solidum. Sed aliquid, vt filij naturales vnciã extantibus legitimis: vt in authen. qui. mod. nat. effi. sui. col. 7. §. discretis. item est exemplum C. de secun. nupti. l. 1. §. 1. & sic loqui ur supra, de leg. 2. l. cum ei qui. Sed quid dices in eo, qui nihil potest capere? Respond. vt not. C. de fideicommiss. l. eam quam. in gl. ibi, hoc indubitabiliter &c.

o. Oneris. Alias honoris. id est, emolumenti: vt supra eo. l. quia poterat, & l. nam quod. §. qui cõpulsus. Accur.

Si ego hæres. CASVS. Seius instituit me hæredẽ & rogauit me, vt Stichum seruum manumitterẽ. Item rogauit me: vt restituerem hæreditatem suam Titio: & postea rogauit eum Titium, vt redderet eandem hæreditatẽ prædicto Sticho, & postea decessit dictus Seius testator. Ego aũt ab eo institutus dico mihi suspectam hæreditatẽ suã: & ideo eam adire nolo, nec restituere Titio, vt idem Titius restituat dicto Sticho, nunquid Stichus poterit me ad hoc cogere, quamuis sit seruus? Et dicit quod sic? Et idẽ esset, si dictus testator legasset dictum Stichum dicto Titio: & rogasset eundẽ Titium, vt manumitteret eundẽ Stichum. nam semper dictus Stichus poterit me cogere ad prædicta. Occasione aũt prædicti casus, fuit terminatus quidã alius casus à quodam Imperatore diuo Pio, qui casus fuit talis: Pamphilus fecit testamentũ, & instituit sibi hæredẽ quendam nomine Symmachũ Theodotũ, & quendã aliũ nomine Titium Euarestum: & seruũ suũ testatoris nomine Hermiam prælegauit eidem Symmacho Theodoto: & rogauit eundem Symmachũ Theodotum, vt eum manumitteret.

chum [a] manumittere, vel alius legatarius: [b] fidei autem meæ commissum sit, vt Titio hæreditatem restituam, deinde Titij fideicommissum sit, vt Sticho [c] eandem [d] redderet: Stichus cogere me potest [e] adire, & restituere hæreditatem.

Qui ab uno consecutus est libertatem, potest alium cogere adire, & restituere hæreditatem. Bart.

Talis quoque casus à diuo Pio terminatus est, cùm seruo vni ex hæredibus legato, [f] per fideicommissum esset ab eo [g] libertas data, [h] & ab altero hæreditas. Diuus etenim Pius rescripsit Cassio Dextro in hæc verba: Hermia [i] Symosco Theodoto ex parte hæredi instituto à Pamphilo testatore legatus [k] est: eumq; Theodotus post, quàm adierit hæreditatem, & prius, q̃ à cohærede eiusdem Pamphili adiretur hæreditas, ad iustã libertatẽ perduxit: & ob hoc in eum casum res perducta est, vt is, qui legauit, intestatus esse non possit. Hermia postulãte Titius Euarestus [l] cõpellendus est pericu[m]lo eius [n] adire, & ex causa fideicommissi hæreditatem restituere.

Verba directa, quæ iure directo ualere non possunt, trahuntur ad fideicommissum. Bart.

Idem lib. ij. fideicommissorum. XVII.

Ex facto tractatum est, an per fideicommissum rogari quis possit, vt aliquem hæredem faciat. & senatus censuit, rogari quidem quemq̃, vt aliquem hæredem fa-

numitteret. Item rogauit dictum Titium Euarestum, vt eidem seruo, id est, Hermiæ restitueret suam partem hæreditatis. & postea decessit dictus Pamphilus testator. postea dictus Symmachus Theodotus adiuit hæreditatem pro sua parte, & postea manumisit dictum seruum Hermiã ante, quam Titius Euarestus cohæres suus adiret hæreditatem pro sua parte. & sic quia dictus Symmachus Theodotus adiuit pro sua parte, vt dictum est, res perducta est in eum casum, vt dictus Pamphilus testator, qui legauit Hermiã seruũ Symmacho Theodoto, non possit esse intestatus in totum, vel in partem. nam & si Titi⁹ Euarestus cohæres non adiret, accresceret sua pars Symmacho Theodoro, qui adiuit. his ita stantibus Titius Euarestus non vult adire pro sua parte dicens eam sibi suspectam. nũquid dictus Hermias manumissus potest eum cogere adire: & sibi restituere? Et dicitur quod sic. & illa aditio, & restitutio erit tota ad periculum dicti Hermiæ, & perfectum. Viuia.

[a] Stichum. Seruum hæreditarium.

[b] Legatarius. Scilicet rogatus sit Stichum sibi legatum manumittere.

[c] Vt Sticho. Scilicet prædicto.

[d] Eandem. Scilicet hæreditatem.

[e] Cogere me potest. Vt sibi Sticho directa via restituam: vt j. eod. l. si patroni. §. quòd si prior. Item contra ã. ea. l. §. sed si seruo. sol. hic hæreditarius, ibi hæredis seruus erat. Item occurrit in eo, quod dicit à legatario libertas, ab hærede hæreditas relinquitur. vnde non debet cogi: vt j. eo. l. non cogendum. & hic dicit cogi. sol. hic est vnus solus hæres: vnde non aliter legatum serui, nec libertatis valeret, nisi cogatur: sed ibi potest valere. si ponas alium institutum qui non est grauatus fideicõmissis, qui sponte adijt. & sic intelligitur ã. eo. l. apud. §. Antistia. si autem ponas duos hæredes, & ab vno libertas, & ab alio fideicommissaria hæreditas: tũc non cogitur aliquis eorum adire, nisi alter repudiet, & sic redeat ad vnum: vt j. eodem. l. si res. §. seruus. si tamen sponte adeat alter, à quo libertas est relicta, alter poterit cogi adire, vt hic subijcit.

[f] Legato. Id est, prælegato.

[g] Ab eo. Scilicet hærede.

[h] Data. Id est, legato seruo.

[i] Hermias. Proprium nomen serui prælegati.

[k] Legatus. Id est, prælegatus.

[l] Euarestus. Qui est cohæres Theodoti.

[m] Periculo. Alias periculum. & ita est in lib. dñi Azo.

[n] Eius. Hermiæ.

Ex facto. CASVS. Institui mihi hæredem Titiũ, & rogaui eum per fideicõ. vt faceret hæredem Seium nunquid tenetur eũ Seium instituere? Et dicit quod non tenetur tamen ei restituere hæreditatem meam. Sed quid si rogaui dictum Titium, vt restitueret dicto Seio hæreditatem Caij, qui Caius instituerat hæredem eundem Titium, nunquid valet fideicommissum? Et dicitur quod sic. Sed & si dictum Titium non institui, sed legaui ei centũ, & rogaui eum: vt instituerer hæredẽ Seium. valebit fideicõmissum: & non erit in plus obligatus dictus Titius, quam ad eum peruenerit ex legato. sed & si ita dicam Titio, quem institui, vel cui legaui, peto vt Seio des, vel peto vt Seio fideicõmissum relinquas, aut illi libertatem adscribas: bene valet fideicommissum. nam tunc cum possim eum rogare vt instituat Seiũ, vt dictum est in prin. bene possum eũ rogare pdictis modis.

Si quis rogatus. Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum, quòd restitueret hæreditatem meam Seio si sine liberis decederet idẽ Titius, & decessi. & postea decessit dictus Titius relicto filio naturali tantum, siue ex cõcubina, siue eũ quem habuit in seruitute sua, & q postea fuit cũ eo manumissus. & est eius colliberta, qui tamen dicitur naturalis tantum, nunquid debet restitui hæreditas dicto Seio? Et dicit, quod non, secundum Papinianum. secundum autem conditorem huius l. scilicet Paulum, debet inspici voluntas mea testatoris, vtrum volui contineri naturales tantũ, vel non. & si mea voluntas apparet, illa est sequenda. si autem non apparet: debet inspici conditio, siue dignitas mea. nam si sim homo magnæ dignitatis, non est verisimile, quòd velim excludere restitutionem propter filium naturalem hæredis mei, aliàs sic.

Ex facto tractatum. Titia instituit sibi hæredem Seium filium suum, quem habebat ex Caio suo marito, & rogauit eundem suum filium, vt si sine filijs decederet, restitueret hæreditatem suam dicto Caio suo patri, & postea decessit dicta Titia: postea dictus suus filius commisit delictum, propter quod in insulam fuit deportatus: & in insula existens habuit filios, & postea decessit idem Seius filius testatricis. modo quæritur, vtrum dicti liberi in insula suscepti excludant Caium ab hæreditate? & dicitur quòd non. nam & bona dicti deportati sunt vendicanda fisco cum onere fideicõmiss. secus autem si liberi illius deportati essent concepti ante deportationem: quia tunc bene excluderent patrem deportati à fideicommiss.

Si quis rogatus. Institui mihi hæredẽ Titiũ, & rogaui eum vt hæreditatẽ meam restitueret illi ex filijs suis, quem elegerit, & decessi. postea idẽ Titius fuit deportatus propter aliquod delictum, quod commisit. nunquid propter deportationẽ amittit dictã electionem? Et dicitur q non. quãuis enim sit deportatus, liber tamen remanet.

Et, non est l P. Fl.

Io P. Fl. Hermia postulante me Titius &c.

In P Fl. periculô eius &c. In vet. exẽp. peculium eius.

remanet. & hoc intelligo, siue concepit filios ante deportationẽ, siue nõ. secus autem si fuisset factus seruus pœnæ: & postea decedat. nã nõ poterit eligere aliquem ex liberis, cum sine filijs decessisse videatur: siue concepit eos antequam fieret seruus pœnæ, siue postea.

Si quis autem suscepeiit. Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum, vt restitueret hæreditatẽ meam Seio per fideicommis. si sine liberis decederet idem Titius. & postea decessi, & postea dictus Titius habuit filium Caium: & viuente eodem Titio decessit idem filius. & postea decessit idem Titius. nũquid videtur sine liberis decessisse, vt sic habeat fideicũmissum dictus Seius? & dicitur quòd sic. & idem est, si dictus Caius filius Titij decessit simul cum eo naufragio, vel ruina, vel aggressura, vel quo alio modo, scilicet vt non videatur filius superuixisse patri, imò ante eum decessisse, sicque habeat fideicommissum dictus Seius secũdum verba testamenti. si autem clarum est filium superuixisse patri suo Titio: non habebit Seius fideicommis. quia defecit conditio fideicommis. in testamẽto apposita. Sed quid si dictus Titius, quem institui, erat meus filius, & ita sum ei locutus, Fidei tuæ fili committo, vt si sine hærede moriaris, restituas Seio hæreditatem meam. & postea decessi: & postea dictus Titius decessit sine liberis: & quidam suus auunculus successit ei ab intestato. nunquid Seius debet habere hæreditatem ex fideicom. & dicitur quod sic: quia videtur Titius sine hærede decessisse, cum decessit sine liberis. Viuianus.

ciat, non posse:[a] verum videri per hoc[b] rogasse, vt hæreditatem suam ei restituat: id est, quicquid ex hæreditate sua[c] consecutus esset, vt ei restitueret. Iulianus quoque libro xl. Digestorum, fideicommissum tale valere ait, Fidei tuæ committo, vt hæreditatem Titij restituas, cùm esset is, qui rogatus erat, à Titio hæres institutus.[d] Non tantũ autem si hæredem quem scripsero, potero rogare, vt hæredem faciat aliquem:[e] verùm etiam si legatum illi, vel quid aliud reliquero. Nam hactenus erit obligatus, quatenus quid ad eum peruenit. Si quis cauerit, Peto,[f] vt illi des, aut illi fideicõmissum relinquas, aut illi libertatem adscribas: admittenda sunt.[g] Nam cùm in hæredum institutione senatus vtile[h] censuit; de cæteris quoque idem erit[i] accipiendum.[k]

Filii naturales in seruitute concepti deficere faciunt conditionem fideicommissi, aliàs ex dignitate & conditione personæ diuersimodè statuetur. Bart.

Si quis rogatus fuerit, vt si sine liberis decesserit, restituat hæreditatẽ: Papinianus libro xviij.[*] responsorũ scribit, etiam naturalem filium[†] efficere, vt deficiat conditio,[l] & in libertino, eodemq; colliberto[m] hoc scribit. Mihi autẽ (quod ad naturales libetos attinet) voluntatis quæstio videbitur esse, de quibus liberis testator sense rit: sed hoc ex dignitate, & ex voluntate,[n] & ex conditione eius, qui fideicommisit, accipiendum erit.

Filii concepti post deportationem non faciunt deficere conditionem fideicomm adiectam per hæc verba si decesserit sine liberis. secus in conceptis antè, licet sint nati postea. Alexand.

Ex facto tractatũ me-

vt supra, eo. l. cogi. §. sed & si quis.

[e] Aliquem. Iure fideicommis. vt in princip. huius legis. & dic vt ibi, hactenus erunt obligati, quatenus peruenerit. Accursius.

[f] Peto. Hæc & similia verba sunt apta fideicommissis: vt Institu. de singu. re. per fideicommis. re. §. fi.

[g] Admittenda sunt. Id est, bene valet fideicommissum. Accursius.

[h] Vtile. Scilicet fideicommissum: vt supra, ead. l. in princi.

[i] Idem erit. Et emolumenti, vt s. eod. l. quia poterat. & l. nã quod §. qui compulsus. Accursius.

[k] Accipiendum. Id est, vt valeat fideicommiss. nec locum habet Trebell. nisi de hæreditate tota: vel quota parte rogantis sit rogatus aliquis: vt supra, eod. l. nam quod. §. penult. & l. cogi. §. generaliter.

[l] Deficiat cõditio. Hoc idem dicitur. j. eo. l. hæredibus. §. 1. & s. de lega. 2. l. cum pater. §. volo. & l. Lucius. §. fi.

[m] Colliberto. Dominus manumisit Stichum & Pamphilũ filium Stichi, & Sticho instituto liberto rogauit restituere Titio, si decesserit sine liberis. nã Pamphilus excludit Titium. constat enim Pamphilum esse naturalem Stichi, vt hic: & s. de legat. 2. l. Lucius. in fi. & insti. de ser. cor. in prin.

[n] Ex volũtate. Quæ primo inspicitur, & regionis consuetudo: vt s. de cõd. & demõ. l. in cond. secundo dignitas, & cõditio, sit nobilis, vel nõ. nã in magnatibus naturalis fortè non excludit substitutũ. alij contra, & tũc naturalis excludit pro quibus est s. de relig. l. at si quis. §. æquũ. sed hoc videtur corrigi quod dicit Papinianus §. proxim. & quod dicitur s. de le. 2. l. Lucius. in fi. & l. cum pater. §. volo. & dic quod nõ: quia ibi hoc patitur voluntas defuncti, & conditio eius, & etiã rogati. Item sufficit vnum, licet pluraliter dixerit, liberis: vt s. de cõdit. & demõ. l. pater Seuerinam. §. 1. dũmodo viuat post mortẽ testatoris: vt j. e. §. si quis autem. nec curo sit hæres vel non: vt s. de le. 1. l. filius. §. cũ quis. Itẽ & si hæc cõditio nõ exprimatur à testatore, subintelligitur tamen si institutus aliquis de descẽdẽtibus: secus si extraneus, & secus si descendẽs purè rogatur non facta dilatione: vt C. de inst. & subst. l. generaliter. §. fi. & de fideicõ. l. cũ acutissimi. Sed tunc quæritur, an naturalis excludit substitutũ? Et d cũt quidã quod non. vt d. l. generaliter. in fi. ibi, sine iusta sobole &c. & ita est aliud qñ a testatore exprimitur: & aliud quãdo à lege intelligitur. Vel dic vt nota. d. l. generaliter. in fi. Itẽ nunquid legitimatus excludit substitutũ? Resp. non, vt s. de cond. & demon

[*] P. F. lib. viij.

[†] Adde ad hoc l. Lucius. §. Damę. s. de leg. 2. vbi est tex. & melius l. l. cũ pater. § volo. & ibi Bar. e. ti. vbi filij naturales, ẽt l ser nitute cõceptu, filiorũ appellatione veniunt. cõcor. gl. in cl. 1. & ibi Car. q. ix. de bap. & in ca. 2. & ibi Gemi. de hæret. lib. 6.

[g] Placet Bart. Ale. & Vinc.

[a] Imò in hoc casu non sunt directa, cũ regrãt ministerium alterius: secũdũ Bar. in l. centurio. in v. q. prin. in pe. col. s. de vulgar. & est de mẽte Ale. hic.

[a] Non posse. Cum effectu. nam non potest ei auferre liberam[a] testamenti factionẽ. argumen. C. de sacro san. eccle. l. 1. & s. pro soc. l. si fratres. §. idem respondit & C. de pac. l. pactum. 1.

[b] Per hoc. Et sic verba directa trahuntur ad fideicommissaria[a]. vt j. eo. l. Scæuola. & l qui filium. in princi. & s. de codicil. l. illud. §. tractari. & de leg. 1. l. filiusfamilias. §. vt hæredem. & de le. 2. Imperator. §. pen. Hug.

[c] Sua. Scilicet rogantis non vltra. imò etiam quartam retinet, licet sit prohibitus, vt d. §. vt hæredem. & d. l. Imperator. §. penul. nam non potest plus grauari, quàm sit honoratus: vt Institu. de singu. re. per fideicommis. re. §. 2. & d. l. Imperator. in princip. & infra, proxi. §. nõ tantum. Hug.

[d] Institutus. Non tamen cogitur adire, & restituere per Trebellia. vt infra, eod. l. ita. §. Trebel. secus si rogatus erat a Titio institutus. quia habet locum Trebel.

mini: rogauerat quædam mulier filium suum,[a] vt si sine liberis decessisset, restitueret hæreditatem [a] patri suo, is[b] postea deportatus in insulam, liberos susceperat. quærebatur igitur, an fideicommissi cõditio defecisset? [c] Nos igit hoc dicimus, conceptos quidem ante deportationem, licet postea edantur, efficere, vt cõditio deficiat: post deportationem verò susceptos, quasi ab alio,[d] non prodesse: maximè cùm etiam bona cum sua quodammodo causa [e] fisco sint vindicanda.

Per deportationem non perditur ius eligendi fideicommissum: secus per damnationem in metallum. Bart. & Alexand.

Si quis rogatus fuerit filijs suis,[f] vel cui ex his voluerit,[g] restituere hæreditatẽ: Papinianus lib. viij. responsorũ etiã deportato ei tribuit eligendi facultatẽ, cui liber factus [h] fideicõmissum restitui velit. Sed si seruus pœnę [i] fuerit cõstitutus, nullo antè [k] cõcepto filio: iam parere cõditioni non poterit: decessisseq; sine liberis videtur. Sed cùm decedit:[l] electionẽ illam, quam Papinianus deportato dedit, [m] huic dari non oportet.

Conditio si decesseris sine liberis intelligitur superuiuentibus: & ideo si liberi ante rogatum, vel simul cum eo moriantur, non faciunt conditionem fideicommissi deficere. Bart.

Si quis [n] autem susceperit quidem filium, verùm viuus amiserit: videbitur sine liberis decessisse.[o] Sed si naufragio, vel ruina, vel aggressu, vel quo alio modo simul cum patre perierit: an conditio defecerit, videamus? Et magis non defecisse arbitror:[a] quia non est verisimile, filiũ eius[p] superuixisse. Aut igitur filius superuixit patri, & extinxit conditionem fideicommissi:[q] aut non superuixit, & extitit conditio. Cùm autem quis antè, & quis postea decesserit, non apparet: extitisse conditionem fideicommissi magis dicendum est.

Conditio si sine hærede decesseris, intelligitur, id est, sine liberis. Bart. & Alexand.

Si quis ita fideicommissum reliquerit, Fidei tuæ fili committo, [a] vt si sine hærede [r] moriaris, restituas Seio hæreditatem. videri eum de liberis sensisse, diuus Pius rescripsit, & ideo eùm quidam sine liberis decederet, auunculum ab intestato bonorum possessorem habens, extitisse conditionem fideicom-

mon. l. fideicommissum. & de le. 2. l. si ita quis. §. is cui. Sed sunt arg. contra quæ dicunt, nihil referre, quid fiat ex æquipollentibus, vt C. de insti. & subst. l. si mater.

[a] Suum. Emancipatum. alias statim patri quæritur secũdum hæc iura. vel dic etiam si est in potestate: vt C. de inoffi. test. l. filius matrem. & infra, eo. l. Imperator. hodie non interest: vt C. de bonis quæ libe. l. cum oportet. & l. finali. Hugo.

[b] Is. Scilicet filius. Accursius.

[c] Defecisset. Sed cur hoc, cum de eorum commodo non tractetur, sed fisci: vt supra, de sta. ho. l. qui in vtero. sed dic, quod habetur pro nato: vt alij scilicet fisco prosit. sic infra, de pœn. l. prægnantis, & supra, de sta. homi. l. Imperator. & ita nec ipsi habent, nec patrem habere permittunt. sic C. de nat. lib. l. licet. & supra, de iniu. testa. l. 1. & ĩ. ad Tertyl. l. 2. §. obijcitur, & l. æquissimum. §. 1. Et not. quòd quidam notãt hic, quòd deportatus non habetur [1] pro mortuo: quia statim pater admitteretur. sed certè imo habetur pro mortuo: vt ĩ. de bon. pos. contra tab. l. 1. §. penul. sed hoc ideo contingit, quia filij ante concepti habentur pro natis. & secũdum hoc sunt argu. contra. supra, de lega. 2. l. cum pater. §. hæreditatem. & ĩ. de verbo. obligatio. l. ex ea. §. insulam. vbi non habetur pro mortuo.

[d] Ab alio. Est enim alteratus, argu. infra, de soln. l. qui res. §. aream.

[e] Cum sua causa. l. cum onere fideicommissi. s. si post deportationem concipiantur, vt s. ad Syl. l. cũ fisco. & s. eo. l. Marcellus. §. fin.

[f] Filijs suis. s. rogati, vt ĩ. prox. ibi, sed si seruus. Accur.

[g] Voluerit. Qui etiã indignũ digno poterit præferre, secus si dixisset testator, quẽ dignũ putaueris. & no. quod si fuerit in mora eligendi, omnibus defertur petitio fideicõmissi, vt s. de leg. 2. l. cum quidã, & l. vnũ. §. rogo.

[h] Liber factus. Melius dixisset, liber existens. nam deportatus ciuitatem solam amittit, non libertatem: & sic ea, quæ sunt iuris ciuilis amittit non naturalis, vt ĩ. de pœ. l. quidam, & supra, de capit. di. l. eas. & l. legatũ, & supra, de pact. l. si vnus. §. pactus ne peteret. hæc autem electio quæ datur, consistit in facto: vt hic, & supra, de lega. 2. l. cum pater. § hæreditatem.

[i] Seruus pœnæ. Vt damnatus in metallum: vt Instit. qbus modis ius pat. pot. sol. §. serui autem.

[k] Nullo ante. Subaudi maximè. nam & in antea conceptis, vel natis amittit electionem: vt infra, proxi. sed cum decedit &c. licet per se amittatur: vt argu. supra, px. §. nisi enim subaudias maximè, contradiceret infra, proxi. & non esset differentia inter seruum pœnæ factum, & deportatum: quod hic facere vult. Accursius.

[l] Sed cum decesserit. Id est, decedere dicitur, quod est cum seruus pœnæ fit.

[m] Dedit. In antea natis vel conceptis: sed postea cõceptis, nec deportatus, nec seruus pœnæ factus potest eligere.

[n] Si quis. Institutus rogatusq; restituere, si sine liberis decesserit.

[o] Decessisse. Quia non durauit, vt s. de in rem ver. l. si pro patre. §. versum. sic & infra, eod. l. hæredibus. in princi. & C. de lib. prętε. l. 1. & supra, de iniusto testa. l. posthumus. ar. contra. insti. de exhære. lib. in princip. & C. de instit. & substi. l. antepenul.

[p] Filium eius. Scilicet impuberem. sed secus in filio pubere, qui vt fortior præsumitur superuixisse:[2] vt supra, de rebus dub. l. qui duos. § fin. & l. cum pubere, & l. seq. & sic nõ obstat illa. l. q duos. §. cum in bello. & facit supra, de pact. do. l. inter socerum. in princip. nam ibi de infante dicit. sic & masculus fortior, quam fœmina intelligitur: vt d. l. qui duos. §. si maritus. & primo natus intelligitur masculus: vt supra, de reb. dub. l. si fuerit. §. fin. & facit ĩ. eo. l. cum qui.

[q] Fideicõmissi. Ne pereant. sic s. eo. l. cogi. §. nec ignoro. arg. contra s. de lega. 2. l. Titio. §. Lucius probari tamen potest hic contra, vt d. l. qui duos. in fi. Accur.

[r] Sine hærede. Aliàs est si sine hærede, & aliaa si alieno

[a] In P. Fl. fratri suo.

[1] Deportat[9] an pro mortuo habeatur. de deportato & banito an & quõ dicatur mortuus, vide ad longũ per Spec. in titu. de proc. §. 2. in prin. & hodie sũt similes, vt no. glo. in §. relegati insti. quib[9] modis ius patr. po. so. Eat. ro. in l. il-licitas. § q vniuersas. ĩ. de offi. præsi.

[a] In P. Fl. quia non est verũ.

[a] In P. Fl. vt si alieno hærede &c.

[2] Sic not. dicẽdũ in natiuitate geminorũ, quod masculus dicat: qñ simul, nascunt, pri[9] natus, quã fœmina. l. si fuerit. §. plane. & ibi Bar. ĩ. de reb. dub.

missi rescripsit.

Fructus percepti non veniunt in restitutionem fideicommis. nisi de eis quis fuerit specialiter gravatus, vel nisi hæres fuerit in mora constitutus: computantur tamen regulariter in quartam Trebellianicam. Alexand.

Idem libro xv. ad Sabinum. XVIII.

IN fideicōmissariam hæreditatis a restitutionē constat fructus nō venire: nisi mora facta sit: aut cùm quis specialiter fuerit rogatus & fructus restituere. Planè fructus in quartā imputantur vt est rescriptū. Quoties quis rogatur hę reditatem restituere, id videtur rogatus reddere, quod fuit hæreditatis. Fructus autem non hæreditati, sed ipsis rebus acceptò feruntur. b Si legatum c sit hæredi d relictum, & rogatus sit portionem hæreditatis e restituere: id solùm non debere eum restituere, quod à cohærede accepit. cæterùm quod à semetipso ei relictum est, in fideicommissum cadit: f & id diuus Marcus decreuit.

Fideicommissum ita relictum filiofa ut ad eum perueniat: videtur dilatum in tempus existentiæ sui iuris. Bart & Alex.

* P.Fl. in fideicommissaria hæreditatis restitutione.

no hærede, scilicet existente &c. id est, extraneo. sic C. de lib. præt. l. 3. qualis est quilibet præter liberos, sed prima verior, & hæc est ratio præsumptionis: quia raro occurrit quod quis decedat sine hærede, cum saltem fiscus sit hæres: vt C. vnde vir & vxor l. 1. Et est secundum hoc argumentum, quod si cōcedo feudū, vel precariū tibi, & tuis hæredibus, quod de filijs vi deatur intellectum, alias duraret sine fine. pro hoc quod hæredes ponantur pro liberis, facit supra, de vsufruc. accre. l. si quis Titio. secundū vostr lecturam. Sed quid si reliquit liberos, sed non sunt hæredes, vel quia nolunt, vel quia non possunt, putà iustè exhæredati? Respō. deficit cōditio: sicut si expresse dixisset, si decedat sine liberis: vt s. de leg. 1. l. filiusfamilias. §. cum quis erit. Accur.

IN fideicommissariam. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum per fideicom. vt hæreditatem meam restitueret Seio sub conditione, pone si nauis ex Asia venerit, & decessi. postea extitit conditio post quinque annos pone. nunquid tenetur Titius restituere Seio fructus quos percepit medio tempore? Et dicitur quod non. & est ratio, quia fructus accepto feruntur rebus hæreditarijs, & non hæreditati. Titius autem videtur à me rogatus restituere illud, quod est hæreditaria: vt infra in §. quoties &c. dictos tamen fructus imputabit sibi Titius in quartam Trebellianicam. hoc tamen quòd non teneatur restituere fructus, fallit in duobus casibus, puta quando est in mora hæreditatis restituendæ, & quando specialiter rogaui eum de fructibus fideicōmissario restituendis, & h. d. vsq; ad §. si legatum, Si legatum. Ad euidentiam huius §. not. quod hæredi à semetipso legari nō potest, sed à cohærede sic. vnde si instituo mihi duos hæredes, puta Titium, & Seium, & vni prælego fundum, puta Titio: Titius debet habere dimidiam fundi iure legati à cohærede suo, & aliam dimidiam iure hæreditario: quia (vt dixi) iure legati illam dimidiam non potest à se accipere: vt supra, de leg. 1. l. legatum est. §. 1. Pone ergo, quod dictum Titium rogaui, vt suam partem hæreditatis restitueret Caio, & decessi. certè de sua parte hæreditatis non est dubium, quin debeat eam restituere dicto Caio. Sed nunquid debet ei restituere dictum prælegatum totum? Et dicitur ꝙ non, imò illam tantum partem prælegati, quam cepit iure hæreditario, partem autem quam accepit à cohærede suo iure prælegati, non restituet. non enim debet teneri restituere nisi illud, quod habet iure hæreditario. Viuia.

a In fideicōmissariā hæreditatis. Dic ꝙ fructus quandoq; percipiuntur à rogato restituere hæreditatem iudicio testatoris: vt quando sub conditione, vel ex die rogatus est: vt infra eod. l. mulier. § alia causa, & l. ex asse. & hoc casu computat sibi in quartam, & nihil restituit: vt dictis ll. & hic 2. respon. § planè, sed fallit hoc quo ad quid: vt infra e. l. mulier. §. pe. quandoq; negligentia fideicōmissarij: & tunc nec imputantur in quartam, nec restituit quidē aliquid: vt infra e. l. mulier. §. si hæres 1. respon. quandoq; mora non soluentis, & tunc sibi computat in quartam, & superfluos restituit: vt hac l. 2. respon. & supra, ad le. Falc. l. Paulus respon. § si. & l. quod de bonis. §. quod autē. Idem si expresse præcepit eos restitui: vt hac l. 3. respon. vel etiam tacitè: vt quando gratia fideicom. distulit: vt supra, de leg. 2. l. si ita. § Pegasus. Item quod dixi primo, & tertio casu fructus cōputari in quartam, fallit in liberis primi gradus: vt C. eo. l. iubemus, nec obst. s. de inoffi. test. l. Papinianus. §. si conditioni. nam dicas vt no d. l. iubemus. Item videtur, ꝙ etiam alij liberi non computent, vt nepos: vt supra, ad legem Falc. l. quod de bonis. § quod autē. Sed dic ideo ibi non computat, quia eos cōpensat cum debito, quod ei debuerat auus. si autē aliquid supra id habet, computaret: & hoc de Treb. quarta. in quarta verò iure naturæ nō computantur fructus: vt C. de inoffi. testa. l. scimus. §. repletionem, nec obst. d. l. Papinianus. §. si conditioni, vt ibi not. & d. l. scimus. In quarta debita iure institutionis computat hæres fructus, qui erant in satione tempore mortis testatoris: vt supra ad leg. Falc. l. in lege Falc. placuit. postea sati non: vt supra ad legem Falc l. in ratione. in princ. & l. in quantitate. In princi. & Instit. ad leg. Falc. §. quantitas. vbi autem percepit hæres fructus prædij legati etiam post aditam hæreditatem, quandoq; computat sibi in Falcid. iure institutionis: vt supra, ad leg. Falcid. l. quod de bonis. §. fructus, & tunc fortè poterit adhiberi eadem distinctio, quæ facta est in Trebell. scilicet sit in mora aut vnus, vel alter, vel nullus: vt d. § fructus, & in eodem, titu. l. Paulus respon. § 1. & 2. Et not generale de qualibet quarta, quòd vbi hæres debet habere quartam, habet etiam quartæ fructus ex die mortis testatoris, & primo de hac infra eo. l. mulier. §. si hæres, de debita iure institutionis habetur supra, ad leg. Falcid. quod de bonis. § fructus, de alia iure naturæ habes supra, de inoffi. testa. l Papinianus. §. si cōditioni, & facit supra, de vsur. l. quis, & infra eo. l. postulante. §. sed in huiusmodi, & supra de leg. 1. l si quis bonorum.

b Accepto feruntur. Et sic fructus non veniunt in restitutione, nisi hæres fuerit in mora, vel nisi expressè, vel tacitè fuit rogatus de eis restituendis: vt in prin. huius l. not. Itē in alio casu: vt j. e. l. ita tamen. §. ex asse. & s. de vsur. l. 3. §. cum Pollidius, & infra e. l. Balista, vel nisi percepti fuerint ante aditā hæreditatē, vt j. e. l. postulante. §. sed & in huiusmodi, & l. deducta. § pen. & l. ita. §. si seruum, & facit s. de condi. & demonst. l. qui hæredi. §. 1. & j. eo. l. hæredes mei. in prin. Hug.

c Si legatum. Id est, prælegatum. Accur.

d Hæredi. Scilicet vni ex duobus, vt subiicit.

e Hæreditatis. Idem si dixerit hæreditariam: vt no. supra eo. l. Marcellus. §. quidam Hug.

f In fideicōmissum cadit. Vtpotè cum iure hæreditario capiat: vt s. de lega. 1. l. legatum. §. 1. & facit j. eo. l. deducta. §. nummis, & supra, de lega. 2. l. cū pater. in prin. & ad leg. Falcid. l. id autem quod, & l. in quartam. Sed

contra

Paulus libro iij. ad Sabinum. XIX.

VBi purè fideicommissum datũ est,[a] si adiectũ sit, Rogo, des filio tuo, faciasq;, vt ad eum perueniat: rescriptũ est, videri in id tempus dari, quo capere possit, id est, sui iuris fiat.[b]

Rogatus partiri hæreditatem cum alio, videtur rogatus partem restituere. Bart.

Te rogo Luci Titi, hæreditatẽ meam cum Titio partiaris.[c] Ex senatusconsulto Trebelliano in eum, cui restituta est hæreditas, actiones competere, Aristo ait: quia pro hoc accipiendũ sit,[d] Rogo hæreditatẽ illam restituas. Nec verba spectantur senatusconsulti † sed sententia [e] quibuscunq; verbis, dum testator senserit, vt hęreditas sua restituatur. Qui in distrahendis cõseruãdisve rebus hæreditarijs sumptus factus est,[f] imputari hæredi[g] debet.

Relictum in tempus liberorum verificatur, si fideicommissarius uxore prægnante decesserit. Alexand.

Vlpianus lib. xix. ad Sabinum. XX.

SEd &[h] si ad tẽpus liberorũ fuerit legatũ relictũ, & is[i] vxore prægnãte decesserit: ad hęredẽ suũ trãsferet legatũ.[k]

Hæres qui per errorem facti totum fideicommissario restituit, condicendo, vel possessiones adhuc vacantes occupando, seu debitoribus ne soluant denuntiando, recuperat. Alexand.

Pomponius libr. xxij. ad Sabinum. XXI.

HAeres cùm debuerat quartam retinere, totam hæreditatẽ restituit: nec cauit stipula-

---

contra videtur. C. fami. ercis. l. filium. vbi retinet. & sic restituit portionem hæreditatis, quam habet iure hęreditario. sed satis videtur restituere, si sibi in quartã computat. Itẽ videtur contra s. de vsur. l. in fideicõmissi. §. cum Pollidius. vbi retinet fundum, quem iure hæreditario habebit. sed ibi expresse voluit eum retinere. Vel ibi magis vt custos, quàm vt hæres: & ideo cætera omnia restituit cum fructibus etiã non retenta aliqua quarta. Accursius.

VBi purè. CASVS. Institui mihi hæredem Titium: & rogaui eum, vt det filio suo hæreditatem meam, & vt ita faciat idem Titius, vt ad dictum filiũ suum perueniat dicta mea hæreditas, & decessi. certè debet differri restitutio vsque ad id tempus, quo sui iuris fiat filius, sicque capere possit pro se: nam ante non valeret restitutio, cum patri acquireret.

Te Rogo. Lucium Titium institui mihi hæredem, & ita fuit locutus in testamento: te rogo Luci Titi, vt partiaris hæreditatem meam cum Titio, & decessi. certè Lucius Titius deberet restituere primo dimidiam hæreditatis: & facta restitutione dimidiæ transeunt ea Trebelliano actiones in Titium & ratio plana est in litera.

Qui in distrahendis. Institui mihi hęredem Titiũ: & rogaui eum, quod restitueret hæreditatẽ meã Seio, cum ipse Seius habuerit liberos, & decessi. postea antequam Seius haberet liberos, dictus Titius fecit sumptũ in distrahendis quibusdam rebus hęreditarijs, quas expediebat vendere, vel in conseruandis eis ad tempus. postea Seius habuit liberos, & Titius restituit ei hæreditatem: nunquid potest ei fideicommissario imputare dictum sumptum? Et dicitur, quòd non. sed quid si ad dictum tempus reliquit dicto Seio legatum, non autẽ hæreditatem. & decessit Seius vxore prægnante: nunquid transfert ad hæredem suum petitionem legati? Et dicitur, quòd sic. conceptus enim pro iam nato est habendus. & hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

† Huc pertinet locus communis Rhetorũ de scripto, & sententia. quẽ locũ tractat Ci. lib. de Inuentio. Quintil. libr. 7. Institu. Ora.

[a] Datum est. Id est, relictum vt detur à patre instituto filio ipsius.

[b] Fiat. Quoquo modo: vt j. titu. e. l. si ita esset. nec cogitur pater emancipare. Sed quid si expresse dixit hoc testator? Resp. nec tunc cogitur: vt not. s. eo. l. cogi. §. si pater. Item contra s. eod. l. Imperator. sol. ibi dilapidat pater. Vel speciale ibi quia filius erat miles. & fortè testator. & facit C. de fideicom. l. quamuis & j. eod. l. epistola. §. fi. & s. de auro & argen. leg. l. filiam.

Partis appellatiõe dimidia continetur. Mãdos. in 33. q. 33. Reg. n. 2.

[c] Partiaris. Id est, diuidas. dando ei dimidiam: quia appellatione partis continetur dimidia: vt j. de ver. sign. l. nomen filiarum. §. portionis. Vel dic partiaris, id est, communices etiam pro indiuiso dando partem: vt j. de verb. signi. l. rectè. §. fin. Accursius.

[d] Accipiendum sit. Quasi dicat hęc duo paria sunt partiaris, vel rogo vt restituas ei dimidiam. Accur.

[e] Sed sententia. Sic C. de fideicom. l. cum virum. & s. de adimen. lega. l. 3. §. conditio. & C. de libe. præte. l. 3. Sed arg. contra s. de legat. 1. l. 4. & j. qui & à quib. l. prospexit. & s. de vsufruc. lega. l. si alij. sed dic vt no. supra, eod. l. ille à quo. §. 1.

[f] Fact' est. Ab hęrede rogato restituere.

[g] Hæredi. Id est, eidem qui fecit. Sed cõtra videtur infra, eodem l. mulier. §. sed & ipse. vbi à fideicommissario recuperat. solu. hic ad temporalem vtilitatem, & lucrabatur hæres fructus, quia iudicio testatoris erat dilata restitutio. Sed j. ad perpetuã rei vtilitatem: arg. s. de impen. in reb. do. fac. l. 3. §. nos generaliter. Vel dic hanc secundum illam. & dic hæredi, id est, fideicommissario qui in effectu hæres est: vt inst. de fideicom. hære. §. restituta. Alij dicunt, quòd quidam tertius possidens fecit sumptus, quos ab hærede agente petitione hæreditatis recuperat: vt supra, de peti. hæred. l. si quid possessor. §. sicut. sed tunc non facit ad istum titulum. Accursius.

[h] SEd & si. Male stare videtur hæc lex, tamen quia de singulari relicto dicit, de quo nihil ad ti. Item quia videtur continuari præcedentibus, quod nõ facit: sed dic ea vigore copulæ etiã cõtinuari ad casum subauditum, quasi dicat non solũ si Seio voluit hæreditatem restitui cum liberos habuerit, sed & si legatum &c.

[i] Is. Scilicet legatarius & dic vxor legatarij. Accur.

[k] Legatum. Quia ea titit conditio, & cessit dies legati: quia pro nato habetur hæres: vt & j. titu. 1. l. is cui. & s. de statu. ho. l. qui in vtero. & j. de verb. sign. l. intelligendum. Quid autem iuris sit cum quis vxori suę legat in tempus liberorum, habes s. de condi. & demon. l. solemus. & l. cum vir. & l. si vir. Hug.

HÆres. CASVS. Institui mihi hæredem Titiũ, & rogaui eum, quòd restitueret hæreditatẽ meã Seio, & decessi. Titius postea restituit dicto Seio hæreditatem: & cum deberet retinere quartam Trebellianicam, errore facti ductus non retinuit, & non fecit sibi caueri per fideicõmissariũ illa stipulatione, de qua dicitur s. si cui plus quàm per legem falcidiam licuerit legatum esse dicatur. nunquid potest repetere possessionem rerum hæreditariarum à fideicõmissario, ad hoc vt possit retinere quartã quã omiserat? Et dicitur quòd sic. Labeo autem, siue Aristo dixit quòd non, & assimilabat dictum hæredẽ illis, qui omittũt retẽtiones, quas solas habent non habentes actionẽ. sed illi repetere nõ possunt: vt s. de cõd. ind. l. si in area. in fi. ergo nec iste, sed ipse malè dixit. hic enim hæres non habet solam retentio-

retentionem, imò habet etiam exceptionem aduersus fideicommissarium agentem propter res retentas, vel occupatas. Item & potest denuntiare debitoribus hæreditarijs vt non soluant fideicommissario, antequam ipse hæres detrahat quartam suam. Viuia.

tione sibi proposita. [a] Similem eum esse Aristo ait [b] illis, qui retentiones, quas solas habent, omittunt: [c] sed posse [d] eum rerum hæreditariarum possessionem vel repetere, [e] vel nancisci: & aduersus agentē doli mali exceptione vti: posse eum & debitoribus denuntiare, ne soluerent.

Fideicommissum à matre relictum filio, & collatū in tempus mortis patris sui, in cuius potestate consistebat: debetur immediatè cùm filius qualitercunque factus sui iuris fuerit. Alexand.

[a] Proposita. Quanto plus quam per l. falcid. &c.

[b] Aristo ait. Et malè. Accur.

[c] Omittunt. De quibus est exemplum supra, de cōdi. inde. l. si in area. in fi. & infra de excep. do. l. Paulus.

[d] Sed posse. Subaudi puto corrigens. Aristonem.

[e] Repetere. Si soluit errore facti, non iuris: vt C. ad l. falcid. l. error. & supra, de iur. & fa. ign. l. reg. §. fin. & facit supra, si cui plus quàm per legem falci. l. 1. §. hæc stipulatio. & supra, de cōdict. indeb. l. si quis cum à fideicommissario. & l qui exceptione. §. si pars. & Institu. de fideicom. hære. §. sed quia stipulationes, & infra eo. l. cum hæreditas, & supra, de mino. l. in causæ. 2. §. Pomponius, & de leg. 1. l. omus, & l. seq. Accur.

MVlier. CASVS. Titia habēs duos filios ex Seio marito suo, scilicet Caium, & Sempronium, celebrauit diuortium cum dicto suo viro, & reliquit ei dictos duos filios, quos quidē ipse habebat in potestate: & postea nupsit Petro: & postea instituit sibi hęredem dictū Petrū secundū maritū: & rogauit eum vt restitueret hæreditatē suam dictis duobus suis liberis, quos habuerat ex Seio priore viro, scilicet vt post mortē eiusdē Seij eorum patris velit restituere ei dictorū filiorum, qui superesset tempore mortis dicti eorū patris, & postea decessit dicta Titia, & postea Seius pater dictorum Caij, & Sempronij emancipauit eos: & postea dictus Petrus eorū vitricus restituit eis hæreditatē prædictam viuo adhuc Seio eorū patre: & postea viuo adhuc eodē Seio decessit Caius vnus de dictis filijs & Seij, & testatricis: & postea decessit dictus Seius pater relicto superstite Sempronio pręedicto suo filio, nūc hic Sempronius petit à dicto Petro suo vitrico partem quam ipse Petrus restituit fratri suo Caio mortuo, dicens: tu restituisti hæreditatem mihi, & fratri meo præmaturè, scilicet ante mortē Seij patris nostri. debebas enim nobis restituere tantum post mortem patris nostri secundū verba testamenti Titiæ matris nostrę, vel illi ex nobis, qui superesset post mortem dicti nostri patris: ego sum ille, qui supersum, da mihi partē quam dedisti præmaturè fratri meo, de illa autē quā dedisti mihi, non facio tibi quæstionē, ex quo eam habui, quāuis præmaturè similiter eam habuerim. dicit ei Petrus vitricus: Ego nō solui præmaturè: imò rectè solui vobis fideicom. & ideo a me nihil petere potestis. mater enim vestra ideo dixit quod restituerem vobis post mortem vestri patris, quia nolebat, quòd pater vester haberet inde aliquod cōmodum: ideo autem non iussit mihi quòd soluerem vobis fideicō. post emancipationē factā à patre vestro de vobis, quia non credidit, quod pater vester vos emanciparet. si autem credidisset, quod pater vester vos deberet emancipare, bene iussisset mihi: vt vobis restituerem post emancipationē, etiā ante mortē patris vestri: quia (vt dixi) ea erat sua intētio, vt pater vester nullū commodum haberet ex hæreditate sua. quęritur cuius allegatio debeat præualere? Et dicitur quod illa Petri vitrici. & sic iudicauit Imperator Marcus in auditorio suo, vbi fuit similis quęstio coram eo ventilata. Non est dubitandum. Instituti mihi hæredem Titium: & Sticho,

Vlpianus lib. v. Disputatio. XXII.

MVlier, quæ duobus filijs in potestate patris [f] relictis, alij nupserat, posteriorem maritum hæredē instituit, eumque rogauit liberis suis post mortē patris eorum hæreditatē suam restituere, vel ei, qui eorū superesset, eisdem emancipatis à patre suo vitricus restituisse hæreditatem dicebatur, mox alter ex filijs viuo patre decessisse. Quærebatur, an is, qui supererat ex filijs,

& Pamphilo seruis meis dedi libertatē directā, vel fideicōmissariam: & rogaui eundē Titium vt restitueret hæreditatē meā dictis seruis, & postea decessi. postea Titius non vult adire, & restituere eidē Sticho, & Pamphilo hæreditatem, nunquid possunt eū cogere coram prætore? Et dicitur quod sic, & est ratio in litera plana. Si hæres. Institui mihi hæredem Titium: & rogaui eum, vt restitueret hæreditatē meā Seio, non apposita die, vel cōditione: & decessi. postea negligentia dicti Seij post multum tempus restituit ei Titius hæreditatem, certè bene potest detrahere quartam. Sed nunquid in dictam quartam computabuntur ei Titio fructus, quos percepit ex hæreditate medio tempore? Et dicitur quod non: nec eos Seio restituet, imò lucrabitur. secus autē si iudicio mei testatoris percepit Titius dictos fructus: quia tunc ipsos non restituit, cōputat tamen sibi in quartam, & in fructus quartæ: puta, si rogaui eum, vt restitueret post diē, vel conditionem. Sed nunquid tenetur restituere res, quæ interim perierint? Et dicitur quod non, nisi fuisset in lata culpa, & de hoc ponit duo exempla. Partus autem ancillarum hæreditariarū, & partuum partus extantes tenetur restituere Seio fideicōmissario: quia non cōputantē in dictis fructibus. Quid si fecit dictus hæres sumptum ad perpetuā vtilitatē rerum hæreditariarū? certè detrahet, cum restituet. Itē quid si pręscriptione temporis ędes hæreditariæ sunt alij interim acquisitæ sine culpa dicti hæredis? certè nihil propter hoc debet præstare fideicōmissario. Cum proponeretē. Institui mihi hæredē filiam meā Titiā: & rogaui eam, vt restitueret hæreditatem meam Seio, si ipsa sine liberis decederet, & decessi. postea ipsa nupsit Sempronio, & dedit ei centum in dotem de dicta hæreditate, & postea ipsa eadē decedens sine liberis instituit sibi hæredē maritū suū prædictū, nunc Seius petit ab eo fideicom. & maritus hæres vult ei soluere detracta tamen inde dicta dote, nunquid potest detrahere dotem? Et dicitur quod sic, perinde ac si rogata à me fuisset de restituendo dicto Seio illud, quod superfuisset de hæreditate mea detracta dicta dote. Sed quid si dicta mea filia tātos fructus ex dicta mea hæreditate perceperit, vt ex eis possit dictæ doti satisfieri? certè dos videbitur esse de fructibus data, & integrū fideicom. præstabitur: detracta tamen quarta Trebellianica. Vt Trebelliano. Institui mihi hæredem Titiū, & legaui Seio dimidiā hæreditatis meæ, & rogaui eundē Seium, vt dictam dimidiā restitueret Caio, & decessi. certè si Seius accipiat dictum legatū, tenetur illud dare Caio: non tamen ex Trebelliano, & ideo non poterit detrahere quartā. ad hoc enim, vt habeat locum Trebellianum, non sufficit quem rogatum esse restituere, sed quasi hæredē rogatum esse oportet. in nostro autem casu non fuit ita. & hoc dicit. Viuia.

[f] Patris. A quo diuertit. Accursius.

Præmaturè.

partem fratri ſuo reſtitutam petere poſſit, quaſi præmaturè a datam? Scæuola diuum Marcum in auditorio de huiuſmodi ſpē iudicaſſe refert. Braſidas quidam Lacedæmonius uir prætorius cum filijs ſuis ab uxore diuortio ſeparata, ſi morte b patris ſui iuris fuiſſent effecti † fideicommiſſum relictum eſſet, eos emancipauerat. c poſt emancipationem fideicommiſſum petebant. d Decreuiſſe igitur diuum Marcū refert, e fideicommiſſum eis repræſentandum, * intellecta matris uoluntate, f quæ quia non crediderat patrem eos emancipaturum, diſtulerat in mortem eius fideicommiſſum, non dilatura id in mortalitatem, ſi eum emancipaturum ſperaſſet. Secundum hæc dicebam, & in propoſita quæſtione decretum diui Marci eſſe trahendum, g & rectè fideicommiſſum utrique * ſolutum.

Seruus poteſt cogere hæredem adire, & reſtituere, ſi ab hærede libertas, & fideicommiſſaria hæreditas per teſtatorē ipſi ſeruo relicta fuerit. Alex.

Non eſt dubitandum * cogi poſſe hæredem inſtitutum adire, & reſtituere hæreditatē ſeruis h ſiue directa, ſiue fideicōmiſſaria libertas eis data fuiſſet: i cùm aſpernari hæres non deberet perſonam cogentis. habet enim hic quoque aditum: ut qui licet * nondum petere fideicommiſſariam libertatem poſſit, nec directam ſibi uindicare; propter ſpem tamen libertatis, & hæreditatis, aditum ad prætorem & per ſe habeat.

Fructus percepti negligentia non petentis, non computantur in quartam, ſecus ſi iudicio teſtatoris. Bart.

Si hæres poſt multum temporis reſtituet, cùm præſenti die k fideicommiſſum ſit: l deducta m quarta reſtituet. Fructus enim qui percepti ſunt, negligentia petentis, non iudicio defuncti percepti uidentur. n Alia cauſa eſt, ſi ſub conditione, uel in diem rogatus fuerit: tunc enim quod percipitur, ſubmouet Falcidiam, ſi tātum fuerit, quātum quarta facit, & quartæ fructus. Nam fructus qui medio tempore percepti ſunt, iudicio * teſtātis percepti uidentur. o

Hæres tenetur fideicommiſſario uniuerſali de dolo, & lata culpa tantum. Bart.

Sed enim ſi quis rogetur reſtituere hæreditatem, & uel ſerui p deceſſerint, uel aliæ res q perierint: placet, non cogi eum reddere, quod non habet: culpæ planè rationem reddere, r ſed eius quæ dolo proxima eſt. ſ & ita Neratius libro primo reſponſorum ſcribit. Sed & ſi cùm diſtrahere deberet, non fecit, lata culpa, t non leui, & rebus ſuis conſueta negligentia: u huiuſmodi rei rationem reddet. Sed & ſi ædes uſtæ ſunt; culpæ eius reddet rationem. Præterea & ſi qui partus extant, & partuum partus, x quia in fructibus hi non habentur. y † Sed & ipſe ſi

a Præmaturè. Oriebatur enim quæſtio ex uerbis teſtatricis, ſ. uel ei qui eorum. &c. Accur.
b Si morte patris. Ecce conditio fideicommiſſi.
c Emancipauerat. Braſidas pater.
d Petebant. Scilicet filij. Accur.
e Refert. Scilicet Scæuola, ſm Dyn.
f Volūtate. Sic. ſ. e. l. quidā ita, in fi. primi caſus. Accur.
g Trahēdum. Id eſt ſequēdum. ſic. ſ. e. l. apud Iulia. §. fi. Et no. non referre, quid ex æquipollentibus fiat: ut no. C de inſti tu. & ſubſti. l. 3. & ſ. tit. 1. l. ſi ita eſſet.
ADDITIO. pro qua regula uide Mandoſ. in 4. quæſt. 31. Regu. nu. 14. Fallit quando aliquid pro forma requiritur, tūc n. æquipollens non ſufficit. Idem Mando. in 37. qſt. Regu. de Annu. num. 2.
h Seruis. Hæreditarijs, ſecus in hęredis ſeruo. ut ſ. e. l. cogi. §. ſi pater. in fi. §. A.
i Fuiſſet. Ita quod ab eodem hærede libertas, & hęreditas. ſec⁹ ſi ab uno hęreditas, & ab alio libertas ſit relicta: ut ſ. e. l. ſi res §. ſeruus. niſi aliud dicatur in duobus caſibus. ſ. eo. l. apud Iulianum. §. fi. & l. cogi. §. fi. & facit. ſ. de iud. l. uix. Accur.
k Præſenti die. Id eſt purè. Accur.
l Fideicōmiſſū ſit. ſcilicet purè relictū.
m Deducta quarta. Scilicet in omnibus rebus, in quibus in quartā non computantur fructus, ut ſequitur.
n Vidētur. Et ideo nō imputāt in quartam, nec reſtituunt.
o Percepti uidētur. Merito ergo in quartā imputant: ut ſ. e. l. in fideicōmiſſariā 4. tū. & ad hoc quod iudicio defuncti percipi uideātur, facit C. de fideic. li. l. 3. ſi autem hæres eſt in mora, cōtitur computat in quartam, & ſuperfluū reſtituit: ut no. ſ. eo. l. in fideicōmiſſariā. in princ.
p Et uel ſerui. Hæreditarij. Acc.
q Res. Hæreditariæ.
r Reddere. Repete, pla cet. Acc.
ſ Proxima eſt. Scilicet latæ. illa enim eſt dolo proxima: ut & ſ. ſi men. fal. mo. di. l. 1. §. id autem. & ſ. proxi. reſpon. ſed cum uertatur cōmodum utriuſque ſcilicet hæredis quartam retinentis, & fideicommiſſarij dodrantem recipientis: uidetur etiam quod de leui teneatur: ut ſ. de le. 1. l. ſi ſeruus legatus. §. cum quis. quæ eſt contra. Solu. hic coactus adijt, & ſic nullum commodum habebat ſ. eo. l. quia poterat. Vel dic, ibi de culpa in non exigendo ab hærede, q̃ uenit: hic in male cōſeruando, quæ non uenit. Item contra ſ. de le. 2. l. cum pater. §. hęreditatem. 2. ubi nō uenit periculum etiam adminiſtrationis. ſed ſub. ibi niſi ſit lata culpa & ſic ſecundum iſtam.
ADDITIO. Tu dic quod hic loquitur in fideicom. uero, & puro, ibi autem loquitur in conditionali poſt mortē, unde tenetur etiam de leui, ſecundum Rapha. Alex. & Clau. hic.
t Culpa. i. lata. alias culpæ, ſcilicet latæ. nam de leui nō tenentur: ut dictū eſt. & facit ſ. de leg. 1. l. domos. cum tribus ſequen.
u Conſueta negligentia. ſ. magna. & ſic lata culpa, quę in ſuis toleratur, in alienis punit. ſic. ſ. ſol. matri. l. ſi conſtante. §. ſi maritus.
x Partuum partus. Sub. & eorum reddit rationem. Accur.
y Non habent. Et ideo ueniunt in reſtitutionem, quia nō ſunt fructus: ut Inſt. de re. di. §. partus. nā ſunt nati ante diem fideicom.

† Pulchrè in hūc locum Alc. lib. 3. de ue. ſi. quo loco de cōditione neceſſaria ad caſū ſimilem producenda, tractat.
* In P. F. repræſentandam, hoc eſt ante diē ſoluendam.
* Aliàs utriſque.
* Aliàs dubitatum.
* Licet, non eſt in P. F.
* P. F. ex iudicio.
† Culpæ triplicis mat etiam ſupple per Sali. in l. ſi nullam. C. de pig. action. & Bald. in l. dign⁹. C. eo. tit.
† in hunc locū Cic. li. 2. de fi. bo. & malo.

què sumptum fecit in res hæreditarias detrahet. a Quod si sine facto eius, prolixitate autẽ tempo ris ædes b usu acquisitæ sint: c æquissimum erit, nihil eum præstare, cum culpa careat. d

Filia potest res quæ subiacent restitutioni fideicommissi, in causam dotis alienare, nisi de fructibus tantum superesset, quod ad dotem sufficeret. Alex.

Cùm proponeretur quidam filiã suam heredem instituisse, & rogasse eã, ut si sine liberis decessisset, hereditatẽ Titio restitueret, e eaque dotẽ marito dedisse certe quantitatis, e mox decedes sine liberis heredẽ instituisse maritum suum: f & quereret, an dos detrahi posset? dixi, non posse dici in euersionem fideicommissi factum, quod & mulieris pudicitiæ, & patris uoto cõgruebat. g Quare † dicendum est, dotẽ decedere, h ac si quod superfuisset, i rogata esset restituere. Quòd si tantos fructus ex hæreditate mulier perceperit, ut inde posit doti satisfieri, dicendum est, potius fructibus hoc k expensum ferendum, quàm fideicommisso.

Trebelliano ita demum locus est, quando quis est rogatus ut hæres. Alex. & Bar.

Vt Trebelliano locus sit, nõ sufficit de hæreditate rogatum esse, sed quasi l heredem rogari oportet. Denique • si qua portio hereditatis fuerit legata (legari enim posse etiam portionẽ hereditatis placet nobis m) rogatusque fuerit n hanc partẽ restituere: proculdubio non fiet restitutio ex senatusconsulto: o ideoque nec quarta retinebitur. p

Portiones appositæ in institutione, uidentur repetitæ in fideicommisso: nisi ex onere iniuncto, uel expressione propriorum nominum aliud inducatur. Alex.

Vlpianus lib. xxxix. Digestorum. XXIII.

Ea, quæ dotem. CASVS. Titia cum nuberet Seio, dedit ei cētum in dotem: & in ipsa datione dotis pacta fuit cum marito, ut mortua se uxore in matrimonio, matri eius uxoris redderet pars dotis prædictæ, puta dimidia: nec eo nomine stipulatio ē interposita a matre uxoris. mortua deinde dicta uxor fecit sibi hęredes matrem & maritum: & petijt a matre ut restitueret suam partē hæreditatis Titio. procedēte tempore iudex aditus fuit de hæreditate diuidenda inter matrem & maritum prædictos, qui quidem iudex partem dictæ dotis. i. dimidiam prædictam matri adiudicauit, quasi ex utili pacto prædicto interposito inter uxorem & maritum de restituenda parte dimidia dotis matri uxoris: quamuis male adiudicauerit: quia ex filiæ pacto non debet dari matri utilis actio uel directa. nunc quærebatur, an dicta portio matri adiudicata sit præstanda per matrem Titio ex causa fideicommissi? Et dicitur quod non. quia non quasi hæres, sed quasi mater accepit mater a iudice dictam partem ex dicto pacto inutili: nec occasione hęreditatis eam habuit mater. sed ex pacto prędicto, & per errorem dicti iudicis. credo tamen, quod pars matris dictæ dotis quā ipsa capit iure hæreditario, sit per eam dicto Titio fidei commissario restituenda. Sed ludendo extra ea quæ hic notata quæro quæ fuit pars matri cohæredis, quę fuit adiudicata matri ex dicto inutili pacto? Et uidetur forte ita facienda ratio, dos fuit centum, ut dixi. & dimidiam, id est quinquaginta debebat habere mater ex dicto pacto si ualuisset. mortua ergo testatrice filia mater habuit quinquaginta de dote iure hæreditario, & maritus alia quinquaginta iure hæreditario. ex pacto autem si ualuisset, habuisset mater a se 25. & alia 25. a marito cohærede in iudicio familiæ ercisc. & ita habuisset mater septuagintaquinque tam ex pacto, quàm iure hęreditario si ualuisset pactum, & maritus sola 25. & ita etiam hic habuit per errorem iudicis qui credidit ualere pactum, illa ergo 25. quæ habuit mater a marito cohærede per errorem iudicis, non restituet Titio fideicommissario: ut dictum est. sed illud quod capit iure hæreditario ex dote restituet dicto Titio, ut & s. dixi. & ita credo, quod intelligitur hic § salua tamen semper meliori sententia. Viuia.

e Diuidenda. Iudicio famil. ercisundæ. inter matrem & maritum, quod fieri potest antequā mater restituat.

f Pro parte. Cohæredis quæ isti est adiudicata. nā de sua parte constat, quod uenit in restitutione fideicom. quia illam capit iure hæreditario.

g Adiudicauerat. Et male: quia ex pacto filiæ matri actio non datur utilis, uel directa: ut hic. & ī. de pac. do. l. inter. §. filia. sicut nec cuilibet alij per alterum nisi in casibus: ut In stit. de inuti. stip. §. si quis alij. Sed arg. contra. ī. sol. matr. l. Caius. in fi. ubi neptis agit ex pacto aui materni. Sed ibi fauor matrimonij & dotis, q non est hic. Item & sine pacto erat habitura neptis actionem, mater non.

h Hæreditatis. No. de tanquam, ut & ī. de adop. l. si pater. §. qui duos.

i Errore. Errauit ergo iudex: cum pactum non ualuit, ut dixi: & sic ex sua stultitia habet mater. sic ī. de hære. uen. l. uenditor ex. & ī. ad leg. Falcid. l. 3. Sed nunquid cohæres ut indebitum a matre repetit? Respon. nō propter authoritatē rei iudi. ut ī. man. l. si fideiussor. §. in omnibus. nisi aliquid falso scienter mater allegauit: ut ī. de iudi. l. si prætor. §. Marcellus.

Facta restitutione fideicommissi inualidi, actiones transeunt ex Trebelliano. Alexander, & Bartol.

Idem li. xj. quæst. LX.

PAtronus ex debita [k] portione hæres institutus, sextam partem [l] restituere rogatus restituit. Non transeunt ex Trebelliano actiones: [m] quoniam non fuit debitum, quod restituit: & ideo si per errorem [n] fecit, etiam repetetur.

PAtronus. CASVS. Stichus libertus Seij instituit sibi hæred. in dictum suum patronum ex portione debita ipsi patrono, puta dimidia bonorum liberti olim, uel tertia hodie. & Caium instituit sibi in superstite, & rogauit eundem patronum ut restitueret Titio nonamus sextā partē dictæ dimidiæ, uel tertiæ, in qua eum instituit, & decessit dictus libertus: & postea dictus patronus restituit dicto Titio fide com. dictam sextam partem. certe non transeunt ex Trebelliano actiones in dictum Titium, quoniam nō fuit debitum Titio quod restituit patronus dicto Titio, cum iure deberet patrono illud, in quo libertus eum instituit, etiam si eum non instituisset. & ideo si per errorem facti facit, siue restituit patronus Titio dictam sextam, etiam repetetur per eundem patronum, & hanc credo esse intētionem huius legis. Viuia.

k Patronus ex debita. olim dimidia. hodie tertia: ut no. ī. eo. l. ita tamen. §. si patronus.

l Sextam partem. s. suæ partis uel institutionis.

m Actiones. Scilicet cum effectu, uere tamē trāseunt, sed condicuntur, ut subijcit: & secundum hoc non est debitum, scilicet cum effectu. uere tamen est debitum ex uoluntate defuncti. Alij dicunt ipso iure non transire, nec ullo modo debitum, per l. ī. e. l. facta. §. si quis maiorem. Sed ibi non fuit ex uoluntate defuncti de maiori parte.

n Per errorem. s. facti, secus si iuris: ut C. ad leg. Falc. l. error. facti ī. eo. l. hæres cùm, & ī. de condi. indebi. l. si quis cum effectu.

PAulus respondit. CASVS. Titius instituit sibi hęredes Seium, & Caium, & postea dirigens sermonē ad Semproniū ita fuit locutus: Semproni te non scripsi hęredem festinās p infirmitatē meam, quæ nimis me opprimebat, tempore quo institui Seium, & Caium. & respiciens uerbis dictos institutos ita dixit, ideo ei Sempronio dari uolo tantum, quātum prouincia hæreditatis meę competeret. & decessit dictus Titius. Certè Paulus respondit, his uerbis Titij testatoris uideri quidem magis quantitatem relictā, quam portionem hæreditatis, id est, unciam. sed quāuis ita uideatur ex uis dictorum uerborum, tamen sic accipiēdum est illud, qđ dixit dictus testator ut uideatur sensisse idem testator etiā de uncia restituēda dicto Sempronio, & ita habebit unciam ex causa fideicommissi, & non illam quantitatem tantū quātum ualeret uncia: quia ita pręsumitur testatorē sensisse, licet uerba ei' aliud portarent. & hāc credo esse intētionem huius legis, salua tamē meliori sententia. licet alia super litera not. Viuianus.

Siue quota sit in fideicommisso, siue in solutione, locus est Trebelliano. Bart.

Idem libro xiiij. Responsorum. LXI.

PAulus respondit, his uerbis, Semproni,[a] te hæredem non scripsi, festinans per infirmitatem: ideoque ei[b] dari uolo tantum, quatū prouincia hæreditatis competeret. uideri quidē magis quantitatem, quàm portionem hæreditatis relictam: sed sic accipiendum, ut uideatur etiam de uncia[c] restituenda[d] sensisse.

Dos data uel promissa filiæ non cadit in fideicommissum uniuersale iniunctum filiæ. Alex.

Scæuola libro iiij. Responsorum. LXII.

A Filia petijt,[e] ut si liberis superstitibus moreretur,[f] partem eius, quod ad eam ex bonis patris peruenisset:[f] quod si sine liberis, uniuersum fratri restitueret. Quæritur, defuncta ea in matrimonio superstite filia, an hæres eius, cum parte hæreditatis, eius quoque, quod dotis nomine datū[g] erat, partē restituere debeat? Respondi, id, quod in dotem fuisset, non contineri in partem hæreditatis, quæ restituenda esset. sed & si ex promissione dotis aliquid debitum fuisset: æris alieni[h] loco habendum.

Si dilatio apponitur gratia fideicommiss. cessante causa dilationis, cessat dilatio.

Alumno certam pecuniam legauit,[i] & eam recipi a Sempronio[k] mandauit,[l] & certas usuras alumno præstari, donec ad uicesimum annum perueniret, deinde alumni fidei commisit, ut si sine liberis decederet, partem restitueret Sempronio, partem Septitiæ. Quæsitum est,

* In P.F. partē eius quæ ad eā &c. ie. hic rectē meo iudicio: ut ea eo appreter, qđ statim subiungitur, quod si sine liberis uniuersū.

a Semproni. Vocatiuū casus. Accursius.

b Ei. Scilicet Sempronio. & sic mutat personas, & dic dari uolo a meo hęrede, puta Titio. Accur.

c De uncia. Id est de quantitate quam uncia continet, ut non contradicat sibijpsi, & sic nō habet locum Trebel. ut s. eod. l. cogi. §. & generaliter. secundum Azo. Alij dicunt habere locum Trebel. & exponunt magis quantitatem, i. unciā per fideic. quàm portionem hæreditatis, scilicet institutionis. & hoc est quod subijcit. sed sic accipiēdum &c. & pro hoc quod per obliquum sit relictum, facit supra dari uolo &c. Alij dicunt quod finis. sed sic &c. corrigit quod dixerat. uideri magis &c. & sic habeat locum Trebellia. Accur.

d Restituenda. Scilicet Sempronio.

A Filia petijt. CASVS. Titius habens filium, & filiam dedit dotem pro filia marito filiæ, & postea fecit testamentū, & instituit eam sibi hæredem cū fratre suo & petijt ab ea, ut si ipsa moreretur superstitibus liberis, restitueret fratri partem eius: quod ad eam ex bonis patris peruenisset, qđ si sine liberis moreretur eadem filia, restitueret dicto fratri uniuersum, quod ad eā ex bonis patris peruenit. & decessit dictus Titius: & postea dicta eius filia defuncta est in matrimonio superstite filia ex uiro suo, & ex se: & sic debet restitui fratri pars eius, qđ peruenit ad eam ex bonis patris. nunc quæritur an hæres eius filiæ Titij testatoris debeat restituere dicto fratri etiam partem eius, quod dotis nomine datum erat per Titium patrem pro dicta sua filia cum parte hęreditatis eiusdē Titij, quam debet restituere dicto fratri? Et respon. quòd non. & idem est si dictus Titius pater non soluit adhuc totam dotem marito dictę filiæ suæ. nam illud, quod restabat soluēdum, est habendum loco æris alieni a patre debiti, & sic uidetur abesse, & sic non uenit in dictā restitutionem fratri faciendam in totum, uel in partem. & hoc credo quòd uelit dicere hęc lex usq; ad §. alumno. Viuianus.

e Petijt. Testator. Accur.

f Peruenisset. Subaudi restitueret fratri.

g Datum. A patre, & sic profectitium. Sed quid si ipsamet filia de his bonis se dotauit? Respō. idē: ut s. eo. l. mulier §. cum proponeretur. Sed quid si suam filiam? Respon. non idem: quia non est officium matris dotare filiam: ut C. de iure dotium. l. mulier. sed patris: ut C. de do. promissio. l. finali, & intra de coll. bono. l. filiam. Accursius.

Matris nō est officiū filiā dotare.

h Æris alieni. A patre debiti, & sic uideatur abesse: ut s. de negot. gest. l. si quis man. Arg. contra. supra de pecu. l. sed & si damnum. §. si. & facit supra ad leg. Falcid. l. pater. in prin.

Alumno certam. CASVS. Titius testator legauit centum cuidam suo alumno: & mandauit eam pecuniam recipi a Sempronio, i. quòd Sempronius reciperet eam ab hæredibus, & certas usuras alumno præstari per dictum Semproninm mandauit, donec ad uicesimum annum perueneirt alumnus. postea commisit fidei alumni, si sine liberis decederet idem alumnus, partem de dicta pecunia restitueret Sempronio prędicto, & partem cuidam mulieri nomine Septitiæ: & postea decessit dictus testator, & postea dictus alumnus decessit infra uicesimum annum. Quęsitum est, an dicti substituti. s. Sempronius, & Septitia possint statim petere fideicom. prædictum, an uero debeant sustinere in id tempus, quo alumnus impleret uicesimum annum si uiueret? Et respon. posse statim petere dictos substitutos dictum fideicommissum. Viuia.

i Legauit. s. purè. sed solutio fuit dilata gratia alumni.

k A Sempronio. Et sic est minister Sempronius, sicq; petitionem non habet, cum nullum emolumētum sit habiturus alioqui dabo ei petitionem: ut j. eo. l. Lucius §. Mæuia. & ibi not. Hug.

l Mandauit. s. ut Sempronius accipiat ab hærede, & det usuras alumno.

Desuncto.

defuncto[a] alumno intra annum uicesimum, an substituti fideicomissum petere possint?[b] an verò in id tẽpus sustinere, quo si uiueret alumnus, uicesimũ annum impleret? Respondi secundum ea, quæ proponerentur, posse.[c]

Per restitutionem uerbalem transeunt omnia iura in fideicommissarium Bar.

Caius libro secundo fideicom. LXIII.

FActa[d] in fideicommissarium restitutione,[e] statim omnes res in bonis[f] fiunt eius, cui restituta est hæreditas, & si nondum earũ nactus fuerit possessionem.[g]

Si fideicommissum deducatur in stipulationem, & restituatur transeunt actiones per Trebellianum, secus si litis æstimatio sit soluta. Bar.

Si is, qui[h] hæreditatẽ sibi reddi ab hærede stipulatus sit, eiq; ex stipulatu agenti restituta fuerit hæreditas: constat nihilominus transferri[i] actiones. hoc ita est, si is, cum quo actum est, restituat hæreditatẽ. Si verò ob id, qđ non restituerit, hæreditatis æstimatione condemnatus fuerit: remanent actiones hæreditariæ apud eũ, qui condemnatus sit: actor[k] autem quantitatẽ[l] consequitur.

Sententia, uel renunciatio post restitutionem procedens fideicommissario non præiudicat. Bar.

Si hæres[l] scriptus restituerit hæreditatem, & postea de hæreditate controuersiam passus, uictus sit,[m] aut litẽ cesserit: durare[n] actiones constitit in fideicommissarium semel translatas.

Pro eo quod indebitè restituitur, respectu quotæ non transeunt actiones, secus si respectu rei certa. Bar.

Si quis maiorem partem restituerit, quàm rogatus est: in eam partem, quæ excedit non transfe-

a Defuncto. s. sine liberis.

b Possunt. Scilicet statim.

c Posse. s. statim petere substitutos. nam noluit eos testator admitti, quandoq; decederet alumnus, siue ante xx. ann. siue post, licet alumnum uoluit habere forte ante xx. ann. & adde qđ not. s. e. l. Seius Saturninus.

Facta. CASVS. Institui mihi hæredem Titium: & rogaui eum, quod restitueret hæreditatem meam Seio & decessi. & Titius restituit hæreditatem meã Seio, ponamus solo uerbo. nam pôt fieri restitutione, uel uerbo: ut s. e. l. restitutis. in princ. certè facta in dictũ Seiũ restitutione, statim omnes res hæreditariæ fiunt in bonis einsdem Seii, cui restituta est hæreditas: quamuis dictus Seius nondum fuerit nactus possessionem earum rerũ. V.

d Facta. Demum sub. ut j. e. l. si eius. § si quia.

e Restitutione. Etsi uerbo: nã sit uerbo, vel et re: ut s. e. l. restituta. in prin.

f In bonis. Vt actio nẽ, & exceptio. habeat: ut s. de acqu. re. do. l. rẽ in bonis. habet ergo post restitutionem fideicommissi pe. hære. fideicõmissariam. Item rei uend. si defunctus fuerat dominus, ut s. de fideic. hære. pet. l. 1. & si nõ erat dominus, habet Publicianam: ut s. de pub. l. com sponsus. §. 1.

g Possessionem. Acquiritur ergo hic dominiũ sine possessione, ut in hæred. ut j. de acq. pos. cum hæredes. & aliàs: ut no. s. de rei uen. l. si ager. Sed vr qđ hodie et ante restitutionem quæratur dominium: ut C. cõmun. de leg. l. fi. §. sin autem. Sed dic ut no. supra eod. l. Marcellus §. res.

Quãdo, & quando quæratur dominiũ ex oloti. sine possessione, uide per Bar. in l. seruũ. C. de rei uen dic.

Si is, qui hæreditatẽ. CASVS. institui mihi hæredẽ Titium, & rogaui eum, qđ restitueret hæreditatem meã Seio. & decessi. Seius aũt fideicõ. stipulatus est a Titio hær. reddi sibi hæreditatẽ, quia de stipulatione faciẽda conuenit inter eos: & egit cõtra eũ ex stipulatione, & ipse restituit ei hæreditatem, nũquid in dictũ Seium fideicõ. transferunt hæreditariæ actiones? Et uĩ qđ non, quia nõ erat facta restitutio officio iudicis, per qđ officium consueuerunt fieri restitutiones: ut dixi s. e. l. si cui purè §. 1. sed erat facta ui actionis. Dr tamen hic, qđ nihilominus transferunt actiones in dictũ fideic. Sed qđ si dictus hæres non restituat ei hæreditatẽ ex ui dictæ actionis, & propter hoc fuerit ei condemnatus hæres in æstimationẽ hæreditaris. Certè remanent actiones hæreditariæ apud eũ hæredẽ, qui cõdemnatus est. fideic. autem qui est actor, cõsequitur ab hærede quantitatẽ, siue prædictam æstimationem hæreditatis. Viu.

h Si is, qui. s. fideicommissarius.

i Transferri. Cõtra videbatur, quia nõ erat facta officio iudicis sicut consueuit, sed iure actionis, sed non nocet: quia stipulatio succedit in locum officii. & sic est eiusdẽ naturæ: ut j. ut leg. no. ca. l. 1. §. si quis sub. & s. si quis cau. l. si eũ. §. qui iniuriarũ. nõ. n. refert quid qualiter fiat, dũmodo fiat: ut j. de uerbo. obl. l. cum seruus.

k Actor. Idest fideicommissarius.

l Quantitatẽ. Quæ facit emptionẽ: ut j. pro emp. l. litis. & s. de rei uen. l. eius. Accur.

Si hæres scriptus. CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ Caium: & rogauit eum, quòd restitueret hæreditatem Seio, & decessit dictus Titius testator, & Caius hæres scriptus a Titio restituit hæreditatem dicto Seio fideicõmiss. postea autem uenit Sempronius legitimus. ponamus hæres dicti Titii, & mouit cõtrouersiam dictæ hæreditatis dicto hæredi, & uicit eum, aut litem cessit sine testamenti dictus hæres, quod pro eodẽ pono. certè actiones per restitutionẽ semel translatæ in fideic. prædictum constat apud sapientes durare penes dictum fideicommissarium. Viu.

m Victus sit. Puta a legitimo hæde. Sed quõ hoc, cum nec dolo, uel culpa possidere desijt: ut s. ti. 1. l. hæc aũt. §. fi. Resp. nõ opposuit. uel si opposuit, nõ fuit auditus, & sic non nocet fideic. vt supra de euic. l. si per imprudẽtiam. vel fuit in culpa qđ restituit res sciens se conueniẽdum: ut supra de rei uen. l. si culpa, vel sponte iudicium suscepit, uel sic fuit de facto. Acc.

n Durare. Hic est cõtra, supra e. l. si patroni. §. fi. sed ibi fuit lis contest. ante resti. hic post. Alij dicunt qđ ibi de actione, quæ datur fideic. contra hæredẽ. hic ecõtra de his quæ contra eum. quod non placet. imo de utrisque hic, & ibi dicit. Item sunt arg. contra C. de euict. l. emptori. & supra de hæ. uend. l. emptori. Sed ibi proficit emptori ius quæsitum per authorem, hic non nocet, quod amisit. & facit supra de pact. l. si ubi. §. cum possessor. Accursi.

Si quis. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum, quòd restitueret Seio tertiam partẽ pone hæreditatis meæ: & decessi. & dictus Titius restituit Seio dimidiã pone, circa eam partẽ quæ excedit per copiã siue rogamen mei testatoris, nõ transferunt actiones in dictũ Seiũ. secus aũt esset, si rogassem Titium prædictum restituere hæreditatem dicto Seio, perceptis re alii

qua

runt actiones. a Sed cũ pręcepta aliqua re aut summa rogatus sit hæres restituere, & omissa retẽtione totam hæreditatẽ restituerit: rectè dicetur transferri actiones. b

Quod pendente dilatione per hæreditarium seruum acquiritur, in restitutionem non venit: sicut nec alii fructus medio testatoris percepti. Bart.

Si hæres ante restitutam hæreditatem seruũ hæreditarium hæredem ab aliquo institutum iusserit adire hæreditatem: negat Iulianus, debere hanc hæreditatem restitui: c quia de ea rogatus non esset: & hoc est fatendum. d Requirendum e tamen & illud est: num si cum incremento restituere rogatus sit hæreditatem, & hoc fuerit subsecutum, etiam eam hæreditatem restituere cogatur? Et certè cogitur: nisi euidentissimis probationibus fuerit ab hærede approbatum, cõtemplatione sui e seruum esse hæredem institutum. f

Licet fideicommissarius pecuniam, quam debet dare, tardius soluat, ad usuras non tenetur: quia nec fructus recuperat. Bar.

Rescripto diui Antonini significatur: ut si quis accepta à Titio pecunia, quæ quartam hæreditatis contineat, rogatus sit ei restituere hæreditatẽ: licet tardius detur pecunia, sine usuris eam dari debere: quia quanto tardius quisque pecuniã dat, tanto tardius ad fidei commissum peruenit, & medij temporis fructus perdit. g quamobrem si ante datam pecuniam tenuerit h hęreditatẽ: fructus, quos perceperit, restituere hęredi eũ oportet. Idem iuris est, & si quis ita hæredis fidei cõmiserit, Rogo, si Titius centum dederit, restituas ei hæreditatem meam.

Conditioni potestatiuæ, honestæ facili et transitoriæ hæres cogitur parere: si inhonesta difficilis, vel perpetua ei remittitur. Bartolus.

Si sub conditione hæres institutus sit, q̃ suspectam sibi hæreditatem esse dicit: si neque turpi-

qua, aut summa: quia si omissa retentione dictę rei, vel summæ totam hæreditatem restituerit ei, bene in eum trãsferuntur actiones. nã & si apud se retinuisset hæres illam rem, vel summam, non remanerent apud eum hæreditariæ actiones. nã actiones non sequuntur possessores singularum rerũ: vt ĩ. eod. l. 1. §. si hæres. Viui.

a Actiones. Ipso iure, sicut cum ante diem, & conditionẽ fit restitutio: vt ĩ. e. l. sed & si ante. nec enim adest defuncti volũtas. aliàs secus, quia transeunt, licet sine effectu: vt ĩ. eo. l. patronus.

b Actiones. Quia actiones nõ sequuntur possessores singularum rerum: vt ĩ. eo. l. 1. §. si hæres. & quia si retinuisset illam rem hęres, vel summã idem esset. & facit ĩ. eod. l. qui totam. Sed an quod indebitè dedit, repetit? Respo. si errauit in facto, sic. si in iure non: vt ĩ. eod. l. hæres cum. & C. ad legẽ Falcid. l. error.

Si hęres. CASVS. Sempronius instituit sibi hæredẽ Titium: & rogauit eũ vt restitueret hæreditatem suam Caio ponamus, & decessit dictus Sempronius. ante autem restitutam hæreditatẽ seruum hæreditariũ hęredẽ instituit Seius, & dictus hæres eum seruum hæreditarium hæredem à Seio institutũ iussit hæreditatem adire. nunquid hanc hæreditatẽ Seij debet Titius hæres restituere Caio. Et dicit Iulianus quòd non: quia de ea restituenda non fuit rogatus. Sed quid si dictus Titius hæres institutus à Sempronio rogatus fit à dicto Sempronio restituere hæreditatem dicto Caio cum incremento? certe cogitur dictus Titius restituere dicto Caio etiam eam hęreditatem, in qua seruus prædictus hæreditarius fuit institutus à Seio. & hoc est verum, nisi euidentissimis rationibus fuerit approbatum ab hærede, dictum seruum esse institutum hæredem contemplatione sui hęredis. Viuianus.

c Restitui. Quod verum est. Accur.

d Fatendum. Nisi hæres fuerit in mora: vt ĩ. eod. l. ita tamen. §. 1.

e Sui. hæredis.

f Institutum. Quod præsumo. si dixit seruũ Titij qui est hæres: ut C. de iure deli. l. cum aliquis, & de contrahen. stipul. l. optimam, & facit ĩ. de vulg. substitut. l. sed & si plures. § in arrogato. & ĩ. de usufru. leg. sed & si quid donetur. & quod ibi no.

c Not. ex ista gl. hic indebitũ per errorẽ solutũ repe. fallit in soluto, vel legato ex pia causa, nam tunc non repetitur: vide per glo. & Bart. in l. cũ his. §. si mulier. ĩ. de cõdi. indeb.

e In P. F. num cum incremento hæres restituere rog. sit hæredi. Si enim hoc fuer. subs. etiam eam hæred. restitue. cogitur, nisi cui, &c.

Rescripto diui. CASVS. Caius instituit sibi hæredem Seium, cum haberet in bonis ccce. pone: & rogauit eum, vt restitueret hæreditatem suam Titio, acceptis ab eodẽ Titio c. & decessit dictus Caius testator. postea Titius fidei. stetit per magnum tempus, quod nõ soluit dicto Seio hæred. dicta c. nũquid cũ postea ei ea soluit, tenet ei dare vsuras medij tpis? Et dicitur q̃ non: quia quãto tardius dictus fideicom. pecuniam dat hæred., tãto tardius ad fideic. peruenit, & medij tpis fructus perdit: & hæres eos lucratur. vnde si ante datã dictã pecuniã tenuerit aliquo casu hæreditatẽ dictus fideicommiss. oportet eum hęredi restituere fructus, quos percepit. & idem esset per omnia, si ita dixisset dictus testator hæredi suo: Rogo te hęredem, quod si Titius tibi c. dederit, restituas ei hęreditatem meam. nã licet tardius & hic detur pecunia per Titium hæredi, sine vsuris tamen eã ei dare debet. & si ante datam pecuniam tenuerit hæreditatem idẽ Titius, fructus, quos perceperit restituere eum hæredi oportet. & hoc credo, quòd intendat hic §. Viui.

g Perdit. Nam hæres lucratur, cum negligẽtia petentis pcipiantur, vt ĩ. eod. l. mulier. §. si hęres. & ad hoc C. de acti. empti. l. curabit. Est & alia ratio, quare non dat vsuras, quia non est fideicõmissarius in mora dandi pecuniam, cum non sit obligatus: vt ĩ. si quis omis. cau. testa. l. si quis sub conditione. & ĩ. de reg. iu. l. nulla mora. Accur.

h Tenuerit. Fideicommissarius aliquo casu, vel hæres restituit ante datam pecuniam ignorans debere dari. & ita videtur plus debito restituisse, & sic indebito fructus repetit: vt ĩ. eod. l. hæres cum. H.

Si sub conditione. CASVS. Sempronius instituit sibi hæredẽ Seium sub conditione non turpi, neq; difficili: puta si ascenderet Capitolium: & rogauit eundem Seium, q̃ restitueret hæreditatem Caio. & decessit dictus Sempronius testator. dictus autẽ Seius hæres dicit sibi suspectam esse hæreditatẽ, & nõ vult eã adire, nec dicto Caio restituere. certè iubendus est per prætorem parere conditioni prædictæ, & adire hæred. & ita etiã restituere Caio. Si verò instituisset hæredem dictum Seium sub conditione turpi, aut difficili, nõ debet cogi idem institutus eam explere gratia alterius, i. gratia fideicom.

tudinē vllam habet conditio, [f] nec impedimentum [a] aliquod: iubendus [b] est parere conditioni, & adire, & ita restituere. Si verò turpis, aut difficilis sit conditio: apertè iniquum est, eum cogi explere eam alterius gratia: sed remitti [c] eam ab initio visum est. Plus enim [d] tribui à prætore ei, qui fideicōmissum petit, quàm testator voluerit, absurdum est. Vtique autem testator, nisi expleta sit conditio, neq; scriptum hæredem ad hæreditatem vocauit, neque per hunc illi voluit restitui hæreditatem. Si dandæ pecuniæ conditio adscripta est hæredi: debet ei offerre [e] pecuniam is, q possit fideicōmissum, vt hæreditatem impleta conditione possit adire, & restituere. Quòd si cōditio adscripta est, & ea est, quā prętor remittit; [f] sufficit edictum, [g] vt Iulianus ait: & hactenus iubendus [h] est, vt prętorijs cōstituat actionibus vti, aut petat bonorum possessionem secundum tabulas: vt ita nactus actiones, tunc restituta hæreditate transferat eas ex senatusconsulto. Si verò nominis [i] ferendi conditio est, [k] quam prætor

* In P. Fl. nec impedimentum aliquod. alias impedimentum aliud.

deicommissarij Caij. Sed visum est sapientibus eam cōditionem remitti eidem hæredi, vt non teneatur eam implere. & ita nec teneatur restituere hæreditatem fideicommissario, & est ratio de rigore iuris in litera: quia absurdum est plus tribui à prætore ei Caio fideicommiss. qui fideicōmissum petit, quem Sempronius testator voluit. vtiq; autem testator. neq; Seium scriptum hæredem ad hæreditatem vocauit, neq; per hunc hæredem illi fideicom. voluit restitui hæreditatem, nisi expleta sit dicta conditio turpis, vel difficilis. De æquitate tamen prætoris aliud est, quia habetur pro impleta. sufficit enim hoc casu edictū prætoris, quod huiusmodi conditiones turpes remittit, & hactenus iubendus est hæres à prætore, vt constituat prætorijs actionibus vti eum hæredem. q.d. prætor cogit eum hoc casu dicere, & protestari, quod velit vti actionibus prętorijs, id est, hæreditarijs. acsi dicat quantum in se hærede est, dicat quod velit esse hæres, & tanquam impleta conditione prædicta turpi, vel difficili restituet hæreditatem fideicom. aut petat idem hæres bon. poss. secundum tab. vt sic fit hæres de iure prætorio ante impletam conditionem, cum de iure ciuili esse non possit vt nactus actiones hęreditarias tūc, id est, facta protestatione per hæredem, vel petitam bono. poss. secundum tab. transferat eas in fideicommissarium ex senatuscon. Trebel. restituta scilicet hæreditate fideicom. Sed quid si conditio est adscripta dicto hæredi in danda pecunia certa Titio ponamus? Certè debet is Caius fideicom. qui poscit, siue petit fideicom. hæreditatis, offerre dictam pecuniam ei Seio hæredi instituto, vt ipse hæres possit adire, & restituere eidem fideicom. hæreditatem completa conditione à se Seio hærede. i. data à se hærede dicta pecunia dicto Titio. Si vero dixit dictus Sempronius testator, instituo te Seium hæredē, si imponas tibi nomen meum. & id nomen meum feras, siue portes, id est, facias te vocari Sempronium. quam quidem condi. prætor exigit impleri per hæredem: rectè quidem facturus videtur hæres si eam expleuerit, & hæreditatem adierit: & eam restituerit fideicom. nihil enim mali est assumere nomen honesti hominis. Si autem dictus testator qui voluit hæredem portare nomen suum, habebat famosum, vel turpe nomen, non exigit, nec vult prætor hāc conditione impleri p hæredē. i. vt hæres teneaꝛ ferre dictū testatoris nomē famosum, vel turpe. & si ipsum famosum, vel turpe recuset hæres ferre, remittenda est ei hæredi cōditio dicti nominis ferēdi, & sunt ei dādæ de æquitate prætoris vtiles hæreditariæ actiones, ac si impleuisset cōditionē vt & supra dixi. aut bon. pos. secundū tabu. danda est ei hæredi, vt sic hæres de iure prætorio ante impletā conditionē, cum de iure ciuili esse non possit, nactus actiones hæreditarias per dictam æquitatē prætoris habētis conditionē pro impleta, vel per bonorum possess. secūdum tab. transferat eas ex senatusconsulto Trebelliano in fideicōmissarium. & hanc credo esse intentionem

huius §. vsque ad §. si eum suspecta. Viuia.

[a] Impedimentum. vt si ascenderis Capitolium, sis hæres. Et distingue, aut conditio est in dando, & tunc vt infra proxi. §. si dandæ. aut in faciendo: & tūc aut possibilis, & honesta, vt honestum nomen testatoris tibi imponere: & tunc cogitur implere, vt hic, & ī. proxi. §. ibi, si verò nominis ferendi &c. aut est difficilis, vel turpis: & tunc obtinet ī. proximo §. si verò turpis &c. & ī. proxi. §. ibi nec enim in famosis.

[b] Iubendus. Sic ī. e. l. si cui. §. fi. Et argu. ī. de cur. bo. dan. l. 1. & ante eam impletā nō potest restitutio fieri: vt ī. eodē leg. Ita tamen. §. à patre. eo saluo quod no. ī. eod. l. apud. §. Antistia. Accur.

[c] Remitti. vt non impleatur. sic ī. ti. 1. l. 5. §. 1. & infra proxi. §. quod conditio. & supra, de condi. & demō. leg. obtinuit. Accursius.

[d] Plus enim. hic vsque in finē §. potest loqui tribus modis. Primo vt dicat de conditione honesta, & facili. & sic non ad proximum, sed ad principium §. referatur, quasi dicat bene est iubendus parere conditioni, plus enim &c. Alij dicunt loqui de difficili, non turpi, vt vbi est difficilis, remittatur quo ad commodum hæredis, & non quo ad commodum fideicom. hoc modo. benedico non cogi implere difficilem: subaudi, nec restituere. plus enim &c. sed in turpi est secus, vt remittatur etiam quo ad commodum fideicommissarij: vt infra proximo §. ibi, quod si conditio &c. Tu dic loqui de turpi, & de difficili, vt remittatur, & ita non poterit adire, vt pote conditione non impleta, quam testator adimpleri voluit, licet turpem. & sic non restituere. nam fieret plus quam testator voluit, si cogeretur adire, & restituere conditione non impleta, & hoc de rigore, vt hic: sed de æquitate prætoris habetur pro impleta: & sic vel cogitur protestari quod nolit esse hæres, vel petere secundum tabulas: vt hoc facto transferat actiones ex Trebelliano vt infra proximo §. ibi: quod si conditio &c. Accursius.

[e] Offerre. Sic supra eodem, l. sed sciendum. & lege, si qui. §. finali.

[f] Remittit. Puta quia turpis, vel impossibilis: vt supra proximo. §.

[g] Edictum. Scilicet prætoris, quod huiusmodi conditiones remittit.

[h] Iubendus. A prætore, quasi dicat prætor coget eum dicere & protestari quod velit vti actio. prætorijs, id est hæreditarijs: ac si dicat, quantum in se est, dicat quod velit esse hæres, & tanquam impleta conditione restituat, vt petat secundum tabulas. Et sic not. quòd quandoque iure prætorio potest quis esse hæres, non ciuili: vt hic, & institut. quibus modis testamenta infir. §. non tamen. & infra de bonor. possess. secundum tabulas. l. 2. §. 1.

[i] Nominis. Honesti.

[k] Conditio est. Vt instituo te hæredem, si imponas tibi nomen meum, scilicet Accursij, quod est honestum

Conditio nī an hæres parere teneatur.

Accursius gloriatꝛ de noīe suo.

ftum nomen, dictum quia accerrit, & fuccurrit contra tenebras iuris ciuilis. fecus fi dixi: fi Iponas tibi nomē Vefpillo, quod eft turpe nomen: ut hic, & fupra eodem lege. fed fciendum.

a Exigit. Adimpleri.

b Nomen ferre. Etiā honeftum fecundum Hug. uel dic in honeftum. nā fi eft honeftum, uidetur cogi.

c Et remittendæ. Id eft, decernendę hæredi ifta preftatione, q̃ modo no. aut eft &c. uel dic remittēdæ. i. neceffitas reftituēdi utiles actiones remittitur hæredi. f. de rigore, aut de æquitate fecundum ta. &c.

Si cum fufpecta. CASVS. Seius inftitui: Titium hæredē: & rogauit te, ut mihi hæreditatem fuam reftitueres, & deceffit. modo dicis nunc fufpectam tibi effe dictā hæreditatem, & ideo eam non uis adire, nec mihi reftituere. unde poftulante me fideicō. iuffu prętoria adiuifti eam, & mihi eā reftituifti, nunquid ego potero detrahere Falcidiā illis legatarijs fingularibus, quibus per teftatorem a te hærede legata relicta funt? Et dī q̃ fic, fi tu hęres poteras detrahere, & quaten⁹ detrahere poteras: ego potero. fed fi a me fideicommiffario ultra legata fingularia a te hærede relicta p teftatorē alicui fideicōmiffum fingulare relictum fit per eundē teftatorem. i. fideic. & non venit in cōputationē legis Fal. fed numeratur extra eam leg. Falc. ita q̃ de eo non poffum detrahere Fal. Viu.

* Alibi mali.

† Huc pertinent quę fcribit Plato i Thea. Acis. Lampr. in Diadumeno & Alexādro Seuero. Alexā. ab Alexā. Genia. dic. lib. 2. Cęl. Rho. lib. 13. lectio. anti. c. 5. & 6.

* In P. F. permittēdæ.

† In P. F. videret. & in aliquibus codicibus fi cū fufpectam uiderea.

exigit, a rectè quidem facturus uidetur, fi eam expleuerit. Nihil. n. malè * eft, † honefti hominis nomen affumere. Nec enim in famofis, & turpibus nominibus hanc conditionē exigit prætor. Sed tamen fi recufet nomen ferre, b remittenda eft ei conditio, ut Iulianus ait & * remittendæ c utiles actiones: aut bonorū poffeffio fecundū tabulas dāda eft, vt nactus actiones, transferat eas ex fenatufconfulto.

Si hæres adiuit coactus, fideicommiffarius detrahit Falcid. de relictis ab hærede, non de relictis a fe. Bar.

Si cum fufpecta † videretur hæreditas, poftulante me, iuffu prætoris adieris, & reftitueris mihi: ita utar legis Falcidię beneficio aduerfus legatarios, d fi tu quoq; ea lege e uti poteras, & quatenus uti poteras. Nam fi q̃d prætere a me alicui p fideicommiffum relictum fit, id quafi a legatario relictum non uenit in cōputationem eius legis, fed extrinfecus numeratur.

Quatenus defalcatur a primo fideicommiffario, eatenus defalcat ipfe a fuo legatario. Bar.

Si Titius rogatus fit hæreditatem f Męuio reftituere, Mæuius Seio certam pecuniam, g & Titius quartæ retinendæ beneficio aduerfus Mæuiū ufus fuerit: Neratius fcribit, Mæuium quoq; Seio eo minus æquum fe præftare, ne ipfe de fuo damnum fentiat.

Fideicommiffarius præfertur fubftituto uulgariter. Bar.

Iulianus h ait, fi hæres * inftitutus, Titio rogat⁹ fit reftituere, qui fubftitutus eft Mæuio: & inftitutus fufpectam fibi hęreditatem effe dicat, defiderāte Titio iubendum eum adire, & reftituere.

Si inftitutus paffus eft labi tēpus agnofcendæ bonorum poffeffioni: fideicommiffario fuccurritur, ut reftituatur, & agnofcere cogatur. Bart.

* In P. F. inftitutus Titio rogatus fit reftituere, fubftitut⁹ Mæuio.

d Legatarios. Singulares. Et no. p fideic. primus non detrahit Fal. de relictis ab hērde, nifi qā hęres non detraxit, uel quia uoluit totū reddere: ut s. eod. l. 1. §. Inde Neratius. uel quia adiit fufpectā, ut hic. fed de relictis a fe nullo modo detrahit: ut in fi. huius §. & facit ī. e. l. Marcellus. §. 1. Sed arg. contra s. e. l. ex affe. in fi. Solu. ibi. Item facit s. eo. l. fi patroni. §. qui fideic. & j. proxi. §. & arg. contra ī. eo. l. fi res. Acc.

e Lega. Scilicet Falcidia.

Si Titius rogatus. CASVS. Caius inftituit fibi hæredem Titium in hæreditate fua, quæ ualebat c. pone. & rogauit eum quod dictā hæreditatē reftitue ret Mæuio. Item rogauit dictum Mæuium, q̃ reftitueret Seio certā pecuniā puta c. & deceffit dictus Caius teftator, & dictus Titius reftituit dicto Mæuio dictam hęreditatem, retinuit tamē fibi quartā eiufdē hæreditatis ex Trebelliani beneficio, nunquid idem Mæuius tm̄ dēt præftare minus dicto Seio, quantum eidem Mæuio, Titius detraxit pro quarta? Et dī q̃ fic: & eft ratio, ne ipfe Mæuius de fuo damnum fentiat. Viu.

f Hæreditatem. Quę valet centum.

g Certam pecuniam. Puta c. & fic habes ī. de condit. & demō. l. Plautius. in fin. Et videtur q̄ licet maius fit on⁹, quàm relictū, quod totum fubeat: ut j. de an. leg. l. liberto. §. 1. & s. de leg. 2. l. cum pater §. corō. quæ funt cōtra. Sol. aut imponit onus in uim conditionis ut lego, tibi fundū, fi Titio x. dederis. aut imponitur on⁹ in uim modi, ut lego tibi fundum, ut Titio x. des. Primo cafu fi minuit relictum per Falc. non pp hoc diminuitur onus: ut ī. de cond. & demonft. l. Plautius. §. 1. ibi diuerfū &c. fi alio modo diminuitur onus: ut ī. eod. l. Plautius. in prin. & §. idē. & ī. de cond. & demon. l. qui hēdi. §. fi pars. rei, Secundo cafo, aut aliunde erat onus, & tunc aut eft minus quā ei remaneat de relicto, uel tantundem: & totū adimplet: ut d. l. liberto. & l. cū pater. Aut maius, & tunc obtinet, q̄d hic dī. & d. l. Plautius. in fi. Si aūt ex eadem re erat onus relictū, eatenus minuit onus, quatenus & relictum, ut s. ad leg. Falc. l. pœnales. §. fi. & s. de leg. 2. l. fi mihi Stichus. Item no. quidam hic legatarium, & fideic. poffe, uti Falc. & fic effet contra s. ad leg. Falc. l. lex Falc. §. nōnunquā. fed certè hoc hic non dicit, fed dicitur q̃ non plus reftituit quam habet. & de hoc no. j. ad leg. Falc. l. pœnales. §. fi. & facit j. de do. cau. mor. l. ei qui. & j. eo. l. Lucius. §. hæres. Acc.

h Iulianus. Teftator inftituit primum, & fubftituit ei fecundum uulgariter. primum rogauit reftituere Titio: fecundum rogauit reftituere Mæuio, & tunc facit C. eodem l. non iuftam. ubi fideicom. ifl. primi præfertur fubftituto eiufdem primi. Alij fic ponunt: teftator inftituit Mæuium, & ei fubftituit uulgariter Titiū. Item rogauit eundem Mæuium reftituere ei Titio, qui Titius magis uult per fideicommiffum, quam per directam fubftitutionem: quia fua intereft. ad quod fupra eodem leg. feculare. §. penultimo. & fecundum primā pofitionem habeat fubftitutus Mæuio: fecundum aliam fubftituto Mæuio, & funt duo cafus. Vel dic, Mæuium inftitutum, & rogatum reftituere Titio. Item hæredi fuit uulgariter Sempronius fubftitutus, & tam inftitutus, quā fubftitutus recufanti cogitur quidē

Cafum ponit Accur. tripliciter

inftitutus

institutus.& secundum hoc habeas substituto Mæuio, & erunt ablatiui casus absoluti. Sed & substitutus posset cogi, cum intelligatur repetita a substitutis: ut C.e. l.nō iustam, & ↄ.e. l.apud. §.idem Iulianus. Alii aliter ponunt, quod non placet. Acc.

& restituere sibi Sticho. & hæc habent locum secundum verba, & sententiam legis Æliæ Sentiæ. quæ verba, & sententia in hoc côueniũt, ut nō valeat libertas i fraudem creditorum relicta, permittunt tamen quòd vnum seruum testator non soluendo existēs instituat directò, & cum libertate directa, uel fideicōmissaria etiā in fraudē creditorū ut Inst. qui ma. nō poss. in prin. & §. 1. Non autem loquit de danda hæreditate seruo per fideicō. missum ab alio hærede instituto, sed sententia eiusdem legis Aeliæ Sentiæ. trahitur, ut & libertatem habeat directò, vel per fideicōmis. etiam si non directò sit institutus seruus, sed p fideic. quātum ad effectū sit hęres, vt est in nostro casu. nā cū Titius institutus hæres, & rogatus dicto seruo hæreditatem restituere: perinde habendum est, ac si is seruus solus esset scriptus liber, & hæres: & perinde habēdum est similiter, ac si dictus Titius non esset hæres institutus, cum voluerit testator non remanere hæreditatē apud Titiū, sed seruo per eum Titium restitui. unde secundum quod altra porrigitur sententia dictæ legis, ut dictū est, uī q dictus Stichus possit facere cogi dictū Titium adire, & restituere sibi Sticho. Vir.

Si quis honorum.

CASVS. Titius habens Seium filium a se emancipatū decessit ab intestato, fecit tamen codicillos, & in eis ita dixit pone: Cōmitto fidei filii mei emācipati, qui de iure pro rio erit mihi bonorum possessor fortè, de hęreditate mea restituenda Caio. & decessit dictus Titius. is aūt filius emancipatus cum de iure prętorio posset petere bon. poss. intra centum dies: ut ↄ. de suc. edic. l. 1. §. largius. passus fuit transire diem bon. poss. agnos. & p hoc tempus quo idē filius nō agnouit bono. pos. ita Caius cui per eundem filium debebat restitui hæreditas aliqua iusta ex causa non potuit adire prætorem, & postulare, ut petita bon. pos. p dictū filiū restituatur sibi hæreditas p eūdem filium, debebit succurri ei Caio fideicō. s. vt restituat dicto filio emancipato tempus bon. poss. admittendę gratia exhibendi fideic. dictæ hæreditatis dicto Caio per dictū filium. & hanc credo esse intentionem huius §. salua meliori sententia. Vir.

Si quis [a] bonorū possessoris fidei cōmiserit de hæreditate restituēda, & is passus fuerit diem bonorum possessionis agnoscendæ transire, aut per hoc tempus, quo is cui restitui debebit hæreditas, aliqua ex causa [b] non potuit adire prætoré, & postulare ut petita bonorū possessione restituatur sibi hæreditas: succurri ei debet, idest, ut restituatur tempus bonorum possessionis admittendæ, exhibendi fideicommissi gratia.

Ad petitionem solius serui fideicommissarii cogitur institutus adire, & restituere hæreditatem, etiam quæ soluenda non erat. Bar.

Admonendi autem sumus, si is, qui soluēdo nō sit, Titio hęrede instituto seruum esse liberum iusserit, [c] & rogauerit Titium hęreditatem eidē restituere: uix esse, ut Titius hæreditaté recusans adire cogatur. nam licet desiderante seruo Titius adierit hæreditatem: non tamen potest libertas seruo cōpetere, quasi in fraudem creditorū data, licet Titius locuples [d] sit, qua de causa nec hæreditas ei restitui potest. Sed ex sententia legis [e] dicendum est, perinde habendū, ac si is seruus solus liber & hæres scriptus esset, nec Titius hæres esset.

Naturales obligationes totaliter transeunt in fideicōmissariū: ideo respectu hæredis totaliter dicitur indebitum. Bar.

Mætianus libro IIIJ. fideicom. LXIIII.

SI eius pupilli, cui sine

[a] Si quis. Pone exemplū in eo instituto, qui iure prętorio, non ciuili succedit, ut inst. quib. mo. test. infirm. §. non tamen. vel qui ab intestato succedit: ut emancipatus, uel cognatus, qui possunt rogari in codicillis: ut C. eo. l. 3. Accur.

[b] Aliqua ex causa. s. iusta, quæ restitutionē inducit: ut ↄ. quib. ex cau. ma. l. 1. per totum. & ↄ. de min. l. 1. & facit ↄ. e. l. nam quod. § 1.

Admonendi autem. CASVS. Caius non soluendo existens quantum ad creditores suos, instituit sibi hæredem Titium locupletem. & seruum suum Stichum liberum esse iussit directo, uel per fideicomm non facio uim, & rogauit dictum Titium hæredem hæreditatem eidem seruo restituere. & decessit dictus Caius testator. Titius autem hæres institutus dicit hæreditatem Caij sibi esse suspectam, & ideo recusat eam adire, nunquid dictus Stichus liber esse iussus, potest desiderare, & petere coram prætore, ut dictus Titius cogatur adire, & sibi Sticho restituere? Et vī q non: quia etiam si desiderante dicto Sticho, Titius adiret hæreditatem, tamen non potest competere libertas dicto Sticho, quasi in fraudem creditorum data: licet Titius hæres sit locuples. si non potest libertas competere Sticho, nec ergo potest ei restitui hæreditas: si non potest ei cōpetere libertas, nec restitui hæreditas: ergo nō potest petere coram prætore, vt dictus Titius cogatur adire,

[c] Iusserit. Directò. item per fideic. ut ↄ. de hęr. inst. l. si non lex. §. 1. Acc.

[d] Locuples. Ad hoc ↄ. de manum. testam. l. si quis locuples.

[e] Legis. Verba, & sñia conueniunt, ut non ualeat libertas relicta in fraudem creditorum, nisi quod unum permittit institui directò etiam in fraudem creditorum: vt Inst. qui ma. non poss. in princ. & §. 1 sed sententia trahitur etiam si per fideicom. effectus sit hæres, ut & libertatem habeat directo, uel fideicom. ut hic & dicta lege. si non lex. §. 1. & ↄ. de mili. testam. l. neq;. §. 1. & dic de his ut no. ↄ. eo. l. si res §. 1: & l. si cui. & l. mulier. §. non est. Acc.

SI eius pupilli. CASVS. Titius fecit testm̃ t & instituit sibi hrdē Seiū suū filiū, q erat pupillus. & eidē pupillo substitui: Caium, & rogauit dictū substitutū p fideic. ut hrditatē dicti pupilli mihi restitueret, & decessit dictus Titius, & pupillus extitit ei hrs, uel ēt habebat alia sua bona idem pupillus: pcedēte tpe Sēpr. mutuauit dicto pupillo sine tutoris authoritate, & sic tenebat dictus pupillus tantum naturaliter dicto Sēpr. & postea decessit pupillus: & dictus substitutus habuit hæreditatem eius, & eam mihi fideicomm. restituit ex senatuscon. Treb. certe si ego fideicom. soluam postea dicta e. dicto Sempr. creditori, non repetam ab eo, quā uis credideris pupillo sine tutoris authoritate: quia naturalis obligatio qua tenebatur pupillus, & quæ in me fideic.

fideicom. trāsiuit inhibet repetitionem. si aūt hæres id est, prædictus substitutus pupilli soluat dicto creditori post restitutionē hæreditatis mihi factam per eundem hæredem, siue substitutum, repetet à creditore, non ob aliud, siue alia ratione, quam quòd ab eo hærede, siue substituto intelligitur trāslata naturalis obligatio in me fideic. si autē econtra hæreditas eius creditoris, qui pupillo sine tutoris authoritate credidit, mihi restituta sit ex Treb. senatuscō. & soluerit pupillus mihi fideicom. non repetet à me iure cōmuni. at si hæredi dicti creditoris, qui hęres restituerat mihi hæreditatem, soluit dictus pupillus, repetet ab hærede. non repetiturus pupillus ab eodem hærede, si ante restitutionem hæreditatis mihi per hæredem factam solnisset eidem hæredi. & hāc esse intentionē credo huius l. vsque ad §. si necessarij.

Si necessarij. Institui mihi hæredē filiū meū sub conditione leuissima. puta si daret xxx. sol. Titio, & rogaui eundem filium meū, vt hæreditatē meam restitueret Caio, & Sempronio: certè cogitur dictus filius adimplere conditionem prædictam, & adire hæreditatem, & restituere eam fideicommissarijs, id est dictis Caio, & Sempronio. Viuia.

tutoris authoritate pecunia credita erat restituta [a] ex eo senatuscōsulto mihi fuerit hæreditas: si soluam creditori, non repetam. [b] At quin hęres [c] si post restitutionem [d] soluat: [e] repetet, non ob aliud, [f] quàm quod ab eo in me naturalis obligatio translata intelligitur. Et si eius [g] mihi restituta sit hæreditas, qui pupillo sine tutoris authoritate crediderit: [h] si soluerit mihi [i] pupillus, nō repetet. at si hęredi soluerit, [k] repetet: [l] non repetiturus, si ante restitutionem soluisset. [m]

Etiam necessarij hæredes coguntur parere conditioni, & adire, & restituere. Bart.

Si necessarij [n] hęredes sub conditione quauis [o] leuissima [p] hæredes sint instituti, [*] cui pareri solet: [q] dicendum est, cogi restituere [r] hæreditatē, desiderantibus ijs, quibus restituere rogati sunt; quia [*] etiam necessarij hæredes fideicōmissæ hæreditatis restituendæ gratia, conditioni parere erunt compellendi.

Hæres hæredis decedentis tamen ante restitutionem cogitur restituere: & quatenus res extant transibunt actiones. Bart.

Si quis † rogatus restituere hæreditatem decesserit antè, quàm eā restituat: hæres eius poterit [f] hæreditatē restituere; & ex Trebelliano senatuscōsulto transibunt actiones. Sed si duo ei hęredes extitissent: uti quisq; restituisset, pro ea parte transitu[rus]…

[a] Restituta. Scilicet ab eo, qui pupillo erat substitutus directò. quod fieri potuit etiam exhæredato. vt s. eo. l. ita tamen, §. a patre. Accur.

[b] Non repetam. Quia naturalis obligatio inhibet repetitionem: vt s. de condi. indeb. l. Iulianus.

[c] Hæres. Prædictus substitutus.

[d] Post restitutionem. Hæreditatis mihi factam.

[e] Soluat. Creditori.

[f] Non ob aliud. Id est, non alia ratione &c. q.d. quia ipse non tenebatur pupilli nomine: vtpote translata in me naturali obligatione. sic ergo hæres, siue substitutus, nec ciuiliter tenetur, quia nulla est: nec naturaliter, quia in me translata: vt hic, & s. eod. l. quamuis, & l. si hæredi eius. & quod dicitur s. eod. l. 1. §. 1. quòd habet hęres excep. post restitutionem, quasi adhuc remaneat obligatus, verum est, quando prima erat ciuilis, & naturalis: hic naturalis tantum.

[g] Eius. Scilicet creditoris.

[h] Crediderit. Et sic naturaliter tantum tenebatur pupillus.

[i] Mihi. Scilicet fideicom. Et no. quòd tria facit, quia aut soluit mihi fideicōmissario post restitutionē, & nō repetit iure communi, vt hic. Aut cohęredi post restitutionē, & tunc repetit iure communi condictione indebiti, cum nec naturaliter ei tenebatur. Aut hæredi ante restitutionem: & tunc non repetit iure cōmuni, vt hic subijcit. per rest. tamen in integrum repetit primo, & tertio casu: vt C. si aduer. sol. l. indebito. sed P. dixit pupillum sine restitutione repetere naturale debitū so-

lutum per hoc medium. Resp. ibi, at si hæredi, &c. sed certè ibi, vt dixi: nec naturaliter tenebatur. Sed contra P. est primum, & tertium dictum, quibus dicitur, non repeti, quod exposui. s. sine restitutione. Item pro eo. s. de condict. indeb. lege, interdum. Sed ibi per restitutionem, vt ibi not. Item potes addere distinctionē, quam habes. C. de inutili. stipulatio. l. 1.

[k] Soluerit. Post restitutionem.

[l] Repetet. Ab hærede. Accur.

[m] Soluisset. Scilicet hæredi.

[n] Necessarij. Scilicet filij, vel serui, qui possunt institui, & rogari de restituendo: vt s. eo. l. recusare. §. 1. & l. ita tamē. §. si pater.

[o] Quauis. Habeas quauis, id est, qualibet. non habeas quamuis.

[p] Leuissima. Secus si difficili: vt s. eod. l. si cui. §. fin. & l. facta. §. si sub conditione. & si est filius sub conditione potestatiua, alias non valet institutio, nisi esset exhęredatus in eius defectum: vt C. de instit. & substit. l. si pater.

[q] Cui pareri solet, scilicet etiam viuenti. vel die, magis quàm extraneo.

[r] Restituere. Impleta conditione, quam coguntur implere, vt statim subijcit. Accurs.

HÆres præcepto. CASVS. Caius instituit sibi hæredem Titium: & rogauit eum, quod restitueret hæreditatem suam Seio, præcepto à se hærede fundo Titiano, & decessit. nunc reperitur, quod dictus fundus erat alienus, & non Caij testatoris. certè hoc casu Aristo aiebat videndum esse, vtrum Caius testator voluit eum fundum omnino esse penes hæredem: an ita demum voluit esse penes hæredem, si ipsius Caij testatoris est fundus. Sed aiebat dictus Aristo sibi Aristoni superius placere. id est, sibi placere illud, quod dictum est supra, in primo membro suæ diuisionis, scilicet, quod omnino fundum habeat hæres: & ideo æstimatio huius fundi retinenda est per hæredem, cum restituit hæreditatem fideicommissario, scilicet si ante restitutionem hæreditatis est euictus dictus fundus hæredi. Viuianus.

[d] Fundo. Certè aliàs nulla est deductio: vt infra, de verb. oblig. l. in stipulatione.

[e] Sed sibi superius. Scilicet quòd omnino fundum, vel æstimationem habeat hæres: vt supra eodem, lege. 1. §. si hæres.

[f] Retinẽda. Aliàs remittenda, vbi ante restitutionem est euictus. alias restituenda, si post restitutionem euincatur. & de hoc etiam cauetur, vt s. eo. l. cum hæreditas ex fideicõmis. & l. de euictione. Sed cõtra est huic l. s. de lega. 2. l. cum pater. §. euictis. solu. hic habetur loco quartæ, saltem pro rata onerosæ, vt C. eo. l. 1. ibi est simpliciter legatũ sine onere. Et eodem modo solue aliud contra: C. de leg. l. cum alienam. vbi distinguitur sciam, vel non. Accursius.

Actiones, quæ competunt hæredi ex sua promissione, nõ transferuntur facta restitutione per Trebellianum, sed noua cessione opus est. Bart.

Mætianus libr. xiij. fideicommissorum. LXXIII.

SI hæres pecuniam hęreditariã crediderit, & in eam causam pignora acceperit: actiones nõ competent ei, cui restituta fuerit hæreditas, aduersus ipsa pignora. [g] Sed aliqua dubitatio remanebit, si in eum contractum, qui à defuncto [*] fuerit interpositus: hæres, antè quam restitueret hæreditatem, pignus acceperit. Sed nec sic quidem ipse admitteretur: [h] ex fideicom-

[*] P. Fl. qui ex defuncto.

SI hæres. CASVS. Institui mihi hæredem Titium, & rogaui eum, quod restitueret hæreditatem meam Seio: & decessi. postea dictus Titius hęres mutuauit pecuniam hæreditariam Caio, & accepit pignora in eam causam, & postea restituit hæreditatem dicto Seio fideicõmis. certè nõ competunt dicto fideicommis. actiones aduersus ipsa pignora. Sed quid si ego defunctus mutuaui dictam pecuniã Caio, & non accepi ab eo pignus, sed dictus meus hæres accepit propter hoc pignus? certè idem erit: scilicet, vt non competant dicto fideicommis. actiones aduersus dicta pignora. verumtamen habet fideicõmiss. prædictus ex fideicommisso actionem aduersus hæredem, vt ei cedat hæres actionem pro commodo dicti pignoris.

Cum ex Trebelliano. Prædium meum Titianum debebat seruitutem prædio tuo Seiano: ego autem institui te hæredem, & rogaui te, quòd restitueres hæreditatem meam Seio, & tu adijsti hæreditatem meam, & ipsa aditione fuit confusa seruitus, quam prædium meum debebat tuo. certè cum restituis hæreditatem meam fideicommis. Seio, potes ab eo petere vt iterum imponatur seruitus prædio meo, sicut erat, antequam adires hæreditatem meam. & ita nihilominus amodo valebit seruitus prædicta, quamuis hæreditatem meam adieris. & idem est econtra, si tuum prædium debebat seruitutem meo. Viuianus.

[g] Pignora. Nec aduersus debitorem personales, nec cedendæ sunt: tamen ex fideicommis. tenetur fideicommissario: vt s. eo. l. si hæres. §. 1. & hoc cũ mutuauit hæres suo nomine, aliud si nomine hæreditario, volens negotium hæreditarium gerere: quia tunc personalis, & hypothe. transit per restitutionem, cum sint hæreditariæ, vt C. per quas perso. no. acqui. l. fin. & supra, de peti. hæred. l. item veniunt. § 1.

[h] Admitteretur. Scilicet fideicõmiss. sine speciali cessione: vt subijcit. Sed contra infra, de fideius. l. hæres à debitore. in princi. vbi dicit obligationem fideiussoris accepti

accepti transire. Sol. verum est facta cessione, non ipso iure: vt hic dicit. Alij dicunt, transit vtilis, vt ibi: non directa: vt hic, Alij quod aliud in fideiussore. qui plus sequitur personalem: vt ibi, quã pignus quod patet: quandoq; remanet pignus principali sublata, vt C. de lui. pi. l. intelligere. quod in fideiussore non inuenitur. vel ideo secus in pignore, quia aliquam vtilitatem hæres potest habere, puta retentionem pro debito chirographario: vel fructus ea pacto, quos restituere non tenetur: cum ex sua astutia habeat: vt ff. ad leg. Falci. l. 3. in prin. quod in fideiussore nõ est. Vel ideo est, quia obligatio fideiussoris pendet ex bonis defuncti. nam id ab eis petit, quod debuerat reus defuncto. at pignora nec

missso tamen habet [a] aduersus hæredem actionem, vt ei cedat pro pignoris commodo actionem. Cùm ex Trebelliano senatusconsulto restituitur hæreditas: seruitutes, quas mutuò prædia hæredis, & testatoris habent, nihilominus valent. [b]

Qui iubet aliquem non facere testamentum, videtur rogare de hæreditate restituenda hæredibus venientibus ab intestato. Bartolus.

fuerant defuncto debita: nec etiam propriè possunt dici aliquid debere: quia tamen sunt accidentia, fit cessio, vt subijcit. Item contra supra, de consti. pec. l. si post. Solut. ibi per cessionem decernitur, non ipso iure. & sic intellige supra, de hær. ven. l. a. §. non solum. & l. emptori nominis. scilicet fieri per cessionem. & infra, de contra tab. l. cum emancipatus. in princ. Item contra ff. de pec. l. si tibi. §. cum possessor. vbi non proficit quod fecerat hæres: sed dic ibi malè putant, vel nõ prodest, nisi facta cessione, vt hic dicit. vel verius, ibi non erat verus hæres qui paciscebatur: hic sic. Et eodem modo respon. ã. de transac. l. Imperator. §. fi.

[a] Habet. Scilicet fideicommissarius.

[b] Valent. Extinctæ quidem sunt aditione hæreditatis, & in restitutione hæreditatis debẽt iterum imponi: vt ff. de serui. l. Papinianus. & de serui vrba. prædiu. l. si quæ ædes. in prin. & de fundo do. l. si maritus. t. resp. & §. t. & de le. t. l. si seruus Titij. & de acq. hæ. l. eum qui. §. fi.

Qvi filium. CASVS. Titius habebat filiũ Seium, & filiã Semproniã: & instituit eos sibi hæredes, & ita cauit in testamento suo de dicta sua filia mãdo tibi filiæ meæ, vt nõ facias testamẽtũ de ijs, quæ tibi reliqui, certè perinde habẽda est ea scriptura testamẽti, ac si rogasset eam restituere partem hæreditatis, in qua erat instituta, dicto suo fratri. Sabinus Antoninus. Sabinus Antoninus fecit testamentũ, & eahæredauit Antoninum filiũ suũ impuberem, & Honoratam filiã suã, & Iuliam Valerianam matrẽ prædictorũ instituit hęredẽ: & ab ea Iulia Valeriana reliquit dictæ Honoratę suę filiæ trecenta, & quasdam alias res, & voluit restituere prædictam Iuliam Valerianam dicto Antonino suo filio cum ad annum vigesimum suæ ætatis peruenisset, reliquã omnẽ hęreditatem: quod si ante xx. an. decessisset filius, præcepit restitui dictæ Honoratæ eam hæreditatem. & decessit dictus Sabinus Antoninna testator. postea dicta Iulia Valeriana mater dicti Antonini filij testatoris, & Honorata decessit intestata legitimis hæredibus sibi relictis dicto Antonino, & Honorata sua sorore, qui erant ambo sui filij, vt dictum est. & dictus Anto. accepit medietatem eorum, quæ erant in hæreditate dictæ eorum matris, & Honorata accepit aliam medietatem: & ita per consequens habuit quilibet eorum medietatem bonorũ Sabini Antonini testatoris, qui instituerat sibi hæredem dictam Iuliam Valerianam matrem prędictorum. postea dictus Antoninus filius testatoris agenaplenum nonundecimum anũ, & ingressus xx annum necdum tamen eo vigesimo anno expleto, decessit relicta hærede filia sua Fauia Valeriana: quæ fortè fuit vocat à Valeriana propter prædictam Iuliam Valerianam suam auiam, id est, matrem patris, à qua Fauia Valeriana, filia Antonini filij testatoris amita sua Honorata, quæ erat soror patris (vt dictum est) petebat fideicommissum ex testamento patris ipsius Honoratæ, id est, prædicti Sabini Antonini, scilicet dimidiam portionem hæreditatis ipsius Sabini Antonini, quam dimidiã possidebat dicta Fauia Valeriana tanquam hæres patris sui Antonini filij dicti Sabini Antonini testatoris, qui Antoninus filius testatoris habuerat dictam dimidiam portionem hæreditatis Sabini Antonini à matre sua Iulia Valeriana, quæ fuerat instituta à dicto Sabino Antonino, vt dictum est: vt quæ reliquerat hæredes ab intestato dictum Antoninum filium testatoris, & honoratam, vt dictum est: & allegabat ita pro se coram præside dicta Honorata amita Fauiæ Valerianæ: Domine, Sabinus Antoninus pater meus in suo testamento voluit restitui hæreditatem suam filio suo Antonino meo fratri, & patri quondam istius Fauiæ Valerianæ, cum ad annum vigesimum ætatis peruenisset, & præcepit restitui mihi Honoratæ eam hæreditatem: si ante vigesimum annũ decessisset dictus meus frater. dictus autem meus frater decessit nondum completo vigesimo anno. Ergo decessit ante vigesimum annum: ergo debet mihi restitui dicta hæreditas patris mei. hæc autem Fauia Valeriana filia fratris mei prædicti habet dimidiam, & ego aliam dimidiam habeo ex successione matris meæ, quæ fuit instituta à patre meo. debet ergo hæc filia fratris mei restituere mihi illam dimidiam, quam habet tanquam hæres patris sui hæredis pro dimidia matris meæ rogatæ mihi restituere hęreditatem patris mei eo modo, qui dictus est. Item allego vobis domine pręses prouincię tale argumentum pro me, video quòd septuagenarij excusantur à tutelis: & tamen diuus Marcus non excusauit eum à tutela, qui ingressus fuisset septuagesimum annum ętatis, & eum non compleuisset. ergo à simili frater meus qui decessit nõdum completo vigesimo anno, quẽ ingressus erat, videtur decessisse ante vigesimum annum: & ita vendicauit sibi locũ fideicõ. pędictum relictũ mihi à patre meo. Pręses autẽ motus pędicta allegationibus tulit sententiã cõtra dictam Fauiã Valerianam filiã Antonini filij testatoris: & ita apud eũdẽ pręsidẽ obtinuit dicta Honorata. Tutores aũt dictę Fauię Valerianę appellauerunt a dicta sententia: vel aduersus eam sentẽtiã in integrũ restitutionem petierũt: & coram Imperatore cognoscẽte de appellatione, vel de in integrum restitutione. ita allegauerũt pro dicta Fauiana Valeriana pupilla. in primis quòd ipsa pupilla erat pauper. Secundo allegauerunt constitutionem diui Adriani, in qua cõstitutione quantum ad munera municipalia iusserat idem diuus Adrianus eũ annũ, quẽ quis electus ad dicta munera ingressus esset, numerari pro impleto: vt infra, de mun. & ho. l. ad rem publicam. Tertio allegauerunt pro dicta pupilla verba testamenti dicti Sabini Antonini: quę verba fuerunt talia, vt in prin. §. dictum est, reliquam omnem hęreditatem filio Antonino eũ ad an. xx. ętatis peruenisset, volui restitui &c. q̃ verba possunt intelligi, & sonare, vt ad annũ vltimũ venerit, qui tamẽ intrauerit, sicut qui

Paulus libro ij. decretorum. LXXIIII.

Qvi filium, & filiam habebat, testamentum fecerat, & ita de filia sua cauerat, Ἐντέλλομαί σοι μὴ [a] διαθέσθαι πρὶν τέκνα σοι γενέσθαι. [1] Id est, Mando tibi non testari, donec tibi liberi sint. Pronũciauit Imperator fideicõmissum ex

[a] In P. Fl. διατίθεσθαι.

[1] Idest. De mando tibi, ne prius testamentũ facias, quã liberos habeas.

 peruenit

hac ſcriptura [a] deberi: quaſi per hoc, quod prohibuiſſet eam teſtari, petiſſet, vt fratrē ſuū hæredem faceret: ſic enim accipiendā eam ſcripturam, ac ſi hæreditatem ſuam rogaſſet eam reſtituere.

Fauore filii annus cœptus habetur pro completo. Bart.

[a] Sabinus Antoninus impuberem filium Antoninum, & filiam Honoratam relinquens, exhæredatis his, matrem eorum Iuliam Valerianam hæredem inſtituit: & ab ea [b] trecenta, & quaſdam res filij [c] reliquit: reliquam omnem hæreditatem filio Antonino, cum ad annum viceſimū ætatis perueniſſet, voluit reſtitui. quod ſi ante annum viceſimum deceſsiſſet filius: eam hæreditatem Honoratæ reſtitui præcepit. mater inteſtata deceſsit, veriſque liberis legitimis hæredibus relictis, poſtea filius annum agens plenum nonumdecimum, & ingreſſus viceſimum, necdum tamen eo expleto, deceſſit, filia hærede Paula Valeriana ſua relicta: à qua amita [c] [e] fideicommiſſum ex teſtamēto patris portionem [d] hæreditatis petebat: & apud præſidem obtinuerat. tutores Valerianæ filiæ Antonini egeſtatē eius prætendebant: [e] & recitabant diui Adriani conſtitutionem, in qua (quantum ad munera municipalia) iuſſerat eum annum, quem quis ingreſſus eſſet, pro impleto numerari; [f] † Imperator autem noſter motus & æquitate rei, [g] & verbis teſtamenti, [h] Si ad annum viceſimū ætatis, quamuis ſcire ſe diceret, à diuo Marco non excuſatum à tutela eum, qui ſeptuageſimum annum ætatis ingreſſus fuiſſet: [i] nobis [k] & legis Aeliæ Sentiæ [l] argumenta proferentibus, & alia [m] quædam, contra petitricem pronuntiauit.

Defectus cauſæ de futuro facit legatum deficere. Bart.

Scæuola libr. xviij. Digeſtorum. LXXV.

EPiſtolam [n] ad hæredem ſuum in hæc verba ſcripſit: Titius Cornelio hæredi ſuo ſalutem. A te peto Corneli, quoniam ad te deuoluta [o] eſt pars matris meæ, [p] item pars Sempronij [q] curatoris quondam mei [r] contraria fortuna, [t] per hoc totus as

[a] Scriptura. Rogo te, vt illum hæredem facias: vt ſupra eo. l. ex facto. in princip. vel illa, mando non teſtari. ſed huic legi eſt contra ſupra, de leg. 2. l. cum pater. §. mando. ſed hic præceptum, ibi conſilium: vt patet ibidem.

[b] Ab ea. Valeriana.

[c] Amita. Scilicet Honorata.

[d] Portionem. Scilicet dimidiam: nam aliam habebat etiā de voluntate matris. Accurſius.

[e] Prætendebāt. Coram principe cognoſcente ex appellatione: vel quia petebatur in integ. reſtitutio. ſic ſupra, de mi. l. æmylius. & nota. quòd hæc eſt prima ratio, paupertas: vt C. de epiſco. & clericis. lege, ſi quis ad declinandam. §. penultimo.

[f] Numerari. Vt honores pupil. gerat: vt infra, de mune ri. & hono. l. ad rem.

[g] Rei. Id eſt, paupertatis. Accur.

[h] Et verbis teſtamenti. Scilicet his, ad annum &c. quæ verba poſſunt ſonare, vt ad annum vltimum venerit, qui cum intrauerit. ſicut qui venit ad vltimum ferculum, ſtatim cum ei proponitur. & hæc eſt tertia ratio.

[i] Fuiſſet. Vt & ſ. de excuſat. tut. l. excuſantur. in prin. & accipe hic contra petitricem.

[k] Nobis. Scilicet Paulo cum noſtris ſequacibus proferentibus argumenta &c. vt & ſ. de ma. l. 1.

[l] Aeliæ Sentiæ. Vbi inceptus habetur pro impleto: vt ſ. de ma. l. 1. & no. ex argumentis cauſam decidi.

[m] Et alia. Scilicet de teſtamento: vt ſupra, de teſt. l. qua ætate. & de vſuca. l. 1. & de diuer. & temp. præ. l. in vſucapione. & quia eſt de liberis. argu. C. de his qui ante aper. tab. l. 1. & quia poſſidebat: vt infra, de reg. iur. l. fauorabiliores. §. 1. item & infra, de man. teſt. l. ſi ita, licet ibi ſit fauor libertatis. ſed cuius ſententia præualet? vtrum præſidis, vel principis? Reſpon. principis, vt maioris: & vltimi: & rationes plures reddētis. ſed pro præſide eſt C. quando dies leg. ced. l. ex his in fi. l. & ſupra; de legat. 2. l. ſi cui. & ſupra, de con di. & demonſt. l. non putabam. quæ plenè dic: vt not. ſupra, de mino. l. 3. §. minorē. Accurſius.

Peruenit ad vltimum ferculum ſtatim cum coram eo proponitur per ſcutiferos, vel famulos, vel alios. vnde Imperator prædictus ſuper hoc cognoſcens, motus prædictis allegationibus tutorum, & motus argumentis legis Æliæ Sentiæ prolatis à Paulo conditore huius legis, & ſuis ſequacibus coram eodē imperatore, dicentibus coram eo, quòd lex Ælia Sentia prohibet minorem xx. an. manumittere: vt Inſt. qui ma. nō poſ. §. eadem. dicitur tamē quod minor xx. anno. non eſt qui diem ſupremū agit anni xx. quāuis xx. ann. non compleuerit vt infra, de ma nu. l. 1. & motus dictus Imperator alijs quibuſdam prolatis à dicto Paulo: & ſuis ſequacibus, pronuntiauit contra dictam Honoratam petitricem: cuius pronuntiationi ego credo ſtandum. Viuianus.

[n] EPiſtolam. Caſum dic, quòd Titius teſtator inſtituit æqualiter ſibi hæredes matrem, & Sempronium quondam ſuū curatorem, & Cornelium: in vita Titij, deceſſit mater: itē Sempronius cōtraria fortuna eſt deportatus, & ſic habetur mortuus: vt ſ. de bon. lib. l. ſi noſtrē. §. ſi deportatus. & ſic ſperatur, quòd tantum in cauſa caduci deuoluātur partes eorum ad Cornelium: vt C. de cadu. tollen. l. 1. §. pro ſecūdo. hoc autem vidēs teſtator fecit epiſtolam, qua grauauit Corneliū, vt de portionibus matris, & Sempronij det quatuor vncias Seio, quod fieri potuit: vt C. de fideicommiſſ. l. & in epiſtola. ſi vero leat deportatus per in integ. reſtit. & ſic adeat hæreditatem; quod fieri poteſt: vt C. de ſenten paſ. l. 2. nō tenetur ad duas vncias, vtpote non rogatus ſed Cornelius tenetur ad alias duas. Alij ponunt quod tantum duo, ſcilicet mater, & curator fuerunt inſtituti: ſed Cornelius ſubſtitutus, propter finem, vbi dicit pro rata portione &c. quaſi dicat tantum portionem matris habeat, & nihil iure ſuo, ſcilicet habeat. Accur.

[o] Deuoluta. Aliàs deuoluenda.

[p] Matris meæ. Quæ erat quarta pars.

[q] Sempronij. Quæ erat altera quarta pars.

[r] Fortuna. Vt quia eſt deportatus.

[a] In P. Fl. Sabin[a] ap tatum Fabinus Ha Ioan. ſcripſit Faui[a].

[a] P. Fl. filiæ.

[a] In P. Fl. fideicommiſſum & ex teſtamento &c.

[x] Argumentis quandoq; cauſa deciditur.

[t] Vltima opi. in dubio tenenda eſt. Mā do. in 1. q. 11. Regu. Cācel. name. 1 r.

† Ad hūc locū ſpectat dictū Spurinæ auguris, cuius meminit Suetonius in Cæſare.

Caſus poſitio ſecūdū Accu. vſque ad §. mulier.

[a] In P. Fl. contraria fortuna u ſi, & per hoc &c.

a Vti reddas Et hic accipe peto, quod est supra.
b Hæreditatem. Id est, duas vncias de hæreditate.
c Pro rata, scilicet ad duas vncias. nam æquales erant partes. & facit ff. de hære. inst. l. 6. Accur.
d Maternarum. Id est, duas vncias.

se fideicommissi, id est, vt impubere mortuo in pupillari ætate, frater impuberis prædictus, qui ab intestato eidem impuberi successit, ex eo quod dicta pupillaris substitutio directa in codicillis facta non valuit, obligetur ex fideicommisso dictis substitutis ad restituendam eis hæreditatem. & sic cum trahatur ad fideicommissum, possit dictus frater detrahere quartam. sumus enim in eo tractatu, vbi detrahitur quarta de fideicommissis vniuersalibus.

meus apud te esse speratur, vti reddas, [a] restituas Caio Seio vncias quatuor. Quęsitum est cum Sempronius in integrum restitutus sit ab Imperatore, à quo [*] fuerat deportatus, & adierit hęreditatem eius, qui rogauerat: an is quoque rogatus sit, vt ex sua portione restituat hęreditatem? [b] Respondi, Sempronium quidem non proponi rogatum: Cornelium autem hæredem debere pro rata [c] portione maternarum [d] defuncti rerum restitutionem Seio facere.

In dubio quando quis rogatur restituere ei, à quo accepit; est intelligendum post mortem suam. Bartolus.

Mulier hæredis [e] instituti fidei commisit, vt retenta parte quarta, reliquam partem restitueret nurui [f] quondam [†] suæ, cuius [g] fidei commisit in hæc verba: Rogo te, vt id, quod ad te ex bonis meis peruenerit, faciasperuenire ad filium tuum. Quęsitum est, quando hoc fideicommissum restituere debeat? vtrumne post mortem suam, an [*] antea? Respondi nunc, [h] ad tempus quo nurus moreretur, [i] fideicommissum aptandum esse.

Substitutio directa, facta in codicillis, trahitur ad fideicommissariam, etiam si sint fratres in medio. Bartolus.

Idem libro xix. Digestorum. LXXVI.

Scæuola [‡] respondit, Si pater filium suum impuberem ex asse scripserit heredem, eique codicillis substituerit, [k] deinde filius impubes decesserit: licet substitutio inutilis [l] sit, quia codicillis hęreditas neque dari, neque adimi potest: [m] tamen benigna interpretatione placet, [*] vt frater, qui ab intestato pupillo successit, substitutis fideicommisso oblige tur. [n] Quòd si inuicem fuerunt substituti: [o] &

Mulier. CASVS. Titia habebat filiũ Seium, & Seius habebat Caiam vxorem, quæ erat nurus dictæ Titiæ: ex isto autem Seio, & Caia natus fuit Sempronius. decessit dictus Seius: postea Titia fecit testamentum, & instituit sibi hæredem dictum Sempronium natum ex Seio mortuo, & Caia viua: & eius Sempronij fidei commisit, vt retenta quarta parte hæreditatis eiusdem Titiæ testatricis, reliquam partẽ restitueret nurui quondam suæ testatricis, id est, dictæ Caiæ nurus fidei commisit in hęc verba: rogo te nurum meam quondam, vt id quod peruenerit ad te ex bonis meis, facias peruenire ad filium tuũ Sempronium. & decessit dicta Titia testatrix. quæsitum est quando hoc fideicommissum restituere debeat nurus filio suo Sempronio: vtrũne post mortem suam nurus: an verò ante etiam? & respondet quòd post mortem: & non ante. Viuianus.

e Hæredis. Id est, neptis, quem ex filio præmortuo habebat.
f Nurui, Id est, matri hæredis instituti. Azo.
g Cuius. Scilicet nurus.
h Nunc. Id est, in hoc casu.
i Moreretur. Sic ff. de le. 3. l. si legatarius. in fin. Sed contra ff. eo. l. vbi purè. in prin. Sol. ibi fideicom. erat in potestate rogati, hic non: quia fœmina est rogata. Itẽ contra ff. de condi. & demon. l. 1. vbi dicit, quod purè debetur, nisi sit dies vel cond. Sed dic quod hic est conditio tacite à iure præsumpta ex voluntate defuncti. Accur.

Scæuola. CASVS. Martinus filiũ suũ Caium impuberẽ ex asse scripsit hæredem in testamento suo, & alium suum filium puberem Petrum exhæredauit penes: & postea fecit codicillos, & in eis ita dixit: si Caius filius impubes mihi hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, substituo ei Titiũ, & Mæuiũ, & Seiũ. & ita in codicillis directò, & pupillariter substituit prædictos dicto impuberi, & decessit dictus Martinus. postea dictus impubes decessit in pupillari ætate. nunquid dicti substituti hæreditatẽ nancisci possunt? Et videbatur quod non, ea ratione, quia codicillis hæreditas neq; dari, neq; adimi potest directò. De benignitate tamẽ dicendũ est, vt si non valebat iure directo, valebat tamen iure fideicommissi, id est, vt impubere mortuo in pupillari ætate... Sed pone, quòd dictus Titius, & Mæuius & Seius, qui in codicillis erant substituti impuberi pupillariter, & directò fuerunt inuicem substituti in eisdem codicillis per dictum Martinum, & sic inter eos fuit facta breuiloqua substitutio, sicque fuit directa vulgaris: quæ potest fieri in codicillis: quia codicillis hæreditas neque dari, neque adimi potest directò, vt dictum est. & pone quòd dictus impubes decessit in pupillari ætate: & licet cum non valuerit substitutio ei pupillariter, & directò in codicillis facta, frater eius successerit ei ab intestato, & teneatur idem frater impuberis restituere per fideicommissum hæreditatẽ dictis substitutis, vt dictum est. certè placet valere dictã breuiloquam substitutionem substitutorum etiam in fideicommisso prædicto, quod dictus frater impuberis debet dictis substitutis, vt dictum est: vnde vno de dictis substitutis mortuo, duo substituti, qui supersunt, totũ, siue totam hæreditatem, ita quòd non detrahitur pars substituti mortui, accipiunt ex causa fideicommissi de manu dicti fratris pupilli, qui impuberi ab intestato successerat eo modo, qui dictus est: detracta tamẽ quarta: vt supra dixi. Viuianus.

k Substituerit. Directò pupillariter: vt infra patet.
l Inutilis. Quia directò facta.
m Adimi pot. Vt C. de codi. l. 2. & Insti. de cod. §. pen.
n Obligetur. Patet hic, quòd fuit pupillaris directa, & trahitur ad fideicommiss. sic ff. de cond. insti. l. penul. in fi. & C. de imp. & ali. subst. l. 2. & l. quamuis. & l. precibus. in fi. & de testa. l. hac consultissima. §. pe. & ff. de leg. 1. l. cum quis decedens § Seia. & de cod. l. illud § 2. & sic detrahetur quarta: vt ff. de codi. l. 2. §. fi. Item hoc quod trahitur ad fideicom. est verum, si nullo tempore potuit valere iure directò, aliàs non trahitur, nisi in milite: vt supra, de pup. substi. l. centurio.
o Substituti. Scilicet illi, qui pupillo erant substituti: & fuit breuiloqua: vt ff. de pup. subst. l. Lucius. & sic directa

* P. Fl. ab Imperatore, quo fuerat deportatus, & adierit hæreditatem, an is quoq; rogatus sit &c.

† Nurui quondã. i. olim nurui, & sic remouet qualitatem inde psen ti prout latè p. Mandol. in Gl. Facul. §. fi. nè, in ver. quondã.

Responsum hoc eleganter ac copiose explicat, Viglius in commentar. ad tit. de vulga. substi. circa prin. li. 2. insti.

* In P. Fl. an iã nũc? Respondi ad tẽpus &c.

‡ Facit ad hac l. gl. ff. e. t. super. ver. absq; deductione, ante fi. ibi, li autem. de testa. lib. 6.

* In P. Fl. mater, q.

recta vulgaris, quæ non potest fieri in codicillis, sed trahitur ad fideicommissum: vt subijcit.

a Accipiunt, scilicet, ex causa fideicom. de manu fratris pupilli: vt ĩ. eo. l. Lucius. § pater. & ĩ. de suis & legi. hær. l. si ex pluribus. & hoc detracta quarta, vt dixi. & facit supra, de vulga. subst. l. si mater ita. in prin.

in fideicõmisso substitutionẽ valere: vnoq; eorũ mortuo, qui supersunt, totum accipiunt. a

Conditio de educandis liberis non requirit liberos mortis tempore superfore. Bart.

Idem libro xx. Digestorum. LXXVII.

HÆredibus institutis filijs vtriusq; sexus, singulos rogauit, vt qui sine liberis decederet partẽ suã hæreditatis sorori, fratrive restitueret: aut (si frater, sororve non esset,) matri suæ: & hæc verba adiecit, Vosq; liberi charissimi, hoc fideicõmisso teneri inuicẽ volo, donec liberos binos educaueritis. b Quæsitum est, si quis ex liberis duos filios procreauerit, quãuis superstites nõ reliquerit: an hæredes eius fideicommissum debeant? Respondit secundum ea, quæ proponerentur, videri fideicommissi onere liberatos.

Verba, si decesserit sine liberis, debent intelligi de iis, quos rogatus habere potest. Bart.

Titius nepotes ex filia, c & furiosam filiam suam hæredes instituit: & fideicõmisit filiæ, d vt si sine liberis e decessisset, pars ei data perueniret ad cohæredes. eam furiosam ipse Titius in matrimonio f collocauit: & enixa est filia post mortem patris. Quæsitũ est, defuncta furiosa, superstite ex huiusmodi coniunctione parta filia: an fideicommissum ad cohæredes pertineret? Respondit: cùm filiam reliquisse proponeretur, fideicommissum nõ deberi. Claudius. Nam & si matrimonium cum furiosa non fuit: satis tamen factum est huiusmodi conditioni. g

Possunt aliqui grauari de bonis inuicem communicandis. Bartolus.

Idem libr. xxj. Digestorum. LXXVIII.

LVcius Titius intestato moriturus, cum haberet vxorem, & ex ea filiam emancipatam, codicillis hæc verba inseruit: Pertinent autem hi codicilli ad vxorem & filiam. itaq; rogo, quicquid aut ego relique-

HÆredib. CASVS. Titius instituit sibi hæredes filium suum Seium, & filiam suam Semproniam, & rogauit dictum Seium: vt si sine liberis decederet, partem suã hæreditatis sorori suæ Semproniæ restitueret, aut si soror non superesset, restitueret Bertæ, suæ matri. Item rogauit eandem Semproniam, vt si ipsa sine liberis decederet, partem suam hæreditatis fratri restitueret: aut si frater non superesset, restitueret dictæ suæ matri. & hæc verba adiecit postea dictus Titius: vosq; liberi charissimi hoc fideicommisso inuicem volo teneri, donec binos liberos educaueritis. & postea decessit dictus Titius testator. Quæsitum est, si quis ex filijs duos liberos procreauerit, quamuis superstites eos post mortem suam non reliquerit: an hæredes sui fideicommissum prædictum debeant? & resp. q nõ debẽt.

Titius. Titius instituit sibi hæredes nepotes ex filia sua præmortua, & aliam filiam furiosam: & fideicommisit filiæ furiosæ cõmisit, vt si sine liberis decessisset, pars ei furiosæ data perueniret ad dictos suos cohæredes, postea ipse Titius collocauit Seio in matrimonio eã furiosam de facto, licet nõ de iure, quia furiosa non potest cõtrahere matrimonium, vt ŝ. de ri. nup. l. oratione. §. si. & enixa est dicta furiosa filia post mortẽ dicti Titij sui patris: & postea decessit dicta furiosa superstite filia nata ex huiusmodi cõiunctione: q̃sitũ est, an fideic. prædictũ pertineret ad dictos cohæredes furiosæ? & respõ. q non. & est ratio. q̃a licet dictũ matrimoniũ nõ tenuerit de iure, ex quo matrimonio nata est dicta filia furiosæ, tamen satisfactũ est huiusmodi conditioni appositæ per Titiũ patrẽ furiosæ circa fideicõ. cohæredibus furiosæ præstandum, id est, satisfactum est voluntati eiusdẽ Titij: qui apposuit dictã cõditionem. voluit enim quòd hæredes non haberẽt fideicom. si furiosa cum liberis decederet, ex eo quòd dixit quòd pars furiosæ data veniret ad cohæredes si sine liberis decessisset furio. a. Viuia.

b Educaueritis. Per hoc apparet voluntas defuncti. vnde alia est supra eo. l. ex facto. §. si quis autem susceperit, cum suis concor.

c Filia. Præmortua. aliàs non bene conueniret, quod subijcit, vt si sine liberis &c. Accur.

d Filiæ. Furiosæ.

e Sine liberis. Imò etiam, & si cum liberis decederet, non esset facienda restitutio: quia dum fuit in furore, hæres non fuit, vt C. de cur. fur. l. fin. §. sin autẽ. nisi dicas speciale: quia filia. arg. in ea. l. §. t.

f In matrimonio. De facto. Non de iure, vt supra, de ijs, qui sunt sui vel alie. iur. l. patre. & ĩ. dicit.

g Cõditioni. Hoc ideo, q filia quò ad matrem est vt legitima, licet sit naturalis: nisi sit mater illustris: vt C. ad Orfic. l. si qua illustris. & Institu. ad Orfi. §. nouissimè. & Institut. de suc. cog. Itẽ quia pater taliter copulauit: per quod videtur voluisse filiam ex tali coniunctione natam extinguere fideicom. Item quia aliter hæc furiosa non potuit habere maritum, vnde parcitur ei, si habuerit, qualiter potuit, vt infra, de verbor. significa. l. quæ ter aliquis. Sed si quis instituat masculum filium, & substituat, si sine liberis decedat vel etiã hoc non exprimat, si sine liberis: & ipse decedat filio tantum naturali superstite, quid iuris sit? plenè no. in vtroque casu supra, eo. l. ex facto. §. si quis rogatus. & C. de insti. & substitu. l. generaliter. in fi. & facit ŝ. de pup. subst. l. ex facto quæritur. in princ. & C. de impu. & ali. substi. l. humanitatis.

Pro veritate hui° glo. videa du s Abb. in c. l pñ̃tia col. 1. de proba.

In P. Fl. & familiã aptatã, & filiam.

LVcius Titius. CASVS. Lucius Titius intestatus moriens, siue moriturus, cum haberet vxorẽ, & ex ea filiam à se emancipatã, fecit codicillos, & in eis hæc verba inseruit. Pertinent hi codicilli ad vxorem, & filiam. itaq; rogo quicquid ego reliquero: aut vos ipsæ habetis, cõmune vobis sit, quod si ego non rogarem, vos pro vestra pietate faceretis, id est, facere deberetis. & decessit dictus Lucius Titius. & filia accepit bono poss. vnde liberi eiusdem Lucij Titij intestati mortui. quæsitum est, an aliqua pars hæreditatis eius debeatur matri à filia ex causa fideicommissi? & Respon. q debetur. & ego subaudio dimidia. si tamen vxor parata sit conferre bona sua in cõmune. & habemus hanc legem quasi de verbo ad verbum supra, de leg. 2. l. fi. §. Lucius. vnde non

nón erat necesse, quòd hic scriberem casum cū ibi scripserim satis competenter. scripsi tamen & hic. superfluum enim non credo vitiare in hac parte. Viuia.

a Habetis. Nam cum erat emancipata filia, etiam iure cæteri aliquid habere poterat.

b Bonorum possessionem. Vnde libe. vt C. qui admit. ad bonorum possessionem l. emancipata.

c Deberi. Dimidiā: vt supra, de lega. 2. l. fi. §. Lucius.

Mæuia duos. CASVS. Mæuia fecit testamentum, & instituit sibi hæredes duos suos filios, & intentio eius, quod in eodem testamento cauit, est talia, vt mihi videtur. fidei autem hæredum meorum committo, vti omnis substantia mea sit pro deposito, siue pro custodia sine vsuris apud Caium Seium, & Lucium Titium quos dedissem curatores substantiæ meæ, si licuisset, siue licitum de iure fuisset, remotis alijs tutoribus, vel curatoribus datis à patre, & vt hi Caius Seius, & Lucius Titius restituant nepotibus meis natis ex alio filio meo præmortuo: vt quisque eorum nepotum ad annos xxv. peruenerit pro portione scilicet rata, siue numero personarum: vel si vnus scilicet tantum ex dictis meis nepotibus peruenerit ad xxv. annos. vt quia alij prædecesserint: ei, qui solus peruenerit ad xxv. ann. omnem substantiam meam restituant Caius Seius, & Lucius Titius, & decessit dicta Mæuia. quæsitum est postea, an fideicommissum debeat præstari à dictis hæredibus prædictis Lucio Titio, & Caio Seio? & respond. quod dicti Lucius Titius, & Caius Seius non possunt petere ab hæredibus dictum fideicommiss. commissarij enim, siue executores testamentorum, non habent actionem contra hæredes in hoc casu, & hanc credo esse intentionem huius §. licet plura verba posuerim, quàm sint in text. ad euidentiorem intellectum. Viuianus.

ro, aut vos ipsæ habeatis,[a] commune vobis sit. quod si non ego rogarem, vos pro vestra pietate faceretis, filia intestati patris bonorum possessionē[b] accepit: quæsitum est, an aliqua pars hæreditatis Lucij Titij ex causa fideicommissi à filia matri debeatur? Respondi secundum ea, quæ proponerentur deberi:[c] si etiam vxor parata sit in commune bona sua conferre.

Nudi executores testamentorum de iis, quæ non sunt ad pias causas, contra hæredem actionem non habent. Bart.

Mæuia duos filios hæredes reliquerat: & eodem testamento ita cauit, fidei autem hæredum meorum committo, vt omnis substantia mea sit pro deposito[d] sine vsuris apud Caium Seium, & Lucium Titium: quos etiam (si licuisset[e]) curatores substantiæ meæ dedissem, remotis alijs,[f] vt hi restituant nepotibus[g] meis, prout quisque eorum ad annos xxv. peruenerit,[h] pro portione:[i] vel si vnus.[k] ei oēm.[l] Quæsitū est, an fideicōmissum præstari à scriptis hæredibus Lucio[m] Titio, & Caio Seio[n] debeat? Respondi secundum ea, quę proponerentur, Lucium Titiū, itē Caium Seium fideicommissum petere non posse.[o]

Portio, in qua est institutus seruus per fideicommissum manumissus, ei debetur iure directo, non per fideicōmissum. Item quod iure fideicommissi percipitur, venit in fideicommisso per generalia verba relicta. Bart.

Curator quib. personis & rebus, & ad qd dcē vide in Spe. de actore. §i. de curato. §. 2. & quarto. & an dcē ad merum factum Bal. in l. fin. §. finaūt. C. de ho. quę liber.

d Pro deposito. Id est, in custodia. Accursius.

e Si licuisset. De iure. nam testamento curator non datur: vt insti. de cur. §. 1. & not. substantiæ: quia datur substantiæ: vt supra, de tute. l. muto. §. fi.

f Alijs. A patre datis tutoribus, vel curatoribus, & quandoque in hoc magis sequēda est voluntas matris: vt C. si contra ma. voluntatem tu. detur l. 1.

g Nepotibus. Natis ex alio filio forte præmortuo.

h Peruenerit. Qualiter hoc intelligas: dic vt no. supra eo. l. qui filium §. Sabinus.

i Pro portione. Scilicet tantum pro rata, id est, pro virili.

k Vel si vnus. Scilicet tantum peruenerit ad xxv. ann. quia alij prædecesserunt.

l Omnem. Aliàs omne, scilicet patrimoniū, aliàs omnem, scilicet substantiam.

m Lucio. Depositario.

n Seio. Domino Stichi.

o Non posse. Hic no. quòd commissarij, seu executores testamentorum non habent actionem contra hæredes, cum sint vt ministri: vt hic, & supra, de ali. leg. l. filio. §. matri suæ, nisi relictum sit ad pias causas: vt C. de epis. & cle. l. nulli. & supra, de ali. leg. l. alio hærede, secus si ipse est aliquid cōmodi habiturus: quia tunc non est simplex minister: vt supra, de lega. 3. l. si legatarius, & facit s. de leg. 3. l. si quis Titio. & l. codicillis. in princi. & de lega. 3. l. pater. §. Tuscianus.

Tres hæredes. CASVS. Titius faciens testamentum, tres hæredes scripsit, scilicet Mæuiū fratrem suum ex dodrante, siue ex nouem vncijs hæreditatis suæ. Seium verò scripsit hæredem ex sextante, siue ex duabus vncijs. Stichum antē seruum eiusdem Seij, eundemq; filium naturalem prædicti Mæuij ex vncia scripsit hæredem, & fidei dicti Seij commisit, vti dictum Stichum manumitteret. nam commissionem fecit in hæc verba. à te peto Sei, vti Stichum manumittas: dedi vnde faceres. & postea fecit codicillos dicta Titia, & in eis ita cauit, vnciam, ex qua feci Stichū hæredem: si quam Seius controuersiam mouerit, ad Mæuium fratrem meum reuerti volo. tu frater secundum fidem, & pietatem tuam quicquid ad te peruenerit ex hæreditate mea, Sticho filio tuo restituas, quod vt facias, fidei tuæ committo. Et postea decessit dicta Titia, & prædictus Seius sponte adiuit hęreditatē eius pro ea parte, quę tangebat eum: & propter hoc quòd sponte adiuit, manumisit Stichum compulsus de hoc à prętore, nunc quęritur, an vnciam hęreditatis Titię, ex qua Stichus prædictus ab ea Titia institutus fuit, eidē Sticho manumisso restituere debeat dictus Seius? & dico, quòd non: quia non fuit rogatus per Titiam ei Sticho restituere per verba testamenti, vel codicillorū supradictorum, sed quamuis non teneatur Seius Sticho restituere dictam vnciam, quia de hoc non fuit rogatus: tamen si faciat idem Seius de hac vncia controuersiam, quo minus eam habeat Stichus, dictus Mæuius eandem vnciam consequi potest à Seio ex causa fideicommissi: ita quòd non remanebit Seio, nam dixit dicta Titia in codicillis, vnciam, ex qua feci Stichum hæredem, si quam Seius controuersiā mouerit ad Mæuiū fratrem meum reuerti volo, vt supra vidisti. Sed nunquid dictus Mæuius consecutus dictam vnciam prædicto modo, debet restituere dicto Sticho hanc solam vnciam, an verò dodrantē, ex quo ipse Mæuius institutus fuit? Et respon. de omni eo restituēdo dicto Sticho, quod ad Mæuium quoquo modo peruenit testatricem sensisse.

sensisse. nam vt ã. vidisti, dixit in codicillis dicta testatrix loquendo dicto Mæuio. frater secundum fidem, & pietatẽ tuam quicquid ad te peruenerit ex hæreditate mea, Sticho filio tuo restitues, quod vt facias fidei tuæ cõmitto. debet ergo Mæuius restituere Sticho dictam vnciam, & dictum dodrantem. Viuia.

Tres heredes scripsit:[a] Mæuium fratrem suum ex dodrante,[b] Seium ex sextante:[c] Stichum eiusdem Seij seruum, filium autem naturalem Mæuij, ex vncia: & fidei cõmisit Seij, vt Stichũ manumitteret, in hæc verba: A te peto Sei, vti tu Stichum manumittas. dedi vnde faceres.[d] sed & codicillis ita cauit, Vnciam, ex qua feci Stichum hæredem, si quam Seius controuersiam mouerit,[e] ad Mæuium[f] fratrẽ meum reuerti volo. tu frater secundum fidem, & pietatem tuam, quicquid ad te peruenerit ex hereditate mea, Sticho filio tuo restitues: quod vt facias, fidei tuæ cõmitto. Quæsitum est, cùm Seius adierit hereditatem, & propter hoc cõpulsus[g] Stichum manumiserit, an vnciam hæreditatis, ex qua Stichus heres est institutus, Sticho manumisso restituere debeat?[h] Respondit, non proponi, Seium rogatũ vnciam ei restituere.[i] Idẽ quæsijt, an si aliquam controuersiam Seius de vncia hac, ex qua Stichus institutus est, facere velit, & Mæuius vnciam ex causa fideicommissi à Seio fuerit consecutus: vtrum hanc solam vnciam, ex qua Stichus institutus est, an verò & dodrantem, ex quo ipse Mæuius institutus est, eidem Sticho restituere debeat? Respõdi, de omni[k] restituẽdo, quod ad Mæuium quoquo modo peruenit, testatricem sensisse.

a Scripsit. Quædam mulier.

b Dodrante. Id est, ix. vncija.

c Sextante. Id est, duabus: vt Institu. de hære. institu. §. hæreditas.

d Facere. Id est, facere posses.[t]

e Mouerit. De illa vncia: vt infra patet. & dic de iure vel de facto: in iudicio vel extra. sic C. de euic. l. si post. & infra, rẽ rat. habe. l. amplius non peti. in princip. argum. contra C. de transa. l. si quis maior. & dicitur quis mouere controuersiam etiam resistendo: vt C. de test. l. 2. & supra, de procu. l. non solum. §. si statu. & C. de euic. l. si cõtrouersia. Accur.

f Ad Mæuium. Patrem naturalem Stichi. Accur.

g Cõpulsus. Sed spõte adiuit: ad quod per seruum cogi nõ poterat. sũ quia suus seruus, vt supra eod. l. cogi. §. si à seruo. & quia ab alio habet commodum hæreditatis ab alio libertatis: vt supra eodem, l. si res. §. 1.

h Debeat. Scilicet, Seius.

i Et restituere. Sed eo manumisso ipse est hæres iure directo.

k De omni. Quid ergo si monacho reliqui, vt abbas non faciat ei quæstionẽ, alias relinquo extraneo: competit extraneo petitio, si abbas eum molestet: per hanc l. licet quidam contra.

t Sic intepretamur. non habebunt. i. habere non poterunt, & habeat, id est, habere põt. & in emphiteo-sim denf, id est, dari possint. Mãdos. in Gl. Facul. §. Et pro priũ, I ver. habeat.

Pater puerum. CASVS. Tit⁹ instituit sibi hæredes puerum, & puellam suos filios, & eos inuicem substituit: & si neuter eorum hæres esset, ei plures substituit ex disparibus partibus, & dictos substitutos hæredes inuicem substituit his verbis: substitutos hæredes inuicem substituo, & commisit fidei eorundem suorum filiorum, vt qui eorum superesset altero præmortuo, & moreretur sine liberis intra tricesimum annum restituat hæreditatem ijs, quos hæredes substituerat ex disparibus partibus: vt supra dixi de disparibus partibus, & decessit dictus Titius pater: & postea decessit dicta sua filia: & filius remansit postea: & decessit postea vnus de dictis substitutis, & postea decessit idem filius sine liberis intra tricesimũ annum. Quæsitum est, an pars eius substituti, qui decessit, pertineat ad eos substitutos superuiuentes pro virilibus portionibus: an vero pro hæreditarijs portionibus, quibus substituti sunt dicti filij testatoris? Et respond. pro his partibus, quibus substituti essent, fideicommissum ad eos pertinere. Viuia.

Portio deficiens accrescit pro portionibus hæreditariis, pro quibus facta est institutio. Bart.

Pater puerum, & puellam[l] instituit heredes, eosq; inuicem substituit: & si neuter hæres esset, eis plures substituit,[m] [*] substitutosq; inuicem substituit his verbis, Substitutos heredes inuicem substituo: eorundem filiorum fidei commisit, vt qui eorum[*] vita superesset, & sine liberis intra annum tricesimum moreretur, hereditatem iis, quos heredes substituerat, restitueret. filius vita sororem superauit, & intra tricesimũ annum sine liberis decesit. Quæsitum est, ex substitutis vno defuncto ante filium, pars eius,[n] quæ ad cæteros substitutos, qui superuiuerent, pertineret,[o] vtrum pro virilibus, an pro hereditariis portionibus, quibus essent substituti, pertineret? Respondi, consequens esse, pro iis partibus, quibus substituti essent, fideicommissum pertinere.[p]

l Puellam. Id est, filium, & filiam.

m Plures substituit. Ex disparibus partibus: vt infra patet.

n Pars eius. Scilicet decedentis, quæ erat sua spe, non re. vt C. de cadu. toll. §. si autem. Accur.

o Pertineret. Nõ autem ad hæredem decedentis: vt infra, de suis & legi. hæred. l. si ex pluribus.

p Pertinere. Vt C. de impu. & alijs substi. l. 1. & supra eo. l. quoties. not. & facit infra proxi. §.

[*] Sic in P. Fl. Haloãder omisit hęc, substitutosq; inuicem substituit.

[*] In P. Fl. vita superasset.

Fideicommissum relictum fratribus sub nomine appellatiuo, pro hæreditaria portione debetur. Bartolus.

Mæuia. CASVS. Mæuia instituit sibi hæredẽ filium suum Caium ex quincunce, siue ex quinque vncijs hæreditatis suæ, & Titiam filiam suam ex quadrante, siue ex tribus vncija, & Septitium suum filium ex triente siue ex quatuor vncija, & ita inter eos diuisit pro quota parte totam hæreditatem suam: & commisit fidei prædicti Septitij instituti ex quatuor vncijs in hæc verba: Te rogo Septiti fili si intra xx. ann. sine liberis morieris, quicquid ex hereditate mea ad te peruenerit, hoc fratribus tuis restituas, id est, Caio, & Titio prædictis, & decessit dicta Mæuia. & postea decessit dictus Septitius infra xx. an. sine liberis. Quæsitum est, an dictum fideicõmissum pertineat ad fratrẽ, & fororẽ eius Septitij pro portionibus hæreditarijs: an vero æqualiter?

Et

Et reſpon. quòd pro parte hæreditaria cuiuſq; eorum pertinet ad eos dictum fideicommiſſum. Viuia.

a Ex quincunce. Hæc nomina expone, vt Inſt. de hær. inſti. §. hæreditas.

b Sororem. No. appellatione fratris contineri ſororẽ. ſic ſupra, de pact. l. tres fratres.

c Hæreditaria. Sic ſupra, proxi. §.

Titia ex aſſe. CASVS. Caius inſtituit ſibi hæredem Titiam ex aſſe, & rogauit eam reſtituere Mæuiæ dimidiam hæreditatis. & deceſſit dictus Caius teſtator. poſtea dicta Titia hæres noluit luere fundum à teſtatore obligatum Sempronio pone: ſed eum fundum mandauit redimendum Seiæ, creditore illũ vendente: & ipſa Seia emit. Quæritur, an dicta Titia hæres teneatur Mæuiæ fideicommiſſariæ ex cauſa fideicom. & reſpon. quòd ſic, & eſt ratio: quia cum Seia emerit mandato Titiæ pignus, ipſa Titia emiſſe videtur, vnde oportet eandem Titiam præſtare dictæ Mæuiæ fideicommiſſariæ dimidiam eius, quod valuit dictus fundus vltra id, quod dictus creditor debebat recipere ſuper eo fundo: medietas enim hæreditatis erat reſtituenda Mæuiæ. vt dictum eſt. Viuia.

In P. Fl. rogata reſtituerat.

d Non teneatur. Tenetur enim, quia cũ mandauit emi, ipſa emiſſe videtur: vt ſupra, mand. l. ſi mandauero. §. ſi eorum. at ipſa emere nõ poteſt, vtpote ſuã rem, vt ſ. mand. l. ſi mandauero. §. ſi hi quorum. & aliàs non admittitur: vt quilibet, vt C. de dolo. l. i. & ſupra, de le. a. l. ſi. §. quatuor. ſed ſi extraneus ſine mandato emiſſet, non teneretur niſi fuiſſet in culpa, vel niſi fuerit in dolo, quod non fuit, vt ſ. e. l. mulier. §. ſed enim. & l. deducta. §. ſi.

e Fuit. Id eſt, quanto valuit vltra debitum, & illud pro dimidia: quia tantum medietas hæreditatis eſt reſtituẽda. Item hoc cum mandauit, vel etiam fuit in dolo, vel culpa: non aliàs, vt dictum eſt.

Caio Seio. CASVS. Martinus pone inſtituit ſibi hæredẽ Caiũ Seium ex ſemiſſe. ſiue ex ſex vncijs hæreditatis ſuæ, & Titiã ſiue Luciam Titiam ex quadrante, ſiue ex tribus vncijs, & Titium, & Sempronium ex reliquis partibus id eſt, ex tribus vncijs reſiduis: & poſtea ita cauit in ſuo teſtamento dictus teſtator: fidei autem veſtræ mando Cai Sei, & Lucia Titia, vt poſt obitum veſtrum reddatis, reſtituatis Titio, & Sempronio ſemiſſem patrimonij, & portionis eius, quam portionẽ vobis dedi. & poſtea deceſſit dictus Martinus teſtator: & dicti hæredes ab eo inſtituti adiuerunt eius hæreditatem. & poſtea dictus Caius Seius deceſſit, inſtituta ſibi hærede dicta Lucia Titia ſua cohærede. Quæſitum eſt, an hæc Lucia Titia protinus debeat reſtituere dicto Titio, & Sempronio partem dimidiam ſemiſſis, quam rogatus erat dictus Caius Seius per Martinum teſtatorem reſtituere prædicto Titio, & Sempronio. an debeat dicta Lucia Titia reſtituere dictis Titio, & Sempronio vniuerſum fideicommiſſum tam ex ſua Luciæ Titiæ perſona, quã ex perſona Caij Seij datum, demum poſt mortem ſuam Luciæ Titiæ? & reſpõdetur Luciam Titiam ſtatim teneri, vt partem dimidiam ſemiſſis ex perſona Caij Seij reſtituat dicto Titio, & Sempronio. Viuia.

Mæuia filium hæredem inſtituit ex quincunce:[a] Titiam filiã ex quadrante: Septitium filium ex triente: cuius fidei commiſit in hæc verba, Te rogo fili Septiti, ſi intra viceſimum annum ſine liberis morieris, quicquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, hoc fratribus tuis reſtituas. Quæſitum eſt, an Septitio filio defuncto intra viceſimum annum ſine liberis, hoc fideicõmiſſum verũ pro portionibus hæreditarijs ad fratrem, &[b] ſororem eius pertineat, an verò æqualiter? Reſpondi, pro parte hæreditaria.[c]

Si fundus pigneratus dolo vel lata culpa hæredis alienatur, fideicommiſſario hæres tenetur. Bart.

Titia ex aſſe hæres ſcripta, partem dimidiã hæreditatis Mæuiæ rogata reſtituere, fundum à teſtatore obligatũ luere noluit, ſed eum vendente creditore mandauit redimendum Seiæ. Quæſitum eſt, an Titia ex cauſa fideicommiſsi Mæuiæ teneatur? Reſpondi, cùm rogata hæreditatem reſtituere proponatur, nihil proponi, cur non teneatur.[d] Claudius. Subeſt enim præſtari oportere id, quantò pluris fundus fuit,[e] quàm ad creditorem peruenire oportuit.

Si duo poſt mortem eorum reſtituere rogantur: uno mortuo ſtatim pro parte competit fideicommiſſi petitio. Bart.

Caio Seio ex ſemiſſe, Titia ex quadrante, & alijs ex reliquis portionibus hæredibus inſtitutis, ita cauit: Fidei autem veſtræ modo Cai Sei, & Lucia Titia, vti poſt obitum veſtrum reddatis, reſtituatis Titio, & Sempronio[f] ſemiſſem patrimonij & portionis[g] eius, quam vobis dedi. Quæſitum eſt, cum vterq; adierint hæreditatem, & poſtea Caius Seius defunctus ſit, Lucia Titia hærede inſtituta, an hæc Lucia Titia partem dimidiam ſemiſsis, quam rogatus erat Caius Seius reſtituere, protinus debeat, an verò poſt ſuam demum mortem vniuerſum fideicõmiſſum, tam ex ſua perſona, quàm ex Caij Seij datum reſtituere debeat? Reſpondi, Luciam Titiam ſtatim teneri, vt partẽ dimidiam ſemiſsis ex perſona Seij reſtituat.

Verba enunciatiua commemoratiua alicuius modi præcedentis, reſtringuntur ad illum. Item in fideicommiſſo uniuerſali relicto per mulierem, veniunt res dotales. Bart.

f Titio, & Sempronio. Qui erant alij cohæredes, vel non erant.

g Portionis. Id eſt, patrimonij: ſic, pateris libabat, & auro, id eſt, pateris aureis. & facit ad §. ſ. eod. l. hæredes. §. i. Accur.

Filiam ſuam. CASVS. Sempronius pone, inſtituit ſibi hæredem filiam ſuã Titiam, quæ erat vxor Lucij Titij: qui Lucius Titius erat filius fratris teſtatoris. i. huius Sempronij, & Caium nepotem, quẽ ex ea habebat, ei ſubſtituit. & ita poſtea in eodẽ teſtamento cauit: Lucio Titio fratris mei filio genero meo ducentos aureos relinquo, quo legato ſcio eũ contentũ eſſe: quoniam ſcripſi vniuerſam rem meã, ex quo filiam meam, & nepotẽ meũ hæredes ſcripſi vniuerſam ſubſtantiam ei cõmunicaſſe, quos inuicem cõmẽdo: & deceſſit dictus Sempronius. dicta autem Titia ſua filia adiuit hæreditatem eius, & poſtea diuertit à dicto Lucio Titio marito. Quæſitũ eſt, an Titius ſiue Lucius

Filiam [a] ſuã hæredem ſcripſit: & nepotẽ, quem ex ea habebat, ei ſubſtituit: & ita cauit: Lucio Titio fratris mei filio genero meo [b] ducentos aureos relinquo: quo legato ſcio illum contentum eſſe, quoniam ſcripſi vniuerſam meam rem: eò quod filiã meam, & nepotem meum [c] hæredes ſcripſi, vniuerſam ſubſtãtiam [*] ei communicaſſe. quos inuicem cõmendo. filia adita patris hæreditate diuertit à marito. [d] Quæſitum eſt, an Titius quondam eius maritus ſuo, vel filij ſui nomine ex fideicommiſſo cõmunionem bonorum conſequi poſſit viua quondam vxore ſua, vel poſt mortem eius? Reſpondi, nihil fideicõmiſsi [e] datum genero proponi propter ducentos aureos. Item quæſijt, eandem vxorem marito hæredi [f] ſcripto fideicommiſiſſe, vt cum moreretur, filio cõmuni omne, quod ad eũ ex hæreditate ſua perueniſſet, reſtitueret. An illę quoq; res, & poſſeſsiones, quæ in dotem datæ, & poſt diuortium reſtitutæ mulieri fuerant, fideicommiſſo contineantur? Reſpondi, quod mulier in bonis ſuis reliquiſſet, id fideicõmiſſo contineri. Claudius. Et aliàs de eodem facto conſultus ita reſpondi. ſiue reſtitutæ ſint res, ſecundum id, quod ſupra reſponſum eſt, in bonis mulieris computari: ſiue non ſint reſtitutæ: quia ex ſtipulatione de dote reddenda interpoſita reſtituendæ ſunt, eò auctiorem [g] hæreditatem computari.

Paria ſunt, ab initio per partes relinquere, uel relictum ſimpliciter per partes modificare. Bartolus.

Quæ habebat filium, & ex eo nepotẽ, vtroſq; in mariti poteſtate, maritum ex aſſe ſcripſit hęredem: eiusq; fideicommiſit in hæc verba: Si Titius maritus meus mihi hæres erit, peto, fideiq; eius committo quicquid ex hæreditate mea ad eum peruenerit, cum mori cœperit, † id [*] reſtituat Caio Seio filio no-

eius Titius quondam maritus eius filię teſtatoris nomine ſuo, vel filij ſui prędicti Caij nepotis teſtatoris poſſit conſequi communionem bonorum teſtatoris ex fideicommiſſo propter dicta verba teſtatoris, ſiue ſit viua dicta ſua vxor, quę diuertit ab eo, ſiue ſit mortua? & reſpon. quòd nihil proponitur datum dicto Lucio Titio genero teſtatoris nomine fideicõmiſſi præter ducentos aureos: & ſic nõ poteſt petere cõmunionem bonorũ teſtatoris nomine ſuo, vel nomine filij ſui, qui fuit ſubſtitutus matri, per dicta eius verba quo legato ſcio &c. vſque illuc, filia &c. hunc credo fuiſſe intellectum teſtatoris, ſiue verborum eius cõfusè ibi poſitorum, ſcilicet quod gener ſu[*] ideo poterat eſſe contentus de legato ducentorum aureorum ſibi relicto: quoniam idem teſtator ſatis videbatur eidem genero communicaſſe reliquam ſuam ſubſtantiam, eo quòd filiam, & nepotẽ ſuũ teſtatoris, eũdemq; filium dicti generi hæredes ſcripſit. cũ enim inſtituit dictus teſtator filiã ſuã eandemque vxorem dicti generi, & cum inſtituit nepotẽ ſuũ teſtatoris ea dicta filia natum, eũdemq; filium dicti generi ſubſtituendo eundẽ ſuum nepotem eidẽ filiæ, vt dictum eſt, ſatis videtur dicto genero cõmunicaſſe vniuerſam ſuam ſubſtantiam. cum quicquid habeat vxor ex inſtitutione prædicta, videatur habere maritus: & cum quicquid ſperet habere filius ex ſubſtitutione prædicta, videatur ſperare pater. vnde nihil faciunt dicta verba ad hoc, quòd dictus Lucius maritus poſſit conſequi communionem bonorum teſtatoris ſuo nomine, vel nomine filij ſui ſubſtituti matri: nec etiam faciunt ad hoc dicta verba, quos inuicem cõmendo &c. quia hoc ſonant, quos, ſcilicet filiam inſtitutam, & nepotem ei ſubſtitutum, & maritum filię, cui legaui ducenta, inuicem commendo, ſcilicet, vt ſe diligant. quæ etiam verba ita legas, ſi placet: quo legato, ſcilicet ducentorum aureorum ſcio, illum, ſcilicet generum meum contentum eſſe, ſcilicet, ea ratione, quoniam ſcripſi vniuerſam rem meam, id eſt, ſcripſiſſe videor eidem genero meo. eo quòd filiam meam, & nepotem meum hęredes ſcripſi, ſcilicet ſubſtituendo nepotem filię, ſubaudi: & dic ſic, vniuerſam ſubſtantiam: ſcilicet meam ei, id eſt, genero meo communicaſſe, ſcilicet videor, quos inuicem commendo &c. Sed pone, quòd dicta Titia vxor Lucij Titij, quæ diuertit ab eo, & quæ erat filia teſtatoris, vt dictum eſt, fecit poſtea teſtamentum, & ſcripſit ſibi hæredem dictum ſuum maritum quondam, & fidei eius cõmiſit, vt cum moreretur idẽ maritus reſtitueret omne, quod ad eum maritum ex hæreditate ſua perueniſſet, filio eorum communi nepotiq; dicti Sempronij teſtatoris, nunquid illæ quoque res, & poſſeſſiones, quæ in dotem datæ marito, & poſt diuortium reſtitutæ mulieri fuerant per maritum, contineantur fideicommiſſo dãdo per maritum quondam filio communi? Et reſp. quod ſic. nam ſiue reſtitutæ ſunt res dotales mulieri per maritum facto ſcilicet diuortio, cõputãtur in bonis mulieris: ſicq; cadũt in dictum fideicommiſſum filio communi dandũ: vt dictũ eſt. ſiue non ſint reſtitutę mulieri, computantur in hęreditate mulieris: vt ſic cadant in dictum fideicom. quia ſunt reſtituendę mulieri per maritum quondam ex ſtipulatione interpoſita de dote reddenda. Vivianus.

[a] Filiam. Quę in maritum habebat filium fratris teſtatoris.

[b] Genero meo. Quod matrimoniũ valet ſecundũ leges, vt Inſtitu. de nup. §. duorum. ſecundum canones ſecus.

[c] Nepotem meum. Aliàs eſt mei. ſcilicet q ſcripſi omnia. aliàs meum, ſcilicet generum eo, quòd filiam, & nepotem inſtitui, ſcilicet ſubſtituendo nepotem. & ex quo filia habet, & vir habere videtur, vt C. de pac. cõuen. l. hac generali. & ſub. & ſic vniuerſam, ſub. ei, ſcilicet genero: non tamen hoc expreſſit. aliàs eſſet ſecus: vt ſupra, ea. l. in princ. & infra, de don. l. ex hac. & ſupra, de hęr. inſti. l. ex facto quęritur. argu. contra. C. de dona. l. ſi donatio. aliàs eſt meum, & dic quem ſcripſi &c. & ſub. & eo. &c. vel ſub. & ſic vniuerſam &c. & habeas ei, ſcilicet genero: vt dixi. aliàs eſt eis: & dic id eſt, filię & nepoti. vel dic etiam filię nepoti, & genero. & quod ſubijcit, quos, ſcilicet, inſtitutos, commendo. i. vnum de alijs rogo, vel quos tres rogat, vt ſe diligant, non dico, quòd hęreditatem reſtituant: vt ff. de verb. ſig. l. commendare. Accur.

[d] A marito. Filio fratris teſtatoris nomine, qui & nepos eſt. Accurſius.

[e] Nihil fideicommiſſi id eſt, nullum fideicom.

[f] Hęredi. Filio fratris teſtatoris.

[g] Auctiorem. Aliàs eo autore, id eſt, Claudio. & facit infra,

[*] In P. Fl. & in vet. exẽpl. eis.

† Mori quis dicatur, quãdo in articulo mortis, quũ in vltimo vitę ſpiritu, & pro alijs huc ſpectãtibus vide Quin. Mãdo. ſup ſigna Gratię, titu. de confeſſionali.

[*] Id non eſt in P. F. ſed locu eius dat.

infra, de col.do.l.1.§.1.& de col.bon.l.cum emancipati.§.id quoque.

stro: ita tamen,[a] vt decem quidẽ vncias Caius habeat: duas autem vncias Seius nepos habeat. quod vt fiat, fidei eius Titij hæredis mei committo. pater emancipauit[b] filiũ: nepotem amisit:[c] & superstite filio decessit.[d] Quęsitum est, an priore parte scripturæ vniuersa hæreditas patris ex causa fideicommissi filio debeatur: & illa sequentia verba, Ita tamen vt decem vncias filius, duas autẽ nepos habeat, ex voluntate defunctæ ita demum locum haberent, si die fideicommissi cedente,[e] filius, & nepos eorum in natura sint: cùm autem non superuixerit ad diem fideicommissi nepos, sequens scriptura cesset?[f] Respõdi, ea, quæ proponerentur, ostẽdere,[g] decẽ duntaxat vncias filio datas.

Quæ habebat. CASVS. Titia habens maritum Titium, & habens ex eo filium Caium Seium, & habens ex eo filio nepotem Seium, qui filius & nepos erant in dicti eius mariti potestate, scripsit sibi hæredem maritum ex asse, & commisit fidei eius in hæc verba: si Titius maritus meus mihi hæres erit, peto fideiq; eius committo, vt quicquid ex hæreditate mea ad eum peruenerit: cum mori cœperit, id restituat Caio Seio filio nostro: ita tamen, vt decem quidem vncias Caius habeat: duas autem vncias Seius nepos habeat. quod vt fiat, fidei eius Titij hæredis mei committo. & decessit dicta Titia testatrix. Et pater dicti Caij Seij, maritusq; dictæ Titiæ testatricis emancipauit Caiũ Seium prædictum. sic enim euenit de facto.& dictum nepotem amisit: quia decessit idẽ nepos: & decessit dictus pater superstite filio. Quæsitum est, an per priorem partem scripturæ testatricis, quæ incipit ibi, si Titius maritus meus &c.& durat vsque illuc: ita tamen vt decem &c. debeatur filio vniuersa hęreditas matris, scilicet Titiæ prædictæ, ex causa fideicommissi: & an illa sequentia verba testatricis, quæ hic materialiter ponuntur, ita tamen vt decem vncias filius, nepos autem duas habeat &c. ex voluntate defunctæ testatricis, ita demum locum haberent: si die fideicommissi cedente per mortem mariti, filius & nepos eorũ essent in rerum natura: cum autem non superuixerit ad diem fideicommissi dictus nepos, cesset dicta sequens scriptura testatricis, quæ incipit: ita tamen vt decem &c.? & dicitur quòd non debetur filio vniuersa hæreditas matris, quamuis nepos sit mortuus: imò habebit decem vncias duntaxat: & duas vncias residuas habebit hęres dicti mariti. Viuia.

a Ita tamen. Nunc determinat quod dixerat.

b Emancipauit. Idem & si non emancipasset.

c Amisit. Quia decessit nepos.

d Decessit. Scilicet maritus institutus.

e Cedente. Id est, tempore mortis mariti.

f Cesset. Id est, euanuerit, & non habeat locum.

g Ostendere.[a] Scilicet videntur verba testamenti &c. residuum habebit hęres mariti, & sic vltima scriptura restringit precedentẽ: vt infra, de manu. testa. l. Stichus.

[a] Adde istã gl. ostẽdere dictũ Bald. in l. omniũ. in fi. C. de testa. ver. itẽ nota quod testamentũ oẽ dicitur vltimũ nisi contrarium probetur: vide eum.

Hæres institutus. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium: & rogauit eum, quòd Semproniæ vxori eiusdem Titij restitueret totam hæreditatẽ. item rogauit dictã suam vxorem, vt quartã partem prædictæ hæreditatis præsenti die restitueret Caio, & reliquam restitueret eidem Caio post Pascha: pone: & decessit dictus Titius, & Seius eius hæres restituit hæreditatem dictæ vxori testatoris detracta quarta Trebellianica. Quæsitum est, an dicta vxor possit imputare in restituendo fideicommissũ dicto Caio id, quod hæres ei vxori nomine quartæ detraxit? Et respondet, eatenus obstrictam dictã vxorem fideicommisso, quatenus cepisset, siue accepisset ipsa vxor ab hærede testatoris: & ita restituet Caio præsenti die quartam, nõ quidem totius hęreditatis, sed eius, quod ab hærede acceperit. reliquas tres partes post tempus præstitutum restituet, nec quartam detrahet, sed fructus interim perceptos lucrabitur. Viuianus.

Fideicõmissarius detrahit qua tenus sibi detractum est. Bart.

Hæres institutus, vxori[h] rogatus totam hæreditatẽ restituere, restituit detracta quarta. Quæsitum est, cùm vxor quartam partem hæreditatis præsenti die, & reliquam post tẽpus alij rogata à testatore fuisset restituere: an id, quod hæres ei detraxisset, quartæ nomine in restituẽdo fideicõmisso imputare possit? Respõdi, quatenus cepisset,[i] fideicõmisso obstrictã.

h Vxori. Scilicet testatoris.

i Quatenus cepisset. Id est, totũ retinet vt quartam nõ detrahat, vt & s. eo. l. 1. §. inde Neratius. & l. ex asse. in fi. nisi in casibus vt eisdẽ legibus not. & facit s. ad leg. Falci. l. lex Falcid. §. nunquam. & s. de leg. 1. l. filiusfami. §. apud. & s. eodem, l. mulier. §. fin. in fi. potest etiã intelligi secundum H. vt pro rata diminuatur fideicommis. ab vxore relictum pro qua est diminutum sibi relictũ: quod posset dici, si onus esset extrinsecus, vt s. e. l. facta. §. si Titius rogatus. & j. de do. cau. mor. l. ei qui. quod hic non erat, sed in hoc potest habere locũ. nam si hæres nil detraxisset, vxor tres partes ad tempus sibi retinuisset: & fructus esset lucrata: & nũc ergo retineat tres partes eius, quod habet: & sic facit ad hoc s. ad leg. Falc. l. pœnales. §. si Titio.

Si dilatio adiiciatur in fauorem fideicommis. fructus interim percepti veniunt in restitutionem. Bart.

Hæredum fidei commisit, vt quicquid ex parte tertia hæreditatis peruenisset ad eos, id redderent Caio Mæuio alumno testatoris: cum fuerit annorũ[a] quindecim:

[a] P. Fl. annis quindecim.

Hæredum. CASVS. Sempronius instituit sibi hæredes primum, & secundum, & tertium pone, & commisit fidei eorum, quicquid ex parte tertia hæreditatis peruenerit ad eos, id redderent Caio Mæuio, quem aluerit idẽ testator, cũ fuerit idẽ alumnus annorũ xv. & subiunxit hæc verba dictus testator. Interim ex reditu siue refectu paupertatis, quę ad vos peruenerit, alatis eum ex vsuris pro quãtitate numorum redactis, id est, dicere, alatis eum alumnũ interim, id est, donec peruenietad xv. annos, ex reddittu, siue refectu paupertatis, siue tertiæ partis, quæ ad vos peruenerit, scilicet ex vsuris pro quantitate numorum redactis ex venditione dictę tertię partis hęreditatis. Item subiunxit hęc verba dictus testator: hoc amplius eidem alumno meo hominẽ collactaneum, & vernã sutorẽ, qui eũ artificio suo mercede data alere poterit, subaudi per fideicommissum relinquo, & decessit dictus Sempronius testator. Quæsitũ est, partes cũ alimẽta multo minora prę stiterint dicto alumno hęredes scripti, quã cõpetebant vsurę summę redactę ex vẽditione tertię partis hęreditatis: an & residuas vsuras pstare cõpelli debeãt hęredes

totius

totius temporis.i.ante xv.an.alumni,& poſt,an ex die quo xv.an.expleſſet alumnus,& non ante. & quæſitũ eſt cum dicti ſerui legati ei alumno ſpecialiter, vt ex mercedibus operum eorundem ſeruorum aleretur dictus alumnus: ſtatim venierint ſiue venditi fuerint ab eiſdem hæredibus teſtatoris: vtrum petere debeat dictus alũn° mercedes,an vſuras pretij redacti ex venditione ſeruorũ? Et reſpondetur teſtatorẽ videri ſenſiſſe de oĩ reddito ſummæ redactæ ex venditione tertiæ partis hæreditatis reſtituẽdo dicto alumno p hæredes & videri ſenſiſſe de reſtituenda alumno per hæredes omni mercede dictorum ſeruorum. Viuianus.

& ſubiunxit hæc verba, Interim ex reddito paupertatis, quæ ad vos peruenerit, alatis eum ex vſuris pro quantitate nummorum redactis. hoc amplius eidem alumno meo hominem collactaneum, & vernam ſutorem, qui eum artificio ſuo mercede delata alere poterit. Quæſitum eſt, cùm alimenta multò minora præſtiterint hæredes ſcripti, quàm vſuræ ſummę redactę competebant, an & reſiduas præſtare cõpelli debeant totius temporis: an ex die, quo decimum quintum annum expleſſet? & cùm ſerui legati ei ſpecialiter, vt ex mercedibus aleretur, ſtatim venierint, vtrum mercedes, an vſuras petere debeat? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, teſtatorem videri de omni reddito, & mercede ſeruorum reſtituenda ſenſiſſe.

Prohibita alienari non veniunt in fideicommiſſo vniuerſali. Bart.

In P. Fl. ex refectu paupertatis, qui ad vos &c.

Hæreditatis. fortè rectè quoque legatur, partis.

In P. Fl. hominẽ Caietanũ.

Ex reddito. Aliàs ex refectu. & idem eſt. & dic paupertatis, i. dictæ tertiæ.

Nummorum. Redactorum ex venditione tertiæ partis hæreditatis.

Hoc amplius. Hoc verbo etiam ſuperiora repetuntur: vt ſ. de lega. 3. l. ſi pure.

Sutorem. Subaudi per fideicommiſ. ſcilicet quo: & dic quo ad vſum eos legatos, non ad proprietatem. aliàs non poſſent hæredes vendere. & dicitur verna ex ancilla domi natus: vt inſti. de leg. §. huic proxima.

Redactæ. Scilicet ex venditione tertiæ partis hæreditatis.

Expleſſet. Nam & tunc certum eſt, quod hæredes ſunt in mora ex anne.

Legati. Ad vtendum.

Venierint. Ab hæredibus.

Reſtituenda. Hoc ideo, quia dixit in prin. §. quicqd peruenerit. & facit ſupra eod. l. Baiſta. Sed argu. contra ſupra eo. l. hæredes mei. in prin. Sed hoc ideo, quia dilatio in xv. annum facta fuit fauore alumni: vt ſupra, de leg. a. l. ſi ita. §. Pegaſus. & not. ſupra, eo. l. in fideicommiſſariam. in princ.

Pluribus hæredibus. Caius inſtituit ſibi hæredes Seiũ, & Semproniũ in tribus vncijs hæreditatis ſuæ pone, & Otalicium libertum ſuũ, & duos alios ſuos libertos inſtituit hæredes ex dodrante, ſiue ex ix. vncijs, & eiſdem tribus libertis fundos per præceptionem dedit ſiue prælegauit: & petijt ab his libertis, ne eos fundos alienarent: & vt ille libertus, qui vita ſuperaſſet alijs, obtineret ſolidos eoſdem fundos. Itẽ prælegauit dicto Otalicio xx. aureos, poſtea commiſit fidei vnius ex his libertis. ſ. Otalicij, vt quicquid ad eum perueniſſet ex hæreditate bonisve ſuis teſtatoris, reſtituat Titio, deducto ære alieno pro ea parte, ſcilicet quæ ad eũ Otalicium peruenit, & deductis xx. aureis legatis ſibi Otalicio per eundem Caium teſtatorem. & deceſſit dictus teſtator. nunc Titius fideicom. petit à dicto Otalicio, vt reſtituat ei quicquid ad eum peruenit ex hæreditate, bonisve teſtatoris. & Otalicius bene vult ei reſtituere: vult tamen in reſtitutione deducere ſibi non ſolum æs alienum prædictũ, & xx. aureos prædictos. ſed etiam tertiam partem fundorum prędictorum prælegatorum eidẽ Otalicio cum collibertis ſuis prædictis. nunquid poteſt deducere prædicto modo? Et dicitur quòd ſic, cum ipſe teſtator voluiſſet excipere à fideicommiſſo dando Titio per Otalicium etiam legata, ſiue prælegata, nedum æs alienũ prædictum. Viuia.

Pluribus hæredibus inſtitutis, in quibus & libertis tribus ex dodrante, eiſdem fundos per præceptionem dedit: & ab his petijt, ne eos alienarent: & vt qui vita ſuperaſſet, ſolidos eoſdem fundos obtineret. deinde vnius ex his libertis Otalicij fidei commiſit, vt quicquid ad eum ex hæreditate, bonisve perueniſſet, deducto pro ea parte ære alieno, & legatis ſibi viginti aureis, reſtituat Titio. Quæſitum eſt, an etiam partes tertias fundorum pręlegatorum cum collibertis idem deducere deberet? Reſpondi, ſecundum ea, quæ proponerentur, non debere reſtituere pręceptionẽ: cùm ipſe teſtator & legata excipi voluiſſet.

Quomodo ęſtimetur fideicõmiſſum vniuerſale, no. in l. Marcell°. in prin. & ibi Bart. e. tit.

In P. Fl. Otacilij.

P. Fl. eidem.

Eiſdem. Libertis.

Vita ſuperaſſet. Ecce cauſa, quare prohibuit alienare, alias nõ valeret prohibitio: vt ſupra, de le. 2. l. filiusfamilias. §. diui.

Otalicij. Subaudi.id eſt, Otalicij fidei &c. & eſt proprium nomẽ liberti.

Cum collibertis. Sic habeas cum libertis, ſiue collibertis idem eſt: & poteſt determinare pręcedentia: quia ſibi cum alijs fuerunt legati fundi, vel etiam ſequentia, ſcilicet an ita ſua tertia vel tertię aliorum debeant deduci.

Dos prælegata non cadit in fideicommiſſum, niſi ſpecialiter ſit dictum, & quarta ad dotem ſufficiat. Bart.

Maritus vxore hęrede inſtituta ex parte tertia, & pluribus ei fideicommiſsis datis, dotem quo-

Legata. Id eſt, prælegata prædicta. alias ſi voluntas non appareret, diſtingueretur, vt ſupra, eod. l. in fideicommiſſariam. §. fin. & l. Marcellus. §. quidam. & C. de fideicom. l. cum virum. H.

Maritus. Sempronius inſtituit ſibi hæredem Seiam ſuã vxorem ex tertia parte hæreditatis ſuæ (pone) & Titium, & Seium filios eorum communes ex duabus partibus, & plura fideicommiſſa reliquit eidem vxori, inter quæ dotem prælegauit ei his verbis, Seiæ vxori meæ dari volo à filijs meis ſummã dotis eius, q̃ mihi pro ea illata eſt, & commiſit fidei eiuſdem vxoris vt partẽ hæreditatis, & quæcunq; ei legaſſet, poſt mortem ſuam filio cõmuni Titio reſtitueret, & deceſſit dictus Sempronius. Quæſitum eſt, an dicta vxor debeat reſtituere dicto ſuo filio ex cauſa fideicommiſſi etiam ſummã dotis, ſicut eſſet prælegata ſibi vxori à marito data. & reſpondetur nõ aliàs debere vxorem reſtituere filio ſummam dotis, niſi manifeſtũ eſſet teſtatorẽ ſenſiſſe etiam de dote reſtituenda per vxorem filio cõmuni: ſed etiam ſi fuerit approbatũ eũ teſtatorem ſenſiſſe

hoc,

hoc, id est, quod uxor restituat dotē filio, ita etiam respondetur, fore Titio petitionem eius quoq; dotis dandam, si non minus foret in quantitate, quæ remaneret apud uxorem, uel hæredem eius nomine Falcidiæ, id est, quartæ Trebellianicæ, quàm in quantitate dictæ dotis. Viuia.

rum, sibi imputet. Puto tamē extra casum quòd dictus Sempronius poterit repetere a dicto fideicommissario illud, quod præstiterit dicto Martino debitori. ut s. eo. l. hæres cum debuerat: & j. eod. l. matrem.

[a] Prælegauit. Quod ualet propter repræsentationem: ut Insti. de leg. §. ex contrario.

[b] Sēsisse. Quia hoc expressè dixisset: ut s. ad legem Falcid. l. si dbitor. alias nō. ut s. de leg. 2. l. cum pater. §. fidei tuæ. & C. de iure dot. l. cum patrem. & facit sup. ad leg. Falc. l. pater. in prin. & l. si usufruct⁹. §. dos. in pri. & s. e. l. mulier. §. cū proponeretur. & l. à filia. Accur.

[c] Petitionem. Subaudi dicam esse.

[d] Quantitate. Vel in fructibus quos ex sua tertia hæreditatis parte recepisset. nā fructus quoque si qui medio tempore percepti fuerint, in Falcidiam imputantur: ut s. de lega. 2. l. cum pater. §. Titio.

Rogatus restituere. CASVS. Titius instituit sibi hæredē Seium: & rogauit eum, quod restitueret hæreditatem Septitio, cum erit Septitius 20. annorū. & decessit dictus Titius testator. interim autem ante quā Septitius perueniret ad 20. annos, dictus Seius hæres uendidit Caio, pone, fundos, quos Titius defunctus acceperat pignori a Martino, pone, suo debitore. & propterea actione pignoratitia à dicto Martino conuentus dictus Seius hæres decessit relicto hærede Sēpronio: & prædicto iudicio pignoratitio nondum finito, restituit dictus Sempronius hæres Seij hæredis rogati dicto Septitio hæreditatem. Quæsitum est, an stricto iudicio pignoratitio nihilominus debeat condemnari ipse Sempronius? Et R esp. quòd sic. nam cum restituit hæreditatem Septitio, potuit retinere id, quod ex causa iudicati præstaturus esset dicto Martino: uel si uolebat restituere totam hæreditatem Septitio, & nihil sibi retinere propter id, quod iudicati poterat, ad minus poterat facere sibi caueri per eundem Septitium de eo, quod poterat iudicari pro Martino in dicto iudicio pignoratitio: & si non fecerit aliquod prædictorum duorum, sibi imputet.

que prælegauit [a] his uerbis, Seiæ uxori meæ dari uolo a filijs meis summā dotis eius, quæ mihi pro ea illata est, eiusdemque uxoris fideicommisit, ut partem hæreditatis, & quæcunque ei legasset, post mortem suam Titio filio cōmuni restitueret. Quæsitum est, an summam quoque dotis inter cætera legata ex causa fideicommissi filio suo restituere debeat? Respondi, non alias, nisi manifestum esset, de dote quoque restituenda testatorem sensisse. [b] atque etiam si sensisset, & hoc fuerit approbatum, ita euis quoque petitionem [c] fore, si non minus in quantitate, [d] quæ Falcidiæ nomine remaneret, foret, quam in quantitate dotis.

Instantia cœpta cum hærede, facta restitutione, durat contra ipsum, & hæredem eius. Bart.

Rogatus [e] hæreditatem restituere Septitio, cum erit [f] annorum [*] xx. interea fundos, quos defunctus pignori acceperat, uendidit, [g] & propterea pignoratitio iudicio a debitore conuent⁹ decessit, hærede relicto Sēpronio: & iudicio nōdum finito restituit [h] hæreditatem Septitio. Quæsitum est, an iudicio nihilominus ipse condemnari debeat: cùm potuerit retinere, uel caueri [*] sibi [i] id, quod ex causa iudicati præstaturus esset? Respondi, iudicij executione [k] nihilominus aduersus hæredem, & post restitutam hæreditatem mansisse.

Res de nouo repertæ non restitutæ debent restitui, nisi prima restitutio per modum transactionis fuerit celebrata. Bar.

Hæres eius, qui post mortem suam rogatus erat uniuersam hæreditatem restituere: minimam quantitatem, quam solā in bonis fuisse dicebat: ijs, quibus fideicommissum debebatur, restituit. postea repertis instrumētis apparuit, quadruplo amplius [†] in hæreditate fuisse. Quæsitū est, an in reliquū fideicōmissi nomine cōueniri possit? Respondi secundum ea, quę proponerentur, si non transactum esset, posse. [l]

Etiam post restitutionem potest fideicommissarius fideicommissum dimittere propter partem hæredis, quæ incipit de nouo uacare. Bart.

Idem libro singul. quæstionum publicè tractatarum. LXXIX.

[e] Rogatus. Scilicet hæres.

[f] Erit. Septitius.

[g] Vendidit. Hæres.

[h] Restituit. Scilicet Sēpronius hæres hæredis.

[i] Caueri sibi. Vt s. eo. l. de euictione. & l. cum hæreditas ex fideicom.

[k] Executionem. Quia sententia dabitur contra hæredē, & in bonis eius fiet executio. secus in tutore: ut s. si qs cau. l. si. argu. contra s. famil. ercisc. l. in iudicio. sed hic hæres recuperabit a fideicommiss. ut s. e. l. hæres cum debuerat. & s. eodem, l. matrem. Accur.

Hæres eius. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium, & rogauit eū, quòd restitueret hæreditatē suam Titij uniuersam post mortem suam Seij Caio, & Sēpronio, & decessit dictus Titius: & postea decessit Seius eius hæres: & reliquit dictus Seius suum heredem Martinū, pone. Martinus autem restituit dicto Caio, & Sempronio, quibus fideicommissum debebatur, minimam quantitatem, quam solam in bonis fuisse dicebat. postea repertis instrumentis hæreditarijs apparuit quadruplo amplius in hæreditate Titij fuisse, quam Martinus hæres Seij hæredis restituerit dicto Caio, & Sempronio. Quæsitū est an dictus Martinus possit conueniri in reliquum nomine fideicommissi? Et respond. quòd sic, si non intercessit transactio inter dictum Martinum, & dictos Caium, & Sempronium: quia si transegissent pro eo, quod soluit Martinus, non possent amplius conuenire eundem Martinum in reliquum hæreditatis nomine fideicommissi. Viuianus.

[l] Posse. Ergo a contrario si est transactū, non potest conueniri. & sic est contra s. de transact. l. qui cum tutore. §. qui per falleciā. sed ibi fuit in dolo ille, cui est transactum hic non. Item adhuc contra s. de trāsactio. l. 2. §. 1. ubi repertis codicillis, initā est transactio:

[*] P. F. annis.

[*] Alibi cauere.

[†] In P. F. hæreditate.

SI pupillus [a] parenti suo hęres extitit, & fideicommissam hæreditatis partem [b] restituit, mox abstinet paterna hæreditate: optio deferenda est fideicommissario, ut aut portionem [c] quoque pupilli agnoscat, aut a toto discedat: aut omnimodò bona uendenda [d] sũt ut id, quod superfluum est, pupillo seruetur, & si insolidum bona uenire non possunt: omnimodò actiones fideicommissario denegandæ erunt. [e] Erat enĩ in ptãte illius, uniuersum suscipere: & si quid plus [f] erit, pupillo seruare. [g]

Venditio facta causa interuertendi fideicommissum, imputatur hæredi in eo, quod sibi defunctus debebat. Bart.

Idem libro v. digestorum. LXXX.

MAtrem, & auunculũ, eosdemq; creditores suos hęredes scripsit Lucius Titius, [h] & eorũ fidei cõmisit ut post mortem restituerent qđ ex re familiari testatoris superfuerit [i] Septitio. hæredes non modicã [k] partem bonorum testatoris cõsumpserunt: & multos hæredes reliquerunt: quibus

Solu. hic alia instrumenta cautionalia sunt reperta de nouo: ibi codicilli, uel alia ultima uoluntas: ut ĩ. eo. tit. l. de his. uel ut ibi. Item contra C. de rescin. uen. l. 2. & ĩ. de uerb. obl. l. si quis cum aliter. in fi. nam hic ultra dimidiam iustæ æstimationis fuerat deceptio, licet re ipsa: quia ultra quadruplũ, ut dicit. sed certe non per hoc fuit deceptio ultra dimidiam: quia dubius euentus fuit remissus. est enim dubius iudicij euentus ut ſ. de pecu. l. quod debetur. alias ferè omnes trãsactiones rescinderentur. & facit ad §. C. de transactio. l. sub prætextu specierum. & ĩ. de exceptio. rei iud. l. si ex testamento. & C. de iudic. l. post decisionem. Alij soluunt omnia contraria subaudiendo hic maximè. Accur.

SI pupillus. CASUS. Titius habens plures creditores instituit sibi hæredem Seium suum filium pupillum, & rogauit eum, quod restitueret Caio dimidiam hæreditatis suæ pone. & decessit dictus Titius, & dictus suus filius, extitit ei hæres: & restituit dimidiam hæreditatis dicto Caio: & aliam dimidiam sibi restituit, & postea petijt in integrum restitutionem, ut abstineret. & habita restitutione abstinuit a dicta dimidia hæreditatis, quam sibi retinuerat. certè optio, siue electio deferenda est fideicommissario prædicto, ut aut portionem quoque pupilli agnoscat aut a toto, siue a tota hæreditate discedat: aut si fideic. noluit prædicto modo eligere, sed uelit retinere tantũ partem sibi restitutam, quod pro eodem habetur ac si a toto expressè discederet, cum partem retinere non possit, ut dixi, omnino bona dicti Titij testatoris uendenda sunt pro satisfaciendo dictis creditoribus eiusdem Titij: ita scilicet ut id quod superfluũ est soluto ære alieno, seruetur dicto pupillo in integrum iterum restituto ut se immisceat hæreditati patris, à qua per in integrũ restitutionem abstinuerat. Sed quid si dicta bona, quæ dixi uendenda, non possunt uendi in solidum: quia non inuenitur emptor, qui omnia uelit ea emere, sed partẽ tantum fortè uult emere: nunquid in superfluo, in quo non inuenitur emptor, erunt denegandæ hęreditarię actiones dicto fideicom. & uidetur fortè quibusdam quòd non. sed certè oĩno sunt ei denegandæ, siue omnia bona, quæ sunt uendenda, possunt uendi, siue pars eorum tantum. & est ratio: quia in potestate fideicom. est suscipere uniuersum, siue uniuersam hæreditatem: ex quo pupillus ab ea abstinuit, & seruare pupillo per in integrum restitutionem, ut rehabeat hęreditatem, si quid erit plus in hæreditate ex soluto ære alieno subaudi: & est in eius potestate a toto abstinere, ut dictum est si habet prædictam electionem, ut dictum est, & eam non capiat, imò permittat bona uendi, ut dictum est: & merito denegandæ sunt ei actiones etiam partis bonorum, quæ non possunt uendi. Viuia.

[a] Si pupillus. Quia sibimet uidetur contraria hęc lex, ideo dicit Ro. extitit, i. existere potuit. uel existit nomine, nõ re: qa suus erat: ut ſ. de acq. hær. l. necessarijs. aliàs si se immiscuit, non posset postea abstinere: ut C. de repud. hære. l. sicut, [a] quod tamẽ ĩ. dicit. Itẽ quod dicit restituit, i. restituere debuit. nam cũ non adiuit, ut dixi, quomodo potuit restituere? Vel dic secundo. quòd uerè adiuit, & uerè restituit: & quod abstinuerit, fuit per in integ. restitutionẽ. Item quod subijcit portionẽ pupilli: scilicet quartam quam retinuit. uel dic quod fuerat rogatus de dimidia tantum restituenda: unde alia dimidia est sua portio. Item quod subijcit, pupillo seruetur, i. in integrum restitutio: ut se immisceat qui etiam per restitutionem abstinuit: ut ſ. de mi. l. & si fine. §. restitutus.

[a] Illa lex expresse loquitur de maiore annis 25. hæc autẽ de pupillo.

[b] Partem. Scilicet dimidiam: quia sic fuit rogatus.

[c] Portionem. Scilicet dimidiam.

[d] Vendenda. A fideicommissario.

[e] Denegandę erunt. Si uelit in totum abstinere. a parte enim non potest: ut hic dixit. sed quomodo q iam acceperit, potest dimittere? Respon. occasione partis pupilli: ut supra de acquiren. hæred. l. cum hereditatem.

[f] Si quid plus. Sua dimidia.

[g] Seruare. per in integrum restitutionem, ut denuo habeat, ut dixi. & facit ſ. eod. l. cogi. §. si quis hæres. §. sed & si quis. & §. idem Martianus. & l. qui totum. & l. nam quod. §. 1. & l. ita tamen. §. si pater.

MAtrem, & auunculum. CASUS. Lucius Titius scripsit sibi hæredes matrẽ suam, & auunculum suũ, i. fratrẽ matris, quibus ipse debebat centum pone: & commisit fidei eorum, ut post mortẽ eorũ restituerẽt Septitio illud, qđ superfuerit ex re familiari ipsius Lucij Titij testatoris. & decessit dictus testator. & postea dicti sui hęredes cõsumpserunt non modicã partẽ bonorum eius. & postea decesserint dicti hæredes, relictis multis hæredibus, quibus hæredibus dictorum hæredũ scientibus, Septitius prædictus fideicom. possedit multa corpora, quæ remanserant in bonis dicti Lucij Titij: ita q non fuerunt consumpta a dictis hæredibus Lucij Titij, i. a matre eius, & auũculo: & sic uidetur per eos hæredes hæredum restituta hæreditas dicto Septitio fideic. quæsitũ est, an id, quod Lucius testator debuit matri & auunculo suis hæredibus, i. dicta c. hęredes eorũ matris, & auunculi possint petere a Septitio fideic. & respõ. q nõ. & Claudius iuriscõsultus confirmat prædicta, & addit circa ea rationẽ: quia obligatio dictorũ c. cõfusa per aditionem hæreditatis, i. ex eo q dicta mater, & auunculus creditores dicti Lucij Titij adiuerunt eius hęreditatẽ, intercideret. & quamuis gñaliter in tali casu sit repetitio fideicõ. hæredibus hæredum, ex eo qđ ipsi hæredes hæredũ non deduxerint illud, qđ debebatur per testatorem dictis hæredibus: tñ æquitas dictæ repetitionis fideicõmissi defecit his matri, & auũculo hæredibus, qui proponũtur cõsumpsisse multa ex hæreditate dicti testatoris. & sic defecit hæredibus: ergo & defecit hæredibus hæredum. Viuia.

[h] Titius. Debitor.

[i] Superfuerit. Hoc casu poterat omnia alienare, nisi causa interuertendi fideicõmissi. hodie uerò quartam cogitur seruare fideicommissario: ut no. ſ. eo. l. Titius.

[k] Modicam. Sed magnam.

ſcientibus, a multa corpora, quæ remanſerũt ex bonis Lucij Titij, Septitius b poſſedit. quæſitum eſt, ad id, quod Lucius Titius debuit matri, & auunculo, hæredes eorũ à Septitio petere poſsint. Reſpondi nõ poſſe. Claudius. c Aditione enim hęreditatis confuſa obligatio interciderat: ſed fideicõmiſsi repetitio d erat: cuius æquitas defecit e ijs, qui multa f ex hæreditate conſumpſiſſe proponuntur.

Fideicommiſſum limitatur ſecundum naturam præcedẽtis ſubſtitutionis, niſi ex uoluntate defuncti aliud præſumatur ex natura ſermonis, uel alia coniectura. Bartolus.

Paulus. LXXXI.

* Iulius g Phœbus teſtamento facto, cùm tres liberos hęredes inſtitueret, Phœbum, & Heracliam ex eadem matre, Polycratem ex alia, æquis portionibus: petijt à Polycrate minore fratre ut accepto certo pretio, hæreditatem fratribus h concederet: & inuicem eos, qui ex eadem matre erãt, ſi quis eorum hæres non fuiſſet, ſubſtituerat i Polycrati, ſi intra pubertatem deceſsiſſet, ſecundas etiam tabulas fecit, k quia matri eius commendauit aperiendas, ſi impubes obijſſet: deinde petijt à prioribus, l ut ſi quis eorum ſine liberis decederet, portionem ſuam, exceptis bonis maternis eorum, & auitis, ei, uel eis, m qui ſupereſſent, reſtitueret. Heracliã ſoror mortua ſine liberis fratrem ſuum Phœbum inſtituit hæredem, Polycrates fideicõmiſſum petierat, & obtinuerat apud Aurelium Proculum proconſulem Achaiæ. Appellatione facta, n cũ ſolus Phœbus egiſſet, o * uictus eſt: quia ei, uel eis uerba, utrunque fratrem p complecterentur. atqui inui-

a Scientibus. Per quod uidetur hęreditas reſtituta: ut ſ. eod. l. reſtituta. in princip. Accur.

b Septitius. Fideicommiſſarius.

c Claudius. Confirmauit prædicta adhibita ratione: aditione enim &c. ut ſ. eod. l. debitor. in princip.

d Repetitio. Quaſi plus debito reſtituiſſet: ut ſ. eo. l. hęres cum. & l. cum hæreditas. & ſ. de hære. uen. l. 2. §. pen. Hug.

e Æquitas deficit. Sic ſ. ad Syl. l. propter. §. neptis. & j. de ijs quib. ut indign. l. hæres qui ſciens.

f multa. Hoc quãdo ultra dodrantem conſumpſit. nam dodrantem iure ſuo licuit conſumere, uel etiam iure nouo: ut dixi, ſecundum quoſdam: ſed B. dixit ſufficere ſi tantum conſumpſerit, quantum eis debebat. ſibi enĩ imputetur, ſi potius uoluerit uoluptatis cauſa erogare, quàm ſibi in ſuo debitu ſatisfacere. innuit igitur, quòd ſi non multa conſumpſerit, non extinguitur petitio debiti. ut arg. ſ. eod. l. debitor. & l. ſi hæres. §. fi.

Iulius. CASVS. Iulius Phœbus habens tres filios, ſ. Phœbum; & Heracliam ex eadem matre natos, & Polycratem natum ex alia: fecit teſtamentum, & inſtituit eos tres ſibi hæredes ex æquis portionibus: & petijt à dicto Polycrate, qui erat minor, quàm aliquis fratrum, ut concederet hæreditatem dictis ſuis fratribus accepto certo prædio puta Titiano, & circa hoc non erat quæſtio. & dictos Phœbum, & Heracliam natos ex eadem matre uulgariter adinuicem ſubſtituit, ſcilicet ut ſi quis eorum non fuiſſet hæres, alter haberet ſuam partem, & de hoc tangetur j. & fecit dictus Iulius Phœbus ſecundas tabulas Polycrati, id eſt, ſubſtituit ei pupillariter, ſi decederet in pupillari ætate, quas ſecundas tabulas commendauit aperiendas matri eius Polycratis, ſi impubes obijſſet dictus Polycrates. & de hoc non eſt quæſtio in hac lege: deinde petijt à prioribus, id eſt, à Phœbo, & Heraclia, ut ſi quis eorum ſine liberis decederet portionem ſuam hæreditatis ipſius Iulij Phœbi eorum patris reſtitueret, ſcilicet fratri, uel eis ſcilicet fratribus, qui ſupereſſent; exceptis bonis maternis eorum, & auitis. & poſtea deceſſit dictus Iulius Phœbus teſtator. & poſtea deceſſit dicta Heraclia ſine liberis, & inſtituit ſibi hæredem fratrem ſuum Phœbum, & dictus Polycrates uocauit poſtea dictum Phœbum coram Aurelio Proculo proconſule Achaiæ, & petijt ab eo fideicommiſſum, id eſt, dimidiam portionis Heracliæ ſine liberis mortuæ, propter hoc quod teſtator dixerat, ut ſi quis eorum duorum, ſcilicet Heracliæ, & Phœbi ſine liberis decederet, portionem, ſuam hæreditatis paternæ reſtitueret ei, uel eis, qui ſupereſſent. & quia deceſſit Heraclia ſine liberis obtinuit dictus Polycrates: & Phœbus à ſententia contra eum lata appellauit, & Polycrates non curauit de dicta appellatione Phœbi, & receſſit domum, & ſic ſolus Phœbus ſtetit ad proſequendam appellationem coram iudice appellationis, & cum non haberet ius, eſt uictus idem Phœbus. Nõ autem habebat ius, ideo quia uerba teſtatoris poſita in uer. deinde petijt &c. ſ. hæc, ei, uel eis &c. complectebantur utrunque fratrem, id eſt, Phœbũ, & Polycratem. ſed certè malè uidetur ſuccubuiſſe dictus Phœbus, & in principali cauſa, & in appellatione: quia teſtator ſubſtituerat uulgariter tantum illos duos, ſcilicet Phœbum, & Heracliam, ut patet in uerſi. & inuicem eos &c. unde ad illos duos tãtum uidetur ſequentem ſcripturam tranſtuliſſe, quę ẽ in uer. deinde &c. ſed certè hoc nõ obſtat: quia etiam præter illud, quod mouit iudicem principalis cauſæ, & appellationis, uidebatur hæc eſſe uoluntas patrisfam, ut omnibus fratribus ſuperſtitibus reſtitueret pars illius ex duobus, qui decederet ſine liberis. & ideo ita uidebatur, quia exceperat teſtator de dicto fideicommiſ. de quo dicitur in uerſic. deinde petijt &c. materna bona eorum Phœbi, & Heracliæ, & ideo exceperat quia Polycrates habebat etiam matrem, & quidem ſuperſtitem: cuius etiam matris fideicommiſſum erat per dictum teſtatorem, ut legata, quæ ei matri dederat dictus teſtator in teſtamẽto, moriens ipſa mater reſtitueret dicto Polycrati ſuo filio. Viuianus.

g Iulius. Alijs lex, Iulius, alijs §. Paulus Imperialium &c.

h Fratribus. Not. quòd appellatione fratris continetur ſoror. ſic ſ. de pact. l. tres fratres.

i Subſtituerat. Id eſt, uulgariter. & habeas, ſi quis eorum hæres non fuiſſet &c. & ſic expirauit adita hæreditate. ut C. de imp. & alijs ſubſti. l. poſt aditam.

k Fecit. Scilicet Phœbus pater: & habeas Polycrati.

l A prioribus. Id eſt, Phœbo, & Heraclia.

m Ei, uel eis. Scilicet fratri, uel fratribus.

n Appellatione facta. Per Phœbum.

o Egiſſet. Scilicet in cauſa appellationis: qđ fieri põt: ut C. de temp. ap. l. fi. in §. ibi, qa hoc ſpeciale &c.

p Vtrunque fratrem. Id eſt, utrunque fratrem complectuntur.

* Exemplar Norẽberg. pro inſcriptione ſic habet: Paul⁹ imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris ſex, lib. 1. ſeu Decretorum li. 2. In P.F. uerõ nõ eſt nouũ caput diſtinctũ à præcedẽti, ſed paragraphus ẽ præcedentis capitis.

* In P.F. additur ad uerbium μονομερῶς quod poſſis interpretari, peremptoriè. uide Anto. Auguſt. emẽ. li. 4. c. 16.

cem duos illos tantum a substituerant: b sed & uoluntas c hæc patris uidebatur, qui exceperat bona eorum materna: quia Polycrates aliã matrem, & quidem superstitẽ habebat. cuius etiam fideicommiserat, ut * legata, quæ ei dederat, d intestata moriens Polycrati filio suo restitueret.

a Tantum. Quasi dicat non unum tantum.
b Substituerat. Id est, dicere, ac si expresè substituisset eos inuicem. id est, simul. Alij dicunt quòd hoc opponit pro Phœbo de substitutione prima, quasi in secunda ad illos tantum duos uideatur referre se: ut ĩ. de uolg. substi. l. cohæredi. §. cũ patrẽ. sed non est ita: quia fuit uulgaris.
c Sed uoluntas. Scilicet ꝑ Polycrate in dicto fideicõmisso.
d Dederat. Iulius Phœbus. Accur.

TITVLVS II.

QVANDO DIES legatorum, uel fideicommissorum cedat.

QVANDO dies legatorum &c.

Paulus libro ij. ad Sabinum. I.

MOrtuo patre e licet uiuo pupillo, dies legatorum à substituto datorũ cedit.

Legatum seruitutis personalis cedit ab adita hæreditate. Barto.

MOrtuo. CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ Seium filium suũ pupillum: & ei pup. substituit Caiũ, ponamus: & à dicto Caio substituto plura legata quibusdã reliquit. & postea decessit dictus Titius pater dicti Seij pupilli. Certè dies legatorum à dicto substituto datorum, siue relictorum cedit, quãtum ad hoc, ut legatarij decedentes interim, antequã uendicet sibi locum substitutio, ad hæredes eorum legatariorum petitionẽ transmittant: scilicet, si postea uendicet sibi locũ substitutus pupilli, pupillo in pupillari ætate decedẽte. non enim nocet quantum ad hoc, quòd mortuo dicto patre Titio, pupillus eius filius uiuit. substituti enim prædicti aditio moram legati quidem petitioni facit: cessioni diei nõ facit: ut ĩ. eo. l. hæredis. in prin. & §. tantundem.
e Mortuo patre. Pone casum: ut ĩ. eo. l. hæredis aditio. §. tantundem.

SI purè fit. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium, & reliquit purè Caio usumfruc. uel usum fundi sui, uel habitationem domus suæ, & decessit. certè antequam adeatur hæreditas per dictum Seium, dies eorum legatorum non cedit quò ad petitionem: quia nõ debent ante aditam hæreditatẽ, sicut nec legata cæterarum rerum ante aditam hæreditatem debẽtur: neq; petitio eorum legatorum ad hæredẽ legatarij transit. Sed similes dicere, quod neque eorũ dies ante aditam hære. cedit: & ita neq; petitio ad hæredẽ transit, dicere posses, ut uidetur. Et idẽ est, si ex die, puta post Pascha, sit usufructus relictus legatario. nam cum ad hæredẽ fructuarij non transferatur ususfructus ea sui natura: ut & lust. de usufr. §. finitur frustra est, si ante hæredi. aditam dixerit aliquis cedere diem eius usufr. qui legatus est nam ea legata, quæ dicuntur cedere ante aditã here. dicuntur cedere, quantum ad transmissione m ad hæredẽ legatarij tantũ. & nõ quantũ ad hoc, ut debeãtur. quia nulla debentur ante aditã hæreditatẽ. Viuia.
f Transit. Not. diem harum personalium seruitutum non cedere ante aditam hæreditatem, etiã si purè sint relictæ, nec quò ad petitionem, nec quo ad trãsmissionem, si decedat legatarius. idem in alijs seruitutibus, & idem in alijs quibusdam casibus est: ut hic, & not. C. de cad. tol. §. in nouissimo. & ĩ. e. l. si habitatio. ea uerò adita, cedit dies, quo ad petitionem, nõ quo ad trã missionem, cum non trãseat ad hæredes. ut d. §. in nouissimo. & Instit. de usufruc. §. finitur. nisi sit relictum Titio, & hæredi, ut C. de usufru. l. cum antiquitas & cætera legata cedũt à morte testatoris, quo ad transmissionem, ut C. de ca. tol. §. cum igitur. licet nõ possint peti, nisi ea adita. Item si sunt relictæ ex ea die certo, uel incerto, uel sub conditione: non cedunt ante diẽ etiam certum ut hic subijcit. & ĩ. quãdo dies usufr. leg. ced. l. 1. §. fi. sed cætera legata ex die certo cedunt: ut C. de ca. tol. §. cum igitur. & sic not. ex prædictis ꝙ cedere diem dicitur duobus modis: ut no. C. de cad. tol. §. 1.

Vlpianus libr. xv. ad Sabinum. II.

SI purè sit usufructus legatus, uel usus, uel habitatio: neque eorum dies ante aditam hæreditatem cedit, neq; petitio ad hæredem transit. f Idem est, si ex die sit ususfructus relictus.

Idem libro v. disputationum. III.

NAm cum g ad hæredem non transferatur: frustra est, si antè qs diem eius cedere dixerit.

Si legatum cõfertur in mortem hæredis, est conditionale: secus in mortem legatarii. Bar.

g NAm cum. Ratio superioris legis.

Idem libro xix. ad Sabinum. IIII.

SI cùm hæres morietur, legetur: conditionale legatum est. h Denique uiuo hærede, defunctus legatarius ad hæredem non transfert. i Si uerò cùm ipse legatarius morietur, k ei legetur: certum est, legatũ ad hæredem transmitti.

SI cum hæres. CASVS. Institui mihi hæredem Titium & legaui Seio c. cum dictus Titius hæres morietur: & decessi. certè dictum legatum est conditionale. sub die enim incerto relictum est, qui habetur conditionis loco: quæ conditio potest non existere uiuente legatario: puta si legatarius moriatur, uiuente hærede. unde si uiuo Titio hærede, decedat Seius legatarius, non transfert legatum ad hæredem suum. si autem legaui dicto Seio centum, cum ipse Seius morietur, certum uidetur esse legatum: quia conditio uiuente legatario existit: quia uiuente moritur: unde ad hæredem suum transmittit legatarius dictum legatum. Viuia.
h Legatum est. Dies enim incertus est: ut ĩ. de con. & demon. l. t. & l. dies. & ĩ. de condi. indeb. l. quod si sub ea. & sic nota, quod cum t facit cõditionẽ quandoq;, quãdoque nõ: ut no. ĩ. de cõd. inde. l. qui promissit. Ac.
i Non transfert. Hoc ideo, quia conditio potest non existere uiuente legatario: puta si legatarius moritur uiuente hærede. Alia, quæ sequitur, uiuente legatario existit: quia uiuens moritur, & mortuus non moritur, tam enim mors ultra non dominabitur. & facit ad hoc ĩ. de manu. test. l. qui duos. §. hæc conditio. & de le. a l. si pecunia §. t. & ĩ. de condi. & demon. l. hæres meus.
k Si legatari⁹ morietur. Fallit in libertate relicta seruo suo, cũ morietur: ut ĩ. de ma. test. l. libertas. in prin. & in

t Cum quoq; cõditionem facit, & quot alijs modis tumai MI. in gl Fac. §. Habita, hoc ner.

& in usufructu: ff. de usufru. l. Titio. & facit ff. eo. l. huiusmodi. in fi. & C. de hæt. instit. l. extraneum. Acc.

Si post diem. CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ Seium ponamus: & legauit Caio c. & decessit dictus Titius, & postea decessit Caius legatarius, nunquid transfert idem legatarius legatum ad hæredem suum? Et distinguitur, aut fuit dictum legatum pure relictum, aut post diem certã, aut sub conditione. Primo casu cedit dies eius legati ex die mortis testatoris, & sic legatarius transfert legatũ ad hæredem suum, si moriatur post testatorem. Secundo casu simili modo cedit dies à morte testatoris, & sic simili modo trãsfert legatarius ad hæredem suum legatũ, nisi forte id fuit legatũ post diẽ, quod non transit ad hæredem. nã huiusmodi legati dies nõ cedit ante diem, subaudi, nec etiam post diẽ, quo ad transmissionem, puta si usufructus sit relictus post annum. Tertio autẽ casu non prius dies legati cedit, quã cõditio fuit impleta, etiam si ea fuit conditio, quæ in potestate sit legatarij. nedũ si sit casualis, uel mixta. & sic ante eã ĩpletam decedens legatarius non transmittit legatũ ad hæredem suũ. secus autem esset, si ea esset conditio, quam prætor remittit legatario: puta iurisiurandi: uel esset impossibilis, quæ quidem conditiones habentur pro non adiectis. uel esset apposita, & per legatarium non staret, quo minus eam impleat, sed staret per hæredem: ut puta si sit iussus legatarius hæredi dare 10. & hæres accipere nolit. aut staret, quo minus impleatur per eius personam, in cuius persona iussus est legatarius parere conditioni: puta si sit legatum dicto Caio. pone, si Seiam uxorem duceret, nec ea ei uelit nubere. nam his casibus nõ expectatur, quod adimpleatur conditio, & ea non impleta decedẽs legatarius bene trãsfert legatum ad hæredem suum: in prædictis autem omnibus casibus, in quibus dixi legatum transferri ad hæredem legatarij, præstabitur legatum hæredi legatarij eisdem diebus, & eisdem conditionibus, siue appẽdicijs oneribus, quibus diebus, & oneribus præstaretur legatario, si uiueret. s. ut hæres legatarij ita teneatur adimplere onera imposita legatario, sicut teneretur legatarius, si uiueret. Si cum dies. Instituit mihi hæredem Titium, & legaui filio Caij, uel seruo Seij c. & decessi. & ita post mortem meam cessit dies legati prædicti, certe legatũ debetur his scilicet patri, uel domino, quorum iuri fuit subiectus filius, uel seruus prædictus. Et ideo si purum legatum fuerit, & post diem legati cedentẽ post mortẽ meã testatoris dictus seruus est factus liber, relinquit dictus seruus dictum legatum apud dominum, tanquã eidem domino debitũ, & hoc in eo legato, cuius cedit dies à morte mea testatoris. secus autem est in eo legato, cuius cedit dies ab adita hæreditate tantũ: sicut est legatum ususfructus. nã si præfatus ususfructus fuerit legatus filio, uel seruo alicuius: licet post mortem testatoris sui iuris efficiatur dictus filius uel seruus: ante aditam tamen hæreditatem, acquirit sibi legatum dictus filius, uel seruus. & est ratio: quia inuenitur sui iuris, quando cedit dies legati, scilicet tempore aditæ hæreditatis. ff. eo. l. 2. & 3. Viuia.

Primo dicit legatum transmitti ad hæredem post cessionem diei. Secundo dicit, quando dies cedat quo ad transmissionem. Bart.

Idem lib. xx. ad Sab. V.

Si post diem legati cedentem legatarius decesserit, ad hæredẽ suũ [a] transfert legatũ. Itaque si purum legatum sit: ex die mortis [b] dies eius [c] cedit. Si uerò post diẽ [d] sint legata relicta: simili modo atq; in puris, dies cedit: nisi fortè id fuit legatum, quod ad hæredem non transit. Nam huius dies non antè [e] cedit: ut puta si ususfructus, post annum sit relictus: hanc enim sententiam probamus. Sed si sub conditione sit legatum relictum, non prius dies legati cedit, quàm conditio fuerit impleta: [f] nec quidẽ si ea sit conditio, quæ in potestate sit legatarij. Sed si ea conditio sit, quam prætor remittit: statim dies cedit. [g] Idemq́ue & in impossibili [h] conditione: quia pro puro hoc legatum habetur. Item si qua conditio sit, quę per legatarium non stat, quò minus impleatur, sed aut per hæredem, aut per eius personam, in cuius personam iussus est parere conditioni: dies legati cedit: quoniam pro impleta [i] habetur: ut puta si iussus sim, hæredi decem dare, & ille accipere noluit. Sed & si ita mihi legatum sit, si Seiam uxorem duxero, nec ea uelit nubere: dicendum erit, diẽ legati cedere. ꝗ [k] per me non stat, quò minus paream conditioni: sed per alium stat [l] quò minus impleatur conditio. Iisdem autem diebus, [a] id est, eisdem conditionibus hæredi [m] præstabitur legatum, quibus legatario ipsi præstabatur. Si cum dies legati cedere inciperet, alieni quis iuris [n] est; debebitur ijs legatum, quorum iuri fuit subiectus. Et ideo si purum legatum fuit, & post diem legati cedentem liber factus est, apud

[a] Ad hæredẽ suum. Id est, quem habet. non autem, dicit ad differentiam extranei hæredis.

[b] Mortis. Testatoris: ut C. de cad. toll. §. cum igitur.

[c] Eius. l. legati.

[d] Post diem. Scilicet certum: ut d. §. cum igitur. & hoc quò ad transmissionem.

[e] Non ante. Sed nec post quò ad trãsmissionem, ut eo. ti. eod. l. 2.

[f] Impleta: ut C. de cad. toll. §. sin autem. Accur.

[g] Statim cedit. Id est, a die mortis, & da exẽpla ff. de cõd. iurisiu. uel aliæ, quę contra legem sit, uel contra bonos mores: ut ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione, & ff. ut. t. l. facta. § quod si conditio.

[h] Impossibili. Vt ff. de condi. & demonst. l. obtinuit. & Instit. de hęred. instit. §. Impossibilis. Sed occurrit contra. ut Instit. de leg. in fi. sed distingue, cui apponitur. ut no. ff. de condit. instit. l. 1.

[i] Impleta. Vt ff. de condit. & demon. l. iure ciuili. & C. de condi. inser. l. si ea. & C. de institu. & substitu. l. 1.

[k] Quod. Id est, quia. a

[l] Per alium stat. Secus si per casum fortuitum: ut C. de condi. inser. l. legatum. & ff. de condit. & demõst. l. in testamento. & ff. de condi. institu. l. quæ sub conditione §. quoties & ibi not.

[m] Hæredi. Legatarij. & dic conditionibus. i. modis. si autem mera esset conditio: non transmitteretur ea pendente: ut ff. proxi. Item ab hærede adimpleri, nisi sit factum quod per eum fieri non possit: ut C. de cadu. tol. §. sin autem. & §. sin autem talis. Accur.

[n] Iuris. Vt est filius, uel seruus: & caue tibi: quia aliud est in contractibus: ut si fiat sui iuris, etiam ante condi-

[a] Io P.F. id est, ijsdẽ pensionibus.

[l] Quid in cõditione, quę de iure nõ potest adimpleri, an pereat legatũ: dic ꝗ ubi nõ põt adimpleri de iure, sufficit adimpleri de facto: quãuis sit factũ inutile, tamẽ legatũ utile per ea q̃ not. doct. in l. Mæuius. ff. de cond. & demõstra. Bal. in ti. de insti. & substi.

[a] Quod pro quin. Mand. in gl. facul. §. lanè, in uer. & q̃. uers. Non nunquam, quod pro quia.

tionem obligationis, domino uel patri quæritur: ut ff. de regu. iur. quæ legata. & facit ff. de don. cau. mor. l. fi. & ff. de opt. leg. l. si Pamphilo. & de codi. l. a. §. 1. & infra eod. l. si usufructus. §. fin.

a Acquirit. Et est ratio, quia inuenitur sui iuris, quando cedit dies legati, scilicet tempore aditæ hereditatis: ut ff. eod. l. a. & 3.

dominum legatum relinquet. Sed si usufructus fuerit legatus, licet post mortem testatoris, ante aditam tamen hæreditatem sui iuris efficiatur: sibi legatum acquirit: a

Conditio tacita ex testamento procedens, impedit diem legatorum cedere: secus si extrinsecus ueniat. Barto.

Paulus libro tertio ad Sabinum. VI.

QVod purè datum est, si sub conditione adimatur: quasi sub conditione b legatū habetur. At si extrinsecus suspendatur legatum, nō ex ipso testamento, licet antè decedat legatarius, ad hæredem transmisisse legatum dicimus: c Veluti si rem dotalem maritus legauerit extero, & uxori aliquam pro dotali re pecuniam: deinde deliberante uxore de electione d dotis, decesserit legatarius, atque legatū elegerit mulier: ad hæredem e trāsire legatum f dictum est: idque & Iulianus respondit. magis enim mora, quàm conditio legato iniecta uidetur. Eorum legatorum, † quæ in codicillis relicta sunt, perinde dies cedit, atque in testamēto g relictorum.

Hæreditatis aditio non differt diei cessionem, sed petitionem quamlibetcunque differt. Bart.

Vlpianus libro xx. ad Sabinum. VII.

HAeredis aditio moram legati quidem petitioni facit, cessioni diei non facit. Proinde

---

QVod purè. CASVS. Titius legauit Seio centū purè, & postea ademit ei dictum legatum sub conditione, si nauis ex Asia uenerit usque ad annum ponamus: & decessit dictus Titius. certè quasi sub contraria cōditione prędictum legatum habetur, id est, quasi esset relictum sub cōditione, si nauis ex Asia non uenerit usque ad annum. unde si interim decedat legatarius prędictus Seius, non transmittit legatum ad hæredem suum. si autem extrinsecus suspendatur legatū, & non ex ipso testamento: licet ante legatarius decedat: dicim⁹ trāsmisisse eum legatū ad hæredē suum: ueluti si rem dotalem maritus legauit extraneo, & legauit uxori suæ aliquam pecuniam pro dicta re dotali legata extraneo: deinde deliberante nante utrum uellet dictam rem dotalem, aut dictam pecuniam sibi legatam a marito, decessit dictus legatarius extraneus ante quam mulier eligeret legatum suæ pecuniam sibi legatam a uiro: certè ad hæredem dicti legatarij dictum est per sapientes transire dictum legatum rei dotalis, scilicet ut si postea mulier potius uellit pecuniam, quam rem dotalem legatam extraneo, possit hæres dicti legatarij extranei petere ea legato dictam rem dotalem. & est ratio, quia in hoc casu magis mora uidetur iniecta legato rei dotalis prædictæ, quam conditio.

Eorum legatorum. Dies legatorum, quæ sunt relicta in codic. perinde cedit atque, id est, sicut cedit dies legatorum relictorum testamento. quando autem cedit dies legatorum testamento relictorum, dictum est supra proxi. leg. Viuia.

b Quasi sub conditione. Scilicet contraria: & ideo ea pendente legatarius decedens non transmittit ad hæredem, ut hic, & ff. de adi. leg. l. si legatum pure. & l. legata inutiliter, & arg. ff. si cert. pet. l. pecuniam.

c Dicimus. Vt supra de condit. & demon. l. conditiones. & l. 1. § 1. & l. aliquando. & ff. eodem l. hęredis. & l. si dies. §. fina.

d De electione. Vtrum legatum petere, uel dotem uellit. Hug. Accur.

e Ad hæredem. Scilicet legatarij cui dotem legauit maritus.

f Legatum. Dotis sub. & facit ff. eod. l. proxi. & ff. de uerbor. obligat. leg. si decem cum.

g In testamento. Nam ius testamēti obtinet, ut ff. de codic. leg. a §. 1. & l. ab intestato. in fi. & C. eo. l. fi.

HAeredis. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Petrum purè: & legauit Seio centum, pone. & decessit dictus Titius. Petrus cum posset adire hæreditatem, distulit adire: & interim Seius legatarius decessit (ponamus) nunquid transmittit ad hæredē suū legati petitionem, scilicet ut hæres eius possit petere legatū ab hærede testatoris, postea hæreditatem adeunte? Et certè sic. nam hęredis aditio, scilicet dilata, uel tardata facit moram petitioni legati, non autem facit moram cessioni diei. & idem esset, si Titius instituisset dictum Petrū sub conditione. & impleta conditione, ipse Petrus tardi⁹ adeat hæreditatē: quia semper legatarius est securus. s. ut si interim moriatur, trāsmittat ad hæredem suū legati petitionē. & idē est, si posthumus hęres sit institutus a dicto Titio. nā & hæc mora legatario non nocebit. s. quātū ad hoc, ut transmittat ad hæredem suū legatum, & idē est similiter, si hęres institutus a Titio sit apud hostes: quia nec hæc mora nocebit. & idem est in hoc alio casu. Titius instituit sibi hæredem Petrum, & Petro substituit Sempronium: & a dicto substituto reliquit centum Seio. nam si deliberante Petro instituto decedat legatarius: non nocebit legatario, quo ad transmissionem ad hæredem suum, si postea hæres institutus Petrus repudiauit hæreditatem, & sic peruenit hæreditas ad substitutum, à quo fuit legatum relictum: nā transtulit prædictus legatarius petitionem legati ad hæredem suum. & idem est si dictus Titius instituit sibi hæredem filium suum impuberem, & ei pupillarem Sempronium substituit, id est, si impubes decederet in pupillari ætate: & a dicto substituto reliquit c. Seio: nā si legatarius decedat antequam uendicet sibi locum substitutio pupillaris, id est, ante quam impubes in pupillari ętate decedat: transfert idem legatarius legatum ad hæredem suum, scilicet ut legatarij hæres consequatur legatum uendicante postea sibi locum substitutione prædicta. Sed quid si dictus Sempronius impuberi substitutus sit damnatus a Titio patre impuberis dare centum Seio, si intra pubertatem filius impubes decesserit, & postea dictus Seius legatarius decedat uiuo pupillo, siue impubere prædicto, & ita non habente adhuc locum pupillari substitutione: nunquid transfert dictus legatarius petitionem legati ad hæredem suū? Et dicitur quod sic, non obstante quod fuit ei relictum dictū legatum sub condi. & ipse legatarius decessit ante eam impletam: quia dicta condi. per testatorem expressa inerat, etiam si non esset expressa: conditiones autē quæ tacitè sunt, non faciunt legatum conditionale, etiam si sint expressę, ut trāsmissionē impediāt. Quamuis autem dixerim hæredis aditionē dilatam, siue tardatā nō facere moram cessioni diei, tamen quandoque euenit cōtrariū: pone enim quod dictus Titius instituit sibi hæredem

† Dic⁹ de iure canonico etiā nudis uerbis sine solennitate posse legari. c. cū iudicāte. & ibi glo. de testa.

hæredē dictum Petrum: & Sticho seruo suo testatoris dedit libertatem in testamento, & ei seruo legauit aliquid, puta centum. certe si dictus Petrus differat hæreditatem adire: hæc dilatio aditionis faciet moram cessioni diei dicti legati relicti dicto Sticho: ut scilicet, si ante aditā hæreditatem decedat dictus Stichus, non transmittat ad aliquem petitionem legati. nā dies legati relicti seruo in testamēto manumisso non cedit ante aditam hæreditatem, & est ratio: quia scilicet libertas dicto seruo relicta nō prius competat, quā adita hæreditate, æquissimū uisum est sapientibus, nec diē legati eidem seruo relicti cedere ante eam aditam: alioqui inutile fieret legatū, si dies eius legati cessisset antequam libertas competeret ei dē seruo, sed & post aditam hęreditatem quandoque euenit hoc quod non cedit dies legati relicti seruo in testamēto manumisso: puta si seruo purè legetur aliquid, & iubeatur esse liber sub conditio. si nauis ex Asia uenerit pone, & conditio prædicta inueniatur pendens, siue pendere etiam post aditam hæreditatē. Itē & in alio casu facit moram cessioni diei legati ad-tio hæredis dilata, siue tardata ꝑ hæredem: puta si aliquid legatum sit ei, cui seru⁹ legatus est, & ipsi seruo: puta quia dictus Titius testator legauit Stichū seruum suo Seiō: & eidem Sticho, & Seiū legauit 100. nam pro parte Stichi cedit ab adita hæreditate legatum: licet pro parte Seij cedat dies legati à morte testatoris: hoc dicit eū l. seq. Viuianus.

In P. F. siue sub cō ditione, ꝑ conditionem impediatur.

P. F. & si.

siue purè: institutus tardius adeat, siue sub cōditione, nec per conditionem impediatur: legatarius, securus est. Sed & si nondum natus sit heres institutus, aut apud hostes sit: similiter legatario non nocebit: eo quod dies legati cessit. Inde dicimus, & si a substituto legatum sit relictum: quandiu institutus deliberat, defuncto legatario non nocebit, si postea heres institutus repudiauit. nam ad hæredem suum transtulit legati petitionem. Tātundem est, si ab impuberis substituto legetur: nam ad hæredem suū legatum transfert. Tractari tamen potest, si impuberi substitutus dānatus sit, si intra pubertatem filius decesserit, Seio centum dare: an uiuo pupillo defunctus Seius ad hæredem transferat, quasi ea conditio sit expressa, quæ inerat? Et magis est, ad hæredē legatarij trāsire. Interdum aditio hæredis legatis morā facit: utputa, si fortè seruo manumisso, uel ei, cui seruus legatus est, & seruo aliqd legatū sit: nam seruo legati relicti ante aditam hæreditatē dies non cedit.

Idem libro xxiiij. ad Sabinum. VIII.

Nam cùm libertas non prius competat, quàm adita hęreditate: æquissimum uisum est, nec legati diem ante cedere: alioquin inutile fieret legatū, si dies ei⁹ cessisset antequam libertas competeret: quod euenit, si seruo purè legetur, & liber esse sub cōditione iubeatur, & pendens conditio inueniatur etiam post aditam hæreditatem.

Legatum quod personæ cohæret, extinguitur mortuo legatario ante aditam hæreditatem.

Idem libro xxj. ad Sabinum. IX.

Si habitatio filiosfamilias, uel seruo legata sit: puto, non acquiri domino, uel patri legatum, si ante aditam hæreditatem filius uel seruus de-

Quæ inerat. Et uerè expressa est. sed tamen non facit legatum cōditionale, & pro non scripta habetur: ut j. eod. l. si dies. §. fi. & l. si Titio. §. fi. & s. de condi. & demon. l. aliquando. H. tantum ergo hic ualet tacita, quantum & expressa conditio. ar. contra s. de proc. l. filiusfamilias. §. milites.

Interdum aditio. Retardata.

Facit. Vt dies eorum non cedat, quò ad trāsmissionē ante aditā hæreditatē: quod est speciale his casibus: ut s. eodem, l. 2. sed regulariter à morte testatoris: ut C. de ca. tol. §. in nouissimo. sed quò ad petitionē semper facit morā aditio hæreditatis, ut j. hac l. in prin.

Manumisso. In testamento, & accipe aliquid legatum sit. quod est j. ut C. de cad. tol. §. in nouissimo. aliud est quādo seruus legatur Titio & eidē Titio & seruo fundus. nam pro parte serui cedit ab adita hæreditate. pro parte Titij à die mortis. Et quod subijcit dic, nam dies legati relicti seruo, scilicet manumisso &c. & sic sedit ad primū: ut j. l. proxi. colligitur. & facit s. e. l. cū legato. & d. §. in nouissimo. & est ratio quare nō antecedat, quia sic diceretur hęreditati acquiri, cuius interim ē seru⁹: ut s. de lega. 1. l. si ei bi homo. §. cum seruus. licet sit argum. contra j. de fu. st. l. à Titio. uel etiā nullis quia sibi deberi non posset hæreditas.

Nam cum. Hæreditate. Vt C. de cad. tollen. §. in nouissimo. & est ratio, quia si diceretur cedere quantum ad transmissionem, legatum libertatis hic nihil esset: quia mortuus amodo non posset manumitti. & sic cum nullum commodum sit transmissionis, non cedit ante. sed post petit potest, & sic cedit dies.

Nec per conditionem impediatur. Aliàs est, nec per conditionē: sed alia causa impediatur adire: alias est & per cōditionē impe. & deest nec, & tunc bona est lra, si nō postea existēte cōditione adeat: alias nec testamētum ualet, nec legata: ut s. de ijs, q in testa. de. l. proxi.

Natus. Quia posthumus sit institutus, quod fieri potest. ut s. de sta. homi. l. penul.

Apud hostes. Et hic potest institui: ut s. de hæred. in sti. l. illa. §. 1.

Non nocebit. Quo minus ipse habeat, uel ad hæredem transmittat.

Repudiauit. Et sic hæreditas perueniat ad substitutum, à quo legatum fuit relictum.

Substituto. Vt s. eo. l. 1. Accur.

Intra pubertatem. id est, impubes sit. Acc.

Legati. Relicti seruo manumisso.

Competeret. Et est ratio, vt not. s. l. proxi. in fi.

Quod euenit. Vt sit inutile.

Hæreditatem. Refert tamen qualis sit conditio, an quæ potuit adimpleri ante aditam hæreditatem, uel quæ non: vt s. de leg. 1. l. quæ situm. §. 1.

Si habitatio. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium: & filio Caij uel seruo legauit habitationē domus suæ: & decessit dictus Titius. & postea antequam Seius hæreditatem adiret, decessit dictus filius uel seruus Caij. nunquid acquiritur dictum legatum habitationis dicto Caio, qui est pater uel dominus?

cesserit. nam cùm personæ cohæreat: a rectè dicitur, ante aditam hæreditatem diem non cedere.

Idem libro xxiij. ad Sabinum. X.

CVm in annos singulos legetur, non unū legatum esse, sed plura b constat.

Iulianus libro xxxvij. digestorum. XI.

NEc refert, c singuli aurei in annos singulos legērur. an in annum primum mille aurei, in secūdum hordeum, in tertium frumentum.

Vlpianus libro xxiij. ad Sabi. XII.

NEc semel diem eius cedere, sed per singulos annos. d Sed utrum initio cuiusque anni, an uerò finito anno cedat, quæstionis fuit. Et Labeo, Sabinus, & Celsus, & Cassius, & Iulianus in omnibus, quæ in annos singulos relinquūtur hoc probauerunt, ut initio cuiusq; anni huius legati dies cederet. e Inde Iulianus ait: hoc legatū si seruo relinquatur, deinde post primum, uel alterum annum fit liber: sibi eum acquirere. f Itē Celsus scribit (quod & Iulianus probat) huius legati diem ex die mortis cedere, nō ex quo adita est hæreditas: & si fortè post

---

Et dicitur quòd non, & est ratio: quia cum dictum legatum habitationis cohæreat personæ illius, cui legata est, & eius morte finiatur: rectè dicitur, nō cedere diem eius legati ante aditam hæreditatem. si non cedit ante aditā hæreditatē, ergo nō posset transmitti ad hæredē etiā si dictus filius, uel seruus esset sui iuris, & ante aditam hæreditatem decederet: ut ī. eo. l. 2. & 3. illa autem legata, quæ mortuis nobis ad hæredem nostrū transeunt, eorum cō modum per nos [illegible], quorum in potestate sumus, eodem casu acquirimus: ut ī. eo. l. si post diem. §. fi. & j. de regu. iur. l. quæ legata. Viuia.

a Cohæreat. Quia morte personæ finitur: ut s. de usu, & habita. l. si habitatio. Est & alia ratio, quia non est persona, à qua constituatur: sic econtra si legaretur usufructus seruo hæreditario, non cedit ante aditam hæreditatē: quia non est persona, quæ utatur: ut infra de stipula. ser. l. ususfructus. & infra de acquir. rer. do. l. hæreditas.

CVm in annos. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium: & legauit Caio in singulos ann. mille aureos: & decessit dictus Titius. certè constat plura esse legata, & non esse unum tantum. & primi anni est purum legatum, sequentium annorum est conditionale: si uiuat, scilicet Seius legatarius: ut ī. de annu. leg. l. si in singulos. & l. cum in annos. Et idē est, scilicet quòd sint plura legata, si legauit dictus Titius mille aureos in primum annum, & in secundum legauit ei hordeū, & in tertium frumētum. Sed nunquid dies dicti annui legati cedit semel? an per singulos ann. quibus uiuit legatarius? Et dicit quòd per singulos annos, & in initio cuiusque anni. & non in fine. non solū quo ad trāsmissionem ad hæredē legatarij, sed etiam quo ad petitionem. & quia cedit in initio cuiusque anni, quo uiuit legatarius, ut dictum est, si dictum legatū annuū relinquatur per Titium seruo Seij: deinde dictus seruus fit liber post primum, uel alterum annum. Iulianus ait eū seruum nunc liberū sibi acquirere legata eorum annorum, qui uenerunt, ex quo fuit liber, f. & non cedit dies legati ab adita hæreditate, sed ex die mortis testatoris, f. ut legatarius transmittat ad hæredem suū legata illorum annorum, quibus inuenitur uixisse post mortem testatoris etiam ante aditā hæreditatē. & si fortè post multos annos à morte testatoris adeatur hæreditas, debetur legatario legatum omnium prædictorum annorum, & hæredi eius, si ipse sit mortuus, post aditam hæreditatem. subaudi: & idem est si quotannis, i. singulis annis sit legatum. nam & hic spectabimus initium cuiusque anni, sicut & ī. Quādoque tamē unum est legatum, & semel cedit. siue sit relictū in singulos annos, siue quotannis. puta, quando euidens est uoluntas testatoris, ideo diuidentis legatum in annuas pensiones, quoniam uoluit prospicere hæredi suo, ne urgeretur statim ad solutionē legati. non autē uoluit cōsulere legatario. Sed quid si dictus Titius legauit Seio 10. annuis, uel quotannis, ut Seius conduceret sibi habitationem domus, in qua moretur, uel cōduceret unū magistrum, qui eum doceret in aliqua arte: audē certè diebus intelligitur legatum esse relictum, quibus pensio habitationis debetur à legatario, qui conducit: uel quibus debetur à legatario pē sio mercedis disciplinarum. & hoc facta cōiectura uoluntatis testatoris. creditur enim testatorē uoluisse legatarium tūc demum habere dicta 10. cum inciperet egere eis: sicut & in principio anni est soluendum legatum annuum ad alimenta relictum, cū tunc incipiat egere legatarius: ut in hac l. in prin. Scire etiā debemus, quod quātum ad ea, quæ dicta sunt, nō est uis, utrū legetur in annos singulos, uel quotannis, id est singulis annis: uel leget in singulos menses: uel quot mēsibus, i. singulis mēsibus: uel leget in singulos dies: uel quot diebus, id est singulis diebus. & idem erit dicendum si mille, pone, aurei annui legentur. nam semper habebunt locum ea, quæ supra dicta sunt. Si cui homo. Titius legauit Seio hominem in genere, & sic habet idem Seius electionē, quem uelit de seruis testatoris: & decessit dictus Titius. certè si legatarius decedat antequam uendicet seruum, transfert ad hæredem suum legatum.

Si Titio: Caius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Sempronium: & Titio legauit hoc modo. Lego Titio unum de seruis meis, quem Seius elegerit: & decessit Caius, & postea decessit Seius post electionem serui à se factam: certè locus erit uendicationi serui semel dicto Titio legatario acquisitæ. h. d. usque ad l. huiusmodi. Viuianus.

b Sed plura. Et primi anni purum, sequentium conditionale legatum est, scilicet, si uiuat: ut ī. de ann. lega. l. 4. & l. cum in annos. secus in stipulatione etiam causa mortis facta. quia una est: ut j. de dona. causa mort. l. senatus. §. si. Item est simile hoc legatū legato usufr. quia finitur morte, nisi relinquatur Titio, & hæredibus eius: ut s. de ann. leg. l. in singulos. & C. de leg. l. in annalibus. & C. de usufr. l. antiquitas. secus in stipulatione simili: quæ morte non extinguitur: ut infra de uerborum oblig. l. si Stichum. aliàs est l. & ideo. §. stipulatio. Accursius.

c NEc refert. Plana est. Accursius.

d NEc semel. Per singulos ann. secus in simili stipulatione: ut j. de do. cau. mor. l. senatus. §. fi.

e Dies cederet. Etiam quò ad trāsmissionem: ut ī. de ann. leg. l. in singulos. non solum quò ad petitionē: ut C. eo. l. j. sed aliud in stipula. similibus. ubi in fine anni cedit: ut j. de uer. obli. l. qui hoc anno, quæ est contra. Sed contra hanc distinctionem est ī. de condi. & demō. l. si in annos. Alij distingūt an annuū, aut singulis annis legetur, uel promittatur: ut primo casu caput anni, secundo finem inspicias. Sed huic est ar. contra ī. si cert. pet. l. lecta. & j. e. l. nouissimè. Accur.

f Acquire. f. legata annorum ex quo fuit liber.

a Io P.F. in fm ho mu.

Omnium

a Omnium annorum. Praeteritorum et die mortis.
b Quotannis. Id est singulis annis.
c Nisi fortè. Nam hoc sequenti casu non est legatum, & semel ceditur ȝ. e. l. si cu. quasi pure sit relictũ, in tẽpus dilata petitione: vt C. eo. l. ea his. & ȝ. e. l. Firmin. §. si H.
d Quotannis id est singulis annis, puta si ̇x ad domũ tuendam, vel pro magistris. Accur.
e Debetur. A legatario.
f Voluntatis. Quia tunc egere incipit. ergo si ad alimenta x. singulis annis legentur, in principio anni est soluendum: quia tũc incipit egere: vt s̄. hac l. 2. resp. sit de conlectura. s̄. de le. p. l. si seruus plurium. §. fi. & s̄. de la dic. l. sed & si susceperit. §. sed & si proponsa. & ȝ. eo. l. Firmio. §. fin.
g Ipse ego. Subau. Accurs.
h Tot. Pota. a. & est hoc contra solu. quam not. a. respon. huius l.
i Vendicet Legatarius.
k Decesserit. Legatarius, quo casu dubitatur, ideo quia cũ sit electio legatarij, videbatur extingui eius morte. arg. ȝ. de uerbo. obliga. l. centesimis. §. final. Sed cõtra est. quia transmittitur ad hæredẽ. vt & C. commun. de lega. l. fina. in princ. Alij dicunt decessetit. scilicet, seruus legatus. & die post mortem hæredis, nõ ante: vt infra de verbor. oblig. l. inter stipulantem. §. pe. de hac antè electione hominis in genere legati, dic vt not. s̄. fam. ercil. l. hæredes. §. si incerto.

† Limitabis pro hũc tex. l. quibus debetur. s̄. de leg. j. dum dicit legatũ annuũ deberi. de quo in l. legatam. §. si ita. s̄. de legat. 2.

multos annos adeatur hęreditas: omniũ annorũ [a] legatario deberi. Sed & si quotannis[b] sit legatũ: mihi uidetur, etiã in hoc initium cuiusq; anni spectandum: nisi fortè [c] euidens sit uoluntas testatoris, in annuas pensiones [d] ideo diuidẽtis, quoniam non legatario cõsultum, sed hæredi prospectũ uoluit, ne vrgeretur ad solutionem.

Relictum annuum respectu certæ necessitatis, debetur tempore necessitatis. Bartol.

Si in habitationem aliquid, uel in disciplinam legetur sic, Annua: uel, Quotannis: [d] quibus diebus pẽsio debetur [e] habitationis, vel mercedis disciplinarũ, eisdẽ intelligitur legatum relictum, cõiectura † uoluntatis [f] facta. Nouissimè Pomponius scribit: nihil interesse, utrum in annos singulos, uel quotannis: an in singulos mẽses, vel quot mensibus, an in singulos dies, uel quot diebus legetur. ipse [g] quoq; huic sentẽtiæ accedo. Proinde & si annui legentur tot [h] aurei: idem erit dicendũ. Si cui homo generaliter legatus sit, & antequam uindicet, [i] decesserit, [k] ad hæredem suum transfert legatum. Si Titio sit legatus, quẽ Seius elegerit, & Seius post electionem decesserit: locus est uindicationi semel acquisitę.

Conditio omnino extitura si dubitatur, an viuo, vel mortuo legatario exiftat: impedit diem legati cedere. Bartolus.

Pomponius lib. vj. ad Sabinum. XIIII.

HViusmodi legatũ, Siue illud factum fuerit, siue non, [l] illi do, lego ad hæredẽ nõ transit, nisi alteruter casus viuo legatario extiterit: [m] quoniam causa, † ex qua debeatur, præcedere sẽper debet: nec quia † certum est, alterutrum futurum, omnimodò debebitur. nam tale legatum, cũ morietur, hæres dato. certum est [*] debitum iri, [n] & tamen ad hæredẽ legatarii non transit, si uiuo hęrede decedat. [o]

Si legatũ, cuius dies cedit ab adita hæreditate, & aliud legatum cuius diei cedit à tempore mortis, alternatiuè relinquitur, quantum ad electionem vtriusq; tempus inspicitur: quantum ad transmissi nem quodlibet per se naturam suam retinet. Bart.

sibus, semper debet præcedere mortẽ legatarij, ad hoc ut ipse transmittat ad hæredẽ suum: nec debebitur dictum legatum hæredi legatarij, ea ratione, quia certum est alterutrum futurum omnino, l. alterum eorum, quę posita sunt in conditione, & hoc probat à simili. nam enim quod dictus Titius legauit fundum Sempronianũ Lucio cum moreretur dictus Seius hæres: certè istud legatum certum est debitum iri, ea eo, quod certum est, hæredem moriturum. unde si tempore mortis hæredis uiuet legatarius, debebitur ei legatum, & tamen si uiuo hæres de decedat legatarius non transit dictum legatum ad hęredem ipsius legatarij. Viuia.
l Siue non. Si certum erit, illud non faciendum.
m Extiterit. Est ergo conditionale. Et sic contra s̄. de condi. indeb. l. Iulianus. Solu. legatũ, & stipulatio talis est cõditionalis: vt hic. sed tum ex stipulatione solutum non repetitur: quia certum est aliquam earum causarum extituram. arg. s̄. de con dit. indebi. l. quod si sub ea. & idem dici põt in omnibus casibus dĩctis l. Iulianus. in quibus cum debitum certum est: licet uideatur ibi velle notare differentiam. Nec obst. s̄. de pen. & com. rei ven. l. si pẽdente. §. si ita. quia ibi non dici tur pura emptio. sed perfecta est quantũ ad obligationem, a qua neuter discedere potest, alterutro tamen, quantum ad prohibendam repetitionem. Azo. item

non obst. ȝ. de nova. l. si pupillus. §. qui sub cõditione: quia ibi est pura quo ad obligationẽ: vt interim solutum non possit repeti: vt d. l. quod si sub ea. Sed Ioan. dixit, aut uoluit facere duas conditiones, & tunc alteram impleri oportet, aut vnam habentem duo membra, & tunc habetur pro pura: vt hic, & dictis ll. alij dicunt aliter: vt no. d. l. Iulianus.
n Debitum iri. Ea vi conditionis omnino extituræ. non ex persona eius, cui legatum est quæ potest non esse tunc, cum morietur, id est dicere, cõditio is euentus facit deberi legatum, si aliud non impediat, s. mors legatarij ante hæredem.
o Decedat. Quia conditionale legatum: ut s̄. eod. l. 2. diesenim incerta facit conditionem: ut s̄. de conditio. & demon.

† Per istã legem & similes, dicit gl. 2. an re aed. in e. dilecti si lij. ex de iudi. quod sĩ pẽtẽdi semper est exptimenda, aliàs agens non auditur: & est expressum i. e. si de lib. obla.
† Per hũc tex. glo in c. prudentum. sup verb. nõ oftenderit. de off. dele. dicit quod fidum legatarij sciũt tertiũ interesse nõ posse, vel nolle: nihilominus debẽt expectare, quia ille tertius se literato riè excuset.
* In P. Fl. debituri.

HVjusmodi. CASVS. Titius instituit sibi hæredẽ Seium pone, & Lucio ita legauit fundum Sẽpronianum do, lego Lucio, siue ipse Lucius cõtraxerit cum Berta intra annum, siue non contraxerit intra annũ, volens dictus testatur Lucium cõtrahere matrimonium cum dicta Berta intra annum, & sic voluit testator, vt Lucius festinaret ad matrimonium gratia lucri medij temporis, & nõ haberet fundum nisi post annũ, si intra annum non contraheret cum Berta matrimonium, & decedit dictus Titius. postea decessit dictus Lucius antequam alterutet dictorum casuum existeret. nunquid transmittit ad hæredẽ suũ legatũ? Et dicitur quod non: quoniam causa ea qua debeatur legatario legatum, id est, extitentia vnius de dictis ca-

& demon.l.dies. & l.dies incertus, 2.responso.

SI vsusfructus. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium: & legauit Caio vsumfr. fundi Titiani, aut x.sub alternatione vtrum eorum duorum voluerit legatarius:& decessit dictus Titius.certè vtrunque spectādum esse placuit sapientibus, scilicet & mortem testatoris,& aditionem hæreditatis eius: mortem scilicet testatoris esse spectandam propter prædicta x. quæ x. si sola essent legata, cederet dies eius legati à morte testatoris: vt s̄.eod.l. si post diē.in princ. vt sic si mortuus legatarius post mortē testatoris, & ante aditam hæredi.trāsmittat ad hæredem suum legatum x. vt ibi ita,dicet. Aditionem, scilicet hæreditatis esse spectandam placuit propter vsumfru. nam dies legati vsusfructus cedit ab adita hæreditate tantum, scilicet vt possit peti: vt s̄. eo. l.2. vt si adita hęreditate,possit legatarius eligere & petere quodcunque voluerit, vel vsumfructum fundi, vel decem. nam quamuis sit electio dicti Caij legatarij, sicut eā ei dedit testator: nōdum tamē potest esse locus electioni: cum proponatur, aut nondum testatorē decessisse, & ita non habere adhuc locū ea, quæ sunt per eundem testatorem relicta:aut mortuo scilicet dicto testatore hęreditas eius nondum adita proponatur: & ita nō possis eligi,vel peti vsusfr.prædictus. quid ergo si post mortem testatoris,& ante aditam hæred. decedat dictus legatarius: nunquid transferatur ad hæredem eius legatarij legatū de decem? Et respon.qđ sic: quia mortuo legatario dies legati prædicti de 10.cedit.i.mortuo legatario apparet,qđ cessit dies legati quo ad 10.pręcise: quia iam vsusfr.amplius eligi non potest,nec peti.nam & si ita dicat testator,Seię do 10.aut si peperit,fundū hæres meus dato.& antequam pariat,decesserit Seia: trāsmittit ad hæredem suum dicta 10. siue eorum petitionem. Si ita qs. Titius ponamus, instituit sibi hęredē, Seiū: & legauit Caio filio Sempronij c.ita ot ipsi Caio filiofam.soluantur: & decessit dictus Titius, nunquid valet dictum legatum?& certè sic:& non potest imputari hęredi si soluat filio,& non patri Sempro.Imo & si petat dictum legatum pater,exceptione est repellendus.

Si dies legati. Ponamus qđ Titius instituit sibi hæredem Seium: & legauit Caio sui iuris existenti 100. purè,& decessit idē Titius,& ita cessit dies legati.postea dictus Caius legatarius dedit se in arrogationem pono Sempronio,& ita peruenit in Sempronij ius,siue potestatem: certè ipsi Sempronio potius debetur legatum, quam ipsi arrogato. transeunt enim cum eo arrogato in arrogātem ea,quæ ei arrogato debebantur. si autem dictum legatū fuisset dicto Caio sub condit.relictū, non transit statim in arrogatorem Sempronium, sed expectabitur conditio: & ei acquiretur ipsum legatum, cuius iuris erit legatarius tempore existentis dictæ conditionis. Potest enim esse, quòd tempore existentis conditionis erit legatarius in alterius potestate, quam in illius, qui eum arrogauit, quòd si sui iuris fuerit legatarius eo tempore, quò existet conditio legati, sibi potius acquiret. Viuianus.

Vlpianus libro xxiiij. ad Sabinum. XIIII.

SI vsusfructus, aut decem, vtrum legatarius voluerit, sint legata: vtrunque spectandum,& mortem testatoris, & aditionem hæreditatis. mortem, propter decem: aditionē, propter vsumfructum. quamuis enim electio sit legatarij, [a] tamen nondum electioni locus esse potest: cū proponatur,aut nondum testatorem decessisse, aut eo mortuo [b] hæreditas nondum adita. Inde quærit Iulianus: si post mortem testatoris legatarius decedat, an ad hæredem transferatur decem legatum? & libro trigesimoseptimo Digestorum scribit, posse dici, decem transtulisse, [c] quia mortuo legatario, dies legati cedit, [d] argumentum Iulianus pro sententia sua affert tale: Seiæ decem,aut si pepererit, fundum hæres meus dato. nam si antequam pariat (inquit) decesserit: ad hæredem suum decem transmittet. [e] Si ita quis legauerit filiofamilias,vt ipsi soluatur: potest procedere legatum: nec imputari hæredi, cur non patri, sed potius filio soluat. Finge enim hoc nominatim expressum, ita vt filio soluat: certè si pater petat, exceptione erit repellendus. [f] Si dies legati cesserit, [g] deinde legatarius in ius alienum peruenerit: ipsi potius debetur legatū, in cuius ipsius ius puenerit. transeunt [h] enim cum eo, quæ ei debebantur. Sed si sub conditione fuerit legatum: non statim *transit, *sed expectamus conditionem. eique acquiretur, cuius iuris erit conditionis existentis tempore. Quod si sui iuris fuerit eo tempore, [i] sibi potius acquiret.

Non refert quid ex æquipollentibus fiat. Bart.

Idem lib. v. disputa. XV.

SI ita †esset liberis fideicommissum relictum, si morte patris, sui iuris essent effecti, nec

* Statim, nō est in P.Flo.

* In P.F. sed expectabit.

† Quid in testimonio testis interrogati de aliqua sūma,an sufficeret qđ vnus diceret,talis dēbet decē aureos: & alter testis dicat deberi decē & septem libras cū dimidia? dic q̄ sic. limita tamē nisi testes essent super forma interrogati, p ea q̄ no. An.dē Bu. Ic. nihil. J.dē verb. sig.& I c. cum ecclesia,§. non igitur. de cau.pos.& prop.

Si vsusfructus, aut decem. Sub alternatione.

[a] Legatarij. Et si quidem semel publicè eligat, mutare non potest. argu. J. de lega.2.l.statuliberū.§.fi. secus in contractibus inter viuos, vbi distinguitur:vt J.dē verb.obl. l. si quis stipulatus.

[b] Mortuo. Testatore.

[c] Trāstulisse. Quia vnum etiā purum fuit legatum.

[d] Legati cedit. Imò cedit à morte testatoris.sed nunc mortuo legatario apparet quòd cessit.quia iam amplius vsusfructus eligi non potest, nec peti.

[e] Transmittet. Et hoc ideo,quia legatum de 10.purum esse cœpit viua Seia:cum iam certum esse cœperit eam parere non posse: vt ā.de cond.insti.l.fi.& J.eo.,l.cum ita,in prin. Azo. Sed arg.contra,J.e.l.cum illud. Accur.

[f] Repellendus. Filius ergo aget: vt J.de act.& obl.l.filiusfamil.& l.in factom.nec patri videtur acquiri vsusfructus: vt in aut.vt ll. ma.& auię.in prin.col.t.& facit ā.de cōdit.& demon.l.qui hæredi.& J.de verb.obl. l.eum qui.§.qui sibi. & J.de solutio.l. Stichum.§.quæsitum. & §. sequen. Accur.

[g] Cesserit. Legatario existente sui iuris.

[h] Transeunt. Vt ā. de adopt. l.si pater. in princ.

[i] Eo tempore. Ex quo extitit conditio: & sic cessit dies legati: vt ā.eod.l.si post.§.pe.& §.fi.& J.de coll. bo.l.2.§.id quoque.& arg. J.de iniur.l.seruo autem,&c. C. de iure delib. l.non est.

SI ita esset. CASVS. Pone quod Titius instituit sibi hæredē Seium, & legauit Caio, & Sempronio filijs Petri centum sub condi.si effecti essent sui iuris morte Petri

Petri eorum patris: & decessit dictus Titius. postea non mortalitate patris, sed emancipatione facti sunt eorũ iuris. nunquid debeant eis dictum legatum, siue singulare fideicommissum? Et dicitur quòd sic, & dies eius fideicommissi cedit ita bene per dictam emancipationẽ, sicut cederet si per mortem patris effecti fuissent eorũ iuris propter quam vltimam decessionẽ credo, quod posita sit hęc lex in hoc titu. Vivi.

mortalitate patris, sed emancipatione patres familiarum constituti sint: deberi eis fideicommissum, nemo dubitauerit: diemq; eius emãcipatione cessisse, [a] qui morte patris cederet.

Iulianus lib. xxxv. digestorum. XVI.

CVm ita legatum est, Stichum, vel quod ex Pamphila natum erit, hæres meus dato: non antè dies legati eius cedet, quàm aliquod ex Pamphila natum fuerit, aut certum fuerit [b] nasci nõ posse.

Dies vsusfructus legati seruo hæreditario demũ post aditam vtrinsq; hæreditatem cedit. Bar.

Cùm seruo legato ante quàm hæreditas eius, q legauerat, [c] adiretur, vsusfructus ab alio legatus fuerit, & prior hæreditas eius, qui vsumfructum legauit, adita fuerit: nulla ratio est, cur

[a] Cessisse. Not. nõ refert quid ex æquipollentibus fiat. sic C. de insti. & substi. l. 3. & s. mand. l. si. arg. cõtra. C. de iis qui ve. æta. impetr. l. si. & supra de lega. secundo, l. si ita §. is cui.

CVm ita. CASVS. Pone, q Titius instituit sibi hæredem Seium: & ita legauit Caio sub alternatione: Stichum, vel quod ex Pamphila natũ erit, hæres meus dato, s. Caio, & decessit Titius. certè non ante cedet dies legati alternatiuè relicti quamuis ad hoc, vt transferatur ad hæredem legatarij alterutrius, vel alicuius eorum petitio, q aliquid ex Pamphila natum fuerit. q. d. si ante mortem legatarij aliquid natum fuerit ex Pamphila bene transfertur ad hæredem legatarij postea mortui alterutrius petitio, i. petat vnum quod velit, sicut posset petere legatarius si viueret. si autem ante mortẽ legatarij non fuerit natum aliquid ex Pamphilo, non potest aliquod eorum petere hæres legatarij: si autem ante mortem legatarij certum fuerit na ci non posse aliquid ex Pamphila, puta Pamphila mortua antequã pariat, & ante mortem legatarij. bene cedit dies legati de dicto Sticho, vt transmittatur ad hæredem legatarij postea mortui. Cum seruo legato. Pone q Titius fecit testamentũ, & instituit sibi hæredem Petrum, & legauit Seio Stichum seruum suũ. & decessit dictus Titius. antequam autẽ Petrus adiret hæreditatem Titij, Caius fecit testamentum, & instituit sibi hæredem Martinũ (pone) & vsumfr. fundi Corneliani (pone) legauit dicto Sticho seruo;. & decessit dictus Caius, & dictus Martinus institutus a Caio prius adiuit hæreditatem eiusdẽ Caij, quàm dictus Petrus institutus a Titio adiret hæreditatẽ eiusdẽ Titij. certè nulla ratio est cur diẽ dicti legati vsusfructus cedere existimemus ante quam etiam ea hæreditas, scilicet Titij adeatur, ex qua dictus Stichus seruus legatus erat per Titium Seio. & est ratio quare ante nõ cedit, cũ in præsentia, siue in præsenti tempore, quo non est adhuc adita hæreditas Titij, nullum emolumentũ dicti legati vsusfructus acquirat ex hæreditate Titij, ex qua fuit seruus legatus Seio. cũ non sit ibi persona, cui acquiratur, & vsusfructus sine persona esse non possit: vt j. de stipu. ser. l. vsusfructus. & cum legatũ dicti vsusfructus extinguatur, si dictus Stichus seruus mortuus fuerit interim ante aditã hæreditatem Titij domini eiusdem serui: quare adita hæreditate postea dicti Titij ex qua seruus erat legatus Seio, existimãdum est ad eum Seiũ pertinere dictum vsum. fr. cui Seio seruus legatus est per dictũ Titiũ. Sed quid si dictus seruus Titij, cui seruo Caius vsumfruc. legauit, non fuit legatus per Titiũ alicui, ut iniento casu quãdo erat adita hęreditas Caij q legauit seruo vsumfruc. & etiam hæreditas Titij domini ipsius serui? certè dicendũ est hoc casu dictum vsumfr. pertinere ad hęreditatẽ, id est, ad hæredẽ hæreditatis eius Titij, cuius fuerat seruus prędict. s. si viuat ide seruus tẽpore aditę dictæ hæreditatis. & hoc eo, i. adeo quòd, id est, quia: dies legati vsusfructus non cessit ante aditam hæreditatem dicti Titij domini serui: vt dictum est. & not. extra casum quod est hic bona ratio, si nõ expectaretur aditio hęreditatis dicti Titij quo ad cessionem diei illius legati vsusfructus, frustra cederet dies ei ante, & etiam inutiliter: cum non esset persona, cui acquiri posset: & sic inutile esset legatum. & nulli acquireretur: vt d. l. vsusfructus. & s. eod. l. si habitatio. & j. de acqui. re. do. l. hæreditas in multis. in fi. & s. qui. mod vsusfr. amit. l. si seruo. Viuia.

diem legati [d] cedere existimemus ante quàm ea hæreditas quoq;, ex qua seruus legatus erat, adeatur: cùm neque in præsentia vllum emolumentum hæreditati [e] acquiratur, & (si interim seruus mortuus fuerit) legatum [f] extinguatur. quare adita hæreditate [g] existimandum est, vsumfructum ad eum, [a] cui seruus legatus sit, ptinere. [h] Quòd si seruus cui vsusfructus legatus fuit, legatus non fuerit: dicendũ est vsumfructum ad hæreditatẽ [i] pertinere, eo q dies eius antè aditam hæreditatẽ non cesserit.

Dies legati relicti seruo legato, cedit ab adita hæreditate: nẽ ad legata, quæ cedunt ab adita hæreditate, regula Catoniana non pertinet. Bart.

Idem libro xxxvj. Digestorum. XVII.

CVm legato seruo aliquid legatur, dies

[b] Certum fuerit. Puta Pamphila mortua antequã pariat. vt s. eod. l. si vsusfru. 2. respon. & l. huiusmodi. & s. de vsufru. l. si Titio. & j. eod. l. cum illud. in prin.

[c] Qui legauerat. Seruum.

[d] Legati. Vsusfructus.

[e] Hæreditati. A qua fuerat seruus legatus: vt j. de stipu. seruo. l. vsusfructus. & j. de acqu. rer. dom. l. hæreditas. vtriusque hæreditas ergo debet adiri, legantis seruum, & legantis vsumfructum. Accur.

[f] Legatum. Scilicet vsusfructus. de legato serui non est dubium. Accur.

[g] Adita hæreditate. A qua seruus est legatus.

[h] Pertinere. Scilicet hæreditas legantis vsumfructum, si fuerit adita.

[i] Ad hæreditatem. Eius qui legauit vsumfructum. Vel aliter, id est, ad hæredem hæreditatis, cuius seruus fuerat, si viuit seruus tempore hæreditatis aditæ. secus si ante decessit.

CVm legato. CASVS. Pone q Titius instituit sibi hęredẽ Caium, & seruum suum Stichum legauit Seio,

[a] In P F. cuius seruus legatus sit.

Scio, & eidem Sticho legauit e.& decessit idem Titius. certe dies legati seruo relicti cedit nõ a tempore mortis Titii testatoris, sed a tempore aditæ hæreditatis eiusdem testatoris. & est ratio extra casum, quia si ante aditam hæreditatem cederet, magis hæreditati diceretur acquiri, quam legatario, cui fuit legatus seruus, cũ interim sit hæreditatis seruus: ut s. de leg. j. l. si tibi homo. §. cũ seruus. licet sit argu. contra j. de furt. l. à Titio. nec etiã hæreditati posset acquiri: quia sibi debere hæreditas nõ posset intelligi, & sic euanesceret legatũ: quod est euitandum: quia autẽ dies dicti legati seruo legato relicti nõ cedit nisi adita hæreditate. ideo si tempore aditæ hæreditatis inueniatur esse seruus dictus Stichus, erit legatarii ipse Stichus, & legatum eidem Sticho relictum. si autem inueniatur liber, debebitur ei legatum sibi relictum, & impedimento non est regula iuris, quæ appellatur regula Catoniana, quo minus debeatur dictum legatum dicto seruo, si inueniatur manumissus, siue liber tempore aditæ hæreditatis. dicta enim regula dicit, quod illud legatum, quod foret inutile, si statim decederet testator facto testamento, non debet ideo valere, quod diutius testator viuat: vt j. de regula Cato. l. 1. cum simil. in nostro autem casu si confestim, id est, statim facto testamento paterfa. i. testator moreretur, bene valeret legatum prædictum seruo legato relictum: quia nõ concurreret in eiusdem persona & emolumẽtum dicti legati, & obligatio iuris pro soluendo legato eodem, imo concurreret in duobus. nam obligatio iuris pro soluendo legato ligaret hæreditatem, emolumentum autem legati relicti seruo legato respiceret legatarium, cui fuit legatus seruus. secus autẽ si emolumentum legati, & obligatio iuris pro soluendo eodẽ legato concurrerent in eandẽ personã, siue in eundem debitorem: quia tunc non valeret legatum, & haberet locum regula dicta, puta si nõ esset dictus seruus alicui legatus. nam tunc hæreditas deberet legatum eidem seruo, & seruus acquireret eidem hæreditati, & sic hæreditas deberet sibijpsi: quod; non potest esse: vt s. de leg. 2. l. Titia. §. Lucius. dictum ergo legatum relictum seruo, assimilatur legato relicto Seio, filio eiusdem Seij hærede instituto, quod quidem legatum ideo intelligitur consistere, quia quamuis statim facto testamento paterfam. testator mortuus: tamen potest dictus filius postea à patre emancipari, & emancipatus hæreditatem dicti testatoris adire: vt patri, qui eum emancipauit. legatum debeatur, vnde nec hic inuenitur pater debere sibijpsi legatũ, & sic valet, sicut & s. in primo casu. secus autem si adiret hæreditatem testatoris existens in potestate patris: quia tunc acquireretur hæreditas patri, & inueniretur pater sibi ipsi debere legatum: & sic non valeret. Viuia.

eius legati, quod seruo datur, non mortis tempore, sed adita hæreditate cedit. [a] & ideo impedimento non est regula iuris, [b] quò minus manumisso [c] legatum debeatur. quia & si confestim paterfamilias [d] moreretur: non in eiusdẽ persona.[*] & emolumentum legati, & obligatio [e] iuris concurrerẽt. Perinde igitur hoc est, de quo quæritur, ac si filio hærede instituto, [f] patri legatum esset; quod consistere intelligitur eò, quòd quamuis statim paterfamilias moriatur, potest emancipatus adire hæreditatem, ut patri legatum [g] debeat.

[*] P. Fl. personam.

a Hæreditate cedit. Vt s. eo. l. hæredis. in fi. & C. de caduc. tollen. §. in nouissimo.

b Regula iuris. Scilicet Catoniana. quæ dicit quòd illud legatum, quòd foret inutile: si statim decederet testator facto testamento, hoc non debet ualere ideo, quod diutius testator uixit: ut si legetur purè seruo hæreditas: ut instit. de leg. §. an seruo. & hoc infert: & ideo. quia dicta regula nõ pertinet ad legata, quorum dies cedit ab adita hæreditate: ut j. de reg. Cato. §. penul.

c Manumisso. Id est si inuenietur liber tempore aditæ hæreditatis. debebitur ei. alioqui legatario debebitur utrunque legatum, sed a quo potuit manomitti? Respõ. si seruus hæredis erat, planũ est. si seruus testatoris, tunc a legatario. qui licet nõ uere; tñ fictione iuris dominus extitit j. de furt. l. a Titio.

d Paterfamilias Testator.

e Obligatio. Obligatio ligat hæreditatem, emolumentum legatarium respicit. at si nõ esset seruus legatus, tunc hæreditas deberetur seruo. & seruus acquireret hæreditati, & sic hæreditas deberet sibipsi: quod non potest esse: vt s. de leg. 2. l. Titia. §. Lucius. & tunc habet locum regula Catoniana.

f Instituto. A quodam extraneo.

g Patri legatũ. In cuius est potestate. nam nec hic inuenitur pater debere sibiipsi, etiam si statim facto testamento decedat testator: cum possit retardati aditio hæreditatis, & filius interim emancipari. Et no. quod filio hærede instituto ab extraneo, potest legari patri & seruo hæredis etiam purè. Item a seruo instituto potest legari domino etiam pure, sed a domino, vel à patre instituto nõ potest iure legari filio, vel seruo, sed sub cõditione sic: vt Institu. de leg. §. an seruo. & supra de leg. j. l. quæsitum. in princ.

Idem libr. xxxvii Digestorum. XVIII.

IS, cui ita legatum est, Quandoq; [†] [h] liberos habuerit, si prægnante uxore relicta decesserit, intelligitur expleta conditione decessisse, & legatum ualere, si tamen posthumus natus [*] uiuus [i] fuerit.

[†] Quandoque pro quàdocunque. Ant. Augu. lib. 3. cap. 7.

[*] Io P. Fl. non est, viuus.

Cùm legatum incipit à præcedenti dispositione, sequens, in quod transfertur, statim mora commissa petitur, si incipit à præcedenti conditione, legatario interim moriente, nihil ad hæredem transmittitur. Bar.

IS cui. CASVS. Pone quod Caius instituit sibi hæredẽ Seium, & legauit Titio centum, quandocunque liberos habuerit idem Titius, & decessit dictus testator Caius, & postea dictus Titius legatarius decessit relicta prægnante vxore sua. certè intelligitur expleta conditione decessisse dictus legatarius, & legatum valere intelligitur, si tamen posthumus fuerit natus viuus. Viu.

h Quandoque. Subaud. decem ei lego. & alias est, si quandocunque liberos hab. sed nihil refert.

i Viuus. Secus si mortuus: [a] vt j. de verbo. sign. l. qui mortui. etiã si decliniet ad monstrũ: vt j. de verb. sig. l. quæret. licet sit ar. contra. s. de sta. ho. l. nõ sunt liberi. Sed cõtra. huic l. s. de sta. ho. l. qui in vtero. vbi alij non acquirit, nisi quã nascatur, sed certè nec hic acquirit. Et no. quod hæc conditio existit, et si nati moriantur: vt s. tit. 1. l. hæredibus. in prin. & C. eo. l. cum vxori. & facit s. de cõd. & demon. l. solemus. & l. cum vir. & l. si vir.

[a] Quia nat[*] u. ortuus habetur pro nõ nato. gl. I l. posthumo. C. de collat. & quid i nato. & statum o. ortuo: vide g. Bal. I l. t. §. in nouissimo. C. de cad. tol.

Idem libro. lxx. Digestorum. XIX.

CVm sine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit,

CVm sine. CASVS. Titius instituit sibi hæredem Seium ponamus, & sine aliqua præfinitione tẽporis legauit ita vxori suæ Semproniæ, pone. Vxori meæ penũ hæredes dãto, si non dederit c. dãto. & decessit dictus testator. postea dicta Sẽpronia vxor, ponamus, interpellauit hæredẽ vt ei præstaret penum, & hæres non dedit

dedit ei. certè vnum legatum intelligitur. s. de dictis c. scilicet. quò ad sitam exactionem, siue solutionem. & statim peti potest per vxorem idem legatũ de c. & prędicti penoris causa eo tantum pertinet, vt tradito penore, siue penu ante litem contest. s. super dictis c. hæres ab vxore liberetur

Vxori meæ penum hæres dato; & si non dederit, centum dato, vnum legatum [a] intelligitur centum: & statim peti [b] potest. Penoris autem causa eò tãtum pertinet, vt ante litem cõtestatam [*] tradito penore hæres liberetur. [c] Quòd si ita scriptum sit, Si penum intra Calendas non dederit, centum dato: [d] non efficitur, vt duo legata [e] sint, sed vt centum legata sub conditione videantur, idcirco si vxor ante Calendas decesserit: hæredi suo neque penum relinquet, quę legata non est: neque centum: quia dies legati non cesserit. [f] Cùm ab eo purè mihi [g] fideicommissum datum est, cui sub conditione legatũ est: [*] tale est, quemadmodum si hærede instituto sub conditione, mihi purè legetur. Si debitori, quod sub conditione debet, legatum est: præsens legatum est, agique [h] ex testamento statim potest, vt liberatio præstetur. & si post mortem testatoris decesserit: ad hæredem transmittit actionem. Hæc dicenda erunt, [i] & si non ipsi debitori, sed alij cuilibet similiter legatum esse proponatur. [k]

Legatum annuum cum præfinitione temporis relictum, in dubio, si sit causa alimentorum, dicuntur plura legata: vel vnum: cuius dies cedit à tempore mortis: Bart.

Martianus libr. vj. Institutio. X X.

Si cum præfinitione annuorũ legatum fue-

---

[*] In P. Fl. tradito peno.

[*] In P. Fl. quia dies legati cesserit. sed non rectè illic omissa est negatio: quemadmodũ, nec paulo post ibidẽ rectè omissa est dictio, purè.

[*] In P. Fl. non est, tale est. sed puto ea verba omissa fuisse per librarij negligentiã.

sub. sed duo sunt legata, vnũ purè. s. penus, alterum conditionale. s. c. vt j. eo. l. si penum. si autẽ ita scripsisset dictus Titius testator. Si penum intra Calendas non dederit. s. hæres meus vxori meæ, centum dato. scilicet hæres meus vxori meæ. non efficitur vt sint duo legata: imo est vnum. nam c. videntur esse legata sub conditione. s. si penum intra Calendas non dederit hæres vxori testatoris. nã incipit hoc legatum a præcedenti conditione: & idcirco. s. quia nõ sunt duo legata, sed vnum. s. de c. & quia c. videntur esse legata sub conditione, vt dictum est, si vxor. s. testatoris prædicta decesserit ante Calendas scilicet prædictas, relinquet penũ siue penus petitionẽ hęredi suo: quia legata non est scilicet ei vxori penus. neque centũ prædicta, siue eorum petitionẽ relinquet hæredi suo eadẽ vxor: quia nõ cessit dies legati, scilicet de centum, eò scilicet quòd nondum extiterat conditio, neque adhuc poterat hæres dare vxori testatoris penum ante Calendas: quia nondum aduenerant Calendæ tempore mortis vxoris testatoris. Cũ ab eo. Ponamus quod Titius instituit sibi hæredẽ Seiũ, & legauit Caio c. sub conditione, si nauis ex Asia venerit. & ab eodem Caio legatario reliquit mihi fideicommissum, ponamus, quinquaginta. certè talis est, ac si instituisset dictum Seium, vel alium hæredem sub conditione, & mihi pure legasset, s. vt dies dicti fideicom. mihi à legatario relicti cedat eo tempore, quo cederet dies legati mihi relicti ab hærede sub cõditione instituto, cuius quidẽ legati dies cedit à morte testatoris nõ obstante conditione: sub qua erat institutus hæres ille, à quo mihi purè legatum fuit: vt s. eo. l. hæredis. in prin. & j. e. l. si dies. §. fi. Si debitori. Ponamus, quòd Titius habebat debitorem Seium in c. quæ debebat ei sub conditione, si nauis ex Asia venerit, fecit hic creditor testamentum, ponamus, & instituit sibi hæredem Caiũ, & legauit dicto Seio illud, quod ei debebat: & decessit dictus testator. certè præsens, siue purũ legatũ est, & agi potest per legatarium eundemq; debitorem conditionalem actione ex testamento contra hæredem, vt liberatio ei per hæredem præstetur. i. vt liberetur per acceptilationem, & si post mortem testatoris decesserit is dictus debitor conditionalis, cui legatum est per creditorem illud, quod ei sub conditione debebat, vt dictũ est, ad hæredem suum debitoris eiusdemq; legatarij transmittit actione. s. ex testamento prædictam competentem, vt præstetur liberatio. & hęc eadem erunt dicenda, & si non ipsi debitori conditionali, sed alij cuilibet proponatur esse legatum similiter per eundem testatorẽ illud, quod dictus debitor debebat testatori sub conditione, scilicet, vt sit præsens legatum, siue purum: & si post mortẽ testatoris decedat legatarius, ad hæredẽ suũ scilicet, legatarij trãsmittat. Viuia.

[a] Vnum legatum. Propter vnã solutionẽ: duo tamen sunt. penus purè, centum sub cõditione: vt j. eo. l. si penũ. sic s. de leg. 2. l. si quis seruũ. §. si ita. & j. de duobus reis. l. 3. §. fi.

[b] Statim peti. Legatum de c. scilicet postquam fuerit interpellatus præstare penum: vt j. eod. l. si penum.

[c] Liberetur. An antẽ penus sit in obligatione ciuili, & naturali, innuit hic, quòd non, contra quòd sic: vt j. eod. l. si penum. Sed dic vt s. ad leg. Falc. l. 1. §. item si ita not.

ADDITIO. Pro solutione huius contrarij dic secundum Bar. hic, cum dicitur in textu, statim, intellige mora commissa.

[d] Centum dato. Vxori meæ.

[e] Duo legata. Hoc non facit temporis appositio, sed quia incipit à conditione: vt j. de verb. obl. l. si ita stipulatus. §. 1. nec obst. s. ad leg. Falc. l. 1. §. idemq; erit. vbi dicit idẽ esse hoc casu, quod & superiori §. sed illud verum. si in superiori esset petita penus, & non data: nam tunc vtroque casu est idem. i. siue à conditione, siue à legatario incipiat legatum de centum.

[f] Non cesserit. Quia nondum extiterat conditio, qua poterat intra Calendas penum dare: quia nondum Calendæ aduenerant.

[g] Cum ab eo purè mihi. Quo casu cedit à die mortis, licet petitio suspendatur: vt s. eod. l. hæredis. in princi. Item in quantum legatarius teneatur: dic vt s. de legatis 2. l. Imperator, in princip. & §. 1. & facit j. eod. l. si dies. §. finali.

[h] Agique. Actione ex testamento, vt liberetur per acceptilationem, & etiam competit exceptio, si conueniatur ab hærede existente conditione: vt j. titu. 2. l. 1. §. si debitori. & s. de lib. lega. l. si quis decedens. §. nunc de. & l. quod mihi.

[i] Erunt. Vt legatum valeat.

[k] Proponatur. Quod debitor debet sub conditione. Accursius.

Si cum præfinitione. CASVS. Ponamus quod Titius legauit ita Seio: lego Seio dena vsque ad annos x. & decessit dictus Titius, postea decessit Seius legatarius, transactis pone duobus annis ex dictis x. annis. nunquid futurorũ octo annorum legatum transmittit ad hæredem suũ dictus legatarius? & distinguitur: aut alimentorum nomine fuit relictũ dictum legatũ Seio: aut non fuit relictum nomine alimentorũ, sed in plures

res pensiones, & præstationes diuisit Titius testator dictum legatum exonerandi hæredis gratia. Primo casu plura sunt legata, & futurorum octo annorum legatum non transmittit ad hæredem suum legatarius mortuus: & est ratio extra casum, quia hoc casu primi anni legatum est purum, sequentium cōditionale: vt dixi s. eod. l. cum in annos. Secundo autem casu omnium dictorū x. annorum est vnum legatum, & intra decennium decedēs legatarius transmittit ad hæredem suum etiam legatum futurorum annorū. Vi.

rit, veluti Titio dena ^a vsque ad annos decem: Iulianus libro tricesimo Digestorum scribit, interesse: & si quidem alimentorum nomine legatum fuerit, plura esse ^b legata: & futurorum annorum legatum legatarium mortuum ad hæredem non transmittere. ^c Si verò ^d nō pro alimentis legauit, sed in plures pensiones diuisit, exone-

^a Dena. Id est, decem, & decem: vt s. de leg. j. l. si quis Titio: & dic singulis annis: vsq; ad x. an.

^b Plura esse. Primi anni purum, sequentium conditionale, scilicet si viuat alimentarius: vt s. de annu. lega. l. in singulis.

^c Non transmittere. Quia decessit ante conditionem & sic ante dici cessionem.

^d Si verò. Facit s. eod. l. nec semel. ibi, nisi fortè &c. & j. eod. l. Firmin. §. fin. Accursius.

^e SI dies apposita. CASVS. Aut dies certa, vel incerta non est apposita in legato: aut est apposita, siue adiecta. Primo casu præsens, siue purum debetur legatum legatario, & confestim ad eum pertinet cui datum, siue relictum est. Secundo casu aut est adiecta dies certa, aut incerta: si est adiecta legato dies certa, certissimus quidem dies legati statim cedit, scilicet à morte testatoris, quamuis dieta sit lōgeuai veluti quia dixit testator, lego Titio pone centum Calendis Ianuarij, non tamen potest peti legatum ante diem. si autem incerta dies sit adiecta in legato, neque potest peti res, scilicet legata, neque dies legati cedere potest, nisi obtigerit conditio temporis, id est, conditio, quæ demonstratur per tempus incertum, siue per diem incertum: vt j. l. proa. §. nec interest. & de hac incerta die ponuntur in litera quatuor exēpla, quorū quodlibet ita videtur supplendum, sicut dicā in quolibet casū, & erit primū tale, Lego c. Titio pone, cum pubes erit. Secundum erit tale, Cum filia, scilicet mea nupserit, lego ei centum. Tertium erit tale, Cum magistratū inierit ponamus Titius, lego ei centum. Quartum erit tale. Cum Titius fecerit domum Seio, lego eidem Titio c. Et hoc exemplum, vel simile videtur posse poni in illa litera, cum aliquid demum &c. quam literam ita construe, cum aliquid demum fecerit, scilicet Titius, quod cōprehendere describendo sit commodum, s. alicuius, puta Seij per hoc quod scribitur, & apponitur in legato. Potes & quintum ponere exemplum in l. seq. de die incerta in legato apposita, quam potes legere vsque ad §. quædam, & antequam legas §. si sub conditione, qui est in hac l. puta si Titio fuerit legatum, cum is annorum quatuordecim esset factus. nam si is Titius decesserit ante quatuordecim annos, non transit legatum ad hæredem eius: quoniam hoc legatum continet in se non solum tempus, sed etiam conditionem. s. hāc si is. s. Titius esset effectus xiiij. an. ille autem qui non esset in rerum natura, sicut non erat dictus Titius ann. xiiij. non esse intelligitur. nec interest, vtrum ita scribatur. s. in legato, si ann. xiiij. factus erit. s. Titius. lego ei c. an priore scriptura sic scribatur s. cum ann. xiiij. esset factus, lego ei c. pone. nam quamuis in hoc differant dictæ duæ scripturæ. s. si ann. xiiij. factus erit &c. & cum ann. xiiij. esset factus &c. in hoc differūt dico, quia per conditionem, siue per scripturam, in qua conditio continetur, illa. s. si ann. xiiij. factus erit &c. demonstratur tempus, & sequenti, siue per sequētem scripturam illa, s. cum ann. xiiij. esset factus &c. demonstratur conditio ad tempus, s. incertum in ea positum. vtrobique tamē eadem conditio est. vnde sicut dixi, si Titius decesserit ante xiiij. ann. non transit legatum ad hæredem eius. & non mireris, si illam scripturam, cum annorum xiiij. esset factus &c. appellaui modo sequētem scripturam, quia sequens est in versiculo, nec interest &c. quamuis sit prior in princi. l. huius, si Titio. viso ergo de legato præsenti, siue puro, & de legato cui adiecta est dies certa, & de illo cui adiecta est dies incerta, redeamus ad §. si sub conditione, & continuemus cum §. quædam autem conditiones &c. & videamus de his legatis, quibus appositæ sunt conditiones, quæ habentur pro non appositis. Et ponamus quod instituite hæredem sub conditione si nauis ex Asia venerit, & legaui Titio c. sub eadem conditione. certè perinde cedit dies huius legati, ac si purè relictum esset: quoniam esset certum hærede existente debitum iri. s. dictum legatum legatario. legata enim non fiunt incerta. vt, s. suspendantur post conditionem existentem, sub qua hæres fuit institutus, & post aditam ab eo hærede hæreditatem. non fiunt incerta dico per conditionem hæredum, siue per conditionem appositam institutioni hæredum, nec multum interest, siue differat tale legatum de quo dixi, ab hoc scilicet legato dato si hæres erit, in quo. s. dicat testator, ponamus hoc modo. dato. s. tu hæres meus Titio centum si hæres eris, scilicet mihi. quod quidem legatum non iudicatur conditionale: vt supra de leg. j. l. iij. & idem est, si testator ita scribat, Titius hæres esto. si Titius hæreditatem meam adiuerit, Mæuio decem dato. nam pro non scripta ea conditio erit, vt omnino ad hæredem Mæuij legatum trāseat etiam si Mæuius decesserit ante aditam hæreditatem, scilicet per dictum Titium institutum, & idem est si ita fuerit scriptum. s. per testatorem, si Titius hæreditatem meam adiuerit intra dies centum, Mæuio centum dato, subaudi Titius. nam hoc legatum erit in diem, & non sub conditione: cum conditio sit superuacua subaudi. & ideo Mæuius legatarius decedens ante aditam hæreditatem per Titium hæredem, transmittit legatum de centum, siue eius petitionem ad hæredem suum: quia definitio Labeonis probanda, siue approbanda est, dicentis id demum legatum transire ad hæredem legatarij. s. decedentis ante aditam hæreditatem ab hærede, quod, scilicet legatum certum sit debitum iri si adeatur hæreditas. dictum autē proximè legatum bene certum est deberi legatario, si adeatur hæreditas, & viuat tunc legatarius. nam post aditam hæreditatem suspendi non potest, quin statim debeatur legatario: fuit enim relictū Mæuio præstandum intra centum dies, & ita intra certum diem sub cōditione si Titius hæres adiret hæreditatem. Quid autem si duos instituam hæredes, puta Titium, & Seium, & legem Caio decem a dicto Titio, & Seio institutis sub conditione, si idem Titius vnus de institutis adeat hæreditatē meam, nunquid erit superuacua dicta cōditio apposita in legato Caij? certè non: imo valebit dicta conditio in portione Seij cohæredis, id est, in quinque, quæ videntur ab eodem Seio legata per me

randi hæredis gratia, hoc casu ait, omnium annorum vnum esse legatum, & intra decennium decedētem legatarium etiam futurorum annorum legatum ad hæredem suum transmittere, quę sententia vera est.

Paulus libro ij. ad Vitellium.

XXI.

SI dies apposita ^e legato non est, præsens debetur, & confe-

P. Flaut

per me testatorem Caio. vnde si antequam Titius cohæres Seij adeat hæreditatem, decedat Caius legatarius non transmittit ad hæredem suum petitionem dictorum quinque. quæ ei Caio videntur legata a Seio per me testatorem, in portionem autem ipsius Titij in cuius persona est comprehensa conditio apposita legato Caij de decē prędictis, idest in aliis quinque, quæ videntur legata Caio a Titio per me testatorem, superuacua erit dicta conditio, quæ fuit, si Titius adeat hæreditatem. & ideo pro dicta parte Titij non faciet legatum Caij conditionale, & perinde erit superuacua dicta conditio, atque si solo Titio hærede Seij instituto a me esset legatum Caio prędicto modo, id est, sub conditione, si hæreditatem meā adiret Titius, quo casu sine dubio superuacua esset conditio, vt supra vidisti. si ergo Caius prædictus legatarius decedat ea conditione pendente, id est, antequam Titius cohęres Seij adeat hæreditatē meam, transmittet ad hæredem suam petitionem de quinque, quæ videntur ei legata à Titio cohærede Seij, cui legaui eidem Caio x. à dicto Titio, & Seio institutis sub conditione, si idem Titius adiret hæreditatem meam. & hęc videtur esse intentio harum duarum legum, salua meliori intentione, & intellectu. Viu.

Si dies incerta. R. vel dic certa, vel incerta. si autem apposita est, distinguitur certa ab incerta vt subijcit.

stim [a] ad eum pertinet cui datū est. Dies [b] adiecta, quamuis longa sit, si certa est, veluti Calendis Ianuarijs [b] cētesimis: dies quidem legati statim [c] cedit, sed ante diem peti nō potest. [d] at si incerta, quasi cùm pubes [e] erit, cùm in familia filia nupserit, [f] cùm magistratū [g] inierit: cum aliquid demum [h] (quod scribendo comprehendere sit cōmodum). [h] fecerit: nisi temporis conditio obtigerit, neque res [i] pertinere, [k] neque dies legati cedere potest. Si sub conditione, qua te hæredem institui, sub ea conditione Titio legatū sit: Pomponius putat, perinde huius legati diem cedere, atque si purè relictum esset, [l] quoniam certum esset, hærede existēre debitum iri. Neque enim per conditionem hæredum fieri incerta legata: nec multum interesse tale legatum [m] ab hoc, [n] Si erit hæres, dato.

Dictio si, facit principaliter conditionem, secundario tempus. dictio cùm, facit principaliter tempus, secundario conditionem. Bar.

*Dies, nō est i P.Fl.

*In P.Fl. cum in familia nupserit.

*In P.Fl. quod scribendi cōprehende re sit commodū, fecerit: nisi tēpus conditio obtigit.

Pōponius lib. v. ad Quintum Mut. XXII.

SI Titio, cum is annorum xiiij. esset factus, legatum fuerit: & is ante quartumdecimum annū decesserit: verum est, ad hæredem eius legatum non transire: quoniam nō solum diem, sed & conditionem hoc legatum in se cōtineat, [o] si effectus [p] esset annorum xiiij. Qui autem in rerum natura non sit, [*] annorum xiiij. nō esse intelligitur. Nec interest, vtrum scribatur, Si annorum xiiij. factus erit: an, cum annorum quatuordecim factus erit. nam priore scriptura [q] per conditionem [r] tempus demonstratur, sequēte per tēpus [s] conditio. vtrobique tamen eadem conditio est. Quędam autem cōditiones etiam superuacuæ sunt: veluti si ita scribat, Titius hæres esto. si Titius hæreditatem meam adierit, Mæuio decem dato. nam pro non scripto [t] ea conditio erit: vt omnimodò ad hæredem Mæuij legatum transeat, etiam si Mæuius ante aditam hæreditatem decesserit. Et idem si ita fuerit scriptum, Si Titius hæreditatem meam adierit intra dies C. Mæuio decē dato. nā hoc legatū in diem erit, non sub conditione: quia defini-

*In P.Fl. annorum xiiij. nō esse noo intelligetur. Nec interest vtrum scribatur annorum xiiij. fact' erit, ao ita cum priore scriptura.

[a] Confestim. Nisi ex voluntate defuncti aliud appareat: vt supra titulo primo, l. epistolam. §. fin. & de auro & argento legat. l. filiam.

[b] Ianuarijs centesimis. Aliàs certissimis, aliàs centesimis: vt J. de verb. oblig. l. centesimis. alias simpliciter Calendas primas demonstrat: vt J. de verb. oblig. l. cum qui Calendis. Accur.

[c] Statim. A morte testatoris: vt supra eod. l. si post. ij. respon. Accur.

[d] Non potest. Propter exceptiones. sed in vsufructu ipso iure ante diem non debetur: vt supra quando dies vsusfructus legati cedat. l. septima, in fine.

[e] Cum pubes erit. Verè hic dies videtur adiecta: vt supra de conditio. & demonstratio. lege, si quis legata. j. respon.

[f] Nupserit. De hac habes. ī. de condit. & demonstra. l. hæc conditio filiæ.

[g] Cum magistratum. De hac C. de instit. & substit. l. si quis cum.

[h] Commodum. Sic construe: cum aliquid deinde fecerit quod comprehendere sit commodum scribendo, id est, sit commodum alicuius per hoc quod scribitur. H.

[i] Neque res. Ad legatarium.

[k] Pertinere. Vt & ī. de leg. ij. l. ita scriptum. §. si sub conditione. apparet ergo differre inter certam & incertā diē. sic J. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. inter certam. & ī. de condit. & demon. l. j. & l. dies. & ī. eod. l. si cum hæres.

[l] Relictum esset. Vt ī. de legat. j. l. iij. & facit ī. eod. l. cum sine. §. fina. & l. hæredis. in princip. & l. quod pure ij. resp. & J. eod. l. si Titio. §. quidam. ī. de cond. & demonst. l. j. in fi. & l. aliquando. & ad l. Falcid. l. qui fundum. §. si tu.

[m] Legatū. De quo dictum est.

[n] Ab hoc. Scilicet legato.

[o] SI Titio. Contineat. hanc scilicet, si &c. vt ī. de lega. j. l. si cui. §. hoc legatum.

[p] Effectus. Puta eos compleuisset. vt d. l. si cui. & ī. de condi. & demon. l. non putabam. & C. eod. l. ex his. Accur.

[q] Scriptura. Cum dixit, cum annorum quatuordecim erit.

[r] Per conditionem. Scilicet per si.

[s] Per tempus conditionis. Puta per cum. nam per cū, & per si, fit conditio. vt not. ī. eodem. l. si cum hæres. Sed huic l. est contra ī. tit. j. l. qui filium. §. Sabinus, & l. Seius, & C. eod. l. ex his. vbi plene not. & facit J. eod. l. Firmio.

[t] Pro non scripto. Causa enim tollendę dubitationis poni videtur: vnde commune ius non lædunt, vt C. de fideiuss. l. non recte, ar. contra. C. de thesaur. l. j.

Duos

tio Labeonis probanda est, dicentis, id demum legatum ad hæredem legatarij transire, quod certũ sit debitum iri, si adeatur hæreditas. Si tamen duos hæredes [a] instituam, & si alter ex his [b] adeat hæreditatem, alicui legem [c] ab omnibus hæredibus: non erit pro superuacuo ea conditio, sed in portione quidem cohæredis [d] valebit: [e] * in ipsius [f] autem, in cuius persona cõprehẽsa est, superuacua [g] erit perinde, atque si solo cohærede [h] instituto, eo modo [i] legatum esset.

* In P. F. In ipsius autẽ cuius persona i conditione cõprehensa est.

Vlpianus libr. iij. ad leg. Iul. & Papi. XXIII.

CVm in annos [k] singulos relinquitur legatũ: sine dubio per annos singulos inspecta cõditione * legatarij capere põt & si plurium seruus sit: singulorũ dominorũ erunt personæ spectãdæ.

* In P. F. legatarij an capere & si plurium &c.

Legatum primum purum in sequens legatum transfunditur: demum post moram hæredis ad hæredem legatarii transmittitur transfusione non facta.

Paulus lib. vj. ad leg. Iul. & Pap. XXIIII.

SI penum [l] hæres dare damnatus sit, vel fundum: & si non dedisset, decem: ego accepi, & penum legatam & translatam esse in decem, si noluerit hæres penum dare: & tunc pecuniam deberi, cùm interpellatus [m] fundum non dederit. & si interea decesserit legatarius: tunc hæredi eius non nisi fundum deberi. nanq; cùm dictũ est, At Publicius [n] fundum dato: perfectum legatum est. & cùm dicit: Si non dederit, centũ dato: sub conditione fundi legatum ademptum

[a] Duos hæredes. Titium & Seium.
[b] Alter ex his. Puta Titius.
[c] Legem. Puta 10. danda ab vtroque hærede.
[d] Cohæredis. s. Seij. verbi gratia, in quinque, quæ videntur a Seio legata. est conditio si Titius adeat: vnde interim decedẽs legatarius non trãsmittit illa quinque.
[e] Valebit. Scilicet conditio.
[f] In ipsius. Scilicet Titij portione.
[g] Superuacua. Vnde si legatarius decedat, ea pendente, transmittit ad hæredem suum, qui petit à Titio existẽte hærede. Accur.
[h] Cohærede. Titio, qui & ipse cohæres est Seij. vel dic Seio. Accur.
[i] Eo modo. Scilicet si hæreditatem adieris. & facit s. eodem, l. si dies. §. fin. cum suis concor. Accursius.

CVm in annos. CASVS. Ponamus, quòd Titius instituit sibi hæredem Seium, & in annos singulos reliquit legatũ, puta 10. Caio. decessit dictus Titius. Certè Caius legatarius potest capere legatum per singulos annos inspecta eius conditione, scilicet legatarij. vt si in hoc anno sit capax, debeat ei legatum huius anni: si vero hoc anno non sit capax, sed sit capax in sequẽti anno, debeatur ei legatum sequentis anni: & non huius. si autem plurium seruus sit ille, cui legatum est relictum in annos singulos, erunt spectandæ personæ singulorũ dominorum, si sint capaces, quolibet de dictis annis, vel non sint capaces. Viuia.
[k] Cum in annos. Dic vt notaui supra eodem, l. cum in annos. & sequen. & facit supra, de legatis 2. l. non oportet.

SI penum. CASVS. Seius, ponamus, fecit testamentum, & instituit sibi hæredẽ Publiciũ, & damnauit eundẽ Publiciũ hæredẽ, vt daret penum Caio, vel ponamus, q damnauit eũ, vt daret fundũ Caio. si non daret dictus hæres penũ Caio, vel si non daret dictus hæres fundũ Caio, damnauit eundẽ hæredem, vt daret eidem Caio 10. decessit dictus Seius testator. certè videtur legata penus Seio eo casu, quo legatum penum esse positũ est. & videtur esse dicta penus translata in 10. prædicta, si hæres noluit dare penum legatario: & videtur esse dictus fundus legatus Caio, eo casu quo positũ est legatũ esse fundũ. & vĩ translatum, s. in 10. prædicta, si hæres noluerit dare fundũ legatario, & tũc pecunia siue dicta 10. deberi Caio legatario, cũ hæres interpellatus à legatario fundum non dedisset legatario, cum fuit legatus fundus, vel cũ hæres interpellatus à legatario penũ legatario non dedisset cum fuit legata penus. etsi interea, siue interim antequã legatarius interpellet hæredẽ, q det ei fundũ, cum fuit legatus fundus, vel quòd det penum, cum fuit legata penus, decesserit legatarius: non debebitur hæredi eius legatarij nisi fundus, cum fuit legatus fundus, vel penus, cum fuit legata penus. nã cũ ita dixit testator, Publicius, s. hæres meus fundũ dato, s. Caio. vel cũ dixit testator Publicius hæres meus penũ dato Caio. perfectum est legatum fundi, cum fuit legatus fundus, & perfectum est legatum penoris, cũ fuit legata penus. & cum dicit, s. testator postea, si non dederit, s. hæres meus fundum, vel non dederit hæres meus penum, centum dato, s. eidem Caio legatario: videtur fundi legatum sub conditione ademptũ eo casu, quo cœperit deberi legatario, i. post interpellationem factam per legatarium hæredi, vt hæres soluat ei fundum, cum fuit legatus fundus, vel soluat ei penũ, cũ fuit legata penus, quorum, s. centum: quia conditio non extiterit viuo legatario: ideo fortè, quia hæres non sit interpellatus per legatariũ prædicto modo, euenit, vt nihil egerit ademptio legati de fundo, vel penu, & vt fundi, vel etiam penoris legatum durauerit. & hoc q̃a legatum non incepit à conditione, imò dixit testator, vt dixi in principio. si autem ita dixit, & incepit testator in legando, si penum non dederit, scilicet Publicius hæres meus Caio, 10. dato, s. hæres meus Caio. dicimus non esse penum legatam: subaudi, sed sunt legata 10. sub conditione: q ideo si legatarius decesserit ante conditionẽ, hæredi suo neque penum siue penoris petitionem relinquet: quia ei legatario legata non est: neque 10. siue petitionẽ de 10. relinquet hæredi suo: quia dies legati de 10. non cessit: vt s. eo. l. cum fine. §. quod ita. & in sequenti ibi versiculo. & quod dixi in penore, idem esset in fundo: vt si ita dixisset testator, si fundũ nõ dederit, s. Publicius hæres meus Caio 10. dato, s. hæres meus Caio. & hæc videtur esse intẽtio huius legis. saluo meliori intentione & intellectu. ideo autem posui per totam legẽ de fundo & de penu, quia in prin. l. dicitur, si penum hæres dare damnatus sit, vel fundum: quæ quidem est disiunctio legis, & non testatoris. Viu.
[l] Si penum. Dic quid sit penus, vt s. de penu legata. l. 3. in princip.
[m] Interpellatus. Congruo loco, & tempore: vt supra de vsu. l. mora. vt per lit. contests. vt supra eod. l. cum fine. & facit infra, de verbo. obligation. l. si ita stipulatus fuero. §. fin. sed quomodo lis super eo, cuius nomine non est actio, potuit contestari: & supra quo fuit interpellatio? Respon. vt not. C. de contrahen. stipu. l. nuda.
[n] Publicius. Hæres meus.

a Cœperint. Quod est post interpellationem. & sic v. dentur duo legata. Sed contra supra. l. cum fine. sol. ibi.
b Durauerit. Vt solutum non repetatur: non tamen potest peti: vt s. ad l. Falc. l. 1. §. item. secundũ quosdã. vel aliud viuente legatario: secus eo mortuo: vt hic dicitur.

uideri eo casu, quo centum deberi cœperint. a quorum quia conditio viuo legatario non extiterit, fortè quia interpellatus hæres non sit: eueniet, vt ademptio nihil egerit, fundiq; legatum durauerit. b Planè si sic legatum sit, Si penum non dederit, decem dato: dicimus non esse penum legatam. c

In legatis alternatiuis unum est legatum: & si una pars est conditionalis, legatario interim decedente nihil ad hæredem transmittit. Bart.

c Legatũ. Quia incipit à condit. sed superiori casu à præambulo legati: vt not. supra eo. l. cum fine.

Cum illud. CASVS. Ponamus quod Titius instituit sibi hæredẽ Seium: & legauit Caio hoc modo, lego Caio fundum meum Titianum, vel fundum meum Seianum: & decessit idem Titius. certè dicta enumeratio plurium fundorum disiunctiuo modo comprehensa in legato non facit plura legata, sed est vnũ legatum quantũ ad solutionem. nam hæres non tenetur soluere legatario nisi vnum de dictis fundis. nec aliud à prædicto casu poterit probari, si dictus testator legauerit purè Caio alterum fundum de prædictis, vel alterum de eisdem fundis sub conditione enumerando eos fundos in legando disiunctiuo modo. nam & in hoc casu vnum legatum est, & non plura. nam pendente prædicta conditione, sub qua alter de dictis fundis fuit legatus, non competet electio hæredi quem fundum soluat legatario, vtrum legatum purè, an legatum sub conditione: nec etiam legatario competet electio, quem fundum petat ab hærede, etiam si testator legatario dedit electionem. nam tunc esset propriè electio, siue esset electioni locus, quando de duobus, vel pluribus potest quis eligere quod vult. in hoc autem casu non est ita: quia conditionale legatum non potest eligi, nec etiam purum propter conditionale. vnde in hoc casu magis etiam apparet quòd sit vnum legatum, quam in superiori. Item & propter aliud apparet: quia si pendente dicta conditione moriatur legatarius, non videtur transisse ad hæredem legatarij legatum prædictum alternatiuo modo relictum. nam hæres legatarij non poterit petere ab hærede testatoris dictum fundum sub conditione relictum, & etiam occasione dicti conditionalis legati non poterit petere fundum purè legatum. Hæres meus Titio. Ponamus, q̃ ita dixit testator in testamento suo, hæres meus Titio dato, quod mihi Seius debet, & decessit: & reperitur postea quòd dictus Seius pupillus existens sine tutoris authoritate nummos acceperat mutuo à dicto testatore ante testamentum, nec locupletior factus erat idem Seius ex dictis nummis. nunquid valet dictum legatum Titio relictum? & distinguitur. aut testator, qui petijt prædicto modo ab hærede suo retulit verba ad præsens debitum: aut verbo debiti cogitauit naturalẽ obligationẽ, futuramq; solutionem per dictum Seium faciendam. Primo casu nullius momenti erit legatum: quia nihil ei testatori debet dictus Seius pupillus, scilicet ciuiliter vt possit ab eo petere: licet naturaliter ei teneretur: qa pono quòd erat proximus pubertati. Secundo autẽ casu nihil petet Titius legatarius: interim antequã Seius pupillus soluat dictum naturale debitum hæredi testatoris: quasi in legato Titij tacita incerta sit conditio, si soluerit dictus pupillus dictũ naturale debitum: sicut interim nõ peteret si ita dixisset testator: Titio dato, scilicet tu hæres meus quod pupillus prædictus soluerit, vel si legasset quod ex Arescusa natum erit: vel legasset fructus, qui in illo fundo nascerentur. Nam in his tribus casibus sine dubio inest tacita conditio, scilicet si pupillus soluerit, & Arescusa pepererit, & si fructus in dicto fundo nascantur. Sed pone, quòd legatarius moriatur medio tẽpore, id est, antequã pupillus soluat, vel antequam Arescusa pariat, vel antequã fructus in dicto fundo nascantur. nunquid trãsmitteret ad hæredem suum petitionem prædictorum: vt scilicet, hæres legatarij habeat petitionem, si pupillus postea soluat: vel partus postea edatur per Arescusam, vel fructus ex dicto fundo postea prouenĩat? Et videtur quod nõ: quia in his legatis conditio inest, vt dictum est: & petitio legatorum conditionalium non solet transire ad hæredes legatariorum pendente conditione defunctorum: vt supra l. si post diem. §. sed si sub conditione. Respondetur tamen hic, quod hæres legatarij bene habet petitionem. nec est contrarium quod dixi petitionem conditionalium legatorum non transire ad hæredes legatariorum pendente conditione defunctorum: quia illud habet locum, cum legatis apponitur conditio expressè: hic autem subintelligitur conditio tacitè. nam dies legati cui conditio non adscribitur, scilicet expressè, cedit, scilicet quantum ad transmissionem: quamuis extrinsecus sit expectanda conditio, vt est in nostris casibus prædictis. Viuianus.

Papinianus libro xviij. Quæstio. XXV.

Cum illud, d aut illud legatur, enumeratio plurium rerum disiunctiuo e modo comprehensa, plura legata non facit. f Nec g aliud h probari poterit, si purè fundum alterum, vel alterum sub conditione legauerit. nam pendente conditione non erit electio: i nec si moriatur, k ad hæredem transisse legatum l videbitur.

d Cum illud. Est disiunctio testatoris, non legis.
e Disiunctiuo. Secus si copulatiuo: vt supra, de lega. 2. l. a.
f Non facit. Sed vnum est: vt supra, de le. 2. l. si illud. quod est verum quantum ad vnam solutionem: sed plura possunt dici, quia plures res numerantur: vt supra, de lega 2. l. si quis seruum. §. 1. quæ est contra secundum R. vel dic vt ibi: Item not. in alternatiuis vtrunq; deberi: vt not. supra, de consti. pecu. leg. illud. & infra, de verborum obli. l. si duo rei.
g Nec scilicet vt sint plura. nam nec hic sunt plura.
h Aliud. A prædicto casu, quia & hic vnum est: vt supra, de leg. 2. l. illud. 2. respon.
i Electio. Tunc esset propriè electio, quando de duobus, vel pluribus potest quis eligere quod vult: quod hic non est: quia conditionale non potest eligi. siue testator dederit electionem legatario, siue ex natura alternatiui debiti hæres debet eligere: vt supra, de vsufru. lega. l. si Titio.
k Nec si moriatur. Scilicet legatarius pendente conditione.
l Legatum. Sub conditione relictum. nam purum sic: vt s. eo. l. vsusfru. in princ. secundum quosdam. & argu. s. eo. l. si penum. Sed tu dic neutrum transire ad hæredẽ: vt s. eo. l. cum ita. in princ. & l. huiusmodi. nec ob. l. illa, si vsusfru. quia ibi ante mortẽ legatarij certũ fuit conditionẽ defecisse, sub qua legatum erat relictum. ergo solum aliud remansit in legato: argu. s. de contrahẽ. empt. l. si in emptione. §. penul. & j. de sol. l. Stichũ. in princip. & eodem modo respon. s. eod. l. penum. sed hic viuo legatario non fuit certum conditionẽ, nõ de-

bere existere, quæ erat in legato apposita: & ideo secus quam ibi dicitur. H.

a Petitor. Aliàs creditor, aliàs petitor, id est, creditor, idemque testator. Accursius.

b Nihil ei debet. Scilicet ciuiliter, sed naturaliter, vt subijcit: & sic erat proximus pubertati. aliàs nec naturaliter: vt intra, de act. & obli. l. pupillus. & dic vt not. s. titu. l. l. Seius. §. si eius. Item facit s. ad leg. Falci. l. si pupillus.

c Titius. Legatarius.

d In illo fundo. In his inest tacita conditio: vt s. de verbo. obli l. interdum.

e Non est. Scilicet prædictis. vbi dicit quod conditio inesset: quia hic est tacita, vt subijcit. quæ non facit legatum conditionale quo ad transmissionem: vt s. de cond. & demõ. l. 1. §. 1. & l. conditiones.

f Adscribitur. i. Expressè.

g Cedit. A morte testatoris. & facit supra, eo. l. quod purè. §. 1. & l. hæredis.

Conditio tacita, quæ inest ex natura rei legatæ, transmissionem legati non impedit. Bart.

Hæres meus Titio dato quod mihi Seius pupillus debet. Si Seius pupillus sine tutoris authoritate numos accepisset,[a] nec locupletior factus esset, & petitor[a] ad præsens debitum verba retulit: quia nihil ei debet,[b] nullius momenti legatũ erit. Quòd si debiti verbo naturalem obligationem & futuram solutionem cogitauit: interim nihil Titius[c] petet, quasi tacita conditio inserta sit: non secus ac si ita dixisset, Titio dato quod pupillus soluerit. vel si legasset, Quod ex Arescusa natũ erit. Vel Fructus, qui in illo fundo[d] nascẽtur, contrarium nõ est.[e] Quod si medio tempore legatarius moriatur, & postea partus edatur, fructus proueniant, pecuniam pupillus exoluat: hæres legatarij petitionem habet. Namque dies legati, cui conditio non adscribitur,[f] quãuis extrinsecus expectanda sit, cedit.[g]

Idem libro x. responsorum. XXVI.

Firmio Heliodoro fratri meo dari volo quinquaginta ex redditu prædiorum meorum futuri anni,[h] postea[i] non videri conditionem additam, sed tempus soluendæ pecuniæ prolatum videri, respondi: & fru-

Firmio. CASVS. Pone quod Titius habebat fratrem, qui vocabatur Firmius Hæliodorus: fecit dictus Titius testamentum, & instituit sibi hæredem filium suum, ponamus, & ita dixit in testamento, Firmio Hæliodoro fratri meo dari volo quinquaginta ex redditu prædiorum meorum futuri anni, & decessit dictus Titius testator. nunquid per illa verba, ex redditu prędiorum meorum futuri anni &c. postea, siue vltimo posita, videtur conditio addita legato prædicto? Et respondit, scilicet Iurisconsultus non videri conditionem additam dicto legato siue per verba prædicta postea, siue vltimo posita in legato: sed videri prolatum tempus soluendæ pecuniæ. vnde si Firmius Hæliodorus decedat intra tempus, bene transmittit ad hæredem suum petitionem legati: vt s. l. proxi. in fi. Vel dic quod verbum postea determinet verbum respondit, id est, post prædicta respõdit iurisconsultus interrogatus, non videri conditionem &c. Sed quid si in futuro anno de quo dixit testator, quod intelligo de proximo: non percipiãtur ex fructibus fundi, siue fundorum tot redditus qui sufficiant pecuniæ relictæ præstandæ dicto Firmio Hæliodoro? certè erit necessaria vbertas secundi anni.

Cum ab hæredibus. Ponamus, quòd Titius fecit testamẽtũ, & instituit sibi hæredes Petrũ, & Seium, & ponamus quod ita scripsit, siue scribi fecit inter alia verba in testamento suo: ab hæredibus meis alumno meo centum dari volo, quæ centum volo deponi apud Caium, vt in annum xxv. trientes vsuras eius summæ percipiat alumnus a dicto Caio, eãq; alumno meo post ętatẽ suprascriptam curabis reddere, scilicet tu Caius depositarius: & decessit dictus Titius testator: & postea decessit dictus alumnus intra xxv. an. nunquid fideicõmissum transmissum est ad hæredẽ pueri, siue alumni? Et dicitur quod sic, & est ratio: quia videtur certa ætas præstituta sorti soluẽdæ. non autem videtur inserta cõditio fideicom. relicto purè. si enim esset inserta cõditio per verba testatoris, non diceretur ad hæredem pueri siue alumni transmissum esse fideicommissum: cum fideicommissa conditionalia non transeant ad hæredem fideicommissarij decedentis conditione pendente. quãuis autem dictum fideic. sit transmissum ad hæredem pueri, siue alumni, tamen ante illud tẽpus, quo compleuisset alumnus xxv. ann. si viueret, non peti posset idẽ fideicom. ab eo Caio, penes quem voluit testator pecuniã, siue dicta c. collocari. nõ potest peti dico per hæredẽ alumni, vel hæredes testatoris, & hoc euenit propter dicta verba testatoris, eaque alumno meo post ætatẽ suprascriptam curabis reddere &c. quasi dicat non ante. & quamuis ante dictũ tẽpus fideicom. non possit peti a dicto Caio depositario, tamẽ completo dicto tempore poterit hæres alumni petere ab hæredibus testatoris idem fideicommissum, qui hæredes testatoris debuerũt stipulari à Caio depositario eo tẽpore quo deposuerũt apud eũ dictã pecuniã dari. sibi hæredibus testatoris, vel etiam alumno, vel hæredibus eius dictam pecuniã adueniente xxv. ann. quãuis fideiussores ab eo depositario super hoc non poterunt petere, cuius fidẽ defunctus testator voluit sequi: hæres ergo alumni petet ab hæredibus testatoris, & hæredes testatoris petent à depositario.

Pater annua tot. Ponamus, quòd Titius fecit testamẽtum, & instituit sibi hæredem Seium suum filium, & quædam de bonis suis legauit Bertæ vxori suæ. & voluit in eodem testamento vxorem præstare tot annua puta x. ex fructu bonorum, quæ vxori legauit accessura filij patrimonio ad annum ætatis eius, scilicet filij xxv. præter exhibitionem, siue alimẽtationem, scilicet filij eiusdẽ, quam æquè, siue eodẽ modo matri mandauit, & decessit dictus Titius. quæro nunquid fideic. de dictis x. annuis sit vnum, vel plura? Et dicitur quod nõ sunt plura: sed vnum diuisum certis pẽsionibus: & ideo filio defuncto intra ætatẽ suprascriptam xxv. an. transmittitur ad hæredem filij eiusdem fideicom. residui temporis xxv. an. Sed nunquid prædicta annua pecunia in initio cuiusq; anni poterit peti per hæredẽ filij, vel per filium si viuat? Et dicitur quod nõ: quia pater voluit præberi filio dictã pecuniam ex fructibus datis vxori, id est, ex fructibus bonorum vxori legatorum. & ideo videtur distulisse præstationẽ dictæ annuæ pecuniæ, donec vxor fructus percipiet in quolibet anno de bonis sibi legatis. si autẽ pater destinasset dictam annuam pecuniam alimentis filij, non dubiè persona filij deficiente videbitur extincta causa præstandi dictam pecuniam annuam. alimenta enim cum vita alimentarij finiuntur: vt & s. de transact. l. cum hi §. constat. Viuia.

h Futuri anni. Intelligitur proximi. vt j. de verb. obli. l. cum qui Calendis.

i Postea. Hic accipe respondi, quod est j. s. iurisconsultus, non videri &c. & sic transmittitur interim: vt s. l. prox.

a In P. Fl. quod mihi Sci' debet.

b In P. Fl. deest negatio: sed non rectè omissa illic est.

Secus enim si expressa, quæ impediret legati trãsmissionẽ. Bar. i l. vnica, ver. pone testator. C. de cadu. toll. Bar. i l. cõditiões. & ibi glo. j. de cód. & demon.

proxi. in fi. & infra proxi. §. & C. eod. l. ex his.

a Et fructibus. Aliàs est ex fructibus &c. & dic vbertatem necessariam esse secundi anni, nõ perceptis ex fructibus fundi sub. tot redditibus, qui sufficiunt pecuniæ præstandæ. alias deest ex. & dic fructibus fundi nõ perceptis. sub. tot qui sufficiant ad relictæ pecuniæ præstandæ necessariã vbertatẽ &c. & facit infra, de ver. obli. l. inter stipulantem. §. sacram. & s. de an. leg. l. legatum. §. vini. & l. liberto. § 1. & s. loc. & conduc. l. si vno. Sed contra s. de vino le. l. s. Sed ibi aliud apparet ex mente testatoris. Item ar. contra s. de cõtrahen. emp. l. si debitor. §. 1.

huit. hi s. ... enter. & depositi. l. 1. si cõuenit. Sed contra j. ea. l. §. pe. vbi deponẽs põt pœnitere, & repetere ante diẽ. sed hic nõ erat simplex depositarius. nam & commodum medij temporis poterat habere.

h Dati. Ab illo depositario.

ctibus a a fundi relictæ pecuniæ non perceptis, vbertatem esse necessariam secundi anni.

Tempus certæ ætatis adiectũ causa legatarii, diem non conditionem inducit. Item contra medium executorem legatarius non datur actio. Bart.

Cùm ab hęredib[a] alumno centum dari voluisset testator, eamq; pecuniã ad alium transferri. [b] vt in annum vicesimũ quintum triẽtes [†] vsuras eius summæ perciperet alumnus, ac post eam ætatem sortem ipsam: intra xxv. annũ eo defuncto, transmissum ad hæredem pueri fideicommissum respondi. nam certam [c] ętatem sorti soluendæ præstitutam videri: non purè fideicommisso relicto conditionem insertam. Cùm autem fideicommissum ab eo [d] peti non posset, penes quem voluit pecuniam collocari: [e] propter hæc verba. Eamq; alumno meo post ætatem suprascriptam curabis [f] reddere: fideicommissum ab hæredibus [g] petendum, qui pecuniam dari [h] stipulari debuerunt: sed fideiussores ab eo non petendos, [i] cuius fidem sequi defunctus maluit. Pater annua tot [k] ex fructu bonorum, quæ vxori legauit, accessura filij patrimonio, præter exhibitionem, quam æquè matri mandauit, ad annum ætatis eius xxv. vxorem præstare voluit. Non plura, sed vnum esse fideicõmissum [l] certis pensionibus diuisum apparuit: & ideo filio intra ætatem suprascriptam diem functo, residui temporis ad hæredem eius fideicommissum transmitti: sed non initio [m] cuiusque anni peti pecuniam oportere, quòd ex fructibus vxori datis pater filio præberi voluit. Cæterùm si pecuniã annuam pater alimentis filij destinasset: non dubiè persona deficiente, [n] causa præstandi videtur extincta.

Conditio adiecta institutioni, non uidetur legato præcedenti adiecta. Bart.

Scæuola libro tertio respon. XXVII.

Filiumfami-- ...

a In P. Fl. fini apparũ fundi. id est, ad modũ & quãtitatẽ legatæ pecuniæ cũ fructuum perceptorum æstimatio pecuniã nõ æquet. vide Duare. li. 2. Dispu ta. c. 12.

* Aliàs est l. ex cõdicto. §. Papinianus lib. 4.

† Triẽtes vsuræ dicuntur, vt alias quoque admonuimus, q̃ bus quatuor l cẽtenariũ singulis annis vsuræ noĩe pendũtur: sic dictæ, q̃ vsuræ centesimæ para, tertia sint.

b Transferri. Repete voluisset. scilicet hoc modo, vt intra &c. ad quod supra, de an. leg. l. a §. fin.

c Nam certam. Sic supra ea. l. in prin. & infra proxi. §. & supra, de annu. le. l. codicillis. in princi. & C. eod. l. ex his. & C. de fideicom libe. l. fideicommissaria. Sed contra supra eod. l. si Titio. in prin. & j. de fideicõ. li. l. lege fidei cõmissaria. §. pen. & de manu. testa. l. si ita. & C. eo. l. si Pontionilla. & s. de le. 1. l. si cui. Sed sol. vt s. tit. 1. l. Seius. & l. qui filium. §. si H.

d Ab eo. Depositario per alumnum, vel per hæredes defuncti. Ro. quia nondum cõpleuerat ætatem.

e Collocari. Id est deponi. & dic voluit, s. etiam defunctus per hæredes.

f Curabis. Tu depositarius reddere. Accursius.

g Ab hæredibus. Id est alumnus petet ab hærede, non à depositario. & hoc cõpleta ætate. Vel si decessit ante tempus completum, petit hæres eius: vt C. e. l. ex his. & hæres petet à depositario actione in rẽm, si extat pecunia, vel per actionẽ depositi, vel ex stipulatu, si intercessit stipulatio, quæ per hæredes potuit peti: non satisdatio, vt subijcit, & ar. C. de epis. au. l. de creationibus. & secundũ hoc videtur quod executor testamenti non tenetur, vt hic: sicut nec agit, vt s. ti. s. l. Lucius. §. 1. Vel dic alũnus, vel eius hæres petet ab hæredibus testatoris actione ex testamẽto. Vel dic ab hæredibus. scilicet alumni petẽdũ à depositario: sed tũc qua actione? Respõ. ex stipulatu, si alũnus fuit stipulatus à depositario: vel vtili rei vẽdicatione, si extat pecunia: vel vtili depositi, si ea lege fuit deposita, vt alũno def: vt C. ad exhi. l. si res. & semper dic cõpleta ætate. nã sic testator vo-

i Petendos. Ab hæredibus.

k Annua tot. Puta decem.

l Vnum esse fideicõmissum. Imo plura: vt s. eo. l. cum in annos. & de annu. legat. l. 4. Solu. quia hic dicit ex fructibus, videtur differre gratia hæredis, & diuidere petitionem: alias secus, vt ibi, & supra statim. Accursius.

m Non initio. Sed eo tempore quo fructus ex bonis percipiantur. argu. s. eo. l. nec semel. §. si in habitatione. Idem potest dici: cum lego vxori victum, & vestitum, & secundum hoc non obst. s. eod. l. nec semel. 2. respõ. & C. eod. l. 1.

n Deficiente. Nam constat alimenta cũ vita finiri: vt s. de transac. l. cum hi. §. constat. & idem in legato etiam simplici l singulos annos, vt no. s. eo. l. cum in annos. & facit C. qui non pos. ad lib. perue. l. fina.

g Dic verũ, etiã vbi fuisset pactũ de nõ agẽdo depositi actione inter deponẽtem, & depositariũ. quod no. p Ale. & Ang. in l. si vnus. §. illud. de pactis.

Filiumfamilias. CASVS. Titius instituit sibi hæredes, ponamus, Caium, & Seium, & etiã Lucium Titium, filium Martini purè in testamento suo, eidemq; Lucio Titio filiofa. dedit, siue reliquit fideicõmissum ponamus, de cẽtum. & eodem testamẽto ita cauit, quod ego Lucium Titium hęredem institui, ita eum adire hęreditatem volo, si is patria potestate liberatus fuerit: & decessit dictus Titius, & postea cohæredes dicti Lucij Titij filijfa. eo Lucio Titio potestate patria non liberato adiuerunt hæreditatẽ, nunquid dies legati, siue fideicõmissi dicto Lucio Titio dati cessit, ita vt peti possit? Et dicitur quod si purè fuit datũ, siue relictum dictum legatum, siue fideicõmissum à cohærede, siue à cohæredibus dicti Lucij Titij filiifam. pro hæreditaria parte peti potest per patrem eiusdẽ Lucij Titij, cui patri per eundẽ Lucium Titium est acquisitũ, adhuc ab eo non emancipatum, non autem dictum legatum, vel fideicõmissum potest peti pro ea parte hæreditatis, qua institutus fuit dictus Lucius Titius. Mestruos. Titius, ponamus, instituit sibi hæredes Seiũ, & Semproniũ: & rogauit eos, quod præstarent libertatẽ Sticho, & Pamphilo

ſeruis eiuſdem Titij, & legauit dictis manumiſſis, ſiue manumittendis ad alimenta, ſiue cibaria eorum denos denarios, id eſt, vtriq; eorum ſingulis menſibus decem denarios, & deceſſit dictus Titius. poſtea hæredes vocati à prætore adeſſe noluerunt, & cauſa cognita prætor pronuntiauit libertatem his deberi, & ex ſenatuſconſulto facto temporibus diui Adriani ſub Rubrio Gallo, & Cæcilio primo cõſulibus, libertatem ſunt conſecuti: vt infra, de fideicom. lib. l. cum verò. §. ſubueniũ. quæritur ex quo tempore debeantur eis cibaria, ſiue menſtrui denarij decem relicti ad alimenta, ſiue cibaria? & dicitur ex eo tempore eis deberi, quo liberi eſſe cœperunt. ſubaudi, & etiam ex eo tempore, quo hæredes fuerunt in mora libertatis præſtandæ: vt arg. ſupra, de leg. 2. l. ſi quis ſeruo. & ita videtur intelligenda hæc lex ſaluo meliori intellectu, ſi per aliquem melior dicatur, vel inueniatur intellectus. Viuia.

ᵃ Filiumfamilias. Extraneum.

ᵇ Inſtituit. Aliquis.

ᶜ Titiũ. Eundemq; filiumfamilias.

ᵈ Fuerit. Not. quod in hæreditate tantum fuit hæc conditio appoſita. Hu.

lias[a] ex parte purè inſtituit[b] hæredẽ, eiq; fideicommiſſum dedit, & eodem teſtamẽto ita cauit: Quòd ego Lucium Titium[c] hęredẽ, inſtitui, ita eum adire hæreditatem volo, ſi is patria poteſtate liberatus fuerit.[d] Quæſitum eſt, an à cohæredibus eius adita hæreditate legari filiofamilias dari dies ceſſerit? Reſpondit: ſi purè ſit datum, à cohærede filij pro hæreditaria parte fideicommiſſum peti poſſe.[e]

Legatum menſtruum relictum ſeruis debetur à tempore competentis libertatis. Bart.

Menſtruos[f] denarios denos manumiſsis[g] legauit. quæſitum eſt: cùm abſentibus hæredibus ex ſenatuſconſulto[h] libertatem ſint conſecuti, ex quo tempore eis cibaria[i] debeantur? Reſpondi: ſecundũ ea, quæ proponerentur, ex eo tẽpore his cibaria deberi, quo liberi eſſe cœperunt.[k]

Si fundus inſtructus relinquitur, dies legati cedentis inſpicitur. Bart.

Idem libro quarto reſpon. XXVIII.

SI fundus inſtructus[l] relict⁹ erit: quęritur, quemadmodum dari debeat: vtrum, ſicut inſtructus fuit mortis tempore: an eo tempore, quo facti ſunt codicilli:[m] an quo peti cœperit? Reſpõdit: ea, quibus[*] inſtructus ſit fundus, cùm dies legati[n] cedat, deberi.

Valens libro 3. fideicommiſ. XXIX.

ROgo, quandoque[o] vt hæres meus Titio decem det. Vtiq; decem hæres debebit: ſed quando, dubitari poteſt.[*] Vtique cùm primùm potuerit,[p] & dies cedit, & ab ipſo petitur.

ᵉ Peti poſſe. A patre, cui eſt quęſitum per filium adhuc non emancipatum. Sed videtur conditio appoſita in hæreditate repeti in legato: vt ſupra, de condit. & demon. l. duos. & de condi. inſtit. l. cum ſeruus, qui ſunt contra. Solut hic expreſſit ſe purè legare. Vel hic primo legauit, & poſtea inſtituit ſub conditione. ſecus ſi primo adiecisſet conditionem, & poſt ſimpliciter legaſſet, vt ibi. Item quod dicit peti pro hæreditaria parte, id eſt, pro parte cohæredis, ſed pro ſua eſt in pendenti: quia ſi erit hæres, non valet ſua portio: quia à ſeipſo non poteſt ſibi legari. alioquin etiam ſuam habebit iure legati: vt ſupra, de leg. 1. l. qui filiabus. §. fi. & l. ſeq. & de leg. 2. l. miles. §. pro parte, & eſt ibi arg. pro Ioan. & Azo. qui dicunt quod inſtitutus purè pro parte, interim pro parte hæres eſt, non in totum: licet cohæres deliberet, vel nondum extiterit conditio ſuæ inſtitutionis. ad quod eſt ſupra, de condi. & demon. l. hæc ſcriptura. §. 1. & ſi pars hæredit. pet. l. 2. Sed arg. contra ſupra, de vſufr. ac. l. idem §. fi.

ᶠ Menſtruos. Legauit ad alimenta: vt infra dicit.

ᵍ Manumiſſis. Id eſt, quos in teſtamento iuſſerat manumitti per fideicommiſ.

ʰ Ex ſenatuſconſulto. Rubriano: vt infra, de fideicõ. liber. l. cum verò. §. ſubueniũ.

ⁱ Cibaria. Id eſt, menſtrua relicta.

ᵏ Cœperunt. Videbatur à tempore aditæ hæreditatis: vt ſupra eod. l. hæredis. §. fi. & l. ſeq. Sed ibi directa. hic per fideicommiſſ. ſed etiam hic ſi fuit hæres in mora dandæ libertatis, non erit mora impunita etiam in legato, & in hæreditate: vt ſupra, de leg. 2. l. ſi quis ſeruo. vnde dic hic maximè, ex quo cœperunt eſſe liberi. Item not. etiam ſeruis ſine libertate poteſt relinqui nomine alimentorum: vt ſupra, de alimentis, & cibaria lega. l. ſeruos ad cuſtodiam. & infra, de his quę pro nõ ſcrip. hab. l. 3. Hugo.

SI fundus. CASVS. Titius fecit codicillos, & in eis legauit Seio fundum inſtructum, ponamus Titianum: & deceſſit idem Titius. quæro quemadmodum dari debeat dictus fundus Seio, vtrum ſicut inſtructus fuit tẽpore mortis, ſcilicet dicti Titij, qui fecit codicillos prædictos, an ita inſtructus ſicut fuit eo tempore, quo facti ſunt codicilli: an ita inſtructus ſicut fuit eo tempore, quo peti cœperit dictus fundus per Seium legatarium ab hæredibus dicti Titij? Et reſpondetur ea deberi, ſcilicet dicto Seio cum dicto fundo, quibus inſtructus fuit idem fundus, cum dies legati ceſſit, id eſt, ea quibus inſtructus fuit dictus fundus eo tempore, quo deceſſit dictus Titius. Viuia.

ˡ Si fundus inſtructus. Hoc expone, vt C. de verborum ſignifi. l. 1. & 2.

ᵐ Codicilli. In quibus fuerit relictus. & pro hoc eras ſupra, de leg. 3. l. vxorem. §. teſtamento. & de auro & arg. leg. l. medico. in prin. ſed alij caſus ibi ſunt.

ⁿ Legati. Id eſt, tempore mortis, ſi purum eſt: vt ſupra eo. l. ſi poſt. & facit ſupra, de pig. l. cum tabernam.

ROgo. CASVS. Seius, ponamus, fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi hæredem Caium: & ille poſtea dixit in eodem teſtamento: rogo, vt quandoque hæres meus decem Titio det. & deceſſit dictus Seius. quæro, vtrum hæres debeat decem Titio, & quando debeat? & certe decem hæres debebit Titio. ſed quando debeat, dubitari poteſt, vtrum debeat cum primum poterit ſcilicet dare, & non ante: an vero etiam ante. & certè dies cedit, & ab ipſo petitur ſiue peti poteſt, ſcilicet cum primum potuerit hæres dare, ſcilicet commodè, & non ante: & ita punctua ſecundum meam literam. vtique decem hæres debebit. ſed quando dubitari poteſt, vtrum cum primum poterit? & ſubaudi poſtea reſpon. & dic, reſpondeo dies cedit, & ab ipſo petitur, ſcilicet hærede per legatarium, ſcilicet cum primum potuerit commodè hæres dare, ſed intellexi, quod eſt vtiq; cum primum &c. vbi ego habeo, vtrum cum primum &c. & tunc eſt planior litere, & punctua poſt dictionem, poteſt. & reſponſio incipit ibi, Vtique cum primum &c. Viuianus.

ᵒ Quandoque. Id eſt, aliquando.

ᵖ Potuerit, Cómodè, vt ſ. de condit. & demõ. l. hæc conditio

* P. Flo. à quibus.

* Io P. Fl. atq; etiã. in ve. exẽ. vtrũ cum primum &c. Iuxta quã lectu. habes, quod dubitãter, & modeſtè ſcribit loco reſpõſi acci pi debet.

† Mando. In Glo. Facul. §. volentes, in ver. poſſit.

condirio si in Capitoliū.& ∫.de verb.signi.l.nepos.sed an est conditionale?quidā sic. Tu dic nō, quia hæc con ditio gratia hęredis apponitur:vt supra e.l.quod pure.& facit ∫.de verb.obl.l.si decem cum petiero. Accur.

Vod pupillæ. CASVS Ponamus, φ Titius legauit centū Seiæ pupillę, quando, siue quando cunque nupserit, & decessit dictus Titius. certè si ea pupilla minor quam viri potens nupserit, non debebitur ei ante legatū, quàm ipsa cœperit esse viri potens,& est ratio,quia non potest videri nupta, quæ virum non potest pati. Viuia.

Conditio nuptiarum non impletur ex nuptiis inualidis. Bart.

Labeo lib.ij.poste.a labole.epi. XXX.

QVod pupillę legatū est, quādocunq; nupserit: si ea minor, q̄ viripotens, nupserit: nō antè ei legatū debebitur, quàm viripotēs esse cœperit: [a] quia non potest videri nupta, quæ virum pati non potest. †

† Multa præclare l hāc sententiā Arist. li.7.polit. ca.16.

Conditio, si hæres non erit, morienie instituto purificatur. Bart.

Scæuola lib.xiiij.Digestorum. XXXI.

VXori ex parte sextā te [b] hæredi institutæ substituit, [c] & hæredis [d] fidei cōmisit, si vxor hæres nō erit, dotē [e] ei, & alia [f] quædā dari. post mortē mariti vxor ante conditionē, [g] & prius q̄ adiret hæreditatē, decessit. Quæsitum est, an dies fideicommissi, cùm moritur, cessisse videatur, ideoq; hæredibus eius debeatur? Respondi: si vxor prius decessit, quàm hæreditatē adiret: videri diē fideicommissi cessisse.

[a] Viripotēs esse cœperit. id est, maior xij.ann.vt infra, de adulte.l.si vxor.§.pen.& Institu.quib.mod.test.infir.circa prin. Alij dicūt eam viripotentē cum potest cognosci, & esse matrimoniū statim, argu.infra, de verb. obli.l. continuus.§.cūita. & de hoc est supra, de ritu nupt. l.4.& facit ad hāc l. supra, de condi.& demonstr.l.hæc conditio. & de lib.& posthu.l.filius à patre.§.si quis eo tempore. & infra, de priuil.cred.l.2 §.fi.& supra, de iure dot.l.si sponsa. Item not.quod non videtur factum quod non legitime fit. sic supra, qui satisda. cog.l.quoties.cum suis concor. Accursius.

Illegitime factū, fieri non videtur.

VXori. CASVS. Ponamus, quòd Titius instituit sibi hæredem vxorem suam Seiam in duabus vncijs hæreditatis suæ, & Caium instituit in alijs decem vncijs eiusdem suæ hęreditatis,& dictum Caium substituit dictæ suæ vxori,& eiusdem Caij hæredis fidei cōmisit, vt si vxor non esset hæres, restitueret ei vxori dotem suam,& etiam alia quædam, & postea decessit dictus maritus, idemque testator, & postea decessit vxor ante conditionem, id est antequam hæreditatem mariti adiret. nunquid dies fideicommissi prædicti de dote, & de alijs quibusdam videatur cessisse cum moritur ipsa vxor, & ideo hæredibus eius vxoris debeatur dictum fideicommissum? & dicitur, si vxor prius decesserit, quam hæreditatem adiret, videri diem fideicommissi cessisse: & ita hæredibus eius debebitur fideicommissum. nam impletur ipsa conditio in ipsa exhalatione spiritus. iam enim adire non poterit, & sic cum existat conditio, ea vxore viua, cedit dies legati, siue fideicommissi, & transmittit ad hæredem suum vxor: vt argu.supra eo.l. si vsusfructus.2.& 3.respon. Viuianus.

[b] Sextante. Id est, duabus vncijs: vt Institu.de hæred.insti.§.hæreditas. Accursius.

[c] Substituit. Scilicet maritus.

[d] Hæredis. Scilicet substituti.

[e] Dotem. Quod valet: vt C.de fal.cau.adiec.leg.l.3.

[f] Alia. A cohærede.

[g] Conditionem. Sub.qua erat legatum, s.si vxor hæres nō erit, quæ impletur, si ipsa repudiasset: quia post non posset esse hæres, vt C.de repu.hæ.l.3.item impletur in ipsa exhalatione spiritus. iam enim adire nō potest. & sic cum extat conditio ea viua, cedit dies legati, & trāsmittit.nec ob.ā de cōdi.insti.l.fi.quia vltimo momento vitæ videretur posse impleri, si hæres erit, vel nō erit: quia nuda voluntate hoc fit: vt Insti.de hær quali.& diffe.§.fi.sed certè imò non pōt adesse voluntas, vel nolūtas dū moritur. & secūdū hoc dic, & pro.l.prius quā &c. hoc autē indubitanter esset verū, si conditio esset talis, quæ nō posset impleri nisi dudum ante, vt si non ascenderis Capitolium: hæc enim extitit ante mortem: vt d.l.de condi.institutio.& sic transmittit cū iam dies cessisset. potest etiā plus dici, φ hæc cōditio, si hæres non eris, similis est ei, si substitutus erit hæres, quæ non facit legatum conditionale: vt s.eod.l.si Titio §.quædam.potest & aliter poni casus, φ fuit institutus sub aliqua conditione, & ante conditionem illā, & antequā adeat decessit: & hoc non nocet legatis à substituto relictis, vt s.eo.l.hęredis. sed hoc non videtur bene stare per literam istam, si vxor &c.

TITVLVS III.

VT LEGATORVM seu fideicommissorum seruandorum causa caueatur.

Vlpianus lib.lxxix.ad edictum. I.

LEgatorum noie satisdari oportere ptor

VT LEGATORVM SEV &c.

Hic Titulus in C.cumulatur cum illo, vt in possessionem legatorum.

LEgatorum. CASVS Ponamus, quod Titius instituit sibi hæredem Seium: & pluribus legata reliquit, & decessit: petunt legatarij ab hærede, vt ipse satisdet de legatis eis soluēdis, certè bene tenetur satisdare. nam prætor putauit oportere satisdari noie legatorū, vt detur, vel fiat eisdē, qbus testator voluit dari fierive, & stipulentur legatarij ab hærede dolū malū abfuturū. & semper cogitur hæres satisdare legatarijs cuiuscunq; sit dignitatis ipse hæres, vel quarumcunq; facultatū. nec sine ratione prætori visum est, quod hæres debeat legatarijs satisdare, imò bene cū ratione: quia sicuti hæres incumbit possessioni bonorū: ita legatarios nō debere carere bonis defuncti, sed aut satisdabit eis per hæredē: aut si nō satisdatur, voluit prætor eos venire in possessionē bonorū defuncti: & etiā successoribus legatorū, scilicet quibus legatū fuit purè, vel in diem certam, debet hæres satisdare: quāuis isti successores legatariorum non admittantur ex iudicio defuncti, quia defunctus nil eis reliquit: sed admittuntur necessitate successionis eo quod succedunt legatarijs: admittuntur dico quasi ad æs alienum. s.hæredis. nam legata sunt quasi æs alienum hæredis: quia hæres ea debet, & etiā debet satisdare hæres procuratoribus legatariorum. Quid si legatarius est in potestate alterius? certè debet cauere hæres per satisdationem ei, cuius iuri subiectus est legatarius. non solum autem cauere cum satisdatione hæredis, sed etiam successores hæredum debent satisdare legatarijs, & etiam ad cautionem compellitur fideicommissarius vniuersalis, cui est per hæredem restituta hæredi-

tas ex senatuscon sul. scilicet Trebelliano. Item compelluntur ad satisdationem etiam illi, qui existunt hæredes testatori, qui legauit per alios à testatore institutos, puta per seruos eorum, vel filios. & etiam successores honorarij compelluntur, id est, qui succedunt de iure prætorio. Quid si legatarius est litem cōtestatus de legato cōtra hæredem omissa stipulatione de legato sibi soluendo per hæredem, & non petita satisdatione de qua dictū est ab hærede? certè non debebit cessare stipulatio, imò debebit hæres nihilominus promittere, & satisdare legatario de legato. & idem probandum est in fideicōmissis, quod dictum est in legatis. & hæc videtur esse intentio huius legis vsque ad §. si cui. Viuia.

putauit: [a] vt quibus testator dari, fierive voluit, [b] [*] eisdem & detur, vel fiat: dolumq; malum absuturum stipulentur. [c] Semper [d] autem satisdare cogitur, cuiuscunque sit dignitatis, vel quaruncunq; facultatum hæres: nec sine ratione hoc prætori visum est. sicuti [*] hæres incumbit possessioni bonorum: ita legatarios quoque carere non debere bonis defuncti: [e] sed aut satisdabitur eis: aut si satis non detur, in possessionem bonorum venire prætor voluit. [f] Non solùm autem omnibus legatarijs satisdare oportet, sed & successoribus [g] legatariorū satisdari debere, iam constat: quamuis isti non ex defuncti iudicio, sed successionis necessitate, [h] quasi ad æs alienum admittantur. Sed & procuratoribus [i] legatariorū satisdandum est: eoq; iure vtimur. Planè si ei qui in potestate alicuius erit, legatum sit: cauebitur ei, [k] cuius iuri subiectus est. Non solùm autem legatorum nomine hæredes cauent, sed & successores eorum. Is etiam cui ex senatusconsulto restituta est hæreditas, nihilominus ad cautionem compellitur. [l] Necnon & qui per alios, hæredes existunt [m] siue honorarij [n] successores, ad satisdationem compelluntur. Planè si quis omissa stipulatione litem de legato cōtestatus est: probandum [o] est, [*] cessare debere stipulationem. Idemq; in fideicōmissis [p] quoq; probandum est.

Legatum repetitum bis tantum debetur: & pro ipso legatario ab hærede vel hæredis legatario non cauetur. Bart.

Si cui sit legatum, vel fideicōmissum relictum: & si id perdidisset rursus relictum: videamus,

[*] In P. Fl. sic, ija diebus demr, vel fiat &c.

[*] Aliàs, sicuti enim.

[a] Putauit. In edicto. cuius verba non habemus.

[b] Voluit. Sed & postea locus est cautioni. vt infra eod. si legatarij.

[c] Stipulentur. Scilicet legatarij. sic s. si cui plus quam per l. Falcid. l. 1. in princi. & potest fieri dolus in traditione, quia seruum venenatum, vel fundum factum seruum: vt supra, de dolo. l. & eleganter. §. 1. vel quia dolo impedit conditionem existere.

[d] Semper. Fallit in casibus. primo in fisco: vt j. ea. l. §. si ad fiscum. item in legato repetito: vt j. ead. l. §. rescripto. Item si testator vetuit: vt j. eo. l. licet. Item quando aufertur cognitio: vt j. titu. 1. l. si is à quo. in prin. Item quando calumniosè petitur: quia cōstat fideicom. non deberi: vt j. eod. l. hæc stipulatio. §. diuus. & j. titu. 1. l. si is à quo. a. respon & j. eo. l. postquam. §. si dies. vel constat repudiatum fideicom. vel hæreditatem non aditam: vt j. tit. s. l. 1. in fi. & l. a. item alius j. tit. 1. l. 2. §. si debitori. Item cum fideiussor debet satisdare, cum prætoria sit: vt hic in prin. huius legis. & j. de præto stipu. l. prætoriæ. & j. eo. l. si quando. nisi in casibus, vbi sufficit nuda promissio: vt j. eo. l. si quando. §. 1. & l. filio vel seruo. Item liberi testatoris non satisdant nisi testator præcepit: vt C. ad Trebel. l. iubemus. § 1. secundum quosdam. sed certè ibi est speciale, quando rogatus est filius restituere suo filio.

Hæres an cauere pro relictis tenetur.

[e] Defuncti. Quia defunctus nil eis reliquit. Accur.

[f] Voluit. Sed & postea locus est cautioni: vt infra eo. l. si legatarij.

[g] Successoribus. Quia purè, vel in diem certum relictum: pro quibus cauetur: vt j. eod. l. etiam. secus si sub conditione: vt s. eo. l. si quis sub conditione. Accur.

[h] Necessitate. Quia ex quo hæres est legatario, necessario hæreditaria iura ei, & in eam transeunt: vt j. de re. iur. l. hæreditas. & quod dicit alienum, quo ad hæredem, sed suum quo ad legatarium: vt j. de verbo. signi. l. cedere. §. æs. Item quasi ideo dicit. quia impropriè legatum, maximè conditionale dicitur æs alienum, [r] vt j. de actio. & oblig. l. is cui. sed abusiuè creditor dicitur vt j. de verbo. signi. l. creditores.

[r] Adde ad glo. hic æs alienū, legata ære alieno absorberi, quia nō debētur nisi prius soluto ære alieno. l. si. §. licētia. C. de iure deliber. gl. & Bal. in l. 1. C. si certū petat. vbi idem dicit in præ legatis.

[i] Procuratoribus, hoc est in omni prætoria: vt infra, de prætor. stipu. l. generaliter.

[k] Cauebitur ei. Sub conditione tamen, si die legati cedēte erit in potestate. sed & ipsi filio erit cauendum: vt j. ead. l. §. fi. & l. sequen.

[l] Cōpellitur. Nam in eum datur actio legatorum. vt C. ad Trebel. l. 2. & l. fina. & facit infra, eodem, l. etiam. §. s.

[m] Existunt. Puta pater per filium, dominus per seruum. Vel successit Titio, qui successit Sēpronio: vt supra, de peti. hære. l. 2. & 3. Hug.

[n] Honorarij. Id est, qui succedunt de iure prætorio: vt Insti. de iure natu. § prætorium. Accur.

[o] Probādum. Id est, approbandum. nam pro puro cauetur: vt infra, eod. l. etiam. in princip.

[*] Sic legēdū est ex P. F. nō vt vulgo corruptè legebatur, nec cessare debere. Vide Ant. Aug. lib. 1. Emē. c. 3.

[p] In fideicōmissis. Sunt enim similia: vt s. de leg. 1. l. 1. §. 1.

Si cui ita. CASVS. Ponamus, quod Titius instituit sibi hæredem Seium, & legauit Sempronio decem, siue per fideicōmissum ei dicta decem reliquit. & si id legatum, vel fideicommissum perderet Sempronius, rursus reliquit ei: & decessit. quæro, an Sempronius legatarius possit petere à Seio hærede satisdationem nomine sequentis legati, siue fideicommissi rursus eidem Sempronio relicti. & certè antequam sumamus hanc quæstionem, videndum est, an debeatur Sempronio hoc sequens fideicommiss. siue legatum, & etiam quoties debeatur: & an ipse Sempronius legatarius cauere debeat hæredi se nō perditurum primum legatum, siue fideicommissum de decem: & ita tria sunt prius videnda, & quidem de his omnibus tribus extat rescriptum diui Pij ad Iuniū Mauritium missum: qui Iunius Mauritius consuluit d. num Pium per suam epistolam in quæstione legatorum, siue fideicommissorum, quæ reliquerat Clodius Felix Clodio Structulo: & rogauerat hæredem suum, vt si Clodius Structulus legatarius perdidisset, quod ei in testamento relictum erat ab eo: rursus ei hæres id restitueret: quod rescriptum est tale: Clodio Structulo, secundum ea quæ epistola continentur &c. vsq; illuc, rescripto ergo oticulum &c. in quo soluuntur dicta tria dubia: & primo quod legatarius non debet cauere hæredi se non perditurum primum legatum, siue legata, sibi, præstari debent extra necessitatem &c. & postea soluitur primum, & secundum dubium de dictis

dictis tribus, ſcilicet an fideicommiſſum, vel legatum ſequens debeatur, & quoties debeatur: ibi, Sed vt per fideicommiſſum poſterius &c. vſq; illuc. reſcripto ergo oſtenſum &c. ſcilicet vt ſequens legatum, ſiue fideicommiſſum debeatur, & debeatur ſemel tantum. Sempronius vero legatarius nō debet cauere Seio hæredi ſe non perditurum primum legatum de decē: verſa autem vice quæritur de principali quæſtione huius §. ſcilicet an Seius hæres debeat cauere Sempronio legatario de ſequenti legato, ſiue fideicommiſſo? Et videtur quod ſic: quia ſequens legatum, ſiue fideicōmiſſum relictum eſt ſub conditione: fuit enim relictum ſub hac conditione, ſi legatarius perderet primum legatum: pro conditionalibus autem legatis, & fideicommiſſis ſolet ſatiſdari. Et tamen dicitur hic, quod non debet ſatiſdari pro ſequenti legato, vel fideicommiſſo, cum Sempronius legatarius habeat in ſuo arbitrio ne perdat id, quod ſibi relictū eſt primo.

Certè ſiue. Hæres debet cauere cum ſatiſdatione legatario, ſiue debeat ei legatum ex aſſe, ſiue ex parte: & ſiue ſit inſtitutus hæres, ſiue ſubſtitutus.

Belliſſimè. Ponamus, quòd hæres promiſit mihi legatario de legato mihi ſoluendo: & dedit mihi fideiuſſorem ſimpliciter: & fuit in mora ſoluendi mihi legatum. nunquid tenebitur mihi ipſe, & fideiuſſor ad fruct.*, vel vſuras legati? Et dicitur quod ſic, vt id, quod oportebit, ſcilicet fieri actione ex teſtamento comprehendat ſcilicet hæc ſtipulatio. hoc dicit vſque ad §. ſi quis ſub conditione. Viuianus.

† Intellige cauſa, vel noīe.

* Fructulo in P. Fl. & paulo poſt, Fructulus.

an ſatis [a] ſequentis legati ſiue fideicōmiſsi † petere poſsit. Mouet quæſtionem, an fideicommiſſum hoc, ſiue legatum debeatur, & quoties debeatur, & an ipſe legatarius cauere debeat, ſe non perditurum? De his omnibus [b] extat reſcriptum diui Pij ad Iunium Mauritiū, tale: Clodio * Structulo ſecundum ea, quæ epiſtola [c] continentur, legata, ſiue fideicommiſſa ex teſtamento Clodij Felicis præſtari debent citra neceſsitatem cauendi, [d] nihil ex his deminuturum ſe. Nam quod fidei hæredis ab eodem teſtatore commiſſum eſt, vt ſi Structulus perdidiſſet, quod ei in teſtamento relictum eſt, rurſus hæres ei id reſtitueret: non eò pertinet, vt aut Structulo priorum [e] legatorū nomine ſatiſdatio iniungēda, aut onerandus ſit hæres in infinitum: [f] vt quoties is perdiderit, reſtituere ei tantundem debeat: ſed vt per fideicommiſſum poſterius duplicata [g] legata eius videantur: nec amplius ad periculum hæredis pertineat, ſi quid poſtea is conſumpſerit, ex ſoluto ei poſteriore fideicommiſſo. Reſcripto ergo oſtenſum, legatarium hæredi non debere cauere, ſe non perditurum. Verſa vice an hæres de ſequenti legato, ſiue fideicommiſſo cauere debeat ei, quæritur? Et putem [h] non oportere ei caueri: cùm in ſuo arbitrio habeat, ne perdat id, quod ſibi relictū eſt: quamuis [i] ſi quis inſpexerit, quod ſub conditione relictum eſt, dicere deberet ſatiſdationem exigendam. Certè ſiue ex aſſe, ſiue ex parte quis legatum debeat, cauere debet: ſiue inſtitutus ſit hæres, ſiue ſubſtitutus. [k] Belliſsimè quæritur, an hæc ſtipulatio incrementum ex fructibus vel vſuris ſentiat. Et rectè placuit, ex mora [l] incrementum habituram ſtipulationem, vt id quod oportebit, comprehendat.

Si vna actio in alterius locum ſuccedit, eius naturam aſſumit Bart.

Si quis ſub conditione legatum ſtipulatus, pendente conditione deceſſerit: ſtipulatio euaneſcit: * quia nec legatum tranſmittitur: [m] & huic ſtipulationi eaſdem cauſas [n] & conditiones

[a] An ſatis. Hæc prima quæſtio ſoluitur in §. reſcripto infra, proxi.

[b] De his omnibus. Scilicet tribus quæſtionibus vltimis. Accurſius.

[c] Epiſtola. Qua continentur vltimæ voluntates. vel dic conſultationis qua recitatur teſtamentum. & Clodius eſt nomen legatarij.

[d] Cauendi. A legatario eo modo, qui ſequitur. & ſic ſoluitur tertia quæſtio.

[e] Priorum. Legatorum non perdendorum.

[f] In infinitum. No. de infinitate vitanda. ſic C. de ſacroſan. eccle. l. fi. argu. contra ſupra, de ſer. vrb. præd. l. eum qui. & infra, de fideiuſ. l. ſi ita ſtip. §. à Titio. & facit ſupra, de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. & infra, de bon. autho. iudic. poſ. l. fi.

[g] Duplicata. Hic ſoluitur prima, & ſecunda de tribus. Accurſius.

[h] Et putem. Aliàs in lib. domini Azo. eſt, & putem non caueri ei propterea cum in ſuo &c. Accurſius.

[i] Quamuis. Aduerſatiue, non correctiuè ſic ſupra de eo per quē factum erit. l. 1. §. 1. aliàs inuitaretur legatarius ad perdendū: quod nō debet eſſe, arg. ſupra, de pac. do. l. conuenire.

[k] Subſtitutus. Directè, vel etiam per fideicom. vt ī. eod. l. hæc ſtipulatio. & ſupra, eadem, l. §. non ſolum. Accurſius.

[l] Ex mora. Etiam ante litem conteſta. vt not. C. de vſu & vſufruct. lega. l. 1. licet quidam dicant à die conteſtatæ litis tantum.

Si quis ſub conditione. CASVS. Inſtitui mihi hæredem Titium, ponamus, & legaui Seio decem ſub condit. & deceſſi: poſtea Seius fuit ſtipulatus à dicto Titio de ſoluendo ſibi dicto legato aduemente condit. & pendente condit. deceſſit idem Seius. certè ſtipulatio prædicta euaneſcit, ſcilicet vt non tranſeat ad hæredem Seij: quia nec legatum, ſcilicet conditionale prædictum tranſmittitur ad hæredem dicti legatarij, qui pendente condit. deceſſit. conditionalia enim legata non tranſmittuntur ad hæredes legatariorum: & huic ſtipulationi de qua dictum eſt, inſunt eædem cauſæ, id eſt, modi, & eædem conditiones, quæ inerant legato, quod ſtipulatus eſt legatarius ab hærede. vnde ſi aliqua ſit exceptio, quæ ſolet opponi petenti legatū actione ex teſtamento, placet eandem eſſe opponendam etiam legatario ex ſtipulatu agenti. Viuia.

[m] Tranſmittitur. vt ſupra, tit. 2. l. ſi poſt.

[n] Cauſas. Id eſt, modos. ſub eadē conditione, ergo & modo ſtipulari videtur, vt hic ſubijcit. & ī. de vſur. l. ſi quis ſtipulatus. & ī. de cōſti. pecu. l. id quod. & ī. ſi quis cau-

* In P. Fl. neglege- natū. apta tū neglegatum: vt infra eod. cap. 4.

cao.l. si eum.§.2.ar.contra ĩ.de peti hær.l.itẽ veniõt. §.cum prædiximus. & ĩ.tit.2.l.cum sioe.§.si.

a Exceptio. Vt infra, ead.l.§.fina.& facit infra, rem pupill.sal.for.l.ooo quasi.§.generaliter.arg.cootra.supra,ad exhi.l.3.§.ibidem.

Procuratori. CASUS. Ponamus, qđ instituit mihi hæredem Titium: & legaui Seio decem sub conditioue: & decessi. cum Seius legatarius esset absens, fecit ipse Seius procuratorem, qui stipularetur à Titio hærede legatum. certè hæres debet cauere, siue promittere procuratori legatarij sub hac exceptione, si is legatarius, cuius oomine caueat hæres procuratori eiusdem legatarij, viuat: scilicet eo tempore, quo cedat dies legati. videlicet ne teneatur, scilicet hæres ex promissione aote defuncto illo, scilicet legatario, quàm dies dicti legati cedat, scilicet. Et scias, quia in hac stipulatione, de qua dicitur in hoc titulo, veniunt res, quæ sunt legatæ, scilicet si extant: vel pretia earum, scilicet si non extant res legatæ, scilicet si culpa hæredis perierunt. Viuia.

inesse sciendũ est. Proinde si qua sit exceptio,a quæ petenti legatum opponi solet: eandem ex stipulatu quoque agenti opponendam esse placet. Procuratori[b] eius, qui absens esse dicitur, si stipulanti legati nomine, spondeat hæres: Offilius ait, ita cauere debere, si is, cuius nomine cauet, viuat.[c] videlicet ne teneatur illo antè defuncto. Item quæritur, in hanc stipulationem vtrũ ipsæ res[d] veniant, quæ legatæ sunt, an verò pretia earum? Et est verius, in hanc stipulationẽ res vel pretia deduci.

Si decem, quæ in arca[e] erant, mihi legata sint, & tibi eorum vsusfructus legatus sit: si purè vtrique legatum sit relictum: is, cui proprietas legata est, ipso iure decem vindicabit: fructuarium autem ex senatusconsulto[f] acturum, & quinque[g] vsumfructum petiturum constat. Sed cùm decem vindicat proprietarius: per exceptionem doli repellitur, qua fructuarius de restituendis quinque hæredi cauit.[h] Planè si decem aureorum possessionem[i] legatarius habeat: Marcellus ait, dandam vel hæredi, vel fructuario[k] vtilem actionem[l] in legatarium, si modò ei caueatur.[m] Sed si sub

b Procuratori. Supra, ea.l.§.sed & procuratoribus.

c Viuat. Quo cedat dies legati de facto sub hac ergo exceptione cauetur. sic ĩ.de damoo iofect.l.prætor.in prin.vel ideo hoc dicit hic §.quia mandatum morte domini reuocatur: vt Insti.mand §.rectè.

d Res. Si extant. alias pretium si culpa hæredis perierunt. sic enim est io actione ex testamẽto: vt supra, de leg.1.l.eum res.§.pen.

Si decẽ. Primo loquit qñ proprietas, & vsusfructus legati sunt purè. Secuodo qñ sub cõditione. Item prima diuidit in tres: qa primo dicit, q potest petere quilibet ipso iure. Secõdo inquãtũ obstat exceptio de æquitate. Tertio quid iuris, qñ proprietatem legatarius possidet. Secunda ibi, Sed cum decem. Tertia ibi, Plane si decẽ. Item secunda pars principalis diuiditur in duas. Primo quid iuris sit pendente conditione. Secũdo qđ iuris sit existente conditione. Secunda ibi Sed si omiserit. Bart.

CASUS. Titius instituit sibi hæredẽ Seium: & legauit mihi purè decẽ, quæ in arca habebat: & sic io specie & tibi Semproaio, ponamus, legauit vsumfru. prædictorum decem. certè is cui proprietas de decem relicta est, ipso iure decem vendicabit ab hærede: veruntamen obstabit ei exceptio quo ad quinque, si fructuarius agat contra hæredem ex senatusconsulto, scilicet de quo fit mẽtio ĩ.de vsufruct.ea.rerum.l.1.& petat vsumfructũ de quinque de dictis decẽ, & caueat hæredi de restituendis quinque, scilicet finito vsufru. morte, vel capi.diminutione: quod quidẽ bene potest facere fructuarius. Sed quid si legatarius proprietatis habeat possessionẽ omnium dictorum decẽ? certè vtilis actio datur secundum Marcellum io dictum legatarium proprietatis, vel hæredi, vel fructuario, scilicet pro quinque de dictis decẽ, vt ea habere debeat fructuarius, si modo caueatur ei legatario proprietatis, scilicet per fructoariũ de reddendis ei quinque finito vsufructu. Sed quid si dicta decem sint legata sub cõditione, ei scilicet legatario proprietatis, & vsusfructus eorundem decem sit legatus purè dicto fructuario? certè fructuarius habebit decem interim, sioe pendẽte cõditione oblata per eum fructuariũ cautione hæredi, scilicet de reddendis quinque in euentum dictæ conditionis, & de restituendis alijs quinque finito vsufructu, & interim, siue pendente conditione dicta, est præstanda per hæredem legatario proprietatis stipulatio, id est, promissio legatorum, siue quæ solet ioterponi pro legatis de qua tractatur io hoc titulo. & si idem legatarius proprietatis omisit cautionem de legato sibi per hæredem soluendo adueniente conditione eiusdẽ legati, poterit agere idem legatarius existente conditione legati sui actione ad exhibendum contra hæredem: qui scilicet hæres sciens soluit dicta decem fructuario omissa cautione de reddendis quinque in euentum conditionis. sed si hæres ignorans legatum de dictis decem relictum esse proprietario, dederit fructuario decem, non tenetur ad exhibendum, quia non possidet, nec dolo fecit quo minus possideret: tamen Marcellus probat succurrendum esse legatario, scilicet proprietatis aduersus fructuarium, scilicet extra casum per actionem in factum: vt ĩ.ad exhi.l.Iulia.§.si tibi decem numismata. io fin. & fortè existente cõdi. legati proprietatis, & finito vsufruct. illius, cui soluta sunt integra decem, repetat à fructuario integra decem. si autem non est finitus vsusfructus, sola quinque de decem: cum quinque debeant esse apud fructuarium, donec erit finitus vsusfructus. arg.ĩ.de vsufruc.ea.rer.l.si tibi. Viuia.

e In arca. Et sic in specie: vt ĩ.de le.1.l.sed si certos. Ac.

f Ex senatusconsulto. De quo habetur mentio ĩ.de vsufru.ea.re.l.1.Accur.

g Et quinque. Non omnium decem, vt ĩ.de vsufru.le.l.si alij.& de vsufro.accre.l.inde.§.non solum.

h Cauit. De restituendo finito vsufructu, morte, vel capit.dimi. vt ĩ.de vsufru.ea.re.l.in stipulatione. hac ergo cautione præstita habet ius in quinque: & proprietarius repellitur. sed si non est cautum, tota decem vendicat proprietarius: vt hic dicit.

i Possessionem. Id est, si possideat decem aureos, is cui legati sunt.

k Vel fructuario. Quod magis videtur.

l Actionem. Ex testamento. quod est mirum eã dari in alium, quàm grauatum: imo, quod plus est, datur hæredi io legatarium: vt hic. Vel dic hæredi dari cõdictionem indebiti. Sed hoc quomodo, cum dicit legatarium tota decem posse vendicare.

m Caueat. Legatario à fructuario de reddendis quinque finito vsufru: vt ĩ.de vsufruct.ea.re.l.si tibi. & facit ĩ. ad Treb.l.cum hæreditas.in fi.

Bi

conditione ei decem a legata sint, fructuarium b interim decem oblata cautione c habiturum: legatario verò, cui proprietas relicta est, interim legatorũ d stipulatio præstanda est. Sed etsi omiserit e stipulationem: existente conditione ad exhibendum eum agere posse, Marcellus ait. Sed si ignorans hæres legatũ decem fructuario dedit: ad exhibendum eum nó teneri f palàm est. succurrendum g tamen legatario aduersus fructuarium, Marcellus ait.

Fiscus est semper dives: & ideo non satisdat. Bart.

Si ad fiscum h † portio hæreditatis peruenerit: cessabit ista stipulatio: quia nec solet fiscus satisdare. i

a Ei decem. Iure proprietatis.

b Fructuarium. Cui purè est relictus vsusfru. eorundem decem.

c Oblata cautione. De reddendis quinque in euentum conditionis proprietarij, & alia quinque finito vsufructo, sic & supra, de vsufr. accre. l. idem. §. si mihi. Sed argu. contra supra, de condit. & demon. l. hæc scriptura. §. 1. sed dic vt not. supra, titul. 1. l. filiusfamilias, in princip.

d Interim legatorum. Præstandorum adueniente conditione, de qua tractat hic tit. & supra, ad exhib. l. Iulianus scribit. §. si qs decẽ. Ibi, potuisti tamen &c. & dic stipulatio, id est, promissio. si e. s. de condict. inde. l. si non sortem. §. fi.

e Si omiserit. Duobus modis dic hunc versi. vel quod omisetit legatarius proprietatis cautionem de legato soluendo adueniente conditione: agit postea hic legatarius ad exhibendum contra hæredem, qui sciens soluit fructuario omissa stipulatione de legato reddendo finito vsufru. Vel dic omiserit hæres cautionem de reddendo finito vsufruc. & dic eum, scilicet legatarium proprietatis agere ad exhibendum: quia sciens soluit non exacta cautione. Accur.

f Non teneri. Quia nec possidet, nec dolo fecit quo minus possideret.

g Succurrendum. Per act. in factum: vt s. ad exhibẽ. l. Iulianus. §. si tibi. in fi. de præscri. ver. l. patris. Sed contra s. de vsufruct. earũ rerum. l. hoc senatus. §. 1. vbi dicit condici ipsam pecuniam. sed illa cõdictio certi generalis, hic specialis. vel ibidem qui soluit, scilicet hæres condicit: hic soluit hæres, & repetit legatarius. Item ibi fuit pecunia condicentis, hic alterius, scilicet hæredis, & condicit legatarius proprietatis.

Si ad fiscum. CASVS. Ponamus, quòd Titius instituit sibi hæredem fiscũ pro dimidia, & Seium pro alia dimidia, & plura legata pluribus reliquit: & ita fiscus tenetur ad legata pro parte, quam habet de hæreditate. certè quantum ad fiscum cessat stipulatio legatorum, de qua tractatur in hoc tit. quæ quidem stipulatio fit cum fideiussore dato ab hærede ipsi legatario: vt s. ea. l. in princi. & §. hæc stipulatio. quia nec solet fiscus satisdare. Viuianus.

h Si ad fiscum. Institutum, vel auferentem ab indigno: vt j. de iure fis. l. 3. in prin. nam semper tenetur ad legata, vt j. de iu. fis. l. 1. dicitur.

i Satisdare. Nam semper idoneus est, & soluendo, vt s. de fun. dot. l. a. sic s. si cui plus quam per leg. Fal. l. 3. §. item sciendum. sunt & alij casus speciales, vbi non satisdatur: vt no. s. ea. l. in prin.

† Non tenet fiscus satisdare, etiã nuda cautiõe: ciuitas autẽ sic. Bar. hoc ad lõgũ. & quo modo differant fiscus & respub. vide plenè per Bal. in l. 1. in fi. C. de pœ. iudi. q ma. iu. & Bar. in tit. C. de iure fisci.

Pro ea parte qua alicui hæreditas diminuitur ipso iure, vel in effectu sine culpa sua, liberatur ab obligatione, quæ ex hac stipulatione descendit. Bart.

Qui minorem partem hæreditatis possidet, cũ ex maiore parte hæres sit: k si quidem ipso iure minuatur l portio hæreditatis: securior erit hæres. Neq; enim ex maiore parte ex stipulatu tenet legatarijs, quã ex qua hæres est. m Si verò nomen quidẽ hæredis apud eos n integrum maneat, veruntamen minus effectu habeant hæreditatis, & cauerint legatorũ nomine, videntur onerari: quia ipso iure pro ea parte legata debent, pro qua hæredes o sunt. Sed enim æquissimũ est, non maiorem partẽ legatarijs soluere, quàm cuius habent emolumentum. Hoc autem euenit, cum hæreditas pro aliqua parte ex Trebelliano restituitur p nã pro rata exonerandi q

Qui minorem. CASVS. Ponamus, quòd Titius habens vnum filium in sua potestate, & alterum emancipatum, fecit testamẽtum, & instituit sibi hæredẽ in nouẽ vncijs filium in potestate constitutum, & emancipatum præterijt, & Seium extraneum instituit in tribus vncijs, & plura legata pluribus alijs reliquit, & decessit Titius: filius institutus in nouem vncijs satisdedit legatarijs de soluendis eis legatis eorum pro ea parte, qua erat institutus, id est, pro dodrante, cõmisso edicto de contra tabulas per filium emancipatum præteritũ: accepit filius institutus in dodrante semissem bonorũ possessionis: & ita ipso iure minuta est ei portio hæreditatis ex qua fuit institutus: vt s. de lega. 3. l. fi. in fi. certè nõ tenetur dictus filius institutus ex stipulatu legatarijs, quibus promiserat ex maiore parte, quàm ex qua hæres est. nunc autẽ hæres ex semisse est, siue ex sex vncijs: sed fuit institutus ex dodrante, siue ex nouem vncijs, vt dictũ est. si vero non esset ei minuta portio ipso iure, vel alijs hæredibus institutis (nã de singulari transit ad plurale litera huius §.) sed nomẽ hæredis apud eos hæredes integrum maneat: habeat tamẽ ex hæreditate minus effectu, siue quãtum ad effectum, & cauerint hæredes legatorum nomine. certè vidẽtur onerari dicti hæredes, quia ipso iure pro ea parte legata debẽt, pro qua sunt hæredes scripti: de æquitate tamen nõ maiorem partem legatarijs soluent, quàm cuius habent emolumentũ: & de hoc planè ponit exẽplũ. Viui.

k Hæres sit. Subaudi & satisdedit legatarijs.

l Minuatur. Puta per cohæredem adeuntem, qui deliberabat. quod non placet: vt supra, si pars hæred. pe. l. 2. sed dic per querelam inoffi. testa. vt supra, de inoffic. testa. l. circa. & C. de inoffi. testa. l. cum duobus. vel per bo. pos. contra tabu. vt supra, de leg. 1. l. fi. & de vulga. substi. l. etsi contra. vel per agnationem posthumi: vt supra, de codi. l. pe. pro parte ergo, qua remanet hæres, tenetur ex satis. ad legata. & non vltra nisi in libertate: vt supra, de codicil. l. qui graui. & l. seq.

m Est. Id est, remanet, vel extitit. sic s. de lega. 1. l. cum res. in prin. & facit j. de prætor. stip. l. 2. in fi.

n Apud eos. Scilicet hæredes. & caue, quia transit de singulari ad plurale.

o Hæredes sunt. Scilicet scripti de rigore iuris. & statim ponet exemplum.

p Restituitur. Remanet enim hæres nomine q erat: vt Instit. de fideicom. hæredi. §. restituta. aliud autem si de facto tantum desineret habere bona: vt C. de iure delib. l. si de bonis.

q Exonerandi. Vt & s. ad Trebel. l. 1. & §. 1. & §. quiquam.

quam. & § ſi is qui quadringenta. & §.pen. Sed contra videtur ſ. ad Trebel. l. cum hæreditas, in fi. vbi non exonerantur qui reſtituit. ſed dic quod ibi ſuo nomine promiſit creditoribus, hic autem, vt hæres hæreditario nomine: & ideo habet exceptiones eadẽ, quas habet contra actionem ex teſtamento: vt ſupra eo. §. ſi quis ſub conditione. & infra eodem. §. finali.

ſunt hæredes eius partis nomine, cuius emolumẽtum ſibi oblatum eſt. Si ei, qui in alterius poteſtate erit, incerta [a] die legatum fuerit: cauebitur ei, qui habet eum in poteſtate, non præcisè, [*] ſed ſub conditione, [b] ſi cùm eius legati dies cedit, in poteſtate ſit. Cæterùm ſi ſui iuris inueniatur: iniquum eſſe viſum eſt, patri cautũ eſſe, cùm alij [c] legatum debeatur. Quanquam etſi ſine hac adiectione caueretur, veruntamen exceptione [d] patrem, vel dominum ſubmoueremus, ſi exiſtentis conditionis tempore non haberent eos in poteſtate. euenit tamen ſecundum hoc, vt in caſu non ſit de legato cautum: nam ſi exiſtentis conditionis tempore ſui iuris ſint, non erit cautum. [e]

Paulus libro xxviij. quæſtionum. II.

NEc ſi fortè [f] velit pater cauere neminem amplius petiturum: compellendus erit hæres legatum, quod iam filius petere poteſt, alij, quàm cui debetur, exoluere.

Vlpianus lib. lxxix. ad edictum. III.

SEd & ipſis, qui ſunt in poteſtate cauendum [g] eſt: quemadmodum [h] ſolet caueri, ſi eadem res duobus ſub diuerſis, vel [i] cõtrarijs cõditionibus relicta ſit. duobus enim [k] ſatiſdatur: ſed in vtroque [l] caſu eiſdem perſonis [m] ſatiſdationem ſubituris.

Si ei qui. CASVS. Ponamus, quòd Titius inſtituit ſibi hæredem Seium, & filio Sempronij, vel ſeruo legauit centum cum hæres morietur, ponamus: & ita ſub die certa quo ad quid: quia certum eſt eam exituram: eſt tamen incerta: quia incertum eſt quando exitura, vtrũ poſt mortẽ legatarij, an eo viuo. & ſic cum ſit incerta dies, habeatur loco cõditionis. & deceſſit idem Titius. cui debet cauere cum ſatiſdatione hæres Seius? & certè debet cauere Sempronio, qui habet legatarium in poteſtate: & nõ precisè debet ei cauere, ſed ſub hac conditione, ſi legatarius ſit in poteſtate Sempronij, cum cedet dies eius legati relicti filio, vel ſeruo Sempronij. nam ſi ſui iuris inueniatur legatarius eo tempore, quo cedet dies dicti legati: viſum eſt ſapientibus iniquum eſſe patri cautum eſſe, vel etiam domino ſubaudi: cum legatum debeatur alij, ſcilicet filio, vel ſeruo, qui nunc ſunt ſui iuris, id eſt tempore cedentis legati: quanquam & ſi caueretur patri, vel domino legatarij ſine hac additione, ſiue conditione, ſi legatarius ſit in poteſtate eius cũ cedit dies legati, veruntamen nihilominus ſubmoueretur pater, vel dominus exceptione, ſi non haberent in poteſtate eos, quibus legatum eſt tempore exiſtentis conditionis legati, quam ſupra appellaui diem incertam. & ſecundum hoc euenit, vt in hoc caſu non ſit de legato cautum, quamuis ſit cautum patri, vel domino legatarij ſcilicet ſi tempore exiſtentis conditionis legati, ſui iuris ſunt filius, vel ſeruus, quibus legatum eſt. Nam licet ſit cautum patri, vel domino, repellitur exceptione: vt dictum eſt. filio autem, vel ſeruo legatarijs non fuit aliquo modo cautum: & iſto caſu quando tempore exiſtentis conditionis legati eſt filius Sempronij legatarius ſui iuris, non erit compellendus hæres Titij exoluere legatum, quod iam filius petere poteſt alij, quam cui debetur. debetur autem filio Sempronij legatario: nec ſi fortè velit cauere hæredi Sempronius pater legatarij, neminem amplius petiturum legatum ab hærede. non ſolum autem patri, vel domino, qui habet legatarium in poteſtate eius, cauendum eſt per hæredem, vt dictum eſt: ſed etiam eſt cauendum ipſis legatarijs, qui ſunt in poteſtate, & intelligo eis cauendum ſub hac conditione, ſi ſui iuris eſſent tempore, quo cedet dies legati, ſicut ſub hac condi. dictum eſt patri cauendum, vel domino: & ita cauetur patri, vel domino legatarij: & etiam ipſi legatario pro eodem legato: ſicut ſolet caueri per ſatiſdationem duobus, ſi eadẽ res duobus relicta ſit ſub diuerſis, vel contrarijs conditionibus. ſed in vtroque caſu ſcilicet quando eſt legatum duobus ſub contrarijs conditionibus, & quando legatum eſt exiſtenti in aliena poteſtate: illi, qui fideiubent apud vnum, fideiubebunt & apud alterum. & hæc videtur eſſe intentio huius §. cum duabus legibus ſeq. Viuia.

[a] Incerta. Habeas incertam: vt ℑ. patet.

[b] Sub conditione. hac, ſcilicet, ſi eũ &c. ſimilis cautio ſub except. infra, de damno infect. l. prætor. in prin.

[c] Alij. Scilicet filio, & ſic apparet quod de die incerta dicit. alias ſi certa, ſtatim à morte teſtatoris cederet, & ſic illud ſolum tempus inſpiceretur: vt ſ. titu. 1 l. ſi poſt. in prin. & § fi. & l. ſi dies in princ.

[d] Exceptione. Quibus enim except. repellitur ab actione ex teſtamento, iiſdẽ repellitur & ab actione ex ſtipulatu: vt ſupra eo. §. ſi quis ſub conditione. Hug.

[e] Cautum. Puta eſſi caueret: quia licet ſit ei actio, tamen exceptione repellitur. Vel dic cautum, ſcilicet filio nullo modo, cum filio per patrem ei quærere nolentem non acquiratur: vt ſupra, de iure dotium. l. cum dos.

[f] NEc ſi fortè. Aliàs ſed ſi fortè. ſed tu habeas, nec ſi fortè &c. & tota planè legitur.

[g] SEd & ipſis Cauendum eſt ſub conditione ſi tunc eſſet ſui iuris. ſic econtra dicitur in patre ſupra, eo. l. 1. in fine.

[h] Quemadmodum. Id eſt, ſicut.

[i] Sub diuerſis vel. Dicas vel, pro id eſt. [*]vel dic diuerſis, quæ ſunt contrariæ per obliquum: vt, Lego Titio fundum, ſi Seius decedat hinc ad menſem. Item lego Sempronio eundem fundum, ſi Titius venerit Bononiam poſt menſem. At verè contraria, vt lego fundum Titio ſi nauis venerit ex Aſia hinc ad menſem, & Sempronio lego eundem, ſi nauis nõ venerit ex Aſia hinc ad menſem: vt ſupra, titu. 1. l. huiuſmodi. & facit C. de fide inſtr. l. ſcripturæ.

[*] Vel pro id eſt. Mã doſ. in Gl. Facul. §. Et ppriũ. ℑ ver. vel. verſ. Alio qui ſi idẽ eſſet.

[k] Duobus enim. Vt ℑ. de præto. ſtipula. l. Paulus. §. fi. & dic ſub conditione caueri: vt ſi vni teneatur, alteri non teneatur: vt arg. ſ. eo. l. 1. in fi.

[l] Sed in vtroque. Scilicet quando legatum eſt duobus ſub contrarijs conditionibus, & quando legatur exiſtẽti in aliena poteſtate. Accur.

[m] Eiſdem perſonis &c. Si habes, ſed in vtroque caſu eiſdem perſonis &c. dic quòd illi, qui fideiubent apud vnum: fideiubent & apud alterum: vt ℑ. eod. l. ſi duo. aliàs eſt. ſed in vtroq; caſu de perſonis, id eſt, de facto perſonarum, ſcilicet dolum malum abeſſe: vt ſupra, eod. l. 1. in prin. & facit ad hanc l. ℑ. titu. 2. l. etiam. §. 1. & ℑ. de damno infecto, l. ſi filius.

[*] Ita accipit Inſtit. tit. de leg. Aqui. §. 1. in prin.

SI ex causa. CASVS. Instituti ponamus, mihi hæredem Titium. & ab eo alicui legatum reliqui: & rogaui eum quòd restitueret hæreditatem meam Seio, & decessi: & ipse Titius restituit hæreditatem Seio. legatarius petit sibi satisdari de legatis à Seio, & ipse non vult ei satisdare. certè legatarius mittitur in possessio. aduersus eum Seium fideicommissarium. Viuianus.

a Si ex causa fideicommissi. puta per Trebel. ad quod supra, l. 1. §. nō solum. Accursius.

Idē lib. v. ad edi. IIII.

SI ex causa fideicommissi a sit apud aliquem hæreditas, nec legatorū nomine satisdet: in possessionē aduersus eum legatarius mittitur.

Si conditio stipulationis existat tempore, quo non est persona principalis verè, vel interpretatiuè, stipulatio non committitur: & fideiussores non tenentur. Bartolus.

Papinianus libro xxviij. quæstionum. V.

POstquàm hæres ab hostibus captus est, conditio legati, cuius nomine proposita stipulatione b cautum fuerat, extitit. fideiussores interim c teneri negauit: quia neque ius, neque persona d esset, ad quam verba stipulationis dirigi possint. Imperator Marcus Antoninus Iulio Balbo rescripsit: eum, e à quo res fideicōmissæ petebantur, cùm appellasset, cauere: † vel si * non caueat, ad aduersarium f transferri possessionem * debere. Rectè g placuit principi post prouocationem quoque fideicommissi cautionem interponi. Quod enim ante sententiā, si petitionis dies moraretur, h fieri debuit: amitti post victoriam dilata petitione nō oportuit. Sed quare non caueat de fideicommisso, qui prouocauerit? i si caueret aduersarius k ad eum possessionem esse transferendā, rescripsit: cum alia l sit edicti conditio. Non enim m exigitur à legatario vice mutua cautum: sed vicaria, n custodiæ gratia, possessio datur: & qui obti-

POstquam hæres. CASVS. Instituti mihi hæredem Seium, ponamus, & legaui Titio centum sub cōditione, si nauis ex Asia venerit, & decessi: postea Seius hæres satisdedit legatario de legato ei soluendo adueniente conditione. & postea fuit hæres captus ab hostibus, & postea extitit conditio dicti legati. certè fideiussores dari legatario, ab hærede non tenentur interim, dum hæres captus est ab hostibus. & ratio, quia in nostro casu non esset persona. scilicet principalis. id est, hæredis, ad quam personam verba dictæ stipulationis, qua stipulatus fuit legatarius ab hærede, dirigi possint ex eo, quòd non est persona quæ debeat legatum, quia captus est hæres ab hostibus, & ita non est ad quem ius stipulationis dirigi possit principaliter, & extincta principali tollitur accessoria, & exceptio competens reo, competit & fideiussori. & hæc videtur esse intentio principij huius legis.

a Imperator. Dic vt in glo. Accur. secundum Viuia.

b Stipulatione. De soluendo adueniente conditione.

c Interim. Id est, dum hæres captus est ab hostibus.

d Persona. Principalis, qua extincta tollitur accessoria: vt infra, de iure fisci, l. in fraudem. §. si principalis. Item exceptio reo competens & fideiussori proficit: vt supra qui satis. cog. l. si decesserit. Ar. contra C. de fideiusso. l. 1. sed forte hoc ideo est hic, quia hæc stipulatio habet naturam actionis ex testamento: vt supra eo. l. 1. in fin.

Exceptio reo cōpetens fideiussori pficit.

Diuisio.

Imperator. Diuiditur in quinque partes. Primo ponitur rescriptum Imperatoris. Secundo respondet vni obiectioni. Tertio respondet alteri obiectioni. Quarto suam responsionem probat per simile. Quinto iuxta prædicta format duas quæstiones. Secunda ibi, Rectè. Tertia ibi, Cum alia. Quarta ibi, Sicuti. Quinta ibi, Possessio autem. Barto.

e Eum hæredem. Et dic casum, quòd fideicommissarius vniuersalis de tota, vel de parte hæreditatis restituendæ per Trebel. egit, & obtinuit, sed hæres victus appellauit: nunne singulares fideicommissarij petunt ab hærede sibi caueri. certè sicut ante sententiā, & ita nunc cauere debet: alias transfertur possessio in fideicom. vniuersalem, si ipse caueat fideicommissarijs singularibus. Vel dic planius, quòd fideicom. vniuersalis, vel singularis petijt fideic. & obtinuit, sed hæres victus appellauit: appellatione pendente hæres debet cauere victori. sicut & ante sententiam debuisset: alias transfertur possessio in victorem eorum, quæ petebantur, si & ille victor caueat de reddendo, si hæres obtineat: vel etiam si hæres vellet interim cauere. & secundum vtranque apta literam. Sed secundæ positioni est arg. contra infra, tit. 1. l. si is. in prin. sed hic protrahebat hæres, vel suspectus.

Casum ponit Accur. & primus est bonus & no. secūdū Barto.

ADDITIO. Dic secundum Bar. quod hic differebat: ibi non.

f Aduersarium. Vniuersalem secundum primum casum: vel etiam singularem secundum alium: & sic fit aliquid noui appellatione pendēte: sed non est verū: quia & ante poterat peti cautio, vt subijcit.

g Rectè. Loquitur author legis.

h Moraretur. Aliàs moraretur, id est, moram reciperet, quia sit conditionale, vel in diem: imò etiam purum habet morā: vt j. eo. l. etiam. hoc idem & post sententiā nō oportet omitti: ar. infra, de re. iud. l. non solet. & j. e. l. 1. §. plane. alias mereretur. & dic, si petitio fideicommissi mereretur. scilicet fieri cautionem, quia sit conditionale, vel in diem, vel etiam purum, vt dixi: & quod subijcit dilata petitione, scilicet cautionis secundum vtrunque casum. alij dilata petitione fideicommissi singularis propter generalem quæstionem de hæreditate: vt supra, de peti. hæred. l. diuus: secundum primum, quod hodie est immutatum: vt de peti. hæred. l. fin.

† Hoc est regulare: vbicunque aliquis in dubio admittitur, debet præstare cautionē: vt habetur I c. suscitata. cū gl. vlt. extra de restitu. in integ.

* Negatio hoc loco in P. F. omissa est, sed nō rectè.

* Causa custodiæ. Duar. 1. Dispu. c. 2.

i Qui prouocauerit. Scilicet hæres. q. d. non potest assignari ratio quare non.

k Si caueret aduersarius. Id est, fideicommissarius vniuersalis singularibus fideicom. hærede non cauente, secundum primum. Vel dic aduersarius, id est, singularis fideicommissarius, vel vniuersalis hæredi de reddendo: & hoc hærede ei non cauente, scilicet secundum secundum. & secundum vtrunque sub. & ita demum: vt infra §. possessio autem &c.

l Cum alia. Id est, quamuis alia &c. & no. duas differentias inter rescriptum, & istud edictum, vnde nascitur hic titu. Item quia hic per rescriptum cauet ille, in quem transfertur possessio, vel singularibus secundum primum, vel ipsi hæredi secundum alium casum: quod non fit in simplici fideicom. singulari: quia si mittitur hærede non cauente, ipse nulli cauet. secunda est, quia per hoc edictum mittitur in possessionem omnium rerum hæreditatis, vt hic subijcit: & infra quib. ex cau. in poss. eatur. l. 2. sed per rescriptum non: nisi in res de quibus erat lata sententia. fortè enim tantum dimidia hæreditatis petebatur.

m Non enim. Verè alia. non cum &c.

n Vicaria. Id est, possessio quæ vicē cautionis obtinet.

Obtinuit.

nuit, [f] in possessionem per prætorem, aut præsidem inducitur. [b] Sed prætor [c] quidem in omnium rerum possessione, quæ in causa hæreditaria permanent, omnimodo fideicommissi seruandi gratia esse permittit. princeps autẽ earum rerum nomine, de quibus fuerat iudicatum, [d] mutuas admittit cautiones: sicuti [e] cùm de bonis suis conferendis filius accepta possessione [f] cauere non potest, quia denegamus ei actiones. [g] defertur conditio cauendi fratribus ex forma iurisdictionis, [h] Quod ex portione fratris consecuti fuerint, cùm bona propria conferre cœperit, [i] [*] se restituturos. Sed si nec [k] ipsi cauere possint: vtiliter probatum est, virum bonum ab vtraque parte eligendum, apud quem vt sequestrum fructus deponantur, [l] quiq; vtiles actiones à prætore datas exerceat. Possessio autem ex rescripto supra relato non aliter ad eum, qui fideicõmissum petit, transfertur, quàm si cauerit: tametsi maximè [m] aduersarius non per inopiam, sed per contumaciam cauere [n] noluerit. [*] Sed si is, qui vicit, [o] non possit cauere: vel res deponenda, vel iurisdictio restituenda erit.

Legatario non debet caueri, nisi scripturam testamenti ostendat. Bart.

Si dies, aut cõditio ad legati, seu fideicommissi petitionem actionemve differri [*] dicatur, & ideo satisdatio desideretur, hæres autem per calumniam postulari contendat, & relictum neget: non aliter audiendus erit, qui caueri postulat, quàm si scripturam, qua relictum affirmat, exhibuerit. [p] Cùm quæreretur, vbi fideicommissi seruandi causa caueri oporteret, Imperator Titus Antoninus rescripsit, si domicilium Romæ non haberet, [q]

In P. Fl. cœperint.

In P. Fl. sed si is, q vincit.

Aliâs, differre.

[f] Obtinuit. Scilicet legatarius, vel fideicommissarius, qui obtinuit in eo quod præceptum est ei caueri: & tamen non cauetur.

[b] Inducitur. Non tamen hæredẽ expellet: vt ȷ. tit. l. I. in cui. in prin. & dic prætor Romæ, præses in prouincijs.

[c] Sed prætor. Secunda differentia.

[d] Iudicatum. Fortè tota hæreditas petebatur per fideicommissum secundũ primum, & secundum alium tuum singulare: & sic est quantitas pro mensura debiti declarata: quod est hodie ius commune: vt C. de bo. auth. iudi. pos. authẽ. qui iurat.

b Iusserit. Idem si non iusserit: quia nō videtur sibi posse cō mittere edictum: vt infra eo. l. non putauit. §. sed si ipse. & facit supra, de inoffic. testa. l. nihil. & infra eod. l. si post. §. si in adoptionē. & infra, de bon. lib. l. si vero. §. si seruo. Accur.

c Nam & hic. Vt infra titu. 1. l. filium. §. omnibus.

Sed & si nepos a sub huiusmodi conditione scriptus sit hæres: idem erit dicendum. Si quis ex liberis non sit scriptus hæres, sed seruus eius scriptus sit, eumq; iusserit b adire hæreditatem: denegari debet ei bonorū possessio contra tabulas. Idemq; est & si legatum relictum sibi, vel seruo suo elegerit. nam & hic c dicimus contra tabulas bonorum possessionē debere denegari.

Illud notandum. CASVS. In principio huius legis notatur differentia inter bon. posses. contra tab. quæ datur liberis præteritis, & patronis præteritis, si parens me præterijt, & alium instituit, siue institutus adiuit, siue non: ego præteritus potero petere contra tab. sed patronus præteritus à liberto nō poterit petere contra tab. nisi ex illo testamēto adita sit hæreditas. hoc dicit', contra est &c. vt infra, de bonis libe. l. etiam si. §. vt patronus. ratio est illa, quia successio parentum magis debetur liberis infra, vnde liberi. l. scripto. Item nota aliam differentiam: quia quæ datur patrono, rumpit testamentū pro debita portione: quæ autem datur liberis, reducit rem ad causam intestati. C. de bonorum posses. quæ præsta. paren. l. 1. & C. de colla. l. vt liberis. & prædicta est ratio, quia patrono debetur ex lege 12. tab. liberis iure naturæ. Si quis. Habebam filium in potestate: institui eum, vel exhæredaui, nepotem vero præterij. non erit locus bonorum posses. contra tab. quia filius præcedit eum in grad. Ad testamenta. Si mater mea, vel auus maternus me præterijt. non vocor ad contra tabu. Si quis. Filium iam natum institui, posthumum præterij. nunquid institutus filius iam natus petet contra tabulas ? sic: quia secundum tabulas non petet, quia speratur moueri contra tab. quid si interim intra tempus ad petendam bonorum posses. decessit ? nunquid bonorum posses. non agnitam ad suos hæredes transmittit ? & regulariter non transmittitur. hoc casu sic, quia impeditus fuit iusta ratione nō petere secundum tab. cum speraretur moueri contra tab. Viuia.

Paulus libro xlj. ad edictum. IIII.

Illud notandum est: quod bonorum possessio contra tabulas, quæ liberis promittitur, locum habet, siue quis hæres extiterit, d siue nō, e & hoc est quod dicimus, contra ipsum testamentum f liberis competere bonorum possessionem. quod in patrono contra est. g Si quis filiū, quem in potestate habuit instituerit hæredem, vel exhæredauerit, & ex eo nepotem omiserit: bonorum possessioni locus nō est: h quia non esset nepos suus hæres futurus. Eadem sunt: & in sequentibus gradibus. Ad testamenta fœminarum edictum contra tabulas bonorum possessionis non pertinet: quia suos hæredes non habent. i

Institutus filius beneficio præteriti nati, vel nascituri potest petere contra tabulas, & eo casu decedens ante eam petitionem transmittit. Bart.

Si quis eum, qui in vtero est, prætermiserit: etiā nondum nato eo alius, qui hæres institutus est, bonorū possessionē contra tabulas admittere potest: (quia iniquum est, neque quasi scriptum k posse petere bonorū possessionem, quamdiu contra tabulas peti potest, nec cōtra tabulas, quamdiu non nascitur præteritus) vt & si antè moriatur, l bonorum possessionis beneficiū ad hæredem transmittat. quod

d Extiterit. Puta institutus.

e Siue non. Et ita contra tab. locum habet adita hæreditate. & antè. secus in querela inoffi test. vt s. de inoff. testa. l. Papinianus. §. si conditioni. & sic ante aditam facit ipso iure non valere testamentum. si autem post, valet de iure ciuili, sed de æquitate prætoria rumpitur: vt no. C. de col. l. vt liberis. item dic, siue non, dum tamen possit existere: vt infra eod. l. quod vulgò. sed eum instituti expectant præteritos: vt infra, de secun. tabu. l. 2. §. expectandi. ergo semp ante aditā hæreditatem. sed dic quod expectant, vt non petant secundū tab. adire tamen possunt de iure ciuili, & sunt hæredes, argu. contra infra eo. l. 1. in fine. vbi etiā iure ciuili prohibentur.

ADDITIO. Dic secundum Bart. hic, quod ibi erat duplex impedimentū, quia expectabatur contra tab. & impedimentum erat de iure ciuili: hic vnū tantum.

f Contra ipsum testamentū. Sic supra, vt in pos. leg. l. 1. §. non exigit. in fi.

g Contra est. Quia oportet esse aditam, vt j. de bon. liber. l. etiā si. §. vt patron'.

h Nō est. Nunquid ergo erit locus edicto successorio i hac bonorum poss. cōtra tab. si filius repudiauit ? Respon est arg. cōtra: supra, de inoff. testa. l. si is qui. Azo. & facit supra eo. l. 1. §. vocantur.

i Non habent. Id est, habere non possunt: 1 vt Instit. de hær. quali. & diffe. §. extrei. in fi. Vel dic suos large. s. tales quibus datur hæc bonorum poss. quos dic vt infra eo. l. 1. in prin. & sic tollitur oppositio de emancipatis. Est & alia ratio, quia præteritio 2 fœminarum habetur pro exhæredatione: vt insti. de exhær. lib. §. si mater. sed exhæredatis non datur hæc contra tab. vt infra eod. l. non putauit. in prin. & supra l. 1. in prin. ibi, sed neq; &c.

k Neq; quasi scriptum. Quod videbatur: vt infra, de secun. tab. l. a. §. expectandi. & dic bon. pos. secundum tabu. sed cur hic non datur secundum tabu. vt infra, de secun. tab. l. a §. si sub conditione ? Respon. quia in dubio benignius præsumitur: vt infra, de reg. iu. l. semper. id est, quod nascatur posthumus: & ideo quasi eo nato datur contra tabu. sic ergo aperitur edictum instituto per natum, & nasciturum. sic non est contra supra eo. tit. l. 1. in prin. vbi non datur instituto. Item & secundum tabu. videtur dari: quæ dari consueuit pendente condi. quæ creditur extitura: vt d. §. si sub conditione. secundum Azo. Item non obstat infra. de bon. lib. l. si filius. §. cum filius. vbi expectat patronus alios. sed verum est priores: hic autem erant eodem gradu natus, & nasciturus. vnde non est ibi iniquitas: hic esset iniquitas, expectare tantum.

l Moriatur. Quàm petat bonorum posses. contra tab. vel secundū tab. & facit j l. proxi. apparet ergo, quod potest

1 Pro hac expositione Mand. in Glo. Facult. §. Et proprium in ver. habeat.

2 Sed quare dicitur potius in fœmina exhæredatio quàm in masculo ? dic, qa nō dicitur cōtinuari dominiū in bonis matris, vt in bonis patris. Bar. l. pater filiū. 2. col. vers. sicut dicim'. s. de Inof testa. & l in suis. s. de liberis & posthum.

maximè a necessariũ est in filio emancipato scripto hærede: * quia nec hæreditatem interim adire b potest.

Iulianus lib. xxxiiij. digestorum. V.

Sed & si decesserit antè, quàm peteret bonorum possessionem: nõ est iniquum, c prætorem decernere, hæredibus eorum saluum fore cõmodum bonorum possessionis secundum tabulas, vel contra tabulas. d

Paulus libro xlj. ad edictum. VI.

Si emancipatus filius nepotem procreauerit, e & ita decesserit, deinde auus eius: f nepos ad aui bonorum possessionem venire potest. g Quòd si & filium, & nepotem h emancipauerit: viuente quidem filio, nepos non veniet: post mortem autem eius ad bonorum possessionem aui veniet. Nepote quoque solo emancipato, & auo mortuo, deinde patre eius: nepos præteritus accipiet patris bonorũ possessionem: quia suus i hæres futurus k patri l esset, si de potestate aui non existet. * Filio emancipato, si nepos retentus sit, & vtrique m præteriti: vtrique accipient bonorum possessionem. Si filius n emancipatus in adoptiua familia nepotem sustulerit: ne nepos quidem ad bonorum possessionem aui naturalis veniet. o Sed & si emancipatus p filius procreatis nepotibus in adoptionem se dederit, vt eum filij sequantur: q idem erit.

Planè si is, qui apud adoptiuum auum procreatus est, emancipatus sit: veniet ad bonorum possessionem aui naturalis. Adoptio enim tamdiu r nocet, quãdiu quis in aliena familia est. Cæterum emancipatus ad bonorum possessionem parentum naturalium venit: sed emancipatus viuis s eis, non etiam post mortẽ eorum. Hoc enim verius est, post mortem eorũ emancipatum t nõ admitti.

* In P.Fl. q nec hæreditatem &c.

* P.Flo. si potestate aui non exstet.

potest petere de æquitate. & si differt volens iuri communi deseruisse, transmittit.

a Quod maxime. Electiuè ponitur. nam aliud est in suo: vt supra, de acqui. hæred. l. ventre. H.

b Adire. Propter posthumum præteritum, vt dicunt. sed certè hoc nõ impedit: quia in pari gradu est cum posthumo: vt s. de acqui. hære. l. eum qui. §. 1. imo quia aditio est de iure ciuili, cui emancipatus erat incognitus. Azo.

c Sed & si decesserit. Iniquum. Imò videtur iniquũ: cum poterat petere contra tabu. sed non est, quia iuri communi voluit deseruire.

d Vel contra tabulas. Hæc disiunctiua pro altera parte vera est, scilicet quia habet contra tabu. non autem secundum tabu. vt supra. l. proxi. §. fina. Sed Azo dicit ibi etiam secundum tabu. dari. Et no. quod regulariter bon. pos. vel hæreditas non adita, vel non agnita non transmittitur: vt supra, de bon. possess. titu. generali. l. 3. §. acquirere. sed fallit hic, si distulit deseruiendo iuri communi. Item fallit in liberis. Item intra annum deliberationis: vt C. de cadu. tollen. §. in nouissimo. & in alio: vt supra, ad Syl. l. si quis gram. §. elegan. ter. Item C. de inoff. testamen. l. si quis filium. Item supra, de acquiren. hære. l. Pantonius. Sed ibi propter restitutionem in integrum. Item fallit infra, de Carbo. edict. l. scriptus in fine.

Si emancipatus. CASVS. In principio huius legis dicit, Filius emancipatus post emancipationẽ procreauit nepotem: tandem decessit filius, decessit auus, nepos inuenitur præteritus, nunquid vocabitur ad contra tabu. in bonis aui? Respon. quod sic. Sed quid erit? filium, & nepotẽ emancipauit, viuo filio decessit auus, nepote præterito. nunquid nepos vocabitur ad contra tab. viuo filio? non. Sed quid erit? mortuus est filius, bonorum possess. contra tabu. non petit. nunquid nepos poterit petere contra tab. certè sic. Sed si solus nepos emancipatus est, & præteritus, & ipse vocabitur. quid erit? si filiũ emancipauit: nepotem in potestate retinuit: nunquid filius vocabitur ad contra tab. sic: & nepos similiter ex alterius persona. Sed quid? filius est datus alteri in adop. nunquid venit ad contra tab? sic, si desinit esse in alterius familia. similiter & nepos admittetur.

Planè. In §. isto dicitur, Filius emancipatus dedit se alicui in adop. nepos ex eo natus est apud patrem adoptiuum. nunquid iste nepos vocabitur ad contra tab. aui naturalis? sic: & si est præteritus ab eo non durante adoptiua familia, quod intelligendum est, si iste nepos est natus viuo auo, secus si post mortem eius.

e Procreauerit. Secus si adoptauerit, vt Insti. de hære. ab intesta. §. cum quæritur. in fi. & supra, de in ius vocand. l. sed si hac. §. si filius. Azo. & supra, de in ius vocan. l. quæsitum.

f Auus eius. Scilicet decesserit.

g Potest. Ex lege Velleia non: quia neque filius, neque nepos erant in potestate, quod est opus vt illa lex locum haberet: vt Institu. de exhæred. lib. §. posthumorum.

h Nepotem. Sed quæ erat hic dubitatio? Respond. quòd hoc edictum maximè propter emancipatos est inductũ: sed certè idem & si alio modo sint sui iuris. vt supra l. 1. §. & sui iuris. in fine.

i Quia suus. Respõdet tacitæ obiectioni, quæ fieri potest ex eo quod est supra eodem. l. illud §. ad testamenta.

k Futurus. Sic supra eodem, l. illud. §. si quis.

l Patri. Nunquid auo? Respond. vt C. vnde liber. l. qui se. Azo.

m Vtrique. Vt infra, de coniungen. lib. l. 1. in princ. & supra, de inoffici. testamen. l. si proponas, & infra, de collatio. bonorum. l. filius emancipatus.

n Si filius. Extranei.

o Veniet. Vt supra eo. l. 3. §. si quis filio. sed hic extraneo fuit datus.

p Sed & si emancipatus. A patre naturali.

q Sequantur. Verè sequuntur: vt supra, de adop. l. si pater. sed contra huic respon. supra eod. l. 3. §. idemq́ue. sed hic extraneo se dedit.

r Tamdiu. Vt institutio. de exhæreda. libe. §. qua ratione. & infra, de ventre in possessin. mitten. l. 1. §. si filius. & infra eodem, l. si ex duobus. § filius. & C. de adoption. l. penulti. §. si verò pater. & §. sed hæc. & ex hoc collige idem esse in proximo superiori casu. Accursius.

s Viuis. Facit Institu. de hæred. ab intesta. § at hi. & §. eadem, & §. admonendi.

t Emancipatum. Nepotem ab auo adoptiuo.

Si

Caius libr. xiiij. ad edict. prouin. VII.

SI retentus [a] fuerit in potestate nepos, filio emancipato: admittitur nepos viuo auo ad patris bonorum possessionem.

Vlpianus libr. xl. ad edictum: VIII.

NOn putauit [b] prætor exhæredatione notatos, & remotos, ad contra tabulas bonorum possessionē admittēdos: sicut nec iure ciuili testamenta parentū turbāt. [c] Sanè si velint inofficiosi querelā instituere: in ipsorū est arbitrio.. Aliqua tabularū parte exhæredē [d] scribi nō sufficit: [e] sed eo gradu, contrà quē petitur bonorū possessio. [f] Vnde si à primo gradu exhæredatus sit filius, à secūdo præteritus, & primo gradu scripti nō petierint bonorū possessionem: poterit [g] contra tabulas accipere bonorum possessionem.

Non quæuis exhæredatio submouet filium à contra tabulas bonorum possessione, sed quæ ritè [h] facta est. Si ab vno ex hæredibus sit filius exhæredatus: Marcellus libro nono Digestorum scribit, filium non videri exhæredatū: [i] idcirco contra tabulas bonorū possessionem peti posse contra vtrunque hæredem. Si & exhæredatus sit [k] filius, & institutus: obtinente eo gradu, in quo institutus [l] est, puto commisso edicto ab alio filio, contra tabulas bonorum possessionem eum petere posse. [m] A primo gradu præteritus est filius, à secūdo exhæredatus, si

SI retentus. CASVS. Si pater habens filium, & ex eo nepotem filium emancipauit, nepotem in potestate retinuit, & filius emancipatus pręterijt suū filiū: & viuo auo nepos vocatur ad contra tab. patris sui. Ex lege ista colligeris arg. pro sententia Accur. & Azo. qui dixerūt, si habeo filiū, & ex eo nepotem: eo ipso quod emancipaui filiū, non videor nepotē emancipare: vt hic, & supra, de adop. l. liberum. licet quidam cōtra dixit. arg. eius, quod legitur supra, de adop. l. si pater. sed illud debet intelligi, si pater emancipauit filium cum nepotibus.

[a] Si retentus. Facit infra, de ven. in pos. mi. l. 1. §. 1. & de collat. bono. l. si quis filiū. & si tabu. testa. nul. ext. l. si pater.

NOn putauit. CASVS. Si pater, vel auus paternus, vel proauus liberos suos exhæredauit: liberi exhęredati non veniunt ad contra tabu. sed possunt dicere testamentum inofficiosum. Sed vnū sciatis: quia ad hoc vt filius repellatur à contra tab. nō sufficit aliā partē testamenti scribi, sed debet exhæredari ab eo gradu, quo petit bonorum possessio. Non quæuis. Habuisti supra, quod exhæredatio habet repellere liberos à contra tabulas. quod est intelligendum de ritè facta, non de ritè non facta. nō enim quæuis exhæredatio repellit filium à contra tabu. Si ab vno ex hæredibus est facta, non rite facta est: ideo nec repellit à contra tab. Si ab omni gradu ritè facta est, repellit à contra tabulas. Sed quid? filius est exhæredatus à primo gradu: est institutus in secundo gradu: nunquid poterit petere contra tabulas? Resp. sic: ea persona fratris committentis edictum potest quis à primo gradu præteriri, à secundo exhæredari. & econtra. & vbi præteritur, contra illum gradum petit contra tabulas: vbi exhæredatur, non potest contra illum gradum bonorum possess. petere. Si quis.

Paterfamilias filium emancipatum exhæredauit, eundem arrogauit: nunquid repellitur à contra tab. sic. quia iura naturalia in eo præualent, secus in extraneo. Quid erit? filium dedi in adoptio. deinde eum exhæredaui, postea emancipatus est. nunquid nocebit ei exhæredatio? sic. Vnum sciatis. Si dedi filium in adoptionem, tenet si eum exhæredo, quamdiu est in adoptiua familia: quia non videtur esse filius. alias sic. Sed quid si institutus est is, per quem quæritur hæreditas: nunquid admittitur ad contra tabu. sic, si sit præteritus.

Vt autem. Præteriti qui volunt admitti ad contra tabulas debent esse de liberis. si dati sunt in adoptio. nō admittuntur ad contra tabu. patris naturalis nisi sint scripti, & alius committat edictum. Non est nouum. In §. isto ponit casus in quo aliquando expedit instituto peti bo pos. cōtra tab. & est talis. Ponamus, testator filium suū instituit ex vna vncia: me filiū emancipatum præterijt. si ego non peterem contra tab. tu haberes vnam vnciam, si peto contra tab. rescindo testamentū, & res reducetur ad causam intestati: tu institutus habebis partē virilem. si alius institutus hæres erat de libera, habebis quatuor vncias, & ita profui tibi, quod petij contra tab. sed si alius institutus esset extraneus: tu haberes semissem, & ego semissem. & sicut expedit instituto petere contra tabulas, ita contra damnosum est. nam si filius in potestate est institutus insolidum, ego filius emācipatus sum præteritus: si peto cōtra tabulas, vel econtra, hic deterior causa est sua: quia si nō petijt, institutus peteret secundū tabulas, & haberet totum. sed quia petijt contra tabulas ipse habebit semissem, & ego semissem. Viuia.

[b] Non putauit. Vt supra l. 1. in prin.

[c] Turbant. Scilicet alio modo quam qui sequitur: vel non turbant ipso iure, vt nō contradicat sibiipsi. & facit s. de libe. & posthumis. l. filio.

[d] Exhæredem. Scilicet filium suum.

[e] Non sufficit. Vt hæc bonorū possessio cesset. Azo.

[f] Bonorum possessio. Secundum tabulas.

[g] Poterit. Scilicet filius. Sed quid econtra si filius à primo gradu præteritus, à secundo exhæredatus, institutis tempore mortis existentibus, & postea repudiantibus: nunquid sufficit peti contra tab. vt etiam substitutio rumpatur? quod videtur: vt supra, de libe. & posthu. l. si posthumus. & supra, de iniusto test. l. nam & si sub conditione. Item certum est dari contra tab. vt supra eod. l. illud. in princi. & infra eod. l. filium. ergo contra substitutos nō potest dari querela, si adijssent ex substitutione: quia illa datur deficiente alio auxilio: vt Insti. de inoffi. test. §. cum autem. Sed videtur contra scilicet, quòd substitutio teneat etiam pupillaris, licet vitietur institutio per contra tabu. vt infra, de leg. præstan. l. 2. certè pro parte instituti ibi tenere videtur testamentum, licet ipse pupillus institutus accepit contra tab. quia habet ibi contra tab. iure bono. possessionis secundum tab. vt infra, de leg. præstan. l. nonnunquam. secundum Azo. & facit C. de lib. præt. l. 1.

[h] Ritè. Id est. solenniter, licet non rectè, quia non meruit exhæredari: quandoque tamen vnum pro altero ponitur: vt supra, de inoffi. testa. l. 4. & supra, de libe. & posthu. l. & si pepercerit, secundum Azo. sed in solennitate refert, deficiat vitio testatoris: vt infra eo. l. sub conditione. an hæredis: vt infra eo. l. §. si quis sua. Hu.

[i] Exhæredatum. Vt supra, de lib. & posthu. l. & si pepercerit. §. filius.

[k] Si exhæredatus sit. A secundo gradu. Azo.

[l] Institutus. Scilicet in primo. Azo.

[m] Posse. Contra. videbatur propter duo: & quia institutus, & quia exhæredatus erat. & facit s. e. l. si post. §. penul.

arg. C. de diuer. rescri. l. vniuersa. & de instit. & subst. l. generaliter. §. 1. Item quia res inter alios acta nõ præiudicat. & facit ad hoc, quod no. C. quo. bono. l. 1. Item expressum est ĵ. de leg. præstan. l. filium. §. si quis. Item an sit aliquis vocandus. dic vt ĵ. eo. l. 1. §. pen.

Res pro hæreditate, & alijs modis, Mādos in Gl. Facul. §. Actam, in ver. reb°.

H ãc bonorũ possessionis definitionem elegãter explicat, & tuetur Alcia. lib. para. 4. ca. 1.

In P. Fl. & decurijs.

nendiq; patrimonij, siue rei,[a] quæ cuiusq;, cũ moritur, fuit. Inuito[b] aũt nemini bonorũ possesio acquiritur. A municipib.[c] & societatibus,[d] & curijs, & corporibus bonorum possesio adgnosci põt. Proinde siue actor eorum nomine admittat, siue quis alius[d] rectè cõ petet bonorũ possesio. Sed & si nemo petat, vel adgnouerit bonorũ possesionem nomine municipij: habebit municipiũ bonorum possesionem prætoris[e] edicto. Dari

a Rei. Id est patrimonij. pro eodem autem ponitur. nam rei appellatio etiam hæreditatem continet. vt. Institut. de rebus corpo. vel incorpor. §. 1. Vel dic rei etiam singularis. nam & petit. hæredita. pro re minima tota datur, quia in totum hæres est, vt supra de petitione hæredita. l. regulariter. & l. licet. & idem in interdicto quorum bonorum: vt infra de fur. l. hoc amplius, & l. sequ. nec obstat ĵ. quo. bono. l. 1. §. 1. quia subaudi ibi tantum. vel dic rei, quando vna sola res est in hæreditate, vt supra de hæred. institut. l. ex facto. §. dicebam. Accur.

b Inuito. Secus in hæreditate quandoque, vt Institut. de hær. qual. & diffe. in princ. & §. sui. Item hoc verum, nisi sit rogatus restituere alij: vt ŝ. ad Treb. l. 1. §. bonorum. item hoc verum de decretali. Sed quid de edictali? Secus: vt infra proxi. §. sed & si nemo &c. sed Io. contra. dicit enim edictalem non acquiri ignoranti, sed veluti pomum offerri. Azo. Item hoc verum directò, vel per obliquum: vt per filium vel seruum: vt ŝ. ad Treb. l. si legatus, §. si filio, & l. seruo. in prin. & §. 1. sed alia lucra per obliquam inuito acquiruntur, non directò: vt supra de neg. gest. l. soluendo. & facit C. de iure delib. l. nec emere, & C. vnde legi. l. fi. & ĵ. de reg. iur. l. inuito. Accur.

A municipibus. CASVS. Ponamus quod Titius instituit sibi hæredem aliquod municipium, & decessit, nunquid bonorum poss. potest agnosci a municipibus? Et certè sic: proinde siue actor municipum admittit bono. poss. nomine eorum, siue quis alius, puta Syndicus eorum, vel cui ex lege permittitur, siue administrator municipij: rectè competit bonorum poss. sed & si nemo petet, vel agnouerit bon. poss. nomine municipij: habebit municipiũ bonorũ poss. edicto siue per edictum prætoris, s. mortui, i. habet edictalem bon. posses. & quod dixi in municipio, idem dicendum est in societatibus, & curijs, & corporibus. Vi.

Societas, collegiũ, & corpus differunt.

c Municipibus. Et corporibus decurionũ. & est differẽtia, quia societas est, quando non simul cohabitant: collegium quando sic: corpus est genus.

d Quis alius. Vt Syndicus, vel is cui ex lege permittitur, siue administrator municipij: vt ŝ. quod cuiusque vni. l. 1. §. quibus, & l. nulli. & l. ciuitates, vel etiam in defectum extraneus, idoneus tamen: vt ŝ. quod cuiusq; vni. l. 1. §. pen. & ĵ. de noui ope. nun. l. in prouinciali. §. fin. & l. seq. & dic quòd municipio, & ciuitati tantum secundum tab. potest quæri. fisco autem & societatib. & corporibus & curijs etiam ab intestato: vt ŝ. ad Trebel. l. recusare. §. si fisco. & §. item. & l. omnibus, & C. de hær. decu. per totum.

Bon. poss. alia edictalis, alia decretalis.

e Prætoris. Scilicet mortui. & hæc dicitur edictalis, vt hic. alia est decretalis, quæ a viuo prætore decernitur, de qua habes infra, de succes. edict. lege 1. §. decretalis. vel dic quòd vna est edictalis, sed non habet effectum: nisi decernat iudex dicendo, decerno ei bonorum possessio. sicut dicitur in rescissoria: vt C. quibus ex causis maiores. lege finali. sed hodie iudicialis potest dici, quæ olim dicebatur decretalis: vt no. ŝ. d. l. 1. in principio.

autem bonorum possesio potest tam patrisfamilias, quàm filijfamilias: si modo[f] ius testandi habuit de castrensi peculio, vel quasi[g] castrensi. Sed & eius, qui apud hostes decesit bonorum possesionẽ admitti posse (quamuis in seruitute decedat) nulla dubitatio[h] est, Acquirere quis[i] bonorum possesionem potest, vel per semetipsum, vel per alium.[k] Quòd si me non mandante bonorum possesio mihi petita sit: tunc

Dari autem. CASVS. Titius filiusfamil. ponamus, instituit me hæredem de peculio suo castrensi, vel quasi castrensi. certè dabitur mihi bonorum possessio in dictis suis bonis. nam dari bonorum possessio. potest tam patrisfamilias, quã filijfamil. si modo filiusfamil. habuit ius testandi de peculio castrensi, vel quasi castrensi. sed & si aliquis apud hostes decedat: nulla dubitatio est posse admitti eius bono. possess. quamuis decedat in seruitute.

f Si modo. Restringitur in filio ad testamentariam tantum: quia si intestatus decederet pater, iure peculij occupat etiam castrense: vt ĵ. de castr. pecu. l. 2.

g Vel quasi. De vtroque potest testari: vt C. de inoffic. test. l. fin.

h Dubitatio est. Quia fingitur mortuus ante captiuitatem: vt ŝ. de vulg. subst. l. lex Cornelia.

Acquirere. CASVS. Per semetipsum, & per alium potest quis acquirere bonn. poss. Quid si me non mandante sit mihi petita bonorum possessio per alium? certè tunc mihi cõpetit, cum habuero ratũ id, quod actum est per reum. s. qui mihi petijt bon. possess. Quid si ante decedam, quam ratum habeam? certè neque mihi competit: neque hæredi meo potest competere, si velit habere ratum tanquam meus hæres: cum ad eum nõ transeat bonorum posses. Et ad euidentiam §. si causa, not. quòd quando datur bonorum possessio causa cognita, vt in illis bonorum possessio. quæ tribuunt ius: & quandoq; sine causæ cognitione, vt in ijs, quæ non tribuũt ius: vt ĵ. quis ordo in bon. poss. seruetur. l. 2. §. dies. & §. in bonorum. & de Carb. edic. l. 3. § causæ. De quibus tribuentib. & non tribuentibus ius, notatum est ŝ. eo. l.

Dicit ergo hic §. quòd si bon. poss. detur causa cognita: non dabitur alibi, quam pro tribunali. s. iudice sedente. & est ratio: quia neque de plano, & sine causæ cognitione potest interponi decretum iudicis, qui decreuit & dat alicui bon. possess. imò debet interponi cum causæ cognitione, neque potest dari, vel decerni bono. poss. causa cognita alibi quam pro tribunali. Vi.

i Acquirere quis. Liber homo, paterfamilias, & maior 25. ann. vt dices ĵ. eo. l. seruus.

k Per alium. Scilicet procuratorem, qui habebat etiã generale mandatum: vt ĵ. de solut. l. verò. & argum. ŝ. de admin. tuto. l. si duo: sed hic exigitur speciale, argumen. ŝ. de acqu. hæred. l. si quis mihi bona. §. iussum. sed illud in hæreditate ciuiliter acquirenda: vbi etiam iussus habet præcedere, vt ibi: quòd hic non est necesse: vt supra ad Trebellian. lege seruo in principio. Item contra. supra de acquirenda hæreditate, lege Paulus. Sed in hæreditate, quæ nuda voluntate acquiritur. & sic statim ex quo constituo procuratorem, sum hæres, & ita nil habet facere: sed hic opus est eam petere.

Qui

competet, cùm ratum habuero id, quod actũ est. Denique si antè decessero, quàm ratum habeam: nulla dubitatio est, quin non competat [a] mihi bonorum possessio: quia neque ego ratum habui, neq; hæres meus ratũ habere potest, cùm ad eum [a] non transeat [b] bonorũ possessio. Si causa cognita bonorũ possessio detur: non alibi dabitur, [c] quam pro tribunali: [d]. quia neque decretum de plano interponi, neque causa cognita bonorum possessio alibi quàm pro tribunali dari potest.

In bonorum possessionibus locum habet ius accrescendi. Item portio deficiens accrescit ei, qui suam agnouit, sine noua agnitione si eodem iure succedebant: secus si diuerso hoc dicit usq; ad l. sed cum patrono. S. bonorum. Bartolus.

In bonorum possessionem sciendum est ius esse adcrescendi. [e] Proinde si plures sint, quib. bonorũ possessio cõpetat, quorũ vnus admiserit bonorum possessionem, cæteri non admiserunt.

Caius libr. viij. ad legem Iuliã, & Papiam. IIII.

VEluti quòd spreuerunt ius suum, aut tẽpore bonorum possessionis finito exclusi sunt, aut antè mortui sunt, quã petierint bonorum possessionem.

Vlpianus libro xxxix. ad edictum. V.

EI, qui admisit, adcrescunt etiam ex portiones, quæ cæteris competunt, si petissent bonorum possessionem. [f]

[a] In P.Fl. non transeat i' bo. poss.

[a] Quin non competat. Id est, non competat, vt probat statim. & s. de acquir. hæt. l. si quis aliem. & j. rem ratam habe. l. si is. & l. bonorum.

[b] Non transeat. Not. nnn agnitam non transmitti: vt C. eo. l. emancipata. Sed contra j. de contra tab. l. illud. § si quis. & §. quod maximè. cum l. seq. sed ibi duo sunt speciales casus. & patet ibi ratio, & eadẽ ratione est speciale infra, de Carb. edi. l. scriptus. & supra, de acquir. hæred. l. venter quæ sunt contra. Item non ob. supra, de acquiren. hæred. l. Pantonius. Sed ibi iure in integrum restit. perit hæres: non communi iure, vt & ibi dicit. Item cõtra j. de suc. edic. l. 1. §. quibus. Sed ibi defertur sequenti gradui, non vt hæredi primi gradus. Item sic est in hæreditate de iure ciuili, vt non adita non transmittatur, nisi in casibus vt C. de cadu. tollen. §. in nouissimo.

[c] Dabitur. Quæ ius tribuit.

[d] Pro tribunali. Scilicet iudice sedente, non de plano. vnde cum causa cognita, & per officium iudicis detur, non potest delegari: vt supra, de offi. procon. l. nec quicquam. §. 1. secus in ijs, quæ non tribuunt ius: vt Carbo. & ventris: quoniam de plano dari possunt, si semiplena causæ cognitio interuenit: vt infra, quis ot. in bonor. posses. ser. l. 2. § dies. & §. in bonorum. & infra, de Carbo. edi. l. 3. §. duæ. Item secus in manumissione, quæ de plano similiter fieri potest: vt Institu. de liberti. § in multis. hodie autem sufficit agnitio coram iudice sine petitione & datione bono. pos. vt C. eod. l. pen. & fi. & C. de cur. fur. l. fin. § 2. Sed nunquid vel petitio olim, vel agnitio hodie fieri debet altera parte præsente & contradicente in forma iudicij? quod videtur: vt supra, de minor. l. in causæ. § causa. Item cum dies vtiles computantur: vt d. §. dies. id est, in quibus est copia aduersarij, & iudicis. vt infra, de diuer. præscri. l. 1. igitur aduersarius est vocãdus. Sed certè lex illa loquitur, quando exigitur vocari aduersarius. dicas ergo non in forma iudicij cum seruus possit quandoque petere. vt infra, eod. l. seruus & pupillus. & C. eo. l. bonorum. Item si appareat eum nõ potuisse pos. petere. non obst. vt no. supra ea. l § bonorum. Item quia peti potest ab aliquo non existente hærede: vt infra, de contra tabu. l. illud. in princi. quis ergo vocaretur ex diuersa parte?

In bonorum. CASVS. Ponamus, quod Titio, & Seio, & Caio cõpetit bo. poss. in bonis Sempronij mortui: & Titius admisit bonorum posses. Seius autem, & Caius nõ admiserunt, veluti quia spreuerunt ius suum, aut sunt exclusi finito tempore bonorũ poss. aut sunt mortui, ante quam petierint bonn. posses. nunquid in hac bono. posses. erit ius accrescendi, vt scilicet Titio, qui admisit bono. pos. accrescant hæ portiones, quæ dictis Seio, & Caio competerent, si ipsi petissent bo. pos. Et certè sic. Sciendũ est enim in bo. pos. ius esse accrescendi. & hæc vera sunt, quando omnes vocantur eodem iure ad bonorum pos. secus autem si non codẽ iure vocantur, vnde pone talẽ casum: Stichus ponamus libertus Titij fecit testamentum, & instituit sibi hæredes Seium, & Caium, & Titium patronum præterijt, & decessit dictus libertus Stichus: & postea vnus de ijs, quos instituit, puta Seius adiuit hæreditatem, & ita patronus petijt bono. pos. cõtra tab. in bonis liberti, & cõsecutus fuit debitam sibi portionẽ in bonis liberti, puta dimidiam, vt j. de bon. lib. l. 1. & 2. §. 1. vel hodie tertiam: vt Insti. de suc. lib. §. sed nostra. nisi enim ad minus vnus de institutis adijsset, non potuisset patron' petere contra tabu. vt infra, de bon. libe. l. eiuſ. §. vt patronus. & postea dictus Caius, qui fuit alter de institutis a liberto, repudiauit: etiam postea Seius qui adiuit, omisit, quod facere potuit: vt supra de acquirend. hære. lege, cum hæreditate. nunquid accrescet patrono pars vtriusq; scilicet Seij, & Caij prædictorum, quæ est altera pars hæreditatis liberti à parte patroni, quam suam patroni partem, iam ipse patronus habet per contra tabu. & certè dictæ alterius partis à parte patroni conuenit non esse ius accrescendi patrono: & hoc ideo, vt dixi, quia patronus non vocabatur eodem iure ad bon. pos. in bonis liberti cum institutis à liberto: imò patronus vocabatur per contra tabu. & scriptus, siue scripti per secundum tabu. igitur in dicto casu petitur præinr patrono nominatim bo. pos. scilicet vnde legitimi in dicta altera parte à parte patroni, id est, in parte vtriusque, scilicet Seij, & Caij prædictorum, & ita inuenitur patronũ petijsse bis bo. pos. in bonis liberti: vna vice bon. pos. contra tab. & alia vice bo. pos. vnde legitimi: cum cæteri, quibus scilicet est ius accrescendi, debeãt semel agnoscere bo. poss. & non plus. & hæc videtur esse intentio vsque ad l. sed cum patrono. §. 1. Posses etiam alio modo intelligere, scilicet quòd vnus de institutis à liberto, puta Seius, adiuit pro sua parte. & nunquam postea omisit: & dictus Caius suam partem repudiauit. certè portio Caij defecta obuenit Seio cohæredi iure accrescendi: patrono autem, quia non vocatur eodem iure, obuenit per bono. pos. vnde agnati, siue vnde legitimi, quam nominatim oportet eum petere pro defecta parte, id est, pro parte Caij qui repudiauit, & hunc vltimum intellectum elicio ex summa, quando non petentium partes petentibus accrescunt. Viuianus.

[e] Accrescendi. Vt infra, sequentibus duabus legibus, & C. quando non pe. par. l. 1. & infra, de coniungen. l. 1. §. si quis ex nepotibus. & inst. e. §. fi. sic est & in succedentib. de iure ciui. vt C. de cadu. tol. §. his ita. & infra, de suis & legi. l. si ex pluribus. & supra, de mili. testa. l. si ex duobus.

[f] EI qui. Bonorum possessionem. scilicet suæ partis.

Paulus libro xlj. ad edictum. VI.

Sed cum patrono quidem contra tabulas certæ partis [a] bonorum possessionē [b] prætor polliceatur, [c] scripto autem hæredi secundum tabulas alterius partis: conuenit non esse ius adcrescendi. Igitur non petente scripto secundum tabulas, alterius quoque partis nominatim patrono possessionem pollicetur: cum ceteri, [d] quibus ccrescendi ius est, semel debent adgnoscere bonorum possessionem. Bonorum possessionis beneficium multiplex est. Nam quædam bonorum possessiones competunt contra voluntatem, [e] quædam secundum voluntatem [f] defunctorum: nec non ab intestato habentibus [g] ius legitimum, [h] vel non habentibus propter capitis diminutionem. [i] Quamuis enim iure ciuili deficiant [k] liberi, qui propter capitis deminutionem desierūt sui hæredes esse: ꝓpter æquitatem tamen rescindit [l] eorum capitis deminutionem prætor, legū quoq; tuendarum [m] causa dat bonorum possessionem. Notis [n] scriptæ tabulæ non continentur edicto: [o] quia notas, literas non esse, Pædius libro xxv. ad edictum scribit.

Vlpianus libr. j. ad Sabinum. VII.

Seruus bono--

vt infra, l. proxima.

[a] Sed cum patrono. Partis. Tertiæ: vt Insti. de suc. lib. §. sed nostra.

[b] Possessionem. Id est, bonorum posses.

[c] Polliceatur. Quam ergo petet pro ista parte? contra tabu. non: quia non competit ei nisi ad debitā partem, quam iam habet. secūdum tabu. non: quia non est scriptus? Respō. vnde legitimi: vt j. vnde leg. l. 2. §. fi. & l. sequen. & Instit. de succe. lib. §. multis. Vel secundum quosdam secundum tab. quæ competebat repudianti, in cuius locum succedit, vel die septimam extraordi. vt infra, vnde leg. l. 3. in fi. & infra, vt ex leg. senatuave consul. & Instit. eo. §. septima. sed cum institutus adierat (aliàs enim patrono non daretur contra tab. vt infra, de bo. poss. contra tabu. l. illud. in princ. & infra, de bo. li. l. etiam. §. vt possessio) quomodo definit esse hæres scriptus: vt C. de rep. hære. l. sicut. & supra, de mi. l. & si fine. §. sed quod Papinianus? Resp. per in integ. rest. l. vel quia filius erat liberti qui abstinuit: vt j. de bo. lib. l. etiam si ex modica. § si filius. vel fortè duo fuerant scripti, vnus adiuit, & ita patronus petijt contra tabu. potuit enim vt d. §. possessio. alter repudiat, & ille qui adiuit repudiat, quod potest: vt de acquirenda hære. l. cum hæreditate. & ita patronus petet portiones vtriusque.

[d] Ceteri. Siue sint bonorum possessores, siue hæredes de iure ciuili: vt ī. de acqui hær. l. si solus. in fi. 1. respō. & ī. ea. l. cum sequē. & C. quando non pe. par. l. 1. & facit j. de bo. lib. l. si libertus. in prin. & s. de iure patro. l. siue. §. ex duobus. Patet ergo ex præmissis, quòd refert sit delata bono. pos. pluribus eodem iure, vt tunc ipso iure accrescat, an diuerso: & tunc non: nisi per nouam petitionem bonorum.

Bonorum possessionis. CASVS. Beneficiū bonorum possessionis est multiplex. nam quædam bonorum possessiones competunt contra voluntatem, scilicet defunctorum. vt contra tab. quædam competunt secundum voluntatem defunctorum, sicut est secundum tab. nec non competunt quædam bonorum possessiones ab intestato habentibus ius legitimum, vel non habentib. scilicet ius legitimum propter capitis diminutionem. quamuis enim liberi, qui desierunt esse sui hæredes propter capitis diminutionem, id est, emancipationem, deficiant iure ciuili: tamē prætor propter æquitatem rescindit eorum capitis diminutionem. subaudi, & dat eis bono. poss dat etiam prætor bono posses. causa tuendarum legum: vt ecce mater alijs in testamento institutis filijs postea in puerperio decessit, & filium quem gestabat in vtero, præterijt. præsumitur enim hic filius institutus: vt C. de inoffic. test. l. si mater. & poterit admitti ad bono. pos. secundum tab. causa illius legis tuendæ: vel ad bo pos. vnde legitimi poterit admitti dictus filius. nam vbicunq; per aliquam legē quis vocatur ad hæreditatem, causa illius l. tuendæ prætor dabit ei bon. pos. vnde legitimi: vt j. vnde lib. l. 2. §. fi. & l. seq. idem vbi est institutus verè, quandoque dicitur dari bo pos. causa confirmandi iuris ciuilis, & tuendi, vt Instit. eo. §. aliquando. Sed quid si aliquis est institutus in tabulis scriptis per notas, quæ non sunt literæ, id est, per abbreuiaturas insolitas, & confusas? nunquid istæ tabulæ continebuntur edicto. s. vt ex his detur bo. pos. Et dicitur quod non. Viuia.

[e] Contra voluntatem, Vt contra tabulas.

[f] Secundum voluntatem. Expressam.

[g] Habētibus. Hi habent voluntatem taciiam. vt supra de codicil. l. conficiuntur. in prin. sed his videtur nil proficere, si decernatur bon. pos. quia hoc ipso quod eam petūt, vel agnoscunt, videntur gerere pro hærede: vt C. de iure delib. l. pubetem. Quid ergo facit data postea bon. pos. Respon. videtur gerere pro hærede iure prætorio, non ciuili: & licet gerat, non tamen gerit plenè, nisi decernatur: quod tamen hodie non est opus: vt C. eod. l. penul.

[h] Ius legitimum. Scilicet l. xij. tabularum.

[i] Propter capitis diminutionē. Etiā minimā tollitur ius legitimū, [1] id est l. xij. tab. vt inst. de le. ag. tu. §. fi.

[k] Deficiant. Id est, non succedant.

[l] Rescindit. Dando bo. pos. vnde lib. vt infra, vnde lib. l. liberi. & quandoque contra tabu. vt Instit. de hære. ab intest. §. eadem. & quandoque vnde cognati datur liberis: vt & eo tit. §. admonendi.

[m] Tuendarum. Pone casum vt C. de inof. testa. l. si mater. nam cum habeatur pro instituto filius ille, habet secundum tab. causa tuenda legis illius, vel vnde legitimi. & vbicunq; per aliquam legem vocatur ad hæreditatem, cau. tuendæ legis illius, datur bo. pos. vnde leg. vt infra, vnde leg. l. 2. in fi. & l. seq. & Inst. eod. §. septima. item & vbi quis vocatur per l. duodecim tab. vt instituti & liberi & agnati: datur bon. poss. causa tuendę l. xij. tab. vt inst de bo. pos. §. aliquando.

[n] Notis. Id est, signis numerorum, vt algorismus, vt in authen. de testa. imper. §. 1. & C. de vete. iure enucl. l. 3. §. penul. vel sicut faciunt notarij Romani, qui nomen suum instrumentis per vnam literam habentem multos ramos denotant.

[o] Edicto. Vt ex eis detur secundum tabu. nisi sit militis testamentum: vt ī. de testa. mili. l. Titius. nec obstat C. de testa. l. hac consultissima. in fi. quia Græcæ literæ possunt intelligi & legi.

Seruus. CASVS. Ponamus, quod delata erat Titio domino Stichi bono. pos. in bonis Sempronij. nunquid dictus Stichus potest rectè admittere bon. posses. petendo domino bono. poss. Et dicitur quod sic: si prætor coram quo petijt Stichus bono. posses. pro dicto suo domino, certus sit de eius, scilicet Stichi conditione, id est certus sit quod Stichus sit seruus, & bene dictum est prætorem

[1] Propter capitis diminutionē. sed an viuēte patre legitima filij, debeat cōfiscari ob delictum eius filij: vide in l. 1. C. de bo. quæ lib. & in l. si qua pœna. C. de his, qui sūt sui vel alie. iur.

Casum ponit.

prætorem certum esse debere de conditione serui petẽtis nomine domini sui. nam & absenti. & non petenti datur bono.pos si prætor non ignoraret hoc ipsum, scilicet quod deferatur bon. pos. absenti, & non petenti. poterit ergo & fœmina petere alij bo.pos. si prætor euidẽter voluit dari bono.

* In P.Fl. possessionem rectè admittere potest.

pos illi pro quo fœmina petijt eam: licet alias fœmina nomine alterius non admittitur ad agendum nisi in quibusdã casibus: vt supra, de procu.l.fœminis.

Impubes. Impubes patrem non habens, nec potest admittere bon. pos. sibi delatã sine authoritate tutoris, nec potest accipere iudicium sine authoritate tutoris. & est ratio quare bono posses. non potest admittere impubes sine authoritate tutoris: quia tutor potest petere bonor. pos. pupillo, siue impuberi, scilicet sine impubere. siue pupillo: quasi dicat nõ impubes sine tutore, vel sine authoritate tutoris. & occasione tutoris valentis petere bono. pos. pupillo, ponit de patre, qui pater potest petere bono. pos. filio suo infanti eidem filio delatam. Et scias, quod dies quibus tutor sit pupillo: & dies quibus pater sit, filio cedunt, scilicet quo ad pupilli, vel filijfamil. commodum, id est, quantum ad hoc: vt petere possit bon. pos. pater pro filio, & tutor pro pupillo: non quo ad hoc, vt excludatur, si nõ petierit. & hoc secundum illam literam, quæ habet, fit. si autem est in litera scit: dico quod hoc modo, dies quibus tutor scit subaudi delatam esse bon. posses. pupillo, cedere placet, scilicet quo ad pupilli commodum, vt dixi: & dies quib. pater scit: subaudi delatam esse bon. pos. filio suo cedere placet. scilicet quo ad filij commodum, vt dixi. nam circa tempora bono. posses. patris scientia ignoranti filio non nocet: vt infra, quis ordo in bon. posses. serue. l. circa. & arg. infra, ti. 2. l. 1. 1. resp. quamuis autem tutor possit petere pupillo bonor. posses. ei competentem, tamen eam repudiare non potest. & hoc vsque ad l. si plures.

rum [a] * possessionem petendo rectè admitti potest, [b] si prætor de conditione [c] eius certus sit. Nam & absenti, & non petenti [d] dari bonorum possessio potest, si hoc ipsum prætor non ignoret. Ergo & [e] fœmina poterit alij bonorum possessionem [f] petere. Impubes nec bonorum possessionem admittere, nec iudicium sine tutoris authoritate accipere potest: [f] quia tutor pupillo, [g] & pater infanti [h] filio bonorum possessionẽ petere possunt.

a Seruus bonorum. Domino delatam, & sic nomine domini, vel ipsi seruo, qui fuit ab alio institutus, & sic nomine suo. vtroque tamen casu oportet dominiũ habere ratum: vt s. ad Trebel. l. seruo. Quid autem si extraneo delatam seruus petat nomine extranei? quidam dicunt idem, arg. huius legis, & argu. ℑ. de acquir. posses. l. si me in vacuam. in fi. sed H. contra ad similitudinem hæreditatis. Accursius.

* Sic per procuratorem agnoscit. nota. in l. 3. §. acqui. vel acquirere. ℑ. de acq. pos. qđ est verũ etiã si non habeat speciale mandatum. gl. & Bal. i. l. si marit°. C. mand.

b Admitti potest. Id est, ei decerni potest.

c De conditione. Id est, eum esse seruum: & cuius nomine petat. & de hoc sit certus: vt iudex: vt s. de offic. præsi. l. illicitas. §. veritas. econtra quòd non: quia seruus non potest esse in iudicio, sed hic potest: quia non in forma iudicij fit: vt no. s. eo. l. 3. §. si causa.

d Et non petenti. Bona illatio, quia ipse est nullus, vt ℑ. de reg. iur. l. quod attinet. & hæc datur nulli petenti, cui tamen prætor sciat delatam: & dic siue seruus petat pro eo domino absente, siue nullus.

e Ergo. Quia seruus potest petere, & fœmina pro alio petet: licet in iudicio, aliàs pro alio esse non potest, nisi in casibus: vt s. de procu. l. fœminis. & l. neq; & faciet C. de prec. impe. offe. l. vniuersis. & infra, e. l. penul.

f Accipere potest. Nisi prætor certus &c. vt C. eod. l. bonorum. & facit C. qui leg. per. l. 1. & 2. & de authori. præ. l. clarum. Accur.

g Pupillo. Vt ℑ. l. proxi. & C. de iure deli. l. potuit.

h Infanti. Id est, minori vij. ano. vt C. de iu. deli. l. si infanti. & ℑ. tit. 2. l. 1. 2. respon. sic ergo no. seruum non admitti, nisi: vt in princ. l. dicitur. Item nec impubes: vt hic: de adulto, dic idem si habeat curatorem: alias potest: vt C. de in inte. resti. mi. l. si curatorem. de filiofam. dic vt ℑ. §. proxi. dices.

Dies quib. tutor, aut pater scit, [i] cedere placet.

Paulus libr. viij ad Plautium. VIII.

TVtor autem bonorum possessionem pupillo competentem repudiare non potest, [k] quia tutori petere permissum est, non etiam repudiare.

Pomponius lib. iij. ad Sabinum. IX.

SI plures gradus sint bonorum possessionis admittendæ, quamdiu incertum sit, petierit

i Scit. Alias fit, quia pupillus tutorem, filius patrem habet: alias scit, scilicet delatam bono. pos. filio & pupillo: & quod dicit cedere scilicet quo ad patris, & pupilli commodum, scilicet vt possit peti: non incommodum, vt excludatur: si non petierit, vt ℑ. titu. 2. l. 1. §. 1. & ℑ. quis or. in bo. pos. serue. l. circa, & l. cum filiofamil. & C. de iur. deliberan. l. si infanti. Vel dic mero iure cedit in præiudicium patris, & pupilli: sed pupillus ipso iure, scilicet sine restitutione admittitur. sic & dicitur supra, de acquiren. hæred. l. impuberibus. & l. necessarius. secundum Io. & Azo. & adde. quod no. C. eo. l. 1.

k TVtor. Non potest. Sic ℑ. de suc. edic. l. 1. §. tutor. & C. de pact. l. pactũ. Sed contra. s. de autho. tuto. l. si ad pupillum. vbi repudiat tutor. Sed dic cum pupilli consensu, arg. C. de iu. delib. l. potuit. secundum H. sed Azo etiam amicis eius, & iudice scientibus non solus tutor, vt hic. Item sunt arg. contra. ℑ. de reg. iur. l. 3. & l. qui potest. §. quod quis. & s. de acqui. hære. l. is potest. sed illæ regulæ fallunt in his administratoribus, quia non videntur tutores quando pupillum spoliant vt infra, pro emp. l. qui fundus. §. si tutor.

SI plures. Ad euidentiam huius legis no. quod successio fit quandoq; de capite in caput, quãdoq; de gradu in gradum. Est autẽ successio de capite in caput, cũ deficiente primo capite liberorum vocatur secundum caput agnatorum: & cognatis deficientibus succeditur quarto ordine per Vnde vir, & vxor. vt infra, si tabu. testa. nul. exta. l. 1. Successio autem de gradu in gradũ est, quando plures personæ sunt in eodem capite in diuersis gradibus vna prior, altera posterior. nam prima repulsa tempore, vel repudiatione, sequens succedit, vt ℑ. de suc. edi. l. 1. §. qbus. Pone ergo, ꝙ plures gradus sunt admittendæ bono. poss. puta quia plures personæ sunt in eodem capite: puta liberorum, & agnatorum, vel cognatorum in diuersis gradibus. certe quamdiu incertũ sit petierit necne, scilicet bon. pos. ille, qui est in primo gradu existens intra tempora præstituta ad bo. pos. petendam, constat non procedere posteriori, id est, ei qui est post eum diem scilicet petendæ bon. pos. & ita non currit interim tempus petendæ bon. pos. ei qui est post eum in gradu. & scias quia liberis. & parentibus, tam naturalibus, quam adoptiuis in petẽda bo. pos. anni spatiũ, cæteris autẽ agnatis, vel cognatis datum est c. dierum: quod dic, vt Instit. eo. §. cum igitur. & §. liberis. & ℑ. de suc. edi. l. 1. § largius. & §. si intra. & §. quod dici-

 mus.

mus. & C.eo.l.bonorum. & est vtile tempus bonorum possessionum admittendarum: quod dic, vt j. quis ordo in bo.pos.seruetur.l.a.in prin.Viuian.

a Necne. Prior gradus. vt C.eo.l.quamdiu. & l.penul. & fi. & insti.eo.§.fina.

Diuisio.

In bonorum. Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictũ in genere. Secundo ponit exemplum in bonorum possessione ex testamẽto. Tertio in bonorum possessione ab intestato. Secunda ibi, Et ideo. tertia ibi. Satis. Barto.

CASVS. Liberis, & parentib. tam naturalibus, quam adoptiuis, in petenda bonor.pos. anni spatiũ, cæteris autem agnatis, vel cognatis datum est centum dierum, vt dixi s.l.proxim. Sed quid si per ignorantiã iuris permisit labi tẽpus petendæ bono.pos. ille cui boo.pos.deferebatur? certè cedit dies, siue tempus, vt scilicet amodo non possit petere bonor.pos. & ideo cedit, scilicet dies, siue tempus petendæ bon.pos. secundum tabu. hæredi instituto etiam ante apertas tabu. in quibus fuit institutus, si sciat mortuum esse testatorem, & tabulas esse, in quibus institutus fuit, & habeat copiam eorum, quos consulat: cum non putet se bonorum pos. petere posse ante apertas tabu. sicque in iure erret. & idem est, si ille cui deferebatur bonorum possess. ab intestato proximi sui cognati, sciat mortuum esse dictum suum proximum cognatum, & sciat se fuisse proximum cognatum eius: copiamque eorum, quos consulat, habeat: & antequam petat bon.pos. permittat labi diem, siue tempus petendæ bono.possess. nam cedit dies ei, siue tempus bono.pos.petendæ: ita scilicet quòd non possit eam amodo petere, quamuis nesciat proximitatis nomine bo.pos. sibi deferri, sicq; in iure erret. Scientiam autem illiua, cui defertur bono.pos. ex testamento, vel ab intestato, quæ quidem scientia præiudicet ei, si permittat labi tempus bono.pos. petendæ, non illam accipere debemus, quæ in sit prudentib. iuris, sed eam quam habeat per se ille, cui defertur bono.possess. aut eam, quam adsequi potest, consulendo prudentiores: & ita si erret in iure, vt dictum est, & possit consulere prudentiores, non prodest ei iuris ignorantia: cum tractetur hic de lucro capiando. in damno enim quãuis copiam iurisconsulti habeat, tamen sibi subuenitur: vt supra, de iur.& fac.igno.l.iuris ignorantia. & l.error facti.in fi.Viuianus.

b Instituto. Scilicet in assem, nisi sit suus: quia tunc non requiritur sit ex asse, vel ex parte: vt s. de iuris, & fac.ignor.l.t.in fi. Sed hodie est iua commune, vt etiam ex parte hæres possit adire ante apertas tabulas: vt C. de cadu.tol.§.1.

c Prudẽtiores. Hæc distinctio potuit, aut nõ potuit consulere peritiores, raro fit: quia raro in hoc casu, quãdo tractamus de lucro, vt s. de iur.& fact.ign l.regula, §.sed iuris. & facit j. quis ordo in bono.poss.serue.l.a.in fi. & s. de instit.l.sed & si pupillus.§.proscribere.

Si pupillo. CASVS. Dictũ est s.eo.l.seruus.§.impubes. & l.tutor. quod tutor potest petere pupillo bonorum pos. scilicet pupillo competentem. modo autem dicit, quòd si tutor petierit pupillo bonorum possessio. & hæc bonorum possessio habeat plus incommodi, quàm commodi: tenetur tutor iudicio tutelæ, scilicet pupillo, si fuit in culpa tutor. Viuianus.

d Tenetur. Si fuit in culpa: vt supra, de autho.præst.l. si ad pupillum.

Non est. CASVS. Ponamus, quòd Titius ab intestato decessit, cum non haberet liberos agnatos, nec haberet agnatos, vel cognatos, sed habebat vxorem prægnantem. quis præfertur inter fiscũ, vel rempublicam, & ventrem? & certè non est ambigendum, quod venter contra fiscum, & contra rempublicam admitti debet, scilicet ex edicto de ventre in possessionem mittẽdo. Item natus poterit petere bonorum possessio. vt infra, ad Tertyllia.l.2.§.si quis ex liberis. sed & si dictus Titius, qui ab intestato decessit, reliquit filium furiosum, admittetur hic furiosus contra fiscũ, & contra rempublicam. sed & si dictus Titius fuit captus ab hostibus, & ibi decessit ab intestato, & filius suus non furiosus, qui remansit in ciuitate, petat bonorũ possessionem, admitti debet contra fiscum, & contra rempublicã. & recorderis de eo, quod dicitur supra eodẽ.l.3. §.sed eius qui apud hostes &c. licet autem dicatur hic de ventre, & furioso, & eo qui captiui bonorum possessionem petit: idẽ tamen est de omnibus institutis, & ab intestato venientibus: nam fiscus vltimus est successor, vt C.de cad.tol.§.fin. & ad hoc C.vnde vir, & vxor.l. vnica, & quod ibi notat, sed de his magis dubitabatur.

Vbicunq;. vbicunq; lex prohibet petere hæreditatẽ, scilicet de iure ciuili, & bonorum possessio cessat. ecce enim si patronus non aluerit libertam, lex Ælia Sentia adimit ipsi, scilicet patrono, & liberis eius hæreditatem, scilicet liberti, nisi sit hæres institutus, & adimit bono.possess. præter quam secundum tabulas: vt infra, de bonis liber.l.si patronos non aluerit. Item hæres institutus si putet testatorem viuere, quãuis defunctus iam sit, adire hæreditatem non potest. sed si scit se hæredem institutum, sed ignorat vtrum purè, an sub conditione sit institutus, non poterit adire hæreditatem, licet purè hæres institutus sit: & si fuerit sub conditione institutus, licet euenerit conditio. Sed & si de conditione testatoris incertus sit, paterfamil. sit, an filiusfamilias, non poterit adire hæreditatem: etsi, id est quamuis eius conditionis sit in veritate, scilicet testator, vt testari potuerit: vt supra, de acquirenda hæredit.l.hæres institutus si putet. sicut autem in dictis casibus non potest adire hæreditatem, sic & bonorum possessio cessat per hunc §. Item vbicunque senatusconsul. prohibet capere hæreditatem, & bonorum possessio cessat. vnde sicut ille, qui rei capitalis damnatus neque restitutus est: ex senatusconsulto Orficiano ad matris hæreditatem nõ admittitur: vt infra, ad Tertyllia.l.1.§.qui operas. & §.capitis.in fin. ita & cessat bonorum possessio, quo ad eum per hunc §. ad quod facit infra, l.proxi. Item pone exemplum in senatusconsulto Liboniano: vt supra, de iis quæ pro non scrip hab.l.1. Item vbicũq; constitutio prohibet capere hæreditatem, & bonorum posses. cessat: & de hoc da exemplum: vt C.de hære. & Ma.l.Manichæos. & supra, si quis ali.testa.prohi.l.1. in princip. Viuianus.

necne, a posteriori diem non procedere constat.

Paulus libro ij. ad Sabinum X.

In bonorum possessionibus iuris ignorantia non prodest, quò minus dies cedat. Et ideo hęredi instituto b & ante apertas tabulas dies cedit. Satis est enim scire mortuum esse, seq; proximum cognatum fuisse, copiamq; eorum, quos cõsuleret, habuisse. Scientiam enim non hanc accipi, quæ iuris prudentibus sit: sed eam, quã quis aut per se habeat, aut consulendo prudentiores c adsequi posset.

Caius libr. xiiij. ad edict. prouin. XI.

Si pupillo tutor bonorum possessionem petierit, & plus incommodi, quàm commodi hæc bonorum possessio habeat: tutor tutelæ iudicio tenetur. d

Vlpianus libro xlviij. ad edictum. XII.

Non est ambigendum, quod plerunque

a Fiscum. Fiscus, & respublica Romanorum, idem est. Accursius.
b Quidam. Licet de quibusdam dicatis idem tamen de omnibus institutis, & ab intestato venientibus. nam fiscus vltimus est successor: vt C. de ca. tol. §. fi. sed de his magis dubitatur.

& contra fiscũ, [a] & contra rempublicam admitti debeant quidam: [b] vt puta. venter, [c] itẽ furiosus: [d] item is, qui captiui bonorũ possessionem petit. Vbicunq; [e] lex, vel senatus, vel cõstitutio capere hæreditatem prohibet: & bonorũ possessio cessat.

Africanus libr. v. quæstio. XIII.

Edicto prętoris bonorũ possessio ijs denegatur, qui rei. [f] capitalis damnati sunt, nec in integrũ restituti [g] sunt. Rei autem capitalis damnatus intelligitur is, cui pœna mors, aut aquæ, & ignis interdictio [h] sit. Cum autem in relegatione quis erit, [i] ad bonorũ possessionẽ admittitur.

c Venter. Ex edicto de ven. in poss. mit. Item natus petit bo. pos. vt infra ad senatuscon. Tertyl. l. 1. §. si quis ex liberis. Itẽ impubes, cui mouetur quæstio status per Car. vt ff. de car. edic. l. 1. §. sed & si quis in fi. Accur.
d Furiosus. Huic dicit 10 dari bon. poss. quæ facti est, non iuris vt hic, & C. de cur. fur. l. fi. §. tali. & pro eo. ff. ad Tertyl. l. 2. §. si quis ex libe. alij etiam eam, quæ iuris est. arg. ff. de lega. 2. l. Licinius. §. fi. & not. C. de cur. fur. l. fi. §. 1.
e Vbicunque. De lege da exemplum ff. de bon. li. l. si patronus nõ aluerit. & ff. de acquir. hær. l. hæres institutus. & ad senatusconsult. Tertyl. l. 1. §. qui operas. & ff. de ijs, quæ pro non scrip. l. 1. de constitutione dic: ff. si qs ali. test. prohi. l. 1. in prin. & C. de hære. l. Manichæos. & facit ff. de contra tabu. l. 3. §. liberi. & ff. de secun. tabulis. l. hi. Sed contra videtur in emancipato, qui repellitur à iure ciuili, sed admittitur per prætorem: vt supra eodem l. sed cum patrono. §. primo. Sed dic quòd ius ciuile non assistebat, sed resistebat. Item idem erat in posthumo alieno, qui à iure ciuili repellebatur, sed per prætorem admittebatur: vt Institu. eodem, in princip. sed dic vt dixi in alio. Item illud ibidem statim corrigitur. Item facit ff. l. proxi.

Edicto. CASVS. Si aliqui sunt damnati capitalis rei, id est, alicuius delicti, siue criminis capitalis, vel alicuius accusationis capitalis, neque sunt in integrum restituti, denegatur eis bonorum possessio edicto prætoris. is autem intelligitur damnatus rei capitalis, cui sit pœna mors, aut interdictio ignis, & aquæ. cum autem in relegatione quis erit, admittitur ad bonorum possessio. Viuianus.

f Qui rei. Id est, delicti.
g Restituti. Quia tunc esset secus: vt ff. de iur. patro. l. fi. §. 1. & Inst. quib. mo. ius patr. pote. sol. §. cum autẽ.
h Interdictio. In cuius locum hodie successit deportatio: vt ff. ad leg. Iul. pecu. l. 3. & facit ff. de ver. signifi. l. licet capitalis. & Infra, de iure pat. l. cum patronus. §. 1.
i Quis erit. Nam hic retinet ciuitatem, & libertatem: vt infra, de pub. iud. l. 2. & facit ff. l. prox.

Cvm quidã. CASVS. Ponamus, quòd Titius ab intestato decessit, cui erat propinquus Seius, & in eiusdẽ Titij bonis petere poterat bono. pos. intra centum dies, vt dixi ff. e. l. si plures apparet nunc vnũ testamentũ, in quo continetur, quod dictus Titius instituit sibi hæredem Caium: dictus aũt Seius propinquus incœpit accusare falsum dictũ testamentum. scilicet intra tempus petendæ bon. possessionis, & post longum spatium temporis probauit falsum dictum testamẽtum, & obtinuit, & in dicto longo spatio tẽporis cucurrerunt centum dies, intra quos poterat petere bonorum pos. si non apparuisset aliquod testamẽtũ. nunquid est exclusus dictus Seius à bonorum possess. Et dico quod non. nam licet dies petẽdæ bonorum pos. quam bonorum pos. fortè petere debuerit certus accusationis, id est, si certus esset, quòd esset falsum testamentum, esset cœpta accusatio falsi, vel nõ, cessisse videtur: attamen quia hoc proposito accusationem instituit, vt seruet sibi suum ius, non immeritò videbitur agnouisse successionem. & hoc ipso quòd falsi accusationem cœpit & sic prouidendo sibi in vno, & in alio sibi prouidere videtur. Viuia.

Qui dicit testamentum falsum, videtur bonorum possessionem agnoscere, si de testamenti viribus certus erat, hoc dicit, & est notabilis lex. Bar.

Papinianus lib. xiij. quæstio. XIIII.

Cvm quidam propinquus [k] falsum testamentum accusaret, [l] ac post longum tẽporis spatiũ probasset: licet dies eius petendę possessionis, quã [m] fortè certus [n] accusationis petere debuit, cessisse [o] videatur: attamen quia hoc proposito accusationem instituit, vt ius suum sibi seruet: agnouisse successionem nõ immeritò videbitur. [p]

Paulus libr. xj. responsorum. XV.

Paulus respondit, so-

k Cum quidã propinquus. Scilicet defuncti.
l Accusaret. Et incœpit accusare intra tempus petendæ bonor. possess. quod est annus, vel centum dies: vt Instit. eod. in fin. Sed quid si post finitũ tempus incœpit, & ad finem perduxit, quia hucusque fuit incertus: & vicit in falso? Respon. idem: quia dies petendæ bono. posses. vtiles sunt: vt Institu. eo. §. fi. ergo non currit antequam constet falsum: vt C. eodem, l. quandiu.
m Quam. Scilicet bonorum possessionem.
n Certus. Id est, si certus esset, quòd esset falsum, statim petere poterat bono. posses. siue cœpta accusatio, vel non, sed vbi incertus, non potest cum effectu antequã fiat certus per sententiam: vt supra, de acquir. hæredi. l. cum falsum. & hic.
o Cessisse. Non tamen cessit, quia non poterat petere: ad quod C. de ann. exce. l. 1. in fi. & C. de inof. test. l. cõtra maiores. & no. quod prouidẽdo in vno, & in alio sibi prouidere videt: vt C. de ijs q à nõ do. l. fi. Sed arg. contra ff. vi bo. rapt. l. si seruus. Sed videtur etiã accusatione pendente tẽpus bon. pos. cedere, sicut tutori currit tempus excusationum dum vnã exercet: vt Insti. de excu. tut. §. qui aũt. sed ibi omnes simul statim poterant proponere sine obstaculo: vt ff. de excu. tut. l. scire. §. scire. hic non. vel quia non erat certus in sua conscientia, tamen ei resiliuit in dicta accusatione: & sic non bene poterat simul vtrumque auxilium implorare.
p Videbitur. Hoc ipso quòd falsum accusat: vt C. de repu. hære. l. suis. & hoc verum si incœpit accusare intra tempus. Sed quid si post tempus, quia fuit certus de falso? dicam quod nec videtur eam agnouisse, nec petere posse. vt hic colligitur.

Paulus. CASVS. Mater, ponamus, petijt pro filia impubere bo. pos. eidem filiæ competentem. nunquid acquisiuit filia bon. poss. Et dicitur quod sola petitio matris non acquisiuit filiæ impuberi bono. posses. nisi ia, qui dederit eam scilicet bono. pos. euidenter voluit dari eam, scilicet bono. pos. impuberi, scilicet filiæ prædictæ. Viuianus.

k In P. Fl. accusatio, nem instruit.

a Non acquisisse. Sed cur dominium rei singularis accipiendo ei acquirit: vt supra, deposi. l. dic? Respon. hic maior requiritur solennitas: quia maius cōmodum: imo quia & incommoda affert: vt supra eo. l. 1. Vel ibi extra ius: hic in iure, vbi non admittitur pro alio nisi in certis casib. vt no. supra eod. l. seruus, 2. respon. & not. quod idem dicam in qualibet fœmina, & etiā in mare: nec etiam ratihabitionem, quia prætor supplet.

lam petitionem matris non acquisisse a filiæ impuberi bonorum possessionem: nisi is, qui eam dedit euidenter voluit eam impuberi dari.

Idem libro tertio sententiarum. XVI.

Quoties b is, cui bonorum possessio ab altero postulata est, furere cœperit: magis probatur, ratum eum videri habuisse. Rati enim habitio ad confirmationem c prioris postulationis pertinet.

Quoties. CASVS. Ponamus, quod Titio competebat bonorū possess. in bonis Seij, Caius autem nullo præcedente mandato Titij, postulauit Titio prædictorū bono. poss. postea idem Titius cœpit furere ante dationem bon. poss. & antequā haberet ratam petitionē. certè magis probamt, scilicet quam contrariū, videri eū, scilicet Titium habuisse ratum, scilicet quod fecit Caius in petendo ei bo. poss. scilicet propter furorem Titio superuenientem. rati enim habitio, scilicet tacita propter furorem, pertinet ad confirmationem prioris postulationis, scilicet factæ per Caium pro Titio de bonorum posse. ad quam positionem est argu. supra solu. matri. l. 2. circa finem. Vel intellige, quod non præcessit mandatum: & fuit habita rata petitio, antequā decerneretur bonorum possess. & cœpit furere Titius ante eam decretam. Vel dic quod Caius postulauit Titio bonorum possess. præcedente Titij mandato, & postea furere cœpit Titius: perinde est, ac si petijsset Caius Titij nomine nullo mandato præcedēte, & ipse Titius ratum habuisset ante furorem suum. rati enim habitio, scilicet Titij, quæ esset facta non præcedente mandato Titij, quamuis non fuerit in hoc casu, imò præcessit mandatum, pertinet ad confirmationem prioris postulationis. Viuia.

c In P. Fl. prioris postulati.

b Quoties. Pone quod petita est cum mandato: & quòd subijcit magis &c. mutat casum quando sine mandato. q. d. perinde est, ac si petita esset sine mādato, & dominus habuerit ratū ante furorē nam isti duo casus pares sunt, vel secundo totam intellige sine mandato, & fuit habita rata petitio, antequā decerneretur, & cœperit furere ante decretam. quem casum habes supra, de acqui. hæ. l. si quis alicui. & facit infra tem ta. ha. l. bonorū.

SI TABVLÆ TESTAMENTI extabunt.

Nota. quod differt hic tit. ab illo. ff. si tab. testa. nul. extabunt quia hic dicit extabūt, ibi nō extabunt. Item nota, quod hic tit. cōmunis est bonorū possessio. secundū tabulas, & contra tabulas: superior vero generalis omnium bonorum possessio. dic ergo cōmunia vtriusque, scilicet secundū tab. & contra tabulas. & primo quæritur, cui competat vtraque, & quidem capacibus, non capacibus, non: vt infra, de contra tabu. l. 3. §. liberi. Secundo ex cuius tabulis. & dic eius, qui potuit testari, vt infra, de secun. tab. l. 1. §. exegit. cum seq. Tertio ex quibus. & certè quocunque materia scriptis: vt ff. de sec. tab. l. 1. in prin. & §. 1. Quarto ex quo testamēto: & dic scripto, & non scripto: vt tunc dicatur secundum nuncupationem, vel contra nūncupationē: vt C. de secun. tabu. l. 5. & de bonorū possessio. contra tabulas liberti. l. 5. Item quinto quādo detur, & certè cum tabulæ sunt tempore mortis, licet postea intereant: vt infra de secundis tab. l. 1. §. sufficit. & infra hac. l. in multis autē differunt. vt ecce infra, de contra tab. l. illud. §. ad testamenta. & in multis alijs conueniunt & differūt: vt patebit infra in specialibus titulis. & de contra tabulas, & de secun. tabulas.

TITVLVS II.

SI TABVLAE testamenti extabunt.

Paulus libro iij. ad Sabinum. I.

Haeredi, cuius nomen inconsulto c ita deletū fit, d vt penitus legi e non possit, dari bonorum possessio f minimè potest: quia ex coniectura g nō propriè scriptus videretur. quāuis si post prolatas h tabulas deletū sit testamentū, bonorū possessio cōpetat. Nam & si i mortis tēpo-

Haeredi. CASVS. Ponamus igitur quod Titius in testamēto suo instituit sibi hæredē Seium, & ante mortē Titij prædicti nomen dicti Seij ita deletum fuit inconsulto, id est, nō ex voluntate dicti Titij, vt penitus legi nō possit, nonquid potest dari bono. poss. dicto Seio hæredi? & certè minimè: quia ex coniectura, id est, ex præsumptione non propriè scriptus videtur. præsumitur enim non scriptus, cum legi non possit, quamuis competat bon. possess. si testamentum sit deletum post tabulas prolatas, scilicet in publicum apud iudicem, vel etiā quemlibet priuatum mortuo tamen testatore, & verè competit bon. possess. si testamentū sit deletum post tabulas prolatas, scilicet in publicum apud iudicem, vel etiam quemlibet priuatum, mortuo tamen testatore. nam & si mortis. s. testatoris tempore tabulæ fuerint subaudi, quamuis non prolatæ apud iudicem, vel alium: competet bonorum possess. licet postea interierint. s. dictæ tabulæ. quia verum fuit tabulas extare, scilicet tempore mortis testatoris. semel enim extitisse tabulas mortuo testatore desideratur. nam & si extare desierunt, vt quia postea interciderunt, bonorum possessio poterit peti: vt infra, de bon. possess. secun. tab. l. 5. §. semel. Viuia.

c Inconsulto. Id est, non ex voluntate testatoris, sed quid si consulto? Respon. idem multo magis: vt non detur bon. poss. vel si detur, aufertur vt indigno: vt no. C. de test. l. nostram.

d Deletum sit. Scilicet ante mortē. nam post deletum nō nocet: vt ff. de secun. tab. l. 1. §. sufficit. sed secus quo ad petitionem legatorū, quæ durat, licet sit deletum in vita inconsulte, & ita quod nō potest legi: vt supra, de ijs, quæ in test. delen. l. 1. §. sed & si legi. & §. sequen.

e Legi. Id est, oculis perspici, non dico non intelligi: vt supra, de ijs, quæ in testa. delen. l. 1. §. 1.

f Bonorum possessio. Secundum tab. vel contra tab.

g Ea coniectura. Id est, præsumptione. præsumitur enim non scriptus, cum legi non possit arg. contra supra, de codicil. l. fin. 1 & C. de testa. l. errore. Accur.

ADDITIO Dic quod ibi fuit nomē hæredis scriptū: hic fuit omissum, hæres esto. Vel ibi quātū ad aditionē de iure ciuili: hic quātū ad bo. pos. sec. ta. secundū Bar.

1 Dic quod imo concor. secundum Bar.

h Prolatas. i. publicatas in publicū apud iudicē: vt C. de tes. l. pub. vel ēsquēlibet priuatū, mortuo tā testatore.

i Nam & si. Verè post prolatū, & mortē. nam & idē si nō prolatū. & facit ff. de secū. tab. l. 1. §. si liniū. & §. si notæ, & ff. de mil. test. l. in fraudē. §. 1. & C. de tes. l. si vn.

DE

DE BONORVM POSSESSIONE furioso, infanti, muto, surdo, cæco competenti.

re tabulę fuerint; licet postea interierint: cōpetet bonorum possessio, quia verū fuit tabulas extare.

TITVLVS III.

DE BONORVM possessione furioso, infanti, muto, surdo, cæco competenti.

Papinianus libr. xv. quæstionum. I.

Furioso Titius substitut⁹ est. bonorū possessionis tēpus quamdiu furiosus in eadē conditione est, neq; [a] instituto, neq; substituto cedit. Nec si [b] curator furiosi nomine accipere possessionem potest, [c] idcirco spatiū temporis, quod scientibus [d] præfinitum est, videbitur cedere. Nam & pater infanti filio possessionem accipit; [e] quo tamen cessante, infans non excluditur. [f] Quid ergo si curator accipere nolit? nōne iustius, atq; vtilius erit, ad eundem modum proximo [g] cuique possessionem dari, ne bona iaceant? Quo admisso; substitutus cautionem [h] præstare cogitur omnibus [i] ijs, quibus bona restitui debent: si fortè institutus in eodem furore decesserit, [k] aut compos mentis effectus, ante

Nota quinque personas. de primis duabus tractat prima l. scilicet de furioso, de quo dic: vt s. tit. 2. l. non est ambigendū, & de Infante: de quo dic: vt supra titu. 2. l. seruus. in fi. aliæ verò tres procedunt iure cōmuni in petenda bon. pos. & in die cedenda: vt j. eo. l. 2.

Diuisio. Furioso. Primo ponit dictū. Secūdo respōdet tacitæ obiectioni. Tertio format vnam quæstionem, & eam determinat. Secunda ibi, Nec si curator. Tertia ibi, Quid ergo si curator. ratio primi dicti est, quod furioso nō cedit tēpus, quia nō potest agnoscere. Item substituto non currit, donec excludatur institutus. & ad hanc rationē opponit hic iurisconsultus in secunda parte legis. Bar.

CASVS. Ponamus, quòd Caius instituit sibi hæredem Seium furiosum, & substituit eidem furioso Titiū. & decessit dictus Caius, nunquid tempus bonorum possessionis, scilicet petendæ in bonis Caij (de quo tempore dixi s. ti. 2. l. si plures) cedit furioso prædicto instituto, vel Titio ei substituto, quamdiu est furiosus in eadem conditione, id est, in furore? & certè non: neque spatium temporis, scilicet prædicti, quod præfinitū est scientibus, scilicet illis, quibus competit bo. pos. idcirco videbitur cedere. si, id est, quia curator scilicet furiosi potest accipere bon. pos. nomine furiosi. nam & pater accipit bon. pos. filio infanti. quo scilicet patre tamen cessante, scilicet in petenda bo. pos. filio suo infanti intra dictum tempus, non excluditur infans, scilicet filius eius. Quid ergo si curator furiosi accipere nolit? est ne iustius, atque vtilius dari posse proximo cuique, id est dicto substituto quicunque sit ipse substitutus, ad eundē modum, id est sicut daretur curatori furiosi, si curator furiosi nominē potest accipere possessionē ad hoc scilicet, vt bona dicti testatoris non iaceant subaudi? & certè sic. quo scilicet substituto proximo admisso, scilicet ad bono. poss. substitutus, id est ipse substitutus proximus admissus cogitur præstare cautionem omnibus ijs, quibus bona dicti testatoris restitui debent: puta quia fuit hic substitutus admissus: quia vt dictum est, rogatus a testatore prædicto vt restitueret bona testatoris quibusdam, & fortè vt quasdam res testatoris daret aliquib. nomine legati, scilicet si ipse substitutus ex substitutione succederet, deberent autem restitui bona: fideicommissarijs vniuersalibus, vel legatarijs prædictis per substitutum: si fortè furiosus institutus in eodem furore decesserit superstite dicto substituto, aut compos mentis factus dictus furiosus ante mortem obierit, quam hæreditatem agnosceret superstite eodem substituto. quibus duobus casibus habet locum substitutio. Item cogitur dictus substitutus, id est, ipse substitutus promissus admissus ad bono. pos. vt dictum est præstare cautionem venientibus ab intestato. nā & fieri potest: vt viuo furioso instituto substitutus idemq; admissus, vt dictū est, decedat. & sic non possit amodo vēdicare sibi locum substitutio, nec restitutio bonorū per substitutum facienda: nec legatorum solutio per eundem substitutum facienda: nec tamen furiosus obstet cæteris, scilicet ab intestato venientibus, si prius & ipse scilicet furiosus decesserit, quàm hæreditatem acciperet: puta quia decessit in eodem furore, aut compos mentis effectus ante mortem obijt, quàm hæreditatem agnosceret: quo casu vendicant sibi locum venientes ab intestato, & agent ex cautione eis facta per substitutum contra hæredes substituti: vt hæredes substituti restituant eis bona dicti Caij, ad quorum bonorum possessionem admissus fuerat dictus substitutus viuente dicto furioso, vt dictum est. Viuianus.

[a] Neque instituto. Scilicet furioso.

[b] Nec si. Id est, quamuis. vel quia.

[c] Accipere possessionem potest. Contra j. de succes. edi. l. 1. §. furiosi. sed quantum ad cōmodum delata est furioso, & ei potest peti, scilicet vt habeat fructus, non quantum ad ius: vt habeat dominium: vt ibi, & C. de cura. furio. l. fi. §. tali. & statim dicam.

[d] Scientibus. Scilicet tantum subaudi: vt infra, quis or. in bo. pos. ser. l. 2. in prin.

[e] Accipit. Vt & s. tit. 2. l. seruus. §. impubes. Sed nunquid eam quæ iuris est? Respon. sic: vt C. de iure deli. l. si infanti. §. 1. & 2. secus secundum has leges: quia nil quæritur filio nisi castrēse vel quasi: & si quæratur, nec momento apud eum stat: vt s. de acq. hæ. l. placet. Item quæritur de ea, quæ furioso est delata: sed ibi facti tantum vt fructus capiat: vnde factus sanæ mentis repudiat. Item decedens non transmittit ad suos hæredes: vt C. de cura. fur. l. fi. §. tali. alij contra, vt ibi not. Item legata bene quæruntur: vt ead. l. §. legatis. quia tantum commodum. sed bonorum possessio. etiam onus: vt s. manda. l. si hæreditatem.

[f] Excluditur. Vel ipso iure, vel per in integrum restitutionem: vt no. s. ti. 2 l. seruus. §. dies.

[g] Proximo. Vt substituto.

[h] Substitutus cautionem. Id est, ipse admissus cautionem præstare cogitur. nec ob. C. de cur. fu. l. fi. §. omni satisdatione. quia ibi tollit eam quam curator præstabat alijs.

[i] Omnibus ijs. Id est, venientibus ab intestato, si substitutus decedat non dominus factus delata hæreditate hoc est, ante furiosum: vt in fi. huius legis dicitur. Item ex testamento venientibus cauet, si defertur eis hæreditas prius moriente furioso: vt statim subijcit. Azo.

[k] Decesserit. Ante substitutum.

a † Agnosceret. Furiosus, factus sanæ mentis: & sic ante substitutum; quo casu cum habeat locum substitutio, caueat fideicommissario vniuersali, & legatarijs, qui veniunt ex testamento.

b Nam & fieri. Mutat casum quando substitutus ante decedit, quo casu venientibus ab intestato est cautum ipsis stipulantibus, vel seruo publico, argu. supra, de adop. l. non aliter.

mortem obierit, quam hereditatem agnosceret. a Nam & fieri b potest, vt viuo furioso substitutus decedat: nec tamen furiosus obstet cæteris, si prius & ipse decesserit, quàm hæreditatem acquireret.

MVtus. CASVS. Dictum est supra l. proxi. de furioso infante: nunc autem dicit de muto, & surdo, & cæco: de quibus omnibus fit mentio in titulo. dicit ergo quòd mutus, surdus, cæcus possunt admittere bon. posses. si intelligant, quod agitur.

Vlpianus libro xxxix. ad edictum. II.

MVtus, † surdus, cæcus, bonorum possessionem admittere possunt, si quod agatur, intelligant. c

c Intelligant. Nam & adire possunt, vt Institutio. de hæredum quali. & diffe. §. finali.

† Mutus audiés, id est, nõ surdus potest contrahere, & testari nutu ad pias causas: nõ aliàs. Bal. in l. pe. C. q test. fa. pos. & an & quãdo mutus potest cõtrahere, vide plenè per Bart. I l. 1. in fi. & ibi dẽ Alex. l. infra, de verb. obl.

DE BONORVM POSSESSIO. contra tabu.

a Quare in C. primo posuit de sec. tab. & hic primo de cõtra tabu? Respõ. vt no. C. de bo. pos. cõtra tab. in tit.

IN contra tabulas. CASVS. Quia liberi quandoq; prætereuntur à parentibus: & opus est subueniri eis per prætorem: ideo ponitur de bo. pos. cõtra tab. Not. ergo, quod hæc bo. poss. defertur liberis naturalibus, & legitimis, vel legitimis tantum, puta adoptiuis. Item natis, & nascituris. Item emancipatis præcipuè, & etiã ijs qui erant in potestate defuncti: vt hic. & C. de libe. præte. l. maximum. dati autem in adoptionem à patre naturali non habent hanc bon. poss. contra testamentum patris naturalis, nisi instituantur ab eo hæredes, & alius eis cõmittat edictum: vt j. eo. l. non putauit. §. in adoptionem datos. & §. vt autem. & l. si in adoptionem. & l. si post mortem. §. 1. Item in liberis omnibus distingue, si possunt institui hæredes, aut non: si enim non possint institui, denegatur eis bo. pos. contra tab. quod mortis tempore debet spectari: vt j. eo. l. 3. §. liberi. Si autẽ possunt institui, si quidẽ instituti sunt hæredes, denegatur eis contra tab. quod enim bonum est eis contra tab. dari, cum secundum tabulas possint habere? hoc, nisi alius præteritus cõmittat edictum contra tab. instituto. alius enim potest ei committere edictum, siue ille qui præteritus est, sit natus, siue nasciturus: vt etiam antequã nascatur, cõmittatur edictum instituto: vt infra eo. l. 3. §. si quis ex liberis. & l. illud. §. fi. & adeo proficit præteritus instituto: vt & si institutus erat in minori parte quam virili, per beneficiũ contra tabulas habeat virilẽ. Si autẽ ex maiori quam virili esset hæres institutus, redigeretur ad virilem: vt j. eo. l. non putauit. § fi. vbi autẽ liberi exhæredati sunt, non habent bon. poss. hanc: vt C. eod. l. 2. & hic, & hoc si exhæreditati sunt ab omnibus gradib. testamenti. Nam si exhæredati sunt ab vno, & instituti in eo non extiterint hæredes: cõtra gradum alium à quo præteritus est, petet bon. pos. Item hæc vera sunt, quando exhæredatio facta est purè, non sub conditione: nisi in casu cum institutus sub cõditione casuali. & in defectum eius exhæredatus. Item debet fieri non à re vna, vel ab hærede vno licet possit fieri ab vno gradu, sed ab hæreditate tota: vt j. eo. l. non putauit. t. respon. & §. 1. 2. & 3. & j. de libe. & posth. l. si pepercerit. §. purè. & C. de lib. præter. l. si pater. Quod autem dictum est in exhæredatis, serua in præteritis, si eorum præteritio habeatur pro exhæredatione: quod est in eo casu. Quandoq; prætereuntur à matre: vel ab ascendentibus p matrẽ: vt Insti. de exh. li. §. mater. & ideo dicit lex nõ habere locum hanc bon. poss. in testamento fœminarum: vt infra eo. l. illud §. ad testamenta. His visis dicas, quod in petẽda cõtra tab. bon. posses. debemus accipere liberos: siue naturales, subaudi & legitimos, siue adoptiuos. s. vt possint petere eam bo. poss. si neq; instituti neq; exhæredati sunt. liberi autem vocantur ad bon. poss. contra tab. eo iure, quo vocantur ad successionem de iure ciuili, id est, vt qui repelluntur iure ciuili, repellantur & isto: & eo ordine, quo vocantur ad successionem de iure ciuili, s. vt prior in gradu, prius habeat. hæc autẽ clausula, scilicet quod liberi, qui sunt naturales, & legitimi, possint petere bo. poss. contra tabulas, si non sunt instituti, neq; exhæredati, sed præteriti. & eo iure, eoq; ordine vocentur ad contra tabu. bon. posses. quo vocantur ad successionem de iure ciuili. hęc clausula dico videtur pertinere etiam ad posth. scilicet præteritos, vt cum erunt nati, possint petere contra tab. bon. poss. nam licet sit rescissum testamentum iure ciuili: vt C. eo. l. 2. in prin. æquitate tamen prætoria est aliquod: vnde in firmatur eo iure, quo subsistere fingitur, sed & si filij scilicet præteriti qui erant apud hostes tempore testamenti patris, redierint ab hostibus postliminio: putat Pomponius eos admitti ad bon. pos. contra tab. Sed quid si ex tribus filijs præteritis à patre vnus sit captus ab hostibus? certè duobus qui sunt in ciuitate, competit bon. posses. scilicet contra tabu. bessis, id est, pro besse. i. pro octo vncijs, siue pro duabus partibus: & ita captus ab hostib. facit partem duobus in ciuitate existentibus. & idem quod dictum est in capto, est & in posthumo. s. vt faciat partem duobus fratribus suis natis etiam antequã ipse posthumus nascatur si erant nati duo: sicut supra duo erant in ciuitate: nam quamdiu posthumus speratur, in ea causa est, vt partem faciat, & ita faciet partem in hoc casu, id est faciet quod duo fratres sui non habeant in totum bo. pos. contra tab. sed pro parte, cum ipse posthumus, & duo sui fratres nati fuerunt præteriti a patre. non tamen habebunt duo fratres pro besse bon. pos. contra tab. interim, cum possint nasci tres: vt supra si pars hær. pe. l. antiqui. in fi. Imò tantũ pro duabus partib. posito, quod diuidatur hæreditas in quinque partes: ar. d. l. antiqu. in fi. Sumus autẽ in hoc ver. idem & in posthumo &c. Si autẽ esset posthumus. & vnus tantũmodo natus, & posthumus, & natus essent præteriti: posset natus interim petere bo. pos. cõtra tab. pro quarta parte, cum possint nasci tres: vt d. l. antiqui. & ita secundũ hoc est idẽ in posthumo, quod in capto: sed nõ per omnia idẽ: nam vnus, & alter facit interim partem, sed non eandem. Viuia.

TITVLVS IIII.

DE BONORVM possessione contra tabulas.

Primò ponit mentem edicti prætoris de cõtra tabulas. Secundo exponit edictum. Secunda ibi, Hæc autem clausula. Bart.

Vlpianus libro xxxix. ad edictum. I.

IN contra tabulas bonorũ possessione d liberos e accipere debemus, siue

d Possessione. Petenda, quam prætor defert liberis: vt infra eod. l. non putauit. §. vt autem.

e Liberos. Nunc exponit liberos.

Naturales.

naturales,[a] siue adoptiuos,[b] si neq; instituti,[c] neq; exhæredati[d] sunt. Vocantur autem ad contra tabulas bonorũ possessionem liberi eo iure,[e] eoq; ordine,[f] qui vocantur ad successionem ex iure ciuili. Hæc autem clausula[g] etiam ad posthumos videtur pertinere. Sed & si ab hostibus postliminio redierint[h] filij: Pomponius putat ad contra tabulas bonorum[i] possessionem eos admitti.

Facit partem ille, qui speratur admitti ad partem. Bart.

Si ex tribus filijs,[k] vnus ab hostibus captus sit: duobus qui sunt in ciuitate, bessis bonorum possessio competit. Idem[l] & in posthumo. Nam quamdiu posthumus speratur,[m] in ea causa est, vt partem[n] faciat. Et sui iuris factos liberos, in bonorum possessionem prætor inducit. Siue igitur emãcipati sunt, siue aliàs exierunt[o] de patris potestate, admittuntur ad bonorum possessionem: sed adoptiui patris non potest.[p] vt enim admitti possit, ex liberis[q] eum esse oportet.

Filius non capax facit mortuus, non obstat sequentibus in gradu. Bart.

Qui habebat filiũ, habebat & nepotem ex eo. filium emancipauit, & adoptauit in locum nepotis: deindè emancipauit. quæritur, an nepoti obstet? Et mihi magis videtur, hunc nepotẽ non excludi: siue pater eius in adoptione mãsisset quasi nepos, siue emancipatus esset. puto enim, & emancipato patre, nepotẽ quoque cũ patre suo ex edi-

a Naturales. Subaudi & legitimi. item subaudi sui, vel emancipati: vt C. de libe. præte. l. fi. §. sancimus itaq; & insti. de hære. quæ ab intest. §. eadẽ. at naturalis tantũ, licet succedat ea voluntate, quãdoq; tamen nõ admittitur contra voluntatẽ: vt C. de nat. libe. l. humanitatis. & authenti. licet.

b Adoptiuos. Vt infra eod. l. 1. §. filium. sed contra testamentum patris naturalis non habet, nisi instituatur hæres, & per aliũ aperiatur ei edictum vt infra eod. l. nõ putauit. §. in adoptionẽ. & facit infra si tabu. testa. nul. ex. l. 1. §. liberos. sed hodie cõtra in vtroq;: nam cõtra testamentum adoptiui extranei non habent, sed cõtra testamentum naturalis sic: vt C. de adopt. l. pe. §. sed ne articulum.

c Instituti. Purè, siue sub cõditione potestatiua, nisi alius cõmittat edictum, vt infra eo. l. 3. §. si quis ex liberis. secus si sub casuali, vel mista nisi sit in defectum eius exhæredatus: nã habetur pro non instituto C. de insti. & substi. l. 4.

d Neq; exhæredati. Scilicet rite. nã tunc haberent querelam inoffic. testa. vt infra eo. l. non putauit. §. non quæuis. & l. si post. §. exhæredati.

e Eo iure. Imò non eodẽ iure, quia illi ciuili, isti prætorio. sed dic, id est, vt qui repelluntur illo iure, repellantur & isto: vt s. de bon. pos. l. non est §. fi.

f Ordine. Vt prior in gradu prius habeat: vt infra, eo. l. 3. §. si filium. & l. illud. §. 1. item in stirpem: vt & ibi, & infra e. l. si in adoptionem. §. fi. sed contra infra ead. l. § qui habebat filium. & infra eo. l. 3. §. 1. sed ibi dices.

g Hæc autem clausula. Ad omnia supradicta potest referri. & dic quòd ad posthumos præteritos cum erunt nati, non ante. sed quomodo, cum ipso iure rumpant? Respon. vt no. C. eo. l. 2. item antequam nascantur, habet locum infra, de ven. in pos. mit. l. 1. in prin. & facit infra, de verb. sign. l. nomen filiarum. & insti. qui dari tut. pos. §. fi. & infra, de assigna. lib. l. fi. §. 1.

h Redierint. Scilicet quocunque modo: vt infra, de capti. l. nihil.

i Bonorum. Quia tempus non currit: vt infra, de sec. tabu. l. qui ex liberis. §. 1.

k Si ex tribus filijs. Emancipatis, & præteritis: vt faciat ad titulum.

l Idem. Et imò non idem. vt s. si pars hære. pet. l. antiqui. in fi. & ideo quod dicit in fi. partem, scilicet quantam si vnus erat natus: vel vt sit per omnia idem, pone casum: vt infra, de coniung. cum eman. lib. l. 1. §. sed & si posthumus & §. si postliminio.

m Sperantur. Facit infra, de secun. tabu. l. 2. §. quamdiu. & quis or. in bonor. posses. ser. l. 2. §. pen. & vnde legi. l. pen. in fin. & vnde cog. l. 1. §. si quis. sic. & supra fami. ercis. l. si hæres vnus.

n Partem. Id est, natum admitti ad partem, non ad totum. sic supra, de inoffi. test. l. qui repudiantis. in prin.

Et sui iuris. CASVS. Prætor inducit in possessionem etiam liberos factos sui iuris. siue ergo emancipati sunt scilicet, liberi: siue alias exierunt de potestate patris, vt per dignitatem, admittuntur ad bon. poss. scilicet contra tab. si præteriti sunt. sed adoptiui patris, subaudi ad bon. posses. non potest subaudi, admitti filius adoptiuus emancipatus. vt enim admitti possit aliquis ad bono. posses. contra tabu. oportet eum esse ex liberis: iste autem adoptiuus nõ est ex liberis, ex quo est emancipatus a patre adoptiuo: vt infra, vnde libe. l. liberi capite minuti. Viuia.

o Siue exierunt. Vt per dignitatem: vt Instit. quib. mod. ius pat. po. sol. §. sed ex constitutione.

p Non potest. Ab eo emancipatus: vt hic, & infra si tabu. testamen. nul. exta. l. 1. §. liberos. & vnde libe. l. 1. & instit. de exhæred. liber. §. adoptiui.

q Ex liberis. Suis, vel emancipatis. licet enim emancipati desinant esse sui, non tamen desinunt esse liberi: vt Instit. de hæred. ab intesta. §. eandem.

Qui habebat. CASVS. Ponamus quòd Titius habebat filiũ Seium, & ex filio habebat nepotem Caium. emancipauit dictus Titius dictum suum filium Seium, & adoptauit idem Titius dictũ suum filium in locum nepotis: deinde emancipauit dictum suum filium, & ita bis emancipauit eum. quæritur: an nepoti scilicet prædicto Caio obstet, scilicet dictus Seius filius in petenda bon. posses. contra tab. si dictus Titius eos prætериit, vt excludatur prædictus nepos scilicet Caius à dicta bono. posses. & admittatur solus filius? & magis videtur hunc nepotem scilicet Caium non excludi, scilicet à dicta bono. posses. siue pater eius scilicet nepotis, id est dictus Seius in adoptionem mansisset quasi nepos, ita quòd Titius pater eiusdem Seij non emancipasset eum Seium postquã eundem Seium adoptauit in locum nepotis: siue emancipatus est, scilicet dictus Seius à patre suo postquã ab eo fuit adoptatus in locum nepotis: sicut in veritate in nostro casu fuit emancipatus à patre suo, postquã ab eo fuit in locum nepotis adoptatus. puto enim emancipato patre, scilicet nepotis, sicut in veritate fuit emancipatus pater nepotis antequã idem pater nepotis adoptaretur in locum nepotis, puto dico nepotem quoq; cum patre suo ex edicto scilicet, de coniungendis cum emancipato liberis, admitti scilicet ad bono. posses. contra tabu. quicquid ex prædictis contingat in patre nepotis post emancipationem ipsius patris nepotis primo de eo factam. bis enim fuit emancipatus in nostro casu. Vivianus.

Ex

Filiꝰ naturalis tantum non admittit ad patris contra tabulas ad. do glo. secũdã Bal. sing. l. 1. co. 2. C. quo bon. & in l. fin. C. de natu. libe. & p Bal. in l. fi. C. vn. legi. col. 4.

P. Flo. quo.

Tamen hodie quã tũ ad multa emancipati, & sui adæquantur. Bart. i l. 3. s. de legit. tut. & hoc in tutelis, idẽ in collatiõe. Bal. i l. fi emãcipati. 4. opposi. de col. bo. dicit tamen idẽ Bal. in l. meminimus. C. de le. hæ. q est tãtũ similis suo.

ª Ex edicto. De coniun.cum emãci.lib.vt ĩ.de cõiun. lib. 1.in prin.& facit ĩ.si tabu.testa.nul.ex.l. 1.§.antepenul.Sed arg.cõtra.ŝ.e.l.vocantur.Sol.vt ĩ.l.3.§.1.

Quidam filium. CASVS Ponamus, quòd Titius habuit filium Seium,& ex eo habuit nepotem Caium. dictus filius emancipatus, vel in potestate manens deportatus est & sic amisit ciuitatem,& non libertatem: quæritur, an nepoti noceat, scilicet dictus filius deportatus ita quod admittatur ad bonorum poss.contra tabu.ante nepotem, cum ambo sint præteriti à dicto Titio? & verius est nepotem admittendum, scilicet ad bonorum possessionem contra tabulas in vtroq; casu id est, siue erat in potestate, siue emancipatus filius qui fuit deportatus subaudi. & not. filium deportatũ non admittendum. deportatos enim mortuorum loco habendos, repete verius est. Sed & si pater dicti nepotis, & filius, id est, dictus nepos deportati sunt, & ambo restituti, scilicet sunt, dicemus ad bonorum possessionem admitti filium scilicet solum. Sed & si filius Titij, idest, pater nepotis damnatus in metallum, vel damnatus alia pœna. quæ seruum efficit, restitutus sit, nihilominus admittetur, scilicet ipse solus, ita quòd non filius eius. seq. vide per te vsque ad legem illud. quia sunt clara. Viuianus.

e Efficit. Sed deportatio tantum ciuitatem aufert: vt Insti.quibus modis ius patriæ po.sol.§.cum autem. & §.serui. sed hodie nemo bene natus ex supplicio fit seruus: vt in authen.de nup. quod autem prius.

f Admittetur. Simpliciter accipe, si ponas in duabus personis. si aũt in tribus, subaudi solum: vt ŝ.proxi.dixi.

...cto ª admitti. ᵇ Quidam filium habuit, & ex eo nepotem. filius emancipatus, vel in potestate manens deportatus est. quæritur, an nepoti noceat? Et verius est, in vtroq; casu nepotem admittendum. ᵇ deportatos enim, mortuorum loco habendos. ᶜSi & ᵈ pater, & filius deportati sint, & ambo restituti: dicemus, ad bonorũ possessionem admitti filium. Sed & filius in metallum damnatus, vel alia pœna: quæ seruum efficit, ᵉ & restitutus sit: nihilominus admittetur. ᶠ

Hermogenianus libr. iij. iuris epito. II.

Demq; est, ᵍ & si pater pœnæ seruus efficiatur, & postea restituatur.

Vlpianus li. xxxix. ad edictum. III.

Non tantum autem ipsi emancipati admittuntur ad bonorum possessionem, verum etiam ij ʰquoque, qui ex his nati ⁱ sunt.

Si aliquis ex liberis adoptetur: durante adoptione succedit prout adoptatus est: ea finita succedit prout naturaliter vocatus est. Barto.

Si duos habens nepotes, alterum emancipatũ loco filij adoptauerit: videndum, an solus ille quasi filius admittatur. Quod ita scilicet procedit, ᵏ si quasi patrem eius nepotis, quem retinuerat, sic adoptauerit. Melius est autem ˡ dicere, posse eum solum ad bonorum possessionem peruenire. Sed si sit hic nepos emancipatus: verum est dicere, non admitti eum quasi filium. hic enim quasi filius ᵐ non est ex liberis: cũ iura adoptionis emancipatione finita sint. ⁿ Si filium habens, ᵒ& ex eo nepotem, in locum filij nepotem adoptauero: ambo admittentur. ᵖ Planè si fuerit emancipatus nepos: non admittetur, ᵠquia pater eum præcedit. Si quis post emancipationem quæsitum ʳsibi filiũ, patri suo

ᵍ Demq; est. Vel pone in duabus personis, & dic post restitutionem factum testamentũ: vel pone in tribus: vt supra l. proxi. not. §.penul. Sed huic legi, & fini superioris legis est contra Institu.de capi.di.§. quod autem. & ĩ. vnde cog.l. is qui. vbi non restituitur cognatio per seruitutem amissa. Solu. ibi manumissio, hic fuit in integ.restitu. per quam omnia pristina iura restituuntur: vt C.de senten. pas.l.s.& l.fin.argu. contra Instit.de serui.cogna.vbi etiam manumissio prodest ad ius cognationis. Sed ibi de nouo acquiritur, non vetus restauratur. Itẽ arg. cõtra ĩ.de pœ.l.aut damna.§. fina. Sed ibi fuit indulgentia, non restitutio in integrum.

ʰ Non tantum. Verum etiã ibi. Ordine seruato: vt supra, l. 1. §. vocantur. Azo.

ⁱ Nati. Not. ex his, quia secus, si ex filiabus, vel neptibus etiam ex filio natis, & est ratio: quia pro exhæredatis habentur: vt dices ĩ.eo.l.illud.§.ad testamenta.

ᵇ Admittendum. Et nihil seruatur filio. Sed cur secus in capto: vt ŝ.ea.l.§. si ex tribus? Respon. propter spem postliminij: vt ĩ.de bo.lib.l. si necem.§. si deportatus. & ĩ.de assig.lib.l si.§.penul.lo.

ᶜ Habendos. Vt ŝ.pro socio.l.actione.§.publicatione. arg.contra ĩ.de ver.obli.l.ex ea parte.§. in insulam. & ŝ.de lega 2.l.cum pater §.hæreditatẽ.& ŝ.ad Trebel.l. ex facto.§.ex facto.

ᵈ Si &. Pone in duabus personis, scilicet patre, & filio: & tunc dic patrem fecisse testamentum, & prætermonem post restitutionem in integrum. aliàs autem testamentum factum esset irritum capitis diminutione testantis. vt Insti.quib.mod.test.infir.§.alio. Sed nonne conualesceret: vt ŝ.de iniusto testa.l. si quis ex §.pen. & secundum hoc loquitur sequens §.& lex. Vel melius pone in tribus personis, scilicet auo, & patre nepotis, & ipso nepote, & pater semper stetit in ciuitate: & tũc dic admitti filium, scilicet solum. & sic sequentia intelliges, & continuantur cum superioribus.

ᵏ Procedit. Vt quasi solus filius admittatur.

ˡ Melius autem. Autem pro quia, aliàs pro sed, vt corrigatur distinctio superior.l.adoptauerit in patrem huius nepotis, aut simpliciter. sed secundum hoc non ita vocantur vt de iure ciuili: quia eo iure cum filio vocatur alterius fratris filius: vt Insti.de hæ.quæ ab intest.desc. §.cum filius. & in auth vt frat.filij.§.1.& sic est contra ŝ.eo.l.1.§ vocantur. Sed potest dici quod ibi in contratio loquitur de liberis. qui sunt in potestate, & qui veniunt ad contra tab nam & illis idem debet seruari, ac si de iure ciuili succederent: vt ĩ.ti.1.l.is qui.in prin. & sic non remanet ibi aliquod contrarium.

ᵐ Quasi filius. Sed quasi nepos. Azo. & dic vt supra, l. 1.§ qui filium.

ⁿ Finita sint. Vt C.de adop.l.pen.§.sed hoc.

ᵒ Filium habens. Scilicet ego.

ᵖ Admittentur. Tanquam filij.

ᵠ Non admittitur. Nam per emancipationem dissoluitur adoptio: vt ĩ.§.proxi.

ʳ Quæsitũ. Sed superiori casu ante fuit quæsitus. & facit

ª In Pan. Florẽ. hoc θεματιον incipit, Filium habuit &c.

† De hac, & similibus restitutionibus, & earũ effectu Mãdo. sup signa. Gratię titu. de Absolu. & rehabi.

ᵇ In P.Fl. additũ, Aliter non.

in adoptionẽ dederit in locum filij: æquissimum est, ei præstari, quod cuiuis arrogato filio: idcircoq; patri suo adiungendus est. Sed si emãcipatus hic nepos post adoptionẽ proponat: æquissimũ erit, eum abstinere. recipit enim locũ suum: nec debet patri suo iungi.

Nepos potest venire contra testamentum aui non obstante quòd filius fuerit iustè exhæredatus: vel iustè potuerit exhæredari. Barto.

* Si emancipatus filius, vxore non ex voluntate patris ducta, a filiũ fuerit sortitus: deinde nepos patre iam mortuo b ad bonorum possessionem aui velit venire: admittendus est ad eam. Non enim per rescissionẽ * c is, qui filius iustus est, efficietur non filius: cum rescissio, d quò magis admittatur, non quò minus, adhibeatur. Nam & si tam e ignominiosam duxerit vxòrem filius, vt dedecori sit tam ipsi, quàm patri, mulierem talem habere: dicemus & ex ea natum ad bonorum possessionem aui admitti: cum possit auus iure suo vti, eumq; exhęredare. f Nec enim minus in hoc nepote is, qui de inofficioso cogniturus est, merita g nepotis, quàm patris eius delicta perpendet. †

Sicut ille qui non adit hæreditatem, perdit ius successionis, ita si efficiatur non capax ante petitam bonorum possessionem. Bart.

Si emancipatus filius præteritus ante petitã h bonorum possessionem, arrogandum se dederit: amittit contra tabulas bonorum possessionem.

Datus in adoptionem alicui de familia non repellitur a contra tabu si eum alius non præcedebat Barto.

Si quis filio i suo emancipato nepotem, quẽ ex eo retinuerat, dederit in adoptionem, nepos iste ad contra tabulas bonorum possessionem aui sui admittitur, patre eius antè defuncto: quia in eius est familia, q * & ipse admitti potuit k ad bonorum possessionem cõtra tabulas. Idemque est, l & si emancipatus filium, quem post emancipationem quæsierat patri suo in adoptionem dederit, & decesserit. nã & hic m nepos iste ad bonorum possessionem patris sui n admitti debet, quasi non emancipatus, amittit contra tabu.

---

cit supra, eo. l. 1. §. qui filium. & infra, de coniun. lib. l. 1. §. si pater ita.

a Ducta. Quod fieri potuit: vt ſ. de ritu nup. l. filius. sed non impune, vt quando ignominiosam: quia poterit exhæredari secundum hæc iura: vt statim dicet. Accur.

b Mortuo. Secus si viueret: quia præcederet: vt supra, ea. l. §. si filium.

c Per rescissionem. Aui testamenti. & dic quòd respon. tacitæ obiectioni hoc modo. Filius emancipatus testamẽtum aui rescindit per contra tabu. ac si pater eius in aui mansisset potestate: vt supra, in princ. huius legis. sed si mansisset in potestate hic nepos, iustus nõ esset, vt pote vxore ducta sine patris cõsensu: vt ſ. de stat. homi. l. Paulus. ergo & nunc nõ est iustus, cum perinde sit ac si mãsisset: sed non est ita. nam rescissio non debet facere vt qui iustus est filius, desinat esse filius, vel nepos: quia sic repelleretur, & rescissio non fit per prætorem, vt hic excludatur, sed magis vt admittatur. alioqui quod fauore eius introducitur, ad læsionem eius retorqueretur: quod esse non debet, & ex contrario contrarium in vera hypothetica sequitur. similis est lectio C. de secũ. nup. l. generaliter. § I his, secundum Ioã. aliter alij formãt tacitam obiectionẽ, hoc modo. Si filius emancipatus non admittitur propter rescissionem patriæ potestatis, ergo nec nepos. sed prima falsa, & rescissio patriæ potestatis non facit, vt nepos non sit iustus, imo magis vt sit iustus. Vel sic secundum H. lege, non enim is nepos qui iustus est, per rescissionem patriæ potestatis (nam aliàs non esset nepos iustus) non debet dico fieri iniustus.

d Cum rescissio. Accipe adhibeatur, quod est ĩ. quo magis &c. non quo minus admittatur.

e Nam & si tam. Opponitur secundo, quia ignominiosam duxit vxorem, & contra velle patris, sed non nocet. nam & si tam. &c. vel non mirum. nam si ita est quando duxit honestam, idem si inhonestam.

f Exhęredare. Scilicet filium. sed ista hodie non est de causis ingratitudinis, quæ sunt in authen. vt cum de appel. cog. § causas. cum sequen. §. Alij dicunt nepotem quasi contrahat originem ex delicto patris, quod non placet: vt C. de inof. testa. l. si quis in suo. §. fin. & ĩ. de bo. dam. l. fina. in princi. & ſ. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. fina. sed argumen. contra C. de quæstioni. l. diuo. sed die vt ibi. Accursius.

g Merita. Nepos enim meretur institui eo ipso, quod non demeret: vt ſ. de leg. 2. l. cum quidam. sed pater delinquit accipiendo talem vxorem: vnde potest exhæredari. admittet ergo nepotem ad contra tab. sed non admittet filium ad querelam, eũ extraneus sit institutus. & facit in auth. vt cum de ap. cog. §. si alicui.

h Ante petitã. Secus si post: vt infra, vnde libe. l. si. Item secus si est institutus, & commisso edicto petat contra tabu. vt ĩ. eo. l. si post mortem. in prin. quæ est contra. & est ratio: quia iura testandi nõ tolluntur minima capitis diminutione: vt supra de capitis dimin. lege, tutelas. in prin. vel melius quia peruenit in eum casum à quo incipere non potest. nam præterito adoptiuo non datur contra tab. sui patris, nisi sit adoptatus ab auo paterno, vel similibus, vt ĩ. ea. l. §. idẽq; est. & l. si. §. idemq; iuris. sed instituto adoptiuo datur: vt ĩ. e. l. nõ putauit. §. in adoptione. Item adhuc contra ĩ. ad Terty. l. 1. §. proinde siue quis. & ã. de ca. di. l. tutelas. vbi dicit non tolli per emancipationẽ alia iura, nisi quæ per l. xij. tab. deferuntur. sed dico, quod contra tabu. hic defertur nõ simpliciter filio, sed emãcipato. cum ergo non remaneat emancipatus, amittit contra tabu.

i Si quis filio suo. Datiui casus.

k Potuit. Et quia in aliena familia non fuit: vt ĩ. eod. l. si. § pen. & facit ĩ. eo. l. si emancipatus. & ĩ. §. proxi.

l Idemque est. E conuerso.

m Nam & hic. Id est, hoc casu.

n Patris sui. Naturalis. & facit ſ. proxim. & ĩ. eod. l. si ferentur. Sed huic & superiori respon. videtur contra. ĩ. eodẽ. l. si emancipatus. §. fina. ibi tandem &c. & institu. de hæredi. ab intesta. §. eadem. & §. at hi. & ĩ. vnde lib. l. 1. vbi dicitur, quod dum est in adoptiua familia, non succedit patri naturali. Solu. dixit Guil. & Io. quod hic non tenuit adoptio: vnde non transit in potestatẽ adoptantis, seu remansit in potestate, cuius erat ante. Vel

* Vide ad huius §. interpretationẽ quæ scrip sit Vigli. in cõmẽ. ad tit. de inoffi. testa. circa prin. Inst. lib. 2.

* Vide in hunc locũ Al. libr. 4. parer. ca. xxij.

† Cice. in li. epl. ad Brutũ, acerbũ esse eruiet parentum scelera filiorũ pœnis lui.

* P. Flor. quia.

Vel distingue, sit datum extraneo, vel non extraneo: vt ĩ.eo.l.fi.§.penul. sed secundum hoc si est datus nõ extraneo, corrigitur: quia tantum adoptiuum tunc respicit: vt C.de adop.l.penul.§.si vero pater.
[a] Filius non. Quia ante erat emancipatus: vt infra, eo.l.si pater se.

fit [*] in aliena familia.

Licet mutetur familia facto patris: nihilominus filius habet contra tab. secus si per adoptionem ipsius filii mutetur familia. Bar.

Si pater alicuius peruenerit in adoptiuam familiam, filius [a] non: an patris sui in adoptiua familia mortui bonorum possessionem [b] accipere possit? Et arbitror humaniorem esse hanc sententiam, vt filius hic (quamuis non sit in eadem familia in qua pater) ad bonorum possessionem tamen eius admittatur. § Liberi, qui institui hæredes iure non possunt, [d] nec cõtra tabulas bonorum possessioné petere possunt. Hæc autem verba (institui non possunt) ad mortis [e] tempus referuntur. Si quis ex liberis hæres scriptus sit, ad contra tabulas bonorum possessionem vocari non debet. cũ enim possit secundũ tabulas habere bonorum possessionem: [*] quod bonũ [f] est, ei contra tabulas dari? Planè si alius committat edictum: [g] & ipse [h] ad contra tabulas bonorum possessionem admittetur. Sed si sub conditione [i] scriptus sit: bonorũ possessionem cõtra tabulas accipere nõ potest: [k] & ita Iulianus quoque libro xxiij. Digestorũ scripsit. Quid ergo si defecerit conditio? Verum est, eum contra tabulas accipere [l] bonorũ possessionem. Si sub ea conditione filius emancipatus [m] hæres sit institutus: quæ in ipsius † potestate non est [n]; quia scriptus hęres est, bonorum possessionem secundum tabulas accipere potest, [o] & debet: nec contra tabulas potest. [p] Et si fortè defecerit conditio: tuendus erit à prętore in tantum: quantum ferret, si contra tabulas bonorum possessionem accepisset. [q]

[*] In P. Fl. in alia familia.

[*] In P. Fl. quo bonũ est &c. in ver. ad qd bonũ est.

[b] Bonorum possessionem. Contra tab. de qua loquimur. Accursius.
[c] Admittatur. Sed quomodo, cum non potuit testari, vtpote in potestate arrogatoris: vt supra, de adoptio.l.si pater? Respõ. adoptiuus pater erat mortuus, & tamen dicitur adhuc in eius familia: vt ĩ.eod.l.vtrum. Vel dic quod dicit in quasi castrẽsi: in quo licet quibusdam permissum erat testari, non tamen cessabat querela, vel contra tabu. licet hodie semper cesset: vt C.de inoffi.test.l.fi. Vel dic quod hic non tenuit adoptio, & semper dicet adoptiua familia, scilicet putatiua. nam pro vero plerunque ponitur quod est in opinione: vt ĩ.de peti.hære.l.pro hærede. in castrensi vero non potest dicere, quia tunc cessaret cõtra tabu. vt supra, de mili.testa.l.à milite.§.fi.& l.seq.

Opinio plerunq; ponitur p vero.

[d] Non possunt. Vt deportati: vt C.de hære.insti.l.1.& supra, eo.l.1.§.deportatos. item multo magis damnati in metallũ: vt ĩ.de pœ.l.quidam. Item hæretici: vt C.de hære.l.4. Item mulier nubens intra tempora luctus: vt C.de secun.nup.l.1.& facit ĩ.de bon.pos.l.non est.§.fi.
[e] Mortis. Si dicas de suis planum est: puta vnum tempus tantum inspicitur, scilicet mortis: vt Instit.de hære.qual.& dif.§.sui. si de emancipatis, tunc tria tempora debent inspici: vt institu. de hære.quali.& dif.§.in extraneis. sed ibi instituti, hic præteriti. & facit infra, de lega.præstan.l.interuenit.
[f] Quod bonum. Id est, dicere, satis est si habet secundũ tabu. non autem intelligas simpliciter. nam vtilitas esset, quod non teneretur præstare legata nisi certis personis: vt infra, de lega.præstan.l.1. Item & alia posset esse vtilitas: vt infra eo.ti.l.ex duobus.§.sed illud. sed intellige quod hic dicit cum ipse solus est institutus, quando nihil ei prodesset petere contra tabulas: vt infra, tit.t.l.is qui.§.sed si solus. not. simile verbum huic supra, ad Velle.l.aliquando.§.fi.
[g] Committat edictum. Id est aperiat edictum de contra tab. instituto: quod facit petendo præteritus licet non prosequatur: vt ĩ.eo.l.si post mortẽ.§.fi. sic & stipulatio conditionalis committitur, id est, incipit ex ea agi posse cum conditio existit.
[h] Et ipse. Scilicet institutus, & sic habet per alium, quod per se non potest. & plenè dic vt supra. quæ res ... fig.ob.posl.Aristo.
[i] Sed si sub conditione. Loquitur hic §. in filio in potestate constituto, & instituto sub potestatiua conditione, quæ potest impleri vltimo vitæ spiritu. & sic valet testamentũ: vt ĩ.de hær.instit.l.suus.§.1. qualiter ergo potest deficere conditio? dic in illo §. quid ergo. loqui in emancipato. vel totus loquitur in emancipato instituto sub conditione casuali. & dic quod habebat cohæredem: alioqui deficiente conditione rediret ad causam intestati. & facit bene ad hunc.§.& seq. infra eo.l.sub conditione.1.respon.& l.filium.H.
[k] Non potest. An huic potest alius cõmittere edictũ? Respon. potest: vt ĩ.eo.l.si in adoptionem.
[l] Accipere posse. Scilicet si pendente conditione non accepit secundum tabulas: vt infra eod.l.§.& si forte.
[m] Emancipatus. Secus in suo: quia non valeret testamentũ: vt ĩ.de hæred.instit.l.suus.§.1.& C.de inst.& substitut.l.si pater.
[n] Potestate nõ est. Idẽ si in potestate: vt ĩ.de sec.tab.l.2.§.si sub conditione. & ideo subaudi hic maximè. arg. contra infra, de cura.bon.dan.l.1.
ADDITIO. Dic in alio casu loquitur secundum Dy.& Bar.
[o] Potest. Quid si institutus filius repudiet ex testamento? an quasi præteritus petet contra tab. videtur, quod sic possit eligere: vt infra, tit.1.l.filium §.omnibus. sed H. contra per l.supra, eod.l.1.in princ. ibi, si neque instituti.&c.& C.de postbu.hære.inst.l.fin.in fi. Item, quod dicit non posse peti contra tabulas, verum est, nisi ab alio commisso edicto: vt infra eo.l.si in adoptionem.& supra, de lega.3.l.fi.§.fi. Item hic sub conditione institutus non potest adire de iure ciuili ea pendente: vt supra, de acquiren.hære.l.is qui.in princ. ergo nec secundum tab. debet dari: vt supra, de bonorum possel.l.non est.§.fina. sed ibi de alio impedimento ratione suæ personæ, vel alio: non de impedimento conditionis. Item contra supra, de acquirenda hæreditate.l.Clodius.solu.ibi.
ADDITIO. Dic quòd ibi nihil dicitur de hac l.& ideo dic, quod hic petitio bonorum possessionis secundum tab. fuit vtilis: vt l.2.§.si sub conditione. infra, de bonorum possessio. secundum tabulas. & sic potest in aliam conuerti, vt hic: ibi autem prima conditio fuit vtilis: vnde non conuertitur in aliam vtilem secundum Bart. hic.
[p] Nec contra tabulas potest. Sed secundum tabu. sic: vt ĩ.de secun.tab.l.2.§.si sub conditione.
[q] Accepisset. Vt ĩ.de secun.tab.l.2.§.si sub conditione & l.

† Adde et sub impossibili conditione institutum posse testamentũ approbare. Bar. in l.1.vlt.colum.ĩ.de cõd.insti.& in l.si quis testaméti.e.u.

& l. si sub conditione. sed nunquid iure bonorum poss. contra tabulas? Item facit supra, de inoffi. testa. l. mater. & de leg. 3. l. fi. §. fi. & infra, de bon. li. l. cum duos. & infra, de col. dot. l. 3. Accursius.

facit ipso iure non valere testamentum. si autem post, valet de iure ciuili, sed de æquitate prætoria rumpitur: vt no. C. de col. l. vt liberis. item dic, siue non, dum tamen possit existere: vt infra eod. l. quod vulgo. sed cum instituti expectant præteritos: vt infra, de secun. tabu. l. 2. §. expectandi. ergo semp ante aditã hereditatem. sed dic quod expectant, vt non petant secundũ tab. adire tamen possunt de iure ciuili, & sunt hæredes, argu. contra infra eo. l. 3. in fine. vbi etiã iure ciuili prohibentur.

Sed & si nepos [a] sub huiusmodi conditione scriptus sit hæres: idem erit dicendum. Si quis ex liberis non sit scriptus hæres, sed seruus eius scriptus sit, eumq; iusserit [b] adire hæreditatem: denegari debet ei bonorũ possessio contra tabulas. Idemq; est & si legatum relictum sibi, vel seruo suo elegerit. nam & hic [c] dicimus contra tabulas bonorum possessionẽ debere denegari.

Paulus libro xlj. ad edictum. IIII.

Illud notandum est: quod bonorum possessio contra tabulas, quæ liberis promittitur, locum habet, siue quis hæres extiterit, [d] siue nõ, [e] & hoc est quod dicimus, contra ipsum testamentum [f] liberis competere bonorum possessionem. quod in patrono contra est. [g] Si quis filiũ, quem in potestate habuit instituerit hæredem, vel exhæredauerit, & ex eo nepotem omiserit: bonorum possessioni locus nõ est: [h] quia non esset nepos suus hæres futurus. Eadem sunt: & in sequentibus gradibus. Ad testamenta fœminarum edictum contra tabulas bonorum possessionis non pertinet: quia suos hæredes non habent. [i]

Institutum filius beneficio præteritus nati, vel nascituri potest petere contra tabulas, & eo casu decedens ante competitam transmittit. Bart.

Si quis eum, qui in vtero est, prætermiserit: etiã nondum nato eo alius, qui hæres institutus est, bonorũ possessionẽ contra tabulas admittere potest: (quia iniquum est, neque quasi scriptum [k] posse petere bonorũ possessionem, quamdiu contra tabulas peti potest, nec cõtra tabulas, quamdiu non nascitur præteritus) vt & si antè moriatur, [l] bonorum possessionis beneficiũ ad hæredem transmittat. quod

[a] Sed & si nepos. Siue suus, siue emancipatus: vt s. de hære. instit. l. suus. & l. sed & si in conditiona. §. nepotes. H.

[b] Iusseris. Idem si non iusserit: quia nõ videtur sibi posse cõmittere edictum: vt infra eo. l. non putauit. §. sed si ipse. & facit supra, de inoffic. testa. l. nihil. & infra eod. l. si post. §. si in adoptionẽ. & infra, de bon. lib. l. si vero. §. si seruo. Accur.

[c] Nam & hic. Vt infra titu. 1. l. filium. §. omnibus.

Illud notandum. CASVS. In principio huius legis notatur differentia inter bon. posses. contra tab. quæ datur liberis præteritis, & patronis præteritis. si parens me præterijt, & alium instituit, siue institutus adiuit, siue non: ego præteritus potero petere contra tab. sed patronus præteritus à liberto nõ poteris petere contra tab. nisi ex illo testamẽto adita sit hæreditas. hoc dicit', contra est &c. vt infra, de bonis libe. l. etiam si. §. vt patronus. ratio est illa, quia successio parentum magis debetur liberis infra, vnde liberi. l. scripto. Item nota aliam differentiam: quia quæ datur patrono, rumpit testamentũ pro debita portione: quæ autem datur liberis, reducit rem ad causam intestati. C. de bonorum posses. quæ præsta. paren. l. 3. & C. de colla. l. vt liberis. & prædicta est ratio. quia patrono debetur ex lege 12. tab. liberis iure naturæ. Si quis. Habebam filium in potestata: instituti eum, vel exhæredaui, nepotem verò præterij. non erit locus bonorum posses. contra tab. quia filius præcedit eum in grad. Ad testamenta. Si mater mea, vel auus maternus me præterijt, non vocor ad contra tabu. Si quis. Filium iam natum instituí, posthumum præterij. nunquid institutus filius iam natus petet contra tabulas? sic: quia secundum tabulas non petet, quia speratur moueri contra tab. quid si interim intra tempus ad petendam bonorum posses. decessit? nunquid bonorum posses. non agnitam ad suos hæredes transmittat? & regulariter non transmittitur. hoc casu sic, quia impeditus fuit iusta ratione nõ petere secundum tab. cum speraretur moueri contra tab. Viuia.

[d] Extiterit. Puta institutus.

[e] Siue non. Et ita contra tab. locum habet adita hæreditate. & ante: secus in querela inoffi test. vt s. de inoff. testa. l. Papinianus. §. si conditioni. & sic ante aditam

ADDITIO. Dic secundum Bart. hic, quod ibi erat duplex impedimentũ, quia expectabatur contra tab. & impedimentum erat de iure ciuili: hic vnũ tantum.

[f] Contra ipsum testamentũ. Sic supra, vt in pos. leg. l. 1. §. non exigimus ti.

[g] Contra est. Quia oportet esse aditam, vt j. de bon. liber. l. etiã si. §. vt patron'.

[h] Nõ est. Nunquid ergo erit locus edicti successorio? hæc bonorum poss. cõtra tab. si filius repudiauit? Respon est arg. cõtra: supra, de inoff. testa. l. si is qui. Azo. & facit supra eo. l. 1. §. vocantur.

[i] Non habent. Id est, habere non possunt: [1] vt Instit. de hær. quali. & diffe. §. exteri. in fi. Vel dic suos large. s. tales quibus datur hæc bonorum poss. quos dic vt infra eo. l. 3. in prin. & sic tollitur oppositio de emancipatis. Est & alia ratio, quia præteritio [2] fœminarum habetur pro exhæredatione: vt insti. de exhær. lib. §. si mater. sed exhæredatis non datur hæc contra tab. vt infra eod. l. non putauit. in prin. & supra l. 1. in prin. ibi, sed neq; &c.

[k] Neq; quasi scriptum. Quod videbatur: vt infra, de secun. tab. l. 2. §. expectandi. & dic bon. pos. secundum tabu. sed cur hic non datur secundum tabu. vt infra, de secun. tab. l. 2. §. si sub conditione? Respon. quia in dubio benignius præsumitur: vt infra, de reg. iu. l. semper. id est, quod nascatur posthumus: & ideo quasi eo nato datur contra tabu. sic ergo aperitur edictum institutõ per natum, & nasciturum. sic non est contra supra eo. tit. l. 3. in prin. vbi non datur institutis. Item & secundum tabu. videtur dari: quæ dari consueuit pendente condi. quæ creditur extitura: vt d. §. si sub conditione. secundum Azo. Item non obstat infra. de bon. lib. l. si filius. §. cum filius, vbi expectat patronus alios. sed verum est prius res: hic autem erant eodem gradu natus, & nasciturus. vnde non est ibi iniquitas: hic esset iniquitas, expectare tantum.

[l] Moriatur. Quàm petat bonorum posses. contra tab. vel secundũ tab. & facit j. l. proxi. apparet ergo, quod potest

[1] Pro hac expositione Mand. in Glo. Facult. §. Et proprium in ves. habeat.

[2] Sed quare dicitur potius in fœmina exhæredatio quam in masculo? dic, quia nõ dicitur cõtinuari dominiũ in bonis matris, vt in bonis patris. Bar. in l. pater filiũ. 3. col. vers. sicut dicim'. s. de inof. testa. & l. in suis. s. de liberis & posthum.

maximè a necessariū est in filio emancipato scripto hærede: a quia nec hereditatem interim adire b potest.

Julianus lib. xxxiiij. digestorum. V.

SEd & si decesserit antè, quàm peteret bonorum possessionem: nō est iniquum, c prętorem decernere, hæredibus eorum saluum fore cōmodum bonorum possessionis secundum tabulas, vel contra tabulas. d

Paulus libro xlj. ad edictum. VI.

SI emancipatus filius nepotem procreauerit, e & ita decesserit, deinde auus eius: f nepos ad aui bonorum possessionem venire potest. g Quòd si & filium, & nepotem h emancipauerit: viuente quidem filio, nepos non veniet: post mortem autem eius ad bonorum possessionem aui veniet. Nepote quoque solo emancipato, & auo mortuo, deinde patre eius: nepos præteritus accipiet patris bonorū possessionem: quia suus i hæres futurus k patri l esset, si de potestate aui non existet. * Filio emancipato, si nepos retentus sit, & vtrique m præteriti: vtrique accipient bonorum possessionem. Si filius n emancipatus in adoptiua familia nepotem susceperit: ne nepos quidem ad bonorum possessionem aui naturalis veniet. o Sed & si emancipatus p filius procreatis nepotibus in adoptionem se dederit, vt eum filij sequantur: q idem erit.

Planè si is, qui apud adoptiuum auum procreatus est, emancipatus fit: veniet ad bonorum possessionem aui naturalis. Adoptio enim tamdiu r nocet, quâdiu quis in aliena familia est. Cæterum emancipatus ad bonorum possessionem parentum naturalium venit: sed emancipatus viuis s eis, non etiam post mortē eorum. Hoc enim verius est, post mortem eorū emancipatum t nō admitti.

a In P. Fl. q nec hæreditatem &c.

* P. Flo. si potestate aui non exisset.

potest petere de æquitate. & si differt volens iuri communi deseruire, transmittit.

Planè. In §. isto dicitur, Filius emancipatus dedit se alicui in arro. nepos ex eo natus est apud patrem adoptiuum. nunquid iste nepos vocabitur ad contra tab. aui naturalis? sic: & si est præteritus ab eo non durante adoptiua familia, quod intelligendum est, si iste nepos est natus viuo auo, secus si post mortem eius.

a Quod maxime. Electiuè ponitur. nam aliud est in suo: vt supra, de acqui hæred. l. ventre. H.

b Adire. Propter posthumum præteritum, vt dicunt. sed certè hoc nō impedit: quia in pari gradu est cum posthumo: vt s. de acqui. hære. l. cum qui. §. t. imo quia aditio est de iure ciuili, cui emancipatus erat incognitus. Azo.

c SEd & si decesserit. Iniquum. Imò videtur iniquū: cum poterat petere contra tabu. sed non est, quia iuri communi voluit deseruire.

d Vel contra tabulas. Hæc disiunctiua pro altera parte vera est, scilicet quia habet contra tabu. non autem secundum tabu. vt supra. l. proxi. §. fins. Sed Azo dicit ibi etiam secundum tabu. dari. Et no. quod regulariter bon. pos. vel hæreditas non adita, vel non agnita non transmittitur: vt supra, de bon. posses. titu. generali. l. 3. §. acquirere. sed fallit hic, si distulit deseruiendo iuri communi. Item fallit in libertis. Item intra annum deliberationis: vt C. de cadu. tolleo. §. in nouissimo. & in alio: vt supra, ad Syl. l. si quis grau. §. eleganter. Item C. de inoffi. testamen. l. si quis filium. Item supra, de acquiren. hære. l. Pantonius. Sed ibi propter restitutionem in integrum. Item fallit infra, de Carbo. edict. l. scriptus in fine.

e Procreauerit. Secus si adoptauerit, vt Insti. de hære. ab intesta. §. cum quæritur. in fi. & supra, de in ius vocand. l. sed si hac. §. si filius. Azo. & supra, de in ius vocan. l. quæsitum.

f Auus eius. Scilicet decesserit.

g Potest. Ex lege Velleia non: quia neque filius, neque nepos erant in potestate, quod est opus vt illa lex locum haberet: vt Institu. de exhæred. lib. §. posthumorum.

h Nepotem. Sed quæ erat hic dubitatio? Respond. quod hoc edictum maximè propter emancipatos est inductū: sed certè idem & si alio modo sint sui iuris. vt supra l. t. §. & sui iuris. in fine.

i Quia suus. Respōdet tacitæ obiectioni, quæ fieri potest ex eo quod est supra eodem. l. illud §. ad testamenta.

k Futurus. Sic supra eodem, l. illud. §. si quis.

l Patri. Nunquid auo? Respond. vt C. vnde liber. l. qui se. Azo.

m Vtrique. Vt infra, de coniungen. lib. l. 1. in princ. & supra, de inoffici. testamen. l. si proponas, & infra, de collatio. bonorum. l. filius emancipatus.

SI emancipatus. CASVS. In principio huius legis dicit, Filius emancipatus post emancipationē procreauit nepotem: tandem decessit filius, decessit auus, nepos inuenitur præteritus, nunquid vocabitur ad contra tabu. in bonis aui? Respon. quòd sic. Sed quid erit? filium, & nepotē emancipauit, viuo filio decessit auus, nepote præterito. nunquid nepos vocabitur ad contra tab. viuo filio? non. Sed quid erit? mortuus est filius, bonorum posses. contra tabu. non petit. nunquid nepos poterit petere contra tab. certè sic. sed si solus nepos emancipatus est, & præteritus, & ipse vocabitur. quid erit? filiū emancipauit: nepotem in potestate retinuit: nunquid filius vocabitur ad contra tab. sic: & nepos similiter ex alterius p'ona. Sed quid? filius est datus alteri in adop. nunquid venit ad contra tab.? sic, si desinit esse in alterius familia. similiter & nepos admittetur.

n Si filius. Extranei.

o Veniet. Vt supra eo. l. 3. §. si quis filio. sed hic extraneo fuit datus.

p Sed & si emancipatus. A patre naturali.

q Sequantur. Verè sequuntur: vt supra, de adop. l. si pater. sed contra huic respon. supra eod. l. 3. §. idemq; sed hic extraneo se dedit.

r Tamdiu. Vt Institutio. de exhæreda. libe. §. qua ratione. & infra, de ventre in possessio. mitten. l. 1. §. si filius. & infra eodem, l. si ex duobus. § filius. & C. de adoptioo. l. penulti. §. si verò pater. & §. sed hæc. & ex hoc collige idem esse in proximo superiori casu. Accursius.

s Viuis. Facit Institu. de hæred. ab intesta. §. at hi. & §. eadem, & §. admonendi.

t Emancipatum. Nepotem ab auo adoptiuo.

SI

Caius libr. xiiij. ad edict. prouin. VII.

SI retentus [a] fuerit in potestate nepos, filio emancipato: admittitur nepos viuo auo ad patris bonorum possessionem.

Vlpianus libr. xl. ad edictum. VIII.

NOn putauit [b] prætor exhæredatione notatos, & remotos, ad contra tabulas bonorum possessioné admittẽdos: sicut nec iure ciuili testamenta parentũ turbãt. [c] Sanè si velint inofficiosi querelã instituere: in ipsorũ est arbitrio. Aliqua tabularũ parte exhæredé [d] scribi nõ sufficit: [e] sed eo gradu, contra qué petitur bonorũ possessio. [f] Vnde si à primo gradu exhæredatus sit filius, à secũdo præteritus, & primo gradu scripti nõ petierint bonorũ possessionem: poterit [g] contra tabulas accipere bonorum possessionem.

Non quæuis exhæredatio submouet filium à contra tabulas bonorum possessione, sed quæ ritè [h] facta est. Si ab vno ex hæredibus sit filius exhæredatus: Marcellus libro nono Digestorum scribit, filium non videri exhæredatũ: [i] idcirco contra tabulas bonorũ possessionem peti posse contra vtrunque hæredem. Si & exhæredatus sit [k] filius, & institutus: obtinente eo gradu, in quo institutus [l] est, puto commisso edicto ab alio filio, contra tabulas bonorum possessionem eum petere posse. [m] A primo gradu præteritus est filius, à secũdo exhæredatus, si

SI retentus. CASVS. Si pater habens filium, & ex eo nepotem filium emancipauit, nepotem in potestate retinuit, & filius emancipatus pterijt suũ filiũ: & viuo auo nepos vocatur ad contra tab. patris sui. Ex lege ista colligetis arg. pro sententia Accur. & Azo. qui dixerũt, si habeo filiũ, & ex eo nepotem: eo ipso quod emancipaui filiũ, non videor nepotẽ emancipare: vt hic, & supra, de adop. l. liberum. licet quidam cõtra dixit. arg. eius, quod legitur supra, de adop. l. si pater. sed illud debet intelligi, si pater emancipauit filium cum nepotibus.

[a] Si retentus. Facit infra, de ven. in pos. mi. l. 1. §. 1. & de collat. bono. l. si quis filiũ. & si tabu. testa. nul. ext. l. si pater.

NOn putauit. CASVS. Si pater, vel auus paternus, vel proauus liberos suos exhæredauit: liberi exhęredati non veniunt ad contra tabu. sed possunt dicere testamentum inofficiosum. Sed vnũ sciatis: quia ad hoc vt filius repellatur à contra tab. nõ sufficit aliã partẽ testamenti scribi, sed debet exhæredari ab eo gradu, quo petit bonorum possessio. Non quæuis. Habuisti supra, quod exhæredatio habet repellere liberos à contra tabulas. quod est intelligendum de ritè facta, non de ritè non facta. nõ enim quæuis exhæredatio repellit filium à contra tabu. Si ab vno ex hæredibus est facta, non ritè facta est: ideo nec repellit à contra tab. Si ab omni gradu ritè facta est, repellit à contra tabulas. Sed quid? filius est exhæredatus à primo gradu: est institutus in secundo gradu: nunquid poterit petere contra tabulas? Resp. sic: ex persona fratris committentis edictum potest quis à primo gradu præteriri, à secundo exhæredari. & econtra. & vbi præteritur, contra illum gradum petit contra tabulas: vbi exhæredatur, non potest contra illum gradum bonorum possess. petere. Si quis.

Paterfamilias filium emancipatum exhæredauit, eundem arrogauit: nunquid repellitur à contra tab. sic. quia iura naturalia in eo præualent, secus in extraneo. Quid enim? filium dedi in adoptio. deinde eum exhæredaui, postea emancipatus est. nunquid nocebit ei exhæredatio? sic. Vnum sciatis. Si dedi filium in adoptionem, tenet si eum exhæredo, quamdiu est in adoptiua familia: quia non videtur esse filius. alias sic. Sed quid si institutus est is, per quem quæritur hæreditas: nunquid admittitur ad contra tabu. sic, si sit præteritus.

Vt autem. Præteriti qui volunt admitti ad contra tabulas debent esse de liberis. si dati sunt in adoptio. nõ admittuntur ad contra tabu. patris naturalis nisi sint scripti, & alius committat edictum. Non est nouum. In §. isto ponit casus in quo aliquando expedit instituto peti bo. pos. cõtra tab. & est talis. Ponamus, testator filium suũ instituit ex vna vncia: me filiũ emancipatum præterijt. si ego non peterem contra tab. tu haberes vnam vnciam, si peto contra tab. rescindo testamentũ, & res reducentur ad causam intestati: tu institutus habebis partẽ virilem. si alius institutus hæres erat de liberis, habebis quatuor vncias, & ita profui tibi, quod petij contra tab. sed si alius institutus esset extraneus, tu haberes semissem, & ego semissem. & sicut expedit instituto petere contra tabulas, ita contra damnosum est. nam si filius in potestate est institutus insolidum, ego filius emãcipatus sum prætetitus: si peto cõtra tabulas, vel econtra, hic deterior causa est sua: quia si nõ petijt, institutus peteret secundũ tabulas, & haberet totum. sed quia petijt contra tabulas ipse habebit semissem, & ego semissem. Viuia.

[b] Non putauit. Vt supra l. 1. in prin.

[c] Turbant. Scilicet alio modo quam qui sequitur: vel non turbant ipso iure, vt nõ contradicat sibiipsi. & facit s. de libe. & posthumis. l. filio.

[d] Exhæredem. Scilicet filium suum.

[e] Non sufficit. Vt hæc bonorũ possessio cesset. Azo.

[f] Bonorum possesio. Secundum tabulas.

[g] Poterit. Scilicet filius. Sed quid econtra si filius à primo gradu præteritus, à secundo exhæredatus, institutis tempore mortis existentibus, & postea repudiantibus: nunquid sufficit peti contra tab. vt etiam substitutio rumpatur? quod videtur: vt supra, de libe. & posthu. l. si posthumus. & supra, de iniusto test. l. nam & si sub conditione. Item certum est dari contra tab. vt supra eod. l. illud. in princi. & infra eod. l. filium. ergo contra substitutos nõ potest dari querela, si adijssent ex substitutione: quia illa datur deficiente alio auxilio: vt Insti. de inoffi. test. §. cum autem. Sed videtur contra scilicet, quod substitutio teneat etiam pupillaris, licet vitietur institutio per contra tabu. vt infra, de leg. præstan. l. 2. certè pro parte instituti ibi tenere videtur testamentum, licet ipse pupillus institutus accepit contra tab. quia habet ibi contra tab. iure bono. possessionis secundum tab. vt infra, de leg. præstan. l. nonnunquam. secundum Azo. & facit C. de lib. præt. l. 1.

[h] Ritè. Id est. solenniter, licet non rectè, quia non meruit exhæredari: quandoq; tamen vnum pro altero ponitur: vt supra, de inoffi. testa. l. 4. & supra, de libe. & posthu. l. & si pepercerit, secundum Azo. sed in solennitate refert, deficiat vitio testatoris: vt infra eo. l. sub conditione. an hæredis: vt infra ea. l. §. si quis sua. Hu.

[i] Exhæredatum. Vt supra, de lib. & posthu. l. & si pepercerit. §. filius.

[k] Si exhæredatus sit. A secundo gradu. Azo.

[l] Institutus. Scilicet in primo. Azo.

[m] Posse. Contra. videbat propter duo: & quia institutus, & quia exhæredatus erat. & facit j. e. l. si post. §. penul.

Sed

in primo gradu scripti non sint in reb. humanis mortis testatoris tépore: dicendum est, contra tabulas bonorum possessionem præteritum petere nō posse. Hęreditas enim in secundo gradu versatur, non in primo: ex quo neque adiri hæreditas, neque bonorum possessio peti potest. [a] Sed si post mortē testatoris decesserint hæredes scripti: idem Marcellus putat cōtra tabulas bonorum possessionē semel natam cōpetere. Sed & si defecerit conditio [b] institutionis: adhuc tantūdē dicit pręteritum ab eo gradu filiū contra tabulas bonorum possessionem petiturum. Idem scribit & si posthumus, q institutus fuit, nō fuerit natus: nā adhuc cōtra tabulas bonorū possessionem competere [c] filio, Marcellus ait. Si quis sua manu exhæredem se scripserit, an contra tabulas bonorū possessionem possit accipere, videamus? Et Marcellus libro nono Digestorū, nocere [d] ei hanc exhæredationē ait: quia senatus hoc pro nō scripto nō facit, quod contra eum est. Si quis emancipatum filium exhę redauerit, eūq; postea arrogauerit: Papinianus libro duodecimo quæstionum ait, iura naturalia [e] in eo præualere: idcirco exhæredationē nocere: [f] sed in extraneo [*] adoptato Marcelli sententiam probat, vt exhæredatio ei arrogato postea non noceat. Postliminio [g] autem reuerso filio, dicendum est, exhæredationem antea factam nocere. Si filium in adoptiua familia constitutum pater naturalis exhæredauerit, deinde sit filius emancipatus, [*] nocebit [h] ei exhæredatio. In adoptionem datos filios non submoueri voluit prætor, si modò hæredes instituti sint: & hoc iustissimè eum fecisse, Labeo ait: nec enim in totum extranei [i] sunt. ergo si fuerint hæredes scripti, accipient [k] contra tabulas bonorum possessionem. sed ipsi soli non cōmittent edictum, nisi fuerit alius præteritus ex liberis, qui solent committere edictum. Sed si ipse [l] scriptus non sit, sed alius, qui ei acquirere hæreditatem potest: non est in ea causa, vt eum ad bonorum possessionem contra tabulas [m] admittamus. Vt autem admittantur [n] ad bonorū possessionem: ex liberis eos esse oportet. Cæterùm si adoptiuum filium dedi in adoptionem, & hæredem scripsi: commisso per alios edicto, bonorū possessio [o] cōtra tabulas ei non dabitur. Datur autem ei, qui [p] in adoptiua familia est, contra tabulas bonorum possessio: [q] si eo gradu hæres scriptus sit, cōtra quē peti potest bonorum possessio. Non est nouum,

[a] Peti potest. Facit ǰ. de ven. in poss. mit. l. 1. §. si venter. & §. seq. & ǰ. de Carb. edi. l. si impubes. §. interdū.

[b] Conditio. Nunquid & si nullus alius sit institutus? quod videtur: vt ǰ. eo. l. filium. Azo. & facit ǰ. eo. l. quod vulgo. & ǰ. tit. 1. l. sed & si. §. nō omnia. & s̄. de iniusto test. l. nam & si.

[c] Competere. Sed nunquid admittetur vt præteritus, vel vt exhæredatus? Respond. vt præteritus. Item contra quos? Respond. contra institutos in secundo gradu. nec tamen repellent eum, quia dicant exhæredatum. vel potest dici contra ipsum testamentum: vt supra eo. l. illud. in si.

[d] Nocere. Quia ritè facta est, nec obstat senatuscon. Libonianum. quod dicit non valere, quando aliquis sibi adscribit aliquid: quia hic contra se, nō pro se. ad quod supra, de interroga. actio. l. de ętate. §. 1. & infra de fal. l. vxori. Sed an possit agere de inofficioso? dic quod non: vt infra, de bon. lib. l. quæritur. & infra, de interdi. & rele. l. relegatorum. in fin. & C. de dec. l. ne qs. & C. de hære. l. curiales. Sed argu. contra s̄. de ijs quib. vt indi. l. 1. & nota. de hoc C. de inofficioso testa. l. si quando. in fi.

[e] Iura naturalia. Quia filius erat, nec rumpitur testamentum per arrogationem quo ad hoc: licet secus sit in extraneo alio vt subijcit, quia rumpitur testamentum per arrogationem puta fratris, qui potest exhæredari, & agere querela turpi persona instituta: vt C. de inoffi. testa. l. fratre. vel dic. quod prorsus extraneus fuerit, & fuit adoptatus & exhæredatus, & tandem emācipatus, & iterum adoptatus, & secundum hoc non ob. infra, de verbor. obliga. l. quidā cum filiū. vbi dicit, quod exhæredatio res est inepta in extraneis: quia prædicti non sunt extranei prorsus. sed cum hoc secundo casu sit ruptum, vt dicis, quomodo petitur iterum rumpi per contra tabu. Respon. ruptum est de iure ciuili, non prætorio: vt C. e. l. 2. sic ergo hoc casu petitur contra tabu. sed superior querela inoffi. testa.

[f] Nocere. Vt non habeat contra tab. & facit s̄. de libe. & posthu. l. filio. & C. de ijs qui ve. æta. l. si. Accur.

[g] Postliminio. Facit supra, de iniusto test. l. sed nec.

[h] Nocebit. Vt non habeat contra tabu. nec enim omnino extraneus est: vt infra proxi. §. & insti. de hæred. ab intesta. §. ea. in si.

[i] Extranei. Extraneis ergo hæredib. institutis non committitur edictum: vt infra ea. l. §. vt autē. & facit ǰ. de vent. in possess. mit. l. 1. §. si filius. 2. Sed certè & non instituti videntur habere contra tabu. vt infra, de coll. bo. l. 1. §. is quoque. Solu. ibi erat institutus vt & hic. nec dicta, ergo non conferet: vt ǰ. eo. l. filium. §. & hoc fit consequens. quia illud de rigore, secus de æquitate: vt ǰ. de col. do. l. si filia secundum lo. Vel ibi erat adoptatus ab auo materno: hic ab extraneo: vt dixi supra eod. l. 3. §. si quis filio.

[k] Accipient. Alio cōmittēte edictum: sed ipsi non cōmittent, vt subijcit.

[l] Sed si ipse. Scilicet datus in adoptionem.

[m] Contra tabulas. Cur ergo adoptiuus filius scriptus hæres patri suo adoptiuo committit edictum, quod videtur: vt infra eod. l. si post. §. si in adoptione? Respond. in filio secus est: quia licet stricto iure committat edictum patri, tamen quantum ad effectum non patri, sed filio quæritur.

[n] Vt autem admittantur. Dati in adoptionem alij. Azo.

[o] Bonorum possessio. Alio committente edictum.

[p] Qui. Datus à patre naturali.

[q] Bonorum pos. Alio committente edictum. & facit ǰ. ea. l.

[*] In F. Fl. non est, adoptato.

[*] In F. Fl. nocebit & exhæredatio.

ea.l.§.si ab uno. Sed contra ꝫ.e.l.cum emancipatus.§. qui duos. Sed hic in filijs, ibi in nepotibus: qui est qui eos antecedebat.

a Hæres scribatur. Et ex xi.unc. is alius.

b Non habere. Scilicet iste testator, aliàs frater: & tunc melior.

ut emancipatus præteritus plus iuris scriptis[a] heredibus patris sui tribuat, quàm habituri essent, si soli fuissent. quippe si filius, qui in potestate patris est, ex duodecima parte hæres scribatur,[a] emancipato præterito, dimidiam partem beneficio emancipati occupat: qui si emancipatũ fratrem non haberet,[b] duodecimam partem habiturus esset. Nam[a] & si ex parte minima sit heres institutus: nõ pro ea parte, qua institutus est, tuendus est, commisso edicto: sed amplius[c] per bonorum possessionẽ habere potest. Pretoris enim propositum est, cum contra tabulas bonorum possessionem dat, eas partes unicuique liberorum tribuere, quas intestato patre mortuo in hęreditate habitur[a] esset, si in potestate mansisset: & ideo siue emãcipatus, siue is, qui in potestate mansit, siue in adoptionem datus ex minima parte hæres scriptus sit: non redigitur ad eam portionem, ex qua institutus est: sed uirilem accipit.

Caius libro xiiij. ad edic. prouin. IX.

Vtrum autem pater adoptiuus uiuat, an defunctus sit, nihil interest: nam hoc solum quæritur, an in adoptiua[†] familia[d] sit.

Filius datus in adoptionem potest uocari ad contra tabulas ex persona hæredis committentis edictum. Idem in filio dato in adoptionem auo materno.

Vlpianus lib. xl. ad edictum. X.

SI post mortem testatoris hæres institutus filius[e] in adoptionem se dederit: bonorũ possessionem contra tabulas accipere potest:[f] quia scriptis hæredibus institutis non solet nocere adoptio. Si filius in adoptionem datus auo materno[g] hæres institutus sit à patre naturali: commisso per aliũ edicto, magis est[h] ut bonorum possessionem accipere possit. Nec enim exigimus,[i] ut adeat hęreditatem: sed sufficit, ut ei delata sit, acquiriq; possit.[k] Si in adoptionem datus, postea quàm iussu patris adoptiui hæreditatem[l] adijt, emancipatus fuerit: potest contra tabulas bonorum possessionem accipere: hæreditatemque ipse potius habebit, quam pater adoptiuus. Illud[m] notandum est, quòd & si adierit hæreditatem[n] in adoptionem datus: contra tabulas ei datur.[o] Aliàs autem si quis[p] legatum,[q] siue portionẽ sibi datam agnouerit: à contra tabulas bonorum

c Sed amplius. Facit ꝫ.eo.l.cum emãcipatus. & supra de inof.test.l.mater.l si.& ĩ.de leg.3.l.si.& ĩ.e.l.filium.§.& hoc sit cõsequens. Sed contra ꝫ.e.l.ex duobus.§.sed illud.& ꝫ.t.t.l.filium.§.ad eum.ubi non potest habere pl'.quã habebat ex institutione. Solu. ibi iam adierat ex institutione, quo casu non potest petere cõtra tabu. & sic nec maiorem partem consequi, quã ea institutione: ut infra eo.l.ex duobus.§.qd' si is.

d VTrum. Familia. Põt poni habito respectu ad patrem naturalem, id est, quãdo de eius hæreditate agitur. nam non habet filius contra tabu. contra testamẽtum patris naturalis, si est in familia adoptiua tempore mortis naturalis patris: siue uiuat post, cum petitur cõtra tabul. siue nõ uiuat pater adoptiuus: ut Insti.de hęre.ab in testa.§.eadem. H.

SI post mortem. CASVS. Pater familias filium suũ instituit. Ille se dedit alteri in adop. nunqd poterit uocari ad cõtra tabulã? Et respõ. quod adoptio non nocet ei, quin uocetur ad cõtra tab. Sed & si filius. Pater filium suum dedit in adoptio. auo materno, eum instituit, aliũ præterijt. nunquid ex persona fratris committentis edictum poterit accipere bonorum posses sessionem cõtra tabulas? sic: ut potius habeat, quàm pater adoptiuus, cuius iussu adiuit hęreditatem.

Alias autem si quis legatum. Si filius præteritus legatum sibi relictum agnouit, repellitur a contra tab. uno ita iciatis, illi liberi uocantur ad cõtra tab. qui pro liberis habentur: unde exhæredati liberi non uocentur ad contra tab. cum habeant querelam, etiã si alius committat edictum.

Hi qui. Si sum institutus hæres, & frater meus emancipatus est præteritus, possum petere contra tab. ex persona fratris cõmittẽtis edictum, siue uelit bo. pos. petere ut præteritus, siue non: quia ex quo sũ admissus, debeo petere bonorũ possessionem eo inuito.

e Filius. Altero prætérito.

f Potest. Præterito committente edictum. alias cõtra ĩ.eodem, l.3.§.si emãcipatus filius pręteritus.

g Auo materno. Idẽ & si extraneo, & multo magis. Sed hic contra uidebatur quasi oĩno ad hũc patrem adoptiuum respiceret, nec in aliquo respiceret patrem naturalem.

h Magis. Electiuè ponitur.

i Exigimus ut adeat. Aliàs habeat, id est, adeat ex testamento. imò ecõtra exigimus ut non adeat. aliàs contra tabul. ei non daretur: ut ꝫ.e.l. ex duobus. in prin. Azo.

k Possit. Alias non datur eis contra ta. ut ꝫ.eo.l.si in adoptionem.

l Hæreditatem. Patris naturalis, qui eum instituit, alio pęterito qui commisit edictum.

m Illud. repetit quod dixerat, unde notet illud esse speciale.

n Hæreditatem. Patris naturalis, qui eum instituit. & dic iussu patris adoptiui. alias enĩ non potest: ut ĩ. de acquir. hęred.l.si qs mihi bona.§ iussum.

o Ei detur. Commisso edicto ab alio pęterito: & sic excusat eum iussus patris. arg. cõtra ꝫ. de fal.l.filius.2.respõ.

ADDITIO. Dic secundum Bart. quod ibi non debuit parere patri, cum esset illicitum: hic debuit, cum esset licitum.

p Si quis. Sui iuris, scilicet.

q Legatum. Accipe, agnouerit.

[a] In P.F. hęredibus fratribus suis tribuat.

[a] Aliàs, Sed & si.

† Dic tamẽ remanere fil ũ adoptiuũ in potesta te patris naturalis, nisi adoptetur ab auo. Bal. in l. cum in adoptiuis. col.1.C.de adoption.

possessione repellēdus [a] est. Liberi, qui contra tabulas habere non possunt: [b] nec partē faciūt, si per alios committatur edictum. [c] Quod enim bonum est eis fauere, ut partem faciant nihil [c] habituri? [c] Exhæredati liberi quemadmodum edictum nō committunt, [d] ita nec cōmisso per alios edicto, cum illis uenient ad bonorū possessionē: [e] nnaq; eis q̄rela super, est si de inofficioso dicant.

Beneficio mihi competenti ex iure alterius, possū uti cōtra aliū, h.d. et est no. et mēti tenēdus. B.

Hi, qui propter alios [f] contra tabulas bonorum possessionem petunt, nō expectant, ut præteriti bonorum possessionem accipiant: uerum ipsi quoque bonorum possessionem contra tabulas petere possunt. Cùm enim semel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admissi, iam non curant, [g] petant illi necne bonorū possessionem.

Paulus libro xij. ad edictum. XI.

SI in adoptionē datus, sub conditione scriptus sit hæres à naturali patre: alio committente contra tabulas edictum, & ipse ueniet. [h] sed si defecerit conditio: repellitū ab ea possessione. Idem [i] puto & in eo, qui purè quidem, sed non iure scriptus sit hæres. Exemplo iuris legitimi, [k] & bonorum possessio contra tabulas distribuitur. Igitur nepotes ex uno filio, unā partem habebunt.

Ius accrescendi habet locum inter bonorum possessores.

Caius libro xiiij. ad edic. prouin. XII.

SI duobus filijs, & ex altero [l] filio duobus nepotibus bonorum possessio competat, & alter ex nepotibus non petat: pars eius [m] fratri accrescit. Si uerò ex filijs alter non petat: tam fratri, quā nepotibus [n] id prodest. nanque tunc duo semisses [o] fiunt quibus alterū filius, alterum nepotes cō sequuntur.

Per secundum testamentum in quo filius est præteritus, si in eo sint scripti uenientes ab intestato, rumpitur primum. Bar.

[a] Si prius testamentum extet iure factum, quo filius [p] exhæredatus est, sequens imperfectū, in quo præteritus sit filius: posteriore testamento præteritus, [r] rectè petet bonorū possessionem, si remoto quoque filio, [q] potiores sint in ea hæreditate posteriore testamento scripti [r] hæredes. & ita ius habet, ut cùm is, contra quem filius petit bonorū

[a] Repellendus. Sic ī. eo. l. 3. §. fi. & ī. eod. l. ex duobus. in prin. & ĩ. de bo. liber. l. & si ex modica. §. fi. & ī. de inoffi. test. l. Papinianus. §. si conditioni.
[b] Non possunt. Vt exhæredati. ut ĩ. eo. l. proxi. & ī. eo. l. 1. in prin.
[c] Habituri. Vt ī. de inoffi. testa. l. qui repudiantis. in princi. quandoque qui non admittitur, alij nocet. ut C. de natu. li. in authent. licet. ut no. ī. de le. 2. l. huiusmodi. §. si Titio.
[d] Non committūt. Scilicet per se: ut supra de lib. & posthu. l. fi.
[e] Possessionem. Vt & ī. proxi. & s. de libe. & posthu. l. fi.
[f] Hi qui propter alios. Vt instituti propter præteritos. nā instituti eo ipso quòd alij sunt præteriti, habent bonorum pos. contra tab. Azo
[g] Iam non curant. Imò curāt: quia nullo alio petente contra tab. tenētur scripti ad integra legata, ac si admisissent: ut ĩ. ti. 2. l. nōnunquā. & l. is qui. §. sed si solus. dic ergo non curant quantum ad hoc, quin eam possint petere. & facit ĩ. de separa. l. 1. §. sed & si quis. & C. de nō nume. pecun. l. penul.

SI in adoptionē. CASVS. Filius datus in adopt. scriptus est hæres sub condit. à patre naturali alius committit edictum. nūquid ueniet ad contra tab? sic. uetuntamē si deficeret cōditio, non ueniet. Exemplo. Sicut si habeo filiū in potestate, & ex alio filio nepotem, nepos ex alio uocatur ad suc. ab intest. ita & est in contra ta. si habeo duos filios, & ambos præteritos. ambo uocantur. sed si habeo duos filios. & ex altero præmortuo habeo nepotes, indubitanter sicut duo filij uocantur cum nepotibus ad suc. ab intesta. ita erit in contra tab. nam quo iure liberi ueniunt ad suc. ab intest. eodem iure debent uenire ad contra tabu. si sunt præteriti. h. d. cum prin. l. seq. Viuia.
[h] Veniet. Ante conditionem: secus si alius non committat edictum: ut ā. e. l. 3. §. quia ergo. quæ est contra.
[i] Idem. Scilicet ut nō admittatur ad cōtra ta. & sic ad proximum, uel dic ut admittatur. & sic ad primum. & pone eum emancipatū, & non in adoptionē datū. H.
[k] Legitimi. Id est, ciuilis. & facit ī. e. l. 1. §. uocant. & in auth. de hær. ab intes. §. si enim. & §. si uerò neq; fratres. Sed argu. contra Inst. de legi. agna. suc. §. nos uero.

SI duobus. Ex altero, id est, alio. tres enim erāt. Accur.
[m] Eius. Quia cum unius personæ uice funguntur, coniuncti sunt: ut ī. de leg. 2. l. plane. 2. respon. Azo.
[n] Quā nepotibus. Hoc ta narrē, quia frater cum fratre: cum uterque suam portionem & suo iure habeat uice uni[n] ut coniuncti nō funguntur. Azo.
[o] Semisses. Partis accrescentis. & facit ĩ. de coniungen. libe. l. 1. §. si quis ex nepotibus. Accur.
[p] Filius. Pater instituit extraneum sibi hæredem, filium exhæredauit in testamento perfecto: secundo in testamē to nō perfecto filiū præteriuit, & alium instituit, quæritur, an filius possit petere contra tab. secundas uidetur q̄ non: quia debet ualere testamentum, contra quod petitur contra tabul. saltem ab initio: ut ĩ. eo. l. quod uulgo. sed tamen distinguitur, an sunt instituti in secundo qui alias poterāt succedere ab intestato, ut alij filij: quo casu licet non ualeat, ut testamentum, ualet ut uoluntas, & rumpit primum iure C. & sic poterit peti contra tabulas. nam filio præterito non petente scripti in secundo remanent: & hoc proba. ut C. de testa. l. hac cōsultissima. an extranei, & sic filio præterito non petente, scripti in primo sunt hæredes: & tunc non petitur cōtra ta. & secundum hoc impropriè dicit contra tab. uel dic quod respexit ad ius auth. secundum quod ualet etiam iure testamenti: ut C. de test. auth. hoc inter. alij dant hic unde liberi: quod non placet.
[q] Filio. Præterito ab hæreditate: quia non uult uenire ad eam per contra tabulas.
[r] Scripti hæredes. In secundo, potiores dico scriptis in primo.

In P. F. Quo em. In P. F. habituro. sed nō recte.

Casū ponit Acc.

[a] Hūc §. pulchre explicat Vigl. I cōmen. ad §. eo autē solo. q. mod. test. infir. Inst. li. 2. [a] Vide q̄ in hūc locū scribit Ant. Aug. emē. li. 2. c. ulti. circa fin. quo loco hactenus errarū fuisse docet I inter punctioni bus huius loci.

Non

a Non possit. Quia extraneus.
b Excludatur. Scilicet a contra tabul. quia exhæredatus est.

Cum emancipatus. CASVS. In prin. huius legis tractatur quis sit effectus bonorũ possessionis contra tab. certè si pater instituit hæredem filium, emancipatum præterijt, & filius emancipatus contra tab. petijt. hic est effectus bo. pos. cõtra tab. ut eadem omnia restituantur per hæredem ei, qui petijt contra tabulas.

Qui duos. Paterfamilias habebat duos filios in ptãte: ex altero nepotem habebat, illum dedit in adopt. & eum hæredem instituit. alterũ filium præterijt. quæritur qualiter isti ueniunt ad suc.? Resp. quòd iste nepos in adopt. datus si pater eius uiuit, nõ admittitur ad contra tab. cum pater eum præcedat. sed si pater eius antequam peteret bo. pos. decesserit similiter non admittitur ad contra tab.

Si pater. Paterfamil. habebat tres filios, unum emãcipatum, & illum præterijt. duos quorum unum dedit in adopt. alterũ in potestate retinuit. ex illo dato in adopti. habebat duos nepotes, quos prætexijt: qualiter uocantur ad contra tab. filius emancipatus pro tertia, alius pro tertia, a patre filius in adopt. datus cum nepotibus pro alia tertia: & ipse habebit sextantem, aliam sextantem habebunt nepotes.

Si pater ex duob. Pater habebat duos filios, alterũ filium habentẽ filios emãcipauit: unum ex nepotibus quem habebat, ante quam emãciparet, eum in locũ filij adoptauit, postea emãcipauit eum, eo emancipato decessit. qualiter ueniunt isti ad contra tab. & certe ueniũt, quia filius qui remansit in potestate petet unam tertiam, alteram petet, qui est adoptatus in locum filij. aliam petet emancipatus cum

possessionem, amoto filio possit obtinere hæreditatem: filius quoque rectè uideatur petere bonorũ possessionem. si uerò ille non possit a hæreditatem obtinere: filius quoque excludatur. b

Quæ hæres acquirit iure ciuili effectus hæres, ea ipsa acquirit bonorum possessor iure prætorio effectus.

Iul. lib. xxiij. Dig. XIII.

Cum emancipatus bonorum possessionem contra tabulas accipit, scriptus hæres ei hæreditatem petenti cogendus est & prædia, & seruos hæreditarios præstare. Omne enim ius, quod per causam hæreditariam scriptus hæres nanciscitur, ad eum transferri c æquum est, quem prætor hæredis loco d cõstituit.

Qui duos filios, & ex altero e eorum nepotem habebat, f eum in adoptionem dedit, & hæredem instituit præterito altero filio. Quæritur, quid in his seruari debeat? utrum in partem patris sui admittatur, an uirilem portionem habeat? Respondi: in adoptionem datus nepos, & hæres scriptus quandiu pater eius aut in potestate, aut emancipatus est, non potest contra tabulas bonorum possessionem accipere. g Sed & si pater eius antè quàm bonorum possessionem acciperet, decesserit, h non admittitur i nepos ad bonorum possessionem.

filio suo. sed filius mortuus sit, & alter ex nepotibus in locum filij adoptatus est, tres partes fient & prædicto modo diuidetur. Viuia.

Cum emancipatus. Alias §. & aliàs lex.
c Transferri. Nisi scriptus sit de liberis: ut ĩ. eodem l. non putauit. §. fi.

Si pater emancipato filio p̃terito hæredes duos scripserit, filium, quem in potestate habebat, & alterum, quem in adoptionẽ dederat, ex quo duos nepotes in familia reliquerat, qui & ipsi testamento præteriti sint: bonorũ possessionem pro parte tertia emancipatus, k pro parte tertia is, qui in potestate remansit, l & pro parte tertia is, qui in adoptionem datus est, & filij eius simul m habebũt, ita ut sextans patri sextans nepotibus cedat. Si pater ex duobus filijs alterum habentem filios emancipauerit, n & unum ex nepotibus, quem ante emancipauerat in locum filij adoptauerit, præterito deinde emancipato o decesserit: æquius erit nepoti qui in locum filij uenerit, succurri: & in tres partes p * hæreditatem deduci: ut unam habeat, qui in potestate remanserit: alteram nepos adoptatus in locum filij: tertiam emancipatus cum filio suo, q qui nepotis loco fuerit. Sed & si mortuo filio alter ex nepotibus in locum filij adoptatus fuerit: tres partes in bonis fient. cùm sit æquius, eum qui in locum filij adoptatus est, non minus habere, quàm si non ex numero nepotum, sed extraneus adoptatus esset.

Si institutus adit hæreditatem beneficio præteriti committentis edictum, non potest per eum

d Loco. Sic ĩ. de bono. pos. l. 2. & ad Tre. l. si hæres ab eo.
e Altero. Filio, scilicet patre nepotis, & alio instituto eo nepote.
f Habebat. Cum patre suo.
g Accipere. Quia pater habebat dimidiam. & alter frater dimidiam. Hug. sed quid si post mortem patris bonorum possessionẽ acciperet? Azo.
h Decesserit. Post mortem aui, & non alias admittitur: ut j. de uen. in pos. mi. l. 1. §. si filius in adoptionem. in fi.
i Non admittitur. Quia nec per se, qa est institutus: nec per alium: quia nemo ẽ qui posset cõmittere edictum, cum alter esset institut⁹. & facit ĩ. eo. l. non putauit. §. dainz.
k Emancipatus. Præteritus.
l Remansit. Institutus commisso edicto per præteritum.
m Simul. Per edictum de coniungen. & facit j. ti. 1. l. quia. & de cõiun. li. l. 1. §. si inter. & ĩ. de inof. testa. l. si proponas. & j. proxi. §.
n Emancipauerit. Sed & alium post emancipauit.
o Emancipato. Scilicet filio, & instituto eo, qui in potestate remansit, item adoptato. H.
p Et in tres partes. Unam habebit filius in potestate constitutus, alterã nepos adoptatus, & tertiã alter nepos: & sic duo nepotes nõ habent solũmodo partem sui patris: & est ratio: ut hic dicit. & supra l. 3. §. si quis post. & facit supra prox. §. cum concor dan. & supra de ado.

pt. l. si pater. §. qui duos.
q Cum filio suo. Emancipato.

* In P. F. hæreditatẽ deduci.

Aphricanus lib. iiij. quæstionum. XIIII.

EX duobus [a] filijs emancipatis, alter hæres institutus est, alter præteritus: si institutus adierit, quamuis uerbis edicti parum expressum sit, tamen non posse eum petere bonorum possessionem respondi: quia iudicium [b] patris secutus sit. nec enim emancipatum, si legatum acceperit, admitti ad bonorum possessionem: siue ab hæredibus institutis, siue ab ijs, qui contra tabulas petierint, acceperit. Sed illud [*] obseruandum est, ut prętor eũ qui hęres institutus adierit, [c] in eam partẽ, qua scriptus sit, tueri debeat: dum tamen non ampliorem, quam habiturus esset, si bonorũ possessionem [d] accepisset: ut hactenus deteriorem [e] causam suam fecerit. Quòd si ex minore parte sit institutus: eam [f] duntaxat retinere posſit: & quòd extraneus [g] quoque legata præstare cogatur. Quod si is, qui in potestate est, hæres institutus sit: quoniam necessarius hæres sit: non aliud dici posse, quàm & ipsum petere posse bonorum possessionem. si modo hæreditati se non immiscuerit. tunc enim quia iudicium patris comprobasse uidetur, in eodem loco, quo emancipatum haberi debere. [h] Fili' in adoptiua familia, uxore ducta filium sustulit, [i] eumque post mortem [k] patris adoptiui emãcipauit. hũc nepotem [l] contra tabulas aui naturalis decreto posse [m] petere bonorum possessionem, respondi. Item si filius emancipatus sublato filio & emancipato, arrogandum se dederit, & mortuo [n] adoptiuo patre decesserit, & contra patris, [o] & contra aui tabulas ex decreto hunc admitti minimè dubitari debere: ne alioquin ab omnium bonis excluderetur.

Martianus libr. v. regularum. XV.

SI præteritus filius [p] emancipatus exceptionem doli mali agenti hæredi patris opposuerit de eo, quod patri debuit: non posse eum contra tabulas bonorũ possessionem petere existimo. nam hoc ipso quasi

[*] In P. P. incipit, Si duobus filijs.

[*] In P. P. obseruandum ait, ut prętor.

EX duobus. CASVS. In prin. huius l. dicitur. Pater habens duos filios emancipatos, alterum instituit, alterum prateritijt. nunquid si iste institutus adiuit poterit petere contra tab. ex persona fratris committentis edictum? Certè nõ: quia uidetur agnouisse iudicium defuncti petẽdo legatum, debet a contra tabulas repelli.

Sed illud. Si testator unum filium instituit, & alium prætérijt: sed institutus adijt iure ciuili: prætor debet tueri eum in ea portione, quã esset abiturus, si bo no. pos. ab intestato petijsset, uerũ si ex minori parte esset institutus, illa debet esse contentus &c. Sed quid erit, si ille qui est institutus, & necessarius hęs, petit contra tab. bon. poss. si immiscuit se: potest dici quòd agnouit iudicium defuncti: si nõ, potest dici quòd non repellitur a contra tabu. Sed quid erit? filius emancipatus habebat filium, illum emancipauit, & se dedit in adopt. postea moritur pater adoptiuus. nunquid etiã iste admittetur ad contra tabul. patris, & aui? certè sic, ne ab omnium &c. sed legata solum petita bon. pos. contra tabu. j. ti. r l. 2. & 2. & 3. Viuianus.

contra tabulas peti, uel eius portio augeri, sed legata omnibus debent præstari. Bar.

[a] Ex duobus. Alias incipit, si ex duob' aliàs, ex duobus.

[b] Quia iudicium. Bona ratio: ut subijcit j. ibi, tunc enim &c. & s. eod l. non tantum. §. fi. & arg. s. de inoffic. test. l. si proponas. §. 1.

[c] Adierit. Vel bo. pos. secundum tab. acceperit. ut arg. j. tit. 2. l. nonnunquã. Azo.

[d] Bonorum possessionem. Scilicet contra tabulas, licet alter committat edictum.

[e] Deteriorem. Quia institutus in maiore redit ad uirilẽ. sed certè tunc nec melior, nec deterior. sed j. pro xi. respon. fit deterior. quia si non adijsset, augeretur ad uirilem: ut s. e. l. non putauit. §. fi. quæ est contra. ADDITIO. Dic quòd ibi non adiuit, secus si adiuit: quia tunc eius portio potest diminui, non augeri secundum Bartolum hic.

[f] Eam. Partem scilicet tantum.

[g] Et quod extraneis. Not. tria incommoda sequi ad eundem, scilicet quòd contra tab. denegatur. Item qđ non augetur eius portio, sed minui potest. Item qđ legata præstat omnibus: ut hic, & j. si. 2. l. si duo. in fi. Est & quartum, quia non fit coll. ei ab emancipato præterito de rigore: ut j. de coll. bo. l. 1. §. ibi, de æquitate secus: ut j. de col. l. si filius, sed ad aliud qđ hic dicitur de lega. est contra j. tit. j. l. filium. §. fin. & l. is qui. §. sed si scriptus. sed in utraque earum solui.

[h] Haberi debere. Cõtra s. e. l. si post. §. si in adoptionẽ. So. ibi coactus adijt. ADDITIO. Dic secundum Bart. qđ ibi adiuit iussu alterius ad alterius utilitatem, hic sua sponte, & ad suã utilitatẽ.

[i] Sustulit. Id est, procreauit ex ea, se eus si aliquem adoptasset emãcipatus: ut s. de in ius uocã. l. sed si. §. sed si filius. 2. respon.

[k] Post mortem. Siue ante mortẽ naturalis, siue post: quia pater adoptiuus nõ uiuebat. tunc enim sec': ut s. e. l. si emãcipatus. §. fi. Azo.

[l] Nepotem. Institutum hæredẽ. alioqui absonum uidetur.

[m] Posse. Per alium committentem edictum.

[n] Mortuo. Idem & si uiueret: ut s. eo. l. non tantum. §. si pater. Azo. alij, ut H. subaudiunt etiã isto filio adoptiuo in eius existente potestate.

[o] Patris. Primo decedentis. idem forè si post: ut s. de inof. testa. l. si is qui.

SI præteritus. CASVS. In lege ista dicitur, Si pater me' me filium emancipatum præterijt, & extraneum instituit, & mihi legauit liberationem debiti, quod debitum sibi debebam: si hæres petit debitum, & repello eum exceptio. agnoui iudicium patris, & repellor a contra tabu. sed si non agnoui iudicium, petam contra tabulas in modum agendi si non possideo, & in modum excipiendi si possideo. Viuia.

[p] Si præteritus filius. Patris debitor, cui pater legauit liberationem. unde si opponat exceptionem doli ex dicta liberatione, uidetur approbare testamentum. Sed quid si ex causa pacti facti a patre, opponatur doli exceptio? Respondet, non per boc approbat testamentum, nam non sequitur quòd ualeat testamentum.

a Filius. Quod quilibet posset, qui debeset institui, & est prætetitus: ut ſ. de except. rei iudic. l. 2.

b Vsus est. Sed non uidetur posse opponi hæredi patroni uel parentis: ut ſ. de excep. dol. l. apud. §. libertum. sed hic ex dolo ipsius hæredis, scilicet quia non peti, ut ibi defuncti. Et not. quod contra tabulas potest opponi in modum exceptionis: ut ſ. de bonis libe. l. nihil. §. pe. & ſ. quib. ex cau. maior. l. nec non. §. quod eis. & de inoff. testa. l. Papinianus. §. si filius. Accur.

tunc excluditur à bonorum possessione. Sed & si petit bonorum possessionem, filius punitur in hoc, quia non poterit legatum sibi relictum, uel fideicommissum petere. similiter si petat mortis causa donationem sibi factam, illi petitio denegatur. Viuia.

y Hic & non alibi dicit B. & gl. in. l. 1. C. unde cogna. quod bon. poss. agenti datur rei uendicatio directa. uide ibi.

repudiauit bonorum possessionem. quod ita intelligendum est, si heredem petentem debitum noluerit filius [a] repellere illa exceptione, si non contra tabulas bonorũ possessio filio dari pōt. sed magis doli exceptiōe usus est. [b]

Pompo. libro iiij. ad Sabinum. XVI.

SI emācipatus [c] filius nepoti in potestate relicto ab extraneo hærede [d] fideicommissam hæreditatem, si liberatus aui potestate fuisset, reliquisset: si suspectus auus sit quasi cōsumpturus bona nepotis, non esse ei dandam bonorum possessionem. [e]

Vlpianus libro xxxv. ad Sabinum. XVII.

SI pater se dederit in adoptionem, nec sequatur eum filius emancipatus ab eo antea factus: quia in alia familia [f] fit pater, in alia [g] filius: bonorum possessionem cōtra tabulas [h] non potest filius eius habere. & ita Iulianus scripsit. Marcellus [i] autem ait, iniquum sibi uideri, excludi eos à bonorum possessione, cùm pater se dedit in adoptionē. [k] Vbi enim [l] non datur filius in adoptionem, sed pater se dat, nullum patrem filio assignat.. quę sententia non est sine ratione.

Hermogen. libr. iij. iuris epito. XVIII.

SVb conditione exhæredatus, [m] contra tabulas bonorum possessionem petet, licet sub conditione hęres institutus à contra tabulas bonorũ possessione excludatur. [n] Certo enim indicio liberi a parentum successione remouēdi sunt. Ei qui ꝯ tabulas bonorum possessionem accepit, tam legati, quam fideicōmissi exactio, sed & mortis causa donationis retentio denegatur. [o] nec interest, per semetipsum, an per alium quæratur. [p]

Triphoninus libr. xv. Disputa. XIX.

QVod [q] uulgo [r] dicitur, liberis datam bonorum possessionem contra [s] legem esse: sic intelligendum est, ut sufficiat extetisse ta-

c SI emancipatus. CASVS. Filius emancipatus instituit extraneũ, & rogauit eum restituere nepoti, si ab aui potestate esset liberatus, nũquid si auus est suspectus poterit ipse auus nomine nepotis petere bonorum possessionem? certè non.

d Ab extraneo. Hærede. quem emancipatus instituit.

e Bonorum possessionem. Scilicet contra tabu. quod uidebatur quia præteritus. sed certè hoc fuit pro commodo ei': ut C. de inoffic. testa. l. filius. & facit ſ. de libe. & posthu. l. multi. & ſ. de bon. lib. l. si patronus. §. si quis non mala. & ſ. de uulg. substit. l. cum ex filio. Acc.

SI pater. CASVS. Si paterfamilias, qui emancipauit filium, dat se in adoptionē, & filius qui est emancipatus, nō est secutus eum: nō debet bonorum possessionem contra tabulas ut suus accipere. hoc secũdum rigorem iuris ciuilis, & secundum sententiam Iuliani. sed secũdum Marcelli sententiã potest dici, non esse iniquum istum talem ad bonorum possessionem uocari hoc casu. Viuia.

f Familiæ. Scilicet adoptiua.

g In alia. Id est, non in illa.

h Contra tabulas. Scilicet patris in adoptiua familia existentis.

i Marcellus. Corrigit Iulianum.

k In adoptionem. Sed quomodo potuit testari? Respon. ut ſ. eo. l. non tantum. §. si pater absculus.

l Vbi enim. Respon. ei quod posset obijci ex l. ſ. eod. l. si emancipatus. §. si filius. Accur.

SVb conditione. CASVS. In lege ista duo dicuntur. Primo dicitur, si filius emancipatus exhæredatur sub conditione, nō rite exhæredatur: & ideo potest uocari tanquam præteritus ad contra tabu. sed si ritè esset exhæredatus, uel hęres institutus sub conditione,

m Exhæredatus: Quod fieri non potest: ut s. de liber. & posthum. l. 3. §. 1. & ideo non excluditur a contra tab. ut ā. e. l. non putauit. §. nō quęrus.

n Vxcludatur. Vt ſ. eod. l. 3. §. sed si sub conditione. & facit ſ. eo. l. si in adoptionem. Accur.

o Denegatur. Scilicet substituto: ut ā. de uulg. substi. l. si is qui. & facit ā. de inoffic test. l. Papinianus. §. meminisse. & de ijs quibus ut indig. l. post legatum. §. 1. & ſ. de bo. lib. l. in seruitute. §. si quis bonorũ. & §. nonnunquam. & §. præterea. Sed contra ſ. tit. 1. l. si filius. circa prin. ubi ueniēs uno iure nō perdit si ueniat & alio. sed hic per contra tab. uitiatur testamentum, ut nec ipse nec alij ex eo p tant. sed successio liberorum ex testamento nō pendet: ut ibi. Accur.

p Quæratur. id est, debeat acquiri: uel dic, id est, conqueratur. Accur.

QVod uulgo. CASVS. Si liberi petant contra tabulas bo. pos. cōtra illud testamētum, quod est nullũ: non possunt. sed si testamentum est solēniter factum, & accipiunt cum res est reducta ad causam intestati, contra legem est, quod debet ita legi. si enim ipso iure est nullum testamentum, & ex eo non potest adiri hęreditas, uel peti secundum tab. bo. poss. contra illud non debet peti contra tab. sed si testamentum est solenniter factum, & tale ex quo potest secundum tabul. peti: bene potest peti contra ta. a filio præterito.

q Quod uulgo. Quasi dicat contra legē est indistinctè dari bonorum posses liberis. & hoc dicitur uulg. nam debet distingui, an à tempore mortis ualuit testamentum, & tunc datur an non: & tunc si diceres dari, esset contra legem. s. ipsius prætoris, qui uiua lex est. ut ā. de iusti. & iur. l. nam & ipsum. nam tunc demum datur, cum testamentũ est perfectũ, & ualidum, ut hic. uel dic contra legē. l. pręter. [s] uel id est, cōtra uoluntatem defuncti quæ est lex: ut in auth. de nup § disponat. Sed non ne testamento rupto datur contra tab. ut C. e. l. a. Rñ. fauore posthumi ibi non ualet. hic autem iure communi:

r In P.F. uolgo.

† P.F. cōtra lignũ, i. contra testm̃, quia ligneis tabulis scribi solebat: nã lignũ in ea significatione nuncupatur ab Apuleio. Duare. 1. disp. ca. 30.

Prętoris. nox nua lex est.

s Cōtra l. præter. sic p Mando. sup. 1. cōmis l uer. contra, uer. contra ꝓpter. iuxta 2. editio.

meni: quia non fuerunt testes 7. uel alio modo ut hic subijcit. uel ibi etiam iure ciuili est ruptum, non prætorio. & facit j. de secun. tabu. l. 1. §. semel.

testamentum, nullis personis præstabit legata. Vivia.

a Exhæredauit. Et extraneos instituit.

b Quatenus. Id est, quantum, scilicet utrum in totum expugnat per contra tabulas, an pro semisse. Azo.

c Repellendum. A contra tabulas, ut j. eod. §. uideamus, ibi, iste enim, &c. nō a querela inofficiosi testamēti. Azo.

Diuisio.

Filium. Diuiditur hæc lex principaliter in quatuor partes. Primo ponitur thema, & quæstio qualiter succedatur, quando emancipatus est præteritus, suus exhæredatus, & extraneus institutus. Secundo determinatio ponitur prædictæ quæstionis. Tertio ponitur alia quæstio utrum eo casu fiat collatio. Quarto ponit unā quæstionē, quib. & à quo consistit legata præstentur. Secunda ibi, Dixi. Tertia in §. uideamus. Quarta in §. legata tamen. Secunda pars subdiuiditur in tres partes. Primo ponitur qualiter succedatur inspecto rigore iuris ciuilis. & inspecto rigore iuris prætorij. Secundo qualiter succedatur de æquitate quando hæreditas nō est adita. Tertio qualiter succedatur de æquitate quandò hęreditas est adita. Secunda ibi, Sed cum exhæredato. Tertia ibi, Sed quemadmodū. Bart.

CASVS. Pater habebat unum filium in potestate, & illū exhęredauit: alium emancipatum præterijt. modo quęritur, quatenus emancipatus potest petere cōtra tab. Et respon. si scriptus hæres adiuit hęreditatē, filius in potestate cōstitutus reppellitur. si repudiat, iste filius patri suo succedit ab intestato: unde indubitanter emancipatus poterit petere contra tab. & si petit contra tab. proficiet exhęredato. nam illa exhæredatio petita contra tab. nullius momenti incipit esse. sic ergo si institutus adiuit, exhæredatus potest mouere querelam contra tab. si institutus non adijt, exhæredatus adibit ab intestato. ueruntamen ex quo testamentum fuit solenne præteritus petet contra tab. siue sit adita hæreditas, siue adire potuit. Sed quid si institutus adiuit, exhæredatus uicit: etiam querela proficiet præterito, sed si emācipatus petierit cōtra tab. similiter res reducitur ad causam intestati. Sed nunquid locus est collationi? exhæredato non est conferendum, sed præterito. Sed diceres aliquis, uenale est beneficium prætoris, quod datur ex causa, & ita apparet quia exhæredato est utile peti bonorum poss. contra tab. nam si aliquis accipit contra tab. legata non sunt præstanda, nisi certis personis. sed si aliquis est exhæredatus, & peteret, uel moueret querelam, & rumperet

tabulas mortis patris tempore, ex quibus uel adiri hæreditas, uel secundum eas bonorum possessio peti potuit: quamuis neutrum eorum postea secutum sit, uel sequi potuit. Nam si uel omnes instituit, substitutique ante testatorem decesserint, uel is scriptus hæres fuit, cū quo testamenti factio nō fuit: peti contra tabulas * bonorum possessionem inane est, quæ sine effectu foret.

* In P.F. nō est, bonorū possessionē.

Si suus est exhæredatus, emancipatus præteritus, & extraneus institutus: siue adeatur hæreditas siue non: uterque dimidiam aduocabit, licet unus, scilicet emancipatus per contra tabulas, & alter ab intestato. Bartolus.

Idem libro xix. Disputationum. XX.

Filium, quem in potestate habebat, exhæredauit: a emancipatum præterijt. Quæsitum est quatenus b emancipatus bonorum possessionem habiturus sit? Dixi, si scripti hæredes extranei adierint hæreditatem: repellendum c esse filium, qui mansit in potestate. Quòd si hi repudiauerint hæreditatem (quod facilè sunt facturi, nihil laturi d ex hęreditate, propterea quòd qui contra tabulas accepit bonorum possessionem) filius e ab intestato patri suus hæres f deprehendetur. emancipatus autem petens g cōtra tabulas bonorum possessionem, solus h habebit bonorum possessionem. Sed cùm exhæredatio non adita hæreditate ex testamento, nullius sit momenti, i ideoque non obstare eam, k nec quò minus * contra tabulas patri accipiat bonorum possessionem, Iulianus rectè respondit: ne testamētum per omnia irritum ad notam exheredationis solam profecisse uideatur, l redit m res ad intestati exitum, n ut ad uersus filiū suum ex asse heredē ab intestato o patre emancipatū prętor in parte dimidia tueat. Erit ergo uenale p beneficiū scripti hrdis extranei: ut cū ipse iure q hereditatis nihil sit consecuturus, r

* In P.F. contra tabulas libertorum patris &c. atque ita etiam scriptū reperi in uet. exēpl. manu scrip.

d Nihil laturi. Etiā si adierint: ad quod est infra ista. &c. Accur.

e Filius. Non habeas hic §. secundū Azo. sed uidetur nō cōpetere ab intestato, dum habet locū contra tab. ut j. si tabu. testa. nul. extа. l. 1. §. ita. Solu. ibi.

f Suus hæres. Scilicet insolidum de iure ciuili, sed per prætorem assōciatur ei emancipatus: ut in §. redit.

g Petens. Potest enim licet desertum est testamentū, quia tempore mortis extiterunt tabulæ, & ex testamento adiri potuit hæreditas: ut s. l. proxim. Azo. & dic petens pro semisse: ut j. §. redit.

h Solus. Imò non solus: ut statim corrigit: imò non: ut j. §. uideamus. Azo.

i Nullius sit momenti. Nec cætera ibi scripta ualent: ut j. de bon. lib. l. si patron. §. ex testamēto. & C. de fideicom mis. l. eam quā. & j. de reg. iu. l. si nemo.

k Non obstare eā. Scilicet exhæredato. dicendum est, nec quo minus &c. aliàs nihilominus &c. & uerò non nocet filio patroni hæreditate patroni non adita: ut d. §. ex testamento. sed ea adita distinguimus mala mēte ut tunc noceat, alias non: ut dicta l. si patronus. §. si quis. & §. filius. Accursius.

l Videatur. Vt solum obsit, non prosit: ut optimè exponitur j. de bonis libertorum. l. si patronus. §. ex testamento. Accur.

m Redit. Suspensiue cum superioribus legatur.

n Exitum. Cum instituti repudiant assem.

o Intestato. Scilicet succedentem. Azo.

p Venale. Nam etiam pretio accepto poterit gratificari scriptus, uel suo, uel emācipato. sic ff. de iure dotiū. l. cum in fundo. §. 1. in fi. Accur.

q Iure. Ciuili: quod emancipatos nō cognoscit: ut Instit. de hære. quæ ab intesta. §. emancipati. & §. itaque. Sed contra s. eod. §. uideamus. ubi in partem tantum paternorum proficit repudiatio hæredum. sed illud quo ad effectum.

r Emancipatio enim est uoluntariç iurisdictionis. Spe. tit. de ferijs. §. s. uer. porro.

s Consecuturus. Qui emancipatus per cōtra tab. testamentum

adeundo repellat filiũ a in potestate relictum prę stetq; assem b emancipato filio iure contra tabulas bonorum possessionis. Si autem omiserit c hæreditatem: in bonorum possessionem d. exhęredatum effectum admittet, iure factum solum suum hæredem. Sed quemadmodum prætor emancipatum tuetur, e si adita non fuerit hæreditas: ita nec filius, qui in potestate remansit, aditione f adhibita in totum expellendus erit: sed ad hęreditatis portionẽ admittendus est ex causa inofficiosi querelæ contra emancipatum g mouendæ.

Inter eos qui diuerso iure succedunt: non habet locum collatio. Item emancipatus filius quando non facit iniuriam suo non habet locum collatio. Bart.

Videamus tamẽ isto casu, h quo utriq; ad bona patris ueniunt, an hi i conferre debeant.

Emancipatus namque nec ex hac parte k edicti uerbis id facere cogitur, unde l cõtra tabulas accepit bonorum possessionem, quæ m inter eos, quibus ita bonorum n possessio dabitur, caueri de collatione ab emancipato iubet. Ille enim o qui mansit in potestate, quod exhęredatus nominatim fuit, non est uocatus ad bonorum possessionem contra tabulas. neque ex illa p parte q edicti, r qua intestato s patre mortuo emancipatus ad bonorum possessionem admissus, t ad collationem compellitur: t quia & si frater ab intestato hæres sit, emancipatus tamen non inde accepit bonorum possessionem. Et uereor, u ne hactenus filio suo profuerit factum hæredis scripti non adeuntis, ut eum ad portionem admitteret bonorum paternorum, non etiam eorum, quæ emancipatus propria habuit: & hoc sit consequens illi, quod cùm ex minore parte scriptus a patre hæres x relictus in potestate, admisso fratre emancipato ad contra tabulas bonorũ possessionem, eius beneficio plus consequatur: y quamuis edicti uerbis z collatio inducatur, ex mente prætoris denegandum eam respondetur. multo autem magis huic conferri non oportet, a qui a patre exhæredatus, a prętore ad bonorum possessionem contra tabulas b non uocatur: c occasione omissę hæreditatis a scripto hærede nihil habituro propter delatam emancipato a prętore contra tabulas bonorum possessionem, nomen sui hæredis adeptus est.

Legata pro dimidia præstat emancipatus coniunctis personis suis nullo modo. Bar.

Legata tamen ex parte sua iste emancipatus

---

mentum expugnabit, & res habebit.

a Filium. s. si in tentatur contra tab. uel etiam a querela, si tamen iam soluit assem emancipato: sed emãcipatũ nõ excludit a querela: ut j. e. l. §. 2. ibi, nec filius &c.

b Assem. id est, totam hæreditatem.

c Omiserit. Extraneus institutus.

d In bonorum possessionem. Alias in possessionem bonorum. Alias in portionem bonorum. & dic admittet, scilicet emancipatus exhæredatum dico iure factum &c. scilicet hæreditate non adita.

e Tuetur. Per contra tabulas: ut s. §. redit. Accur.

f Aditione. Ab extraneo instituto facta.

g Contra emancipatum. Patet ergo, quod tenet testamẽtum de iure ciuili, licet sit data contra tabulas emancipato. ut C. eo. l. 2. & secundum hoc nõ est hic §. ex causa. Acc.

h Emancipatum. Quia hæreditatem sibi adscripto restitutam habet: ut s. dixi in illo §. erit. Azo.

Isto casu. Quo instituto non adijt: ut supra. §. si autem omiserit.

i An hi adinuicem. Et dicit quòd non: quia diuerso iure ueniunt. s. emãcipatus per contra tab, alter ab intestato. at collatio, uel cautio de collatione. tunc demum habet locum, quando omnes eodẽ iure per contra tab. ueniunt, ut hic subijcit. & j. de col. bo. l. 1. in princip. & §. quamuis.

k Ex hac parte. Pręmittit uerbum edicti ex hac parte, scilicet quod dat contra tabu. & inducit collationem.

l Vnde. Id est, ea qua parte.

m Quæ. Scilicet, Pars edicti.

n Ita bonorum. Scilicet sicut emancipato. Accur.

o Iste enim. Bene dicit quia per edictum non fit collatio, ut dictum est, nisi his qui habent bo. pos. contra ta. hic autem nõ habet: & hoc est, iste &c. & probatur infra eod. ibi, multo magis &c. Azo.

p Neque ex illa. Quasi dicat nec etiam &c. & facit j. eo. l. 1. §. 1. Azo.

q Parte. Quę uocabatur ad bonorum possessionem cõtra tab. Azo.

r Intestato. Quia non est adita hæreditas. Azo.

s Admissus. Quod esse potest: ut supra l. proxima.

t Compellitur. Id est, petitur compelli. quia ergo suus nõ eo iure, quo emancipatus uocatur, collatio cessat. nã nec emancipatus uocatur eo iure quo suus scilicet ab intestato ut subijcit, quia & si frater &c.

u Et uereor. Nunc soluit.

x A patre hæres. Scilicet esset.

y Consequatur. Scilicet scriptus hæres: ut supra eodem l. non putauit. §. fin. & hoc si non adijt institutus, aliàs non accrescit: ut supra. e. l. si ea duobus. §. sed illud.

z Verbis. Quæ dicuntur inter eos, quibus data est bonorum possessio, cõferatur. sed ex mente distinguunt, an læditur suus, & conferatur ei. alias non, ut hic, & j. de colla. do. l. si filia. & l. nec ipsi. & utrunque dic de rigore. sed de æquitate secus. ut infra de colla. bon. l. si filius. secundum Io. an. & no. s. l. ex duobus. §. sed illud. uel dic mentem, id est, æquitatem prætoris. & in l. si filius. est æquitas Sceuolæ, contraria æquitati prętoris secundum Azo. uel in l. si filius institutus adijt. hic non. Accur.

a Non uocatur. Subaudi, qui. & accipe nomen sui hęredis &c. occasione &c. & hoc dico, nihil habituro &c. Item contra huic §. C. eodem l. si emancipati. Sed ibi nullum fuit testamentum: hic sic. & ita distinguitur, ut dixi, læditur alius, uel non.

---

a In P. F. in portionẽ bonorũ cahęre datũ &c.

a In P. F. ad hæreditatis petitionem.

a In P. F. an ei conferre debeat emancipat⁹ nã que nec &c. & rectius meo iudicio q̃ hic.

a In P. F. quia patre intestato mortuo.

a In P. F. quia & a patre &c.

a In P. F. non uocatus.

liberis, & parētibus præstare cogetur: non solida,[a] sed deminuta in dimidium, quod[b] relinquitur in potestate manenti. Sed nec aduersus eum[c] constituendæ actionis legatorū ratio est, qui mero iure intestato hæres extitit.[d] [*] Si quis[e] accepit contra tabulas bonorum possessionem: etiam si non fuerit adita hæreditas a scripto, præstat legata ea parte testamenti data, cōtra quam bonorum possessio accepta est. erit ergo melior hoc casu[f] conditio in familia relicti filii, quàm foret, si exhęredatus non esset.

Modestinus lib. vj. Pandectarum. XXI.

SI is qui filium, & ex eo nepotem in potestate habebat, filium in adoptionem dederit nepote retento in potestate: postea filius emancipatus a patre adoptiuo decessit, extraneis hęredibus institutis: filius huius, qui in potestate aui remansit, contra tabulas patris sui bonorum possessionem petere poterit, quamuis nūquam in potestate huius fuerit: ideo nec debuisse[g] in potestate esse uidetur. nā si aliter obseruetur: nec si emancipatus filius fuerit, nepos ex eo, qui in potestate aui remāsit, bonorum possessionem contra tabulas petere poterit.[h] Idemque iuris est, si emancipato filio nepos ex eo in potestate aui remansit, & postea patri suo in adoptionē datus[i] fuerit: id est, contra tabulas aui bonorum possessionē petere poterit: quia per adoptionē in alia[*] [k] familia nō fuerit. Sed si emancipatus filius meus adoptauerit extraneū filiū: is, q adoptatus est filius, contra tabulas meas bonorū possessionē petere nō poterit: qa nunquā[l] nepotis loco apud me fuit.

TITVLVS V.

DE LEGATIS præstandis contra tabulas bonorum possessione petita.

Primò commendat edictū, & ponit mentem edicti. secundò incipit illud exponere. secunda ibi, Generaliter. usq; ad finem. Bar.

Vlpianus li. xl. ad edic. I.

---

a Non solida. Quod uidebatur, quia in assem accepit contra tabulas. Azo.

b Quod. s. dimidiam. & facit ī. ad legem Falc. l. ratione. §. hæredes. & de leg. 3. l. si. Accur.

c Eum. Qui mansit in potestate.

d Extitit. Repudiātibus scriptis: ut ī. e. l. §. 1.

e Si quis. Pone quòd suus est præteritus, & duo extranei instituti, qui non adierunt: si suus petat contra tabulas contra unū eorū, quod potest: ut ī. e. l. quod uulgo. pręstat legata ab eo relicta. secus si esset exhæredatus, & scrip i non adirent: quia nulla prætiaret: ut ī. proxi. §. & sic est conditio melior exhæredati, quam præteriti posset etiam dicere nullū ipso iure: nam habet duplex auxilium suus præteritus: ut C. de libe. præte. l. fin. §. si. hoc non placet: ut ꝭ. ti. 1. l. is. qui. in prin. Vel pone in emācipato præterito duobus extraneis institutis cō tra unum, qui petijt contra tab. nam dabit legata, quæ non pręstaret, si in potestate māsisset: cum tunc nō adeunte hærede ipso iure ciuili sit hæres: sed iste nō nisi per contra tab. & in fi. expone exhæredatus, id est, emancipatus. sed tūc abūdaret dictio, nō, quæ est in fine. Vel pone suum cū duobus extraneis institutum, & emancipatum præteritum: & suus petijt contra tabu. contra unum de cohæredibus commisso edicto. qui tamen nō adierat: qd fieri potuit: ut ī. eo. l. quod uulgo. nam pręstat legata ab illo relicta: ut ꝭ. titu. 1. l. sed & si pro dote. §. non omnia. quæ non pręstaret si esset præteritus: ut ꝭ. ti. 1. l. is qui. in prin. & §. ubi. & secundum hoc est melior conditio exhęredati: quia nulla præstat scriptis non adeuntibus: ut ī. proxi. quàm instituti. & secundum hoc dic in familia relicti: & sub. & exhæredati. ut ex sequ. litera colligitur: quàm exhæredatus non esset subaudi, sed institutus.

[*] In P. F. Sed qui accepit.

f Hoc casu. Improprię dicitur. cum alium adijciat casum: uel dic hoc casu. s. cum non est adita hęreditas a scripto. & sic proprię.

SI is. CASVS. In lege ista dicitur. Quidam habebat filium, & ex eo nepotem: filium suum dedit in adoptionem, nepote in potestate retento. tandem est emancipatus a patre adoptiuo, & decessit relictis hęredibus extraneis. quæritur, an filius eius q in potestate aui remansit, possit petere bonorum possessionem contra tab. patris? Resp. posse, quamuis in potestate eius nunquam fuerit. nam & emancipati a patre filij bo. pos. contra tabul. petere potest nepos ex eo in potestate aui retentus. Si autē hunc nepotē ex filio emācipato retentum in potestate auus eidē filio emācipato (qui eiusdem nepotis pater erat) in adoptionem dederit, & eundem auus præterierit: poterit idem nepos petere bonorum possessionem cōtra tabulas aui. quod nō posset extraneus ab eodem filio emancipato adoptatus: is enim in familia aui nunquam.

g Nec debuisse. Scilicet quia fuit præteritus.

h Petere poterit. Bonorum possessionē, scilicet sui patris, qd' falsum est, ut supra eodem. l. si retentus. Accur.

i In adoptionē datus. Secus si alij in adoptionem datus est: ut ī. e. l. si in adoptionem, quāquam filius ad patris sui hęreditatem per cōtra tab. uocatur, cuicunque pater detur in adoptionē: ut ī. eo. l. 3. §. si pater alicuius. Azo.

k In aliena. Id est, in extranea, uel extranei: fuit tamen aliena, id est, in alterius. & est bona ratio: quia si extraneo datus esset in adoptionē, nunquā haberet contra tab. ut Insti. de hæ. ab inte. §. at hi. & § ea. Azo & facit ī. e. l. 3. §. si quis filio suo emancipato. & §. idemq;. & Inst. de hær. ab intest. §. cum quæritur & §. sed & si conceptus.

[*] Aliàs, in aliena.

l Quia nunquam. Facit ī. de in ius uocā. l. sed si hac. §. si filius.

DE LEGATIS PRÆSTANDIS, &c.

ADDITIO Superiori titulo de bo. posse. contra tab. liberis præteritis danda, uel deneganda dictum est. uerum quia cōtra tabulas bonorum pos. petita legata præstantur certis personis: adijcitur titulus de le. pręstā. bo. pos. petita. Et nota hic regulariter petita bonorum possessio. contra tabul. non præstantur legata. C. de contra tab. l. 1. speciale est in certis personis, puta liberis, & parentibus, & in uxore & nuru: ut ꝭ. l. 1. & 2. & 3.

Hic titu-

Hic titulus æqoitatem quandã habet naturalem, a & aliquid nouum: vt qui iudicium patris rescindunt b per contra tabulas bonorum possessionem, ex iudicio eius c quibusdam d personis legata, & fidei commissa præstarent: e hoc est liberis, & parentibus, vxori; ouruique dotis nomine f legatum. Generaliter autem parentes, & liberos prætor excepit, oec gradus liberorum, parentumve enumerauit. In infinitum igitur g eis præstabitur. Sed nec personas secutus est, vtrum ex virili sexu, ao ex fœminino descendant. Quisquis igitur ex liberis, parentibusque fuerit, ad legati petitiouem admittetur: sed ita demum, si iura cognationis h siot inter eos. Liberos autem etiam eos ad legatorom i petitionẽ admittimus, qui in adoptionem dati sunt, vel etiã adoptiui, k dũmodo maneant liberi. l Posthumis liberis legata relicta vtique præstabuntur. m

Iulianus libro xxiij. Digestorum. II.

Et ideo si n prægnante vxore filius emãcipatus fuerit, & bonorũ possessionem cõtra tabulas acceperit, o legatũ oe poti præstare debebit. p

Vlpianus libro xl. ad edictum. III.

Sed & si mortis causa donationes sunt collatæ: credo, tuendæ sunt. q Si autem excepti non sunt, r auferendas eis puto mortis causa donationes. Liberis autem tantum, & parentibus prætor prospexit: non etiam fratri, & sorori conseruauit legatum. Hoc autem solum debetur, quod ipsis parentibus relictum est, & liberis. Cæterum si seruo eorum fuerit adscriptum, vel subiectæ eorum iuri persooæ: noo debetur. Nec enim quærimus, s cui acquiratur, sed cui honor habitus sit. Sed & si coniunctim ei fuerit legatum relictum cum eo, cui non præstatur: sua tantùm portio t ei conseruabitur. Item si quis u ex his personis rogatus sit restituere extero, quod sibi relictũ est: dicendum est, non esse legatum præstaodum: quia emolumentum ad eum non respicit. Sed si proponas, extero legatum, rogatumque eum præstare hoc alicui ex liberis, parentibusq; : cooleque-

Hic titulus. CASVS. Tractatorus Iuriscon. quibus personis præstantur legata petita possess. contra tabu. dicit quod præsens titulus continet naturalem equitatem, & aliquod nouum. Naturalem equitatem: quia tuetur voluntatem defuncti legatis relictis certis personis. Nouum continet: quia vult præstare certis personis legata, petita contra tabu. bon. poss. sunt autem personæ liberi, & parentes, & vxor, & nurus. parentes accipiuntur vsq; in infinitũ, & liberi: in tantum q̃ si filius emancipatus decessit relicta vxore prægnante, filio etiam nato postea debentur legata. & sicut legata debẽtur, ita mortis causa donationes. Unum sciatis, si seruo liberorum, vel parẽtum est legatum, nõ debetur: sed & si legatũ est liberis, vt præstetur extraneo, nõ debetur: sed si extraneo relictum est, vt liberis detur, bene debetur.

a Naturalem. Id est, rationẽ homini à natura insitã. non enim naturalis, sed prętoria est ęquitas. sic supra de mino. l. 1. in prin. Azo.

b Rescindunt. Per ius prætorium. mero tamen iure ciuili tenet: & dic quicunque sint qui rescindunt, vt j. de coniu. li. l. nihil.

c Eius. Scilicet patris.

d Quibusdam. Non ergo omnibus: vt j. eo. l. sed & si mortis. in prin. & §. liberis. sic s. de min. l. patri. in prin. & facit s. de vsuf. l. si extraneo. & s. tit. j. l. pe. §. legata.

e Præstarent. Quo iure? forte officio iudicis. cum rescissum sit testamentum: vel actione vtili ex testamento. st. j. eo. l. si emancipato. quæ est prætoria, sicut alia: vt s. si quis omis. cau. l. 1. nam & quanto minoris quandoque ciuilis, quandoque prætoria est: vt not. s. de sc. em. & ven. l. Iulianus. in prin.

f Dotis nomine. Hoc refertur ad vxorem, & nurum. & dic, si & dos fuerit, non alias: vt j. e. l. is qui §. pen.

g In infinitum igitur. No. ergo dictũ generale intelligi generaliter. sic supra de in ius voc. l. quique. §. parenté. & j. vt. bo. rap. l. 2. §. homines. & de inm. l. itẽ apud.

§. generaliter. & j. de offi. præf. vrb. l. 1. §. cum vrbem. & supra de pact. l. iuris gentium. §. siue autem. & supra quod met. cau. l. metum. §. animaduertendum. arg. contra s. de testi. l. quæsitum. Item no. pro infinitate. arg. contra. C. de sacrosan. eccl. l. fi. §. 1.

h Iura cognationis. Quod dic. ut Instit. de cap. di. §. quod autem. & §. sed & si in insulam. & de legi. agno. tu. §. fi.

i Ad legatorum. Relictorum à naturalibus parentibus. Azo.

k Adoptiui. Id est, eos, q̃ sunt adoptiui.

l Manent liberi. Quod nõ est, si emãcipati sunt à patre adoptiuo, nisi filius adoptiuus sit de liberis. vel dic, non est, cum desinunt esse ciues. Accur.

m Præstabuntur. Quia pro natis habetur: vt Inst. de tu. §. cum autem.

n Et ideo si prægnãte. Quid si ante? Resp. idem propter superius respon.

o Acceperit. Emancipatus præteritus.

p Debebit. Amplius etiam dic nepos potest petere bonorum possessionem cõtra tabulas: vt j. eo. l. fi. 1. & 2. respon.

q Sed si mortis. Tuendæ sunt. Hominibus exceptis.

r Non sunt. Id est, si non sunt de personis exceptis.

s Nec enim quærimus. Scilicet tantum. nam & id quandoque quærimus, vt j. ea. l. § sed si proponas. & facit j. de iure fisci, l. edi. §. ad eos. & supra tit. 1. l. non putauit. §. in adoptionem. Sed ar. contra Instit. p quas person. no. sequi. §. sed si hæres.

t Portio. Nisi fortè sint socij. nã tunc totum quæritur excepto: vt supra de libe. lega. l. si is qui. & nisi sit relictum indiuiduum. quia totum tũc quæritur excepto. arg. j. quib ad lib. pro. non lic. l. fi. & secundum hoc non obst. j. eo l. filium. in fi. & facit C. famil. ercis. l. fi. & j. eo. l. si filius. & l. filium §. si legata. & j. de cõiug. lib. l. si nepos. & Insti. de lega. §. si eadem. & supra de leg. 1. l. huiusmodi. §. si Titio. Accur.

u Item si quis. Facit s. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. meminisse. & s. de excu. tu. l. legatarius. & s. si quis ali. test. prohi. l. 1. §. j. & s. quod cũ eo. l. si filius. §. j. & s. ad Treb.

a In P. Fl. & ad aliquid nouũ. vt qui iudicia patris &c.

In P. Fl. psecutus est.

In P. Fl. vel etiam in adoptiui. sed hic rectius.

In P. Fl. prægnate vxore. & alibi sæpe prægnas pro prægnans.

Dictum generale, generaliter intelligitur, restringitur tamẽ per rõnẽ causã subsequentem, vel tacitè inhęrẽtẽ. Bal. in l. si qs seruo. C. de fur. Et q̃ rõ expressa l constitutione restringat, similiter, vel simpliciter dispositionẽ ad limites ipsius rationis. pbat Man. dos. in 2. q. 28. Regu. Cancel. nu. 2.

ter dicemus, præstari debere. Hoc amplius, & si extraneo relictum sit sub hoc modo,[a] vt alicui [b] ex liberis præstet: æquissimum erit dicere, non debere,[c] ei prętorem denegare actionem. Ea autem legata sola præstant, qui contra tabulas bonorum possessionem accipiunt, quæ vtiliter[d] data sunt: verum idcirco non debentur,[e] quod filius contra tabulas bonorum possessionem accepit.

Iulianus libro xxiij. Digestorum, IIII.

Cum propter[f] hoc plerunq; scripti hæredes omittant hæreditatem cum scirent[g] emancipatū aut petisse,[h] aut petiturum contra tabulas bonorum possessionem.

Petita bonorum possessione cōtra tabulas relicta à pupillo, debentur exceptis personis: relicta à substituto debentur omnibus salua ratione Falcidiæ. Bart.

Vlpianus libro xl. ad edictum. V.

Filium quis impuberem hæredem scripsit,[h] eique substituit:[i] emancipatum autem filium præterijt: deinde vterque filius acceperūt bonorum possessionem.[k] legata sunt etiam à substituto[l] impuberis relicta non tantum liberis, & parentibus, verumetiā extraneis. Quæritur an mortuo impubere, cogatur substitutus ea præstare? Et si quidē ab impubere relicta sunt: solis liberis, parētibusq; præstanda sunt.[m]

Sin vero à substituto impuberis: omnibus[n] eum præstare oportet habita ratione legis Falcidiæ, scilicet vt partis dimidiæ, quæ ad eum[o]

Treb. l. cogi. §. hi qui.

a Sub hoc modo. Sed superiori casu simpliciter.

b Alicui. Scilicet certo, vel incerto: vt Inst. de lega. §. incertis. & §. sub certa.

c Non debere. Parens, vel filius. hoc consequitur voluntate expressa, & sic eis habetur honor. at cum sermo: tunc magis per aliū, quàm per volūtatem defuncti cōsequitur: vt supra, §. hoc autem solum.

d Vtiliter. Id est, vtiliter dari poterunt propter cōditionem legatarij: non tamen quia ipso iure nullum esset testamentum. tunc enim nec cōtra tabulas locum habet. & facit supra ad Syl. l. si quis in graui. §. fin. & l. q posthumus.

e Non debentur. Iure communi, sed per dispensationem huius edicti debentur: vt supra eod. l. 1. in princ.

f Cum propter. Bene dico vtiliter datū, cum &c. & aliàs §. est.

g Cum sciret. Sic ī. eit. x. l. filiū, §. quod si hi.

Filiū. CASVS. Paterfam. filium suum impuberem in potestate cōstitutum instituit, eidem substituit. filium emancipatum præterijt: liberis, parentibus, extraneis legata reliquit. vterque filius petijt contra tabu. ex persona fratris, scilicet emancipati. nunquid legata debentur omnibus? Respon. si legata sint relicta ab impubere. solis parentibus præstantur, si à substituto impuberis, præstantur omnibus, habita ratione legis Falc. Et qua est ratio legis Falcidiæ, cum quia vocatur in semissem? Respon. quarta pars est sescuncia. si autem esset institutus ex vncia, portio eius debet augeri vsque ad semissem. vnde legata ab impubere, liberis, & parentibus debentur, relicta à substituto, omnibus debentur. Or dic mihi, quæ est ratio, quare legata relicta ab impubere debentur solis liberis, & parentibus, relicta à substituto, omnibus debentur? Ratio est illa: si emancipatus petit contra tab. testamentum in quo impubes est institutus, rumpitur: & habet impubes partem non ex iudicio defuncti, sed beneficio fratris, & ex persona fratris, ideo non est mirum, si præstat solis liberis & parentibus, quia est de liberis. C. de contra tab. l. 1. sed substitutus impuberis non erat de liberis: vnde omnibus præstat. & quia habet hæreditatem beneficio defuncti accedit ī. de leg. 3. l. si §. fi. Omnibus, Bonorum possessio contra tab. petita facit qđ legata non debeantur, nisi certis personis. Or debentur ista legata omnibus liberis, his, s. qui non petierint contra ta. bon. poss. illis, qui petierunt, non debentur. vnde est in electione filij præteriti, cui legatū est, vel petere cōtra tabulas, & legatum non debetur, vel petere legatum, & agnoscit iudicium defuncti, & non poterit petere contra tab. Si quis. Quidam præteritus petijt contra ta. postea apparuit eum esse de ijs, qui non poterant petere contra tab. sed de ijs, quibus legata relicta præstant: nunquid oberit ei, quin legatum possit assequi, non: siue ordinariā bonorum possessionē petierit, siue extraordinariā. s. Carbonianā, quæ tribuit factum, non ius. Non solum autem. Si quis petierit bonorum possessionem contra tabulas, denegatur ei sui legati petitio. Sed si aliquid ex voluntate defuncti assecut' sit, illud denegatur ei. & ideo qui eam petijt, cum substitutus erat impuberi, mortuo impubere, denegatur ei persecutio hæreditatis ex substitutione. Si legata. Si in testamento, contra quod petita est bonorum possessio contra tab. aliqua legata sunt relicta liberis, illa debentur: & etiam relicta extraneis, & vtraque inducunt legē Falc. & tamen si legata aliqua causa nō præstātur extraneis. propter hoc non augentur legata liberorum. Sed & si portio. Si legata relinquantur liberis, & parentibus, petita bonorum possessio contra tabulas debentur eis. Sed si portio hęreditatis est relicta liberis. & parentibus, & petitur contra tab. nunquid illa portio seruatur liberis, & parentibus? sic. & quatenus conseruatur? si sit amplior virili portione, conseruatur vsque ad virilem: si minor sit conseruatur quantumcunque sit. idem dicimus in legatis, & fideicommissis. Is autem. Si alicui ex liberis conseruatur legitima portio, præstat legata liberis, & parentibus, non extraneis. hoc dicit. is, scilicet ex liberis, vel parentibus conseruatur secundum determinationem, quam habuisti in præcedenti §.

h Scripsit. Ex dimidia, & extraneum in alia dimidia. Vel dic filium insolidum.

i Substituit. Pupillariter.

k Bonorum possessionem. Scilicet pupillus commisso edicto per emancipatum: vt ī. de leg. 1. l. antepen.

l A substituto. Non solum ab instituto.

m Præstanda sunt. Sed nonne paternum est ruptum per contra tab. ergo nec pupillare tenet Institut. de pup. subsťit. §. liberis: sed illud quando de iure ciuili esset ruptum: vt ibi no. Accur.

n Omnibus. Quia quicquid habet, ex defuncti iudicio habet: quia pater instituit, nec exheredauit, nec etiam decreuit. si autem ereuisset tnoc pro eo, quod habet ex iudicio defuncti, omnibus pro augmento tantum coniuncti: vt ī. de leg. 3. l. fi. & de vulg. subst. l. sed & si cōtra. & ī. eo. l. si duo. §. proinde.

o Ad eum. Scilicet substitutum.

† Emācipat' ergo habet bo. poss' cōtra tab. dic ii ea cū præterit', sed si sine causa, habet ius dicēdi null. Bal. in l. certū. pe. col. C. vnde cog. Dyn. in l. Gallus. ī. de liberis, & posth.

* In P. Fl. legata sūt ēt substituto impuberis &c. sed rectī' hic.

ex bonis patris peruenit, a quartam, id est, totius assis sescunciam retineat; Quòd si impubes ex vncia duntaxat institutus hæres fuerit: magis est, semissem vsq; legata præstaturum, habita ratione legis Falcidiæ. Licet enim ex vncia fuerit impubes institutus: tamen quod accessit, augebit b legata à substituto relicta. Omnibus autem liberis præstari legata prætor voluit exceptis ijs liberis, quibus bonorum possessionem prætor dedit ex causis supradictis. c Nam si dedit bonorum possessionem, non putat legatorum eos persecutionem habere. Constituere igitur apud se debet, vtrum contra tabulas bonorum possessionem petat, an verò legatum persequatur. Si elegerit d contra tabulas: non habebit legatum. Si legatum elegerit: eo iure vtimur, ne petat bonorum possessionem contra tabulas.

Si quis contra tabulas bonorum possessionem acceperit, deinde postea apparuerit, eum ex ijs liberis e non fuisse, qui eã bonorum possessionẽ accipere possint: ex ijs tamen esse, quibus legata præstantur: obtinuit, nõ esse ei denegandam petitionem legatorum, siue ordinariam bonorũ possessionem petierit, siue Carbonianam. f Non solum autem legatum denegatur ei, qui bonorum possessionem accepit: verum etiam si quid aliud ex voluntate g accepit. h Cui consequens est, quod Iulianus scripsit. Si fratri suo i impuberi substitutus sit, acceperitque contra tabulas bonorum possessionem: denegari ei persecutionem hæreditatis fratris impuberis mortui, cui à patre substitutus est. Si legata fuerint relicta liberis, & extraneis, k licet vtrorumq; præstatio Falcidiæ locum faceret, l legataque liberorum reciderent: m nunc tamen † ob hoc, quòd extraneis non præstantur, n legata liberorum augentur. o

Sed & si portio hæreditatis fuerit ei adscripta, p qui ex liberis parẽtibusve est: an ei conseruanda sit, vt solent legata? Et Iulianus sæpissimè scripsit in portione quoque hæreditatis idem; quod in legato probandum, cuius sententia rescripto diui Pij comprobata est: cùm hæreditates non honestiore modò titulo, sed & pleniore q *honore tribuãtur. †Ad eum autem modum talibus personis r succurrendum est: vt amphore quidem, quam virili portione hæreditatis data; vsq; ad virilem tueãtur. in minorem s autem eatenus actiones his tribuantur, quatenus scriptæ sunt. t Idem obseruatur & circa legata, fideive commissa, quæ his data fuerint, & in mortis causa donationibus. u Is autem,

a Peruenit. Ex voluntate patris.

b Augebit. Sic econtra: vt s. tit. 1. l. filium. §. legata. sed caue, quia ex vncia de ijs omnibus, quæ accreuerunt, personis exceptis præstabit: vt supra. de lega. primo. l. 6. §. ii. Vel potest dici, quod illa distinctio locum habet, in his legatis, quæ fuerunt a pupillo relicta, & à substituto tacite repetita; vt ibi not. sed hic loquitur de ijs, quæ fuerunt ab ipso substituto relicta.

c Supradictis. Supra proximè.

d Elegerit. Sciens non ignorans: vt j. de inoff. testa. l. mater. & j. de bo. lib. l. si vero. circa princi. nisi petat in integrum restitutionẽ, si esset minor: vt j. de bonis libert. l. si vero. in fi. & facit j. eo. l. bonorum. & s. de vul. substitu. l. is qui. & j. de bo. liber. l. in seruitute. §. si quis bonorũ. & s. tit. 1. l. 3. §. fin.

e Liberis. Puta nepos ex filia: vt s. tit. 1. l. illud. §. ad testamenta.

f Carbonianam. Quæ dicitur extraordinaria: & qa non tribuit ius in dominio: vt j. de Carb. edi. l. 1. §. missum. in fin. §. & not. s. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. 1. & facit C. si mãcip. ita fue. alie. l. ea quidem, & j. quod quisque iur. l. 1. in fi. Arg. contra. j. de condi. instit. l. mulier. §. 1.

ADDITIO. Dic secundum Bart. quod ibi fiebat secundum volũtatẽ testatoris: hic econtra. Item si sufficit ad cõmodum, non sũs ad incommodum.

g Ex volũtate. Defuncti. Accursius.

h Accepit. Vt de fideicom. vel do. causa mor. & facit s. ti. 1. l. sub cõditione. §. 1. & s. de vul. substit. l. is qui. & de sequ. hære. l. quæ situm. & s. ea. l. §. omnibus. & ã. ad Treb. l. si pater. §. sed nec illud.

i Suo. Secus in alio substituto: vt s. ea. l. in princ.

k Extraneus. A testato. e, q. instituto extraneo filium præteriuit.

l Faceret. Quod esset, si institutus adiret, & præteritus contra tab. non peteret. at verò præterito petente, & sic annihilatis legatis relictis extraneis, non habet locum Falc. vt & s. ad leg. Fal. l. in ratione. 2. respon.

m Reciderent. Præterito non petente.

n Non præstantur. Quod est quando præteritus non petit contra tab. Item est contra j. ea. l. §. fin. Sol. ibi.

o Augentur. Et sic est lucrũ præteriti. & sic est contra j. ea. l. §. fin.

p Adscripta. Iure legati, quod potest, vt s. ad Treb. l. mulier. §. fi. & secundũ hoc quod subijcit legata, scilicet singularum rerum. vel dic adscripta iure institutionis: vt j. eod. l. nam secundum. & l. sed & si pro dote, in prin. & quod subijcit legata, scilicet, quantitatis vel singularia: & secundũ hoc quod dicit hæreditates relinqui honesto titulo, id est, legati. & honestiore, id est, iure institutionis.

q Pleniore. Hac ratione iure institutionis est filio relinquendum: vt in authen. vt cum de appella. cog. §. aliud. & no. quod honor est, cui datur: & dedecus cui aufertur. sic institu. per quas personas no. acquiri. §. hoc quoque. & ã. mãda. l. 1. §. si remunerandi. in princ.

r Personis. Id est, liberis & parentibus scriptis hæredibus. Azo.

s In minorem. Scriptis his personis hæredibus.

t Scriptæ sunt. Huiusmodi personæ. & dic, si iam adierunt, alias, augetur: vt no. s. tit. 1. l. nõ putauit. §. fi. & facit j. de cõiung. lib. l. qui duos. Sed in eodem titu. l. fina. contra.

u In donationibus. Vt si talibus titulis eis plus, quam virilis relinquatur, reducitur ad virilem, sed non augetur, si minus,

† Aliàs, tamẽ nõ ob hoc &c. & ita legisse videtur.

* Aliàs nõ modo honestiore titulo.

onere. Quia tutela, & alia onera sequuntur hæreditatem, non legatum. In P. Fin. sæpè honor pro onere, & onus pro honore sumptum est.

† Sic & Cl. in oratio. p Quintio, hæredia scripsi summum honorem appellat.

mus, vt supra proxi. §. & ĩ. eod.
[a] Cui portio. Legata: vt supra proximo §.
[b] Solis præstanda. Et est ratio: vt ĩ. eo. l. is qui. §. sed si scriptus. Sed contra supra eit. t. l. ex duobus. §. sed illud. vbi dicit, quod omnibus. sed ibi præteritus, & institutus erant emancipati,

erit? ponamus, vnus est de liberis, qui accepit contra tabulas, plures alij sunt, quibus legata sunt relicta: nunquid legata debentur? Certè sic. hoc dicit cum duabus legibus seq. vsque ad §. si quis ex. Viua.
[l] Bonorum possessionem petit. Et in totum rumpit testamentum: quia præcedit patrem: vt supra de inoffi. test. l. pater. Accursius.

b Pro quadrante. si dicas emancipatum communicare quartam bonorū suorū: quia & quartam hæreditatis aufert fratri, & residuum habet præcipuum: videtur cōtra infra eo. l. §. fi. & ī. l. proxi. §. si tres. & l. pretor. §. Iulianus. quibus colligitur omnia & cōmunicari, & virilem sibi emancipato retineri, & aliam virilē dari ei qui est in potestate: non autem habet præcipuam emācipatus dimidiā. Sol. dic hic pro quadrāte, id est, propter quadrantem cōferri bona, scilicet omnia. Alij dicūt, quod semper tantum confert, quātum aufert. Et si dicant leges contrariæ, quòd centum, vel ducenta habent: dic cōferenda sunt: quia & tantum auferunt. habent tamen plura, quę sibi retinēt præcipua. hoc reprobo per §. Iulianus. quia ibi emancipatus quartam aufert: quia quatuor erant filij, & tamen confert plus: quia tertiā. Alij distinguūt an succedat emancipatus ab intestato per Vnde liberi: vt tunc totum, quod habet, conferat, vt in contrarijs, an per contra tabu. vt tunc pro ea parte, quam aufert, conferat. Sed hæc reprobatur per §. Iulianus. nā ibi venit per contra tabulas, & tamen totū confert non pro ea, quā aufert. Tu dic, aut filius solus est institutus, & nullus extraneus: & tunc siue ab intestato, siue per contra tabulas veniet: in totum conferet: nisi in casu vbi sunt duæ hæreditates: vt ī. l. 2. §. si ex emancipato. vbi vero extraneus, & filius, quia emancipatus non facit iniuriā suo hæredi: imò potius extraneo, non cōfert emancipatus suo hæredi. nisi pro ea parte quam aufert, pro ea vero quam aufert extraneo nullo modo. nam & si suo hæredi nihil aufert, extraneo non conferet: vt ī. proxi. §. Alij, vt Hug. dicunt, quod semper non totum conferat, sed tantum det, quantum aufert: vt hic: nisi in casu vbi plus aufert: vt infra l. 2. §. si ex emancipato. Alij contra vbi plus confert: vt ī. l. 3. §. Iulianus. Accur.

r Pro, id est, ꝓpter, & quot alijs modis accipiat Mādos. in Gl. Facul. §. Ac etiā, hoc eodē ver. veri. Pro inē ex ponimus.

integrum prætor solet, restituerit ad bonorum possessionem cōtra tabulas petendam, quā omiserat, vtiq; etiam collationis cōmodū ei restituet.

Emancipatus veniens per contra tabulas, confert suo pro ea parte, quam sibi aufert: & si nihil aufert, collatio cessat. Barto.

Si ex dodrante fuit institutus filius, qui erat in potestate, extraneus ex quadrante: emācipatum accipientem a contra tabulas, pro quadrante b tantum bona sua collaturum Iulianus ait: quia solum quadrantem fratri c abstulerit. Argumentum d pro hac sententia adfert Pomponius, quòd filius emancipatus nepotibus ex se natis solis conferre cogitur. Pater filiū, quem in potestate habebat, & extraneum hæredes scripsit, emancipatum præterijt: bonorum possessionem contra tabulas vterque filius accepit. Potest non incommodè dici, emancipatum ita demum conferre fratri suo debere, si aliquid ei ex causa hæreditaria abstulerit. Nam si minore ex parte quàm dimidia, is, qui in potestate erat, hæres scriptus fuerit: inique videbitur collationem postulare ab eo propter quē amplius ex hęreditate paterna habiturus est. Toties igitur collationi locus est, quoties aliquo incommodo affectus e est is, qui in potestate est, interuentu emancipati. Cæterùm si non est: collatio cessabit. Vel maximè autem tunc emancipatum conferre non oportet, si etiam iudicium patris meruit: f nec quicquam amplius nanciscitur, g quàm ei pater dedit. h Sed & si legatis meruit semissem, vel tantum, quantum i contra tabulas bonorum possessione occupat k. dicendum est, non esse cogendum ad collationem.

Ius conferendi quæsitum trāsmittitur ad hæredes: aliàs secus. Bartolus.

Ibidem Iulianus ait, si

c Fratri. Nunquid plus? Resp. non: vt supra si pars hæredita. pet. l. 1. §. si ego. Azo.

d Argumentum. De toto ad partem, quasi dicat. sicut hic in nullo confert fratribus, quia eos non afficit iniuria: vt infra, de coniun. lib. l. 1. §. si emancipatus. ita & hic pro ea parte qua afficit fratrem iniuria, conferre debet, & habes de hoc argumentum pro & contra ī. de vsuris. l. qui scit. & sic est probabile, & nō necessarium: quia eis solum fecit iniuriā, cum soli sint instituti hæredes: vt dicto §. emancipatus. & ī. eo. l. prætor. §. si.

e Affectus. Per bonorum poss. contra tabu. Sed quid si ab intestato succedunt per vnde liberi? Respon. & tunc hæc ratio locū habet, quia suus tantum iure ciuili est hæres. vnde iniuria per emancipatum afficitur: vt s. tit. 2. l. filium. §. tedit. Azo. & facit ī. tit. 2. l. non putauit. §. fi. & ī. tit. 1. l. 2.

f Meruit. Nunquid hoc ideo: quia factū est testamentum: vt C. eo. l. 1? Resp. non, quia & codicillis fieri potuit, quod non impedit collationē: vt C. eo. l. filiam. sed quia suum non afficit incōmodo. Azo. & pone institutum emancipatum in semissem, suum præteritum, qui petijt contra tabu. & per eum emancipatus: sed cū veniēs ab intestato habet tacitam volūtatem: vt supra, de codicil. l. conficiuntur. §. sed ideo. ergo non habet locum collatio etiā ab intestato. Respōde, non dicitur succedere ex tacita voluntate, nisi qui de iure ciuili potest succedere, quod emancipatus non potest. Accursius.

g Nanciscitur. Per contra tabulas.

h Dedit. In testamento iure institutionis. idem si iure legati: vt subijcit.

i Quantum. Quod est quarta: vt C. de inof. test. l. cum quæritur. sed hodie ex testamento locum habet: vt C. eo. auth. ex testamento.

k Occupat. Aliàs occupat, & aliàs occurrit, seu occurrat.

Ibidem Iulianus ait. CASVS. Si suus cui est conferendū, decedit relicto hærede: sicut ei erat conferēdū, ita hæredi suo. sed si decedit emancipatus ante petitionem bonorum possess. hæres eius non debet vocari ad collationem. vnum sciatis, cum emācipatus confert, aliquando cauet: vt si petijt contra tabu. dicit emancipatus suo, succedo tecum. verum est, sed caue mihi. dicit ille, paratus sum cauere de cōferendo. satis est. quid si nō vult dare fideiussores, sed pignoratitios est exigendus. Nota,

Nota, quòd collatio habet fieri re ipsa, aliquando spe, id est, cautione interueniente re ipsa, petit emancipatus cõtra tab. & euincit. dicit ille, cõfer bona. libenter. seipsu confert. & specificat de conferendo, vbi est certũ quid est in bonis, res conferat. si incertũ est, caueat de conferendo. vnũ sciatis, si emancipatus non confert, datur curator parti suę qui debeat partem curare vt in sequestro, vt cum cauerit, habeat suam portionem: sed si contumaciter cauere nõ vult, tunc ipsi emancipato denegantur actiones aduersus suum & aduersus debitores hęreditarios. hoc dicit vsque ad §. si cum duobus. Viuia.

bonorum possessione accepta [a] decesserit is, qui in potestate est, ad collationem bonorum emancipatum cogendum: vt tantum hæredi eius conferat, quantum conferret ipsi, si viueret. Quòd si ante acceptam [b] bonorum possessionem decesserit suus: hæredem eius prætor tueri debebit (inquit) pro ea parte, qua hæres scriptus fuit is, qui in potestate erat, non tamẽ vltra virilem. Ad collationem autem non admittit [c] eum in hunc casum: [d] quia bonorũ possessio admissa non est. [e]

Qui debet conferre, cogitur satisdare cum fideiussoribus, vel pignoribus de conferendo. Quod si recusat per contumaciam, denegantur sibi actiones. & si per inopiam, datur curator bonis: vel fiet collatio re ipsa, si certæ sunt res conferendæ alias secus, vel fiet compensatio alterius rei loco collationis dimissæ. Bar.

Iubet autem prætor ita fieri collationẽ, vt rectè caueatur. Caueri autem per satisdationem [f] oportere, Põponius ait. an pignoribus [g] caueri possit, videamus? Et Põpo. libr. septuagesimo nono ad edictum scripsit, & reis, * & pignoribus rectè caueri de collatione: & ita ego quoque puto.

Si frater [h] cauere non possit: [i] curator portionis eius constituitur, [k] apud quem resecta [l] pecunia collocetur: vt tunc demum recipiat, quod redactum est, cùm bona propria cõtulerit. Quòd si per contumaciam [m] actiones denegatæ sint: [n] oblata [o] postea cautione recipiet pristinũ ius.

Quamuis autem edictum prætoris [p] de cautione loquatur: tamen etiã re posse fieri collationem, Pomponius libro septuagesimonono ad edictum scripsit. Aut enim re (inquit) aut cautione facienda collatio est. Igitur diuidat (inquit) bona sua cum fratribus: & quamuis non caueat, satisfecit edicto. Sed & si quædam diuidat, de quibusdam caueat: æquè dicimus [q] eum satisfecisse. Sed cum possint esse quędam in occulto: non satis confert, qui nõ cauit, quamuis diuidat. Si igitur constet inter partes, quid sit in bonis emancipati, sufficiens collatio est diuisio.

Si non constet, sed dicantur [r] quædam non esse in commune redacta: tunc propter incertũ cautio erit interponenda.

Sed & si tantum fortè in bonis paternis emãcipatus remittat, quantum ex collatione suus habere debet: dicendum est, emancipatum satis contulisse videri. Idem & si nomen paterni debitoris delegauerit, vel fundum, remve aliã dederit, pro portione [s] bonorum, quæ conferre debuit. Si cum [t] duobus conferre deberet, alteri contulerit, alteri nõ, vel

[a] Accepta. A suo instituto & emancipato committente edictum: & sic à seipso cuius hæredi petitur conferri. Alij dicunt ab emancipato præterito Accur.

[b] Quod si ante acceptam. Expone vt supra proxi.

[c] Non admitti. De rigore. de æquitate secus: vt infra eo. l. si filius. in prin.

[d] Casum. Quia nõ eodẽ iure succedũt, vt supra titu. 2. l. filium. §. videamus. secundum lo. & Azo.

[e] Non est. Viuente suo. & est ratio, quia ius conferendi, quod non competit defuncto, nec ad hæredem transit: quia viuente defuncto non fuit petita contra tabu. Azo. & facit ad prædicta supra tit. 3. l. is qui. & supra titu. 2. l. ex duobus. §. sed illud.

[f] Per satisdationẽ. C. de verbor. signifi. l. 3. contra. sed ibi in dubio: hic autem certificat.

[g] Pignoribus. Si placet quod pignoribus. nec enim cogitur vt infra, de præ. sti. l. prætoriæ stipulationes. 2. & facit supra, de consti. pecu. l. promissor. §. fi.

[h] Si frater. Qui debet conferre.

[i] Nõ possit. Propter inopiam. vt infra e. l. §. si cum duobus. ibi, quod si per inopiam &c.

[k] Constituitur. A prætore: vt ℑ. de cur. bo. dan. l. 2. sed non statim: vt ℑ. l. 2. §. fina. & est speciale: regulariter contra: vt C. de prohi. sequest. l. 1.

ADDITIO. Dic quòd illud regulare, istud speciale. Itẽ dicitur hic, ꝙ offerendo cautionem, recuperat bona. sed quæritur vsque ad quod tempus potest offerre? dic quòd perpetuò: secundum Bart. hic.

[l] Resecta. Ex rebus quæ seruari non possunt: vt infra l. 2. §. fi. Accursius.

[m] Per contumaciã. Quid si non per cõtumaciam? Respon. idem, vt infra §. si cum duobus. & l. nonnunquam.

[n] Denegatę sint. Scilicet hæreditariæ nolenti conferre, quod debet fieri: vt C. eod. l. posthu. & l. filię. & ℑ. §. si cum duobus.

[o] Oblata. Perpetuò etiam: vt diximus in eo contra quem facta est missio ex personali: licet in reali secus lata diffinitiua: vt C. de iud. l. properandum. §. sin autem reus. nisi iudex primo taxauerit. Ar. contra. C. qui accu. nõ pos. l. si eas. alij intra annum: vt C. de præscrip. xxx. ann. l. si quis emptionis. §. pen. & est arg. ℑ. e. l. nonnunquam, in fi. Accur.

[p] Prætoris. Cuius verba nõ habemus. & fit mentio de his supra titu. 2. l. filium. §. videamus.

[q] Dicimus. Male: vt statim dicit.

[r] Dicantur. Ab eo, cui est cõferendum. & facit C. de procu. l. 1. & ℑ. de statulib. l. statu liber rationẽ.

[s] Pro portione. No. fit compensatio speciei cum pecunia, & speciei cum specie: vt supra, de legat. 2. l. vnum. Hug.

[t] Facit ad hũc §. gl. in c. cũ dilectæ. sup verbo, cõpromisso, post prin. ibi, sed si pœna. ex. ita de arb. vbi dicit ꝙ si pœna apponat loco contumacię potest petiet res.

* Obserua reos ꝓ fideiussoribus vsurpari.

Si cum duobus. CASVS. Emancipatus, qui petijt contra tabulas, contra duos suos fratres institutos, tenebatur eis conferre: vni confert vel reipsa, vel etiam cauendo: alteri non vult conferre. denegatur act. pro sextante, an pro triente? & certè aut non vult conferre, quia non potest, & denegatur pro sextante: aut quia non vult, & denegatur pro triente.

Sed vbi non confert, datur curator bonis, & res erunt in sequestro, donec satisdabit: sed pro eo, ꝙ emancipatus confert, nûquid datus in adoptiua familia debebit conferre? sic. Et confert emancipatus suo aduentitia & profectitia, non castrensia vel quasi. sed si aliqua dignitatis causa à patre data sunt, ista non confert, sed si captus postea rediit, licet tunc quando pater moritur, non haberet: quia tunc inuenitur hæres, debet cõferre. Sed si quid pater in diem legasset, debet tunc conferre. hoc dicit vsque ad §. si ab ipso patre. Viuianus.

cùm cauet, [a] vel cùm diuidit: videndum est, verú sextantis tantùm ei [*] auferatur emolumentum, an verò trientis totius detrahi debeat? Et puto si quidem per contumaciam non caueat, totius trientis [b] ei denegandas actiones. Nec enim videtur cauisse, qui non omnibus cauit. Quòd si per inopiam, sextantis tantum denegandas: sic tamen, vt posit supplere [c] cautionem, vel collationem, vel cæteris modis, quibus supra diximus: aut curator constituatur, rem ei saluam facturus, haberi enim debet ratio eius, qui non per contumaciam collationem nó implet.

Cùm adoptiuus admittitur ad contra tabulas patris naturalis, pater eius adoptiuus pro eo debet conferre, nisi eum absque fine fraude emancipauerit. Bartolus.

Is quoque, qui in adoptiua familia est, conferre cogitur (hoc est, non ipse: sed is, qui eum habet [d]) si maluerit [e] contra tabulas bonorum possessionem accipere. [f] Planè si hic adoptiuus pater ante bonorum possessionem petitam emancipauerit eum: non cogetur ad collationem: & ita rescripto diuorum fratrum expressum est. Sed ita demum adoptiuus emancipatus [g] collatione fratres priuabit, si sine fraude [h] hoc factum sit.

Castrense peculium, vel quasi, & quod dignitatis filii nomine à patre datur, vel debetur, in collationem non uenit. Bartolus.

Nec castrense, nec quasi castrense peculium fratribus confertur. [i] Hoc enim præcipuû esse oportere, multis constitutionibus continetur. Sed an id, quod dignitatis [k] nomine à patre datum est, vel debetur, conferre [l] quis in commune cogatur, videamus. Et ait Papinianus libro xiij. quæstionum, non esse cogendum. hoc enim propter onera dignitatis præcipuum haberi oportere. Sed si adhuc debeatur: [m] hoc sit interpretandum

[*] Sic in P. Fl. Halo. autẽ scripsit, adferatur emolumentũ: an verò triens totus detrahi debeat? Et puto si quidẽ per contumaciam caueat: totius &c. sed hic & in P. F. rectius. Vide Anton. Aug. emẽ. li. 4. cap. 17.

[a] Cauet. Scilicet alteri cauet. alteri nõ.

[b] Totius trientis. Sic supra ĩ ius vocati, vt eant, vel satisdent. l. qui duos. & ĩ. solut. matrimo. l. si cõstante. §. quoties & ĩ. eo. l. si filium. §. si. & ĩ. de leg. 1. l. etiam.

[c] Supplere. Habeas supplere collationẽ, vel stipulationẽ vel cæteris modis, quos diximus supra. §. an & pignoribus. & §. sed & si tantum. & §. idem.

[d] Habet. Nam omnia sunt patris adoptiui, eum per talem adoptionem transibat in potestatẽ adoptiui: vt insti. de adopti. in princip. & facit ĩ. titu. t. l. 2.

[e] Si maluerit. Sed videtur, quòd nec filius in adoptiua familia cõstitutus, nec pater adoptiuus eius nomine habeant cõtra tabu. vt Instit. de hæredi. ab intesta. §. eadem, & supra titu. 2. l. si in adoptionẽ. 2. respon. & l. si emancipatus. §. si filius. t. respon. quæ sunt contra. Sol. hic auo fuit datus: ibi extraneo: vt supra titulo. a. l. 3. §. idemque est. & l. finali. §. idemque iuris. Item contra supra titulo. 2. l. non putauit. §. in adoptiuo. vbi non datur contra tabulas, nisi sit institutus, & alius committat ei edictum. Sed illa subdistinctio fit, eum extraneo est datus. Vel dic, quòd etiam hic fuit institutus: & ita augetur eius portio per præteritum committentem edictum: & sic tollitur vtrunque contrarium. Quo casu aut per contra tabulas augetur portio instituti, & confert institutus veniens per contra tabulas: & sic hic fuit. aut diminuitur: & tunc non confert. vt infra titu. t. l. si filia. quando autem augetur, vel minuitur, habes supra, de contra tabulas. l. non putauit. §. si. Si autem institutus adeat ex institutione: & præteritus per contra tabulas: de rigore non confert: vt supra titulo proximo. l. filium. § cui consequens, quæ est contra. aliud de æquitate Scæuolę: vt ĩ. eodem. l. si filius. & similiter respondetur fini huius §. nam videtur, quod sibi sua fraus nocere non debet, cum nec etiam ante conferret. Dic ergo, quòd conferebat de æquitate tantum & punitur: vt conferat. Vel aliter dices ibi casum, quod melius est, secundum Azo.

[f] Accipere. Quod potest alio committente edictum, non aliàs: vt supra ti. a. l. non putauit. §. in adoptionem.

[g] Emancipatus. Si petat contra tabulas. [1] quod potest: vt supra titu. 2. l. si post mortem. §. si in adoptionem.

[h] Fraude. Sua scilicet collationis non faciendæ. alterius enim dolus sibi nocere nõ debet: vt ĩ. de dolo. l. & eleganter. circa princ. Sed quare priuatur? Respon. quia emancipati ea demum conferunt, quæ tempore mortis patris habent: vt C. eo. l. ea demum. sed iste tempore mortis patris nihil habebat: quia erat in potestate patris adoptiui, cuius omnia erant. sed tamen propter suam fraudem, scilicet: si fecit se emancipari, vt nec à se, nec à patre adoptiuo conferatur, & ipse confert. Azo.

[1] Emancip. pat' pent contra tabulas: nec cõputat in legitimã, quod sibi causa emãcipationis datũ est. Bal. in l. illud. de col. bo. Ioan. An. in addit. Spe. de instr. edi. §. xiij. vers. sic. sed super prima addi.

[i] Confertur. Ab emancipato, & sic impropriè est peculiũ: vt C. de inof. testa. l. si. sed nec ab eo, qui est in potestate: vt C. eodem. l. fin. & supra, pro soc. l. cum duobus. §. quamuis. nec aduentitium hodie: vt C. eo. l. si. profectitium sic: vt C. famil. erciscun. l. certum est. & facit supra ad senatusconsultum Trebellianum. l. Titius. §. cum enim.

[k] Dignitatis. Emebat olim pater pro filio dignitatem: vt C. de digni. l. fina. quæ militia si non transibat ad hæredes, non confertur: aliàs ęstimabitur quantum valet tempore mortis patris, deducto onere: & illud quod est vltra, confertur: vt C. de col. l. illud. quæ est contra. quod vero pater dedit vsque ad æquiualentiam oneris, non confertur, vt hic subijcit, & secundum hoc intellige C. de inofficioso testamento. l. omnimodo §. imputari. quia speciale est in silentiarijs, vt non conferant à patre datum, sed quod est vltra æstimationem honoris sic: quod verò infra est, nemo confert, vt hic.

[l] Conferre. Primum ad commodum fratrum non cõfertur. secundum scilicet, quod debetur à patre, bene confertur quo ad onus: vt infra. §. proximo, sed si adhuc &c. & facit supra, familiæ erciscund. l. filia. [*] §. idem scribit.

[*] Aliàs ẽ l. si vni.

[m] Debeatur. A patre, qui promisit.

Debitum.

est, vt non solus oneretur is, qui dignitatem meruit: sed commune sit omnium hęredum onus hoc debitum. [a]

Quod quis habet post mortem patris, verè venit in collationem: & retrohabitum fingitur. Bartolus.

Qui ab hostibus captus, post mortem patris rediit, licet moriente patre nihil habuit, cùm apud hostes fuerit: tamen & ad bonorum possessionem admittetur: & conferet, scilicet ea, quæ moriẽte patre haberet, si ab hostibus captus non fuisset. Sed & si redemptus ab hostibus mortis tempore patris inueniatur: [b] æquè collatio erit facienda.

Quod quis habet tempore mortis patris venit in collationem: secus in eo, quod quæritur post mortem patris. hoc dicit cum §. seq. Barto.

Si emancipato legatũ fuerit, [c] cùm pater morietur: etiam hoc conferre [d] debet. Si ab ipso patre hærede instituto, [e] filio [f] eius fideicommissum fuerit relictum, cùm morietur: [g] an id conferendum [h] est, quoniam vtile est hoc fideicommissum? Et eueniet, vt pro eo habeatur, atque si post mortem patris relictum [i] fuisset: [k] nec cogetur hic cõferre, [l] quia moriente [m] eo [*] eius [n] non fuisset. Emancipatus filius si dotem habeat ab vxore [o] acceptã: hoc [p] minus [q] confert: etsi antè [r] vxor decesserit. [s]

Quæ non transmittuntur ad hæredem, non conferuntur. Bartolus.

Si impuberi adrogato secundum diui Pii rescriptum quarta debeatur: [t] videndum est, an si patris naturalis bonorum possessionem petat, [u] conferre quartam debeat. Quæstio in eo est, an hæredi [x] suo relinquat quartæ actionẽ, an non? Et magis est, vt ad hæredem transferat: [y] quia personalis [z] actio est. Igitur etiam de quarta conferenda cauere eum oportebit: sed hoc ita demum, si iam nata est [a] quartę petitio. Cæterum si adhuc pater

a Debitum. Scilicet pretium militiæ, quod pater promisit.

b Inueniatur. Apud aliquem, constitutus loco pignoris: vt s. de lega. 3. l. senatus. §. fi. Accur.

c Legatum fuerit. Ab extraneo cum pater morietur, id est, mori incipiet. item infra proxim. §. contra. Solutio. ibi.

d Conferre. Cum enim emãcipati omnia conferre debeant, quæ eis acquiruntur in vita patris: vt C. eod. l. ea. ergo & hoc legatum. cum enim sit relictum cum pater morietur, & pater viuens moritur: ergo viuo patre videtur quæsitum esse. Azo. sic C. de hęredib. institueñ. l. extraneum. Nam futurum indicatiui hoc patitur. secus si esset futurum subiunctiui: quia post mortem deberi inciperet: quia formatur à præterito indicatiui. sic & alias infra, de verbo. obligatio. l. si quis stipulatus.

Si ab ipso patre. CASVS. Quidam extraneus instituit patrem Titii hæredem: & ab eo ipsi Titio filio reliquit fideicommiss. cum moreretur. nunquid illud fideicom. conferendum est? certè sic. licet mortis tempore patris non haberet, sed fingitur habuisse. nunquid emancipatus confert dotem vxoris suæ? non. Sed quid erit? impubes arrogatus habet quartam in bonis patris adoptiui. nunquid debet conferre si venit ad successionem patris naturalis? certè sic. Sed quid erit? filius qui vocatur, habet filium, qui habet castrense peculium: nunquid tenetur conferre? certè non, scilicet viuo filio: eo mortuo sic. hoc dicit. Viuianus.

e Instituto. Ab extraneo. Azo.

f Filio. In potestate constituto. sed Io. dicit in emancipato loqui. Azo.

g Cum morietur. Scilicet pater.

h Conferendum. Id est, restituendum in cõmune. nec enim propriè potest dici conferre, qui est in potestate. Azo. vt C. eo. l. filiæ licet.

i Relictum. Aliòqui nullum diceretur legatum: quod filio in potestate degenti relictum diceretur a suo patre: vt instituto. de lega. §. an seruo. scilicet si diceres huius legati diem cedere viuente patre: sed quia dilatum videtur in tempus quo futurus sit sui iuris: vt supra, de auro, & argen. lega. l. filiam. & legatum est vtile, & cessat collatio: vtpote in acquisito post mortem patris. si verò alii non tali filio relictum esset, dic: vt diximus supra, de conditio. & demonstratio. l. hęres meus. Azo.

k Fuisset. Scilicet filio.

l Conferre. Supra, proxi. §. contra. Solutio. hoc ita tam variè, quia verisimile videtur, quod patrem filio sicut extraneum non voluerit obligare, secundum. Io.

m Moriente. Id est, incipiente mori.

n Eius. Scilicet filii, nisi post mortem, & not. quod refert cum morietur, an post quam morietur. & facit C. eodem. l. si donatione.

o Ab vxore. Scilicet sua.

p Hoc. Scilicet dotem. Azo.

q Minus. Id est, non.

r Ante. Scilicet quã collatio debeat fieri.

s Decesserit. Nã tenetur reddere. Azo. & facit C. famil. erciscun. l. a. & supra, famil. ereiscund. l. si filia. §. hoc amplius. & infra eodem. l. prætor. §. emancipati.

t Debeatur. Quod est quando nihil eis testamento reliquit prius eo emancipato, vel exhæredato sine causa: vt instit. de adopt. §. cum autem.

u Petat. Impubes. cum aliis filiis naturalis patris.

x An hæredi. Duobus modis legitur. primo, an pater adoptiuus relinquat quartæ actiones suo hæredi, id est, contra suum hæredem. & ita quod subiicit, vt ad hæredem, id est, contra hæredem transferat, scilicet pater adoptiuus. secundo sic. an filius impubes relinquat actionem suo hæredi. & pones impuberem decessisse, & est plana. nam si non relinqueret, non conferret: vt in actione iniuriarum: vt infra l. proxima. §. emancipatus.

y Transferat. Pater adoptiuus secundum primum, vel impubes secundum alium. & certe vterque transfert: vt s. de adop. l. si arrogator.

z Personalis actio. Scilicet condictio ea constitutione diui Pii: & dic, id est, personalissima, alias non esset bona ratio: quia infinitæ sunt personales, quæ in hæredes non dantur.

a Nata est. Si mortuus est pater adoptiuus.

*In P. Fl. nõ est, ei'.

adoptiuus viuat, qui eum emancipauit: dicendum est, cautionem quoq; cessare. Præmatura est enim hęc species collationis, cùm adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debetur.

Quod quæritur post mortem, si retrò quæsitum fingitur, uenit in collationem.

Si is, qui bona collaturus est, habeat filium, peculium castrense habentem: non cogetur vtique peculium eius conferre. Sed si iam tunc mortuus erat filius eius, & castrense peculiũ habuit, cùm morietur is, cuius bonorum possessio petenda est: an conferre cogatur? Cum autem vendicari id patri non sit necesse, dici oportebit conferendum. Non enim nunc acquiritur, sed non adimitur. Amplius dico, etiam si institutus fuerit à filio hæres, & necdum adierit, habeatq; substitutum: quia non magis nũc quæritur, peculium, quàm non alienatur: conferri debere. Confertur autem, etiam si quid eius non fuerit: dolo malo autem sit factum, quò minus esset. Sed hoc sic accipiendum est, vt hoc demum cõferatur, quod eius esse desijt dolo malo. Cæterum si id egit, ne acquireret, non venit in collationem. nam hic & sibi insidiatus est. Portiones collationum ita erunt faciendæ: vtputa: duo sunt filij in potestate; vnus emancipatus habens trecenta, ducenta fratribus conferet, sibi centum. facit enim eis partem, quamuis sit is, cui conferri non solet. Quòd si duo sint filij emancipati habentes trecenta, & duo in potestate: æquè dicẽdũ est, singulos singulis, q sunt in potestate, centena cõferre, cẽtena retinere: sed ipsos inuicem nihil cõferre. Dotis quoq; collatio in eundem modũ fiet, vt quicunq; confert, etiam suam personam numeret in partibus faciendis.

Cùm nepos ex filio natus est post mortem, iste poterit petere contra tabulas aui sui: quia inuenitur præteritus: & debet conferre, licet tempore mortis aui in rerum natura non sit.

Paulus libro xlj. ad edictum. II.

CVm emancipati filij nomine nepotem posthumum post

---

a Eum. Scilicet impuberem.
b Emancipauit. Sine causa.
c Cautionem. Scilicet de conferendo.
d Species. Aliàs species. & alias spes. & facit supra, de vulg. substi. l. 2. §. interdum. Sed arg. contra supra vt legat. nom. ca. l. hæc stipulatio. & C. ad Trebell. auth. contra qui rogatus. Sed hic cõtra volũtatẽ testatoris debetur quarta.
e Debetur. Licet statim peti non possit: quia ad hoc tantum tenetur pater adoptiuus, vt in suo testamento quartam relinquat. Institu. de adop. §. item non aliter. Sed videtur nõ deberi: vt j. eodem, l. proxi. §. id quoque. ibi, diuersum &c. quæ est contra. Sol. licet hui' legati dies sicut & illius conditionalis nõ cedat nisi post mortem patris: in hoc tamen legato secus: quia quasi æs alienũ petitur, vt supra, de inof. testa. l. Papinianus. §. si qs. Sed pone quòd hic pater reliquit hanc quartam filio adoptiuo: nunquid poterit peti ex causa legati? videtur quòd non, quasi creditori relictum: vt supra, de leg. 2. l. vnum ex familia. §. s 2. respon. & 3. Sed contra videtur. nam tũc demum datur actio ex constitutione, cũ non reliquit quartam. Sed si reliquit quartam, nullo modo debet dari, quia paruit cõstitutioni: sicut si per stipulationem tibi promisissem, & soluissem: amodo me conueni re non potes ex illa stipulatione. vel vt expeditius dicã, non in spicio quo iure petat: sed hoc tantum: quia æs alienum petere potuit: vt supra titul. 1. l. ia qui, in princip. Azo.
f Conferre. Quia non est suum, sed filij: vt C. ad Macedo. l. fina.
g Iam tunc. i. antequam arctaretur ad collationem, h. ante mortem aui, ne sit contra C. e. l. ea demum. Azo.
h Habuit. Pater nepotis, quia occupauit. habuit dico, cum moreretur, scilicet pater communis, auus scilicet nepotis: cuius, id est, ex cuius aui bonis petitur bono. poss. vel dic habuit, scilicet nepos, & tunc puncta post dictionem peculium.
i Cum autem. Nunc soluit, & dic non est necesse patri vendicare, s. iure hæreditario, quasi nunc de nouo factus dominus: & ideo confert quasi tempore mortis sui patris habuerit: vt d. l. ea demum. Sed quare, cum sit castrense, vt supra ea. l. §. nec castrense? Resp. amisit nomen castrensis, mutatione personæ: vt supra, de acquir. hæred. l. si pupillus. in fine.
k Institutus. Scilicet pater nepotis, quod potuit fieri in eo peculio, alias pater occupat: vt infra, de castr. pecu. l. 2.
l Adierit. Aliàs si adijsset, vt nunc hæreditas iure quæsitã, post mortem aui nõ cõferret, vt s. de acq. re. dom. l. in eo iure. sed quare de substituto dicit. & facit supra, de procura. l. per procuratorem.
m Acquireret. De hoc dic, vt j. de reg. iur. l. non fraudatur.
n Etiam sibi. Non solũ alij: quasi superiori casu tantũ alij.
o Sibi centum. Scilicet retinet.
p Habentes trecenta. s. vnusquisque.
q Retinere. Id est, vnus emãcipatus habeas ccc. sibi c. retinebit: & vna c. dabit vni ex filijs qui in potestate remanserunt: & alia alteri, & sic de alio emancipato. Azo. Sed contra s. e. l. si ex dodrante. Sol. vt ibi. & not. quòd emancipati secundum prędicta inter se conferunt: vt infra l. proxi. §. Iulianus. Accur.

CVm emancipati. Casus in hoc prin. est facilis vsque ad §. illud. vbi confert emãcipatus suis quod habet in bonis deducto ære alieno. quòd si emancipatus est grauatus ære alieno sub conditione, non deducit, sed cautio ei præstatur de eo defendendo adueniente conditione. Quid si perijt post mortem patris sine culpa, nõ tenetur conferre: quia facienda est collatio boni viri arbitrio. sed quod debetur emancipato sub conditione, illud debet conferre. secus in legato relicto sub conditione, quod non debet conferre. confert ergo emancipatus bona sua: & si quam habet actionem, debet conferre, siue sint rei persecutoriæ vel pœnales iniuriarum actio. quæ non est in bonis, non tenetur conferre.
Si tres emancipati. In § isto dicitur, Paterfamilias habebat tres emancipatos, duos in potestate, & emãcipati habebant in bonis ccc. quilibet eos præterijt, in potestate constitutos instituit, petierunt contra tabulas quid debent conferre? certè sicut si vnus solus esset emanci-

---

In P. Fl. præmatura est. n. spes colla tionis.

Morere tur.

In vete. exẽp. ma. nuscrip. sed non amittitur.

trecena.

emancipatus, & haberet nongenta, cuilibet fratrum deberet ccc. conferre: ita isti tres habebuntur loco vnius, vnde ita debent conferre, vt vnus: ita tamen, quod inuicem conferre non tenentur. Si ex emancipato filio. Vide per te. Si duo. Si ex filio mortuo extant duo nepotes emancipati, & præteriti, si petant contra tab. in bonis aui, debent ne cōferre dimidias partes, an quartam? & respon. quòd debent conferre semissem: nam si viuo auo in potestate eius fuissent, & cc. acquisiuissent: centū filius haberet, alia centum hi duo nepotes auferent, Si duo. Duo erant fratres emancipati præteriti: petierunt contra tabu. vnus contulit, alter non. quid erit de portione illius, qui conferre non vult? prodest ei, qui est in potestate, non emancipato: nam actio debet denegari ei, qui conferre non vult.

Si propter inopiā. Si emancipatus præteritus qui petijt contra tabu. non cauet; quia fideiussores inuenire non potest, interim dabitur curator bonis: qui potest alienare mora futura deteriora: & si vult cauere suus, ipse illarum rerum, quę seruando seruari nō possunt, habebit alienationem. Datur simile infra, ad Carb. l. sed & si is. §. quoties. Viuianus.

pam præstari & dolum: vt hic, & supra l. proxi. §. confertur. secus in perditis ante, vel alienatis, vel euictis: vt supra, de cus. l. pater. vel quia pater idemq; filius pro sua filia dotem dedisset: vt infra tit. t. l. t. in fi. Sed quæ culpa præstabitur? puto leuis: vt supra, de leg. t. l. cum tres. §. sed si culpa. & maximè quia gratia sua & suorum fratrum fit collatio sua, vt habeat partem paternorum fratrum, vt habeat partem bonorum istius: ar. Insti. quib. mo. re contrahi. obli. §. fi.

aui mortem editum [a]. dicimus bonorum possessionem accipere oportere: necessarium erit dicere, bona sua omnia eum conferre: licet non potest dici, mortis tempore aui bona habuisse, qui ipse nondum in rerum natura erat. Igitur siue hæreditatem à patre, siue legatum acceperit: hoc conferre debebit. Illud autem intelligendum est, filium in bonis habere, quod deducto ære [b] alieno superest. Sed si sub conditione debeat: non statim id deducere debebit [c] sed id quoq; conferre. Contra autem ei caueri [d] oportebit ab eo qui in potestate est, vt existente conditione defendatur pro ea parte, quam contulit. De illis, quæ sine culpa [e] filij emancipati post mortem patris perierunt, quæritur, ad cuius detrimentum ea pertinere debeant? Et plerique putant ea, quæ sine dolo, & culpa perierint, * ad collationis ius non pertinere. & hoc ex illis verbis intelligendum est, quibus prætor viri boni arbitratu iubet bona conferri: vir autem bonus non sit arbitraturus conferendum id quod nec habet, nec dolo, nec culpa desijt habere. Id quoque, quod sub conditione ex stipulatu debetur, emancipato conferri debet. [f] Diuersum est in legato conditionali: quia & si in potestate fuisset, [g] & post mortem patris conditio extitisset, ipse haberet actionem. Emancipatus filius si iniuriarum habeat actionem, nihil conferre debet. Magis enim [h] vindictæ, quàm pecuniæ habet persecutionem. Sed & si furti habeat actionem: conferre debebit. Si tres emancipati, [i] duo in potestate sint: Caius Cassius libro septimo iuris ciuilis, tertias [k] conferendas putat: vt emancipati (quia inuicem non conferunt) [l] vnius [m] loco sint: nec indignari eos oportere, si plus conferant, & minus accipiant: [n] quia in potestate

* In F. F ad collationis non non pertinere. i veter. excēp. ad collationē non pertinere.

a Editum. Sed conceptum ante mortē secundum quosdam. nam aliter non admitteretur, vt suus: quia non tetigit auum aliquo iure cognationis, vt Insti. de hæred. ab intesta. §. cum autem. sed nec vt bono. posses. quia non fuit animal eo viuo de cuius bonis agitur: vt infra, vnde cog. l. t §. si quis proximior. licet ad bona libertorum aui debeat admitti: vt infra, de bonis lib. l. Paulus. §. Paulus. sed hæc positio non valet: quia si sic esset, vt dicunt, nepos non peteret nomine filij, imo suo. hic autem loquitur cum filij nomine petit. pone ergo casum, vbi potest emancipatus transmittere contra tab. vt supra tit. 2. l. sed & si decesserit. Azo. petit ergo nepos nomine filij, id est ex persona filij: & idem esset in quolibet hærede filij, secundum Azo.

b Ære. Hoc dic, vt infra, de verbo. signifi. l. sub signatum. § s. Azo. & facit C. eo. l. ea. & supra, de iure dot. l. mulier. & infra, de iure fisci. l. non possunt.

c Debebit. Nisi in casu propter onus matrimonij: vt infra. l. proxi. §. emancipati. Azo.

d Caueri. Facit ī. de pecu. l. sed & si damnū. §. pe. Azo.

e Culpa. Colligitur ergo de perditis post mortem cul-

f Debeat. Ab eo emancipato. & est ratio diuersitatis inter honc, & sequentem casum, vt infra, de verb. oblig. l. si filius. & de reg. iur. l. quæ legata. Item cōfert non re ipsa, sed per cautionem: vt ī. tit. t. l. t. §. si sub conditiona nisi in dote, quā statim sibi computat: vt C. eodem. l. dotis. quia videtur eā habere, & possidere etiam dum est apud virum: vt C. qui potior. in pigno. habean. l. assiduis. item cōtra infra eo. l. pen. Sol. vt ibi.

g Fuisset. Filius emācipatus eo tempore quo legabatur. Item contra supra l. t. §. si impuberi. Sol. ibi. & facit C. de condi. inser. l. si vxor.

h Magis enim. s electiuè ponitur. non enim in condemnatione iniuriarū habetur respectus ad eā, vel pecuniam: sed ad ipsam cōtumeliam: vt hic, & infra, de iniu. l. item apud. §. si quis seruo. licet sit arg. cōtra C. de iniu. l. domin. sed dic, vt ibi. sed in actione furti secus: quia ibi ipsa res æstimatur, vt dupletur. Sed quid de popu. act. vt de albo corrupto, & alijs, quibus non prosequitur quia priuatum damnum, si fuerit iam lis contestata: nam ante non sunt in bonis: vt infra, de verb. signi. l. si cui? Respon. si ratio legis spectetur: quia ad vindictam, idem est quod in actio. iniur. sed forte est & alia ratio quàm in act. iniu. quia etiam si esset in potestate, sibi competeret. vt infra, de act. & obli. l. filius.

s Hic enī electiuè. sic l l. lcō modato. §. sicut. ā. commo. aliquādo cōparatiue, in l. iubere cauere. ī. de iuris. om. iu. Bald. in l. transactione. C. de trans.

i Si tres emancipati. Quorum quilibet habet ccc.

k Tertias. Scilicet partes. ita quòd quilibet emancipatorum centum vni, & centum alteri det, & sibi centum teneat: vt infra l. proxi. §. Iulianus. nec ob. supra eo. l. t. §. si ex dodrante. vt ibi not.

l Non conferuntur. Vt C. eo. l. si emancipati.

m Vnius. Vt enim si vnus esset emancipatus, & haberet nongenta, conferret cuique ccc. & sibi vna ccc. retineret: ita & quando sunt tres.

n Accipiant. Scilicet quartam, per contra tabulas bonorum.

eorum fuerit, bonorum possessionem [a] omittere. Iulianus quoq; Cassij sententiam sequitur. Si ex emancipato filio nepos emancipatus, mortuo patre simul, & auo bonorum possessionem vtriusque acceperit, cùm vterque eorum suum hæredem [b] reliquerit: eo modo collatio explicari potest, vt si (verbi gratia) centum in bonis habuerit: & patruo quinquaginta, & fratri quinquaginta conferre debeat. [c] Hoc enim ratio facit: siue personas, siue portiones numeremus.

Si ex filio mortuo extant duo nepotes emancipati, & præteriti: si petant contra tabulas bonorum possessionem in bonis aui, debent conferre semissem.

Si duo nepotes ex filio mortuo emancipati bonorum possessionem aui petant: vtrum dimidias, [d] an quartas [e] patruo conferre debeant quæritur? Et verius est, semisses cõferre eos oportere: quia & si viuo auo, cùm in eius potestate essent, ducenta (puta) adquisissent: centum filius, centum duo fratres [f] per aui hæreditaté haberent. Si duo * fratres emancipati bonorum possessionem petierint: & vnus contulerit, alter non contulerit: huius [g] portio tantum ei, qui in potestate est, prodesse debet, non etiam emancipato: quoniã eius causa, [h] qui in potestate est, denegantur ei actiones. Si per inopiã [i] emancipatus cauere non possit: non statim [k] ab eo transferenda est possessio: sed sustinendum, donec possit inuenire fideiussores: vt tamen de ijs, quæ mora deteriora futura sunt, ijs, qui in potestate sunt, actio detur. ipsiq; caueant, se in medium collaturos, si cautum eis fuerit.

Ius implendi conditionem non transit ad hæredem ex dispositione legis. Bart.

Iulianus lib. xxiij. Digestorum. III.

PRætor non sub conditione collationis bonorum possessionem contra tabulas promisit: sed demonstrat quid data bonorum possessione fieri oporteat. alioquin magna captio erat emancipati, si non aliter bonorũ possessionem intelligeretur accipere, nisi cauisset de collatione. Nam si interim ipse

*In P. Fl. nõ est, fratres.

norum. Accursius.
[a] Bonorum possessionem. Contra tabulas.
[b] Suum hæredem. Puta quilibet filium suum in potestate.
[c] Conferre debeat. Sic ergo nihil sibi retinet. Imò virilem debet sibi retinere, vt supra eo. l. 1. §. portiones? Respon. quia potest alia l. habere: quod aperte est cõtra hũc §. dic ergo quia aui dimidiam hæreditatis aufert, & dimidiam dec et conferat, id est, communicet: & sic fratri. remanet ergo sibi medietas: & sic non tantum confert quantum accipit. & sic est contra supra. l. 1. §. si ex dodrãte. Sol. hic propter duas hæreditates. Sed adhuc ob. §. portiones. quia omnia paterna debent conferri: sed hoc facit hic duarum hæreditatũ necessitas, vt minus det in quantitate & plus accipiat.
[d] Dimidias. Sed vterq; dimidiam.
[e] Quartas. Id est, vterq; nepotũ quartam eorum quæ habent: quia & talem partem sunt habituri in bonis aui, vt inst. de hære. ab intesta. §. & quia placuit.
[f] Duo fratres. Scilicet, & hic nepotes in potestate retenti. Azo. not. quod plus cõfert, quam aufert. & sic est arg. contra supra eo. l. 1. §. si ex dodrante. Sed hoc ideo, quia hi duo nepotes sunt loco vni*, scilicet sui patris, qui sic conferret.
[g] Huius. Non conferentis.
[h] Eius causa. Sic C. qui. ad lib. proc. non licet. l. 2.
[i] Si per Inopiam. Secus si per contumaciam.
[k] Statim. Scilicet transacto tempore, nec modico, nec maximo. sic infra, de sol. l. statum. vtroque tamen casu constituetur curator bonis: vt supra eo. tit. l. 1. §. si frater. & §. si cum duobus. Azo.

PRætor non. CASVS. In prin. huius l. dicitur, si emancipatus præteritus petit contra tab. illa bon. poss. nõ defertur ei sub cõditione, si cõtulerit, sed pure, veruntamen denegãtur act. nisi conferat qa emancipatus posset pati damnum, si nõ datur bonorũ possessio, nisi sub cõditione, si cõferret: qa si interim decederet, hæredi suo nihil relinqueret. Itẽ si frater eius decessisset, non admitteretur ad eius bon. poss. & ideo dicendum est, quod vocatur statim ad contra tab. sed debet offerre vel cauere, alias denegatur actio. Emancipatus. Si filius emancipatus facit controuersiam impuberi, qui dicit se filium fuisse in potestate: nunquid debet conferre? certe sic, si cauerit impubes restituturum se & hæreditatem, & quæcunq; ex collatione acceperit, si victus fuerit. Quoties. Cum certũ sit emancipatos debere conferre bona sua ijs tantum, qui in potestate patris fuerunt. Quæritur, quantum ex paternis, & quantum ex his, quæ conferunt, emancipati percipere debeant? Respondeo ex mente Iurisconsul. bona quidem paterna diuidi pro numero liberorum, tam emancipatorum, quam eorum, qui in potestate manserant, vt si pater habens quadringenta in bonis, reliquerit duos filios in potestate, & duos emancipatos: singuli centum percipiẽt. Bona autem quæ alteruter ex emancipatis contulerit, diuidentur pro numero liberorum in potestate relictorũ connumerata cum eis persona ipsius emancipati conferentis. Itaque si alter ex emãcipatis centum conferat: tres partes, sicut & duas quidem ferent liberi in potestate relicti: reliquam partem sibi habebit ipse emancipatus conferens: nec ex eo aliquod commodum sentiet alter emancipatus. Emancipati. Si emãcipatus petit bono. posses. contra tabu. debet suo conferre. sed dum confert, dotem vxoris suæ potest detrahere, quia illa non est conferenda supra eo. l. 1. §. iubet. Emancipatus præteritus. Frater emancipatus deliberabat vellet petere contra tab. vel non: & interim cauit de conferendo. postea non petit contra tab. nunquid si à fratre conuenitur, poterit vti exce. non: sed videtur ipso iure tutus: sed si pecuniam soluisset, quod non petisset contra tab. pecuniam posset cõdicere. Q[ui]n duos. Paterfamilias habebat duos filios in potestate, ex vno eorum nepotem, emancipauit filium ex quo habebat nepotẽ. filius emancipatus procreauit filiũ. illum loco filij adoptauit auus. postea decessit emancipato præterito. nunquid potest peti contra tab? Certè sic à præterito: & est faciẽda hæreditatis diuisio in tres partes. non pertinet

pertinet ad filium, qui est in potestate, altera ad nepotem quẽ loco filij adoptauit, tertia ad emancipatum filium & nepotẽ, qui in potestate remanserat, vt tamen pater ei soli conferat, cum quo bonorũ possess. accipit.

tria. Scilicet centum de paternis. & xxxiij. [uncertain] aureos, & tertiam alterius aurei, quod est tertia c. de suis.

r Centum viginti. Scilicet centum de paternis, viginti de suis, id est, tertiam. & sic plus confert, quàm aufert. confert enim tertiam, & aufert quartã. sic supra l. proxi. §. si tres. nec ob. supra eo. l. 1. §. si ex dodrante. vbi nota.

a Ipse decessisset. Scilicet emancipatus.

decessisset,[a] hæredi suo † nihil relinqueret.[b] Item si frater[c] eius decessisset: non admitteretur[d] ad bonorum possessionem. Quid ergo est? Intelligendum est bonorum possessionem accipere,[e] & ante quàm caueat. Sed si non cauerit,[f] ita obseruabitur, vt tota hæreditas apud eum, qui in potestate fuerit, remaneat.[g] Emancipatus filius controuersiam facit impuberi,[h] qui se filium, & in potestate patris fuisse dicit: quæro, si[i] bona sua ei[k] emancipatus conferre debeat? Paulus notat. Puto ei conferendum[l] esse exacta cautione, vt victus, sicut hæreditatem, ita & quæ collata sunt præstet. Quoties contra tabulas bonorum possessio datur emancipatis, bona sua conferre debent ijs solis,[m] qui in potestate patris fuerint. Hoc quemadmodum expediri oporteat, quæri solet. Nam si bona à patre relicta, & emancipatorum, in medium conferantur, & ita viriles[n] partes sumantur: eueniet vt emancipatis[o] quoq; collatio ab ipsis facta prosit. Videamus ergo, ne commodissimum sit, emancipatos* quartam partem ex bonis paternis conferre, ex suis tertiam. quod dico, exemplo manifestius fiet. Ponamus patrem quadringenta reliquisse, & duos in potestate filios, duos emancipatos: ex quibus alterum[p] centum, alterum sexaginta in bonis habere: is qui centum habebit, centum triginta tria[q] & trientem feret: is verò qui sexaginta contulerit, centum viginti.[r] atq; ita eueniet vt collationis emolumentum ad solos, qui in potestate remanserint, perueniat. Emancipati bona sua conferre cùm ijs, qui in potestate fuerint, iubentur. Quare sicut is, qui in potestate est, dotem vxoris præcipit: ita emancipatus quoque quasi præcipiat,[s] retinere debet. Emancipatus præteritus, si dum deliberat,[t] cauerit[u] de bonorũ collatione, nec bonorum possessionem petierit:[x] agente fratre ex stipulatu, ipso iure tutus erit. Sed & si pecuniam contulerit: condictione[y] eã repetet. Omissa enim bonorũ possessione, incipit pecunia sine causa esse apud hæredem. Qui duos filios in potestate habebat, & ex vno eorũ nepotem emancipauit filium, ex quo nepotẽ habebat: deinde emancipatus factus procreauit filium, quem auus in locũ filij adoptauit: & vel intestatus,[z] vel testamento facto præterito emancipato filio decessit. Quæsitum est, quid de bonorũ possessione, quid de collatione iuris esset? Respondi: Bonorum, de quibus quæritur, tres partes fieri debent: ex quibus vna pertinet ad filium, qui in potestate remãsit:

b Nihil relinqueret. Tum quia pendente cõditione decessit: vt C. de cad. tol. §. si autem. tum quia nonaginta non transmittũtur: vt ff. de bon. possess. l. 3. §. denique. Accursius.

c Frater. Qui est in potestate. & dic decessit sine hærede.

d Non admitteretur. Scilicet emancipatus. alij dicunt emancipatum non admitti, qui nõ contulit fratri viuenti: quod nõ placet: quia & eius hæredi potest caueri: vt infra eo. l. 1. §. ibidem.

e Accipere. Scilicet posse.

f Non cauerit. Scilicet postea.

g Remaneat. Si possideat denegatis actionibus ei qui non cauit: vt C. eo. l. post humo. vel si non possideat, officio iudicis ei consuletur: vt C. eod. l. si soror. & facit quòd conditio non intelligatur, infra de acquir. poss. l. quod meo. §. si furioso. Sed arg. contra. in eo. tit. l. si me in vacuã. & infra, de no. op. nun. l. stipulatio. §. habet.

h Impuberi. De statu, & bonis. & sic habet locum Carbonianum: vt argum. infra, de Carb. edi. l. 1. in prin.

i Si. Id est, an.

k Ei. Impuberi.

l Conferendum. Et sic apparet, quod petat Carb. & bo. pos. & collationem si satisdederit: vt hic, & infra, de Carbo. edi. l. penul. & fi.

m His solis. q. d. non alijs emancipatis: vt C. eo. l. si emancipati. Accursius.

n Viriles. De vtriusque bonis.

o Vt emancipatis. Scilicet alijs. Accur.

p Alterum emancipatorum.

q Centum triginta

s Præcipiat. Etiam constante matrimonio: quia sentit onera matrimonij. vt ff. famil. ercis. l. si filia. §. hoc amplius. & supra, de iu. do. l. si is. §. ibi. & facit supra eo. l. 1. §. emancipatus. alias præcipiat.

t Deliberat. De accipienda bono. poss. vel non.

u Cauerit. Sponte: nã inuitus antequã petat bono. pos. non cogitur cauere: vt supra eadem l. in princip. Hugo.

x Petierit. Sed omiserit. Sed quid est quod promissor non tenetur ipso iure, vt hic, sed tradendo transfert dominium, vt subijcit? Respon. dic to cum ipso iure scilicet exceptionis. sic ponitur infra, de lo. l. qui x. 2. respon. & argu infra, de re iu. l. nihil intelligit. vel stipulatio est de iure ciuili: vnde per aliud ius ciuile potest intelligi tacita conditio, scilicet si petat bono. poss. sed traditio dominij est de iure gentium: vt insti. de re. diui. §. per traditionẽ. circa quod. vt circa immutabile, ius ciuile fingere non audet: vt insti. de leg. agn. tu. §. fi. & de hæ. ab inte. §. minus. licet expressa possit apponi conditio etiã in dominio: vt ff. de sol. l. sub conditione. sed prima placet: quia & stipulatio valet, sed condictione liberatio: vt supra, de condi. sine cau. l. qui sine. & facit supra, de condi. ob causam. l. 1. & l. si filius.

y Condictione. Sine causa, vt subijcit. & etiam ob causam: vt dicta. l. si filius.

z Intestatus. Hoc casu habet locum vnde liberi.

† De hoc vide ad lõgom per Bart. in l. mulieri & Titio. ff. de cõd. & an cõditio apposita i pſona vni' censeatur repetita in pſona cõiuncta. in l. fina. §. Seio. & ĝ ibi not. s. de lega. 2.

* In P. Fl. quartam: partẽ ex bonis paternis ferre. quæ lectio magis placet. emancipati enim sua conferũt: ex paternis autem partem ferunt pro numero liberorum.

Ei.

a Ei. Nepoti. & facit supra, de contra tab.l.3.§.si quis post emancipationem.& l.si duobus.io fin.& supra tit.1.l.quia. & supra eo.l.1.§.1.& §.si ex dodrante, in fi. & infra eo.l.filius. in fio.

Filiū. CASVS. Si filius emancipatus preteritus petit cōtra tab.dotem datam pro filia, non tenetur conferre:quia non intelligitur in bonis suis.

b Matrisfami. Quæ fratribus suis debet conferre. & facit ad l.j.in.& l.1.§.fi.& §. ad l.falci.l.pater. & de col.l.pater. & ad Treb.l.a filia.

Siquis. CASVS. Quidam habebat filium sui iuris constitutum, & ex eo nepotem: ille nepos accipit contra tabu. nunquid tenetur cōferre sicut filius adoptiuus?dicit quod debet conferre, si putat vtile petere contra tab.sed si non velit non debet conferre. nam vbi petit cōtra tab.debet conferre quæ habet, vel dolo desijt habere, sed alia cōferre non tenetur.

EXtraneo posthumo [o] hærede instituto, non aliter uenter in possessionem mittitur, nisi [p] mater aliunde se alere nõ posit: ne fortè ei, qui natus bonorũ possessor futurus est, denegasse alimenta uideamur.

Idem libro xlvij. ad edictum. VII.

VBicunque ab intestato admittitur quis, illic & uenter admittitur: scilicet si talis fuerit is, qui in utero est, ut si in rebus humanis esset, bonorum possessio

---

[a] Tardius. Aliàs serius datur.

[b] Obsignare. Id est, ob hoc signare, ne quid inde minuatur.

[c] Pernumerare. Id est, omnes numerare. per enim totũ significat: ut j. de uerb. signi. l. urbana. §. fi. Azo.

[d] Facta sit. Subaudi messi, & uindemiæ custodem apponet.

[e] Diminui. Propter uẽtrem, uel pecora, uel messem, uel uindemiam: imò in uentre contra: ut s. proxim. §. Azo.

[f] Curatore. Constituẽdo. & dic conscribere. i. ei scribere debent omnes simul creditores, & alij, quorũ interest constitui: de quibus hic, & superiori §. dicitur. uel maior pars, qui in eum consentiũt. ut j. de cur. bo. dan. l. 2. in princ. Azo. & quod dixit uẽdenti, scilicet quæ possunt uendi. quod dixi supra, eo. §. mulier. nec obstat j. de cur. bo. dan. l. 1. quia ibi debet consentire si ea igitur: licet quidam dicant aliud in illo curatore. Accursius.

[g] Hæc omnia. Quæ sunt dicta s. ead. l. §. quod si. & §. idem ait. Azo.

[h] Tandiu autem. Tenetur enim actione in factum ad interesse, usque ad annum: ut s. si mulier uen. no. l. j. §. competit. & §. per calumniam. & §. hanc autem. & facit s. de ijs qui not. infa. l. notatur. & de iureiur. l. 3. §. penult.

[i] Pariat. Futurum agnatum uel cognatum: ut j. e. l. ubicunque. §. interdum.

[k] SVmptus. Bona fide. Quia se credebat prægnãtem, & ex defuncto. & facit supra eodẽ, l. 1. §. toties. ibi, ratumque. & infra eodem, l. penult.

[l] HAbitatio. Facit s. eo. l. 1. §. mulier.

CVrator. CASVS. Vbicunque curator datur uentri misso in pos. ille debet uentri alimenta præstare, siue mulier habeat dotem, siue non. nam quod pręstatur ei, pręstari censetur, qui in utero est. Et curator datus uentri debita potest soluere, ea potissimum, quæ debentur sub pœna, uel sub pignoribus: ne hæres committat in pœnam, uel pignora distrahantur. Viu.

[m] Qui in utero est. Quia est portio uiscerum matris, ut s. de uen. inspi. l. 1. §. ex hoc rescripto. sed contra j. eo. l. extraneo. Solut. ibi.

[n] Sub pœna. Vel usuras aliòqui non nisi fuerit conuentus. Azo. & not. quod hic est ex natura curatoris bonorum, sed in princ. huius l. ex natura dati uentri. Itẽ facit j. de cura. bo. dan. l. 1. in fin. & s. de hære. instit. l. si quis instituatur. §. fi. Itẽ quod dicit sub pœna, subau. maxime secundum. Azo.

EXtraneo. CASVS. Testator extraneum posthumũ instituit sibi hæredem. nunquid uenter mittetur in poss. sic, si mater non habet aliunde, unde se alat. Viuia.

[o] Extraneo posthumo. Vt ex emancipato conceptus, qui poterat etiam olim institui: ut Institu. de leg. §. posthumo. secus in suo filio: ut s. l. proxi. in prin. quæ est contra.

[p] Nisi. Nota, quòd hæc dictio nisi, ponit: * sic s. si quis cau. l. si eum. in fi. & facit hæc lex ad solutionẽ quæstionis factæ. C. de rei uxo. actio. §. exactio. in fi. magnę gl. & facit infra de Carb. edict. sed & si is. §. an autem.

VBicunque. CASVS. Si defunctus decessit intestatus, & uenter uelit ab intestato succedere: si uenter est talis, quòd si natus esset, suus esset, debet mitti in poss. & iam pro nato haberi.

Interdum. Venter non mittitur in pos. bonorum defuncti passim, sed cum causæ cognitiõe. si quis facit controuersiam uentri, an est de liberis, cognoscetur summatim. & bene debet alicuius causæ cognitio summatim fieri quia incõueniens est missum in poss. uentrem uesci de alieno, si uenter non est. Vnum sciatis, si puero mouetur quæstio status, differtur in tempus pubertatis, sed interim non mittitur in posses. Mittit prætor uentrem in posses. ex isto dicto, etiam si alij erunt in possessione. Viuia.

---

[r] per aug et, & quot modis ponatur, Mãdos. in gl. Facul. §. Ac etiã, in uer. p.

* Sic in P. F. & rectè quod. Hal. aũt scilpsit, cõcedenda.

* P. F. 14.

* Tu dic hoc esse uerũ, si pcedat negatio: aliàs ẽm priuat, seu negat: ut no. in l. si cum. §. fi. & ibi omnino Bar. & Alex. s. si qs cau. & in ca. à nobis. p gl. eatia de testa.

nem [a] petere posset: ut in omnibus partibus edicti pro superstite [b] habeatur is, q in utero est.

Interdum [c] non passim, sed cum causę cognitione mitti uenter in possessionem debet, si quis sit, qui controuersiam referat. sed hoc tantum ad eum uentrem erit referendum, qui cum liberis [d] admittitur. cæterū si mittatur Vnde legitimi, [e] uel qua alia ex parte: dicendum est, non esse causæ cognitionem [f] necessariam: nec enim equum est, in tempus pubertatis uentrem [g] uesci de alieno, in tempus pubertatis dilata controuersia. Sed enim [h] placet omnes cōtrouersia, quæ quasi status controuersiam continent, in tempus pubertatis differri; sed non ut is in possessione sit, status controuersia dilata, sed sine possessione. Quamuis autem uentrem prętor in possessionem mittat cum ijs, [i] quibus possessionem dederit: attamen etiam solus [k] uenter admittetur ad bonorum possessionem.

Paulus libro j. de adulteriis. VIII.

SI uentris nomine mulier in possessionem missa sit: diuus Adrianus Calphurnio Flacco differendam [l] accusationem adulterij rescripsit, ne quod præiudicium [m] fieret nato.

Vlpianus libro xv. ad Sabinum. IX.

CVm uenter [n] mittitur in possessionē: quod in uentris alimēta diminutum est, detrahitur uelut ęs alienum.

Paulus libro vij. quæstionum. X.

POsthumus nat[9] quocūque tēpore ([o] qui tamē ante mortem testatoris conceptus iam [o] erat) pōt agnoscere bonorum possessionem. [p] nam & uentrem prętor ex omnibus edicti partibus [q] mittit in possessionem bonorum: non missurus scilicet, si ei nato daturus nō esset bonorum possessionem.

[a] Bonorum possessionem. Scilicet unde li. secundum quosdam. tu dic etiam unde agnati, uel cognati: ut dices j.l. si. ubi expones hæc uerba, in omnibus &c.

[b] Pro superstite. Quo ad commodum uentris.

[c] Interdum. Differentiam facit §. hic, an mulier quæ petit mitti, sit paritura suum, uel quasi suum, & ei resistitur ab alijs liberis. quo casu fit plena causæ cognitio, cū debeat usque ad pubertatē esse in possessione, & ali. licet si iam nato fieret summaria: ut j. de carbo. edi. l. 3. §. causæ. an sit paritura agnatum uel cognatum defuncti, & resistitur ei ab alijs agnatis, & tunc citra causæ cognitionem maximam mittetur: quia tunc non debet esse in possessione: nec ali, usque dum nascetur. cæterum quęstio status semper differtur in tempus [1] pubertatis: & secundum hoc nō est contra s. e. l. 1. §. si ea. nā ibi ut agnatum erat paritura. Vel dic quòd si suū. tamen non erant liberi, qui resisterent, sed uel si extranei uel nulli: & ideo fit ibi summaria.

[1] Vide ad lōgum in Spec. titu. de actio. § 31. col. uersi. item differetur. & per eundē ti. de proc. §. t. 13. eo sū. uersi. item excipitur contra procuratorem.

[d] Cum liberis. Resistentibus.

[e] Vnde legitimi. Id est, quasi legitimū, id est, agnatum, uel cognatum sit paritura: & hoc cum alijs agnatis, uel cognatis resistentibus.

[f] Cognitionē. Plenam, & meritò: quia non erit in possessione nisi usque quo nascetur. nec enī &c.

[g] Ventrem. Pariturum agnatum, uel cognatum. Accursius.

[h] Sed enim. Pro certè. & hæc dictio, sed, aduersatur ad id quod dixerat uesci. q. d. non uescitur post natiuitatem, sed quęstio status differtur. Accur.

[i] Cum ijs. Paritura suum cū alijs suis: paritura agnatū cum alijs agnatis.

[k] Solus. Si solus est. & facit j. de manu. testamen. l. si ita fuerit. §. quæstio. & j. tit. 2. l. 1. §. si potet emancipato. & s. de usufruc. l. illi.

SI uentris nomine. CASVS. Si mulier prægnans petit se mitti in pos. bonorum defuncti uentris nomine. & accusatur de adulterio, debet differri quæstio adulterij, ne fiat præiudiciū nascituro, uel iā nato. Viuianus.

[l] Differendam. Imò contra: ut j. de adul. l. miles. §. quæ propter. & C. de fal. l. 1. & j. de Carb. edic. l. 1. in fi. & l. Titia. quæ dicūt nō differri. Sed ibi propter natū, hic propter nasciturum. Vel dic, aut ideo accuso, ut sic impedias partum in possessionem mitti, quasi ex adulterio conceptum: & differtur, ut hic. aut etiam ut ipsa puniatur: quod possum, ut in contrarijs. argu. infra ut. a. l. Titia.

[m] Præiudicium. Qualequale: non tamē cui fletur: ut s. de pe. hære. l. si quis libertatem. 1. respon. & sic sententia lata contra hæredē dicitur non præiudicare: ut C. res inter alios acta. l. 1. & alibi. quod præiudicatur j. de appel. l. à sententia. & facit j. de Carbon. edic. l. 3. §. ibidem.

CVm uēter. CASVS. Si mulier mittitur in possessi. uētris nomine, quod diminuit ob alimenta, debet detrahi de bonis tanquam æs alienum. Viuia.

[n] Cum uenter. Facit s. eodem. l. sumptur.

POsthumus. CASVS. Mulier missa est in possess. uentris nomine. iste posthumus tempore mortis erat conceptus: nunquid uidetur rectè missa in possess. bon. Respond. quòd sic, scilicet si iste erat talis, qui iam natus defuncto suus futurus erat: alias secus. Viuia.

[o] Conceptus iam. Alioqui non: ut j. unde cog. l. 1. §. sed hoc ita.

[o] In P. F. qui tamē morte testatoris cōceptus iam erat.

[p] Bonorum possessionē. Vnde liberi, uel secundum tabulas, uel contra tabulas, si fuit institutus, uel præteritus.

[q] Edicti partibus. Hic quæro, an uenter pariturus agnatum, uel cognatum possit mitti ex hoc edicto. dixit Azo, quòd sic, etiam in quarto gradu, uel ulteriori, dummodo alius eum non præcedat. nam lex dixit ex omnibus partibus &c. scilicet quæ multæ sūt, ex testamento, & ab intestato: ut Instit. de bono. possession. §. sunt autem. liberorum, agnatorum, cognatorum. istæ enim sunt partes edicti: ut infra si tab. test. nul. ex. l. 1. in princ. & pro hoc. inf. ad Tertyl. l. 1. §. sed si matris. & s. eod. l. ubicunque. in princ. in quibus sunt eadem uerba. Item expressum uidetur s. l. ubicunque. §. interdum. Alij dicunt, non aliter, nisi sit paritura suum, uel quasi suum: ut s. eo. l. 1. §. toties. Et quod dicit omnibus edic. &c. id est, siue ab intestato, siue ex testamento, per secundum tabulas, uel contra tabulas successurus, dummodo suus, uel quasi suus. sed sic non comprehenderentur omnes partes edicti. uel si uis seruare secundam opinionem, dic ex omnibus &c. siue sui sunt successuri liberi, siue agnati, siue ut cognati: quod facere possunt: ut infra de succes. edicto. l. 1. § sed uidendum. & de Carboniano edicto. lege, de bonis. §. huic. primà placet: maximè per

mè per §. interdum. licet in alio differat, ut ibi dicitur. Sed quid si institui uentrem Bertæ extraneæ, quod possum: ut supra de statu hominum. l. qui in utero? Resp. habet: quia habiturus est secundum tabulas. Accursius.

DE CONiungendis cum emancipato &c.

ADDITIO De bonorum possessione contra tabul. quæ datur liberis emancipatis præteritis dictum est: & dictum est de collationibus, & bonorum possessionibus, quæ dantur mulieri prægnanti. uerum quia inter filium emancipatum, & nepotē ex eo in potestate constitutum est discordia, & de hoc erat discordia inter ius ciuile, & prætorium, prætor uult ad concordiam reuocare. nam ius ciuile uocat nepotem in potestate constitutū, quia suus. Insti. de hære. quali. & diffe. §. sui. ius prætorium uocat filium emancipatum. quia in primo gradu. Insti. de hę re. quę ab intestato. §. emancipati. sed certè ex isto edicto fit concordia inter ius ciuile, & prætorium. istud uocat quēlibet pro dimidia, & hoc dicit titulus, de cōiungendis libe. id est nepotibus. Verum hoc secūdum Placen. est correctum: cum sit sublata differentia emācipationis, & patrię potestatis. uel dicatis quo ad quid est correctum: quia filius pręcedat nepotem. sed si haben filium emancipatum, ex alio nepotem in potestate: nō est sublatum, in authen. de hæredi. ab intest. §. consequens. Vivia.

† Vide in hunc locum Antonium Aug. lib. 1. emend. c. 5. in Pandectis em Florentinis hic titulus ante superiorē positus est.

TITVLVS IX.

DE CONIVNgendis cum emancipato liberis eius. †

Primo ponit iurisconsultus mentem edicti. secundo illud ex ponit. Secūda ibi, Hoc edictum, Bartolus.

Vlpianus libro xl. ad edictum. I.

Si quis. CASVS. Si filius est emancipatus, & nepos in potestate, uocat ex edicto in dimidiā quilibet, si est nepos ex alio filio. si ex eodē: in partem uocatur pater, in aliā nepos. & istud edictū continet magnā æquitatē, ne emancipatus solus ueniat, & excludantur nepotes. Vnū sciatis, si filius datus in adop. institut' est nepos debet sibi iungi, siue sit pater institutus uel præteritus. ueruntamen differentia est inter adoptiuū, & emancipatū: quia in ado. datus nō iungitur, nisi sit institutus, alio committente edictum: emācipatus iungitur, siue institutus sit, uel præteritus. Filio. Testator unum filium habebat in potestate, & illum ex besse instituit, filium emācipatū ex triente, nepotem ex filio emancipato præterijt. præteritus iste nepos contra tabulas petit ex persona instituti, uel a filio emancipato. præteritus quid auocabit à patruo? auocabit sextantem, à suo patre unciam. uocabitur itaque in quadrantem. Si pater. Pater ex quo nepos erat in potestate, fuit exhæredatus, nepos præteritus. nunquid debet hic exhæredatus cū præterito iungi? nō: sed si uterq; esset præteritus, sic. Sed quid erit? pater in potestate manens est institutus: nūquid nepos ad bona aui sui debet uocari? Rū. quod non. quia toties nepoti consulitur, quoties in potestate est, parte eius emancipato. Quid si posthumus natus sit: nunqd admittetur cū patre suo? & certè sic. h. d. usq; ad §. liberos. Liberos aūt. Ex isto edicto, ut in superioribus habuistis, cōiungūtur liberi cū emācipatis. quod est ita intelligendum, si defunctus habet ex filio emācipato nepotes, aut pronepotes in potestate: tunc ueniunt nepotes cū emancipatis, & sic deinceps. Vnum est, si pater habet nepotē ex filio emācipato, & ex nepote pronepotē, pronepos iungitur cum emanci

pato. sed si captus est ab hostibus, & redierit, similiter ipse iungitur. h. d. usque ad §. si pater. Si pater. Paterfamilias habebat duos filios in potestate. alterū emācipauit, & nepotē ex eo in locum filij adoptauit: decessit ipse pater, & filium præterijt, nūquid iungetur ipse nepos filio: ut s. in princ. huius l. ar iste nepos non est, sed filius adoptatus. certè ei succurritur succedenti, sicut si extraneus datus esset in adop. quia uocatur in unam tertiā, pater eius in aliam tertiam: alter filius qui retentus est in potestate, uocatur in reliquā tertiam. Illud. Nepos suus iungetur emancipato præterito cum pater decedit intestatus, siue nepos fuit in nihilū institutus, uel in magna parte, uel modica portione. Inter ipsum. Si aliquis decedit relicto filio emancipato: & nepote in potestate retento: si ipsi duo sint, non alij liberi, diuiditur hæreditas in duas dimidias. sed si sunt plures nepotes diuiditur. si sunt ex eodem filio, pater uocatur in semissem, duo nepotes in alium semissem. sed si erat filius emancipatus, & nepos in potestate retentus, & alius filius in potestate retentus: tunc uocatur filius suus in semissem, & emancipatus cum nepote in alium. sed si duo sunt emancipati, & quilibet habet nepotem, diuiditur in duos semisses. sed si unus emancipatus habet unum filium, alius tres, diuiditur in duos semisses: & unus semis diuiditur in duos quadrantes, ut emancipatus quadrantem ferat, alterū quadrantē diuidant inter se filij eius. Si quis. Defunctus habebat filium emancipatū, & nepotes ex eo. decessit intestatus: iunguntur nepotes emancipato. aliquis nepotum omittit partē suā, cui accrescit? accrescit fratri. Quid si omnes omittant? nūquid accrescit patri, an patruo? certè soli patri: sed si pater omitteret, soli patruo. Emancipatus. Filius emācipatus patri defuncto uult ab intestato succedere. ex isto filio non sunt nepotes: nūquid bona quæ habebat tēpore mortis, debet fratribus cōferre? sic. sed si essent nepotes, tunc prætor tuetur eū cum filijs suis, & eis debet conferre. Sed pro Deo, in quantū erit facienda collatio: an pro parte uirili, an pro dimidia, an qualiter? & certè si cōferat fratribus, uiriliter: si filijs suis, detrahet pro eodē, & sic ad colla. uocatur: & ideo si succedit cū filijs suis, habet dimidiā, filij aliā. Sed quid si emācipatus habet fratrē emancipatū, aliū in potestate retētū? & nepos debet cōferre fratri suo, & nepotibus: & erit locus collationi, hoc modo: si centū erāt in bonis, habebit quinquaginta residua conferre nepotibus. sed si erāt duo nepotes, & pronepotes, tūc quinquaginta retinet: alia quinquaginta diuidi debēt, quia nepotes habens uigintiquinque, alij nepotes habent alia 25. quia hoc modo uocātur ad successionē ab intest. h. d. usq; ad §. si sit filius. Si sit filius. Paterfa. habebat duos filios unū in potestate, alium emancipatum: & ex alio defuncto nepotem in potestate, & aliū emancipatū. qualiter uocabuntur isti? certè filius emancipat' debet suis nepotibus, & fratribus conferre, & fiet ita colla. ipse habebit unā partē, aliā nepotes, aliā frater eius: & ita uiriliter uł uenire ad successionē cū fratre, & nepotibus. Quid si nepotes ex illo erāt emācipati, ex altero in potestate retenti? similiter dicendum est, quod uiriliter fiet collatio. Vnū sciatis, quia nepos ex filio confert patri suo: nō aūt patruo maiori, i. fratri sui aui. h. d. tota lex. Viu.

* In uete. exēp. cū is morit,

ruerunt: bonorum possessio eius partis datur, a quæ ad eum pertineret, si in potestate permansisset: ita, ut ex ea b parte dimidiam, a reliquã liberi eius habeant, iisque c duntaxat bona sua conferat. Hoc edictum d æquissimum est, ut neque emancipatus solus ueniat, & excludat e nepotes in potestate manentes: neque nepotes iure potestatis obijciantur f patri suo. Et in adoptionem datus filius, & hæres institutus ad hoc edictum pertinet, ut ei iungatur nepos, qui in aui sui naturalis est potestate. Iungitur autem nepos patri suo emancipato, siue pater præteritus sit, siue institutus. Et hæc erit differentia inter in adoptionem datum, & emancipatum, quod in adoptionem quidem dato non aliàs iungitur, nisi instituto, & alio committente g edictũ: emancipato autem, siue sit institutus emancipatus, siue præteritus. Filio h in potestate ex besse emancipato, ex triente hærede instituto, Iulianus ait, nepotem præteritum petita contra tabulas bonorum possessione, patruo sextantem, patri unciam ablaturum. Si pater emancipatus exhæredatus sit: nepotibus ex eo præteritis, i qui erant in potestate retenti, nepotes admittuntur. k Absurdum est enim cùm patri præterito iungantur, instituto eo uel exhæredato non admitti. l Sed & si patruus eorum, qui erant in potestate, sit præteritus, pater exhæredatus: debent nepotes admitti. m nam exhæredatus pater eorum pro mortuo habetur.

Si pater in potestate manens, exhæredatus, n uel institutus sit, nepotem ex eo, siue in potestate manentem, siue

---

a Alibi, dimidiam ipse.

Si quis. Per l. antiquã 12. ta. soli sui succedunt: ut Instit. de hæred. ab intest. §. 1. & sunt sui etiã nepotes in potestate, si pater eorũ est emancipatus: Insti. de hære. quali. & dif. §. sui. sed per prætorem solus emãcipatus, ac si in potestate mansisset. ut s. de contra tab. l. j. §. uocantur. hanc discordiam sedat hic prætor, ut partem quam erit habiturus emãcipatus, si in potestate stetisset, diuidat cũ suis filijs: ut ipse dimidium, illi aliud dimidium habeant, & eis solum conferant, non alijs fratribus. Sed ad hoc ut fiat hæc coniunctio, multa sunt necessaria. Primo, ut pater sit emancipatus: aliàs ipse solus succederet communi iure: ut j. l. 1. ĩ princi. & §. si pater in potestate. 2. respon. Secundo q liberi eius sint in familia. i. ĩ potestate tẽpore mortis aui: ut hic, & d. §. sui. Tertio quòd hi nepotes sint naturales & legitimi, non legitimi tantum: ut j. eo. l. si quis filium. Quarto q hæreditas pertineat ad eos scilicet nepotes, & filium. s. q filius præteritus sit, & illi instituti: uel econtra, uel omnes præteriti, & alius institutus: quibus casibus per contra tabul. maxime locum habet cõcordia: uel prorsus intestatus decessit: ut hic. nam uerbum ptinere, late patet, ut j. de uer. sig. l. uerbum. Quinto quòd suo nomine pertineat: alias secus: ut hic, & j. e. l. si nepos exhæ. & s. de contra ta. l. non putauit. §. sed etsi ipse. Sexto q hæreditas sit paterni generis, ut aui paterni: 1 aliàs p̃terítio pro exhæredatione habetur, ut s. de contra ta. l. illud. § ad testamenta. Septimo, q non sint exhæredati filij uel nepotes, quia tunc in contra tabulas non iungentur: quia omnino eis denegatur suo & alieno iure: ut hic. & s. de cõtra ta. l. si post. §. exhæredati. Octauo q emancipatus nõ sit in adoptionẽ datus. nã tunc non fit eius coniunctio, quia nec habet contra ta. nisi sit institutus, & alius committat edictum: ut s. de contra tab. l. non putauit. § in adop. nisi sit datus proprio suo patri in adop. ut s. de contra tabu. l. 3. §. idem. sed hoc edictum hodie locum non habet: quia sublata est differentia pat. pot. ut in authent. de hære. ab inte. §. 1. col. 9. unde solus filius nepos ex eo succedit. sed nihilominus est legendum: quia & de collatione dicit: & quia bona at. hic sunt, & quia alias leges reddit intelligibiles. dic ergo si quis &c. scilicet emancipatus ex ijs quibus &c. & per hoc repellit succedentes per lineam fœmineam: quia eis non datur contra tab. ut dixi: nec etiam unde liberi, ut C. de suis & legi. l. fin.

1 Dicetiã si fiat præteritio aui ubi super fuit: quia non dicit dominiũ continuatur in nepotem ex psona aui, cum pater sit in medio. Bal. ĩ l. si quis posthumus. §. si. s. de liber. & posthu.

a Datur. Ei, quod est supra. Itẽ ideo dicit eius patris: quia alios fortè fratres habebat.

b Ex ea. Scilicet sua parte, partem dimidiam sib. habebat: reliquam scilicet dimidiam liberi &c.

c Iisque. Occasione prædictæ concordiæ oritur alia discordia inter hos nepotes, & eorũ patruos. nam patrui dicunt patrem nepotum præteritũ, & nepotem petentem contra tabulas conferre debere eis fratribus, per legem s. de coll. l. 1. in prin. at hi nepotes dicunt se solos pati iniuriã per contra tabulas sui patris: quia quod soli habituri erant de iure ciuili, aufert eis dimidiam. unde cum prætor grauauerit in prima concordia nepotes, nũc fauet eis, ut solum eis conferat eorum pater: ut hic, & j. e. §. sed & si sint nepotes. & facit s. de collati. l. filius. & supra de contra tabulas. l. 1. §. qui habebat.

d Hoc edictum. Cuius mens est in princip. huius legis.

e Excludat. Per ius prætorium, quod eum solum uocat. Azo.

f Obijciantur. Per legem duodecim tabularum, quæ solos nepotes uocat, ut Instit. de exhæreda. libe. §. emancipatos. sed simul uocentur.

g Committẽte. Hodie non iungitur, si detur extraneo: quia remanet in potestate: ut C. de adopt. l. cum in adoptione. §. omnia igitur. sed & iure ueteri iungitur, si detur auo in adoptionem, siue fuerit institutus, siue non: ut supra de contra tabulas. l. fin. §. penult. & infra eod. §. si pater. Azo.

h Filio. Facit ad hoc s. si pars hæred. pet. l. 1. §. si ego, & s. de contra tab. l. 1. §. 2. & l. cum emancipatus. §. si.

i Præteritis. Extraneus igitur fuit institutus.

k Admittuntur. Ad contra tab. sed an iungãtur exhæredato, statim dicam. Accur.

l Admitti. Quasi dicat, si admittatur cum alio, ergo & solus: ut s. tit. 1. l. ubicunq. in si. q tamen in exhæredato dicit, idem in præterito: ut s. ea. l. §. iungitur.

m Nepotes admitti. Ad contra tabulas: sed an iungitur nepos patri exhæredato? Azo dicit q non. primo quia habetur pro mortuo: ut hic. secundo quia hoc dicitur s. ea. l. in prin. tertio nõ habet contra tabulas cuius causa hic tit. est inductus: ut s. de contra tab. l. si post mortem. §. exhæredatus. sed Ioa. dicit q sicut s. de inoffic. test. l. si proponas. & j. §. si pater in potestate. sed potes dicere, q perlata querela iungatur, non prius, uel iungatur, non per hoc edictum, sed per nouã clausulam Iuliani: ut j. eo. l. qui duos.

n Exhæredatus. Scilicet ritè, non aliàs: ut s. de cõtra tab. l. non putauit. §. nõ quæuis. Itẽ hoc si exhæredatio non sit

emancipatum, ad bona aui neque vocari, neque vocandum esse, Scæuola ait. Toties enim nepoti consulendum est, quoties in potestate retentus est, patre emancipato. Liberos igitur a in familia b esse oportet, vt huic edicto locus sit: eius c scilicet familiæ, cuius bonorũ possessio petitur. Sed & si posthumus natus sit ex emancipato, ante emancipationem conceptus: d idem erit dicendum.

Liberos autem nõ omnes simul vocat prætor, sed gradatim, hoc est eos, qui sui sunt, s. nepotes, si sunt. si minus: eos, q sunt inferioris gradus, nec eos miscebimus. Planè si sit ex emancipato nepos, & ex nepote eius alio e pronepos: dicendum erit, vtrunque ei iungi: f ambo enim in suorum locum successerunt. Si postliminio g nepos redierit, dicendum est, eum patri emancipato coniungi. Si pater ex duobus filijs, quos in potestate habuit, alterum emancipauerit, & nepotem h ex eo in locum filij adoptauerit, & præterito emancipato decesserit: Iulianus ait, nepoti in locũ filij adoptato succurri oportere, vt quasi filius portionẽ habeat, quam haberet, & si extraneus adoptatus esset. Sic fiet (inquit) vt filius, qui in potestate fuit, tertiã partẽ: nepos in locũ filij adoptatus aliã, tertiam partem emancipatus filius cum nepote altero retento in potestate partiantur. nec enim minus debet ferre nepos in locũ filij adoptatus, quã si ab extraneo i esset adoptatus. Illud nõ interest, k quota portio hæreditatis ad nepotẽ pertineat, an perquàm modica. nã & si modica sit: attamen dicemus esse locum huic parti l edicti.

Primò ponit totum edictum, secundò illud per exempla declarat. Bart.

Inter ipsum filium & liberos eius diuiditur hæreditas ita, vt ipse dimidium, liberi dimidium habeant. Proinde pone solum esse filium emancipatum: esse & nepotes in potestate duos: neminem præterea ex liberis. m habebit emancipatus dimidiam partẽ hæreditatis, & aliam dimidiam duo nepotes, vt quadrantes ferant. Sed si sit præterea alius filius, eueniet, vt filius dimidiã habeat partẽ hæreditatis, ex quo nepotes nõ sunt: alius filius semissem cum filijs suis, ita vt quadrantem hæreditatis ipse ferat, quadrãs inter liberos eius diuidatur. Sed si ambo filij emancipati sint, & habeant singuli nepotes: eueniet vt singuli singulos semisses cũ nepotibus suis diuidant, ita vt ipsi quidem quadrantes ferant, nepotes autem residuos quadrantes. & si alter duos filios, alter tres habeat: quadrans vnus inter duos, alius inter tres diuiditur. Si quis ex nepotibus portionem suam omisisset: eueniet, vt non ad patrem eius, sed magis ad fratrem pertineat. Sed & si omnes nepotes omittant: patruo nihil accrescet, sed soli patri. quòd si & pater omiserit, tunc patruo n accrescet.

Iurisconsultus vsque huc expediuit primam partem edicti, scilicet de coniungendis. hic incipit dicere de secunda, scilicet de collatione bonorum quæ inducitur per hunc titulum: & durat vsque ad fi. legis. Bart.

Emancipatus filius, si quidem nepotes in aui potestate non habeat, fratribus suis conferet. o Sed & si sint nepotes: voluit eũ prætor filijs suis, qui sunt in potestate, solis conferre. meritò: quia veniendo ad bonorum possessionem, illis solis iniuriam p facit. Nunc videamus, quantum eis conferat. Et quidem semper cum fratribus q emancipatus confert, virilem r sibi detra-

non sit facta inualida: vt ʃ. de bo. lib. l. si patronus. §. ex testamento, sed fallit in hoc casu: vt ī. de cõtra tabu. l. filium. §. sed cum exhæredatio. & ʃ. de bo. liber. l. si patronus. §. si qs nõ mala. Item quòd sequentes repelluntur, & filij in partem tantum admittũtur, etiã est de iure prætoris: vt ʃ. eod. l. qui duos.

a Liberos igitur. Id est, nepotes vel pronepotes vel similes.

b In familia. Id est, in potestate.

c Eius. Subaudi oportet esse nepotes: puta aui.

d Conceptus. Sed quam partem petet interim emancipatus? Resp. vt supra de contra tabul. l. j. §. si ex tribus.

e Alio. Cæterum si ex eodem nepote esset, excluderetur per suũ patrẽ talis pronepos. Azo. vt supra de contra tabu. l. 3. §. si post. Accur.

f Iungi. Vt ʃ. eo. §. eueniet. Sed ar. contra supra de legit. tuto. l. tutelis. §. proinde si alter. & infra de bonis libe. l. 5. & l. 2. in fi.

g Si postliminio. Sic ī. de contra tab. l. j §. ex tribus. Azo.

h Nepotem. s. vnum de duobus, vt statim patet. Accursius.

i Ab extraneo. Id est, hic nepos esset extraneus: vt & ī. de contra tab. l. cum emancipati. §. fin.

k Illud non interest. quo ad hoc edictum. Sed arg. contra ī. de do. l. si oleũ. in fi.

l Patri. scilicet de coniungẽdis. Habet enim & aliam partem, id est de collationibus.

m Ex liberis. Ex se pone. Azo.

n Tũc patruo. Imò nepotibus, non patruo, vt infra, vnde libe. l. si quis. §. fina. contra, sed hic nepos omiserat i ibi, non. vel quod ibi dicit non reliquus, scilicet nepotibus ex alio filio, sed suis sic, & patruo, vt hic. prima placet, & facit supra de vulga. substitu. l. cohæredi. §. qui discretas. & de leg. 1. l. planè. 1. responso. & C. de cad. tollen. §. his ita. Accursius.

o Conferet. Etiam institutus, & etiam non petentibus contra tabul. quod non est per edictum de collationibus, sed per Scæuolæ interpretationem: vt ī. de collati. bo. l. si filius.

p Iniuriam. Sed dic vt supra ead. l. circa princip. notaui.

q Cum fratribus. Cum, id est quando.

r Virilem. Vt ī. de colla. bo. l. 1. §. fin.

Et in

hit. Vtrum & in eo [a] casu virilem detrahat? an vero quia dimidiam partem habet bonorum possessionis, [b] dimidiã partem etiam bonorum suorum conferat? Et puto, dimidiam tãtum bonorum eius partem conferre debere. nã & si [c] alius emãcipatus [d] sit filius, alius ĩ potestate retentus: [e] filius emancipatus [f] his duobus [g] nepotibus vnã partem tantum conferet: & patruo eorum, qui in potestate mansit, vnam partem dabit: tertiam ipse habebit. nec quod nepotibus confertur à patruo emancipato, ipsi [h] patri conferent. [i] hoc .n. nõ de bonis aui, sed propter bona [k] postea eis accessit. Eueniet igitur, [l] vt pater emancipatus, si centum in bonis habeat: quinquaginta sibi detrahat, residua quinquaginta omnibus nepotibus, id est, filijs [m] suis conferat: aut si vnum nepotem habeat, & duos ex alio pronepotes: ita diuidat quinquaginta, vt nepos habeat vigintiquinque, pronepotes ex alio vnã [n] vigintiquinque. nam & bonorũ possessionis ambo vnam partem habent.

Si sit filius in potestate, alius emancipatus, ex defuncto [o] vnus nepos in potestate, alius [p] nepos emancipatus: eleganter Scæuola tractat, [q] an patruus emancipatus tantum nepotibus, [r] quantum fratri suo [s] conferat? Et ait, posse dici, tres eum partes facere debere: sibi vnam, fratri vnam, istis vnam collaturum: quamuis hi minus, quàm patruus ex hæreditate aui concurrente patre sint habituri. quæ sententia vera est. Sed & si sint duo nepotes ex eodẽ filio, [t] hique emancipati sunt, & ex altero eorum pronepos in potestate defuncti: [u] partem habebit nepos vnus, aliam nepos cum filio [x] suo. Sed & si [y] nepos sit, & ex alio nepote defuncto duo pronepotes: [z] vnus ex pronepotibus emãcipatus soli fratri suo cõferet: vel si

[a] Et in eo. Cum vocatur cum suis liberis, & confert.
[b] Bonorum possessionis, vt ĩ. §. inter ipsum.
[c] Nam & si. A simili probat. Hug.
[d] Alius. Emancipatus. qui non habet filios in potestate aui retentos.
[e] Retentus. Subau. & alius emancipatus. ex quo duo remanserunt in potestate nepotes, & sic tres filij, duo emancipati, & tertius in potestate.
[f] Filius emancipatus. ex quo nullus nepos est.
[g] His duobus. Natis ex altero emancipato confert, non etiam patri eorum: quia est emancipatus, vt C. de colla. l. si emancipati. vnde bene dico ex altero. si enim ex se nati essent, soli eis conferret: vt ã. §. sed & si sint.
[h] Ipsi. Nepotes.
[i] Conferent. Id est, communicabunt. Quod videbatur per hoc edictum: sed nõ est ita. hoc enim &c. Accursius.
[k] Propter bona. Sic ŝ. de pec. l. eo tempore. in si.
[l] Eueniet igitur. Secundum ea quæ supra dixi ibi, & puto dimidiam &c.
[m] Nepotibus. Id est filijs. Nota. gloss. sic ĩ. statim nepotẽ pro filio, & pronepotem pro ipso nepote poni. nam respectu aui defuncti dicitur nepos, & pronepos ille qui ad filium emancipatum est filius & nepos.
[n] Ex alio vna. Non dico ex alio, id est suo fratre præmortuo, & eius filio: illis enim non conferret, sicut nec eorum auo. Item illi semissem hæreditatis proauitæ habẽt sicut eorũ auus. Vel dic nepote suo, id est suo filio, secus si ex eodem nepote haberet: quia tunc pronepos per nepotem, id est, per patrem suum excluderetur: vt supra ea. l. §. liberos. in fi. Azo. nisi ponas nepotem præmortuum. & facit ã. ea. l. §. liberos, in fi. & ĩ. proxi. & supra de collatio. l. si nepotes. Accursius.
[o] Ex defuncto. Quodam tertio, qui erat in potestate secundum. Azo.
[p] Alius. Scilicet nepos. Accursius.
[q] Tractat. Id est tractando quærit.
[r] Nepotibus. Istis quorum alter erat emancipatus. sed quomodo confertur emancipato nepoti contra l. ŝ. de colla. l. 1. §. portiones? Respon. ex persona sui patris præmortui petunt conferri sibi hi nepotes, qui pater fuerat in potestate aui: quia qui eius persona nituntur, eadem eis portio confertur, quæ patri conferretur: vt supra de collat. l. si nepotes in locum. maximè si cautum erat patri de collatione ante mortem. sed obst. quod subijcit, quãuis minus &c. si enim pater viuat, & velit concurrere cum suis fratribus, non erant habituri minus: imo nihil: vt supra ea. l. §. si pater in potestate. Respon. minus quam patruus: quia nihil. nam quod nihil est, minus [t] est: vt supra de trib. l. illud. Vel dic secundo quod petunt conferri ex sua persona, nõ patris: & dic de profectitijs bonis aui vel patris: vt C. de colla. l. filiæ dotem. §. nec dubium. & l. vt liberis. §. fin. Vel tertio dic hunc nepotem à patre suo, non auo emancipatũ, & ideo ei confertur: quia nec per se, nec per alium factũ est, quo minus sit in potestate aui. & secundum has duas positiones dic patrem nepotis emancipatum. & quód subijcit, quamuis &c. quasi dicat si pater viueret, in portione tertia concurreret cum suis filijs, & sic nepotes haberent medietatem tertiæ: sed tamen habent integrã tertiam collationis. Item quid hoc ad hunc titulum? Respond. quia hic titulus dicit de collatione facienda à patre filijs, vt supra ea. l. in prin. cuius rei causa etiam supponit generaliter qui, & quantum debeant conferre nepotibus, & quibus etiam conferant nepotes.
[s] Fratri suo. Qui erant in potestate.
[t] Ex eodem filio. Mortuo.

[t] Not. hic brocardũ, q̃ nihil est, minus est. ĩ. l. 1. §. hæc verba. ĩ. si cui plusquam per l. Fal. Bal. in authẽt. cõtra rogat. C. ad Trebel. sic minus licet ei, cui plus. Spec. de j. & ;2. decr. §. 9. ver. sequitur.
[*] P. Flor. Scæuola tractat, an patruus emãcipat. qui tum nepotibus &c.

[u] Defuncti. Proaui.
[x] Filio. Scilicet pronepote defuncti, videbatur q̃ patruus emancipatus conferret soli pronepoti, qui remansit in potestate. sed secus est, & habet hic locum eadẽ quæstio quæ etiam habetur in superiori §.
[y] Sed & si. Supra dixit qualiter nepotibus confertur: nunc econtra qualiter ipsi cõferant, & cui. & dic quód habui fratrem, ex quo fuerunt duo filij, qui fuerunt nepotes patri meo, id est auo suo: & ex vno eorum nepotum præmortuo duo sunt pronepotes ad auum, quorũ alterum emancipauit auus. nunc auus moritur: ego filius succedo in dimidiam: nepos superstes in medium alterius dimidiæ, alia quarta deberet dari pronepoti remanenti in potestate aui de iure ciuili. sed per prætorẽ fit ei iniuria, qui vocat etiam nepotem emancipatum, cui datur alia quarta. cum ergo ei soli faciat iniuriam: ei soli confert. secundo confert patruo suo, si superest. si non superest proximior patruus, tunc tertio mihi, qui sum patruus magnus.
[z] Pronepotes. Scilicet sint.

frater nõ est, soli patruo non etiã patruo maiori.

Clausula adiecta in lege interpretata, uidetur repetita in lege interpretante. Bart.

Paulus libro xlj. ad edictum. II.

Nihil in hac parte edicti [a] cauit ꝑtor; vt legata exceptis personis nepos præstet: sed potest superior sermo [b] & ad hunc casum referri. Nam absurdum est, patrem quidem eius legata præstare, ipsum [c] verò plus habere: cùm eadem conditione in eãdem partem * vocentur.

Marcellus libr. ix. ad edictum. III.

Qui duos filios habebat, alterum ex his emancipauit, [d] nepotem ex eo in potestatẽ retinuit, emancipatus filium [e] sustulit: & à patre exhæredatus [f] est. Quæro, cùm frater eius [g] & ipse emancipatus sit præteritus, & nepotes ex emancipato filio ab auo hæredes instituti [h] quid de bonorum possessione iuris sit? [i] & quid intersit, si emancipatum quoque, ex quo nepotes erãt nati, præteritum esse ponamus? [k] Respondit: Si filium, retento ex eo nepote, emancipauit, & emancipatus procreauit filium, & hæres vterq; nepos institutus fuerit, pater eorũ exhæredatus, [l] alius filius præteritus: solus [m] filius præteritus bonorum possessionẽ cõtra tabulas petere poterit: exhæredatus enim obstat filijs suis [n] post emancipationem susceptis. nepoti tamen retento in potestate bonorum possessio dari debet: quoniam si pater eius emancipatus præteritus esset, simul cum eo [o] bonorum possessionẽ accipere posset [p] propter [q] id caput edicti, quod à Iuliano introductum est, id est, ex noua clausula. nec debet deterioris esse conditionis, quia pater eius exhæredatus sit: idq; ei [r] præterito quoq; præstari oportebit. Sed fratris eius, qui post emancipationem natus est, diuersa [s] cõditio est. conseruanda est tamen & illi ad virilẽ partem hæreditas: sicut etiã Imperator Antoninus in persona † nepotis [t] ex filia rescripsit.

Modestinus lib. vj. pandectarum. IIII.

Emancipato [u] quis filio, retinuit ex eo nepotes in potestate. filius emãcipatus susceptis postea liberis decessit. Placuit, in aui potestate manẽtes simul cùm his, qui post emancipationem nati sunt, decreto bonorum possessionem

* In P.Fl. vocantur. I vet. exẽ. vocatus.

† Aliàs, nepus &c.

Nihil in hac parte. CASUS. Si filius emancipatus præteritus à patre petit contra tabu. legata tenetur exceptis personis præstare. nunquid si suus nepos succedit cum emancipato ex isto edicto, præstabit legata exceptis personis? de hoc non videtur caueri in isto edicto, sed dicendum est, sicut emancipatus præstat, ita nepos suus. Viu.

[a] Edicti. De coniungendis. Accur.

[b] Sermo. Id est, edictum de leg. præstã. quod est supra, & pone nepotem in potestate hæredem institutum, & patrem eius emancipatũ præteritum, vel ambos præteritos extraneo instituto, & petijsse contra tab. rupto testamento. & iunguntur, & ambo soluũt legata exceptis personis: quia cum nepos facit iniuriam emancipato, qui solus de iure prætorio succedit, & percipiat emolumentum, participet & onus, & facit supra de legat. præstan. l. nepos. & l. sequen.

[c] Ipsum. Nepotem, qui plus haberet quã pater, si legata soluet pater, & non ipse.

Qui duos. CASUS. Titius duos filios habens alterũ emancipauit nepote ex eo in potestate retento: is emancipatus filiũ sustulit. deinde Titius testamento suo hunc filiũ a se emancipatum exhæredauit: fratrẽ eius (quem & post alterum emãcipauerat) pręterijt: nepotes ex priore filio emancipato hæredes instituit. Certè filio ꝑterito itẽq; nepoti in potestate retento datur bonorum possessio: non etiam filio exhæredato, aut nepoti post emancipationem suscepto. huic tamen nepoti conseruatur virilis portio ꝑpter institutionem, ex constitutione diui Pij.

[d] Emancipauit. Scilicet primum & alium post: vt infra innuit.

[e] Filium. Scilicet alium: & sustulit, id est, procreauit, scilicet post emancipationem.

[f] Exhæredatus. Filius primo emancipatus, ex quo sunt nepotes.

[g] Frater eius. Ordo literæ est. quæro cum frater eius sit emancipatus, & ipse, scilicet frater eius præteritus, & nepos &c.

[h] Instituti. Scilicet sunt.

[i] Iuris sit. Hoc casu & sequenti.

[k] Ponamus. Et sic ambo filij erant præteriti.

[l] Exhæredatus. Scilicet fuit.

[m] Solus. Non exhæredatus. illum enim excludit.

[n] Filijs suis. Id est, filio, vt posui in casu. Azo.

[o] Cum eo. Scilicet patre.

[p] Pater. Scilicet filius patre committẽte edictum.

[q] Propter id. Ratio superioris proximi dicti. & dic ꝙ magister Iulianus fuit author huius noui edicti de coniungendis: quod prętor proposuit: vel fortè illius tantum clausulæ: vt nepos præteritus cum exhæredato patre iungatur. Azo.

[r] Ei. Id est, nepoti, etiam soli.

[s] Diuersa conditio. Vtpote cum ei non detur contra tabul. Azo.

[t] Nepotis. Instituti hæredis. & facit s. de inoffic. testa. l. si proponas. & s. de legatis præstandis. l. filium. §. ad eũ. Sed contra infra eodem, l. fin.

Emancipato. CASUS. Pater emancipauit filium, nepotem in potestate retinuit, filius liberos suscepit: tandem decessit, nun. quid nepotes in potestate aui existentes simul cũ ijs, qui nati fuerunt post emancipationem, ad bona patris vocentur? Respondet, ꝙ sic, ita tamẽ vt auus bona eorum (si qua habent) conferre, aut eos emancipare debeat.

[u] Emancipato. Bonorum possession. vnde liberi in bonis patris emancipati. Sed quid ad hunc titulum? Respondeo, & si non directò, vtiliter tamen & in hoc casu locum habet. nam retentus in potestate aui quodammodo quantum ad suum patrem emancipatus videtur, cum non iaceat sub potestate: coniungitur tamen tanquam emancipatus cum ijs, qui sunt in potestate, vt viriliter cum eis succedat. Azo.

accipere: manente eo, [a] vt si velit auus sibi per nepotes [b] acquiri: bona sua [c] conferat, aut nepotes emancipet, vt sibi emolumentum [d] paternę hæreditatis acquirant: idque ita diuus Marcus rescripsit.

Iurisconsult. exponit verba posita supra eod. l. 1. quæ dicunt sub nomine. Bar.

Idem libro vj. differentiarum. V.

SI nepos exhæredatus hæres extiterit ei, quẽ auus hęredẽ fecerat, deinde pater eius emancipatus testamẽto præteritus accipiat cõtra tabulas patris bonorum possessionem: iungi patri suo nepos non poterit: [e] sed velut [*] extraneus excludetur: quia non suo nomine [f] auo hæres extiterit.

Scæuola libro x. quæstionum VI.

SI quis filium habens in potestate, extraneũ in nepotis locum [*] quasi ex eo filio natũ adoptet, mox filium emancipet: non iungetur hic nepos filio emancipato: [*] qnia desijt [g] esse emancipato ex liberis.

Triphon. libro xvj. disputationum. VII.

SI post emancipationẽ filij, susceptus ex eo fuerit nepos: conseruanda [h] erit illi portio.

Sed quanta, videamus. Finge enim patruo scripto hæredi cohæredem datum hunc nepotem, patrem autem eiusdem præteritum accepisse contra tabulas bonorum possessionem. Quod ad edictũ prætoris attinet, semisses [i] bonorum fient.

Nunc verò post constitutionem diui Pij Antonini, [k] si cõseruatur pars nepotis, [*] vtrũ virilis, [l] an quarta [m] debeat seruari? Nã si in aui potestate natus fuisset: coniungebatur [n] in vnã partẽ cũ patre suo. Et proponamus [o] aliũ esse ex eodẽ [p] nepotẽ in familia aui. Duo vnã quartam [q] habituri erant patre eorum accipiente contra tabulas bonorũ possessionẽ, si fuissent in aui potestate. An ergo nunc [r] in sescunciã [s] tuendus sit, qui non in familia retentus [t] est? & cui abscedet pars, quæ huic cessura est? patri eius tãtum, & an patruo? [u] Et puto & patruo: nam & legatum eidem datum præstaret. [x]

a Manente eo. Scilicet in sua firmitate. Azo. id est, saluo eo.
b Per nepotes. Scilicet in potestate retentos.
c Bona sua. Scilicet nepotum. ad quod ĩ. de colla. bo. l. si quis filium, & l. 1. §. is quoque. & not. velit. nam non cogitur emancipare: vt s. de leg. 1. l. filiusfamilias. §. secundum vulgarem. nisi in casib⁹ no. institut. quib. mod. ius pat. pote. solui. §. fin.
d Emolumentum. Nepotibus.

SI nepos. CASVS. Si pater filium emancipatum præterijt, nepotem ex eo exhæredauit, si nepos succedit hæredi instituto, & præteritus petit contra tab. iste nepos non iungitur cum patre suo: quia non vocatur vt nepos, sed vt quilibet extraneus.
e Nõ poterit. Quasi ipse sit institutus ab auo, & sic accipiat contra tab. alio committente edictum.
f Non suo nomine. Vt supra eod. l. 1. in prin. & supra de contra tab. l. non putauit. § sed & ipse. & ĩ. de ope. libert. l. cũ patronus. §. cum libertus, & supra de leg. præstan. l. 3. §. hoc autem.

SI quis filium. CASVS. Paterfamilias habebat filium in potestate: quẽdam extraneum in locũ nepotis adoptauit, filium emancipauit. nonquid nepos adoptatus iongetur filio emancipato? non. quare? quia desijt esse nepos ei cum emãcipatus est filius. Viuia.
g Desijt. Aliàs deest non. & secũdum hoc istud, quia erit ratio quare videatur admitti. & respondetur, hac ratione non potest iungi: quia desijt esse &c. vel si habeas non, erit ratio quare non debeat admitti, non tamen sufficiens, sed subanditur: nec huius nepotis causa est naturalis. Azo. & secundum hoc non obstat infra de capt. l. si me.

SI post emancipationem filij. CASVS. Pater filiũ emancipauit, & ex eo susceptus est nepos. iste nepos iungitur patri suo ex isto edicto, & huic nepoti debet pars conseruari. si patruum non habet, dimidia conseruatur. sed si haberet patruum indubitanter si petitur contra tab. fiont semisses, & emancipatus cum filio vocatur in semissem, patruus in alium. nam si ex filio in potestate constituto essent duo nepotes. vocaretur in vnam dimidiã, siue sit petita contra tab. siue ab intestato locus sit successioni. sed debet aliquid conferre: quia pater suus confert, patruus suus non. sed si peteret contra tab. patruo conferri: quia tenetur præstare legatum patruo, cum sit de liberis. Viuia.
h Conseruanda. Ex interpretatione potius, quam verbis edicti, cum edictum iungat nepotẽ in potestate retentum: vt supra eo. l. j. in princ.
i Semisses. Non cõputato tali nepote.
k Antonini. Per cõstitutionem Antonini tali nepoti conseruatur portio: vt supra eod. l. qui duos, in fine.
l Virilis. Id est, tertia. duo enim sunt filij: & si hic nepos vocaretur in virilẽ, tertiam haberet: vt s. de lega. præstan. l. virilis. in prin. Azo.
m Quarta. Scilicet totius hæreditatis. i. dimidia dimidiæ, sicut si in potestate esset retentus. & hoc est, nam si, &c.
n Coniungebatur. Per verba edicti.
o Proponamus. Aliam proponit quæstionem. Accur.
p Ex eodem. Scilicet filio. & hic duo nepotes: alter in potestate, alter non: & quod subijcit duo, mutat casum: tãdem redit ad istum ibi, an ergo, &c.
q Quartam. Totius hæreditatis, i. dimidiam dimidiæ. Azo.
r Ergo nunc. Quando alter de nepotibus est in potestate, alter non.
s Sescunciã. Id est, vnciam & dimidiã. & sic inter ambos habeant tres vncias, id est, quartã totius hæreditatis: vt Insti. de hæred. institu. §. hæreditas.
t Retentus. Et hoc satis videtur, cum sint duo nepotes alter in potestate, alter non: sed quæstioni supra factæ ibi, nunc verò &c. non rñ. & ideo dic virilem conseruandam. vt s. eo. l. qui duos. in fi. quæ est contra. cũ enim duo accipiant contra tabu. pater & filius, virilis conseruatur filio, i. nepoti: vt s. de leg. præst. l. virilis. in prin. Nec mirum si plus habeat nepote in potestate retento, qui solã quartã habet ex hoc edicto. hoc enim non suo iure, i. iure contra tab. habet: sed quia institutus est. Alij dicunt & hunc in quartã vocari, & corrigi quod est in l. qui duos. in fi. Alij quod ibi in virilem, i. in tantum, quantum acciperet nepos in potestate: & sic illa secundum istam non in virilem totius hæreditatis.
u Et patruo. Non solum patri. Hug.
x Præstaret. Non solum pater, sed etiam patruus: nec obstat

* P. Fl. sed vt.
* In P. F. quasi ex eo filiũ natum. vide Ant. Aug. emen. li. j. cap. a.
* Sic in P. F. & rectè. Hal. tamẽ scripsit, quia non desijt esse emancipatus ex liberis.
* P. Fl. nepoti.

obstat ſ. de legat. præſtan. l. nepos, in fin. quia ibi erat nepos in poteſtate: hic non.

DE CARBONIANO EDICTO.

TITVLVS X.

DE CARBONIANO edicto.

Iuriſconſultus primò ponit edictum ſecundò incipit edictum exponere. ſecunda ibi, non tantum maſculi. Bar. t.

Vlpianus libr. xlj. ad edictum. I.

Si cui [a] controuerſia fiat, [b] an inter liberos ſit, [c] & impubes [d] ſit: cauſa cognita. [e] perinde poſſeſſio [f] datur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet: & iudicium in tempus pubertatis cauſa cognita differtur. Eum, qui controuerſiam facit, ſi pro pupillo ſatis ei non detur: [g] ſimul [h] in poſſeſſionem eorum bonorum eſſe prætor iubet. Non tantum maſculi, ſed & fœminæ ex virili [i] ſexu deſcendentes Carboniani commodum habebunt. Et generaliter dicimus [k] ijs demum Carbonianũ cõpetere, quibus contra tabulas bonorum poſſeſſio competit. ijs verò non competere, qui repellun-

A Carboniano prætore: ſicut Publiciana, à Publicio: vt inſti. de act. §. aliæ. ADDITIO. iſte titulus ita continuatur ad præcedentia. Quædam bo. poſ. de quibus habuiſtis, tribuunt ius etiam ei cui decernitur bon. poſſ. ab inteſtato: de quibus infra habebitis: & iſtæ dicuntur ordinariæ. quædam ſunt quæ tribuunt factum, & faciunt detẽtatorem, qualis eſt illa quæ datur ventri ſ. de vent. in poſ. mit. & qualis eſt Carbon. ideo ponit de Carboniano edicto: & poteſt exponi dupliciter, de Carb. edict. & de beneficio Carb. edicti, quod eſt æquiſſimũ. Deus inſpirauit homines ad inueniendũ tale beneficiũ. Contingit aliquãdo, ꝙ mortuo patre remanet impubes: ipſi mouatur quæſtio ſtatus & bonorum: & vult Carbonianum, ꝙ differatur in tempus pubertatis: & mittatur in poſſ. bo. Vel exponitur de Carbo. edicto. i. de Carbon. bon. poſſ. quando competat, & quando non, & quod ſit eius beneficium. quando competat, dicitur in l. 1. quando non, dicitur in §. Pomponius. quod ſit eius beneficium, dicitur ĩ. eod. l. ſed & ſi is. Viu.

Si cui. Caſus vſq; ad §. Papinianus. aliàs Pomponius dicitur: & debetis ſcire. Iſte titulus eſt leuis titulus: in lib. iſto fortiores ſunt leges. Contingit aliquando ꝙ pater decedit inteſtatus relicto filio impubere. agnati impuberis incipiũt malè cogitare de eo. veniũt, & dicunt: tu non fuiſti eius filius, licet teneret te pro filio: quia iſta mulier decepit eum, non debes habere bona: mulier mater iſtius incipit flere: iſti agnati ſunt magni: loquuntur cum multis, & ſua aſtutia ligant ſibi omnes agnatos. iſte puer remanet ſolus cum matre: ideo dominus Carb. interponit ſe, & dicit ꝙ ſi filio impuberi ab agnatis mouetur quæſtio ſtatus, & bono. mittam eum in poſſ. omnium bonorum: & differam quæſtionem ſtatus, & bonorũ, donec erit pubes: tunc agnati dicant, ſimulatur patri, & recedunt ab illo, & iuuabit ſi puerum. vnum ſciatis, ſi puer petit Carb. bon. poſſ. debet cauere de bonis non diminuendis: & adueniente pubertate ſi non apparet filius, habebunt illi bona: ſi non caueat, cæteri erunt cum eo in poſſ. Datur Carbo. bon. poſ. non tantum maſculis, imò fœminis deſcendẽtibus per lineam maſculinam. & eſt ſciendum, quibus liberis datur Carbo. bon. poſſ. ex teſtamento. & eiſdem datur ab inteſtato. Sed quid erit ſi impubes patitur cõtrouerſiam, non ꝙ non ſit de liberis, ſed quod non ſit poſt emancipationem à patre in poteſtate retentus? ſimiliter differtur quæſtio in tempus pubertatis. vnum ſciatis, ſi pater negauit filium, datur bo. poſſ. Carb. ſed, ſi non negatur filius, ſed dicatur ſeruus, ei datur Carbo. bo. poſſ. Sed ſi fiſcus mouet alicui impuberi quæſtionẽ ſtatus & bonorum, datur Carb. bo. poſſ. Si quis. Hic eſt mirabilis caſus, & eſt talis. Habeo filium, & ex eo nepotem. filium emancipo, decedo inteſtatus, dicit nepos in poteſtate retentus, debeo ei ſuccedere: tu verò emancipate, non: quia es incognitus à iure ciuili: dicit filius, tu non es filius meus: dicit nepos: ego volo petere Carb. bo. poſ. certè permittitur. & quod dicitur eſſe locus hic, ita breuiter not. exẽplum hoc modo. Pater aliquo tempore credidit puerum eſſe ſuũ filium: mutauit opinionem, tẽpore mortis noluit facere teſtamentum. veniebat aliquis: quare nõ inſtituis iſtum? ſcitis quare? quia non credo meum filium eſſe: moritur ipſe. mater petit quod inducatur in bo. poſſ. ex Carb. edicto inducetur. ſecus ſi pater ex teſtamento diceret, talem puerum exhæredo: quia nego filium: hoc caſu excludetur à Carboniano. ſic ſoluitur cõtra. arg. ĩ. ea. l. §. Põponius. Interdũ maius periculum eſt dicere, tu es ſeruus quã dicere, tu non es filius: & vbi maius periculum, maius conſilium. ſ. de vent. inſpi. l. 1. in princ. Pomponius. Habuiſtis, quando locum habet Carb. modo ponit quando ceſſat ſi impubes inſtituitur: vel exhæredatur: quia teſtator videtur eum excluſiſſe niſi in caſu, ſi filius poſthumus hæres eſt inſtitutus. ſi ergo aliquis inſtituit filium ex minima parte, Carbo. debet ceſſare: ſed ſi fortè aliquis inſtituit filium, & rogauit reſtituere, Carb. ceſſat. Sed quid? ſi filius non eſt inſtitutus, vel exhæredatus, & mouetur quæſtio matri. Et dicitur ꝙ ſi ſubiecit partum, erit locus Carb. edict. Vnum ſciatis, ſi matri, & filio mouetur quæſtio, mater defendet filium: & ſi fertur ſententia contra matrem, præiudicat filio. Sed ſi dicatur matrem partum ſubiecisse, agitur cõtra matrem, & pronuntiatur contra eam. h. d. cum l. ſeq. Viu.

a Si cui. Non inſtituto, vel exhæredato: vt ĩ. ead. l. §. Pomponius. Azo.

b Fiat. A poſſidente. nam & reus dicitur facere controuerſiam: vt ſ. de procur. l. non ſolum. §. ſi ſtatus. hic enim filius agebat: vt ſtatim patet.

c Sit. Scilicet connumerandus. & ita de ſtatu, id eſt, de filiatione ſimul, & de bonis: alioqui locum non habet. vt ĩ. eod. l. 3. §. quamuis. idem & ſi ſeruus dicatur: vt ĩ. eod. §. ſed & ſi quis.

d Et impubes. Alij enim non ſubuenitur: quod dic, vt ĩ. eod. l. 3. §. puberi.

e Cauſa cognita. Quod dic, vt ĩ. eo. l. 3. §. cauſæ. Azo.

f Poſſeſſio. Corporalis rerum hæreditariarum.

g Non detur. De bonis reſtituendis ſi appareat eſſe non filium: vt colligitur ĩ. eo. l. ſed & ſi is. §. pe. & dicitur ſupra de colla. bo. l. 3. §. 1. Item imo quandoque & ſi ſatiſdetur: vt ĩ. eo. l. ſed & ſi. in prin. Azo.

h Simul. Sed diſſimiliter: quod dic: vt ĩ. eod. l. de bonis. §. qui pupillo. & l. ſed & ſi is.

i Ex virili. Scilicet tãtum, non ex fœmineo: nam eam eſt contra tab. denegetur: vt ſ. de contra tab. l. illud. §. ad teſtamenta. ergo & hoc edictum: vt ĩ. proxi. §. differtur tamen quæſtio: vt ĩ. eo. l. de bonis. in prin. Azo.

k Et generaliter dicimus. Huic regulæ derogatur, & ex teſtamento, quia contra tabulas nõ datur inſtituto vel exhæredato: vt ſ. de contra tab. l. 1. in princip. ſed hoc

quando

quandoque. sic j. ea. l. §. Pomponius. & l. si impubes. §. interdum. Item ab intestato: quia contra tab. non habet locum ab intestato: vt Insti. de bo. poss. §. sin autē. hoc sic, vt infra eodem l. Carbo. 1. respon. & l. de bonis, §. huic quæ sunt contra. Azo. & facit s. de inoffic. test. l. qui de inoffic. test. & qui sunt isti, habes s. de contra tab. l. 1. in princ.

qui ex se conciperetur: vt supra de condit. & demonst. l. cum vir vxori, at hunc non constat esse conceptum ex eo propter negationem: vt C. qui ad lib. procla. l. fina. & ideo non extraordinaria magis, quam ordinaria bonorum possessio secundum tabul. competit. Idem si negaretur institutus, vt j. eodem, l. 3. in princ. Azo.

tur à contra tabulas bonorum possessione. Si qs non ab aliquo [a] hanc cō trouersiā patiatur, quòd inter liberos non sit, sed ab ipso [b] patre: vt puta nepos, qui se retentum in potestate aui dicit, ab emancipato patre, [c] cui iungi desiderat: an differri debeat? Et magis est, vt differatur. Parui enim refert, quis ei controuersiam faciat. cùm & si testator [d] eū negauerit ex liberis, non tamen exhæredem scripserit: Carboniano [e] possit esse locus. Sed & si quis nō tantùm ex liberis negetur esse, verùm seruus etiam esse dicatur, fortè ex ancilla editus: Iulianus scripsit, adhuc Carboniano locum esse: quod & diuus Pius rescripsit.

Nam [†] vel [f] magis cō sulendum est ijs, quibus maius periculum intenditur. Nam si aliter obseruetur: inuenta erit [g] ratio, quemadmodum audacissimus quoq; eo maiore iniuria impuberem afficiat, quò & plura, & grauiora de eo mētiatur. Sed & si ipse defunctus seruus esse dicatur: idem erit dicendum. Sed & si fiscus [h] faciat impuberi controuersiam: Carbonianum edictum potest locū habere.

Ei qui habet bonorum possessionem secundum tabulas, non datur Carbonianum.

Pomponius lib. lxxix. ad edictum scripsit: cùm filius hæres, vel exhæres scriptus est, Carbonianū edictum cessare, [i] quamuis filius esse negetur: q̄a vel quasi scriptus habet [k] bonorum possessionē: [l] etiam si filius non sit: vel repellitur quasi exhæredatus, & si filius esse videatur: [m] nisi fortè posthumus (inquit) sit hæres institutus, & natus negetur esse filius, sed subiectus esse dicatur: quo casu eius partis tantùm danda est ei bonorum possessio, [n] ex qua institutus est. Idem ait, [o] cùm quidam exhæredem scripsisset filium, quòd diceret, [p] eum ex adulterio cōceptum: quasi fieret ei hęc controuersia, an inter liberos sit, ex hac parte edicti ei bonorum possessionem competere, cum si sine elogio [q] exhęres scriptus esset, non haberet bonorum possessionem. Idemque & si ita sit scriptum. Quisquis est, qui filiū meum se esse dicit, exhæres esto, quia nō est filius exhæredatus. Si quis filium suum hæredem instituerit ex minima parte, sic, ille qui ex illa natus est, hæres esto, non quasi filium [r] suum: deinde hic contendat patrem intestatum decessisse, [s] seque ei suum hæredem esse. interest, cohæredes eius vtrum negēt [t] eum filium, an verò contendant testamētum va-

[a] Ab aliquo. Extraneo. Azo.

[b] Ab ipso patre. Scilicet dicitur quod non sit de liberis. Azo.

[c] Patre. Repete controuersiam patitur.

[d] Testator. Id est, auus prædicti patris pater.

[e] Carboniano. Non ergo patris dictum filio præiudicat, vel etiam ignorantia: vt j. de cap. l. si quis ingenuam. nec matris: vt s. de proba. l. fi. in fi. & arg. s. ad Syl. l. 3. §. 1. licet prosit patris dictum: vt supra de lib. agno. l. 1. §. Iulianus, & s. de prob. l. fin. in prin.

[f] Nam vel. Pro etiam, alias, nam &.

[g] Inuenta erit. Nota nō aperiri viam malitijs. sic s. de transl. l. cum hi. §. si cū his. & de trib. l. illud. §. sed si mercem. & C. de edi. diui Adr. toll. l. quamuis.

[h] Sed & si fiscus. Facit supra de bo. poss. l. non est.

[i] Cessare. Ad scriptum. facit infra eo. l. 3. §. quamuis. j. eo. l. eum sine. ad exhæredatum facit infra eodem, l. si impubes. §. cum vero. & §. interdum. & s. de inoffic. testam. l. qui de inofficio.

[k] Habet. Bonorum possess. secundum tabul.

[l] Possessionem. Scilicet secundum tab.

[m] Videatur. Id est, præsumatur: quia constante matrimonio est editus: vt supra, de ijs qui sunt sui, vel alien. iuris, l. filium, §. non tamē. Azo.

[n] Bonorum possessio. Carboniana. Sed cur huic magis datur, quam nato instituto? Respon. in iam nato nō est dubitatio an sit institutus: constat enim. vnde sufficit ei secundum tab. at hic nō est verisimile testatorem instituisse nisi eum

[o] Idem ait. Idem Pomponius, vel idē ius esse ait Pomponius.

[p] Quod diceret. Scilicet pater: vel diceret ille, qui facit controuersiam, & sic legitur cum sequentibus.

[q] Elogio. Scilicet illo, quia ex adulterio natus est. Azo. & no. quòd ratio huius edicti est, quia pater dicendo eum spurium, videtur exhæredasse vt extraneū: & sic exhæredatio non valet, & eadem est ratio in sequenti: quia eum imposui pœnam, si diceret se filium, per consequens volui eum extraneum dici: vt arg. Insti. de lega. §. fin. & sic vt extraneum exhæredo, & hic non valet, vtpote res inepta in extraneo: vt infra de verborum obligat. l. quidam cum filium, §. in eo. & sic habes tres casus, in quibus exhæredatio habetur pro infecta: sed in eo casu cum dixi exhæredo, quia ex adulterio &c. videtur valere exhæredatio: vt supra de liberis, & posthum. l. & si pepererit. in princip. Solut. quod hic dicit nullam exhæredationem, dic si probetur eum filiū esse: paret enim eum ideo exhæredauit, quia credebat eum nō esse filium. interim ergo donec probetur filius, exhęredatio nocet: vt supra de liber. & posthum. l. si posthuma, §. fi. secundum Azo.

[r] Nō quasi filium. Scilicet instituit.

[s] Decessisse. Quasi se præterito, cum non sit institutus vt filius.

[t] Negent. Ac per hoc testamentum respectu eius portionis

Patris vel matris dictum, filio non præiudicat.

† Vbi maius periculū est, ibi cautius est agēdum: vt in c. vl. cum gl. super ver. personaliter, in fi. vl. colum. extra de offi. de lega. & c. vbi periculū maius. de electio. lib. 6.

tionis, in qua institutus est, non valere contendunt: vt C. de hær. insti. l. si pater. vt & hic, & j. ea ponitur. Azo.

a Valere. Solummodo respectu partiũ omnium: non etiam negant eum filiũ: & ita de bonis tantũ faciũt controuersiam: vnde nõ debet differri: vt j. eo. l. si impubes. §. cum vero.

b Cessat. Vt j. eo. l. si impubes. §. cũ vero. Sed argu. contra j. eodem, l. de bonis. in prin.

c Hæreditatẽ. Nunquid hic hæreditatẽ amitteret, si probaretur non filius? As. quod sic, j. de iure fisci. l. auferunt. sed nõ est ita: quia hic non vt filius fuit institutus, vt hic dicitur: nec falsa demonstratio ei nocere debet: vt s. de condit. & demonstra. l. demõstratio. & C. de fal. cau. l. 1. Accur.

d Arguatur. Id est, accusetur lege Cornelia. de fal. vt C. de fal. l. 1. Azo.

e In dubium. Facta controuersia ei puero de bonis, & de statu, vel de statu tantum: vt j. l. 3. §. quãuis. Hugo.

f Cum verò mater. Scilicet tantum. alioqui si etiam puero fieret quæstio, differetur: vt supra dictum est, vel vt dicunt supra proximo puero tantum, & nõ matri fiebat quæstio, hic vtrique. quoa & ratio huius legis & sententia, & hæc verba iuuare videntur. Azo. & facit supra de adulte. l. miles. §. defuncto.

g Deberet .n. differri de statu: quia quæstio status tanquam præiudicialis differenda est. vide per do. in §. præiudiciales. Insti. de act. & ibi in gl. magna, & p. doc. l. 1. C. de ord. iud.

lere. [a] Si testamentum valere contendant: controuersia non est differenda: & Carbonianum edictum cessat. [b] Quòd si filium eum negant, & ad ipsos potius quasi ad consanguineos hæreditatem [c] pertinere dicunt: data bonorum possessione impuberi, controuersia in tempus pubertatis differtur. Si mater subiecti partus arguatur: [d] an differenda sit quæstio propter statum pueri, quæritur? Et si quidẽ pupilli status in dubium [e] deducatur: differri quæstio in tẽpus pubertatis debet, cùm metus esse possit, ne minus idoneè defendatur. Cum verò mater [f] rea postulatur: vtiq; integra fide, & maiore constantia causam defensura: recenti tempore dubium non est cognitionẽ fieri oportere: & post euentum cognitionis, [g] si suppositũ partum apparuerit: [h] actiones hæreditariæ pueró denegandæ sunt: omniaque perinde habenda, atq; si hæres scriptus non esset.

Donec viuit aliquis ex participibus criminis, non potest agi ciuiliter de crimine contra tertium. Bart.

Martianus libro xiiij. institutionum. II.

Licet [i] mulier, quæ partũ subiecisse dicitur, decesserit: tamẽ si participes maleficij sint: in præsenti cognoscendum est. Si autẽ nemo sit, qui puniri possit, quia omnes participes facinoris fortè decesserint: [k] secundum Carbonianum edictũ in tempus pubertatis differenda est cognitio. [l]

Posthumo instituto, licet habeat secundum tabulas, potest etiam habere locum hoc edictum. Bart.

Vlpianus libro xlj. ad edictum. III.

Carbonianũ edictum captatũ est ad contra tabulas bonorũ possessionem, [m] & intestati: [n]

g Cognitionis. Habitæ contra puerum conuentum vna cum matre.

h Apparuerit. Sententia lata contra puerum. non contra matrem solam. illa enim puero non præiudicat, vt supra de iureiur. l. 3. §. pen. Sed arg. contra s. de vent. in pos. mit. l. si ventris. Sol. ibi. facit j. eo. l. 3. §. si mater. & l. si impubes. §. si mater. & l. Titia. & quod no. C. de fal. l. 1. Item facit j. de fal. l. 1. & l. qui falsam. §. 1. & l. lege. §. de partu.

ADDITIO Dic secundum Bart. quòd in d. l. si ventris accusabatur mater sola: fiebat tamen præiudicium partui futuro: sed hic fiebat præiudiciũ partui iam nato, & est ratio. sicut enim cum mater est minor, quæstio differtur: ita etiam quando est grauida, debet differri: quoniam non potest ita sufficienter defendere. Item ratio: quia magis fauemus partui nascituro, quã iam nato: vt l. 1. §. si ea. s. de ven. in poss. mit.

i Licet. Participes. contra videbatur: quia auctrice extincta, nec ipsi teneri possunt.

k Decesserint. Hoc est contra nos, qui dicimus quòd viuente criminoso, qui potest criminaliter accusari, potest etiam ciuiliter agi. Alij contra. quod dic: vt C. de fide instru. l. fi. §. 1. & hic etiam in vita mulieris potest exerceri Carbonianum.

l Cognitio. De statu & de bonis. Accur.

Carbonianum. CASVS. Carbonianum edictum aptatur aliquando ad bon. poss. cõtra tab. vt quibus datur illud, detur & istud: & item & ad bo. pos. intestati aliquando, & in bo. pos. secundum ta. locum habet: vt cũ pater instituit posthumum, & negatur filius, potest esse locus huic edicto. Scriptis hæredibus nõ datur bon. poss. ex hoc edicto. Vnum sciatis si mouetur quæstio status, & bonorum, differtur ex cõstitutione, pubes autem nõ habet beneficium Carb. edicti, si mouetur ei quæstio status & bonorum. Causæ cognitio. Habuistis, si cui mouetur controuersia, quòd inter liberos defuncti non sit causa cognita bo. pos. Carb. dabo. quid versatur in causæ cognitione? hoc, vt si in euidenti est non esse filium, denegetur ei. si autem certum est, vel dubium est: detur ei. vbi iudicium est pro eo, statim datur: sed summatim cognoscitur si est filius, sed versatur aliud: vt si expediat impuberi differri, differatur: aliter non. ergo duæ sunt causæ cognitiones: si non expedit differri si habet probationes, vel per quos defendatur. Item si habet obstetricem per quã põt probare filiationẽ. istud est fauore impuberis introductum, vt nõ differatur in tempus pubertatis, & ideo si non expedit ei, non debet differri. Si mater. Mater accusatur, quòd filium impuberem tempore partus falso subiecit. fertur sententia contra matrem, obest filio? non. Sed quid si aliquis faciebat quæstionem status & bonorum, differtur? certè sic. Sed quid? decedit testator relicto puero anniculo, & alio qui habet 13. ann. & sex menses, agnati monẽt quæstionem ambobus, nunquid differtur quæstio status ex persona sua qui habet 13. ann. & dimidium? non, sed ex persona impuberis differtur quæstio status in tempus pubertatis: siue impubes possidet bona, siue non. Sed quid? duo sunt impuberes, faciunt adinuicem controuersiã: vnus se dicit filium solum, alter dicit se & alium, tamen si adoleuerit ille, qui dicit se filium solum, differtur. si autem alter adoleuit, finita est eius quæstio in tempore pubertatis: & non differtur plus. h. d. vsque ad §. si quis liber. Viu.

m Bonorum possessionem. Vt cui illa datur, & denegatur: sic fiat de Carboniana bono. possess. vt j. eo. l. 1. §. & generaliter.

n Intestati. Quia concurrit cum vnde liberi: vt j. eo. l. de bonis. §. huic.

In qui-

cùm & in secundum tabulas in quibusdam a casibus posit videri necessarium edictum: veluti si paterfamilias ita institue rit, posthumus hæres esto: vel, Posthuma hæres esto, & negetur b verum esse, quod in testamento scriptum est. Et cùm c de fideicommissis, vel legatis quæritur, differri potest causa in tempus pubertatis: id enim diuus Pius Claudio Adriano rescripsit. Quamuis scripto hæredi d non promittatur bonorum possessioné ex edicto Carboniano, certum fit: e tamen quęstionem status in tempus pubertatis differri, proculdubio est. Ergo si quidem de parentis bonis, simul & de statu controuersia fiat, hoc edictum locum habebit: si verò status tantum; differretur quæstio f in tempus pubertatis: sed non ex Carboniano, sed ex constitutionibus. g Puberi quamuis minori vigintiquinque annis Carbonianum non succurrit: sed si cùm esset pubes, quasi impubes obrepserit, bonorumque possessionem acceperit, dicendum erit, nihil eum egisse. Nam & si impubes esset, mox pubes factus: finiretur bonorum possessionis h emolumentum. Causæ i cognitio in eo vertitur, vt si manifesta calumnia appareat eorum, qui infantibus bonorum possessionem peterent, non daretur bonorum possessio. Summatim k † ergo cùm petitur ex Carboniano edicto bonorum possessio, debet prætor cognoscere: & si quidem absolutam l causam inuenerit, euidenterque probetur, filium non esse: negare debet ei bonorum possessionem Carbonianam. si verò ambiguam causam, hoc est vel modicum pro puero facientem, vt non videatur euidenter filius non esse, m dabit ei Carbonianam bonorum possessioné. Duæ autem sunt causæ cognitiones. Vna n dandæ Carbonianę possessionis: quę habet commodum illud, vt perinde atque si nullam controuersiam pete retur impubes, possessioné accipiat. Alia est causæ cognitio illa, vtrum debeat differri in tempus pubertatis cognitio, an repræsentari. Hoc autem diligentissimè o prætori examinandum est, an expediat pupillo repræsentari cognitionem: an potius differri in tempus pubertatis: & maximè inquirere hoc à cognatis, matre, tutoribusq; pupilli debet. Finge esse testes quosdam, qui dilata controuersia, aut mutabunt consiliú, † aut decedent, aut propter temporis interuallum non eandem p fidem habebunt: vel finge esse anum q obstetricem, vel ancillas, r quæ

a In quibusdam. Bene dicit casibus: quia regulariter non habet locum secundum tab. vt s. eod. l. 1. §. Pomponius.

b Negetur. A legitimis esse verum. s. quòd sit institutus aliquis posthumus, & negatur etiam filius, aliàs nō habet locum Carbo. bonorum poss. quia de bonis tantum est controuersia: vt supra eod. l. 1. §. si quis filium. Idem in quolibet impubere instituto vt habeat locum Carbon. bon. poss. si hæc duo negentur, secus si alterum tātum: vt infra proxi. §.

c Et cum. Dic legata relicta filio, vt filio, & hæres dicit eū non esse filium, mittetur in possessioné legatorum & differtur quæstio status & legatorum, & secundum hoc est mirum, quod legatario singulari detur Carbon. etiam facto testamē to secundum ty. & quæritur secundum eum, an filius pro his legatis habeat secundum tabul. sicut Carb. quod videtur absurdum. Vel planius dicas posthumum missum in poss. ex Carboniano, & legatarios legata petere, certe differtur quia speratur petitio hæreditatis mouenda per legitimos contra filium, quādo erit pubes: vt arg. C. de pet. hær. l. fin. & secundum hoc dic causa. s. legatorum, & potest, id est, debet, & facit infra ea. l. §. si quis liber.

d Hæredi. Impuberi, quem cōstat sine negatione scriptū: alioqui contra: vt s. proxi. resp. Azo.

e Certum fit. Ipse tamen possessionem adipiscitur iure communi sine auxilio Carbo. vt C. de edi. diui Adria. tollen. l. quāuis. & j. quo. bono. l. 1. & 2. Azo.

f Differretur quæstio. sed nūquam fit missio: vt statim s. dixit. Azo. Item & hoc siue agat, siue conueniatur impubes: vt infra eod. l. §. parui.

g Ex constitutionibus. Si verò tātum de bonis, nulla fit dilatio: vt s. eod. l. 1. §. si quis filium. & j. eo. l. si impubes, §. cum vero. Azo. Item contra j. eo. l. de bonis. §. ita demum. Sol. ibi. Accur.

h Possessionis. Petendæ, non petitæ: vt j. eo. l. de bonis. §. post. Vel dic idem, & si sit indulta à iudice, dum tamen re ipsa corporaliter non sit tradita. Azo. vt infra eodem l. antepen.

i Causæ. Dixit s. eod. l. 1. in princi. in duobus veru causæ cognitionem, & hic de primo. & j. §. proxi. dicetur de alio.

k Summatim. Imò plene: vt C. eod. l. 2. sed expone: vt ibi.

l Absolutā. Id est, sine dubitatiōe. hoc enim euidenter &c. sic ergo illa regula, dolo facit qui petit &c. vt j. de except. do. l. dolo, habet locum & in possessorijs, & sic est contra infra, quo. legat. l. 1. §. redigūtur. sed dic vt not. in d. l. dolo. Item no. de summaria cognitione: vt s. ad exhibend. l. 3. §. ibidem. Accur.

m Non esse. Quod duobus modis fit: vt s. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. l. filium. §. sed & si sic. & §. sed mihi.

n Vna. De qua d. in s. proxi. §.

o Diligentissimè. Hæc ergo causæ cognitio fit plene, sed superior semiplene. Azo.

p Non eandē. Quia fierent infames. Et not. idem si de facto fiant infames: quia minus creditur. nam tempore redditi testimonij fides testis inspicitur: vt supra de testibus. l. 3. in princ. Vel dic non eādem fidem, id est, nō ita creditur: quia non est verisimile, quòd de tam longo tempore sic recordētur, sicut de recenti. Accur.

q Anum. id est, vetulam. Ad quod s. de testi. l. inuiti. & l. ex eo. Accur.

r Ancillas. Cautè hic in plurali, supra in singulari dixit: quia in quæstione vnius serui causa ponenda non est: vt infra de quæstio. l. 1. §. idem Cornelio. plurium enim seruorum argumenta, & indicia alijs præcedentibus sunt necessaria.

Similis quæstio summam habetur in c. quoniam frequēter. §. si verò post tps. cum gl. super vers. sūmatim. in pen. extra vt lite nō contest. Et de causis summarijs, & clausula summariè &c. Mandos. super 3. com. in ver. summariè.

† Hęc verba secuntur in gl. in ca. quoniam frequēter. super versi. subtrahat, extra et lite contest.

Veritatem.

veritatem [a] pro partu possunt insinuare, [b] vel instrumenta satis idonea ad victoriam, vel quædam alia argumenta: vt magis damnum patiatur pupillus, quod differtur [c] cognitio, quàm compendium, quod non repræsentatur. finge pupillum satisdare non posse: & admissos [d] in possessionem, qui de hæreditate [e] controuersiam faciunt multa posse subtrahere, nouare, moliri: [f] aut stulti, aut iniqui prætoris erit, rem in tempus pubertatis differre, cum summo eius incommodo: cui consultum velit. Diuus etiam Adrianus ita rescripsit: Quod in tempus pubertatis res differri solet pupillorum causâ fit: ne de statu periclitentur antè quàm se tueri possint. Cæterùm si idoneos habeant, à quibus defendantur, & tam expeditam causam, vt ipsorum intersit, maturè de ea iudicari: & tutores eorum iudicio experiri [g] volunt, non debet aduersus pupillos obseruari, quod pro ipsis [h] excogitatum est: & pendere status eorum, cùm iam possit indubitatus esse. Si mater impuberis subiecti partus rea postulata, causam obtinuerit, [i] poterit adhuc superesse status quæstio: [k] vt puta si dicatur aut nô esse ex ipso defuncto côceptus, aut ex ipso quidem, sed non ex matrimonio editus. Si is, [l] qui status controuersiam filio [m] faciebat, & solum se filium dicebat, decesserit, & mater eius [n] ei hæres extiterit: si quidem eandem controuersiam impuberi [o] mater faciat, qui se ex alia natum affirmat, quam [p] filius eius faciebat, scilicet vt neget eum filium: [q] idcircoq; ad se totam hæreditatê ex persona filij sui defuncti pertinere debere: in tempus pubertatis differri, Iulianus ait: quia nihil intersit, suo, an hæreditario [r] nomine côtrouersiam faciat. Planè si mater negat [s] hûc quoque defuncti filium esse, idcircoq; defuncti partem dimidiam hæreditatis solâ sibi vindicet ex bonis paternis: non erit iudicium in tempus pubertatis differendum. non enim de paternis, [t] sed de fraternis bonis impuberi fit controuersia. Ibidem Iulianus quærit, si duo impuberes patiantur status côtrouersiam, & alter eorû pubuerit: expectari alterius [u] quoq; pubertas debet: scilicet vt sic de vtriusque statu agatur: ne aliquod præiudicium fiat impuberi per puberis personam. Parui refert, [x] vtrum petitor [y] sit impubes an possessor, qui status [z] controuersiâ patitur, [a] nam siue possideat, siue petat: in tempus pubertatis differi. [b]

[a] Veritatem. Etiam contra fratres huius qui negatur filius, quod dic vt infra, de quæstio. l. extraneo. § de quæstione. Azo.

[b] Insinuare. Non est idonea hæc allegatio, cum possent hodie testimonia publicari: vt in auth. de testibus. § & hoc vero iubemus. coll. 7. idem & in superioribus allegationibus, sed non sic in inferioribus Azo.

[c] Differtur. Hoc côcedebat Bul. si filius peteret Carbo. alias etiam si sibi expediret repræsentari, tamê semper in pubertatê differtur: quod Ioan. nô placet, pro Bul. est supra eod. l. 1. §. quamuis. nam ibi dic. differêdam, cum tantum status sit controuersia, nô ergo locum habet Carb. Sed argu. contra eum est ratio huius respon.

[d] Admissos. Ideo. s. quia non satisdatur vt s. eo. l. 1. §. 1. Azo.

[e] Hæreditate. Et de statu. aliter enim locum non habet: vt supra e. l. 1. §. si quis filium.

[f] Moliri. Repetere posse illos missos, & sic vel est ibi copula & nouare &c. vel punctum loco copulæ.

[g] Experiri. Id est, defendere. sic infra, de regu. iur. l. sæpe. §. sed scientibus. vel dic agendo: vt infra eo. § parui. & secundum primam no. cogi aduersarios agere ad tempus. sic C. de inge. ma. l. diffamari. Azo.

[h] Quod pro ipsius. Nâ quod fauore &c. vt C. de legi. & consti. l. quod fauore. & facit infra de libe. caus. l. diui. in principio.

[i] Obtinuerit. Idem & si succubuisset. Azo.

[k] Quæstio. Contra impuberem, sed contra matrem de adulterio nô tam facile. argu. infra, de accus. l. si cul. §. eiusdê. hic autê videbatur contra: quia absoluta adultera, & adulter videtur absolutus: vt s. de adul. l. denunciasse §. quæritur. & facit s. eod. l. 1. in fin.

[l] Qui. Natus de secundo matrimonio.

[m] Filio. Nato ex primo matrimonio, & eodem patre: licet non eadem matre. Accursius.

[n] Mater eius. Scilicet filij secundi matrimonij.

[o] Impuberi. Superstiti.

[p] Quam. Controuersiam.

[q] Eum filium. Scilicet superstitem.

[r] Suo an hæreditario. Sic s. ad Treb. l. si res. in fin. Sed argu. contra in eo tit. l. si patroni. §. qui fideicommissariam. secundo respons. & l. facta. §. si cum suspecta.

[s] Negat. Aliàs non negat, hunc scilicet superstitê filium defuncti: sed etiam dicit de suo, & deinde nec idem superstes negat filium suum fratrê: sed dicit matrem non debere succedere. & hoc colligi ibi, nô enim &c. alij non habent nô: & tûc dic secundum H. mater negat superstitem filium, scilicet solum filiû, quia & suum similiter dicit nec superstes negat. sed & si negaret superstes, idê vt cesset Car. quia non patitur sed facit controuersiam superstes: vt infra ead. l. §. quod si ille. Accursius.

[t] Paternis. Melior ratio: quia tâtum de bonis & non de statu fit controuersia, vt supra eod. l. si quis filium. Azo. & facit infra e. l. si impubes. § si pupillus.

[u] Alterius quoque. Sic supra quæ res pigno. ob. pos. l. Aristo. & quemadm. ser. amit. l. si commnem. & supra, de vent. in pos. mit. l. antepen. Sed contra infra eo. l. Titia. sed dic vt infra eod. l. si impubes. §. si mater.

[x] Parui refert. Quâtum ad differendam quæstionem status, nam vtrobique differtur. Accur.

[y] Petitor. Possessionis. Azo.

[z] Status. Scilicet tâtum, vel status, & bonorû si velit in possessionem mitti.

[a] Patitur. No patitur. secus enim si alij faciat: vt infra eâ l. §. quod si ille.

[b] Differtur. Quæstio status, sed possessionê vel retinet, vel

Nônun quâ tamê ex oc. o su botitur negôtiû: vt est apud Suidam. πράγμα τ' ἐξ ἀπραξίας.

In P. Fl. planè si mater côcedat hûc quoq; &c. quam lectionê & ipse Acc. sensit.

Vide Anto. Augu. li. 2. emê. cap. 1.

vel adipiscimur : vt ā.de inofficio.testa.l.qui de inofficioso . Item hæc vera sunt , si agatur possessorio: si autem petitorio,distinguitur an agat,& non differtur.an conueniatur: & tunc sic,etiam si proprij status controuersiam patitur: vt j.ea.l.§.missum.

a Si duo. Ad euidentiā huius § dic quod ille solus,vel ille omnis impubes, qui patitur controuersiam status sui proprij possit postulare differri quæstionem status: ille autem impubes qui facit alteri impuberi de statu eius impuberis quem conuenit controuersiam, nunquam potest postulare: & est ratio, qa īpuberi, ne amittat libertatem suā, debet fauor exhiberi, non vt alium impuberem sua libertate priuaret. & ita omnia sunt clara.nam in primo responso sic dicitur, quia cum vterque alteri facit controuersiam, & vterque patitur ab alterutro: vtroque impubere existente adhuc differtur. In secundo verò est etiam prædicta ratio,quia cum is adoleuerit , qui se solum dicit,alter autem qui & se dicit, est impubes : pubes impuberi facit controuersiam:& ita impubes patitur litem, & sic differtur.in tertio verò non differtur; quia pubes ab impubere patiebatur litem.

* In P.Fl. de parte enī vtiq; litigatur.

* In P.Fl. non sunt hęc,sed facit.

Ad petitionem impuberis inferentis. causam status non debet in tempus pubertatis differri: sed ad petitionem impuberis patientis. Barto.

Si duo[a] impuberes inuicem status controuersiam faciāt:interest, vtrū quisq; se solum filium dicat , an & se.[b] Nam si se solum dicat filium:[c] dicendum est, debere controuersiam ad vtriusque pubertatem differri:siue petitor,siue possessor sit.[d] Si verò alter se solum, alter & se[e] dicat : si quidē ille adoleuerit , qui se solum dicat:adhuc differtur controuersia propter pueritiā eius,qui & se dicit:sed de parte,nō de toto.* de parte enim vtiq; nec litigatur. Quòd si ille adoleuerit,qui & se dicit ; ille impubes sit , qui se solum dicit, non differtur cōtrouersia.nec enim patitur impubes controuersiam status,[f] * sed facit:[g] cùm hic , & pubes & se dicat , & illum non neget filiū . Si quis liber, & hæres esse iussus[h] sit, & status controuersiā[i] impuberi faciat , q filius esse , & testamentum patris rupisse dicatur:Iulianus ait , vtraque iudicia & libertatis, & hæreditatis in tempus pubertatis differēda.neutrum enim eorum ita explicari potest , vt non conditioni eius , qui se filium esse cōtendat, præiudicetur. Cæteræ quoq; libertatis quæstiones ex testamēto pendentes,[k] in tempus pubertatis differuntur.

Etiam si propter debita particularia quæstio status infertur impuberi:differtur in tempus pubertatis.Barto.

Cùm extaret impubes, qui se filium defuncti diceret , debitoresq; negarent eum filiū esse defuncti , & intestati hæreditatem ad agnatum(qui fortè trans mare aberat)pertinere:[l] necessarium erit puero Carbonianum edictum.[m] sed & absenti erit prospiciendum , vt cautio[n] præstetur.

Missum in possessionem ex hoc edicto, prætor tuetur:non tamen missus ut Carboni.possessor potest hæreditatem,vel res singulas uendicare, nisi uelit de filiatione plenè docer . Bart.

Missum autem ex Carboniano in possessionem studēt prætores possessorem constituere.[o]

b An & se. Scilicet & alium.

c Dicat filium. Scilicet se quisquam eorum : & sic quilibet de altero negat.

d Possessor sit. Scilicet quilibet eorū, de quo quæris.

e Et se. Scilicet & alium. Azo.

f Status Sui,scilicet de filiatione.

g Facit . Scilicet de statu alterius controuersiam agendo vel excipiendo de possessorio vel petitorio. Accur.

Si quis liber. CASVS. Paterfamilias seruum suum iussit liberum, & hæredem esse : postea iste seruus facit impuberi status controuersiam, cum iste impubes dicatur patris testamentum sui agnatione rupisse, nunquid iudicia libertatis & hæreditatis sunt differenda?Et respon. quod sic.Viuianus.

h Iussus. Aliquis maior.

i Status controuersiam . Quia seruum esse dicat: agit ergo institutus petit.hæredi.& filius dicit testamentū ruptum,institutus replicat filium esse seruum,secus autem si ipse pupillus ageret petitorio cōtra institutum, quia tunc non differtur.sic j. eo.§.missum.& C.de ordi.iudic.l. 1.& est ratio,quia primo casu retinet, secundo alij extraneo omnia auferri vult.

k Pendentes . Id est,si quis dicat ex testamento se esse liberum.ad quod C.de peti.hæred.l. si & supra, de peti. hære.l.si quis liber. in fin.

Cū extaret. CASVS. Testator decessit intestatus relicto filio impubere, iste filius agit contra debitores hæreditarios : dicunt ipsi, tu non es filius defuncti, non succedis ei ab intestato : sed agnati:nunquid debet petere Carb.bo.posses. sic : sed habet necesse cauere agnato.Viuianus.

l Pertinere. Scilicet dicunt.

Missum autem. CASVS. Impubes cui mouetur quæstio status & bonorum , petijt Carbo. bono.posses.& missus fuit,ipse quasi bonor. possessor vult agere petit.hæredit. contra eum qui mouet quæstionem status: vel res singulas petere. nunquid potest facere ? non: sed sufficit ei differri quæstionem in tempus pubertatis.

Si tā vult singulares petere , quasi ex liberis hæres sit,audiendus est : quo casu non solum hanc Carbonianā , sed & ordinariam bo.poss. agnoscere debet:nēpe, vnde liberi , vel vnde agnati , vel similem. vtriusque autem bon.poss.agnoscēdæ tempus annale est : & ordinariæ quidem tempus currit , ex quo patrem defunctū sciuit : extraordinariæ autem(Carbonianæ,scilicet)ex quo,controuersiam sibi fieri cognouit , quo fit vt aliquando vtriusque tempora simul currant : aliquando contingat , vt exclusus ab ordinaria , & extraordinariam possit petere.

m Edictum. Vt fiat missio. Accur.

n Cautio. Cū fideiussore:vt C.eo.l. 1.& fiet seruo publico: vt j.rem pupil.sal.for.l.a. Accur.

o Constituere. Videtur ergo quod prima [r] missio non faciat eum possessorē, sicut nec in damno infecto : nec etiā illa quæ fit de ventre, vel causa rei seruandæ : vt j. de dam.infe.l. si fini.§.Iulia.& de acqui.pos.l.3.in fin. sed debeat secūdū interponi,vt hic innuit.Sed dico contra.s.quod statim ēt possidet si fult te ipsa facta missio. & aliud in dāno infecto:qa ibi speratur dominium. vel satisdatio : hic autē etiam inuito aduersario admittitur impubes

r Quādo primū. & secūdu decretū operat ad verā, & integram possessionē , vide plenè in Specul.de primo & secundo decre.per totum tit.

Quòd si cœperit aut hæreditatem a petere quasi bonorum possessor Carbonianus, aut singulas res: rectissimè Iulianus lib. vicesimoquarto Digestorum scribit exceptione b eum submouendũ. contentus enim esse debet hac prærogatiua, quòd possessorem eum prætor tantisper constituat. Si igitur vult hæreditatem, aut singulas res petere: petat (inquit) directa actione quasi hæres, vt ea petitione iudicari posit, c an quasi ex liberis d hæres sit: e ne præsumptio Carbonianæ f bonorũ possessionis iniuriã g aduersarijs afferat, quæ sententia habet rationem, & æquitatem.

Hæc autem possessio intra annum datur: sicuti ordinariæ quoque, quæ liberis dantur, h intra annum dantur. sed oportebit hunc, qui se filium dicit, non solum Carbonianam i bonorum possessionem accipere, verũ etiã ordinariam k agnoscere. Currunt autem tẽpora ad vtranque bonorum possessionem separatim. Ordinariæ quidem l possessionis, ex quo patrem suum decessisse scit, m & facultatẽ n bonorum possessionis petendæ habuit: Carbonianæ vero ex eo tempore, ex quo controuersiam sibi fieri cognouit.

Iulianus libro xxiiij. Digestorum. IIII.

Ideo si ex prima parte o edicti bonorum possessionem * non petierit: aliàs poterit ex sequenti parte p edicti ad exemplum Carboniani q accipere bonorum possessionem, r aliàs non poterit. Nam si cõfestim post patris mortẽ s cõtrouersia ei facta fuerit, an inter liberos bonorum possessionem accipere possit, simul ad vtriusque edicti causam annus cessisse videbitur. t Si vero interposito tempore sciuerit controuersiam sibi moueri, poterit etiam finito tempore, intra quod ex prima parte bonorum possessionem acceperat, u ex sequenti bonorum possessionem petere: quam x cum acceperit, perpetuò possessor his actionibus vtetur. y Sed si post pubertatem contra eum

---

impubes fa[illegible]. Item & aliud in muliere, & similibus: quia hic semper dicitur danda ei Carbo. bon. poss. vel accipit bo. pos. vt s. eo. §. duæ. in fi. & §. causæ. sed in prædictis dicitur, mittatur in possessionẽ: & taliter possessio non quæritur: vt j. de acq. pos. l. si quis autem. §. 1. & pro hoc quod iste possideat, est infra l. pen. & supra, de inoffic. testa. l. qui de inoffi. [illegible]. quod ergo hic dicit, studeant prætores constituere possessorem, dic, id est, possessorem constitutum tueri: argu. infra, de verbo. signi. l. lege. Vel dic quando est missus verbo iudicis tantũ constituetur possessor, vt adipiscat pos. contra extraneos: vt infra eod. l. quæritur. & est vniuersalis, sed qua actione? Respõ. in factum, quæ oritur ex hoc edicto, sicut ex quolibet alio: vt infra ne vis fiat ei. l. pe. §. cũ prætor. & veniunt corporalia tantum: arg. infra quo. bon. l. 2.

a Aut hæreditatem: quando verbo tantum erat missus, vt enim agno'rẽt quãlibet aliam bon. possess. vel etiam vnde liberi, vel etiam vnde agnati statim poterit agere peti. hære. bo. pos. vt s. de bon. pos. hære. peti. l. 1. ita iste putabat, sed nõ est ita: quia aliæ tribuunt ius in proprietate, hæc in possessione tantum, vt hic dicitur, vel si de facto erat missus, petet res aliquas, quas non habet, peti. hæc. vel res, vend quasi hæres, vel quasi habeat ius in proprietate: hoc nõ potest. Sed contra j. e. l. pe. Sol. ibi. Accur.

b Exceptione. Scilicet in factum: quia præiudicium hæreditati fieri non debet: vt infra, de excep. l. si post. & supra, de pet. hære. l. diuus. Sed nonne hodie contra: vt C. de pe. hære. l. fi. Respon. non: quia hic agere vult hæres ad suum commodum, & alterius præiudicium qui motusus est litem: ibi vero conuenitur. Item contra supra eo. § parui. dic vt ibi.

c Iudicari posit. Vt C. de ordine iudi. l. 1. contra. Sol. ibi. Accursius.

d Ex liberis. Id est, dicere, si ipse vult vendicare res, dicat se hæredem: vel quia sit de liberis, vel alius.

e Hæres sit. Scilicet petat.

f Præsumptio Carbonianæ. Id est, filiationis summarium cognitæ: vt supra eo. §. summatim. propter quod datur Car. bonp. pol. Azo.

g Iniuriam. Scilicet de rebus admittendis. si enim petitorium proponeretur, & propter præsumptionem qualem qualem res. possessori auferretur, in perpetuum ius possidentium esset sopitum: vt C. vt lite pen. l. qui licitam. & ne inde iniuriarum &c. vt C. vnde vi. l. meminerint.

h Liberis dantur. Ex quolibet capite: vt infra quis ordo in bo. pos. ser. l. si cohæredi. §. fi. Accur.

i Carbonianã. Hoc cum tantum bonorum sit controuersia secundũ Ro. Sed certè hoc falsum est quia tunc non daretur: vt supra eo. l. 1. §. si quis filium. quod hic concedit. Azo.

k Ordinariam. Scilicet vnde liberi, vel vnde cognati: vel aliã quę ei defertur, & hoc si voluerit actiones inتentare: & ideo dicit, oportebit quia bene hæc sine ordinaria cõpetit, vt infra eod. l. si impubes. §. fina licet actiones non exerceat. Accursius.

l Ordinariæ. Sic dicta, quia tribuit iura in proprietate, hæc autem tantũ in possessione retinenda: vt j. ne vis fiat ei. l. pe. §. pe. & §. fin.

m Scit. Et sic factũ, vt supra, de iuris & fac. igno. l. 1.

n Facultatẽ. Quod dic: vt s. de bo poss. l. in bono. & continua l. seq.

o Ideo. Ex prima parte. Dicunt quidam contra tabu. quia præcedit illam quæ datur secundum tabu. vt infra, de secund. tab. l. 1. aliàs incipit, æquissimum. tu dic vel illam contra tabu. vel vnde liberi, vel aliã ordinariam ei competentem: quæ dicuntur competere ex prima parte: quia frequenter currit ei ante tempus quam Carbo. vt statim patebit.

p Sequenti parte edicti. Scilicet Carboniani.

q Carboniani. Veteris & solennis, quæ solennitas hodie est sublata: vt insti. de interdi. §. fi.

r Bonorum possessionem. Carbonianam.

s Mortem. Scilicet statim.

t Videbitur. Et ideo non petetur Carboniana finito tempore primæ.

u Acceperat. Id est accipere poterat: z nec enim acceperit, vt in prin. huius legis.

x Quam Scilicet Carbonianam.

y Vtetur. Id est, vti poterit. s. act. in factũ, quæ vtilis est ad corporalia solummodo, vt j. quo. bon. l. 2. Vel dic actionibus

* Quidã putãt hoc loco negationẽ expungẽdã: & sanè eorũ opi nõ sine ratione est, vt patet ex vers. si vero, j. ibi, Intra, quod ex prima parte bo. possessionem acceperat, quo loco Acc. vim facere literæ videt, dum acceperat, interpretat. p accipere poterat. Vide Ant. Aug. li. 1. emẽ. ca. 3.

1 Carboniani edicti materiã, vnde, à quo, & quã procedat, supple in Spe. de primo, & secundo decret. §. 3. ver. hoc aũt. & in § x. versi. ad quem.

2 Pro fin ã si expositione Mã dos. in Gl. Facult. §. Et pprã, in ver. habeat, id est habere possit.

actionibus in factum quæ defuncto competebant pro possessionibus singularum rerum adipiscendis, & retinendis, vt puta vti pos. & vnde vi: ex quibus, & similib. dantur in factum. has enim non prohibentur intendere, cum ex hoc nulla fiat iniuria reo, vt supra l. proxi. §. missum. Azo. Vel dic, vincitur quando erit pubes, vel liquebat eum hæredem vt infra statim colligitur. q.d. non currunt tempora actionum: vt supra, de inof. test. l. qui de inofficioso. an autem alias actiones possit intendere videtur: quod, nō: vt d. §. missum. econtra quod sic: vt infra eo. l. pe. vbi dices.

indicatū fuerit: a denegabūtur b ei actiones. c

Hic incipit exponere tertium caput edicti de satisdatione. Bartolus.

Vlpianus libr. xlj. ad edictum. V.

SEd & si is, qui controuersiā impuberi facit, ex liberis sit: eueniet vt siue caueat d is, cui status cōtrouersia fit, siue nō caueat: attamen simul sit in possessionem. Si impubes nō defendatē, e idcircoq; missus sit in possessionē, etiā aduersarius f eius: actiōes hereditarias qs exercebit? & Iulianus ait libro vicesimoquarto Digestorum, curatorem constitui debere, qui omnia curet, & actiōes exerceat. g Denique scribit, etiam eum, qui cum impubere missus est in possessionem, actiones posse aduersus curatorem h intendere: nec esse prohibendum: nullum enim per hoc præiudicium hæreditati fieri. nam & aduersus ipsum pupillum si satisdedisset, i rectè experiretur. Quoties impubes satis non dat: k mittitur in possessionem eius aduersarius, siue satisdet, l siue non det. Et si velit aduersarius committi sibi administrationē: satisdare debet m pupillo. cæterum si satis nō det: n debet curator cōstitui, per quem bona administrētur. Aduersarius autē si satisdederit: res, quæ tēpore perituræ, aut deteriores futuræ sint, distrahere debet. Itē à debitoribus, qui tēpore liberabuntur, exigere o debet: cætera p cum pupillo possidebit. An autē vescendi causa deminuere possit is, qui ex Carboniano missus q est, videamus. Et si quidem satis impubes dederit, siue decreuerit præses, siue nō deminuet vescendi causa: & hoc minus restituit hæreditatis petitori. Quod si satisdare nō potuit, & aliter alere se videtur non posse: r deminuendi causa vsque ad id, quod alimentis eius necessarium est, mittendus est. r † Nec mirum debet videri, hæreditatem propter alimenta minui eius, quem fortasse iudicabitur filium non esse: cum omnium t edictis venter in possessionem mittatur: & alimenta mulieri præstētur propter eum, qui potest nasci: u & cura maior adhiberi debeat, ne fame pereat filius, quàm ne minor n hæreditas ad petitorem perueniat, si apparuerit filium nō esse. Maximè x autē puto si missus fuerit in possessionē aduersarius: desiderandū

a Iudicatum fuerit. In petitione hæreditatis: dum ipse agit, vel conuenitur quasi non sit filius.

b Denegabuntur. Ipso iure. sic supra, de arbi. l. si cum dies. §. si quis.

c Actiones. Omnes etiam possessoriæ.

SEd & si. CASVS. In §. si impubes vsq; in fi. dicitur: si impubes petit bonorum possessionem, & non cauet, vel non defenditur, denegantur hæreditariæ actiones. & aduersarius erit simul in pos. & dabitur curator bonis. Vnum sciatis, vbi impubes non satisdat, curator debet alienare res tēpore perituras, & à debitoribus exigere: qui tempore liberantur. Sed nunquid impubes debet vesci ex illis bonis? Sic, siue prætor decreuit, siue nō. nam & mulier mittitur in pos. ventris causa, & ali debet propter eū qui nasci speratur. Vt vnum sciatis, si impubes satisdat, aduersarius non mittitur in possessionem cum eo.

d Caueat. Accipe, in coi &c. secus in extraneo, qui non admittitur in pos. nisi in pupillo nō cauente. vt infra §. quoties. & est hæc ratio, ne quod vni datur alteri denegetur: vt C. qui pot. in pig. ha. l. fi. §. exceptis. & facit supra eo. l. 1. §. 1.

e Si impubes non defendatur. Cum possideat.

f Aduersarius. Qui non est ex liberis.

g Exerceat. Tempore perituras, aliàs non: vt ā. de ventre in pos. mit. l. 1. § item si periculum. & de admi. tut. l. tutor & inf. a proxi. ibi, aduersarius autem &c.

h Aduersus curatorem. In solidum: vt infra, de cur. bo. dan. l. si plures. & dic actiones non hæreditarias: tunc enim fieret præiudicium pet. hære. sed actiones ei competentes ex aliquo contractu, quem habuerit cum defuncto: & tunc fit præiudicium hæreditati, quia sibi. sed hoc ei conceditur: quia suo iuri, & fauori licet ei renunciare: vt C. de pact. l. penul.

i Si satisdedisset. Si pro quamuis. Acc.

k Satis non dat. In casu: & si satisdet: mittitur aduersarius, puta si est de liberis, vt supra eod. l. 1. in princip.

l Satisdet. Scilicet pupillus, & sic aduersarius non esset in possessione.

m Satisdare debet. Vt Instit. de satisda. tuto. §. 1.

n Non det. Aduersarius, & hoc quo ad missionem: sed quo ad administrationem. non habet nisi satisdet: vt supra proxi. §. & si velit &c.

o Exigere. Sic supra, de ven. in pos. mit. l. 1. §. item si periculum.

p Cætera. Quidam habent, cæterum cū pupillus possideat: an vescendi &c. & est versus ibi, cæterū: & non ibi, an autem. & deficit autē: & dic cæterum, id est, nisi satisdet, cum pupillo possidebit. s. tantum. q.d. non vendet. & erit § an aūt. vel dic cæterum &c. q.d. licet vendat præscripta satisdat. tamen omnia cum pupillo &c. & secundum primos est, pupillus. & secundum alios, pupillo. & est § an autem. Accur.

q Missus. Scilicet pupillus. Accur.

r Non posse. Sed superiori etiam si aliunde possit ali. & facit infra, in l proxima. §. non solum. & C. de ordin cog. l. fi. §. quod si egi. & supra, de ven. in possess. mit. l. extraneo.

s Mittendus est. Scilicet filius. aliàs autem non: vt supra, de ven. in pos. mit. l. vbicunque. §. interdum.

t Omnium. Prætorum. & probat per simile. & expone hæc verba: vt supra, de ventre in possessio. mitten. l. finali.

u Ne minor. Vt S. de ven. in pos mit. l. 1. §. 2.

x Maximè. Id est, præcipue.

z Māndos. in proœ. Gl. Facul. in ver. si. vbi etiam quot alijs modis sumatur.

† Et lucratur fruct⁹, quos vescedi causa consumit. & facit glo. fi. post med. in c. contingit. ibi, similiter cum impubes, extra de dol. & contuma.

n P. Fi. nō nasci.

Intercipe-

à prætore, ne instrumēta in possessionem suam redigat. Cæterum decipietur pupillus, dum vel instruit aduersarius eius, vel etiam intercipere [a] ea potest. Cùm autē in satisdatione & pupillus, & aduersarius eius cessant, curator cōstituendus est, qui bona [b] administret: & quandoq; ei, qui in iudicio vicerit, restituat. Quid tamē si tutores pupilli velint administrare? Non erūt audiēdi, nisi satisdederint nomine pupilli, aut curatores quoq; ijdem ipsi sint cōstituti.

Paulus libro xlj. ad edictum. VI

DE bonis [c] matris an decretū interponēdum sit, quæritur. Et decretum [d] quidem non est [e] interponēdum: dilatio autem longissima danda [f] est, quæ in tēpus pubertatis extrahat negotium. [g] Planè si de paternis simul, & maternis bonis controuersia sit, vel etiā de fratris: & has controuersias in tempus pubertatis differendas [h] esse, Iulianus respondit.

Huic autem edicto locus est, etiam si ab intestato [i] ad bonorū possessionem veniant liberi: tametsi ex inferioribus partibus [k] petant, qua legitimi vocantur: [*] quoniam sui non sunt: vel ex illa, quæ cognatis datur. Ita demum autem huic edicto locus est, si status, & hæreditatis [l] controuersia sit, nam si tātū status: quia puta seruus dicatur esse, nec vlla bonorum [m] controuersiā sit: hoc casu liberale iudicium statim explicandum [n] erit.

Missio in possessionem unum tantum habet. Varia

[1] Qui pupillo cōtrouersiam facit, si simul cum eo in possessionem missus est: alimenta ex bonis defuncti non debebit, [o] nec quicquam de bonis [p] deminuere. Hæc enim possessio pro satisdatione cedit. Non solum alimenta [q] præstari debent pupillo, sed & in studia, & in cæteras necessarias impensas debet impēdi pro modo facultatum. Post pubertatem quæritur, an actoris partes sustinere debeat, qui ex Carboniano missus est in possessionem? Et responsum est, rei partes eum sustinere debere, maximè si cauit. Sed & si non cauerat, si nunc paratus sit cauere: quasi possessor conueniēdus est, quòd si nunc non caueat: possessio transfertur, aduersario satis offerente, [r] perinde atque si nunc primum ab eo peteretur hæreditas.

a Intercipere. Sic in auth. vt ij. qui obl. res mino. colla. 6. §. 1. & C. de lat. lib. tol. §. ed nec ferendi.

q Operarum diuisionē, earumq; inter se discrimen, & quæ operę ad quos hæredes transeāt: vide apud Zasium I intellectibus singula.

r In P. Fl. nō est, extraneum.

VT iurisiurandi. CASVS. Si manumitto seruum meum, & in ipsa manumissione facio iurare, vt debeat mihi operas, tenetur siue impositæ sunt in ipsa manumissione, vel incontinenti postea. Sed si quis legauerit liberto suo decem, si iurauerit filio suo se daturum tot operas, tenebitur. Vnum scias, debet iurare in ipsa manumissione, vel incontinenti postea.

Rescriptum. Ille qui manumittit ex voluntate potest imponere operas, qui verò ex necessitate, non. si imponuntur operæ impuberi, contra eum adultum datur actio: sed aliquando etiam dum adhuc impubes est: quia etiam aliqua faciunt impuberes, vt in text. dicit: veluti si librarius est &c.

Si liberi patroni. Si liberi patroni sunt hæredes instituti dispariter, habent ne actiones ad operas? certè sic pro æqualibus portionibus, siue sint in potestate, vel emancipati, vel in adoptionem dati. Viu.

s Contrahatur. Super operis.
t Libertum. Non ingenuum: vt ¶. de fideiuss. l. si quis pro eo. in princ. nec seruum: vt ¶. ea. l. §. iurare.
t Libertatis causa. Scilicet quia aliter non esset manumissurus, & hoc præsumitur quando incontinenti: vt not. ¶. de lib. cau. l. fin. in fin.
u Iureiurando. Sponte remittitur ei condi. sicut si purè esset relicta libertas, & legatum sub condit. iurandi: vt ¶. de ma. testa. l. si quis sub. §. sed si purè.

Ob causam.

paruiq; referre, quam ob causam [a] de operis libertus iurauerit. [1] & ego Celso acquiesco. Iurare autem debet post manumissionem, [b] vt obligetur: & siue statim, siue post tempus [c] iurauerit, obligatur. Iurare autem debet, operas, donum, munus se præstaturum. operas qualescunq;, quæ modò probè iure licito [d] imponūtur. Rescriptum est à diuo Adriano, & deinceps cessare operarum persecutionem aduersus eum, qui ex causa fideicommissi ad libertatem perductus est. [e] Dabitur & in impuberem, cum adoleuerit, operarum actio. [f] Sed interdum, & quamdiu impubes est. Nam huius quoque est ministerium, si fortè vel librarius, [g] vel [2] miniculator, [h] vel calculator sit, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex. Si liberi patroni ex inæqualibus partibus essent instituti: verum pro parte dimidia, an pro hæreditarijs habeant operarum [i] actionem? Et puto verius, liberos pro æqualibus partibus habituros actionem. Parui autem refert, in potestate fuerint liberi, an verò emancipati. Sed si in adoptionem datum, [k] hæredem scripserit patronus: magis est, vt operæ ei debeantur. Nec patronæ liberi submouētur ab operarum petitione.

Pomponius libro viij. ad Sabinum. VIII.

Si quando duobus patronis iurauerit libertus operas [l] se daturum: Labeoni placet, & deberi & peti posse partē operæ, [m] cum semper præterita opera, [n] quæ iam dari non possit, [o] petatur: quod contingit, si vel ipsis patronis iuretur, vel promittatur, vel communi seruo eorum, vel com plures hęredes vni patrono existant. Pro liberto [p] iurāte fideiubere quēuis posse, placet.

Vlpianus li. xxxiiij. ad Sabinum. IX.

Operæ [q] in rerum natura non sunt: sed officiales [r] quidem futuræ, nec cuiquam alij deberi possunt, quàm patrono: cum proprietas earum & in edentis persona, & in eius, cui eduntur ...

[a] Ob causam. Etiam causa legati: vt hic. Sed contra ī. proxi. vbi dicitur q causa libertatis. sed hic corrigit, vel hic per obliquum causa libertatis, vel ibi quando incōtinenti: hic ex interuallo.

[b] Manumissionem. Et etiam ante, si tamen incontinenti sequatur manumissio: quæ enim fiunt incōtinenti, videntur inesse. vt s. si certum peta. l. lecta. §. dicebam.

[c] Siue post tempus. Scilicet ex interuallo. & sic est contra infra de liber. cau. l. fi. §. adeo. Solu. hic sponte: ibi de necessitate, argum. infra eodem, l. Cāpanus. vel tempore manumissionis suis actū, vt etiam postea fieret: argum. j. de solu. l. Modestinus. In seruitute autem non sufficit agi; vt infra de liber. causa. l. fin. Et not. pactum vestiri iuramento: quod non est aliàs. & oritur actio in factum: vt argu. C. de reb. credi. l. actori. sed ex stipulatione oriē cōd. certi, si opera est certa, vt supra eodem, l. à duobus. aliàs, ex stipulatu: vt Instit. de verborum oblig. in princ. sed cum opera est factum, ergo semper incerta: vt infra, de verborū oblig. l. vbi autem. §. qui id quod. sed certè & quandoque est in dando: vt j. statim dicitur.

[d] Iure licito. Non illicito: vt causa onerandæ libertatis: vt j. eod. l. qui onerandæ. Item differunt donum, & munus: vt infra de verb. sign. l. inter.

[e] Perductus est. Vt infra eodē, l. si quis hac. & C. eodem, l. mater. nisi in casu, vt j. titu. 1. l. qui ex causa. in fin. l.

[f] Actio. Sic ergo pupillus iurat vel promittit.

[g] Librarius. Vt j. de reg. iur. l. si librarius.

[h] Miniculator. Alias, mimiculator: id est, ioculator: vt C. de episc. audi. l. mimæ. aliàs, nummiculator. quia bene scit computare, & summas concentare. & facit j. de liber. causa. l. fin. §. fin.

[i] Operarum. Certarum, vel Incertarum si dixit sibi liberisq; suis: vt not. s. eo. l. si quis operas. si autem simpliciter sibi: tunc pone in opera incerta. at certa ad omnem hæredem: vt s. eod. l. à duobus.

[k] Datum. Ab alio sibi, vel a se.

Si quando. CASVS. Si seruus iurat se daturum duobus patronis operas: si quidem certa pars potest solui, habetur loco pecuniæ: & sicut seruus iureiurando obligatur ad operas, ita eius fideiussor. Viu.

[l] Operas. Ergo plures: & sic numero fiet inter eos diuisio: vt j. eod. l. libertus. §. ideo. & de verb. obl. l. in stipulationibus. §. operarum.

[m] Partem operæ. Sed hoc quomodo, cum sit indiuidua: vt j. eo. l. libertus. §. & neque. & de verb. oblig. l. stipulationes non diuiduntur, quæ sunt contra. Sol. hic pars operæ, id est, pars æstimationis: vt d. l. stipulationes. in fi. sic & s. si serui. ven. l. loci. §. si fundus. Item dic operæ præteritæ, nō futuræ: cum semper &c. vt j. eo. l. si quis hac. §. iudicium. & dic quod dies vnius tantum operæ cesserat: nec inter patronos fuerat adhuc designatio facta: vel vna erat numero impari. sic enim per æstimationē fit vnius operæ partitio: vt j. eod. l. libertus. §. 1. Accursius.

[n] Opera. Id est, eius æstimatio.

[o] Nō possit. Etiam ab eadem persona & eidem: vt C. de condi. indeb. l. si nō fortem. §. libertus. Acc.

[p] Pro liberto. Facit j. de duo. re. l. nemo, & j. eo. l. si libertus moram.

Operæ. CASVS. Dicit q operæ fabriles incertæ antequam inducantur à patrono liberto nō sunt in rerum natura, & ideo non possunt alij deberi voluntate patroni: quia proprietas earum cōsistit in potestate edentis, & eius cui eduntur: sed operæ certæ bene soluuntur alij voluntate patroni. Viuia.

[q] Operæ. Incertæ, & præteritæ. nam aut sunt solutæ, & non debentur. aut non: & tunc non ipsæ, sed æstimatio petitur: vt s. l. proxi. vel dic etiam futuræ, id est, ipsa opera vel obligatio eius antequam veniat dies eius: vt supra de oper. seruo. l. 1. quando autem cedat, dic vt j. eod. l. quoties.

[r] Sed officiales. Quælibet opera sic dici potest, cum sit officium diurnum: vt s. eo. l. 1. sed hic ponitur pro incerta, scilicet fabrili, quæ nō potest alij, vel per alium edi, nisi duobus casibus: vt j. eo. l. patronus qui operas, & l. si libertus artem. secus in opera certa: vt j. statim, §. fabriles. Azo. sed si de officiali. i. obsequiali hic diceret, bene est: vt supra de condi. inde. l. si non fortem. §. libertus. ibi, sed si officij, &c. secūdum Ioan. & q subiicit de fabrili. s. incerta, & postea de certa ibi, sanè &c. sic certa, & incerta poterit alij edi, & ab alio, secundum Ioan.

Fabriles.

[1] Vinculū iuramēti obligat: ut ca. cum C. laic', p totū & gl. in uer. tenet. ibi, ex tribus tenebat, & iure cōi, & pacto, & uinculo iuramēti: de foro cōpe. li. 6. Factū quādoq; iuro uestitur.

[a] In P. Fl. nomēculator. Quia autē diceret nomēculator, docet Anto. Aug. li. singul. ad Modest. Munus & donū differunt.

[2] Et ad alia, q adducit Mādo. in Gl. Facult. §. Ac etiam, in uer. cōcessum, uers. Quod tanto magis procedit.

[3] Miniculator, teste Nebris. in lexico suo Iur. ciui. in hac ipsa dictione, is dicitur, q maiuscu-las, hoc ē initiales, seu capitales literas ex minio libris, ex atramēto, iam scriptis, aut impressis adhibet. Ita enim legitur in uetustis exē. scriptis, non num miculator aut mimiculator, ut vult Acc.

tur consistat. Fabriles[a] autem aliæve eius generis sunt, vt à quocunque cuicunque solui possint. Sanè enim si in artificio sint: iubente patrono & alij edi possunt.[r]

Pomponius libro xv. ad Sabinum. X.

Seruus patroni à liberto malè ita stipulatur. Operas mihi dare[b] spõdes? Itaq; patrono dari, stipulandum est. Libertus operarum[c] nomine ita iurando, Patrono aut Lucio Titio: soluere Lucio Titio non potest, vt à patrono liberetur.

Iulianus libro xxij. Digestorum. XI.

Nihil autem[d] interest, extraneus sit Lucius Titius, an filius.

Pomponius lib. xv. ad Sabinum. XII.

Quia aliæ operæ[e] erũt; quæ Lucio Titio dantur. Sed si libertatis causa pecuniam promittat libertus egenti patrono, aut Titio: omni modo adiectio Titij valet.

Vlpianus lib. xxxviij. ad edictum. XIII.

Si quis hac lege emptus sit, vt manumittatur, & ex constitutione diui Marci[f] peruenit ad libertatem: operæ ei impositæ nullũ effectum[g] habebunt. Sed nec is, cui bona addicta sunt ex constitutione diui Marci libertatum conseruandarũ causa,[h] poterit operas petere, neq; ab ijs qui directas, neq; ab ijs qui fideicommissarias libertates acceperunt: quamuis fideicommissarias libertates qui acceperunt, ipsius liberti efficiãtur. Nõ enim sic fiunt liberti, vt sunt proprij, quos[i] nulla necessitate cogẽte manumisimus. Iudicium de operis[k] tunc locum habet, cum operæ præterierint. Præterire autem nõ possunt, antè quàm incipiant cedere, & incipiũt postea, quàm fuerint indictæ. Etiam si vxorẽ habeat libertus: non prohibetur patronus operas exigere.[l] Si impubes sit patronus: voluntate eius nõ videtur liberta nupta,[m] nisi tutoris[n] authoritas voluntati accesserit. Rati quoq; habitio patrono obest i nuptijs libertæ.

Terentius Clemens lib. viij. ad legem Iul. & Papiam. XIIII.

Planè cùm nupta esse desierit: operas peti posse, omnes[*] consentiunt.

Vlpianus lib. xxxviij. ad edictum. XV.

Libertus, qui post in

[r] Sanè pro certè, & alijs modis Mando. in Gl. Facul. §. sanè.

[*] P.F. omnes ferè.

[a] Fabriles. Id est, artificiales, scilicet certæ, & quod subijcit sanè pro certè: secundum Azo. vel dic secundum Ioan. fabriles incertæ. & quod subijcit sanè, de certis dicit. & per hoc quòd dicit alienæ, scilicet certæ. Accursius.

Seruus. CASVS. Seruus patroni non potest stipulari a liberto domini sibi operas liberti, sed patrono suo dari.

Libertus. Libertus iurauit se annuatim daturum decem operas officiales patrono, aut Lucio Titio. nunquid illas Lucio Titio poterit soluere? no. siue sit extraneus, siue filius. nam cum operæ eum ex domini commodo personali circunscribantur. si alij soluantur: iam nõ erũt officiales. sed si libertus patrono, aut Lucio Titio promitteret operas fabriles, valent: cum ista impositio obtineat vicem pecuniæ. Viuianus.

[b] Mihi dare. Seruus ergo dño, vel simpliciter debet stipulari: vt & J. de stipu. ser. l. antepenult. & hic subijcit, & hoc in incerta, secus in opera certa: vt infra eo. l. qui libertinos, §. nihil. quę est contra. & potest esse ratio, quia incertæ sunt tale factũ quod enuncieri ex stipulatione serui in personã domini non potest. petet igitur istas operas dominus nõ tanquam ex sua, sed tanquam ex persona serui. ad quod facit. de stip. ser. §. sed cum factum. & argum. J. eod. l. quia. vel est ratio: quia opera debet præstari confide rata persona edẽtis, & eius, cui editur: & posset eligi talis, quæ personæ serui non conueniret. at Ioan. intelligit literam contrariæ legis, quando verba stipulationis concipiuntur in persona domini; & ratio quare in persona serui non possunt concipi, est ea, quam præmisi, secundum Hug. & secundum hoc & de certa, & de incerta hic tit. loquitur. Acc.

[c] Operarum. Incertarum. secus in certis, secundum Io. vt J. eo. l. hæ operæ. & l. patronus. & l. si libertus. secundum Ioan.

[d] Nihil autem. Continuantur superiori. & facit J. de verb. oblig. l. cum qui. §. qui sibi.

[e] Quia aliæ operæ. Ab ijs quæ in obligationem deductæ sunt: vnde non contingit liberatio: vt J. de verb. obl. l. si. § cum mihi.

Si quis. CASVS. Emi à te seruũ, vt eũ manumitterem: nõ possum imponere operas. ille etiam, cui addicuntur bona libertatis causa, non poterit operas imponere: ideo, quia non est talis patronus, vt possit operas imponere, quia videtur ex necessitate facere.

Iudiciũ. Si operæ incertæ sunt impositæ, non possunt moueri actiones de operis, antequam cedat dies operarũ, id est, antequam sint indictæ. sed ex quo sunt indictæ, tunc debentur. Etiam.

Si libertus habet vxorẽ: nihilominus operas impositas tenet præstare patrono suo. Si impubes. Si patronus est impubes, & liberta nubit voluntate eius: non propterea intelliguntur operę remissæ, nisi factus pubes haberet ratum. sed si esset pubes, & permitteret eã nubere. eo ipso intelliguntur operæ remissæ. Viu.

[f] Diui Marci. Vt C. si mancip. ita fue. alie. vt ma. l. 2. & 3.

[g] Effectũ. Nec ingratus accusari: vt J. qui & a qui. l. si quis. Accursius.

[h] Conseruandarum causa. Cuius constitutionis verba sunt Inst. de eo, cui liber. causa bo. addic. §. 1. & facit C. de testa. ma. l. fin.

[i] Quos. Proprios. & facit J. eo. l. vt iurisiurãn. §. rescripsit. & J. eo. l. Cãpanus.

[k] De operis. Incertis, vt statim patet J. eodem, l. quoties. & supra eodem, lege si quando. & facit infra eodem, l. cum patronus. & supra de vsufruct. leg. l. operæ.

[l] Exigere. Secus in liberta nupta: vt C. eo. l. quod ex liberta, & C. de obseq. l. 2. & J. pro x. §.

[m] Nupta. Per quod patronus perdat operas: vt no. J. proxi. §.

[n] Nisi tutoris. Item & iudicis hodie: vt C. de admini. tut. l. lex.

Libertus. CASVS. In ista lege duo dicuntur. Primo manumisi seruũ meũ, & in ipsa manumissione imposui operas incertas, & postea indixi ei decem operas pictorias, cum scias pingere: post indictionẽ impeditus

ditus est morbo, ita quod præstare non potest. nunquid tenetur præstare cum non potest? non. Secundo dicitur si testator imposuit decem operas, & decessit relictis duobus hæredibus, diuiditur ne obligatio operarum, vt in qualibet opera teneatur mihi præstare dimidiam, alij aliam? non, sed diuidetur obligatio numero operarum, vt debeat libertus cuilibet quinq; operas præstare. Viuianus.

a Operarum. Incertarum: quia de indictione dierum: vt infra eodem, l. quoties. & facit supra eodem, l. interdum. & supra de vsufruct. lega. l. operæ. & supra loca. l. sed addes. §. penul. & de statulliber. l. cum hæres. §. Stichus.

b Opera. Vt & supra eod. l. operas. Sed cõtra s. eod. l. si quando. Sol. ibi.

c Operarum numero: vt & j. de verb. oblig. l. in stipulatione, §. si. & facit s. e. l. vt iurisiurandi. §. si liberti.

d Quinquagenas. Id est, quinquaginta, vtrique patrono.

EIus. CASVS. Si liberto meo impono operas incertas, & post impositionem didicit aliquod artificiũ: nunquid eius artificij tenetur operas præstare? sic, si honestæ sunt. Vnum sciatis: quia debet præstare operas libertus patrono pro dignitate, ætate, valetudine, & conditione vtriusq; personæ, tam suæ, quàm patroni. Viuianus.

e Honestè. Hoc statim declarabit, & j. eod. l. hæ operæ.

f Debuerint. Quia eas tantum tunc sciebat.

g Exercere cœperit. vt facere artem ludicram.

h Ex ætate. Vt infra eodem, l. penult. & supra de condictione indeb. l. si nõ sortem. §. libertus. ibi, plerunque enim &c. Accursius.

dictionem operarũ [e] valetudine impeditur, quo minus operas præstet, nõ tenetur. nec enim potest videri per eum stare, quo minus operas præstet. neque promitti, neq; solui, nec deberi, nec peti pro parte poterit opera. [b] Ideo Papinianus subijcit. Si non vna, sed plures operæ sint, & plures hæredes existant patrono, qui operas stipulatus est: verum est obligationem operarum numero [c] diuidi. Denique Celsus libro xij. scribit, si communis libertus patronis duobus operas mille daturum se iurauerit, aut communi eorum seruo promiserit: quinquagenas [d] potius deberi, quàm singularum operarum dimidias.

Paulus lib. xl. ad edictum. XVI.

EIus artificij, quod post manumissionẽ didicerit libertus, operas debebit præstare, si eæ sint, quæ quãdoq; honestè, [e] & sine periculo vitę præstentur: nec semper eæ, quæ manumissionis tempore præstari debuerint. [f] Sed si turpes operas postea exercere cœperit: [g] præstare debebit eas, quas manumissionis tempore præstabat. Tales patrono operæ dantur, quales ex ætate, [h] dignitate, valetudine, necessitate, proposito, cęterisq; eiusdem generis in vtraque persona æstimari debent.

Idem libro sing. de iure patro. XVII.

NEc audiẽdus est patronus, si poscat operas, quas vel ætas recusset, vel infirmitas [†] corporis non patiatur, vel quibus institutũ, vel propositũ vitæ minuatur. [i]

Idem libro xl. ad edictum. XVIII.

SVo victu, [k] vestituq; operas præstare debere libertum, Sabinus ad edictum prætoris vrbani lib. quinto scribit. Quòd si alere se non possit: præstanda ei à patrono esse alimenta.

Cauis. lib. xiiij. ad edictum prouin. XIX.

AVt certè [l], ita exigẽdæ sunt ab eo operæ, vt ijs quoque diebus, quibus operas edat, satis temporis ad quæstum faciendum, vnde ali possit, habeat.

Paulus libro xl. ad edictum. XX.

QVod nisi fiat, prætorẽ ipsum patrono denegaturum operarum præstationem. idq; verum est: quia vnusquisque [m] quod spopondit, suo impendio dare debet, quamdiu id quod habet, [*] in rerũ natura est. Ex prouincia libertum Romam [n] debere venire ad reddẽdas operas, [o] Proculus ait. Sed qui dies interea cesserint, dum

i NEc audiendus. Minuatur, vt infra eod. l. interdum. in fin.

SVo victu. CASVS. Si libertus est diues, & potest sibi sufficere ad alimenta & victum: suo victu & vestitu debet operas præstare patrono. si non habet vnde viuat, debet ita dicere: vos imposuistis decem operas: nihil habeo, vel acquiro de manibus meis: concedatis quod laborem tribus diebus: quia præstabo vobis operas, vel vultis habere operas? detis victum & vestitũ. dicit patronus nolo hoc facere, sed labores per tres dies, & præsts operas integras. sed dicit Iurisconsul. vel tenetur patronus eum alere vel præstare tantum, vt possit se alere, & præstare sibi operas. Viuianus.

k Suo victu. Scilicet liberti: & dic operas incertas, sed certas sumptu patroni: vt j. eodem, l. operę. & l. imponi, & l. penul. in fin. quæ sunt cõtra. Azo. Alij ecõtra, s. quod hic de certis: in contrarijs de incertis. & est ratio: quia in certis potest libertus se præparare ad educationem, & victualia acquirere, sed in incertis non, cum nesciat quales debent sibi imponi. Sed & hoc fallit, quando patronus vagatur: vt j. l. quod nisi. in fin. Vel dic idẽ in vtrisque, vt sumptu præstentur liberti, nisi quando est inops, & tunc contrariæ.

l AVt certè. Facit j. eo. l. pe. Accursius.

QVod nisi. Casus in §. ex prouincia est talis. Libertus habet domicilium in prouincia, patronus Romæ: tenetur libertus præstare decem operas annuatim, significat patronus. quid erit? certè debebit ire libertus, si patronus vult, Romam: dum habet domicilium patronus Romæ. si autem sit vagabundus patronus: tunc non tenetur eum sequi libertus. Viu.

m Vnusquisq;. Generaliter est ratio: vt etiam species comprehendatur: & propter speciem dicitur, quamdiu &c. vt & infra de verborum oblig. l. si ex lege. & sic non est contra s. eo. l. operæ.

n Romam. Vbi patronus moratur.

o Operas. Non aperit certas, vel incertas, sed dic in certas

† Cõcor. ca. ad audientiã ibi, illis exceptis, quos infirmitas excusaret, siue apostolicæ sedis seruitio contigeret detineri. & gl. in ver. infirmitas. ibi, hoc ipso satis punitur. qui non debet addi afflictis afflictio. extra de cle. nõ residen.

* P. Fl. q debet.

Romam venit, patrono perire: [a] dummodo patronus tanquam vir bonus, ac diligẽs paterfamilias Romæ moretur, vel in prouinciam proficiscatur. Cæterum si vagari † per orbem [b] terrarũ velit: nõ esse iniungendam necessitatẽ liberto vbiq; eum sequi.

Iabolenus libr. vj. ex Cassio. XXI.

OPeræ [c] enim eo loco edi debent, vbi patronus moratur, sumptu scilicet, & vectura patroni.

Caius lib. xiij. ad edictum prouin. XXII.

CVm patronus operas [d] stipulatus est: tunc scilicet committitur stipulatio, cùm poposcerit, [e] nec libertus præstiterit. Nec interest, adiecta sint hæc verba, Cum poposcero: an non sint adiecta. Aliud enim est de operis, [f] aliud de cæteris [g] rebus. cum enim operarum editio aliud nihil sit, quàm officij præstatio: absurdum est credere, alio die deberi officium, quàm quo is volet, cui præstandum est.

Cùm libertus promiserit patrono operas [h] se daturum, neque adiecerit, liberisque eius: constat, liberis [i] eius ita demum deberi, si patri hæredes [k] extiterint. Hæredes tamen extitisse liberos parenti, ita demum prodesse ad operarum petitionem Iuliano placet, si non per alium [l] hæredes extiterint. Itaque si quis exhæredato [m] emãcipato filio seruum eius hæredem instituerit, & per eũ seruũ hęres extiterit filius: repelli eum ab operarũ petitione debere, perinde ac repelleretur patronus, qui operas nõ imposuisset, vel quas imposuit, reuendidisset. [n] In omnibus operis præcipuè obseruandũ est, vt tẽporis spatia, quæ ad curã corporis † necessaria sunt, liberto relinquantur.

Iulianus libr. xxij. Digestorum. XXIII.

HAe operæ, [o] quas libertus promittit, multùm distant à fabrilibus, [p] vel pictorijs operis. Denique si libertus faber, aut pictor fuerit: quãdiu id artificium exercebit, has operas [q] patrono præstare cogitur. Quare sicut fabriles [r] operas quis [s] potest sibi, aut Titio stipulari: ita patronus à liberto operas [t] sibi, aut Sempronio rectè stipulatur: & libertus obligatione soluetur, si tales operas extraneo dederit, quales patrono præstando [u]

certas: secundum Azo. quia sumptu liberti vadit. Alij dicunt certas. quod dic vt no. supra eo. l. suo. Sed contra C. de sol. l. vsuras. Sed quod ibi dicit nisi ex causa, tollit contrarium.

[a] Perire. Sed cum libertus possit morari, vbi velit, vt C. eo. l. pe. ergo poterit ita remote ire, quod in itinere consumet tempus. quare dicit Io. quòd illud est, quando patronus secesserat, nõ alias: vt infra innuit. vel dic planè vt sonat: vt tamen libertus nõ secedat: aliàs non diminuerentur dies operarum: argu. huius legis.

[b] Per orbem. Facit supra, de procu. l. sed & hæ. §. non solum. & de ann. leg. l. Mæuia. §. vxori.

[c] OPeræ. Certa & incerta: & quod subijcit: sumptu &c. restringitur ad certas: vt non sit contra supra e. l. suo. secundum Azo. Alij contra. vt ibi no.

CVm patronus. CASVS. Si patronus in ipsa manumissione stipulatus operas incertas, non est obligatus libertus antequam indictæ sint: siue stipulatus fuerit patronus cum petierit, siue non hoc adiecto. secus in operis obsequialib. quia illæ sine impositione debentur: & secus in cæteris rebus, quia illæ statim debentur. Cum libertus. Manumisi seruum meum sum stipulatus decem operas mihi dari, non dixi, mihi, & liberis meis: an debentur istæ operæ liberis meis? certè sic, si hæredes mei existant: quod est verum, si sunt hæredes directo per se, non per alium. Viuianus.

[d] Operas. Scilicet incertas.

[e] Cum poposcerit. Sic ĩ. eod. titu. l. si quis hac l. §. iudicium. in fi. & de vsufru. leg. l. operæ. & ĩ. de verb. obli. l. interdum. §. item. Sed ar. contra C. de contrahen. stip. l. magnam. sed ibi dies fuit apposita.

[f] De operis. incertis.

[g] De cęteris. s. speciebus, vel generibus, & etiam de operis certis: quia non committitur statim stipulatio, cum est interposita, & cedit dies: venit autem quando potuit præstari, & non est præstitum: vt ĩ. eod. l. quoties.

[h] Operas. scilicet certas. & sic soluitur argu. contra infra eo. l. si operarum. Azo.

[i] Constat liberis. Tunc secus: vt supra eod. l. si quis operas.

[k] Hæredes. Tantum: & nunc habent vtilem ex stipulatu: vt infra, de ver. obli. l. quodcunque. §. si quis ita. sed & si non sint hæredes, reuerentia debetur: vt C. eo. l. pen.

[l] Per alium. Sic infra de verbo. oblig. l. sciendum. §. idem.

[m] Exhæredato. Mala mente, alias pro instituto habetur: vt infra tit. r. l. si patronus. §. si quis.

[n] Reuendidisset. Vt infra titul. s. l. Iulianus ait.

HÆ operæ. CASVS. Dicit hęc lex, quod operæ fabriles, id est, certæ vel pictoriæ statim debentur ex die stip. interpositæ: & possunt exhiberi patrono: & alij voluntate patroni: quia dum alij soluũtur, ipsi patrono videntur solui. Si patroni. Patroni crediderunt decipere libertum, ipsi decipiũtur. quatuor domini manumiserunt vnum seruum: & omnes stipulati sunt decem operas pręstari tali die, postea isti consulto diuidunt se in quatuor prouincias, & omnes indicunt, quod eodem die debet sic operari: satis est si vni operetur, nec per eum stat quo minus operetur alijs. vnde non potest dici, quod sit in mora. Viuianus.

[o] Hæ operæ. Incertæ.

[p] A fabrilibus. Id est à certis. & sic impropriè dicuntur fabriles. & facit infra eo. l. quoties.

[q] Operas. Id est huius artificij. non autem in eo quod ignoret: vt supra eodem lege, eius. in fin.

[r] Fabriles. Scilicet certas.

[s] Quis. Qui non est patronus aut libertus &c.

[t] Operas. Scilicet certas.

[u] Præstando. Contra s. e. l. seruus. in fi. Sed ibi de incertis: hic de certis. & est ratio diuersitatis quia operæ edũtur considerata honestate edentis, & eius cui edontur: vt supra eo. l. eius. §. tales. & l. seq. & posset esse, quod tales inducerentur, quæ personæ adiecti nõ cõuenirent.

† Hic vagabundus dicitur, & vbiq; conueniri, & puniri poterit. Mando. in 3 q. Regu. de impe. bene. viii. n. 4. iuxta 2. editio.

† Corporis enim salus inæstimabilis est, Mãdo. in 1 q. 13. Regu. nu. 15. Fori relinquenda erunt spatia tẽporis, quæ ad curam, & salutem animæ necessaria sunt.

liberaret. Si patroni plures consultò [a] in diuersas regiones discesserint, & liberto simul operas indixerint: potest dici diem operarum cedere: [b] sed libertum non obligari: quia non per eum, sed per patronos staret, quo minus operæ dentur: sicut accidit cũ ægrotanti liberto operæ indicuntur. Quòd si diuersarum ciuitatum patroni sint, & in sua quisque moretur: [1] consentire debẽt in operis ab eo accipiendis. [c] Durũ [d] aliòqui est eum, qui se liberare potest decem diebus operando, simul operis indictis: si in accipiendis non consentiant, compelli ad præstandam alteri quinque operarum æstimationem.

Idem libro iij. digestorum. XXIIII.

QVoties certæ species [e] operarum in stipulationẽ deducũtur, veluti pictoriæ, fabriles: [f] peti quidem non possunt, nisi præterita: quia etsi non verbis, at re ipsa inest obligationi tractus temporis: [g] sicuti cùm Ephesi dari stipulamur, dies continetur. & ideo inutilis [h] est hæc stipulatio, Operas tuas pictorias centum hodie dare spondes? cedunt tamen operæ ex die interpositę stipulationis. [i] Sed operæ, [k] quas patronus à liberto postulat, [l] confestim non cedunt: quia id agi inter eos videtur, ne antè cederent, quàm indictæ fuissent: scilicet quia ex commodo patroni libertus operas edere debet: quod in fabro, vel pictore dici non conuenit. [m]

Idem lib lxv. dig. XXV.

PAtronus, qui operas liberti sui locat, [n] non statim [o] intelligendus est mercedem ab eo capere, [p] sed hoc ex genere operarum, ex persona patroni, atque liberti colligi debet. Nam si quis pantomimum, vel archimimum [q] libertum habeat, [r] & is mediocris patrimonij sit, [t] vt non aliter operis eius vti posſit, quám si locauerit eas: exigere magis operas, quàm mercedem capere existimandus est. Item plerunque medici [ſ] seruos eiusdem artis [t] libertos perducunt. [u] quorum operis perpetuò vti non aliter possunt, quàm vt eas locent. Ea & in cæteris artificibus dici possunt. Sed qui operis sui liberti vti potest, & locando pretium earum consequi malit: is existimandus est mercedem ex operis liberti sui capere. [x] Nonnunquam autem ipsis libertis postulantibus patroni operas locant: [y] quo facto pretiũ [z] magis operarũ, quàm mercedem capere existimandi sunt.

---

sed personæ stipulãtis sic. semper enim de eisdẽ vtrisq; præstandis sentire videtur. vt infra, de verbor. obli. l. stipulatio ista. § cum qui. & hac ratione nec delegari possunt: sed certa opera est determinata. & scitur vtrum adiecti personæ conueniat: & secundum hoc intelligitur supra eod l. operæ in rerum. §. 1. & facit supra, de cond. ind. inde. l. si nõ sortem. §. libertus. circa fin. illius §.

[a] Consulto. Id est maliciose: vt ĩ. eod. l. quod nisi. §. fi.

[b] Cedere. Quia indictæ sunt: vt supra eo. l. si quis hac. §. iudicium.

[c] Accipiendis. Alio qui nihil habebit, vt supra proxi. § & ar. supra qui. mo. vsusfr. ami l. 2. in fin.

[d] Durum. Durius est de pecunia, quam de persona seruire: & sic potest esse ratio quare totum singulare interesse venit cum obligatio est in facto, & non quando in dando: vt not. C. de sentẽ. quæ pro eo, quod interest. l. 1.

Durius est de pecunia quàm de psona seruire.

[1] In qua quisq; moratur, & habitare velle pręsumitur. Mandos. in 4. q. 1. Reg. Cãce. n. 1.

QVoties. CASVS. Si patronus imponat liberto operas certas puta pictorias statim debentur: sed nõ possunt peti, nisi labatur tantum tempus quanto cõmodè præstare poterit: & ideo si stipulor decẽ operas, puta pictorias hodie dari: ista stipulatio est inutilis. sed si stipulor dari decem operas pictorias hoc anno: stipulatio est vtilis. Viuianus.

[e] Certæ species. Id est, certa opera: a io tamẽ respectu est incerta: quia factũ continet: vt ĩ. de verbo. obliga. l. vbi autem. §. qui id quod.

[f] Fabriles. Id est, de fabrica. & ita certæ.

[g] Tractus temporis. Vt infra, de ver obli. l. interdum. & l. continuus. §. cum ita

[h] Inutilis. Sic infra, de verb. oblig. l. si. §. si inter.

[i] Stipulationis. Licet non possint peti: sed incertæ cedunt ex die, quo indictæ sunt: vt supra eo. l. si quis hac. §. iudicium.

[k] Sed operæ. Scilicet incertæ.

[l] Postulat. Id est, postulare debet.

[m] Conuenit. Quòd non cedat dies ex tempore interpositæ stipulationis. Accursius.

PAtronus. CASVS. Patronus locat operas liberto suo. nunquid videtur exigere mercedem vt cadat à iure patronatus? non, si operæ erant tales, quib. non poterat vti semper. Quid enim si libertus erat pantomimus, vel archimimus, vel medicus si diceremus quod non poterit locare alij operas liberti, oporteret patronum semper lædere, vel infirmari. Item ab eo volẽte potest accipere operarũ mercedem præteritarum, non ab eo inuito. Viuianus.

[n] Locat. Ipsi liberto, vel alij.

[o] Nõ statim. Id est, non semper.

[p] Capere. Vt amittat ius patronus.

[q] Archimimum. Id est principem histrionum.

[r] Sit. Scilicet patronus.

[ſ] Medici. scilicet domini.

[t] Eiusdem artis. Scilicet medicinæ.

[u] Perducunt. Id est, faciunt libertos manumittendo eos.

[x] Capere. Quod est illicitum, vt habetur C. eo. l. 1. §. solet. vnde amittit ius patronatus: vt C. de bono. pos. contra tabu. libe. l. patronus. & supra, de iure patr. l. sicut. & de libe. agnos. l. si quis. §. si quis à liberis.

[y] Locant. Liberto vel alij. Accur.

[z] Pretium. Præstitarum. quod licet vt C. eo. l. nec patronus. sic hic quando sponta sit cõductio, & sponte mercedis solutio: vt hic. secus si conductio spõte, sed exactio futuræ coacte: quia perdit ius patronatus: vt supra qui & à qui. l fina. § 2. & sic potest loqui contra C. eod. l. 1. §. licet pretium. vel refert, locet ipsi liberto, quo casu non est proprie locatio: & si ex ea locatione sit exactio ab inuito liberto: obtinet quod in l. illa qui & à quibus dicitur. aut alij ad postulationem patroni: & tunc etiam si ab inuito conductore accepit.

[a] In P. Fl. ei[9] mediocris, &c.

accepit, non perdit ius patronatus: vt hic. & adde quod no. C eo. l. si quam.

Medicus. CASVS. Si libertus est medicus, & fortè putat medicinam domino profuturam, & præstat operas medicinales, vel pro his mercedes, bene potest facere, & præstare patrono, & alijs voluntate patroni. Viuianus.

a Medicus patronus. Alias libertus qui & libertus est, & sub se libertos habet. aliàs patronus.

b Implorantes. Id est, rogantes.

c Opus. Scilicet medicinæ.

d Operis. Consequendo fructus, consecuturus &c. quod seruitium pone valuisset decem. non quantum commodi esset consecuturus ex incommodo dando, id est, inferendo illis si prohiberet &c. quod commodum patroni est in alijs x. Alij dicunt, quòd vtilitatem patroni æstimamus, secundum id, quod esset consecuturus patronus, si ei fuisset obtemperatum. & sic decem & decem, nō secundum quod liberti passi fuissent damnum in patrimonio, si obtemperassent. quod fortè est xl.

Si libertus. CASVS. Si libertus est pantomimus, nunquid tenebitur istas operas præstare patrono vel alij eius voluntate? Sic. vt supra eod. l. patronus qui. Viuianus.

Alphenus Varus libr. vij. Digestorum. XXVI.

Medicus a patronus, b quod putaret, si liberti sui medicinam non facerent, multò plures implorantes b se habiturum, postulabat: vt se quererentur se, neq; opus c facerent. id ius est, necne? Respondit ius esse: dūmodo liberas operas ab eis exigeret: hoc est, vt adquiescere eos meridiano tempore, & valetudinis & honestatis suæ rationem habere fineret. Item rogaui; si has operas liberti dare nolint, quanti oporteret æstimari? Respondit quantū ex illorū operis d fructus, non quantū ex incommodo illis dando, si prohiberet eos medicinam facere, commodi patronus consecuturus esset.

Iulianus libr. j. ex Minucio. XXVII.

SI libertus artem pantomimi exerceat: verū est, debere eū nō solū ipsi patrono, sed etiā amicorū ludis gratuitā operā præbere: sicut eum quoq; libertam, qui medicinam exercet, verum est voluntate patroni gratis curaturum amicos eius.

Neq; enim oportet patronum, vt operis liberti sui vtat, aut ludos semp facere, f aut ægrotare.

Paulus lib. sin. de iure patro. XXVIII.

SI duorū, f pluriūve communis liberta, vnius patroni voluntate nupserit: alteri patrono ius operarum manet.

Vlpianus lib. lxiij ad edictum. XXIX.

SI operarum iudicio actum fuerit g cum liberto, & patronus decesserit: conuenit translationem hæredi extraneo nō esse dandam. h filio autem i etsi hæres non existat, & lis contestata non fuerit, i tamē omnino competit, nisi exhæredatus k sit.

Celsus libro xij. Digestorum. XXX.

SI libertus † ita iurauerit, dare se tot operas, quot patronus arbitratus sit: l non aliter ra

---

f Ægrotare. Quando est medicus. & facit supra eod. l. patronus.

Si duorum. CASVS. Communis liberta duorum vel plurium nupsit alieni voluntate vnius patroni. illi non debet operas, alijs sic. C. eo. l. penul. sic si vnus deferat iusiuran. ff. de iureiur. l. si duo. Viuia.

f Si duorum. Infra, eo. l. si libertus.

Si operarum. CASVS. Si patronus stipulatur operas officiales, postea indicit operas ipsi liberto: si non præstat operas, agit ex stipulatu contra eum: si moritur patronus lite contest. non transmittit petitionem operarum ad extraneos hæredes: licet ad suos transmitteret. Viuianus.

g Actum fuerit. Et sic lis contestata: arg. ff. rem rat. habe. l. amplius. & sic erant præteritæ: vt supra eod. l. si quis hac. §. iudicium.

h Dandam. Imò contra: vt ff. eo. l. cū patronus. §. cū libertus. Sol. hic sibi liberisque suis, ibi simpliciter sibi: vel secundum Azo. ibi de certa. hic de incerta. Itē dic, nisi lata sentētia: vt ff. eo. l. qui libertinus. §. sed si iam. Sed quare incerta etiam præterita nō trāseat ad extraneū hæredē? Resp. quia opera quæ conuenit patri, præsumitur etiā filio conuenire. i quod non sit in extraneo. Alij, qui dicunt, quòd hic fuit stipulatus sibi, liberisq; suis. reddunt rationem: quia filius adiectus in stipulationem post mortē patris agit ex stipulatione patris: vt infra, de verbo. oblig. l. quodcūq;. §. si quis. quod non est in extraneo. Et adde quod no. supra, de condict. indeb. l. si non fortè. §. libertus. in glo. hic expone. ibi, sexto differt. Item hoc in patronatu liberti. sed patronatus ecclesiæ enim vniuersitate trāsit in quemlibet. arg. infra, de acquir. rer. do. l. quædam. sed in singularitatem. transit in ecclesiam alienā à priuato: & tunc illa ecclesia habet præsentationem: vt priuatus. Item habet ius instituendi in tēporalibus collatis à quodam priuato licet priuatus non habuerit: vt argu. infra, de iure fisci. l. fiscus. in spiritualibus autē non habet ius instituendi, nisi ecclesia sit collata ab episcopo cum omni suo iure, & est canonis distinctio: vt e. di. sanè. & extra de priui leg. l. cum & plantare & argu. optimum est infra titu. 1. l. qui ex causa. in si.

i Non fuerit. Vel fuerit: vt hic, & supra proxi. & facit C. de rei vxor. act. §. & hoc ex.

k Exhæredatus. Mala mente. aliàs secus: vt ff. tit. 1. l. si patronus. §. si quis mala. & l. si pater. quæ sunt contra. & facit supra titu. 1. l. filij. in prin.

Si libertus. CASVS. In l. ista dicitur, si manumitto seruū, & in ipsa manumissione facio iurare, quod dabit tot operas, quot fuero arbitratus: si æquè arbitror, illas præstat: si iniustè, reducetur ad arbitrium boni viri. No. si aliquis iurat facturum quid meo arbitrio: videtur iurare se facturum arbitrio boni viri. accedit supra pro soc. l. si societatem. §. arbitrorum. & ff. de leg. 2. l. t. Not. si aliquis offendit me, & iurauerit stare præceptis meis: licet in causa mea iudicare non debeam &c. C. ne qs in sua causa. moderator potero esse. vnde si æquè arbitratus fuero, stabitur: aliàs reducitur ad arbitrium boni viri: vt hic. In libertam. Si liberta nubit voluntate patroni, à futuris operis excusatur, à præteritis non. concor. C eo. l. libertæ. Viuis.

l Arbitratus sit. Vt ff. locati. l. si in lege. & ff. de regu. iur. l. in persona. §. 1. Sed cōtra infra de verborū oblig.

---

a In P. Fl. Incip. Medic' libertus.

a In P Fl. itemq; in vet. caem. manu scri. multo plures impetrātes sib'. quam lectionē Al. amplectit, quā vide li. 7. pater. cap. 14. & Duare. t. Disp. c. 14.

t Cōcor. e. contradicimus. §. hac authoritate. ibi, cū vna caro ꝓbant, patet &c. si lius xxxv. quæstio 3.

† Arg. est hic qā aliquis aliqd concedit, debet eo vti legitimè. & concor c. causam quæ. in gl. super vet. si tamen idonea. extra de electio.

a In P. Fl. si hæres nō extat.

a P. Fl. omnimodo.

† Facit ad hāc leg. c. exposita. cū glo. sup verb. reuocetis. extr. de arbitr. vbi dicitur qp non est stādū arbitrio, si sit iniquum.

d In p. Fl. dare se operas, qd patronus, arbitratus sit.

l. si quis arbitrato. Sed ibi nec fuit arbitratus bene vel male. & facit hoc ad id quod no. ī. de arbitr. l. penul.

a Praeteritarum. Non futurarum: vt supra eodem, l. si duorum. & infra eo. l. sicut.

Operis. CASVS. Si manumisi seruum meum, & operas non impositas licet aliquo tempore soluerit: non tamen ex hoc tenebitur in futurū soluere. Viuianus.

b Non poterit. Sic C. de vsuris. l. creditor. & de pact. l. si certis. Sed contra ī. de vsur. l. cum dein rem verso. Sol. vt ibi plenè notatur.

Qui onerandae. CASVS. Si manumisi seruum meum, & feci, quòd onerandę liber tatis causa promisit pecuniam pro operis, repellor a bonorum possessione contra tabu. supra, de bo no. pos. contra tabulas. quae pa. l. finali. Viuianus.

c Qui onerandae. Vt si libertus promittat centum, si in aliquo offenderit patronum: quo casu non tenetur: vt hic, & infra quae. rer. ac. non da. l. 1. §. quae onerandae.

d Exegerit. Per vim. nam de iure non potest, vt dixi.

e Petere. Vt C. eo. l. si quam.

Imponi. CASVS. Si volo imponere operas ipsi liberto, qui nihil habet vnde seipsum alat: ita vt se alat, hoc facere non possum. Et si impositi, tenetur dimittere tantum tempus, vt possit alimenta quaerere supra eodem, l. suo. Viuianus.

f Imponi operae. Certae. alias secus: vt supra eo. l. suo. vel vt ibi.

a In vete. exem. pe sonarum.
e In P. Fl. eum rectè arbitratum.

† In P. Fl. haec l. incipit is qui.

e si, ad est in P. Fl.

tum fore arbitriū patroni quam si aequum arbitratus sit. Et ferè ea mēs est a personam arbitrio substituentium, vt quia sperent a eam rectè arbitraturam, id faciant: non quia vel immodicè obligari velint. In libertam, quae voluntate patroni nupsit, praeteritarum a ante nuptias operarum actio datur.

Modestinus lib. j. regularum. XXXI.

Operis nō impositis manumissus, etiā si ex sua volūtate aliquo tēpore praestiterit, cōpelli ad praestandas, quas non promisit, non poterit. b

Idem lib. vj. Pandectarum. XXXII.

Qui † onerandae c libertatis causa pecuniam patrono repromiserit, non tenetur: vel si d patronus pecuniam exegerit, e bonorum possessionem contra tabulas eius petere e non potest.

Iabolenus lib vj. ex Cassio. XXXIII.

Imponi operae f ita, vt ipse libertus se alat, non possunt.

Pompo. libr. xxij. ad Q. Mutium. XXXIIII.

Interdum & deminutionem, g & augmentum, h & mutationem i recipere obligationes operarum sciendum est. Nam dum languet libertus, patrono operae, quae iam cedere coeperunt, pereūt. Sed si liberta, quae operas promisit, ad eam dignitatem perueniat vt inconueniens sit praestare patrono operas: ipso iure hae intercident.

Paulus Libr. ij. ad l. Iul. & Papiam. XXXV.

Liberta maior quinquaginta annis operas praestare patrono † non cogitur. k

Vlpia. libr. xi. ad l. Iul. & Papiam. XXXVI.

Abeo ait libertatis l causa societatem inter libertum: & patronum factam, ipso iure nihil valere, palam esse.

Paulus libr. ij. ad l. Iul. & Papiam. XXXVII.

Qui libertinus duos m pluresve à se genitos a natosve in sua potestate habebit, praeter eū, qui artē ludicrā fecerit, quive operas suas, vt cū bestijs pugnaret, locauerit: n ne quis eorum operas, donum, munus, aliudve quicquā libertatis causa patrono, patronae, liberisve eorū, de quibus iurauerit, vel

quibusdam non. Hug. & facit supra eod. l. libertus qui post. & l. nec est audiendus.

k Liberta. Non cogitur. sed liberatur ab impositis: ergo nec imponi debet ea existente maiore quin quaginta annis. secundum Ioan.

Abeo ait. CASVS. Si quae societas causa onerandae libertatis fiat inter libertum, & patronum, non valet: quia ista societas videtur contracta causa libertatis onerandae: vnde non valet supra eo. l. qui onerandae, & ī quarum rerum. l. 1. §. 1 Viuia.

l Causa. Quia dicit dominus ob hoc te solum manumisi: vt mecum contrahas societatem. nam vt sequitur, nulla est societas: quia libera voluntate procedere debet: vt infra qua re. actio non da. l. 1. §. quae onerandae. & dic: vt ibi dixit B. secundum Hug. vel pone exemplum: vt infra tit. 1. l. 1.

Qui libertinus. CASVS. Si libertus cui impositae sunt operae, habet duos filios, vel plures eodē tempore in sua potestate praeter eū, qui locat operas suas: vt pugnaret cū bestijs, liberatur à praestatione operarū. sed si nō habuit duos in potestate eodem tempore, sed tantum vnum quinq. ꝑnentem: similiter liberatur: & amittit si liberi debent proficere ad operas post ea impositas, non ad operas praeteritas. Nihil autem. Si libertus promittit patrono, vel liberis patroni, & inde pōt postea habere duos filios, vel vnū quinquennem, libertatur à praestatione operarum: sed si promisit creditori patroni, non liberatur: quod est verum, si iam erant impositae. Vnum scias tis ea quo habet liberos, liberatur à futura obligatione, & à praeteritis operis nondum praestitis.

Societas libera volūtate procedere debet.

† Libert' enim non tenet praestare a pus nisi fiant impositae. glo. in ver bo, sed ne ca. liberi. 12. q. 2.

a In P. Fl. & in vete. natusve.

a In P. Fl. Itemq; in vet. manusci. ne quis eorū operas do ni, munetis, aliudve, &c.

Interdum. CASVS. Si libertus debet operas, interdum illarum operarum praestatio recipit diminutionem, & augmentum, & mutationem. ecce dum libertus languet, non tenetur praestare operas. sed si liberta promisit operas, & perueniat ad eam dignitatē, in qua inconueniens sit operas praestare, non tenetur praestare. sed si liberta efficitur maior quinquaginta annis, nō tenetur praestare. h. d. cum l. seq.

g Deminutionem. Id est, perditionem. vt in exemplis hic subiectis: & ī de peti. har. l. deperditum. H.

h Augmentum. Hoc ex pacto procedit.

i Et mutationem. Vt si quibusdam diebus languet,

posthumus liberti. Si libertus in vita sua non habet liberos: si mortuus est, & deinde natus posthumus: haeredes liberti à praestatione operarum non liberantur. Vnum sciatis, si libertus liberatur: fideiussores eius per consequens intelliguntur liberati.

m Duos. Scilicet filios.

n Locauerit. Hi non prosunt patri liberto. Accursius.

Eodem

promiserit, obligatus vę erit dare, facere, præstare debet: & si non duos eodem tempore [a] in potestate habuerit, [*] sed vel vnum quinquennem, [b] liberabitur operarum obligatione. Amissi antea [c] liberi ad eas operas, quæ postea [d] imponūtur, prosunt, vt Iulianus ait. Sed & si vno amisso obliget se, deinde alter nascaē: multò magis Pomponius ait, amissum huic iungi, vt liberetur. Nihil autem interest, [e] vtrum ipsi promittāt patrono, an eis, qui in potestate eius sunt. Sed si creditori suo libertum patronus delegauerit: non potest idem dici. Solutionis [f] enim vicem continet hæc delegatio. Potest tamen dici, si in id, quod patrono promisit, alij postea delegatus sit, posse eum liberari ex hac lege: [g] nam verum est, patrono eum expromisisse: quamuis patrono nunc non debeat. Quòd si ab initio delegante patrono libertus promiserit, non liberari eum. Non solum futurarum, sed etiam præteritarum operarum liberatio fit. Iulianus, etiam si iam petitæ sunt operæ, liberis sublatis absolutionem faciēdam. Sed si iam operarum nomine condemnatus est, non potest liberari, quoniam iam pecuniam debere cœpit.

Posthumus [h] liberti hæredes patri sui non liberat: quoniā [i] proficisci liberatio à liberto debet, nec quisquam post mortem liberari intelligi potest. Ex lege [k] autem nati liberti prosunt. Etiam si in personam liberti collata liberatio est: fideiussores quoque liberabuntur ex sententia legis. Quod si libertus expromissorem dederit, [l] nihil hoc caput [m] ei proderit.

Calistrat. libro iij. edicti monit. XXXVIII.

HAc demum impositæ operæ intelliguntur, quæ sine turpitudine præstari possunt, [n] & sine periculo vitę. Nec enim si meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono præstare debet, quāuis adhuc corpore quæstū faciat: nec arenarius manumissus tales operas: quia istę sine periculo vitæ præstari nō possunt. Si tamen libertus artificiū exerceat, eius quoque operas patrono pstare debebit. & si post manumissionē id didicerit. Quòd si artificium exercere desierit, tales operas edere debebit, quæ non contra dignitatē eius fuerint: veluti vt cum patrono moretur, [o] peregrè proficiscatur, negotium eius exerceat.

Paulus libro vij. ad Plautium. XXXIX.

SI ita stipulatio à patrono facta sit, Si decem dierum operas non dederis, viginti nummos dare spondes? videndum est, an nec viginti actio danda sit, quasi onerandæ [p] libertatis gratia promissi [q] sint: nec operarum, quæ promissæ non sint: an verò operæ duntaxat promissæ fingi debeant, ne patronus omni modo excludatur? Et hic quoq; prætor sentit, operas duntaxat promissas.

* Sed, non est in F.F.

* P.Fl.q.

[a] Eodem tempore. Id est, nō simul, sed diuersò.

[b] Quinquennē. Qui solus sufficit. Et not. quòd Paulus retulit verba legis Iuliæ de maritandis ordinibus: vt & C. eo. l. nec patronis. in fin. Et no. modos dissoluendi obligationem operarum. vt ibi not. & facit supra de excusat. tuto. lege, excusantur. §. remittit. Sed argu. contra ad hoc & sequentia, insti. de excu tut. §. filij. vbi tantum superstites prosunt.

[c] Amissi antea. Hic incipit Paulus loqui.

[d] Quæ postea. Ergo ex interuallo. & hic sunt contra infra de lib. cau. l. adeo. & infra, de solu. l. liberto. sol. vt not. ā. eod. l. vt iusiurandi. in glo. scilicet ex interuallo. Item est argu. contra instit. de excu. tu. §. tibia.

[e] Nihil autem interest. Quantum ad hoc vt propter liberos ante, vel post natos liberetur ab obligatione operarum: die tamen stipulationē factam: vt supra eo. l. seruus. sed alij dicunt quod hoc in certis, illud in incertis: vt argu. supra eod. l. à duobus.

[f] Solutionis. Quam si fecisset, non posset repetere propter liberos postea natos. & facit supra ad Vell. l. quamuis §. interdum.

[g] Ex hac lege. De maritandis ordinibus. vt C. eo. l. nec seruus. in fi.

[h] Posthumus. Redit ad materiam, de qua incœpit in prin. l.

[i] Quoniam. Aliàs quòd id est, quia.

[k] Ex lege. Iulia, de maritandis ordinibus. & die nati, non nascituri. nā in prin. legis dixit genitos, natosque. alij dicunt ea lege nati id est legitimè nati.

[l] Dederit. Nam promittendo ipse tenet.

ad quod infra eod. l. pen. & supra, de postu. l. i. §. nunquid ergo. sic contra infra ea l. §. quod si ab initio.

[m] Caput. Id est, capitulum le. Iuliæ. nā & alia habet capitula: vt infra vnde vir & vxor. l. i. in fi.

HÆ demū. CASVS. Si imponunt operæ: ea certè possunt indici, quę non sunt turpes, & sine periculo præstari possunt. Quid enim si imponūtur operæ meretricales? sunt turpes, etiam si sui corporis quæstū faciat: vel si imponitur alia opera, quæ non est turpis. tamē sine vitæ periculo non potest præstari: & debet præstare ex artificio, quod didicit siue postea, siue ante. verūtamen si libertus non scit operari, possunt imponi vt proficiscatur cum domino. Viuia.

[n] Possunt. Facit ā. eo. l. eius. & l. seq.

[o] Moretur. Cum sit in dignitate. & sic sunt exempla operæ inhonestæ. & facit C. eo. l. pe.

SI ita. CASVS. Patronus manumisit seruū suum, & in ipsa manumissione stipulaē hoc modo, Si decem diebus operas non dabis: viginti nummos mihi dabis. quod istorum potest peti? operæ non: quia non sunt impositæ: nūmi nō, quia videntur impositi causa onerandæ libertatis. quid ergo? & certè petendæ erunt operæ decem dierum: & si libertus vult præstare operas vsque ad æstimationē viginti nūmorum, non erit audiendus: quia vult stipulationem pro parte probare, & pro parte reprobare. Viuianus.

[p] Quasi onerandæ. Quo casu non valeret: vt supra eo. l. quæ onerandæ.

[q] Promissi. Fictione

ne iuris, non verè, vt prædixit. & infra, de actio. & obli. l. obligationum fere §. penul. & infra, de verb. oblig. l. si ita stipulatus. quæ sunt contra. Accur.

a Queri. Nos. contra varietatem. sic infra tit. t. l. nam absurdum. & supra, de procu. l. in causæ. Sed arg. contra supra, de col.

Sequens illa quæstio est, an libertus imperrare debeat, ne maioris summæ, quàm viginti condemnetur: quia videatur quodā modo patronus tātu operas æstimasse: ideoq; ipse non debeat transgredi taxationem viginti? Sed iniquū est: nec oportet liberto hoc indulgere: q̄a non debet ex parte obligationē comprobare, ex parte tāquā de iniqua queri.a

Papinianus libr. xx. quæstio. XL.

SI bona patroni venierint b operarum, quæ post venditionem præterierint, actio patrono dabit: & si alere se possint c ante venditionem prætеritarum nō dabitur: quoniam ex antè gesto agit.

Idem lib v respō. XLI.

LIbertus, qui operarum obligatione dimissus d est, atque ita liberā e testamenti factionem adsecutus est: nihilominus obsequio verecundiæ f tenetur. Alimentorum causa est diuersa, g cū inopia h patroni per inuidiā i libertū cōuenit.

Idē li. ix. respon. XLII.

CErdonem k seruum meum manumitti volo, ita l vt operas heredi promittat. Non cogitur manumissus promittere. Sed & si promiserit: m in eum actio non dabitur. n Nam iuri publico derogare non potuit, qui fideicommissariam o libertatem dedit.

Idem libro xix. responsorum. XLIII.

OPeris obligatus militiæ nomen non sine iniuria p patroni dabit.

Scæuola libro iiij. quæstio. XLIIII.

SI libertus moram in operis q fecerit, fideiussor tenetur: mora fideiussoris nulla est. At in homine debito fideiussor etiā ex sua mora in obligatione retinetur. r

Idem libro ij. responsorum. XLV.

LIbertus negotiatoris vestiarij, an eandem negotiationem in eadē ciuitate, & eodem loco inuito patrono exercere possit? Respondi, nihil proponi, cur non possit, si nullam s læsionem ex hoc sentiet patronus.

Valens libro v. fideicommisso. XLVI.

LIberta, si in concubinatu t patroni es-

SI bona. CASVS. Si venduntur bona patroni ob æs alienum, de operis post venditionē præteritis dabitur actio patrono. si ipse aliter alere se possit, nō dabitur actio ad præteritas ante venditionem.

b Venierint. Per creditores.

c Possit. Scilicet aliàs sine operis.

LIbertus. CASVS. Si libertus aliquo modo liberatur obliga. operarum. & assequitur testamenti factionē: nihilominus debet præstare obsequium patrono: diuersa est causa alimentorum. Viuianus

d Dimissus. A seruitute: quia manumittendo imposuit operas.

e Atque ita liberam. Nunquid ea sola impositione eoo. equitur liberam testamēti factionem? Hug. & B quòd sic: vt hic. Ioan. & Azo. quòd non: sed demum facta exactione earū. & hic subaudiunt facta earum exactione: quæ dic vt no. C. eo. l. si quam.

f Verecūdiæ. Quod obsequium etiam sine impositione debetur: vt supra, de condi. inde. l. si non sortem. §. libertus. in princip.

g Diuersa. A libera testamenti factione. Sed contra supra, de li. agno. l. si quis à libertis. §. si quis à libertis. Sed ibi exegerat earum pretiū: hic autem ipsas operas. sed si dicas, quòd hic exegerit mercedem, dicas quòd diuersa est ab obsequio, quia obsequium præstatur, alimenta non.

h Inopia. Id est, patronus inops conuenit libertum ad alimenta.

i Per inuidiam. Id est, propter blasmum euitandum. & facit C. eo. l. t.

CErdonem. CASVS. Testator ita dixit, Talem seruum cerdonem volo manumitti: ita tamen vt hæredi meo præstet operas: nunquid tenetur promittere? non: quia manumittitur ex necessitate. & si promisit, non tenetur præstare: quia videbitur indebita promisisse, etiam si testator iusserit, quia iuri publico derogare non potest.

k Cerdonē. Qui facit sotulares: vel qui vendit carnes.

l Volo ita. Ab hærede: & sic hæres non potest imponere operas, cum ex necessitate facit: vt C. eo. l. mater. & l. s. nisi sit filius: vt ī. tit. t. l. qui ex causa.

m Promiserit. Scilicet coactus.

n Dabitur. Vt & supra, de lega. t. l. videndum.

o Fideicommissaris. quod est vt manumissus ex necessitate non teneatur ad operas: vt dixi. Et not. quod aliqd est quod testator non potest. sic C. vt in pos. leg. l. scire. & supra ad l. Falcid. l. quod de bonis, in fi. Accur.

OPeris. CASVS. Libertus, qui tenetur præstare operas, non potest se adscribere militiæ: aliàs faceret iniuriam patrono. Viuianus.

p Iniuria. Id est, dāno. nam amitti: vt supra eo. l. interdum. Sed arg. contra. C. de libe. & eo. lib. l. fina. Accursus.

SI libertus. CASVS. Si libertus tenetur præstate operas, & dedit fideiussorem: mora liberti nocet fideiussori. sed si libertus promisit dare hominem: fideiussor tenetur & ex liberti mora, & ex sua mora. Viuianus.

q In operis. Scilicet incertis, quarum dies non cedit, nisi cum indictæ fuerint, vt supra eodem l. cū patronus. & est ratio: quia fideiussor ex sua mora teneri non potest cum reus non sit obligatus, nisi cum prius indictæ fuerint. Azo. in opera autem certa idem quod in pecunia: vt supra eod. l. à duobus. lex tamen videtur dicere idem in cuiuslibet facti promissione: vt infra, de verb. obliga. l. cum filius. §. 1.

r Retinetur. vt & supra, de vsuris. l. mora. in fi. & infra, de verb. oblig. l. mora. in fi. Accur.

LIbertus. CASVS. Libertus, qui est negotiator vestium eandem negotiationem in eadem ciuitate potest exercere inuito patrono suo. Viuia.

s Si nullam. Maximè: vt & ī. tit. z. l. quæro. & tit. 1. l. sina. vel illas secundum istam intellige.

LIberta. CASVS. Si liberta est in concubinatu patroni, liberatur à præstatione operarum: sicut si nupta esset alij voluntate patroni accedit. C. eod. l. libertæ. Viuianus.

t P. Flo. si in concubitu.

Patroni

a Patroni esset. C. eo. l. libertæ.

CAmpanus. CASVS. Iustitui te hæredem: rogaui te, vt seruum per fideicom. manumitteres, si velis illi seruo vel operas, vel donum, vel munus imponere, prætor debet te prohibere: quia manumittis ex causa fideicom. vnde non potes imponere operas, vel aliquid earum nomine: vt supra e. l. cerdonẽ. si tamẽ libertus sciens passus sit ea sibi imponi, tenebitur.

b Campanus. Facit infra titu. 1. l. qui ex causa. & supra eod. l. si quis hac.

c Sciret. Sic supra si quis cau. l. sed & si. §. fi.

SIcut patronus. CASVS. Si cõsensio libertæ, vt nubat, quia debet in officio mariti esse, liberatus à præstatio ne operarum, si nuptiæ valeant. idem si filius, vel nepos meus consentiat. Vnum sciatis, si liberta nubat, nihilominus præstabit operas personis hic enumeratis.

d Admitti. Facit C. eo. l. quod ex liberta, & de obsequijs. l. 2. & supra eod. l. si libertum in fine. Sed cõtra infra, de verb. signi. l. sciendum. §. pen. vbi non transit opera ad hæredem hæreditat hic transit etiam ad pronepotem. Sol. hic fuit stipulatus sibi, liberisque suis, ibi non argu. supra eo. l. cum patronus. §. cum libertus. vel hic fuerunt primi hæredes, isti nepotes, & pronepotes, cũ nullus præcederet: vt argu. instit de hære. qual. & diffe. §. fin. & § sui.

Vxor viro operari debet.

e Esse debet. Not. vxorem operari viro: vt infra, de dona. inter virum: & vxorem. l. sed si vir. in princi. & seruus domino: vt infra, de statulibe. l. 2. §. si quis seruum. Sed quid viro mortuo intra annum? Respon. ibi debet operari: vnde & alimentari: quod vnde fiat, not. C. de rei vxo. actio. §. exactio. in fine.

DVorum. CASVS. Quidam erat libertus duorũ: cuilibet debebat operas in genere: nunquid eodem tẽpore poterit præstare diuersas operas? sic. pone, vnus patronus proficiscitur: dicit, sta in domo, & custodias eam: dicit alter volo quòd scribas. eodem tempore poterit stare in domo, & eandem custodire, & etiam scribere alteri domino non proficiscenti. Viuia.

f Si librarius. Infra, de reg. iur. l. si librarius.

g Cum suis. Scilicet de familia.

...set [a] perinde ac si nupta eidem esset, operarum petitionem in eam dari non oportere, constat.

Idem libro vj fideicommis. XLVII.

CAmpanus [b] scribit, non debere prætorem pati donum, munus, operas imponi ei, qui ex causa fideicommissi manumittatur. sed si cum sciret [c] posse se id recusare, obligari se passus sit: non inhibendam operarum petitionem, quia donasse videtur.

Hermoge. libro ij iuris epito. XLVIII.

SIcut patronus, ita etiam patroni filius, & nepos, & pronepos, qui libertæ nuptijs consensit, operarum exactionem amittit. [d] Nam hæc, cuius matrimonio consensit, in officio mariti esse debet. [e] Si autem nuptiæ, quibus patronus consensit, nullas habeant vires: operas exigere patronus non prohibetur. Patronæ, item filiæ, & nepti, & pronepti, patroni, quæ libertæ nuptijs consensit, operarum exactio non denegatur: quia his nec ab ea, quæ nupta est, indecorè præstantur.

Caius libr. singu. de casibus. XLIX.

DVorum libertus potest aliquo casu singulis diuersas operas vno tempore insolidum ederet † veluti si librarius [f] sit, & alij patrono librorum scribendorum operas edat, alter verò peregrè cum suis [g] proficiscens, operas custodiæ domus ei indixerit. Nihil enim vetat, dum custodit domum, libros scribere. Hoc ita Neratius libris membranarum scripsit. [h]

Neratius lib j. responsorum. L.

OPerarum editionẽ pendere ex æstimatione edentis. nam dignitati, facultatibus, consuetudini, artificio eius conueniẽtes edendas. [i] Non solum autem libertum, sed & quemlibet alium [k] operas edentẽ alendum: aut satis tẽporis ad quæstum alimentorum relinquendũ: & in oĩbus tẽmpora ad curam corporis † necessaria relinquẽda.

Paulus libro ij. manualium. LI.

INterdum operarũ manet petitio, etiã si ius patroni non sit: vt euenit in fratribus eius, cui adsignatus est libertus: [l] aut nepote alterius patroni, extante alterius patroni filio. [m]

h Scripsit. Sed si nõ potest simul vtriq; operari. dic vt supra eo. l. hæ operæ. §. fi.

OPerarum. CASVS. Si imponuntur operę, etiam si postea inducuntur, præstandæ sunt inspecta dignitate liberti. vnum sciatis, ipse libertus, & quilibet alius liber homo præstat operas, non suo sumptu, nec suis alimentis. Viuianus.

† Sic potest qs diuersis tẽporib. obedire diuersis iudicibus: vt in ea. pastoralis. §. fi. cũ gl. sup ver. à tege. l si. extra de off. dele.

i Edẽdas. Supra eo. l. interdum. & l. eius. & l. hæ operæ.

k Et quẽlibet aliũ. Per hoc patet, quòd loquitur de certis. cum dicit, libertum per alium posse præstare. nam incertæ, nec alij, nec etiam per alium præstantur: vt supra eo. l. operæ in re. §. 1. secundum Azonem. vel si velis dicere etiam incertã præstari sumptu liberti, dicas hic libertum non habere vnde se alat: vt supra eo. l. suo. in fi. secundum Ioannem: & Hugo. Et non ita ingenuum promittere pro liberto. nam & legari, & locari potest opera liberi hominis: vt supra, de vsufru. leg. l. hominis. nõ tamen iureiurã. obligari: vt supra eo. l. vt iureiurandi. in prin.

Ingenuus pro liberto promittere põt.

† Idẽ dicit ĩ. l. cũ patronus. az. in fi.

INterdum. CASVS. Aliquando est quod possim petere operas licet patronus non sum: sicut si pater imposuit operas liberto: postea assignauit fratri meo, non mihi: possum petere operas. idem est, si superest filius patroni, & nepos: & tamen filius patroni succedit in ius patri patroni, non etiam nepos: qui tamen petitionem operarum habet.

l Libertus. Nam operæ debentur omnibus, licet quo ad alia ille solus sit patronus; cui assignatus est: vt infra, de assi. lib. l. 2. in prin. & si ille amittit: redit patronatus ad alios: vt ibi, & infra tit. 2. l. 3. §. si capitis.

m Filio. Hoc habes supra eo. l. à duobus.

DE BONIS LIBERTORVM.

ADDITIO. Vos habuistis s.de iure patronatus quas pœnas patiantur liberti, qui ius patronatus nō exhibent patronis. verū quia patroni habent ius in bonis libertorum, videamus: & si decedit libertus sine liberis: & descendentibus & collateralib. primi gradus, patronus succedit ei. s.de leg.hære.l.1 testatoe libertus si patronū præterijt, hodie vocat patron[a], & rūpit in tertia parte. Insti de suc.lib.§.sed nr̄a. Vi.

TITVLVS II.

DE BONIS libertorum.

Vlpianus lib.xlij.ad edictum. I.

HOc edictum † à prætore propositum est, honoris, quē † liberti patronis habere debent, moderandi † gratia nanque (vt Seruius scripsit) antea soliti fuerunt à libertis durissimas res exigere: scilicet ad remunerandum tam grande[a] beneficiū, quod in libertos confertur, cum ex seruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur. Et quidem primus[*] prætor Rutilius edixit, se amplius non daturum patrono, quàm operarum,[b] & societatis actionem: videlicet, si hoc pepigisset,[c] vt nisi ei obsequium præstaret libertus, in societatem admitteretur patronus. Posteriores prætores certæ partis bonorum possessionem pollicebantur. videlicet enim imago societatis induxit eiusdem partis præstationem: vt quod viuus solebat societatis nomine præstare, id post mortem præstaret.

Pomponius lib.iiij ad Sabinum. II.

SI patronus à liberto præteritus, bonorum possessionem petere potuerit contra tabulas, & antè quàm peteret, decesserit, vel dies[d] eius bonorū possessiōis agnoscendæ præterierit: liberi eius,[e] vel alterius patroni[f] petere poterunt ex illa parte edicti,[g] qua primis non petentibus, aut etiam nolentibus ad se pertinere, sequentibus datur, atque si priores ex eo numero non essent. Sed si patronus hæres institutus, viuo liberto decessisset superstitibus liberis: quæsitum est, an illi contra tabulas testamenti bonorum possessionem petere possint? Et eò decursum est, vt mortis tempus, quo defertur bonorum possessio, spectari debeat, an patronus non sit: vt si sit, ex parte prima edicti[h] liberti eius bonorum possessionem petere non possint.[i] Si filius emancipatus nepotem in potestate aui reliquisset: bonorum possessionem[k] partis dimidiæ[l] dandam ei filio intestati[m] liberti: quamuis ipso iure[n] legitima hæreditas[o] ad nepotem[p] pertineat: quia & contra tabulas[q] eius liberti,[r] & filio potius[s] bonorum possessio partis debitę daretur.

Vlpianus libr.xlj.ad edictum. III.

ETiam si ius annulorum consecutus sit

---

† Ad hoc edictū pertinēt quædam legis Papiæ capita: de quibus Alex. ab Alex. lib.4 Genia.die.c.22.

† Cōcor. ca.liberti. in gl.sup ver.redhibi, licet honorem eis exhibere teneantur.12.q.2.facit ad c.tēpus.§.si vero.in fi.ea.q.

† Moderatio tendit ad diminutionē, & reductionē, vt probat Mā dos. super 2.cōmil.1 ver.moderandi.

[*] Aliàs, prius.

H Oc edictum. CASVS. Istud edictū ē introductū causa honoris debiti patrono Olim erāt plures cōditiōes libertorū, postea prætor induxit, vt cōtraheret societas causa onerādæ libertatis. sed posteriore tēpore ab hoc est recessum: & est dictū vt patronus eandem partē in bonis defuncti liberti haberet, quā in societate cum eo viuente contracta habebat.

[a] Grande. Et inæstimabile. vt Instit.quibus ma.non po∫.§.ea.

[b] Operarum. Sic supra tit.1.l.2.

[c] Pepigisset. Supra tit.1.l.Labeo.

SI patronus. CASVS. Libert[us] cū deberet instituere patronū, præterijt eū: vocatur patronus ad cōtra tab. ponamus, patronus repudiat istam bonorū poss. vel tēpore excludit tunc quid filij patroni vocabuntur? sic. secus si patron[us] est institutus. & decessit relictis liberis viuo liberto: quia cum deberet vocari patronus, nō vocantur liberi. Sed quid si est emancipatus, & habet ex eo nepotē quis vocabitur ad contra tabu. certe filius. Viuia.

[d] Vel dies. Spatium certum dierum.

[e] Liberi eius. Eo mortuo, vel omittente.

[f] Vel patroni. scilicet liberi eo mortuo vel viuo omittēte, q nō admittebant viuo altero patrono: vt ā.ti. l.1.a duob.

[g] Edicti. Successorij.

[h] Ex parte prima edicti. Quæ est contra tab. vt supra, de Carbo.edi.l.ideoque.

[i] Non possint. Cum alius præcedat.

[k] Possessionem. Vnde legitimi mortuo liberto intestato. Accursius.

[l] Dimidię. Quæ hodie est tertia: vt inst. tit.de suc.libe.§.sed nostra.

[m] Intestati. Transitiue.

[n] Iure. Videlicet ciuili. Accursius.

[o] Hæreditas. Scilicet aul. ad quod ī .de coniun.cum eman. lib.l.1.in princi.

[p] Ad nepotem. Scilicet tantum, nisi per edictum de coniungendis.

[q] Contra tabulas. Eo liberto mortuo testato.

[r] Liberti. Defuncti, & testati.

[s] Potius. Non ergo hoc casu superiori habet locū edictum de coniungendis: licet ad parentis bona ambo vocentur: vt infra eo.l.libertinus.§.si. quam quidā ponunt contra. sed est idem. sed Azo dicit sic: vt s.de coniung. lib.l.1.§.hoc.

E Tiam. CASVS. Habet patronus in bonis liberti, si prætereatur, olim dimidiam, hodie tertiam. istud beneficiū non competit eis si libertus fuerit natalibus restitutus, vel impetrauit à principe liberam testamenti factionem. Sed si quis hac lege emit, vt manumittat: ad hanc partem edicti pertinebit, vt habeatur pro patrono. Sed si patronus accipit nummos &c. petit autem patronus contra tabulas, si adita sit hæreditas: vel petita bonorum poss. siue sit adita ab omnibus hæredibus, siue ab vno: & vocatur ad bona quæsita aliunde, non in castris. Si filiusfamilias manumisit seruum suū castrensis peculij, patronus est: & vocatur ad contra tabulas. Si capitis. Si patronus habens plures filios, vni libertū assignauit, & ille libertū de crimine capitali accusauit: non petet contra tabulas alij sic. Vnū sciatis: quia semper

libertus à principe; aduersus huius tabulas venit patronus, vt multis rescriptis continetur. Hic enim viuit quasi ingenuus, moritur quasi libertus. Plane si natalibus redditus sit: cessat contra tabulas bonorum possessio. Idē & si à principe liberā testamenti factionem impetrauit. Sed si hac lege emit q̄s, vt manumittat: ad hanc partem edicti pertinebit. Si quis nummos acceperit, vt manumitteret: non habet contra tabulas bonorum possessionem. Vt patronus contra tabulas bonorum possessionem accipere possit: oportet hæreditatem aditam esse, aut bonorum possessionem petitam. Sufficit autem vel vnum ex hæredibus adijsse hæreditatem, bonorumve possessionem petisse. Patronus contra ea bona liberti omnino non admittitur, quæ in castris quæsita sunt. Si deportatus patronus restitutus sit: contra tabulas liberti bonorū possessionē accipere potest. Idemq; & in liberto deportato, & restituto dicēdum est. Si quis filiusfamilias seruum de castrensi peculio manumiserit ex cōstitutione diui Adriani patronus est: admittiq; poterit ad contra tabulas bonorum possessionem, vt patronus. Si capitis libertū accusauerit is, cui adsignatus est: non potest is petere contra tabulas bonorum possessionem: fratribusq; suis nō obstabit. sed hi contra tabulas bonorum possessionē petent: quemadmodum peterent, si ex altero filio nepotes essent. Libertus enim, qui alteri ex filijs adsignatur, non desinit alteri filij libertus esse. Amplius dicēdū est, etiā si omiserit frater bonorum possessionē: alter frater, cui designatus est, non potest succedere, & contra tabulas bonorum possessionē petere. Toties ad bonorum possessionem cōtra tabulas inuitatur patronus, quoties non est hæres ex debita portione institutus. Si patronus subcōditiōe fit institutus, eaq; cōditio viuo testatore extitit: contra tabulas bonorū possessionē accipere non potest. Quid ergo si mortis tempore pependit, extitit tamen antè quàm patrono deferatur bonorū possessio, hoc est ante aditā hæreditatē: an inuitetur ex hac parte edicti? Et magis est, vt aditæ hæreditatis tēpus spectetur: hoc enim iure vtimur. Si tamen in præteritum collata sit cōditio, excluditur.

Glossa: ... per admittitur ad contra tabulas patronus, si non est institutus ex debita portione. Sed quid si institutus sub conditione, & extitit viuo testatore? non admittitur ad contra tabulas. Nam conditio est, quę pendet de futuro, si de præsenti, vel de præterito, non est conditio. Sed quid erit? libertus suum patronum instituit: postea dixit: institutum cum si filius meus me viuo morietur, valet ista institutio? sic: quia potest esse, quòd filius de medio tolletur. Si debita. Quādo patronus hęres scribitur, repellitur à contra tabulas, sed si instituitur in minus debita parte, & legatur ei, vel mortis causa donetur, quod debitam ei partem suppleat, repellitur à contra tabulas. Sed & si aliquid patrono relictum fit conditionis implendæ causa debet computare in debitā portionē. Sed si fecerit dolo, vt minus habeat debita portione repellitur à cōtra tabulas. Viuia.

a Patronus. Vt & infra, de iu. au. an. l. qui ius.

b Hic enim. Facit supra, de condit. & demon. l. falsa. §. 1. & C. de iu. aur. an. l. 2. Accursius.

c Ingenuus. Quo ad multa, non quo ad omnia: vt supra, de in ius voc. l. sed & si hac. §. & fius. & C. ad leg. Visel. l. 1. sed hodie quo ad plura: vt C. de iu. aur. an. auth. sed hodie.

d Planè si natalibus. Vt & infra, de nata. re. l. interdum. in fi.

e Liberam. Hic est contra C. de inoffi. testam. l. si quando. Sol. ibi in præiudicium libertorum nō valet, quib. plus debetur hæreditas patris, quam liberti patronia. vel dic, vt ibi. Item contra infra eo. l. Paulus §. patroni. Sed ibi filius patroni: hic princeps.

f Emit. Nummis serui, & tunc non habet contra tab. vt C. eo. l. 1. vel dic suis proprijs: & tunc habet: vt supra, de in ius voc. l. sed & si hac. in princ. & infra, de suis, & leg. l. intestato. §. is plane. & facit supra tit a. l. Titius. & C. de lati. li. tol. l. 1. §. illud.

g Acceperit. Ab extraneo, sec' si à seruo suo: vt C. e. l. 1.

h Aditam. Aliud in cōtra tabulas, quę datur liberis: vt supra, de cōtra tab. l. illud. in prin. quę est cōtra. Accur.

i Vel vnum. Facit supra, de testa. tut. l. si nemo.

k In castris. Sed in alijs secus: vt supra, de milit. test. l. si a milite. §. fi. & facit C. de inoffi. testa. l. fin. §. pen. & supra, de in ius vocā. l. adoptiuum. circa princi. Accursius.

l Si deportatus. Facit supra, de iure patro. l. si vt.

m Vt patronus. Vt & supra, de iure patro. l. feruum.

n Non potest. Vt s. de iu. pat. l. cum.

o Obstabit. Vt & infra, de assi. li. l. 1. §. vtique si ea.

p Possessionem. Per quam nō in totum, sed in suam legitimam testamentum rumpit. & pro hoc arg. j. eo. l. si ex patronis. in prin. & secundū hoc differt à querela. Sed contra videtur. j. eo. l. in fer uitutem. §. fi. & s. de in. patr. l. siue. in fin. primi respon si.

q Peterent. Scilicet nepotes.

r Libertus. Redit ad hoc, quod dixit, fratribusq; suis &c.

s Non desinit. Omnino, ne obsit infra, de assignan. li. l. 1. respon.

t Assignatus est. Qui accusauit: alij habēt assignatus nō est, & potest succedere &c. & sic præmittitur non, & est alius casus: sed primum verius.

u Bonorum possessionem. Cum capitis libertum accusauerit. Accur.

x Non est hæres. Vel etiā quoquo seli cti tit. vt & infra ea. l. §. si debita. Itē hodie: & si minus habet non petit contra tabulas: sed agit ad supplementum conditione ex lege: vt infra, de success. l. §. sed nostra. sed certè & iure veteri videtur idem: vt supra, de iure patro. l. siue. §. excluditur. sed dices illud à compositoribus additum.

y Accipere non potest. Facit supra, de conditio. & demonstratio. l. 2.

z Ante aditam. Bene exponit: vt s. ea. l. §. vt patronus.

a Collata sit. Facit supra, de iniusto test. l. cum in secundo. & supra, si cert. peta. l. itaque. & l. penulti. & infra, de don. cau. mor. l. illud. §. fina.

Marginalia: † Cōcor. ea. episco. p°. §. si ad uersus. ibi, si verò ignus princeps fecit, patrono reuerentiā nō debet. & glos. in ver. ingenuum. ibi, restituēdo eum nata lib. 12. q. 2. — * P. l. adsignatus.

ditio, vel ad præsens: non videtur sub conditione institutus. Aut enim impleta est: & purè institutus est. Aut nō est: & nec hæres institutus est. Si libertus patronum suū ita hæredem scripserit. Si filius meus me viuo morietur, patronus hæres esto: nō malè videtur testatus. Nā si decesserit filius, poterit hic existente conditione accipere bonorum possessionem.[a]

Si debita patrono portio legata sit: etsi scriptus hæres non fuerit, satisfactum est [b] ei. Sed & si institutus sit ex parte minore, quàm ei debetur, residua verò pars suppleta est ei legatis, siue fideicōmissis: & ita satisfactum ei videtur. Sed & mortis causa donationibus poterit patrono debita portio suppleri. Nam mortis causa donationes vice legatorum funguntur.[c] Sed & si non mortis causa donauit libertus patrono, contemplatione tamen debitæ portionis donata sunt: idem erit dicēdū.[d] tunc enim vel quasi mortis causa imputabuntur, vel quasi aguita [e] repellent patronum à contra tabulas bonorum possessione. Si patrono conditionis [f] implendæ causa quid datum sit: in portionem debitam imputari debet, si tamen de bonis sit liberti profectum. Debitam autem partem eorum, quæ cum moritur, libertus habuit, patrono damus: mortis enim tempus spectamus. Sed & si dolo malo [g] fecit, quò minus haberet: hoc quoque voluit prætur pro eo haberi, atque si in bonis esset.*

Paulus libro xlij ad edictum. IIII.

Si necem domini detexerit seruus: † prætor statuere solet, vt liber fit. & constat, eum quasi ex senatusconsulto libertatē consecutū, nullius [h] esse libertum. Si libertus captus ab hostibus, ibi decesserit: quamuis liberti appellatio eum non tangat: [i] tamen propter legem Corneliam, quæ testamentum sic cōfirmat, atque si in ciuitate decesserit, [k] patrono quoque bonorum possessio danda erit. Si deportatus patronus sit, filio eius competit bonorum possessio in bonis liberti: nec impedimento est ei talis patronus, qui mortui loco habetur, [l] & dissimile est, si patronus apud hostes sit. Nam propter spem [m] postliminij obstat liberis suis. Si extraneus à liberto hæres institutus, rogatus sit * patroni filio hæreditatem restituere: cum ex senatusconsulto Trebelliano restituta hæreditate, hęredis loco filius habeatur, patronus submouendus est.

Caius lib. xv. ad edictum prouinciæ. V.

Libertinus, qui patronum, patroniq; liberos habet, si patronū ex parte debita hæredem instituit, liberos eius in eandē portionē substituere debet: vt licet patronus viuo liberto mortuus fuerit: satisfactum videatur liberis eius.[n] Si patroni filium emancipatum, & nepotes ex eo, qui in aui familia remansit, libertus [o] habeat: filio tantum, nō etiam nepotibus

---

[a] Bonorum possessionem. Secundum tab. vt & supra proxi. §. in princi. sed si filius viuit excludit patronum. vt Instit. de succe. lib. §. sed nostra.

[b] Satisfactum est. Nec hoc corrigitur per auth. vt iure Institutionis relinquatur, vt in filijs: vt in auth. vt cum de appellat. cog. §. aliud. col. 8.

[c] Funguntur. Vt Insti. de dona. §. 1.

[d] Idem erit dicendum. sic C. eo. l. pen. §. fina.

[e] Quasi aguita. Primum tamen verius. vt infra eod. l. si vero. §. pen.

[f] Si patrono conditionis. Puta instituit alium hæredē, si dabit centum de hæreditate patrono suo.

[g] Sed & si dolo malo. Facit infra siquid in fraudē patro. l. 1. in princ.

Si necem. CASVS. Si seruus reuelauerit occisores domini sui fit liber: & tamen nullius est libertus, quia nanciscitur libertatem per senatuscon sultum, & ideo cessat bonorum possessio contra tabulas. Sed quid? captus est libertus alicuius ab hostibus: & ibi decessit, nunquid patronus vocatur ad contra tabulas? sic. sed si patronus deportatus est: hoc casu filius eius vocatur ad contra tabulas, sed si libertus instituit aliquem extraneum, & rogauit restituere filio patroni, hoc casu ex quo est filius loco hęredis, patronus excluditur a contra tabulas. Viuia.

[h] Nullius. Priuati viuentia. sed occisus: vt infra qui sine ma. l. qui ob necem. Item tunc adhuc contra infra, de suis: & legitimis hæredibus. l. intestato. §. quod si necem.

Solu. distingue. aut fuit hæres in mora vindicandi necem, vt hic, aut non: vt ibi, & supra, de iure patro. l. si filius. & facit supra, de hæred. instit. l. antepenul. & C. pro quibus cau. l. 1.

[i] Non tangat. Quia seruus est hostium.

[k] Decesserit. Vt supra, de testa. l. lege Cornelia.

[l] Habetur. Vt supra, de contra tab. l. 1. §. filij. Sed argu. contra supra, de condi. & demon. l. intercidit. a. respon. & facit C. de senten. pas. l. 6.

[m] Propter spem. Supra familiæ erciscundæ. l. propter spem.

Libertinus. CASVS. Si libertus habet patronum, & patronus filios: libertus debet instituere patronum in legitima portione, & ei substituere liberos. Vnum sciatis, vt videatur satisfacere patrono: debet instituere in legitima portione. Quid si patronus habet filium emancipatum, & ex eo nepotem in potestate? filius præcedit. Sed quid? libertus habet filios, eos instituit ex modica portione, ex triente fortè, vel ex sextante: extraneum ex reliquis partibus, nunquid hoc casu admittitur patronus ad bonorum possessionem contra tabulas liberti? Respō. non. Filius enim liberti institutus vel ex modica portione, repellit patronū a bonorum possessione.

[n] Liberis eius. Ad instar legis Velleiæ. argumen. institu. de ex hære. libe. §. posthumorum, & facit supra eo. l. 2. in prin. & l. etiam. §. libertus.

[o] Libertus. Contra supra eod. l. 2. §. fin. Solu. imò idem: vt ibi no. facit supra, de leg. tu. l. tutela. §. proinde.

*Alias, in bonis est.

† Huc spectat, quæ scribit Mi. de ingratitudine serui ad dominū, ca. 64.

* ita P. H. nō est patroni, nec l vel. exē. manu scriptis.

Etsi

ET si ex modica. Casus in §. cum patroni. Libertus instituit filiam patroni: postea testamentũ est falsum pronunciatum: ipsa appellauit. pendente appellatione est mortua filia. nunquid petitio dabitur filijs eius? certè sic. Si filius. Filius liberti fuit institutus à liberto, abstinet. nũquid patronus vocatur? sic. Quid si adiuit hæreditatem, & abstinet beneficio restitutionis ad mittitur patronus, vel eius filij. siue nõ est filius, siue est & abstinet beneficio restitutionis, admittit patronus, vel eius filij. veruntamen si libertus reliquit patrono, & agnouit, non debet admitti ad contra tabulas. Sed quid? reliquit patrono, & non habet effectum: non debet sibi obesse. & quid si quod ei relictũ erat, sic euictum? hoc nõ debet ei obesse: & in alijs ex his quæ ponuntur in litera hoc dicit cum l. sequen. vsque ad §. si seruo. Viuianus.

a Liberti. Hic est amphibologia. nam dictio liberti, potest loqui de liberis liberti: quos sic instituit libertus, & repellit patronus: seeus si exhæredaret, vel si illi nolunt esse hæredes: vt supra, de inte patrona. l. siue. §. finali. & Instit. de succes. libe. §. sed nostra. Secundo vt dicas, quod filius patroni institutus repellat patronum, & tunc dices bon. poss. contra tabu. liberti. & pro hac infra eodem, lege, si vero. §. si seruo. sed prima hic est vera, vt subijcit.

b Hæredib. eius. Sed licet filiæ patroni quondam, vel erat sui iuris.

c Sit hæres. Vt & infra, de fideicõ. liber. l. eum qui. §. sed & si quis. facit supra, de iure patrona. l. siue. §. fina.

d Adierint. Fortè ex modica instituti, quàm esset eis debitum.

e Non admittũtur. Vt & C. de pactis con. l. fin. §. 1. & supra, de contra tabulas. l. si post. §. illud. Sed arg. contra in ea. l. §. si in adoptionem. sed ibi coactus adijt. Accursius.

f Nam absurdum. sic supra titu. 1. l. si ita stipulatur. in fin.

satisfacere debebit libertus. nec ad rem pertinet, quòd ad parentis bona pariter vocantur.

Vlpianus lib. xliij ad edictum. VI.

ET si ex modica parte instituti sunt liberi liberti, a bonorũ possessionem contra tabulas patronus petere nõ potest. Nam & Marcellus libro nono Digestorũ scripsit, ex parte quantulacunque hæredem institutũ liberti filium, patronũ expellere. Cum patroni filiæ hæres instituta esset à liberto, falsumque testamentum dictum esset, in quo scripta erat. & appellatione interposita & pendente, dem suum obijsset: hæredibus eius b diuus Marcus subuenit: vt id haberent, quod haberet patroni filia, si viueret. Si filius liberti hæres ab eo institutus abstinuerit: quamuis nomine sit hæres, c patronus admittitur. Sed & si per in integrum restitutionem is, qui mistus est paternæ hæreditati, vel qui adijt hæreditatem, abstinuerit se: poterit quis patronũ admittere. Patronus, patroniq; liberi, si secundũ voluntatem mortui liberti hæreditatẽ adierint, d legatumve aut fideicommissum petere maluerint: ad contra tabulas bonorum possessionem nõ admittuntur. e

Caius libro xv. ad edictũ prouin. VII.

NAm absurdum f videtur, licere idem partim comprobare iudicium defuncti, partim euertere.

Vlpianus lib. xliij. ad edictum. VIII.

SI verò non g habuit effectum petitio eius: dico non impediri, quò minus adiuuetur. Quinimo & si sic adit, quasi ex debita portione institutus: mox apparuit eũ minorem partem, quàm sperauit, accepisse: æquissimum est, admitti eum ad suum auxilium. Sed & si testato conuenisset hæredem, vt sibi legatum solueret, mox pœnituisset, h puto eum posse adiuuari. Si patronus legatum sibi relictum agnouerit, idq; fuerit euictum: competit ei legitimum auxilium: i quia id, quod sperauit se habiturum, non habet. k Sed & si non totum euictum sit, verum aliquo minus habet, quã putauit: erit ei subueniendum. l Si seruo, vel filio suo aliquid relictum patronus agnouerit: perinde à contra tabulas bonorum possessione repelletur, atque si agnouisset sibi relictum. m Sed & si mortis causa donationẽ agnouerit: dicendum est, repelli eum à contra tabulas bonorum possessione: sic tamen, si post mortem liberti agnouerit. Cæterùm si ei viuus libertus donauit, & ille accipit, non idcirco erit repulsus à contra tabulas bonorum possessione, quia poterit dicere sperasse, quòd in

SI vero non. Princ. in hac l. cõtinuatur. l. præceden. Si seruo. CASUS. Hic dicitur, siue reliquit mihi libertus, & agnosco: repellor à contra tabu. siue reliquit filio meo, vel seruo meo. sed si etiam causa mortis donatur, repellor à contra tabulas. sed si datur aliquid causa implendæ conditionis, repellor à contra tabu. Sed quid erit? minor est patronus, & agnouit iudicium liberti, nunquid potest restitui? vt petat contra tabulas, sic. Si quis libertum patris in seruitutem petierit: ob eam iniuriam tam ipse, quam eius filij à bonorum possessione eius liberti repelluntur.

g Si vero non. Facit supra de inoffic. testamen. l. mater. & l. nihil.

h Mox pœnituisset. Sic supra de inoffic. testa. l. Papinianus. §. meminisse.

i Auxilium. Quod hoc sit, statim dicet.

k Non habet. Sic supra, de actio. empt. l. item. & infra. de sol. l. si quis aliam.

l Subueniẽdum. Vt agat ad repletionem quasi de euictione condi ex le. vt C. de inofficio. testamẽ. l. sancimus circa principium, quæ est contra. & hoc est quod supra dixit legitimum auxilium. vel die per contra tabulas iure isto incorrecto in patrono, siue totum, siue pars sit euicta: & aliud in filio iure nouo. sed si ab initio minus legitima sit relicta patrono, ad supplementum agitur: vt not. supra eod. lege, etiam. §. toties.

m Relictum. Vt & supra, de contra tab. l. 3. §. fina.

Gratus.

testamento quoq; gratus [a] circa eum fieret, permittiq; ei debet ab eis discedere, [b] vel ea compensare in portionem pro rata. Quare dicitur, & si cõditionis implendæ causa fuerit quid datum patrono post mortem liberti: repelli eum à contra tabulas bonorum possessione, quasi agnouerit iudicium. Si patronus [c] minor annis vigintiquinque liberti iudiciũ agnouerit: in integrum restitui eum oportere existimamus, vt possit contra tabulas accipere [*] bonorum possessionem.

Paulus libro xlij. ad edictum. IX.

Qvi in seruitutem libertum paternum petierit: [d] nec nomine liberorum [e] bonorum possessionem accipere potest.

Vlpianus lib. xliiij. ad edictum. X.

SI ex patronis alicui satisfactum non erit, ita vt alij amplius sua portione ex bonis liberti relinquatur: ei, cui satisfactum non erit, ita actio dabitur, vt eius portio suppleatur ex eo, quod extraneo hæredi, & quod patrono supra portionem suam relictũ est. [f] Eadem ratio & in pluribus patronis seruabitur. Iulianus ait, eum, qui ab auo suo exhæredatus est, à bonis libertorum eius submoueri: à patris verò sui libertorum bonis non excludi. Quòd si à patre sit exhæredatus, ab auo non sit: non solùm à libertorum paternorum bonis, verũ etiam ab aui quoque excludi debere: quia per patrem [g] auitos libertos consequitur. Quòd si pater eius sit ab auo exhæredatus, ipse non sit: [h] posse nepotem auitorum libertorum contra tabulas bonorum possessionem petere. Idem ait, [i] si pater me exhæredauit, auus meus patrem meum, & prior auus decesserit: ab vtriusque libertis me repelli. Sed si antè pater decessisset, postea auus: dicendum erit, nihil mihi nocere patris exhæredationem ad auitorum libertorum bona.

Iulianus lib. xxvij. digestorum. XI.

QVód si pater meus à patre suo sit exhæredatus, ego neque à patre meo, neq; ab auo: mortuo quidem patre, & aduersus auitos, & aduersus paternos libertos ius habebo. Viuente patre, [k] quandiu in potestate tero, non petam contra tabulas auitorum libertorum bonorum possessionem: emancipatus non submouebor.

Vlpianus lib. xliij. ad edictum. XII.

SI patronus testamento iure militari facto,

[a] Gratus. Existens.

[b] Discedere. scilicet donationibus. sed hodie videtur vt agat ad supplementum, vt C. de inof. test. l. si quando. §. 1. vel ibi expressit in donando, vt in quartam imputetur: hic simpliciter. & facit s. eo. l. etiam. §. fi.

[c] Si patronus. Et sic ad lucrum: vt supra, de mino. l. ait prætor. §. hodie.

[d] QVi in seruitutem. tetierit, calumniosè. vt infra e. l. idem. ɛ. st.

[e] Liberorum. Not. ergo delictum patris nocere filijs: [t] vt nec ipsi, nec pater eorum nomine petat. Sed argu. contra infra l. quod si pater. in fi. & l. quæritur. Solu. hic erant in potestate quo casu per aliam viam datetur patri bono. pos. quod esse non debet: vt d. l. quæritur. Vel dic: quod hic pater repellitur propter iniuriã: quam ipse fecit liberto: ibi vero non fecit iniuriam. imò propter iniuriam sibi factam repellitur. vnde in primo casu seuerius, in secundo benignius cum eo agitur. & facit infra eo. l. si filius qui patri. & de verb. sign. l. licet. §. fi. & infra vnde libe. l. fi.

SI ex patronis. CASVS. In princip. huius l. dicitur, Testator libertus erat diues, habebat patronos. vni ex patronis reliquit legitimã portionem & vltra: alij non. extraneum instituit: quomodo erit satisfaciendum? hoc modo, vt dereli-cto supra debitã portionem patrono, & extraneo suppleatur portio eius, cui relicta nõ fuit legitima. idem si omnibus patronis non reliquit, sed alij tantum: quia debet suppleri portio omniũ patronorũ relicto extraneo. Iulianus. Habebam patrem, & auum. au' exhæredauit me: repellar à successione libertorum suorũ. si pater nõ exhæredauit me, à libertorũ eius successiõe non repellar. Quid si pr̃ exhæredauit me, repellar a successione auitorũ & paternorũ: quia per successionem: patris habeo venire ad successionem libertorum auitorum. Idem ait. In §. isto cum l. sequen. dicitur, si pater meus exhæredat me mala mente, auus meus patrem meum exhæredat: si auus decesserit, priusquam pater, repellar a successione libertorũ aui, & patris. si au. em pater meus sit exhæredatus a patre suo: ego autem non sum exhæredatus ab auo, nec à patre meo: mortuo patre admittar ad bona libertorum vtriusque.

[f] Relictum est. Nõ enim sunt duo vel credendi. tunc esset secus: vt supra si quis ex. l. si duo. in prin.

[g] Quia per patrem. Non exhæredatum, vel non mala mẽte: vt infra eo. tit. l. si patronus. §. 2.

[h] Ipse non sit. Ab auo exhæredatus est tamen à patre. sed si à nullo paternorum & auitorum petet bono. poss. vt infra l. proxi.

[i] Idem ait. Distinguendo casum propositum.

[k] QVód si pater. Viuente pie, cor. j. e. l. quæritur. & l. filius.

SI patronus. CASVS. Patronus dum esset in militia fecit testamentũ iure militari, filiũ præterijt, nũquid repelletur a successione libertorum patris sui tanquam mala mente exhæredatus? sic. Sed quid erit si aliquis assignauit filio suo libertum postea exhæredauit. nunquid vocabitur ad successionem liberti? sic. Si quis nõ. In §. isto ponitur determinatio multarum legum huius tit. Vos debetis scire: filius patroni repellitur à contra tabu. liberti, cum mala mente exhæredatur. dicet aliquis, doceas me quãdo patronus exhæredat mala mente filium suum, & quando bona. ecce si patronus nõ vult fraudare filium, & eum exhæredat, verbi gratia: patronus habebat filium, qui erat furiosus: dicebat patronus, quid faciam? si instituo filiũ furiosum, negotia mea dissipabũtur. vnde volo instituere talẽ: & cõmittere sidei ipsius, vt cum

[*] In P. Fl. itemq; in vetu. exe. remittiq; ei.

[t] Tu vide in e. si vasallus culpi. & ibi do meum Iacobinu, de sancto Geo. post Bal. in tit. si de feud. fuerit contro. & in c. 1. §. denique. in tit. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. in feud. de quo Hostië. I sum. feud. quib. mod. feu. amit. & in c. 1. §. 1. de succe. feu. & Dyn. in reg. oo. de bet. de regu. iu. li. 6.

[*] In P. Fl. nõ est, bonorũ possessionẽ.

[†] Côcor. c. si aliquis §. in huius modi quo que lib. sine causa quãdiu in potestate patris existat, nec alias absq; ipsi' alien su in iudicio regulariter esse possit. & gl. in ver. irregulariter. i prin cip. de re iu. lib. 6.

vt cum filius erit sanæ mentis, restituat. hoc casu non repellitur à contra tab. bonorum liberti. Si quis cum. Filius est exhæredatus: iudex pronunciauit non esse exhæredatum. propterea non repellitur à successione liberti: quia rebus iudicatis standum est. Sed si pro parte victus est, pro parte obtinuit, cum ageret de inofficioso: qa inuenitur in totum exhæredatus, repellitur à contra tabulas bonorum liberti.

Ex testamento. Si exhæredatus est filius patroni: nec ex illo testamento aditur hæreditas, nõ tenet exhæredatio: & ideo non repellitur à contra tabulas bonorum possessione liberti. Si patroni. Filius patroni fuit institutus; postea à substituto exhæredatus, valebit potius institutio, quàm substitutio: nẽ indignus censeatur filius bonis liberti. Si patroni filius emancipatus. Si emancipatus filius patroni nõ vult adire, nec ille qui est in potestate, vult retinere: nihilominus filius vocabitur ad bonorum possessionem liberti. Viuia.

a Filium. Quem scit se habere: vt C. de testa. mil. l. sicut. Sed contra infra eod. l. Paulus respon. in fi. Solu. illa hanc corrigit, vel hic mala mente: ibi non: vt infra ea. l. §. a.

b Si quis libertum. dic, vt j. de assignan. libe. l. 1. §. sed & si post. Accursius.

c Si quis. Facit ſ. de liberis & posthu. l. multi. & infra eod. l. Paulus. in prin.

d Vel perperam. Id est, vt non oporteret: & sic non tenet exhæredatio. vel perperam, id est, non mala mente parentis.

e Rebus enim. Refert se ad primum, scilicet pronuntiatus. & dic standum: vt non vltra procedatur. quod esset, si excluderetur à bonis libertorum. nam non omnis exhæredatus excluditur, sed is tantum, qui mala mente est exhæredatus: vt supra ead. l. §. si quis non mala. sic accipitur standum, supra de pact. l. iurisgentium. in princi. alias accipitur, id est, parendum: vt C. de re iudic. l. 1. & supra, de arbit. l. Celsus. §. fin.

f Victus sit. Quod esse potest: vt supra, de inoffi. testa. l. nihil. § si. & supra, de lega. 2. l. cum filius. in prin.

g Vigeat. Vt supra, de contra tabulas. l. filium. §. 1.

Albi fi ne ex.

filium a silentio exhæredauerit, debebit ei nocere exhæredatio. verum est enim hunc exhæredatum esse. Si quis libertum b filio suo adsignauerit, eumq; exhæredauerit: admitti potest ad bonorum liberti possessionem. Si quis c non mala mente parentis exhæredatus sit, sed alia ex causa: exhæredatio ipsi non nocet: vt puta, pone furoris causa exhæredatum eum, vel ideo quia impubes erat, hæredemq; institutum rogatum ei restituere hæreditatem.

Si quis, cum esset exhæredatus pronũtiatus, vel perperam d sit exhæredatus non esse, non repellitur. Rebus enim e iudicatis standum est. Si filius patroni exhæredatus, in partem obtinuerit de inofficioso, in partem victus sit: f videamus, an noceat ei exhæredatio. Et nocere arbitror: quia testamentum valet, à quo exhæredatus est. Ex testamento autem, ex a quo neq; adita est hæreditas, neque petita bonorum possessio, liberis exhæredatio non nocet. Absurdum est enim, in hoc valere tantum testamentum, vt exhæredatio vigeat, g cum aliàs non valeat. Si patroni filius priore gradu sit hæres scriptus, secundo exhæredatus: huic nõ nocet exhæredatio: cum voluntate patris: vel extiterit hæres, vel existere potuerit. Neque enim debet videri pater indignum existimasse filium bonis libertorum, quem ad hæreditatẽ suam primum vocauerit. Ac ne eũ quidem existimandũ est submoueri à bonis liberti, qui à primo gradu exhæredatus, & idem substitutus est. Ergo is qui institutus est hæres, vel primo gradu, vel sequenti, vel alio quo gradu, licet exhæres sit eodem testamento, non est submouendus à liberti bonis. Si patroni filius emancipatus noluerit adire hæreditatem, vel qui in potestate est, retinere: nihilominus liberti bonorum possessionem habebit.

Iulianus libr. xxvj. Digestorum. XIII.

Filius patroni exhæredatus, quamuis nepos ex eo hæres scriptus fuerit, bonorum possessionem h contra tabulas paternorum libertorum accipere non potest. Licet enim necessarius existat patri suo: non per semetipsum, sed per alium ad hæreditatem admittitur. Et certè constat, si emancipatus filius exhæredatus fuerit, & seruus eius hæres scriptus: & si iusserit seruo hæreditatem adire, & ita patri suo hæres extiterit: non habebit cõtra tabulas paternorum libertorum bonorũ possessionem.

Vlpianus lib. xlv. ad edictum. XIIII.

Qui cum natu maior esset a viginti-

Filius. CASVS. Et si filius patroni exhæredatus est, licet nepos ex eo instituitur, repellitur à contra tabu. liberti paterni. Idem dicendum, etsi filius emancipatus sit à patre exhæredatus, & seruum suum hæredem à patre institutum iusserit adire hæreditatem: nam & hic à bonorum possessio. liberti repellitur.

h Bonorum possessionem. Refert ergo directo, vel per obliquum sit hæres. sic infra, de verbo. signi fic. l. sciendum. & supra, de interro. act. l. si sine. § illud. & supra ti. 1. l. cum patronus. §. cum libertus. Sed arg. contra infra eod. l. si filius. qui patri. in prin.

Qui cum maior. CASVS. Vos habuistis duas causas, propter quas filius patroni repellitur à cõtra tabulas, si libertus filium instituit, vel patronus mala mẽte filiũ exhæredauit. assignantur hic aliç causç. si fili⁹ patroni maior viginti quinque annorum accusat libertum de crimine capitali, vel calumniosè petiç in seruitutem, & succumbit. videtur autem accusare de crimine capitali, si accusat de tali, pro quo imponitur mors, vel amissio ciuitatis, & libertatis. Vnum sciatis: si libertus accusauit filium, & ipse retorsit in eum crimen, non repellitur à contra tabulas: quia est ei ignoscendum. Sed quid si filius accusauit libertum maternum?

a P. Fl. esset quàm.

num? nunquid repellitur? certè leges loquuntur in liberto paterno. Quid si filius accusauit libertum: quia occidit patrem? venia dignus est. Accusare videtur si perseuerauerit vsq; ad sententiam. Et sicut filius repellitur si accusat eum: ita si fert testimoniũ falsum: secus si contra eum aduocat. Sed quid si patronus dicat, talis libertus vulnus mortale mihi infixit: vnde moriar ibi, vt accuses post mortẽ meã, sed filius accusauit. & non probauit? nõ repelletur à contra tabulas. sed si filius patroni accusauit libertum, & crimen probauit, & libertus fuit restitutus. filius non repellitur a contra tabulas liberti post lapsionem. Idem dicunt quidam in patrono: sed certè aliud: vt notatur supra de iure patronat. lege, cum qui. hoc dicit cum l. seq. Viuianus.

a Libertum. Paternum: vt infra ea.l.§. si tamen. & multis locis hac. l. not. & no. supra, de in ius vocan. l. sed & si. §. si autem liberi. & de iure patro. l. eum.

b Accusauerit. Per calumniam: vt infra in fi. & ȷ̃. l. proxi.

c Petierit. Hoc prosequitur infra eod. l. in seruitutẽ. sed primũ prosequitur hæc lex. & infra l. proxi.

d Siue ipse. Quod potest autore tutore. vt C. de autor. præstanda. l. clarum.

e Ignosci. De æquitate: vt dixi. secus de rigore: vt supra, de minori. l. 3. §. vnde scio.

f Deseruerit. Factus maior. nã ante desistere potest: vt infra, ad Turpi. l. 1. §. accusationem. in fi.

g Incideret. Cuius pœna est ȷ̃. de præuari. l. 3. in fi.

h Non facilè. Quia cum quadam solennitate petitur: vt C. de abol. l. 3. in prin. & not. de facili, & difficili: vt & supra, de nego. gesto. l. fin. autem in principio. & infra, de aqua quot. & æstiua. l. 1. §. penultimo.

i Publicè. Propter lætitiam principis: vt infra, ad Turpil. l. abolitio.

quinque annis, libertũ a capitis accusauerit, b aut in seruitutem petierit: c remouetur à contra tabulas bonorum possessione. Si verò accusauerit minor: dicendum est, hunc non excludi: siue ipse, d siue tutor eius vel curator accusauerit.

Sed si minor quidem instituerit accusationẽ, maior autem factus sententiam acceperit, benignè erit dicendum, ignosci e ei debere: quia maior cœpit. Neque enim imputare ei possumus; cur nõ deseruerit f accusationem, vel cur abolitionem nõ petierit: cum alterũ si fecisset, in Turpilianum incideret: g alterum non facile h impetretur. Certè si abolitione publicè i data, repetit iam maior: dicendum est, hunc esse remouendum. Maior enim factus potuit sine timore deserere † abolitam accusationem. Is demum k videtur capitis accusasse; qui tali iudicio appetit, cuius pœna aut supplicium habuit, aut exilium, quod sit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur. Si tamen quis libertum eo crimine accusauerit, cuius pœna non est capitis, veruntamen iudicanti placuit augere l pœnam: non obest hoc patroni filio. m

Neque enim imperitia, aut seueritas iudicantis obesse debet patroni filio, qui crimen leuius intentauit. Sed si non accusauit, sed testimonium in caput liberti dixit, aut subiecit accusatorem: puto eum à contra tabulas remoueri. n Si libertus maiestatis patroni filium accusauit, & patroni filius calumniæ eum capitis puniri desiderauit: o non debet repelli hoc edicto.

Idem puto, & si ab eo petitus, retorsit p in eum crimina. Ignoscendũ est enim ei, si voluit se vlcisci prouocatus. Si patris mortem defendere q necesse habuerit: an dicendum sit, hic quoq; ei succurrendum, r si libertum paternum propter hoc accusauit, medicum fortè patris, aut cubiculariũ, aut quẽ alium, qui circa patrem fuerat? Et puto succurrendum, si affectione & periculo paternæ substantiæ ducente necesse habuit accusationem vel calumniosam s instituere. Accusasse † autem eum dicimus, q crimina obiecit, & causam perorari vsq; ad sententiã effecit. Cæterum si ante quieuit, t nõ accusauit. & hoc iure vtimur. Sed & si appellatione interposita desijt: benignè dicetur nõ pertulisse accusationem.

Si igitur pendente appellatione decessit libertus: patroni filius admittetur ad bonorum possessionem: v quia ante sen-

k Is demum. Facit infra, de pœnis. l. 2.

l Augere. Quod potest ea causa; vt supra, de ijs qui not infra. l. quid ergo. §. pœna.

m Patroni filio. Nota filio; vt infra ea. l. §. si libertus, quod facit pro eo quod nota. in prin. huius l.

n Accusauit. Quod potest: vt infra qui accusa. non poss. l. penul.

o Desiderauit. Per officium: vt C. de calum. l. 1. non tñ modũ accusationis: vt C. qui accusa. nõ possunt. l. neganda.

p Retorsit. Quasi socium criminis: vt sic repellatur ab accusando: vt C. de libe. cau. l. si filium. & no. ignoscendum ei qui non facit sponte: vt infra proxi. §. & §. pe. & supra, ad Syll. l. 3. §. vtrum, & supra, ad legem Aquil. l. scientiam, §. qui cum aliter. & infra, de iure fisci, l. 2. in princi. & infra, de iniur. l. sed si vnius. §. si iussu. & C. de transact. l. si quis maior. & de re iud. l. si se. in princi. & C. de metatis. l. deuotum. & supra si quadru. pau. l. 1. §. cum arietes. & C. de administ. tutor. l. cum quædam. Sed contra supra, ad legem Aquil. l. scientiam. §. sed si defendendi. vbi non licet vlcisci: sed hic licet per iudicem.

q Defendere. Accusando. Accur.

r Succurrendum. Ne perdat contra tabulas liberti bono. possess. etiam si per calumniam accusat: vt subijcit. non tamen subuenitur, si per calumniam accusat, ne puniatur de calumnia.

s Vel calumniosam. Id est, quæ verè erat calumniosa, sed iudex ignorabat: alioqui repelleret eum. Azo. vt C. vt nemo priua. l. fi. in fi. & facit ȷ̃. proxi. §. cũ suo concor. Accur.

t Quieuit. Sic supra de inofficioso testa. l. Papinianus. §. meminisse. & infra rem ratam habe. l. amplius. & Instit. de cõtrahen. emp. §. 1. sed cõtra supra de iure patro. l. eũ. §. fi. & l. sequen. Sol. ibi. Item facit infra eodem. l. in seruitutem.

† Cõco 1. c. si qs per capillũ, in glo. super versi. non maoife-- stauerit, ibi, sed cõtra nemo inuitus accusare cogitur. Et ibi, vt nemo inuitus agere, vel accusare cõpellatur. 22. q. 2.

† Iste §. fi. est ad hoc q qui promisit aliquem de certo crimine accusare, si adhibeatur in testem contra illũ, & ipse vt eũ repellat, excipit de illo crimine: quamen non contra venit promissioni. de quo no. in l. 2. §. si publico, per gl. & doc. ȷ̃. de adul. & in ca. 1. extra de excep.

v In P. H. quia sententia libert' &c. sed hic statuit.

tentiam libertus morte subtractus est. Si patroni filius aduocationem accusatori liberti præstitit: non est repellendus. Neque enim aduocatus accusat.[a] Si pater testamento cauerit,[b] vt accusaretur libertus, quasi venenum sibi parasset, aut quid aliud in se admisisset: magis est, vt ignosci liberis debeat, qui nõ sponte[c] accusauerunt. Sed & si accusauerit libertum, & probauerit crimen patroni filius, postea que hic libertus sit restitutus: non erit repellendus. crimen enim quod intendit, etiam perfecit.[d]

Triphon.lib.xvij.disputatio. XV.

IDem est, & si crimen quidem, quod in liber to probatum est, merue rat[e] capitis pœnam. benignius autem punitus[f] est libertus, veluti tantum relegatus. de calumniatore enim sensit[g] prætor.

Vlpianus lib.xlv. ad edictum. XVI.

IN seruitutem[h] etsi se non is videtur, qui ei, qui in possessione erat seruitutis, petenti se in libertatem contradixit. verum is, qui ex libertate petijt in seruitutem. Sed & si quis non totũ suum, sed pro parte, vel vsumfructum in eo suum dicat, vel quid aliud, quod habere non potest in eo, nisi seruus sit, an repellatur, quasi in seruitutem petierit? Quod est verius. Si petierit in seruitutem, & obtinuerit, mox cognita veritate passus sit in libertate morari, non debet ei obesse: maximè si habuit iustam causam errandi. Petisse[i] in seruitutem non videtur, qui ante litem contestatam destitit. Sed & post litem contestatam: dicendum est, nec id nocere debere: quia nõ vsq; ad sententiam durauit. Si patroni filius[*] institutus, vel exhæredatus, in seruitutem libertum paternum petijt, vel capitis accusauit: non nocet[k] hoc liberis eius, qui in potestate nõ sunt. & hoc diui fratres Quintilio rescripserunt. Si quis bonorum possessionem cõtra tabulas liberti acceperit, ab omni liberti iudicio repellitur:[l] nec tantùm si ipsi liberto hæres fuerit scriptus,[m] verum etiam si impuberi filio substitutus. Nam & Iulianus scripsit, si post vetitam bonorum possessionem adierit impuberis filij liberti hæreditatem patronus: denegari ei debere actiones. Sed & si quid codicillis fuerit patrono relictum, vel mortis causa donarum: simili modo horũ quoq; persecutio denegabitur. Nonnunquã planè post petitam bonorum possessionem dabitur patrono legati persecutio, si nihil ad emolumentũ eius peruenturum sit: quia fortè rogatus est alii restituere.[n] Præterea non tantũ quod ipsis nominatim datum est, id se prætor denegaturum ait: verùm etiã si quid proponas, ad ipsos per alios peruenturum: vt puta, quod per subiectas quidem personas sunt habituri, non restituturi. Dabimus legati[o] petitionem patrono, si seruo patroni dederit[p] libertatẽ, pretio eius patrono[q] non prælegato.[*] Ei, qui substitutus erit patrono, qui contra tabulas possessionẽ petierit: actio eius partis, cuius patrono[r] possessio data erit, non datur. Si patronus sit substitutus, & patronus viuo testatore decesserit: filiũ patroni

[*] In P.Fl. si patroni filius sit, vel exhæredat', vel in seruitutem &c.

[*] In P.Fl. deest hoc loco negatio.

tutem §.petisse. Sed argum.contra C.qui accusa.non pos.l.penul.sed ibi speciale. Accursius.

[a] Accusat. Vt & supra de rei vendi.l.inter. Sed contra supra, de inoffic.testa. l.fina.in princi.Sol. ibi.

[b] Cauerit. Idem forte & si cœperit accusare.vt supra, de inofficio.testamen.lege,filius.§.multo.& de bonorum possess. l.cum quidam.& de pign.act.l.si seruos. & supra, de aliena. iudi.l.nam & si.

[c] Non sponte. Vt C.de calu.l.mater. & supra eadem lege,§.si libertus.cum concor.

[d] Etiam perfecit. De calumniatore ergo tantum intelliguntur prædicta: vt & infra.l.proxi.& facit infra, de iniur.l. cum qui.

[e] IDem est. Meruerat.quia vere cõmiserat crimẽ, & capitale erat.

[f] Punitus. Quod quandoq; cõtingit: vt supra, de ijs qui nota.infa.l.quod ergo.§.pœna.

[g] Sensit.Vt & supra l.proxi.in fin.

IN seruitutem. CASVS. Supra. l proxima habuistis duo dicta: & vnum positum quando dicatur per calumniã accusare: quando dicatur in seruitutem petere, habetis in l. ista: videtur in seruitutem petere &c. Sed si aliquis non dicit seruum suum totum, sed pro parte, vel in eo habere vsumfructum: debet repelli à contra tabulas: sed si aliquis petit in seruitutem, & obtinet: non patitur istam pœnam, dicitur petere in seruitutem & ante lit. contesta. posset tamen pœnitere ante sententiam.sed si filius patroni petit libertum in seruitutem, debet sibi nocere, non suis liberis, qui in potestate eius non sunt. sed si hæres accipit cõtra tab. si est scriptus, debet repelli. sed si est relictus à testatore, quod sufficit, repellitur à contra tab. si petit. Viuia.

[h] In seruitutẽ. Facit supra.l.qui cum major.§.si libertus.

[i] Petisse. Facit supra eo.l.qui cum.§. accusasse. cum concordan. Sed arg.contra.C. qui accu.non poss.l.penultima.

[k] Non nocet. Vt & supra de iure patro. l.diui.& facit infra eo.l.quæritur.

[l] Repellitur. Vt infra proxi.§ & supra, de vulg.substitu.l.is qui.& de leg.præst. l.3.in princ.& de ijs qui.vt indi.l.post legatum.§.pen. Acc.

[m] Scriptus. Ex modico: sed nonne excluditur, & agit ad supplementũ: vt s. de iure pat l.diui.§. 1. Sol.hic non fuit repulsus.

[n] Restituere. Vt & supra, de inoffi.test. l.Papinia.§. meminisse. & de excu.tuto.l.legatarius.

[o] Legati. Relicti, non tamen pro eodem pretio.

[p] Dederit. Id est, reliquerit libertus.

[q] Prælegato. Sed legato relicto.

[r] Patrono. Instituto ex modico.

Auferre

petentem contra tabulas bonorum possessionem, non solius substituti par tem occupare, verum om nibus hæredibus pro par te aliquid auferre constat. [a]

Idem libro xlvij. ad edi ctum. XVII.

Liberto sine liberis mortuo, in primis [b] patronus, & patrona bonorum possessionem accipere possunt, & quidem simul. Sed & si patrono, & patronæ [c] proximi [d] sunt aliqui: simul admittentur.

Paulus libro xliij. ad edictum. XVIII.

Patronæ quidē liberi etiam vulgo [e] † quæsiti accipient materni liberti bonorum possessionem: patroni autem nō, nisi iure quæsiti.

Vlpianus lib. iiij. disputa tio. XIX.

Si patronus ex minore parte, quàm legitima hæres institutus, falsum testamentum dixisset, nec obtinuisset: [f] nō est ambiguum, contra tabulas ei non deferri bonorum possessionem, eò quòd facto suo perdidit hæreditatem, [g] cum temerè falsum dixit. Quòd si ex debita parte fuerit institutus: siue adijt, siue non, à contra tabulas bonorum possessione repelletur. quasi debitam sibi portionem acceperit: nec poterit contra tabulas bonorum possessionem petere.

Iulianus. XX.

Si libertus * sub conditione iurisiurandi, quam † prætor remittere solet, [h] patronum instituit hæredem: non puto dubitandum quin à bonorum possessione submoueatur. verū est enim, eum hæredem factum. Si Titio legatum fuisset, eiusq́; fidei commissum, vt patrono restitueret: denegatur legatorum actio Titio, si patrono pro debita parte à scripto hærede erit satisfactum. [i] Libertus patronum, & extraneum coniunctim ex parte dimidia hæredes scripsit. Quadrans, ex quo institutus erat patronus, totus ipsi imputari debebit, residuum [k] ex debita sibi parte omnibus hæredibus pro portione cuiusque aufert. Idem seruari conueniet in legato, quod coniunctim patro-

a Auferre constat. Et facit ad id, quod diximus supra eod. l. etiam. §. si capitis.

Liberto. CASVS Si libertus decedit intestatus sine liberis, primo vocatur patronus, & patronæ: eis non existentibus vocantur filij, & filiæ patroni, vel patronæ: & cognati patroni, qui proximi sunt. Super l. ista no. & aduertatis vnum, quod necessariū est scire in toto isto tractatu, quando non debet patronus præteriri: & quando potest impune præteriri. Quidam dixerunt ex quo libertus decedit sine liberis, non debet patronus præteriri supra l. 1. & 2. sed contra eos est, quia si decedit sine liberis, videtur q; aliæ personæ debent vocari. Quid si habet ascendentes? videtur quòd debent vocari. infra de suis & le. l. intestato. quid si habet collaterales primi gradus: excludunt patronum. Institu. de ser. cog. & ideo semper debetis exemplificare si libertus decedit sine liberis & parentibus, & sine collateralibus primi gradus: tunc vocatur patronus. Vi.

b In primis. Etiam antepatrem, & fratrem liberti: vt hic, & infra, de suis & legi. l. intestato. Sed hodie contra in vtroque secundum Azo. vt Instit. de ser. cog. in princip. licet lo. in fratre dicat non corrigi.

c Patrono, & patronæ mortuis, & est dati sui casus.

d Proximi. Cognati eorum vsque ad quintum gradum: vt Institu. de succes. libe. §. multis.

Patronæ. CASVS Liberi patronę licet sint vulgò quæsiti, succedunt liberto materno. liberi patroni ita demum succedunt, si sint legitimè quæsiti.

e Etiam vulgò. Facit Insti. ad Orfici. §. pen.

Si patronus. CASVS Si patronus est institutus ex minori debita portione, & testamentum dixit falsum, & non obtinuit: repellitur à contra tabulas. sed si patronus in parte debita est institutus: repellitur à contra tabulas, siue adijt, siue non.

f Obtinuisset. Id est, succubuisset. & sic facit supra, de inoffi. testa. l. Papinianus. §. meminisse.

g Hæreditatem. Iudicio defuncti delatam, ergo eadem ratione supplementum. Sed contra supra, de pet. hær. l. Lucius. vbi qui succubuit in falso, dicit nullum. so. hic destitit ante sententiam. Vel dic fuit calumniatus. arg. de accusatio. l. si cui. §. 1. vel verius vt ibi. Item contra. C. de inoffic. testa. l. cum. vbi in falso succumbens agit querela. Sol. ibi nihil erat relictum, hic legitima, vel minus, vel ibi per vtranque viam reducebatur ad nullum, quod non fit per contra tabulas: vt supra, de inoffic. test. l. filio. §. fin. vel aliàs solue vt ibi.

Si libertus. CASVS. Libertus instituit patronum sub condit. iurisiurandi. nunquid repellitur à bonorum possessio. In bonis liberti? sic. Sed quid si libertus legauit Titio, & rogauit patrono restituere. nunquid Titio denegatur petitio legati si patrono ex debita parte fuit satisfactum? sic. Libertus patronum. Si libertus coniunctim instituit extraneum, & patronū in semisse: indubitanter in eo quadrante, quem habet patronus, nō potest conqueri: in illo quem habet extraneus, poterit conqueri: vnde ex illo & ex alijs bonis poterit petere suppleri debitam sibi portionem.

Si libertus. Libertus filium emancipatum suum instituit sub condit. in defectum conditionis ei substituit. Quæro an deficiente conditione, & propterea substituto adeunte, subueniendū sit patrono in debitam ei portionē: an potius emācipato liberti filio succurremus, vt eam hæreditatem à substituto auferat? Respond. si quidem conditio, sub qua filius institutus est, fuit in eius potestate: nec eam impleuit: exclusō filio, & admisso substituto, succurritur patrono aduersus substitutum. si autem non fuerit conditio in potestate filij: filius totam hæreditatem à substituto auferret, nec patrono succurretur: quod verum est, nisi ab ipso substituto filius fuesit exhæredatus. Si libertus. Libertus instituit filium emancipatum: rogauit alteri restituere. filius dixit suspectam. coactus fuit adire, & restituere. nunquid subuenietur patrono, vt debitam sibi portionem habeat? Respon. quod sic.

h Solet. Vt supra, de condi. insti. l. quæ sub conditione. in principio.

i Satisfactum. Propter hanc enim satisfactionem legatum fuerat Titio.

k Residuum. Sub. quod deest ex debito &c. quod est hodie

† Cōcorda. & multæ in glo. super ver. hæreditatē. ibi, nā matri etiā succedit spurius filius, & testamentū matris potest dici inofficiosum. 15. q. 8.

* In ?. Fl. incip. Libertus sub conditione &c.

† Alexander, quod.

no, & Titio datum fuerit, ut pars legati in portionem debitam patrono imputetur, ex reliqua parte tantum Titio detrahatur, quârum ab hęrede pro rata a portione. Si libertinus filium emancipatum sub conditione hæredem instituerit, & deficiente côditione, substitutus adierit: quęro, utrû patrono adversus substitutû in partem debitam pręter, an emancipato filio in totâ hæreditatem succurrere debeat? Respôdi, cùm pater filium sub côditione primo gradu hæredê instituit: si deficiente conditione, sub qua filius institutus est hæres, ad secundum gradum hæreditas pertinet, b uel adhuc pêdête côditione filius decesserit patrono partis debitæ bonorum possessionem c aduersus substitutum competere. Idem q; est, & si filius nô petierit bonorum possessionem tempore exclusus, uel repudiauerit. Si uero deficiente côditione hæreditas ad filium pertineat: d emancipatum potius tuebitur prætor ad uersus substitutum. Existimo e autem quoties sub conditione hæres filius scribitur, aliàs necessariam esse exhæredationem a substitutis, aliàs superuacuam. Nam si id genus conditionis fuerit quæ in potestate filij esset: ueluti, Cum testamentum fecerit: puto etiam omissa conditione filium locum substitutis facere. Si uerò conditio non fuerit in potestare filij: ueluti, Si Titius Consul factus fuerit: tunc substitutus non admittitur, nisi filius ab eo nominatim exhæredatus fuerit.

Si libertus filiû emancipatum hæredem instituerit, eiusque fidei commiserit ut totam hæreditatem Sempronio restitueret: & filius cû suspectam sibi hæreditatê diceret, iussu prætoris adierit eam, & Sempronio restituerit. nô iniquè patrono bonorum possessio partis debite dabitur: perinde acsi nô filius, sed is cui f hæreditas restituta est, liberto hæres extitisset. Item cum filius hæreditatem liberti patris a omiserit, & cohæres ei totius hæreditatis onus g susceperit: dâda erit patrono bonorum possessio: utroque enim casu non filio, sed extraneo pars eripitur.

Idem lib. xxvj. digestorum. XXI.

Ex tribus a patronis uno cessâte bonorum possessionem petere, duo æquas partes habebunt.

Martianus lib. i. institutionum. XXII.

Si filiusfamilias miles manumittat, secundum Iuliani quidê sententiam (quâ lib. xxvij. Digestorû probat) patris libertû faciet: sed quâdiu (inquit) uiuit, præfertur filius in bona eius patri. i Sed diuus Adrianus Flauio Apro rescripsit, suum libertum eum facere, non patris.

Iulianus lib. xxvij. digestorum. XXIII.

Si libertus pręterito patrono extraneû instituerit hæredem, & patronus antè quàm côtra tabulas bonorû possessionê k petierit, in adoptionê se dederit, deinde scriptus omiserit hæreditatê: patronus totorû bonorum liberti possessionê, ut legitimus petere pôt. Si libertus intestato decesserit relictis patroni filio: & ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admittentur, quandiu filius est: quia proximum l quenque ad hereditatem liberti uocari manifestum est. Si autê ex duobus patronis alter unum filiû, alter duos reliquisset: m dixit uiriles inter eos partes fieri.

Idem lib. lxv. digestorum. XXIIII.

Communi liberto, si ex duobus patronis alter iusiurandum exegerit,

hodie tertiam: olim dimidia: ut Instit. de suc. lib. §. sed nostra.

a Pro rata. Facit ff. eod. l. 10 seruum, §. si.

b Hæreditas pertinet. Quia fuit potestatiua.

c Bonorum possessionem secundum tabulas.

d Pertinet. Quia nô fuit potestatiua. & facit ff. de contra tab. l. 1. §. si quis ex liberis. & §. si sub pa.

e Existimo. Facit C. de institu. & substitu. l. 1.

f Sed is cui. Effectu enim hęres est: ut ff. quod cum eo. l. si filius §. 1. & facit C. de inoffic. test. l. 1.

g Onus. Ad hoc ff. de acquirenda hæreditate. l. cum hæreditate.

Ex tribus. Casus. Si tres sunt patroni, & libertus decedit eis præteritis: si unus omittit petere bonorum possess. alij duo utiliter uocantur. Viuian.

h Ex tribus. Facit C. quando nô petê. partes. l. 1.

* P. F. & si fili' uel non petierit.

Si filiusfamilias. Casus. Filiusfamil. miles manumittit: illius liberti est patronus. unde debet uocari ad côtra tabu. liberti ipse & filius eius, nô autem pater eius.

i Patri. Vt ff. de iure patro. l. seruû, in princ.

Si libertus. Casus. Libertus instituit extraneû, pręteriit patronum, patronus dedit sese alicui in arrogationê. nunquid poterit uocari ad contra tabulas? sic. si uero institutus omisit hęreditatem, succedit ei tanquam legitimus hæres. sed si decedit libertus relicto patroni filio, & ex altero filio duob. nepotibus: uiuente filio, nepotes non admittûtur. sed si libertus decedit relicto uno filio ex uno patrono, duobus ex alio: omnes æqualiter uocantur.

k Bonorum possessionem. Vnde legitimi: ut Insti. de bon. possess. §. cunque.

l Proximum. Vt ff. de oper. lib. l. a duobus. & de legi. tut. l. tutela. §. si duo. Acc.

m Duos reliquisset. Nô nepotes. Filij enim cû nepotib. nô admittuntur. Azo.

Communi. Casus. Libertus erat duorum patronorum: alter coegit libertum iurare ne nubat: alter uno liberto decessit. nunquid ille qui coegit, perdit ius patronatus: sic & bonorum possessio accrescit alteri. Viuia.

Vxorem

* In P. F. uniuersi.

a Vxorem ducat. Per quod perdit ius patronatus: ut ī. de iure patro. l. qui contra. Accur.

b Decesserit. Alter patronus: quo casu ad superstitē, non filium præmortui defertur: ut hic. & ā. de op. lib. l. a duobus. Sed in eo quod de iuramento dicit, uidetur cōtra ī. de iureiu. l. si duob. ubi dicit q portio amittētis alteri non accrescit. Sed ibi libertus iurauit, & ei suum sacramentū prodesse debet: hic uerò non iurauit, nec aliquid fecit, qd sibi pdesse debeat: imò hic culpa fuit quod paruit in delicto iubē ti patrono. uel dic ut ibi. & facit ī. de authoritate præstanda. lege, si seruus cōmunis.

redatur nepos patroni, ista exhæredatio nocebit nepoti. Vinia.

b Viuo filio. Facit ī. eo. l. si ex patronis. §. Iulianus.

SI in libertum. CASVS Si libertus damnatus est de crimine capitali, illud ius quod habebat patronus, si non esset cōdemnatus, hoc non perdet: eadem dicēda sunt in bonis eorum, qui mortē sibi consciuerunt. VI.

ne uxorem ducat: a siue uiuo liberto decesserit b is, qui extra hāc culpam fuerit, uel superuixerit: partis utrique debitæ bonorum possessionem solus habebit.

Idem lib. j. ad Vrseium Ferocem. XXV.

QVādiu patrono bonorū possessio partis debitę dari pōt, exceptio debitorib. datur aduersus hæredē petētē, Si nō in ea c cā sit patronus, ut bonorū possessionē pro parte debita contra tabulas petere possit.

Aphricanus libro ij. quæstionum. XXVI.

LIberto d octoginta habenti, fundus quadraginta legat⁹ est. is die legati cedēte decessit extraneo hærede instituto. † Respondit, posse patronum partem debitam uindicare. nam uideri defunctum mortis tempore ampliorem e habuisse rē centum, cùm hæreditas eius pp computationem legati pluris uenire possit. neq; referre, heres institutus repudiet legatū liberto relictum, necne. nam & si de lege Falcidia quęratur: tale legatū, quamuis repudiatum, f in quadrantē hęreditatis imputatur legatarijs. g

Idem libro iiij. quæstionum. XXVII.

VIuo filio h si nepos exhæredetur: nocebit ei exhæredatio, ad bona libertorum auitorum.

Florentinus lib. x institutionum. XXVIII.

SI in libertū animaduersum i erit: patronis eius ius, quod in bonis eius habituri essent (si is, in quē animaduersum ē, sua morte decessisset) eripiendum nō est: sed reliquam partem bonorū, quæ ad manumissoré iure ciuili non pertineat, fisco esse uindicandam placet. Eadem seruantur in bonis eorū, qui metu accusationis mortem sibi cōsciuerint, aut fugerint quę in damnatorum bonis constituta sunt.

Martianus libro ix institutionum. XXIX.

QVi ex causa fideicō missi manumittitur, est quidem libertus manumissoris, & tam cōtra tabulas, quàm ab intestato ad bona eius uenire potest quasi patronus: sed operas ei imponere non potest, nec impositas ab eo petere. k Sed si defunctus filio suo legauit seruum, & rogauit, ut eum manumittat ea mente, ut plenum ius patroni habeat: defendēdum est, posse * eum operas iure imponere. l

Caius lib. ij. ad edictum prætori Vrbani; titu. de liberali causa. XXX.

SI quis libertum paternum in seruitutem ea uoluntate petierit, ut causam euictionis sibi cō seruet: non amittit m beneficium bonorū possessionis.

Marcellus lib. ix. Digestorum. XXXI.

PAtro-

QVandiu. CASVS Si patronus est pteritus a liberto, & alter institutus quādiu potest dari bonorum possess. cōtra tabulas patrono, dabitur debitorib⁹ hæreditarijs exceptio aduersus heredem, si conueniantur.

c Si non in ea. Verba exceptionis. sic infra de except. rei iudi. l. 2. & de actio. & obligat. l. qui cū hærede. sed hodie uidetur cōtrarium C. de peti. hæredi. l. fi. §. sin autem.

LIberto. CASVS Libertus habebat in bonis octoginta. legatus fuit ei fundus qui ualebat quadraginta, & decessit. patronus uocabitur, quasi sint in bonis centum. nec refert utrum heres institutus repudiet legatū liberto relictū, necne. Vinia.

† Olim licuit cuilibet totam hæreditatem suam relinquere alteri. sed Falcidi⁹ statuit quod quarta pars hæreditatis debet relinqui legitimis hæredibus. e. responsa prudentū, in gl. dist. 2.

d Liberto. Ad intellectum huius legis est. ā. de iure patrona. l. si libertus. in prin.

e Ampliorē. Scilicet centum uiginti.

f Repudiatum. Ab hærede legatarii. Accursius.

g Legatarijs. Scilicet ad eorum commodum.

VIuo filio. CASVS Si uiuo filio patroni exhæ-

i Animaduersum. Vt quia suspenditur propter delictū. & habes idem ī. de bonis dā. l. cum rō. §. t.

QVi ex causa. CASVS Si quis manumittat ex fideic. uocatur ad contra tabulas. & si sui filius ea intētione rogat⁹ manumittere: ut plenū ius patronatus habeat: potest imponere operas, & uocabitur ad bono. poss. cōtra tabulas. Vinia.

k Ab eo petere. Cōcord. C. de operis liberto. l. 2. & de contra tabul. lib. l. t. & supra titul. t. l. cedo hē. & i. Campanus. & ī. de suis & legit. l. 3. secundo respon. & supra, de legatis primo. l. uidendum. & de in ius uocan. l. is quoque. Acc.

l Imponere. Speciale in filio. in alijs cōtra. ut ī. hac l. cū alijs, quę in hoc el cōcordant. sed & in filio uidet cōtra. ī. da fideicō. liber. l. si filius, in prin. sed illā secundū istā intelligę, uel solue ut ibi.

* Aliàs posse.

SI quis libertum. CASVS Ego libertum paternum petij in seruitutē, ut causam euictiōis mihi pstaret, nō amitto beneficium bon. pos. quia non petij per calum. ut ā. e. l. qui cum maior.

m Non amittit. Licet succūbat in eo qd ad seruitutē uocat. & facit ā. de neg. ge. l. ut qui. §. cū me. & ī. de iniurijs. l. qui de libertate.

PAtrono. CASVS. Patronus habebat libertū. libert⁹ fundū, quē ab eo emit, ei legat: si patronum

patron⁹ agnoscit lé gatū, non petet bo. poss. nec si is fundus a patrono euinceretur quia eum patronus liberto uendiderat.

a Patrono. Facit ff. de dote prælegat. l. licet.

SI libertus. CASVS. Fuit libertus meus per alium in seruitutem redactus ab eo manomissus. nunquid debeo uocari ad contra tabu. certè non. Viui.

b Ab alio. Cuius seruus factus est. facit ff. de senat. l. fin. & ff. de test. l. si mulier. & ff. ad Tertul. l. 2. § 2. & C. de dig. l. 1. lib. 12. & ff. de re iud. l. sepe. in §. nam & si libertus. & C. de liber. cau. l. principaliter.

c Manumisit. Scilicet postea.

SI patronus. CASVS. Si patronus nō aluit libertū suū, & iure patronat⁹ (lege Ælia Sentia prohibēte) nō poterit succedere: ut ff. de iur. pat. l. adigere. Viuianus.

d Imposita. Vt operas. Accur.

e Pertinet. Vt sunt liberi, uel hæredes ad quos operę quandoque producūtur: ut s. tit. s. l. si operā; & facit ad hanc l. ff. de lib. agnosc. l. alimenta. & ff. de iure patro. l. diuus. Acc.

f Institutus. Scilicet patronus.

SI libertus. CASVS. Libertus habebat duos patronos: unū preterijt, alterum ex semisse instituit. præteritus ab instituto, & ab altero poterit auocare debitā portionē. Simile ff. de inoffic. testa. l. mater. & ff. si pars hære. Viuia.

g Satisfieri oportet. Sic ff. eo. l. ex patroni. in princ.

A Liberto. CASVS. Seius libertum suum instituit: usumfru. fundi Mæuio legauit libertus. decessit pręterito

no[a] libertus fundū, quē ab eo alienum emerat, legauit: & constituit patronus ad se pertinere legatum. Contra tabulas bonorum possessionem accipere nō potest, & si nihil profecit ei legatum, quia alienam rem legauerat ei libertus: quia patronus ipse eum liberto uendiderat.

Idem libro x. Digestorum. XXXII.

SI libertus meus in seruitutē redactus: post ea ab alio[b] liberatus sit, & eius cœperit esse libertus: præfertur mihi in cōtra tabulas bonorum possessione, qui eum manumisit.[c]

Modestin. lib. sing. de manu. XXXIII.

SI patronus non aluerit libertum: lex Aelia Sentia[*] adimit ei libertatis cā imposita,[d] tā ei, & ipsi, ad quē ea res pertinet:[e] itē hrditatem ipsi, & liberis eius, nisi hę res institutus[f] sit: & bonorū possessionē, præter quam secundum tabulas.

Iabolenus lib. iij. ex Cassio. XXXIIII.

SI libertus cùm duos patronos haberet, alterum præterijt, alterum ex semisse hæredē fecit, & alteri extraneo semissem dereliquit: scriptus quidem patronus debitā sibi partem immunē habet: de cætera autē parte patroni, quę supra debitū ei relicta est, & de semisse extraneo relicto, alteri patrono pro rata portione satisfieri oportet.[g]

Idē lib. iij. epist. XXXV.

A Liberto suo hærede Seius[h] usumfructū fundi Mæuio legauit. libertus Mæuio hærede relicto[i] decessit. quærō, cū contra tabulas testamenti[k] petierit Seij filius aduersus Mæuium, utrū deducto usufructu pars debita fundi ei restituēda[l] sit, an solida: quia eorum bonorū acceperit possessionē quę liberti fuerint, cū moreretur filius? Respondit, usum fructum in causam pristinā restituendum puto. Optimū itaq; erit, arbitrū postulare, ut arbitrio eius ususfructus in integrum restituatur.

Idem libro viij. epistolarum. XXXVI.

LIbertus, qui soluendo non erat, præterito patrono extraneos reliquit hæredes. Quæro, an possit patron⁹ petere cōtra tabulas bonorum possessionem? Respondi. Cū a scriptis hæredibus adita est hæreditas, patronus cōtra tabulas bonorū possessionē pōt petere: quia soluendo hæreditas est, quæ inueniat[m] hęredem. Et sanè absurdū est, ius patroni in petēda bonorum possessione cōtra tabulas, aliorum cōputatione, nō iudicio patroni æstimari: auferrique patrono, quod modicum[n] uindicaturus est. multi enim casus interuenire possūt, quibus expediat patrono petere bonorū possessionē: quamuis æris alieni magnitudo, q̄ libertus reliquit, facultates patrimonij ei⁹ excedat: ueluti si prędia sūt aliqua ex bonis liberti, in quib⁹ maiorū patroni sepulchra sint: & magnī æstimat patronus[*] bonorū possessionis iura pro parte ea ad se pertinere:[o] uel aliqd̄ mācipiū, quòd nō pretio, sed affectu sit æstimandū. Non ergo ideò minus habere debet ius petendæ bonorū possessionis, quia animo potius,[p] quàm aliorum computatione bona liberti æstimat: cum eo ipso sufficere patrimonium uideri possit, quòd & hæredē habeat, & bonorum possessorem.

Vlpia. lib. xj. ad leg. Iul. & Pap. XXXVII.

filio patroni, & Mæuio instituto. nūquid subuenitur ei filio? sic in debita portione: ceterum tamen oia ita præstāda sunt, ut Mæuio conseruetur usufruct. fundi.

h Seius. Id est, patronus.

i Hærede relicto. Cū Seius patron⁹ decesserit ante libertum.

k Testamenti. Liberti paterni.

l Restituenda. Et sic in illa non habebit filius partem.

LIbert⁹. CASVS. Libertus, q non est soluēdo, instituit extraneum, & patronū pręterijt. nūquid patron⁹ poterit bo. pos. cōtra tab. liberti petere? Videbatur quod nō, ex quo non est soluendo. e cōtra uidetur q sic, ex quo inuenit hęredē, tamen dicēdum est ex quo inuenit hæredem, patronus poterit petere contra tab. bon. poss. Viuia.

m Quæ inueniat. Sic ff. ad leg. Falcid. l. 8. in prin.

n Quod modicum. Id est, quia modicū.

o Pertinere. Vt ff. si quid in fran. patr. l. 1. §. & alias. & ff. de mino. l. si in emptione. & C. de admi. tutorum. l. lex quæ.

p Potius. Sic ff. mādati. l. cum seruus. Iulianus.

[*] In P.F. adimit ei⁹ libertatis. In aet. adimit ei ius libertinitatis causa impositorum.

[*] In P.F. bonorum possessione iura, &c.

Ulianus [a] ait, si patronus libertatis causa imposita libertæ reuẽdiderit: filium eius a bonorum possessione sub moueri: scilicet quia nec contra tabulas testamenti liberti bonorũ possessionem accipiet, quoties pater eius donũ, muuus, operas liberto reuẽdiderit. Planè si patroni filius libertatis causa imposita reuẽdiderit: nihilominꝰ familiam bonorum possessionem cõtra tabulas liberti accipere ait: quia filius reuendendo libertatis causa imposita, fratrem suũ nõ submouet.

Si libertus hæredem scripserit, isq; prius, quã de familia [b] quæstionem haberet, adierit hereditatem: patronum ad cõtra tabulas bonorum possessionem non admitti, Iulianus ait debuit enim & patronus liberti necem uindicare. quod & in patrona erit dicendum.

Terẽtius Clemens li. vj. ad legem Iuliam & Papiam. XXXVIII.

Quæritur, an filio ex hæredato [c] etiã ne potes ex eo a bonorũ possessione liberti excludãtur? Quod utiq; sic dirimẽdũ est, ut uiuo filio donec in potestate eius liberi manent, nõ ad mittãtur ad bonorũ possessionẽ: ne qui suo nomine a bonorũ possessione submouenẽ per alios [d] eã [e] consequãtur. Si aũt emancipati a patre fuerint, uel alio modo sui iuris effecti: sine aliquo impedimẽto ad bonorũ possessionẽ admittãtur. Si filius liberti, patris sui hæreditatem omiserit: hoc patrono proficiet.

Idem li. x. ad leg. Iuliam & Papiam. XXXIX.

Patroni filia, si in adoptiua familia sit, ad bona libertorũ pater norum admittitur.

Idem libr. xij. ad leg. Iul. & Papiam. XL.

Si pater exhæredato [a] filio ita cauit, ut ius in libertũ saluũ ei esset: nihil ei ad hanc rem nocet exhæredatio.

Papin lib. xiij. qõ. XLI.

Si libertus patrono, quod ad debitam portionẽ attinet satisfaciat, inuito tamen aliquid extorquere conetur: quid statuẽdum sit, quæritur. Quid enim si ex parte debita instituto, decem præterea legentur: & rogetur seruũ proprium, qui sit decem, uel minoris pretij, manumittere? [f] Iniquum est, & legatũ uelle percipere, & libertatem seruo non dare: sed parte debita accepta, & a legato tempera re, & libertatẽ imponere non cogi: ne seruũ fortè de se malè meritum [g] eo gat manumittere. Quid ergo, si solo herede [h] eodem instituto, idem libertus petierit? [i] Si substitutum habebit: æquè decreti remedium poterit procedere, ut accepta [k] debita portione [l] cętera pars ad substitutum perueniat: ita ut si fortè seruus redimi [m] potuisset, prę staretur libertas. Cesfante verò substitutione, patronũ hęreditatẽ liberti amplectentẽ prætor, q. de fideicommisso cognoscit, libertatem seruo eũ imponere cogat.

Idem libro xiij. quæstio XLII.

Si fi-

Iulianus. CASUS. Vos habui filios plura, propter quę patroni repelluntur a iure patronatus in l. ista ponũ tur aliqua, scilicet si patronus impositas operas ei reuendidit: tunc repellitur a contra tab. poss. Sed si duo sunt alij patroni, unus reuendidit operas, nocet ei: sed non nocet fratri.

Si libertus. Si libertus instituit hæredem, & ipse libertus fuit occisus: si heres adiuit hæreditatem ante quam uindicaret mortem defuncti, uel de familia quęstio haberet: nec ipsi patrono contra tabu. bonor. possess. dabitur.

[a] Iulianus. Facit s. de iure patr. l. sicut. & s. in. t. l. libertus qui. & no. C de ope. lib. l. si quam.

[b] De familia. De hoc dicit C. eodẽ. cum fratrem.

Quæritur. CASUS. Si filius patroni exhæredatur, nepotes ex eo quãdiu in sui patris, qui exhæredatus ẽ, potestate sũt, ad bon. pos. liberti non admittuntur. si autẽ effecti fuerint sui iuris: nihil obstabit illis, quo minus admittantur ad bo. possess. liberti.

Si filius liberti. Si libertus habet filiũ, & eum instituit, ille omittit paternam hæreditatem: prodest patrono: ut si filius habet substitutum, uocetur ad contra tabul. uel si non habet, ei succedat: ut s. de i. g. hæred. l. intestato.

[c] Exhæredato. Manifestè mente parentis.

[d] Per alios. Sic C. de hære. insti. l. neque & facit supra eo. l. qui in seruitutem. & l. quod si pater. & supra de iure pat. l. quã contra.

[e] Quod enim una uia prohibetur, alia nõ permittitur. & facit C. de in. g. l. si super. ut per similitea. post med. ibi. & q.d. nomine, meo extra de off deleg.

Patroni. CASUS. Si filia patroni & filia mea sit data in adoptioñ

familiã, potest uocari per contra tab. unde legitimi ad bona libertorum meorum. Viuia.

Si pater. CASUS. Si ego patronus exhæredo filiũ hoc adiecto, uolo, quòd iura patronatus sint tibi salua: nõ officio filio, quin uocet ad contra tab. in bonis liberti, quia hic non uidetur mala mente exhæredasse. supra, eodẽ l. si patronus. §. si quis.

[a] Exhæredato. Vt s. e. l. si patronus. §. s. sed & tit. s. de ope rarum. in si. contra. Solu ut ibi.

Si libertus. CASUS. Libertus satisfecit patrono I debita portione. nũ quid poterit repelli a contra ta. sic. & si eum instituit in debita portione, & insuper legat ei 10. in legato potest eum grauare. si autem ei non legauit, in portione eum grauare non potest nec legato, uel fideicom. uel substitutione. Nõ si cut filio non potest imponi in quarta debita iure naturæ nil quod grauamen: sic nec patrono.

[f] Manumittere. Facit ad id quod not. C. ad legem Falcid. l. si ea.

[g] Hærede. In omnibus. Accur.

[h] Petierit. Quod seruus manumittat.

[i] Accepta. A patrono.

[k] Portione. De hæreditate in qua solus est hæres patronus, qui non uult manumittere.

[l] Redimi. Per substitutum a patrono.

Si filius. CASUS. Filius patroni hæres extitit. & fratrem suũ exhæredatum arrogauit. nun quid iste arrogatus post mortem fratris uocabitur ad bono. pos. liberti: certè nõ Paulus tamen existimat hũc, & si nõ ut filius patroni admittatur, tamen ut filium

[m] Cẽtera. c. si quis. a seruitute & dese ibi si meritos si ep'diber tate donauerit: collatã libertate a suc cessoribus placuit ea stoduri. & gl. in uer. bene merit tos ibi, ad pro premio remanetandos est seruus libertate, 12 q. 2.

filiam filij admitti debere. Papinianus. Libertus fecit Titium commilitonem hæredem in bonis castrẽsibus. alius succedit in alijs bonis. bona castrensia non sunt auferenda a Titio. sed si patronus non inuenitur habere legitimam portionem, de alijs bonis habebit.

Cum filius. Filius liberti dicitur partus suppositus esse, accipit bonor. possessionem. utrum patronus possit petere bon. possess. contra tabu. Respon. patroni petitionem in id pus pubertatis differendam.

Si falsum. Libertus in prouincia existens dicitur fecisse testamentum, & decessisse testatus: alij dixerunt falsum, pronuntiatum est falsum: & est appellatum. nunquid patronus poterit petere contra tab. uel eius filia? sic. & si é falsũ poterit succedere ab intestato, uel poterit petere debitam portionem.

a Si filius. Scilicet patroni exhæredatus mala mente.

b Exhæredato. Si tamen bonis patris abstinuisset.

c Noceret. Ioan. dicit, quod hic debet esse aliud non: ut dicas non noceret, id est, non prodesset. Azo. to dic idẽ siue habeas secundũ nõ, siue non habeas.

d Nocere. Id est, nõ prodesse.

e Exhæredato. Hic est sẽsus. si hic fili⁹. qui frater est adoptantis, abstinuisset a bonis patris. non haberet ius in bonis liberti. sic & nunc cum est exhæredatus, talis adoptio sibi prodesse non debet, ut habeas ius.

* In P.F. nõ est, si. sed incipit tit. q &c.

* In P.F. bonorum posse ssiõe libertũ patris naturalis, &c.

* In P.F. sic dictum est, patrono eodẽ que patrono filio.

* In P.F. deest, ab intestato.

lius, [a] qui patri hæres extitit fratrem suum exhæredatum adrogauit, atque ita hęrede eo relicto defunctus est. [b] bonorũ possessionem liberti patris naturalis exhæredatus nõ habebit. Nam cui non exhæredato [c] talis adoptio noceret, [d] nocere [e] debet & exhæredato. [f] quoniam pęna, quę legibus aut edicto irrogatur, [g] adoptionis remedio nõ obliteratur. [h] Paulus notat. [i] Ei, qui alio iure uenit, [k] quã eo, qđ amisit, [l] non nocet id, quod perdidit: sed prodest id, qđ habet. [m] Sic edictum est, patrono, [n] eidemq; patroni filio nõ obesse, quòd quasi patronus deliqt, si ue patroni filius uenire posit.

Papinianus. Castrensiũ bonorum Titiũ libertus hæredem fecit, cæterorũ alium. [m] [n] ab intestato adita est a Titio hæreditas. Magis nobis placet, nondum [o] patronum bonorũ possessionẽ contra tabulas petere posse. Verũ illa q̃stio iteruenit: an omittẽte eo, qui reliqua bona accepit, [p] perinde Titio adcrescant, ac si partem eiusdem [q] hęre ditatis accepisset? Verius mihi uidetur intestati [r] iure deferri bona cætera. Titius [s] igitur hæres [t] non poterit euitare manumissorẽ: [u] cum Titio nihil auferatur in cæteris bonis, quę nondum ad causam testamẽti pertinent. Cum filius liberti impubes, qui subiectus dicitur, ex prima parte bonorum possessionẽ [x] accipiat: an patronus defuncti, bonorum possessionẽ accipere posit, [y] quæsitum est. Et sine dubio [z] qui sequentis gradus sunt, nõ admittuntur interim. Cùm enim præcedit alia possessio: qui sequitur, accipere non potest. Planè si cõtra eũ, qui subiectus dicitur, fuerit iudicatum: data non intelligitur. [y] Sed & in patrono [a] pendente controuersia, [a] idem erit dicendum. [b] Planè quod ad patroni quoque personam pertinet, differri cõtrouersia debebit.

Si falsum liberti testamentum ab alijs in prouincia dictum, atque ita

dicit. Item contra supra eod. l. qui in seruitutem. Sol. ibi, & eodem modo soluitur. s. eod. l. quæritur. & leg. quod si quis a patro. Itẽ not. hic, quod quis nõ potest per se, potest per alium. ut s. de transact. l. qui cum tutoribus. & s. quę res pig. l. 3. & j. de fideicom. liber. l. si filius. §. erit. & j. de inoffic. testa. l. si filio. §. pen. & §. fin.

m Alium. Puta Seium.

n Nondum. Quia noodnm adijt Seius in paganicis: quod est opus: ut s. eod. l. etiã. §. si patronus. quorũ causa potest agi, non autem pro castrensibus: ut C. de inoffi. testa. l. fin. §. si tamen. sed & paganicis ita demũ si decessit nõ in militia, aliás posset testari ut uellet. C. de testa. mili. l. milites. Accur.

o Accepit. Destinatione defuncti, nõ re ipsa.

p Eiusdem. Id est, alicuius, cuius pars repudiata etiam inuito accrescit: ut C. de ca. tol. §. his ita. hic autem duæ sunt: ut s. de mili. test. l. si certarum. §. Iulianus.

q Intestati. Et ita patrono ab intestato: ut s. de mil. testamen. l. si duobus. & C. de testa. milit. l. 1. & 2. Sed uidetur accrescere Titio: ut s. de mil. test. l. idemque ẽ. Sed illud obtinet cũ unus solus est hæres institutus extraneus, non cum milito: ut C. de test. milita. l. 1.

r Titius. Si ut legitimus ab intestato paganica possideat.

t Manumissorem. Petentem per unde legitimi, & per bono. poss. hæreditatis pe. & accipe j. in bonis cæteris, scilicet paganicis quæ nondum &c. id est, quę non erant adita ex testamento, cum nihil Titio auferatur, scilicet de castrensibus.

* In P.F. non potest inuitare manumissorem cũ Titio nihil auferatur in cæteris bonis &c.

f Irrogatur. Ut exhæredatus mala mente non habeat contra tabulas.

g Non obliteratur. Id est, non deletur. sic C. de apostatis. l. 2. qui secus si a Deo adoptetur: quia omnis macula abstergitur: ut in authentica, de monach. in prin. col. 1.

h Paulus notat. Corrigens prędicta.

i Venit. Ut filij filius.

k Quod amisit. Amisit enim ut filius.

l Patrono. Verba ueteris legis. Azo. & dic quòd mater, & filius manumiserunt seruum cõmunem. Sed cõtra hæc, quæ dicit Paulus infra de uerborum signific. l. sciendum. §. item. Solu. ibi. Item cõtra supra de cõtra tabu. l. sub condi. § si. So. ibi. Item contra in eo. tit. de contra tab. l. pen. in fine. Sed expone ut ibi. Itẽ contra supra de cond. & demon. l. fideicõmissum sed alio casu

t Bonorum poss. Unde liberi, quæ est prima inter eas quę deferuntur ab intestato.

u Accipere posset. Unde legitimi.

x Et sine dubio. Altius exorditur. & concor. j. de iure fisc. l. edicto. §. cum ante. & de adul. l. 2. §. fin. & l. seq. & l. si maritus. in prin.

y Non intelligitur. Sic supra de acquirenda hæreditate. l. filius. & de inofficio. testamen. l. filio. in fi. & de tut. & cur. da. l. Seij.

a Sed & si patrono. Redit ad primum.

a Controuersia. Suppositi partus.

b Dicendum. Ut differat, uel ut ei data non ualeat. & hoc probat planè. &c.

[a] Habere potuit. Vt & supra de contra tabul. l. sed & si decesserit.

IVlianus putat. CASVS. Libertus instituit quendam pro dimidia: & alium pro alia dimidia: quendam substituit. dum deliberaret institutus, & substitutus, patronus petijt contra tabul. si non adiuit hæredi. patronus succedit ab intestato contra tab.

[b] Pro parte dimidia. In alia Sei fuit institutus: sed soli Titio patronus fuit substitutus.

[c] Eo. Scilicet Titio.

[d] Accepit. Et sic contra Titium, & Seium.

[e] In possessionem. Secundum tab. quæ excludit contra tab.

[f] Auferantur. Vt i. eod. l. si libertus sub condi. qui habet secundum tab. ut s. de secun. tab. l. 2. §. si sub condi. Sed uidetur hunc amodo ex iudicio non admitti qui petit contra ta. ut s. eo. l. in seruitutem. §. si quis bonorum. Respō. hic fit, ne fiat præiudicium cohæredi.

SI patronū. CASVS. Tu patronū instituisti ex debita portiōe. rogasti eum, ut alicui daret fundū pure, & ei legatum sub conditione a cohærede reliquisti: certè nō tenetur patronus legatū a se relictū præstare nisi adueniente conditione sui legati.

Patronus. Si patronus instituitur hæres, & ei legatur seruus, ut habeat portionem: certè nō petet contra tab. Item libertus dedit debitam portionem patrono: postea auctū est patrimoniū eius an patronus possit plus petere? certè nō: nec ideo poterit conqueri, quod non habet legitimā portionem.

[g] Instituas. Tu libertus.

[h] Eique. Patrono.

[i] Leges. Id est, per leges a cohærede.

[k] Fideicommissum. Fundi pure relicti. quod nunc fit condi-

res per appellationē extracta esset: defuncta medio tēpore patroni filia, quam libertus hæredē instituerat, filio mulieris seruauit diuus Marc eā partē bonorū, quam filia patroni uel iure itestati, si uixisset, hēre potuit. [a]

Idem libro xiiij. quæstionum. XLIII.

IVlianus putat patronū, qui Titio pro parte dimidia [b] hærede instituto, substitutus eō [c] deliberante bonorum possessionē contra tabulas accepit, [d] si postea Titius nō adierit hæreditatē: nihil ei, qui adijt hæreditatē, abstulisse: nō magis, quā si sub cōditione fuisset institutus. igitur Titio deliberāte, res i incerto erit, utrū ne semis ex substitutiōne in possessionē [e] cōuertat, an Titio adeunte singulis hæredib partes debitæ auferantur. [f]

Paulus libro quinto quæstionum. XLIIII.

SI patronum ex debita portione hæredem instituas, [g] & purè roges fundum dare, eiq; [h] sub conditione tantūdem leges: [i] in conditionem fideicommissum [k] redigitur: erit tamē & hic qđ moueat. onerabitur enim patronus satisdatione fideicommissi. Sed dicendum est ab eo fideicōmissatio cauēdum, a quo patrono legatum est, ut undique patronus suum ius habeat imminutum.

Patronus hæres institutus, legato ei seruo, p quem suppleret debita ei portio, non petet contra tabulas bonorum possessionē, quanuis seruus clausis tabulis decesserit. [l] Si ex bonis, quæ mortis tempore fuerūt, debitam partem dedit libertus in hæreditate, uel legato, seruus tamē post mortem liberti reuersus ad hostibus augeat patrimonium: non potest patronus propterea queri, quòd minus habeat in seruo, quā haberet, si ex debita portione esset institutus. [m] Idē est & in alluuione, cū satisfactum sit ex ijs bonis, quæ mortis tempore fuerunt. Idē & si pars legati liberto relicti ab eo, [n] cui simul datum erat, uel hæreditatis, [o] nunc illis abstinentibus adcrescat.

Idem libro nono quæstionum. XLV.

SI patronus ex sexta, [p] & seruus eius ex reliqua parte [q] sit hæres institutus: nec ex serui portione fideicōmissum debetur. At si seruus duntaxat hæres institutus est: puto nec hic ex debita portione præstandum.

Idem libro tertio responso. XLVI.

PAulus respondit. Patronus, qui deceptus falsum iudicium testatoris secutus est: bonorum possessionem cōtra tabulas testamēti liberti petere non prohibetur. [r]

Idem libro xj. responsorum. XLVII.

PAulus respondit, exhæredationem ne-

tionale & facit supra de leg. 1. l. quidam. §. pen.

[l] Decesserit. Nam tempus mortis inspicitur: ut supra eod. l. a §. 1. & j. prox. §.

[m] Instituens. Facit supra ad leg. Falc. l. serui qui.

[n] Ab eo. Cohærede a quo &c.

[o] Vel hæreditatis. Nam etiam hæredi hæredis accrescit: ut C. de cadu. tol. in §. his ita.

SI patronus. CASVS. Patronus est hæres institutus ex sexta parte: ex residua seruus eius. nunquid propterea poterit grauari patronus legatis & fideicom. sic, ut nō diminuatur eius legitima portio. hoc dicit. Viuianus.

[p] Ex sexta. Quæ non facit tertiam patrono debitam.

[q] Ex reliqua parte. Patrono debita, quę est tertia.

PAulus CASVS. Si patronus per errorē iudicium liberti, quod credebat uerum, approbauit: non propterea repellitur a contra tabul. bono. possess. Sic & filius qui deceptus approbauit iudicium paternū. s. de inoff. testa. l. nihil. Viuianus.

[r] Non prohibetur. Vt & s. de pet. hær. l. legitima. Sed contra j. si quid in frau. pat. l. 1. in prin. Solu. ibi errauit in iure: hic in facto.

PAulus. CASVS. Exhæredatio facta a patrono de nepote non mala mente, nō nocet nepoti, alias noceret, & repelleretur a bo. possessione contra tab. libertorum aui.

Quæro. Quædam Titia dicebat, iā pr meus mittebat mihi tota die literas, quibus conquerebatur, quod a libertis ueneno appetitus eēt. an si eas literas secuta filia accusat libertos de morte patris, repellitur a contra tabul. pos. Accedit sup. ad Syl. l. si quis. §. 1.

Patroni. Si filius patroni misit liberto suo epistolam dicens

poti, quæ non notæ gratia, a sed alio consilio adiecta esset, nocere ei nõ oportet quò minus contra tabulas libertorum aui bonorũ possessionẽ petere possit.

Quæro an si Titia patroni filia iactaret Titiũ patrem suũ prius, quàm moreret, literas ad se fecisse, quibus adijceret, se per libertos suos maleficijs appetitũ: easque literas secuta post mortẽ patris libertos accusaret: an aliquid ei prodesse b possit hæc c accusatio? Paulus respõdit, eam, quæ ex uoluntate patris accusauit, non debere repelli a bonorũ possessiõe cõtra tabulas: quoniã nõ suum iudiciũ, sed alienum * secuta sit. c Patroni filius epistolam talem liberto emisit: Sepronius Zoilo liberto suo salutem. Ob merita tua, fidemque tuam: quã mihi semper exhibuisti, concedo tibi liberam testamenti factionem. Quæro, an patroni filio nihil relinquere debeat? Paulus respondit, eum libertum, de quo quæritur, liberam testamenti factionem consecutum non uideri. d Paulus respondit, nepotem etiam post mortem aui conceptum superstite liberto, bonorum possessionem contra tabulas auiti liberti e petere posse, & ad hęreditatẽ eius legitimam admitti. responsum enim Iuliani tantum ad hæreditatem legitimam, item ad bonorum possessionem aui petendam pertinere. Paulus respondit, Quamuis filij a patre milite præteriti pro exhæredatis habeantur: f tamen non eousq; silentium patris eis nocere debere, ut & a bonis libertorum auitorũ repelli debeant. Idem responsum est etiam de bonis libertorũ paternorum. g

Scæuola libr. secundo respon. XLVIII.

Quæro de eo, qui libertum effracturę crimine accusauit? Respõdi: Si eiusmodi effracturæ crimine accusatus sit, ex quo, si probaret, in metallũ h datus esset: denegandam bonorum possessionem.

Paulus lib. tertio sententiarum. XLIX.

Liberto per obreptionem adrogato, ius suum patronus i non amittit. †

Triphoninus lib. xvij. disputationum. L.

Nihil interest, ipse patronus scriptus hæres ex minore parte adierit hæreditatem, an seruum suum scriptum iusserit adire hæreditatem, quã retinet. nihilominus enim repulsus erit a contra tabulas bonorum possessione. Si tamen antè quàm iuberet liberti hæreditatem adire, seruum uendiderit, k aut manumiserit: & ita ipse nouus libertus, aut emptor heres extiterit. Verbis edicti non prohibet patronus accipere contra tabulas bonorum possessionem. l Sed nunquid prætor ei denegare possessorias actiones debeat, si fraudem edicto eius facere uoluit, ut pretio uberiore percepto, uel tacita pactione etiam hęredita

---

eã sic, quia semper fuisti obsequios⁹ erga me, permitto tibi liberam testamenti factionẽ. nũquid ex hoc assequetur liberam testamenti factionẽ? Resp. quòd non. Paulus respon. Nepos aui sui uocatur ad bon. pos. contra tabu. liberti si ab eo inutilitè exhæredatur. Paulus resp. Si filij præteriti sũt a patre milite, habentur pro exhæredatis. tamẽ ista præteritio non excludit eos a bonorum pos. contra tab. liberti.

a Notæ gratia. Id est, non mala mẽte, ut & ĩ. eo. l. si patronus. §. fi. & ĩ. ad leg. Falc. l. qui fundum. §. qui filios. & infra de assig. li. l. 2. §. sed & si exhæredato. & supra solut. matri. l. si uero. §. si filium.

b Prodesse. Id est, non nocere.

c Secuta sit. Ut & supra eodem. l. qui cũ maior. §. fi.

d Non uideri. Ut C. eo. l. fi. contra. Solut. ibi. & facit ĩ. eo. l. etiam. §. 1. & 2. & ĩ. nequid in loc. pu. l. 2. §. si quis.

e Liberti. Sed non aui, ut subijcit. & in sti. de hæred. quę ab intesta. §. cũ autẽ. & est ratio: quia ad hoc ut quis admittatur per unde liberi, oportet quòd sit de liberis. uel si per unde agnati. quòd fuerit agnat⁹, & sic cognatus: ut infra de suis & legi. l. Titius. & unde cognati. lege 1. §. quis proximior. in fin. & ad bona liberti admittitur et qui nunquã fuit eius cognatus.

f Habeantur. Ut C. de test. mili. l. sicut.

g Paternorum. Supra eo. l. si patronus. in prin. contra. Solut. ibi.

Quæro. CASUS. Patronus, uel ei⁹ filius libertũ suũ de effractura accusauit. nũquid repellitur a cõtra tabul. sic, si accusatio fuit talis, de qua debeat in metallum damnari. Viu.

h In metallum. Ut quia nocturni: ut infra de effra. l. fin.

Liberto. CASUS. Si tu furtiuè arroga libertũ meum, propterea nõ perdo ius meũ, nec repellor a contra tabu. bo. pos. Nã libertus alienus nõ debet arrogari sine patroni uolũtate. ĩ. de adop. l. si pr. §. ni. Viu.

i Non amittit. Ut supra de in ius uoc. lege, sed & si. §. patronum.

Nihil interest. CASUS. Si patronus institutus sit hæres a liberto: licet ex minori parte, nõ admittitur ad cõtra tabu. similiter & eius hæres. Vnũ sciatis: si patronus institutum a liberto seruũ suum antequam iubeat hæreditatem adire uendiderit, uel manumiserit, nõ repellitur a contra ta. nisi hoc in fraudem edicti fecerit, ut & pretium serui, & bono. possess. acciperet: nam tunc repellitur. Sed si scriptus est filius patroni, & adiuit uoluntate patroni: patron⁹ repellitur.

Si patronus. Patronus fuit institutus ex debita portione, rogatus fuit hæreditatem restituere. dixit hæreditatem suspectam. coactus fuit adire, & restituere, nunquid repellitur a contra ta.? Respon. quòd sic.

Si deberet. Patron⁹ debet liberto certam quãtitatem pecuniæ. libertus reliquit ei liberationẽ. ille suscepit liberationẽ uel pacto, uel acceptilatione. nunquid uidetur eius iudiciũ agnouisse? sic: & ideo repellitur a contra ta. Viu.

k Seruum uendiderit. Patroni, institutum a liberto.

l Bonorum possessionẽ. Quia alius est hæres, non ipse.

† Cõcor. e. & si illi. ibi, Impiũ enim est ut qui res suas Ecclesię Christi non cõtulerit, dãnum inferat: & ius ecclesię alienare cõtendit. tales igitur libertos successor episcopus absque ulla appositione ad ius ecclesię reuocabit. quia eos nõ æquitas, sed etiam improbitas absoluit. Et glos. in uerb. reuocabit. 12. q. 2.

* In P.F. excusatio.

* In P.F. executa.

a Cōmodum. Quia plus ueudidit, quā est institutus. Accur sius.
b Faciliorque. Scilicet est.
c Patronum habere. Scilicet hæreditatem. quasi enim habet pater, cum habet filius.
d Ex uoto. Vt infrà unde libe. l. scripto. & de bo.dam.l.eum ratio.& ī.de inof.testamen.l.nam & si.
e Patronl. Mortui. Accur.
f Quem. Filium patroni.
g Hæredem. Patri adoptiuo.
h Hæres. Liberti. Accursius.
i Vt patris. Scilicet adoptiui.
k Bonorum possessionē. Facit ī. de lega.præst.l.filium.§. omnibus.

SI eūdē. CASVS. Accusaui libertum paternū de crimine capitali per calumniā.non potero uocari ad contra tabul. ut dixit Labeo. sed uidetur contra: quia Paulus contra dicit. Accusauit quēdam seruum de crimine capitali: ille ē factus libertus patris mei. nunquid uocabor ad contra tabu. eius? & certè nihilominus. Viul.
l Et tu filius patroni.
m Manumisit. Scilicet ante.nam dicit libertum.
n Imò contra. Scilicet quandoque: ut probat. Acc.
o Seruum. Scilicet alienum.
p Factus fuerit. quia fortè emit. nō enim facile poterat desistere,ut ar.ī. e.l.qui eum maior.§. 1.

DE LIBERTIS municipio &c.

ADDITIO. De libertis singulorum personarū superiori dictum est. uerum quia aliqui sunt liberti uniuersitatū, ponitur huiusmodi titu. & quod tus habeat uniuersitas in eis,uideamus. Viuianus.

tis ex institutione delatæ commodum [a] & bonorū possessionis contra tabulas haberet? Facilior que[b] suspicio per filium scriptum hæredē,quāuis emācipatum adeuntem, liberti hæreditatē ipsum patronū habere: [c] cum omnia,quæ nostra sūt, liberis nostris ex uoto [d] paremus. Si tamē adhuc clausis tabulis testamēti liberti (cum ignoraret iudicium eius patronus) eorum quid, quæ supra scripta sunt, circa institutum subiectū iuri suo fecit: amota fraudis suspicione, suo iure in bonorum possessione cōtra tabulas utetur.

[e] Si patronus ex debita portione a liberto scriptus,rogatusque hæredi tatem restituere, suspectam dixerit: & compulsus adire, cum retinere posset,restituerit:nō poterit contra tabulas accipere bonorum possessionem:& quia agnouit iudicium liberti, & quia spreuit, & quasi damnauit eā possessionem. Longè distat ab hoc patroni [f] filius,quem [g] libertus adrogauit, & ex minore parte hæredem [h] scripsit, cum nemo ex familia patroni alius esset. quāquam enim hic ipso iure, q̄ppe suus, hæres [h] deprehendatur: si tamen se non immiscuit hæreditati ut patris, [i] sed abstinuit quasi patroni: tamē filius admittendus est ad contra tabulas bonorum possessionem.

Si debenti patrono certam pecuniam, liberationem libertus reliquit, isque usus est aduersus hæredem petentem debitū exceptione doli,aut acceptilatione liberat[k] est de bito proper legatū: dicendū est,eum nō posse accipere cōtra tabulas bonorum possessionem. [k]

Labeo libr. j. pithanon a Pau. epi. L I.

SI eūdem libertum, & tu[l] capitis accusasti, & pater tuus manumisit: [m] non poterit sibi eius liberti bonorū possessio ex edicto p̄toris dari. Palus. imò cōtra[n] accedit,si quē seruū [o] accusaueris, deinde is patris tui fuerit [p] factus, & is postea eū manumiserit.

TITVLVS III.

DE LIBERTIS municipum,& aliarum uniuersitatum.

Vlpianus libro xlix. ad edictum. I.

MVnicipibus[q] plenum ius ī bonis libertorū, libertarum que deferē: hoc est, id ius quod etiā patrono. Sed an omnino petere bonorum possessionem possint, dubitatur. Mouet enim, quòd consentire non possunt: [r] sed per aliū [s] possunt petita bonorum possessione ipsi adquirere. Sed qua ratione senatus censuit,ut restitui eis ex Trebelliano hæreditas posset, [t] qua ratione alio senatuscon sulto [u] hæredibus eius institutis a liberto, adquirere hæreditatem permissum est: ita bonorum quoq; [x] possessionem petere dicendum est: temporaq; bonorum possessionis petēdæ cedere municipibus exinde, ex quo decernere de petenda poterunt: [y] quod & Papinianus respondit.

Municipi bu. CAS VS. Municipes alicuius municipij manumiserunt seruum suum cū iuris solennitate, ualet. & q̄d ius priuatis in suis libertus datur. idem eius municipes habere possunt: & sic bonorum posses. tā de legitimis, & succedere ab intestato: Vnum sciatis, si municipes non petunt intra tempus, quod debetent,excluduntur. Viuia.
q Municipibus. Id est,ipsi uniuersitati.
r Non possunt. Scilicet facile secundū Ioan.ut ī.de ori.iu. l.2.§.deinde quia difficile. Azo.& sic intelligit ī. de acqui. pos.l.1.§.si.& ī.d do lo.l.si ex dolo. §.1.
s Per aliū. De hoc non est dubium: ut infra de acquirenda posse.l.2.
t posset. Vt supra ad senatuscon. Trebel.l.omnibus.
u Senatuscōnsulto. Cuius uerba nō habemus. sed facit C. de here. instit.l.hæreditatis. item & legitime deferunt patrono hereditas liberti: ut infra de suis & legi.l.3.§. si municipes.
x Et bonorum quoque. Vt & supra de bon.posses.l.3. .s municipibus. & facit supra de arbit. l. item si.§. principaliter.
y Poterunt. Eligēdo, & decernendo syndicum uel actorem.

* In F.P. de libertis uniuersitatum.

DE- *Aliàs,& quia.

DE ASSIGNANDIS LIBERTIS.

ADDITIO. Quia liberti, de quorum operis, & bonis, & quorum iure patronatus dictum eſt, plerunq; aſſignantur, ponitur tit. de aſſig. lib. a patre inter liberos. nã aliquando habet pater plures liberos, & vult vni aſſignare libertum ſuum, quod facere licet: & ideo dicit tit. de aſſig. lib.

Senatuſconſulto. CASVS. Fuit factum ſenatuſcõ. temporibus diui Claudij quo cauetur, vt liceat patri inter liberos libertos aſſignare, & ſunt verba ſenatuſcon. talia: Si pater habet plures liberos, & velit vni ex liberis aſſignare libertum: poteſt facere inter viuos, & in teſtamento: & non ſolum aſſignare vnũ, imo plures. & licet ſit locutum ſenatuſconſul. in ſingulari numero, vt poſſit aſſignari, ſ. filio: tamẽ pater filijs ſuis aſſignare poteſt verbo pluralis numeri. aſſignare etiam poteſt verbo, nutu, & teſtamento, & codicillis. filio exhæredato poteſt aſſignare. ſed ſi prius aſſignaret, & poſt exhęredaret mala mente: non valet: ſed ſi aſſignauerit filio, & ipſe repudiat, admittuntur fratres. ſed ſi aſſignauit vni vnum, alteri duos: valet. & ſi aſſignauit vni, & deceſſit: alij filij vocantur, ac ſi non eſſet facta aſſignatio vni. hoc dicit lex iſta cum lege ſequenti, & princ. l. ſequ. Viu.

a Claudianis, id eſt tempore ipſius Claudij.

b Ruſo. Hic vocatur Velleius Rufus. ſed Inſti. eo. §. fin. Sabellius Rufus.

c De liberto. Sub. & de liberta.

d Is cave. Iſta duo pronomina ad liberto; referuntur. & omitte hic, & iunge infra, conſecutus conſ. &c. & media lege prius.

e Eſſe deſiſſet. per mortem naturalem, vel ciuilem, vt deportationem: vt not. ſ. eo. l. 3. in fi.

f Ex liberis quis. Scilicet, is cui eſt aſſignatus, deceſſerit: vt Inſt. eo. §. 1. & ſ. de bo. lib. l. etiam. §. ſi capitis.

g Aſſignari. Et vendi, & promitti: vt ſ. de actio. emp. l. fi. & legari: vt ſ. de leg. 1. l. id quod. & facit ſ. fam. erciſ. l. propter, & de acquir. hær. l. ſi ſeruum.

h Aſſignare. Ad hæc, & ſequentia facit infra eod. l. aſſignare, & l. fin. & Inſtit. eo. §. fin. & ſ. de ſupel. lega. l. Labeo. in fin. & C. de fideicom. l. & in epiſtola. Accurſius.

i Sed ſi exhæredato. Facit ad hæc & ſequẽtia ſupra de bo. liber. l. Paulus reſpõdit exhæredationẽ, & ſupra de bon. poſ. contra tab. l. non putauit. §. ſi quis.

k Eorum. Duorum.

l Excluditur. Hoc ideo: quia in capita diſtribuitur hæreditas: vt Inſt. de ſuc. li. §. multis. & ſ. tit. 2. l. ſi libertus præterito. in fi. & dic vtrum que patronum mortuum ne ſit contra ſ. eo. l. ſi ex duobus.

m Frater eius. Cui fratri nõ eſt aſſignatus.

n Hæreditatem. Liberti.

o Capite minutus. Maxima, vel media diminutione: alias ſecus: vt ſupra tit. 2. l. ſi libertus præterito. in princ. & l. patronæ filia. imò etiam minima ſi emancipetur: vt Inſtit. eo. §. vnde quæritur.

p Sed ſi is. Et fratre. patrueli. Azo. & ſub. ſcilicet, nec habeas ibi copulam, imò conſanguineo. H. & habeas hic copulam, & alterius &c. & vtraque bona.

q Nepotem. Scilicet filium decedentis.

r Quem. ſ. ſemiſſem eſt habiturus.

ſ Filius. ſ. alter, cui non fuit aſſignatus.

In P. Fl. quandoq; is. i. quandocunq;. Ant. Aug. Emen. 3. cap. 7.

Cõcor. gl. in verſ. recta. ibi, aſſignare autem fit verbis, nutu, teſto, vel codicillis. cap. appell. de appel. li. 6.

Imò potius ad liberos, vt referatur ad id quod ſubiungit ſolus ei patronus, ſolave patrona eſſet &c.

TITVLVS IIII.

DE ASSIGNANDIS libertis.

Vlpianus libro xiiij. ad Sabinum. I.

Senatuſconſulto, quod factum eſt Claudianis [a] temporibus, Vello Ruſo, [b] & Hoſterio Scapulo conſulibus, de aſsignandis libertis in hæc verba cauetur. Si quis duos, pluresve liberos iuſtis nuptijs quæſitos in poteſtate haberet, de liberto, [c] libertave ſua ſignificaſſet, cuius ex liberis ſuis eum libertum, eamve libertam eſſe vellet: is, eave, [d] quando is, qui eũ, eamve manumiſit inter viuos, vel teſtamento, in ciuitate eſſe deſiſſet, [e] ſolus ei patronus, ſolave patrona eſſet, perinde atque ſi ab eo, eave libertatem conſecutus, conſecutave eſt: vtique ſi ex liberis quis [f] in ciuitate eſſe deſiſſet, neq; ei liberi vlli eſſent: cæteris eius liberis, qui manumiſiſſet, perinde omnia iura ſeruentur, ac ſi nihil de eo liberto, eave liberta is parens ſignificaſſet. Quamuis ſingulari ſermone ſenatuſconſultum ſcriptum eſt: tamen & pluribus liberis, & plures libertos, libertasve poſſe adſignari [g] certũ eſt. Is quoq; libertus, qui apud hoſtes eſt, adſignari põt. Adſignare [h] autẽ quis poteſt quibuſcũq; verbis, vel nutu, vel teſtamento, vel codicillis, vel viuus adimere adſignationẽ etiã nuda voluntate poterit. Sed & ſi exhæredato [i] filio libertũ quis adſignauerit: valet adſignatio: nec nocet ei nota exhæredationis, quantũ ad ius patronatus. Sed & ſi poſt adſignationẽ fuerit exhæredatus: nõ ſemper exhæredatio adimet adſignationem: niſi hoc animo facta ſit. Sed ſi is, cui adſignatus eſt, repudiauerit: puto verius (quod & Marcellus ſcribit) poſſe admitti fratrem eius. Si ſit ex vno patrono filius vnus, ex altero duo, & vni eorũ [k] libertus adſignatus ſit: videndum, quot partes fiant hæreditatis liberti: vtrum tres, aut duas habeat is, cui adſignatus eſt, id eſt, ſuã, & fratris: an verò æquales partes fiant: quoniam per adſignationem alius excluditur. [l] Et Iulianus libro lxxv. ſcripſit, magis eſſe, vt beſſem hic habeat, qui fratrẽ excludit. quod verum eſt, quãdiu frater eius [m] viuat, vel admitti potuit ad legitimam hæreditatem. [n] cæterum ſi fuerit capite minutus: [o] æquales partes habebunt.

Pomponius libro iiij ſenatuſcon. II.

Sed ſi is, cui adſignaſſem, deceſsiſſet relicto filio, & fratre, [p] & alterius patroni filios ſemiſſem habiturum eum nepotem, [q] quem [r] eſſet filius [ſ] meus is, q vivit, habiturus, ſi ego eum li-

Aſſignaſ-

bertũ non adsignassem. a

Vlpianus libro xiiij. ad Sabinum. III.

IDem erit dicendum, & si is, qui filiũ, & nepotem b habebat, nepoti libertũ adsignauerit. admittetur nepos c ad legitimam hæreditatem, d licet sit alterius patroni filius. & hoc contingit patrui e vita. cæterùm si ille non esset: nihil ei prodesset adsignatio ad deminuendũ ius alterius patroni filij. f Posse g autẽ & nepoti adsignari certũ est: & præferri filio nepotem adsignatoris cõstat: vnde quæri poterit, an si filium habeat, & ex eo nepotem: posit (quasi duos habeat i potestate) ius senatusconsulti inducere? In qua specie cùm placeat h etiam ei, qui in potestatẽ recasurus est, adsignari: quare non admittimus, cum vtrunque i esse in potestate negare non posimus? An autẽ k ad legitimam hæreditatem admitti posit is, qui in potestate est, tractari poterit. Et cum multi sint casus, qnibus & libertum habere, qui in potestate est, posit: cur nõ hoc quoque admittendũ erit, vt per eum pater ad legitimæ hæreditatis admittatur emolumẽtum? quod & Pomponio rectè videtur. Habent autem libertos etiã filijfamilias: vt puta si castrensem l * seruũ eorum manumiserit. Emancipatos m quoque filios eius, cui adsignatus est libertus, habere commodum senatusconsulti puto: non vt ad legitimam n hæreditatẽ admittantur, sed ad ea, q̃ possunt. Secundum quod liberto intestato defuncto, quoniam ad legitimam hęreditatem admitti non possunt: o videndũ, ne admittatur filius adsignatoris in familia remanens, an non. Et puto emancipatos per prætorem præferendos. p Liberos autem eius, cui adsignatus est, accipere debemus non solum filios, verum etiam nepotes, & neptes, & deinceps descendentes. Si quis duobus adsignauerit libertũ, & alter in ciuitate esse sine liberis defierit, q alter non.

Pomponius lib iiij. Senatusconsul. IIII.

VEl r viuus s ad se hæreditatem liberti t pertinere noluerit.

Vlpianus libro xiiij. ad Sabinum. V.

VTrum portio eius, qui in ciuitate esse desijt, vel repudiauit, in familiam redeat? an verò ei potius adcrescat, in cuius persona durat adsignatio? Et Iulianus lib. lxxv. scripsit, adsignationem in huius solius persona locum habere, & solum admittendum. quod verum est. * Quod si nõ sine liberis decesserit, an cum viuo admittatur? Et puto adhuc solum admittendum: defuncto autem eo, liberos alterius succedere: non in familiam libertum redire. Sed si ex duobus istis alter filios, alter nepotes reliquerit: an simul ad legitimam hæreditatem admittantur? Et puto u ordinem inter eos faciendum.

Martianus lib vij. institutio. VI.

SI seruus liber esse iussus fuerit, & filio legatus, deinde testator viuus eum manumiserit: ad filium libertus quasi adsignatus pertinet: hoc ita est, siue expressum sit,

a Assignassem. Patet q licet filius alterius patroni deberet præferri huic nepoti: vt s. titu. 2. l. si libertus præterito. §. j. tamen hic nepos retinet per patruum, licet sibi patruus habere non possit. sic j. l. proxi. sed si hic filius non viueret, alterius patroni filius præponeretur nepoti meo.

b IDem erit dicendum. Nepotẽ. Ex altero filio.

c Nepos. Cui assignatus est libertus.

d Hæreditatem. Liberti.

e Patrui. Qui & patronus erat, sed non succedebat prohibẽte assignatione facta in filio alterius fratris. H. idem si viuat suus pater: vt j. proxi.

f Patroni filij. Præponeretur etiã ei alterius patroni filius.

g Posse. Repetit prædicta vt addat ibi, vnde &c. & facit Insti. eo. §. nõ tãtum,

h Placeat. Assignanti.

i Vtruoque. Id est, patrẽ eius, & filium.

k An autem. Licet assignatio tenet de nepote viuo patre nepotis, dubium tamen erat an succedat: & dicit q̃ sic. & probat per similia. & facit s. de bo. lib. l. si libertus præterito. in prin.

l Castrensem. Vt s. de bo. lib. l. si filius. idem hodie in aduẽtitia causa.

m Emãcipatos. Exponit quod dixit s. l. 1. §. vtique. ibi, neque. n. liberti &c.

n Ad legitimã. De iure ciuili, sed p prætorem: vt infra statim sequitur.

o Non possunt. Scilicet emancipati.

p Præferendos. Prætoris iure.

q Si quis duobus. In § isto cum duabus ll. sequ. dicitur, pater libertũ suum duobus ex filijs suis assignat: alter est deportatus sine liberis, vel repudiat hæreditatem liberti, remanet alter in ciuitate, & liberti hære. non repudiat. nunquid portio illius accrescit alteri? sic: nam ista assignatio est intelligenda, si ambo viuãt in ciuitate, ambo sunt patroni. sed si alter deportatur, & alter moriatur cum liberis, eius liberi vocantur ad hæt. liberti. Viuianus.

q Defierit. Morte naturali vel ciuili, vt deportatione. nã & tũc liberti remanent liberis ad succedendum: vt no. j. de inter. & re. l. 3. §. 1.

r VEl viuus. Patronus.

s Liberti. Mortui. nam in vita non tenet repudiatio: vt s. de acq. hær. l. qui superstitis.

t VTrum. Familiã. Patroni.

u Et puto. Nota ius accrescendi mirabile. nã aliàs post ius acquisitũ cessat ius accrescendi in vsufr. vt s. de vsufr. ac. l. 1. §. fin. & facit Instit. de leg. §. si ea. & C. si soc. lib. im. l. 1. lib. 10. Sed contra Inst. eo. §. datur. So. refert vni eorum assignauerit: vt tunc eo decedẽte ad eius liberos: vt ibi, an duobus: & tunc altero deficiente ad alterũ, alterius sobole exclusa. Accursius.

SI seruus. C. A. S. V. S. Testator seruũ suum iussit liberum esse. eundẽ filio suo legauit. post ea eũdẽ manumisit: nũquid ad filiũ, tanquã assignatus pertinebit? certè sic. Viu. Intelle-

* Io P. Fl. seruũ eorum quis manumiserit.

* Sic legẽdũ est: inesti in P. Fl. ex, viuus, factũ sit, cum, porro q̃ hic legũ nolunt, Hal. scripsit voluerit, sed præposita negatione: vide Ant. Aug. emẽd. lib. 3. c. 17.

* Sic I P. F. Hal. autem scripsit, q si sine liberis decesserit. sed nõ rectè.

vel certè intellexerit, [a] nō quasi seruum eum legasse, sed quasi libertum adsignasse.

Scæuola libro viij. regularum. VII.

ADsignare & purè et sub conditione, & p epistolā vel testationē, vel chirographum possumus: qa adsignatio liberti neq; quasi legatū, neq; quasi fideicōmissum pcipit: deniq; nec fideicommisso onerari [b] potest.

Modestinus lib. vij. differentiarum. VIII.

Liberi patroni (quamquam & ipsi in plerisque causis manumissoris iure censentur) tamē libertū paternum liberis suis adsignare non potuerunt, [c] etiam si eis à parente fuerit adsignatus. idq; & Iulianus, & Marcellus probant.

Idem libro ix. pandectarum. IX.

Vtrum ei tantùm, qui in potestate sit, an etiam emācipato filio assignare libertum patronus possit, si modò non pauciores, [d] quàm duos præterea in potestate habeat, dubitari solet. Et magis est posse. [e]

Terentius Clemens libro xij. ad legem Iuliam & Papiam. X.

Svb conditione vel in diem liberto adsignato, interim pēdente die, vel cōditione omnia perinde obseruabuntur, acsi adsignatus nō esset, itaq; mortuo eo, interim ad omnes liberos hereditas, & bonorum possessio pertinebit. Si vni purè, alij sub conditione libertus adsignatus sit: eum, cui purè adsignatus sit, pendente conditione solum [f] patroni ius habere, dicendum est.

Papinianus lib. xiiij. responsorum. XI.

Alimentorum causa libertos filijs attributos, filijs adsignatos non videri, respondi: cùm ea ratione libertis consuli patronus voluerit, quò facilius voluntatis emolumētū consequantur [g] saluo iure communi. [h]

Pomponius libro xij. epistolarum. XII.

Si ex duobus patronis alter eorum filio suo libertum adsignauerit: non obstat, quò minus alter patronus ius solidum [i] suum habeat.

Idē li. iiij. Sena.

Testamento [k] potest quis seruum suum manumittere, & eūdem vt libertum adsignare. De libertis, qui sunt in potestate, senatus locutus est. ergo [l] de posthumis nihil hoc senatusconsulto prouisum est. magis tamen puto etiam posthumos contineri.

---

[a] Intellexerit. Hic est tacita assignatio.

ADsignare. CASVS. Pater potest assignare libertum filio suo purè, sub conditione, & inter præsentes, & inter absentes potest: assignatus enim non percipitur iure legati vel fideicommiss.

[b] Onerari. Sic supra de leg. i. l. vidẽdum. & C. de leg. l. ab eo. & facit infra de ver. signific. l. assignare. & supra eo. l. 1. §. assignare.

Liberi patroni. CASVS. Liberi patroni licet censeantur patroni, tamen libertum patris sui non possent assignare. licet pater eis assignasset. Viu.

[c] Non potuerunt. Nec potest iudex assignare: vt s. de iure patr. l. fin.

Vtrum ei. CASVS. Et certè potest patronus assignare libertū filio, qui est in potestate eius, & etiam emancipato. Viu.

[d] Pauciores. Si enim vnum solum haberet, frustra fieret assignatio: quia solus & sine assignatione eum habiturus est. Azo.

[e] Posse. An emancipato possit assignari? Placen. sic. & dicit hic posse etiam emancipato assignari. Sed contra Instit. eo. §. datur. vbi per superuenientẽ emācipationem euanescit assignatio. sed dicit P. non esse inconueniens: vt supra de arb. l. non distinguemus. § satisdatio sed Ioan. dixit nō posse assignari emancipato per l. contrariam. & hic etiam dixit posse: scilicet filio in potestate cōstituto. & in d. l. de arb. non dicit extingui compromissum, sed arbitrum non cogi pronuntiare.

[e] Posse. Scillicet ei soli assignare, qui est in potestate, secundum Azo.

Svb conditione. CASVS. Si aliquis libertus assignatur filio patroni sub conditione, vel in diem. pẽdente die, vel condit. assignatio non sortitur effectum. quod si testator assignauerit vni pure. alteri sub condit. nunquid pendente condit. erit solus dominus cui pure assignatus. est? & dicitur quod sic. Viu.

[f] Solum. Non dicit quod habeat totum. vel illud est ideo quia ius patronatus est indiuiduum, secundum Azo. & facit supra de vsufr. acc. l. idem est. §. si mihi. & s. ad Treb. l. 1. §. sed & quoties. Sed arg. contra supra si pars hæ. pe l. a.

Alimentorum. CASVS. Patronus testamento constituit, vt libertus suus cum vno ex filijs moraretur, & ab eo aleretur: non propterea censetur libertus ei filio assignatus.

[g] Consequantur. Vt infra de ali. leg. l. a.

[h] Saluo iure communi. Quod habẽt i libertos paternos.

Si ex duobus. CASVS. Si duo sunt patroni, & quilibet habet filium: si vnus assignat libertum filio suo, non nocet alteri patrono, quin filio suo possit assignare. h. d.

Hẽat s. de op. lib. l. si duob. sec' si vnus excluditur aliter à patrono suo s. de iureiur. l. si duo.

[i] Solidum. Not. ad quæstionem de vsufru. quem habet ille qui monachatur. scilicet quod finiatur, sicut esset finitus nō facta translatione in monasterium. H. & facit s. de oper. lib. l. duorum.

Testamento. CASVS. Aliquis potest iubere seruum suum esse liberum, & eundẽ assignare vni ex liberis suis. Item dicit, quod libertum possum assignare liberis iam natis. Sed nunquid possumus etiā posthumos assignare? certè sic. Quod inquit. Dicit se nat' si libertū duobus ex liberis meis assignaui, & vnus de filijs esse in ciuitate: solus est patronus, qui remansit in ciuitate. secus si vnus ex liberis meis capitur: idq; propter ipē postliminij. potest enim ab hostibus redimi: & in ciuitatem reuersus omnia iura sua postliminio recipere. vnde non captus non erit insolidum patronus.

Ex die. Possum assignare filio libertum etiam ex die certa puta ex calendis Ianuarij. sed si vellem assignare vsque in diem certum non possum. h. d.

[k] Testamento. Facit s. eod. l. 1. §. assignare.

[l] Ergo. Bene valet hoc argumentum: vt supra, de coll. bon. l.

bon.l.fin.in fine. Accursius.

a Quod inquit senatus.s.eo.l.1.§.vtique si ex liberis.

b Vix potest. Id est, nullo modo potest. sic s. ad Vell.l. tutor. sed alias aliter: vt s. de iudic.l.vix.

c Finem. Et hoc qd quis sine liberis in ciuitate esse desinit: vt s. e.l.1.§. vtique si ex libertis.

tio est spectanda an non. Sed quid si mutuo pecuniã accepit in fraudem patroni? si donauit alteri, tenetur Fauiana actio. si autẽ scripsit se accepisse, & non accepit, locum habet Fauiana actio. Si fideiussit. Si libertus fideiubet apud me in fraudem sui patroni, uel rem obligat, ego creditor Fauiana nõ teneor: sed ille pro quo fideiussit tenetur mandati: uerum si donandi animo fideiussit, tunc locus erit Fauianæ actioni, & quod dictum est in fideiussione, idem in mandato.

Quod inquit senatus, [a] Si ex liberis quis in ciuitate esse desijsset, eum significat, qui in perpetuũ in ciuitate esse desierit, non etiam si quis ab hostibus captus reuerti possit. Ex die quoque certa adsignari potest: sed vsq; in diẽ certũ vix põt. [b] nã ipse senatus huic negotio finẽ [c] proposuit.

TITVLVS V.

SI QVID IN fraudem patroni factum sit.

Vlpianus libro xliiij. ad edictum. I.

SI quid dolo malo liberti factũ esse [d] dicitur (siue testamento facto, siue intestato libertus decesserit) quò minus, quàm pars debita [e] bonorum ad eorum quẽ perueniat, qui contra tabulas bonorum possessionem accipere possunt, cognoscit prætor: & operam dat, ne ea res fraudi [f] ei sit. [g] Si alienatio [h] dolo malo facta sit: non quærimus, verum mortis causa facta sit, an non sit. omni enim modo reuocatur. Si verò non sit dolo malo [h] facta, sed alias: tunc actori probandum erit, [i] mortis causa factã alienationem. Si enim proponis mortis causa factã alienationem: non requirimus, vtrum dolo malo facta sit, an non sit. sufficit enim docere mortis causa factam: nec immeritò. mortis enim causa donationes comparantur legatis. [k] & sicut in legatis non quærimus, dolo malo factum sit, an non sit: ita nec in mortis causa donationibus.

SI QVID IN frau. patro. &c.

ARGVMENTO. Quia patroni, & eorum liberi, quibus liberti assignantur, habent ius in bonis lib. s. de bo.lib.l.1.& plerunque liberti alienant bona in frau. patroni, aliquãdo in fraudem legis, nõ patroni: ideo ponitur titu. an liceat liberto alienare: & quo iure uideamus. circa hoc subijcio hic diuisionem. Cum alienat libertus: aut in frau. legis, aut patroni. si in fraudem legis: si minor centenario, ipso iure non ualet s. de iure pat.l. libertus. si alienat in fraudem patroni: tũc si alienat in frau. reuocat pa. j.eo.l. tenet. §.1. adhibita distin. aut alienat inter uiuos, aut in ultima uolũtate, j.l.1. in prin. & per totum. Viu.

[*] In P. F. ppositũ.

SI quid. CASVS. In prin. huius l. dicitur, libertus erat diues. patronus dilapidat totum patrimonium suum. dicebant seminãtes zizaniã liberto: Scis heu quid dicit patronus? non. Hoc scias quod patronus dilapidat suam substantiam, quia succedet tibi: dixit ille, habet istam spẽ, quod succedet mihi? quid fecit? cum haberet in bonis mille, alienauit nongenta dolo malo. nunquid subuenitur patrono? sic, & alienata in frau. suam poterit reuocare.

Si alienatio. Si libertus alienauit in frau. patroni nõ quærimus, an alienat causa mortis, uel inter uiuos. in dona. causa mortis non requirimus dolum, uel si dolo malo facta sit subuenitur patrono in alienatione dolo malo facta: siue sit alienatum inter uiuos, siue in ultima uoluntate. cætera sunt plana usque ad § utrum. ubi dicitur: Nunquid si libertus non acquirit, uidetur facere in frau. patroni? certè non. Sed si uocatus est in iudicio, & confessus est in frau. patroni, habet locum istud edictum. sed si cum posset mouere querelam noluit mouere, non habet locũ. qđ si libertus donat filiæ in dotẽ, non uidetur patronum fraudare. Quid si libertus donat uel alienat pluribus: an omnes tenentur Fauiana act. & Caluisiana? Resp. qđ sic. h.d. usq; ad §. si quis.

Si quis. Si libertus uendit in fraudem patroni, uel locat: qualiter subuenitur? datur electio emptori, uel reddere rem, uel pretium supplere. sed si emit rem maiori pretio, non datur electio patrono. Sed quid si libertus alienat rem iusto pretio, patronus non uult reuocare, quia interest eius ratione uicinitatis? nunquid ista ratio est spectanda an non. [...]

Quamuis. Si libertus alienat in fraudẽ patroni: si in parte fraudat patronum, illa reuocatur Fauiana. quid si sit indiuiduum? tunc ratione indiuiduitatis totum debet reuocari.

Si seruo. Libertus tuus dedit seruo meo aliquid in fraudẽ tuã. nunquid in me dabitur actio de eo quod iniussu tuo datum est? Respon. qđ sic. & teneor Fauiana insolidum aliter de peculio, uel de in rem uerso.

Si cum seruo. In frau. patroni cõtraxisti cũ seruo meo. seruus manumissus est. nunquid competit act. patrono? certè sic: quia inspicimus fraudem liberti, nõ manumissi. & ideo cõtra me dominum poterit dari act. de pecu. intra annum. Et hæc act. Fauiana, & Caluisiana est personalis, non realis. & competit patrono, & cæteris successoribus: competit in hæredes, & in cæteros successores. Accedit s. de pet. hær.l. quod si debet.§. pe. Si libertus. Si libertus alienauit aliqua in fraudem patroni. mortuo patrono filius eius cœpit petere contra tab. quia præteritus: nunquid poterit agere Fauiana? sic, & reuocare alienata. Vnum sciatis, in Fauiana ueniunt fructus percepti post litem contest. & fructus præteriti. h.d. cum l. seq.

† Cõcor. ca. ad nostram. ibi fraus, & dolus cui quam patrocinari nõ debẽt. extra, de empt. & uend.

d Factum esse. Alienando, uel diminuendo aliquo tempore.

e Debita. Quæ est tertia: ut Inst. de suc. li. §. sed nostra.

f Fraudi, Id est, damno, dando ei reuocatorias actiones.

g Si alienatio. Dic si alienat gratis, & dolo, reuocatur: ut hic. si non dolo ut inter uiuos, non reuocatur: ut s. de prob.l. patronus. sed in ultima uolũtate sic: ut subijcit, si uero non sit &c. si uero nõ gratis, nõ reuocat: licet quãdoq; reperetur: ut j. eo.§. si quis. & §. si mutuã.

h Dolo malo. Liberti alienantis.

i Probandum erit. Ex quo constat, aliàs non esse dolum commissum.

k Legatis. Vt & j de do. cau. mor.l. illud. quæ legata nõ debent nisi deducto ære alieno: ut s. ad Tre.l.1.§. antepe. at tertia patroni est: ut æs alienũ: ut quarta arrogatis ut j. de don.l. si patronus, & s. de inoffi. test.l. Papin.§. si quis ex his. & facit s. de iure pat.l. si libertus. I prin. & §.

Quod autem mortis causa filio [a] donatũ est, non reuocatur. nam cui liberũ fuit legare [b] filio quãtum vellet, is donãdo nõ videtur fraudasse patronũ. Omne autẽ quodcunque in fraudẽ patroni gestum est, reuocatur. Dolũ accipere nos oportet eius, qui alienauit, [c] non eius, cui alienatum est: & ita euenit, vt qui fraudis, vel doli conscius nõ fuit, cauere debeat re in fraudem [d] patroni alienata, & si putauit ingenuum, nec credidit libertinum. Aduersus eũ [†] patronũ, q contra tabulas bonorũ possessionem omisit, [e] Fauiana non competit, si non plus [f] sit in eo, quod donatum [g] est, quã pars debita patrono. Quare si mortis causa ei [h] donatum sit: partem faciet cum patrono, [i] quemadmodum legatarius patronus facit. Verum autem ad ea sola reuocanda Fauiana pertineat, quæ qs libertus de bonis deminuit: an etiam ad ea, quæ non acquisiuit, vidẽdum est. Et ait Iulianus libro vicesimosexto Digestorum, si hæreditatem libertus non adierit fraudandi patroni causa, vel legatum repulerit: Fauianam cessare: [k] quod mihi videtur verum. quamuis enim legatum retro nostrum sit, nisi repudietur: attamen cum repudiatur, retro nostrũ non fuisse palam [l] est. In cæteris quoque liberalitatibus, quas non admisit is libertus, cui quis donatum voluerit, idẽ erit probandum, Fauianam cessare. sufficit enim patrono, si nihil de suo in necem eius libertus alienauit: [°] non, si non acquisiuit. [m] Proinde, & si cum sub conditione ei legatum esset, id egit, ne conditio existeret: vel si sub cõditione stipulatus fuerit, maluit deficere conditionem: dicendum erit Fauianam cessare. Quod si in lite vinci voluit, si quidem condemnatus est data opera, vel in iure confessus: dicendum erit Fauianam locũ habere. [n] Quod si noluit obtinere, cũ peteret, hic videndum. Et puto hunc deminuisse de patrimonio. actionẽ enim de bonis deminuit, quẽadmodum si passus esset actionis diẽ abire. [o] Sed si (puta) querelam inofficiosi, quam potuit, vel quam aliam (fortè iniuriarum, vel similẽ) instituere noluit: non potest patronus ob eam rem Fauiana experiri. [p] At si transegit in fraudem patroni, poterit patronus Fauiana vti. Sed si libertus filiam dotauit, hoc ipso, q dotauit, non videtur fraudare patronum: quia pietas patris nõ est reprehendenda. [q] si pluribus in fraudẽ libertus donauit, vel plurib. mortis causa, æqualiter patronus aduersus omnes [r] in partem sibi debitam, siue Fauiana, siue Caluisiana [s] experietur.

Si quis in fraudem patronorum rem vẽdiderit, vel locauerit, vel permutauerit: quale sit arbitrium iudicis, videamus. Et in re quidem distracta [t] deferri conditio debetur emptori, [u] vtrum malit rem emptã habere iusto pretio, [x] an verò à re discedere pretio recepto. neque omnimodo rescindere debemus venditionem, quasi libertus ius vendendi non habuerit; ne fraudemus [†] emptorem [y]

& §. planè. & supra de pet. hæred. l. quod si in diem. §. idem scribit.

[a] Filio. Liberti, à liberto patre.

[b] Legare. Filius enim excludi. patronum: vt Insti. de suc. liber. §. sed nostra.

[c] Alienauit. Gratuito.

[d] Alienata. Gratis. alioqui contra ĩ. ea. §. si quis in fraudẽ. & sic in titulo lucratiuo cõuenit cum re alienata in fraudem creditorum: vt C. de ijs quæ in frau. cred. l. pen. at in non lucratiuo differt: vt ĩ. §. si quis.

[e] Omisit. Et necesse habuit omittere, cũ suam partem habeat quoquo titulo, scilicet donat. causa mortis: vt hic, & ĩ. de bo. lib. l. si patronum. § si ex bonis.

[f] Non plus. Sic ĩ. de verb. oblig. l. si ita stipulatio facta.

[g] Quod donatum. Illi patrono, duo. n. erant patroni.

[h] Ei. Alteri patrono.

[i] Cũ patrono. Qui putabat iure accrescẽdi competere sibi totum, altero repud ante: vt supra de bo. poss. l. veluti. sed hic donatarius, etsi verbo omittat, re ipsa habet debitum in donatione.

[k] Cessare. Hoc probat statim §. in cæteris. per multas rationes. & facit ad hoc, & ad ea quæ sequuntur ĩ. quæ in fraudẽ cred. l. qui autem. & de reg. iu. l. non alienat. & supra pro socio. l. nemo. §. 1.

[l] Palam. Facit ĩ. ad leg. Aquil. l. quia retro. & ĩ. de manu. vin. l. 1. & ĩ. de leg. 1. l. seruũ filij. in prin. & l. legatarius. §. 1. & de lega. 2. l. legatum. & ĩ. si cert. petat. l. proinde.

[m] Acquisiuit. Et ĩ. proxim. § cum concordantijs.

[n] Locum habere. Sic ĩ. quæ in fraud. cred. l. 3. in princ. & §. 1. & ĩ. proxi.

[o] Diem abire. Supra proxi. cum concordantijs.

[p] Experiri. Hic colligitur inoffic. querelam, & iniuriarum nõ computari in bonis ante litem contesta. vt ĩ. de iniur. l. iniuriarum.

[q] Reprehendenda. Contrarium est in debitore, qui dotat filiã in fraudem creditorum: vt ĩ. quæ in fraud. credi. l. at prætor. §. si cum mulier. cõtra quia hic de lucro patroni: ibi creditor de damno vitando certat. & facit ĩ. ad Trebell. l. mulier. §. cum proponeretur.

[r] Aduersus omnes. Sic supra de bon lib. l. si libertus. in fi. & l. in seruitutem. in fi. & l. si libertus sub condit. §. libertus. & argum. supra de pecul. l. si peculium. in princip.

[s] Caluisiana. Istæ dantur patrono: vt hic. & ĩ. de pet. hær. l. q si in diem § idẽ scribit. & infra de solu. l. qui res. in prin. & not. quatuor esse reuocatorias actiones: vt not. C. eod. l. defuncto.

[t] Distracta. Id est, vendita. sic ĩ de publie. l. si ego. §. partus Accur.

[u] Emptori. Bonæ fidei, vel malæ fidei.

[x] Pretio. Cum non emerit iusto.

[y] Emptorem. [y'] Patronus reddit pretiũ, vt hic: creditor nõ: vt ĩ quæ in frau. cre. l. si debitor. quæ est contra l Respon. hic de

† Quidš legit, aduersus cõ. patronũ, & paulò post. quare si mortis causa ei dona. sit pa. faci. & compatrono, quẽ admo. &c.

[°] Sic in P. Fl. Hal. legit, & si nõ acquisiuit.

[†] Vide Ias. Instit. de Actio. in §. item si quis, in 6. col. vbi dat etiam aliam rationẽ, tamẽ istam sequitor.

[†] Cõcor. ea. an nostram. §. quo circa. ibi, pecunia quam pro exoneratione feudi, seu etiam pro vtilitate ipsius monasterij expẽdisse noscitur: ab eisdẽ abbate & conuẽtu recepta eũ sibi fructus percepti sufficere debeant. Et gl. in verbo, sufficere post prin. extra de reb. ec. alien. vel non.

hic de lucro patronus certat: ibi de dãno creditor.

a Libertus. Tenetur: ut & s. e. l. dolũ.

b Si magno. Scilicet, pretio.

c Pecuniario. Nota sic s. de ope. ser. l. fi. Sed argu. contra j. quod vi, aut clam. l. competit. §. 1. & s. de bon. liber. l. libertus qui soluendo.

d Prodegisset. Id est consumpsisset. sic s. de offic. præsi. l. plebiscito. Sed arg. contra j. quæ in fraud. cred. l. ex his.

e Spopondit. Scilicet se redditurum, quasi accepisset: vt j. quæ in fraud. cred. l. 3. & C. de do. cau. mor. l. 1.

f Quia donationis. Vt s. de pact. l. quod dictum. Accursius.

g Quamuis autem. Sic s. de aqua pluu. arc. l. sed interdum. & j. de verb. obl. l. 2. & de dam. infect. l. si finita. §. ex hoc. & j. de reg. iu. l. cũ am plius. & j. de aqua quotid. & æsti. l. 1. §. item quæritur. & s. de bon. liber. l. si libertus. §. pen.

h Etiam. Vt s. ead. l. §. dolum.

i Non teneri. Quia ex eo, quod seruus fecit, non tenetur liber factus: vt C. an seruus ex suo facto. l. 1.

k Intra annum. Scilicet tantum.

l Hæc actio. Scilicet propria: vt & s. de pet. hæred. l. quod si in diem. §. pen. & facit l. 1 ostitur. de act. §. item si quis. & j. quæ in fraud. credi. l. ait prætor. §. fina. Patro-

† De commoditate, & iure vicinitatis, Mandos. de Ingratitudine vicinorum. cap. 46.

pretio, maximè cum de dolo eius nõ disputetur, sed de dolo liberti. Sed si emerit in fraudem patroni libertus: a æquè dicendum erit, si magno b emit, in pretio releuandũ patronũ: conditione non ipsi delata, an velit ab emptione discedere: sed venditori, vtrum malit de pretio remittere, an potius rem, quam vẽdidit, recipere soluto pretio. Et in permutatione, & in locatione, & in conductione similiter idẽ obseruabimus. Sed si rem quidem bona fide vendiderit: & sine vlla gratia libertus, pretium autem acceptũ alij donauerit: videndum erit, quis Fauiana inquietetur: vtrũ qui rem emit, an verò is, qui pretiũ dono accepit? Et Pompon. lib lxxxiiij. rectè scripsit, emptorem non esse inquietandum: fraudem enim in pretio patrono factã esse. Eum igitur, qui pretium dono accepit, Fauiana conueniendum. Et aliàs videamus, si dicat patronus rẽ quidem iusto pretio venisse, veruntamẽ hoc interesse sua non esse venũ datam. inq; hoc esse fraudem, quod venierit possessio, in quã habet patronus affectionẽ, vel opportunitatis, vel vicinitatis, † vel cœli, vel quod illic educatus sit, vel parentes sepulti: an debeat audiri volẽs reuocare? Sed nullo pacto erit audiẽdus. Fraus. n. in damno accipitur pecuniario. c Sed si fortè & res vilius distracta sit, & pretium alij donatum: vterque Fauiano iudicio conuenietur, & qui vtili emit, & qui pecuniam accepit muneri. Is tamen qui emit, si malit rem restituere: non aliter restituet, quàm si pretium, quod numerauit, recipiat. Quid ergo si delegatus emptor soluit ei, cui donabat libertus? an nihilominus * recuperat? Et magis est, vt recipere debeat: licet pretium ad alium peruenerit, qui soluendo non est. nam & si acceptum pretium libertus prodegisset: d diceremus nihilominus eum, qui dedit, recipere debere, si velit ab emptione discedere. Si mutuam pecuniam libertus in fraudem patroni acceperit: an Fauiana locum habeat, videamus: & quod remediũ in hoc. * qui accepit mutuam, si quod accepit donauit. conueniet eum patronus, cui donauit libertus. * sed si acceperit, & prodegerit: non debet perdere, qui mutuum dedit, nec ei imputari, cur dedit. Planè si non accepit, sed spopondit e stipulanti: erit Fauianæ locus.

* In P. Fl. reciperatet: vt & paulopost reciperate.

* In P. Fl. nõ est q.

* In P. Fl. sed accepit, & prodegit.

Si fideiussit apud me libertus, vel rem suã pro alio pignori dedit in necẽ patroni, an Fauiana locum habeat, videamus: & nũquid cũ dãno meo non debeat patrono subueniri? neq;. n. donauit aliquid mihi, si pro aliquo interuenit, qui nõ fuit soluẽdo. eoq; iure vtimur. igitur creditor non poterit Fauiana conueniri. debitor poterit quidẽ: sed potest & mandati. Planè si deficiat mandati actio, quia donationis f cã interuenit: erit Fauianæ locus. Sed & si mandator extitit pro aliquo libertus: idem erit probandum. Quamuis aũt g in partem Fauiana competat: attamen in ijs, quæ diuidi non possunt, insolidum competit: vt puta in seruitute.

Si seruo meo vel filiofamilias libertus in fraudem patroni quid dederit: an aduersus me iudiciũ Fauianũ competat, videamus. Et mihi videtur sufficere aduersum me patremq;, arbitrioq; iudicis contineri, tam in id, quod in rem versum est, condemnandi, quàm id, quòd in peculio. Sed si iussu patris contractum cum filio est: pater vtique tenebitur. Si cum seruo in fraudem patroni libertus contraxerit, isq; fuerit manumissus: an Fauiana teneatur, quæritur. Et cum diximus, dolum tantum liberti spectãdum, non etiã h eius, cum quo contraxit: potest manumissus iste Fauiana non teneri. i Itẽ quæri potest, manumisso, vel mortuo, vel alienato seruo, an intra annum k agendum sit? Et ait Pomponius, agendũ. Hæc actio l in personam est, nõ in rem: & in hæredem competit, & in cæteros successores, & hæredi, & cæteris successoribus patroni: & non est hæreditaria, id est, ex bonis liberti, sed propria patroni. Si libertus in fraudem patroni aliquid dederit, deinde defuncto

a Patronatus. Vt & ī. eadem l.§. dolum.
b Non personæ. Sic infra de no.ope. nunc.l. de pupillo.§.a.
c Sunt percepti. Et etiam anteriores: vt]. l. prox.
d In Fauiana. Quatenus, id est, quia. & est aliud in actione in factum quæ datur etc ditoribus: quia fructus medio tempore percepti in ea nō reuocātur: vt]. quæ in frau. credi. l. fi. §. non solum. & facit ī. de vsuris l. videamus. §. in Fauiana.

Si patronus. Casus. Libertus instituit patronum ex debita portione, & aliqua alienauit in fraudem suam: patronus adiuit: nunquid poterit reuocare? non, cū potuerit petere contra tabu. ista act. non est temporalis, sed ppetua. Sic ergo si patronus habet legitimā portionē: non aget hac actio. Sed si libertus decessit intestatus, patronus poterit alienata in fraudem reuocare: & si plures sunt patroni, reuocāt viriliter. similiter si plures sunt liberti omnes reuocant viriliter, sed si vnus defijt reuocare: portio eius accrescit alteri. Viu.

e Ex debita. Quæ est tertia. Sed ad qd eum tertiam habere possit. nā potest petere cōtra tab. quod]. statim dicit Resp. pōt habere tertiam eorum: quæ apud li bertum remāserant tempore mortis. Itē antea parte. secus si in totum esset hæres institutus, vel ab intestato: quia non habet contra tab. reuocat tamen: vt]. ea. l. §. patronum. & §. si intestatus.

f Ignorauit. Imò de errore facti ponit exemplum, cum dicit, dū ignorat &c. sed dic qd nesciebat se posse reuocare de iure: ex quo institutus hæres, licet ex parte: sciebat tamen alienata, & expone ignorat alienata. f. sic vt credat per hoc posse reuocare. Vel dic quod credebat, quod licet pro parte esset hæres, & adiret, posset reuocare alienata, quod lex vetuit. voluit enim lex, vt prius patronus iste institutus petat contra tab. contra hæredes, & ita priuet eos portione hæreditatis, & legata, & donationes causa mortis deducat in irritum quam reuocetur alienata inter viuos: vt hic subijcit, & ī. si quis omiſ. cau. test. l. quæ autem. §. si patronus. Item cauté dicit ius, secus si factum ignorauit: vt ā. de inoffi. test. l. mater. & ī. de bo. lib. l. Paulus. Item in iure videtur contra ā. de leg. 2. l qui fideicommissum Sol. ibi.

g Contra tabu. Cōtra cohæredes hodie ageret ad supplementum: vt Inst. de ince. l. §. sed nostra.

h Non fecit. Imò adeūdo iudicium liberti est secutus: vt & C. de inoffi. test. l. parentibus. & ā. de mino. l. si filius & facit ī. de contra tab. l. filium quis.

i Ex asse. Secus si pro parte: vt in prin. huius legis. & facit]. prox. §.

k Fauiana. Hac, scilicet actione allegata. Azo. vt non excludatur. & not. quod hoc potest intelligi, vt Fauiana agat, quando non erat in tota hæreditate tantū, quantum faciebat debita portio patroni, si nihil esset alienarum in fraudem. Quid ergo si libertus donauit inter viuos in fraudem, & promisit se non venturum contra sub pœna: nonne patronus cōuenietur ad pœnā, quia est hæres: vel nūquid repellitur ab agendo? resp. non: quia licet sit hæres, in hoc plus pōt, quā defunctus: quia cum rescindit principale, ī. id est, donatum ergo accessorium, vel pactum euictionis, vel pœnæ, arg. ī. de cul. l. pater. in venditis verò, vel simili. b. nō fit reuocatio, nisi quatenus faceret aliquid libertus in fraudem patroni: vt & ā. en. l. 1. §. si quis. & §. si mutuam & no. supra ea. l. in prin.

l Si intestatus. Facit supra prox. §.

m Virilem tantum. scilicet tertiæ, vel legitimæ: vt infra eo. l prox.

n Relicta. Per codicillos, vel reliquit ex ipso, q in filios nō disposuit: vt ī. de iure codic. l. conficiūtur. 2. respon.

o Aliquid Scilicet: relinquit patrono.

p Dando, Inter viuos. Accursius.

q Quodcunque. Vnam partem, vt & supra leg. prox.

* In P. Fl. eius igno rantiæ.

† Principali annullato, accessoria, & oēs clausulæ ī eo contētæ annullantur, vt per Mandol. in 46. quest. Regu. de Anna. nu. 9. & seq.

† Factum legitimè, reuocari non dēt. de reg. iu. lib. 6. facit ad hoc e. differentiæ. cū sua glo. extra de eo, qui co. concu. vxoris fue.

† In P. Fl. Præterea donando nihil videtur, &c.

patrono, viuo liberto filius patroni acceperit bonorū possessionē contra tabulas liberti: an Fauiana vti posſit ad reuocāda ea, q̄ sunt aliena? Et est verū (vt & Pōponius probat lib. lxxxiiij. itē Papinianus libr. iiij. quæstio.) cōpetere ei Fauianā. sufficere. n. quod fraudē patronatus [a] factū sit. magis. n. fraudem rei, nō personæ [b] accipimus In hāc actionē etiā fructus veniunt, qui sunt post litem contestatam percepti. [c]

Martianus li. iij reg. II.

In Fauiana & Caluisiana actione rectè dicitur, etiam præteritos fructus venire, quatenus [d] prætor omnem fraudē libertorū vult rescindere.

Vlp. li. xiiij. ad edi. III.

Si patronus hęres institutus ex debita [e] parte adierit hęreditatē, dū ignorat aliqua libertū ī fraudē suā alienasse: videamus, an succurri [*] ei ius ignorāti, [f] debeat, ne decipiat liberti fraudibus. Et Papin. lib. xiiij. quæstionū respondit, in eadē causa manere ea, q̄ alienata sunt, idcircoque patronum sibi imputare debere, qui cū posset bonorū possesſionē accipere contra tabulas [g] propter ea, quæ alienata vel mortis cā donata sunt, non fecit. [h] Hæc actio in perpetuū datur: quia habet rei persecutionem. Patronum ex asse [i] hæredem institutum, volentē Fauiana [k] actione vti, prætor admittit: quia erat iniquū excludi eum a Fauiana, quia nō spōnte adijt hæreditatē, sed qa bonorum possessionē cōtra tabulas petere nō potuit. Si intestatus [l] libertus decesserit patronus adeūdo hæreditatē eius, reuocat per Clauisianā actionem ea, quę alienata sunt dolo malo, quò minus pars ex testamēto debita bonorum liberti ad patronū eius liberosve eius perueniret. idemq; est, siue petita sit a patrono ab intestato bonorū possessio, siue non sit. Si plures sint patroni & patronę: singuli virilem tm̄ [m] reuocabunt per Caluisianā. Si libertus intestatus decesserit relicta [n] patrono debita portiōe, aut aliquo amplius aliquid [o] ēt alienauerit: Papin. lib. xiiij. questionum scribit, nihil esse reuocādum, [†] nā qui potuit alicui relinquere quid resta mento, si debitā portionē patrono relinquat, [*] postea dando [p] nihil videtur in fraudem facere.

Idē libr. xlj. ad edi. IIII.

Quodcunq; dolo malo liberti alienatum est, Fauiana actione reuocatur. & si plures patroni sint: omnes vnam partem [q] habe-

proxim. §. si plures. Accursius.

a Accrescet. Vt supra de bo. liber. l. ex tribus.

Tenetur. CASVS. Si libertus alienat mihi in fraudem, teneor Fauiana. si ille qui est condemnatus, restituere non vult, iuratur in litem. No. hic speciale, regulare est, in stricti iuris nō iuratur in litem, supra de in lit. iuran. l. in actio. hoc fallit supra ne quis eum, l. si per alium. §. menti. Viuianus.

b Accepit. Sibi recte tutus. & sic non est contra infra eodem, l. libertus. vel solue: vt ibi. Accursius.

c Iurauerit. Hoc speciale vt iuretur in litem in actio. stricti iuris: quia licet sit personalis hæc actio, in rem tamen scripta est, secundum Azo.

Si libertus. CASVS. Libertus mutuans pecuniam filio contra senatusconsul. Macedo. dabitur in filium, ac si libertus esset minor. similiter dabitur Fauiana actio. hoc dicit cum duabus ll. seq. Viu.

d Ergo. Habet. Quia non est mutuum, sed alius contractus, vt ficta donatio: vt supra, l. proxim. & supra ad Macedon. l. si filius. §. is autem.

e Sed si minori. Succurri. Per restitut. in integrum contra Fauianam, ni si probet actor minorem locupletatum: vt C. si aduer. cred. l. 1.

Viuus libertus. CASVS. Libertus potest donare amicis suis bene merentibus, etiam si portio patroni minuatur, si non faciat in fraudem patroni, aliter reuocatur. Viuianus.

f Legare. Et sic cessat dolus. sed secus si colorem quærat

bunt. sed si viriles non petant: portio cæteris accrescet. a quod in patronis dixi, & in liberis patroni est. sed non simul venient: sed patronis deficientibus.

INtestata. CASVS Quædam mulier decessit intestata, reliquit Septitiam sororem vterinam, & matrem prægnantem: mater repudiauit hęreditatem. numquid soror Septitia poterit petere bon. pos. vnde cognati? Dicitur quod sic. & etiam ea quæ postea nata est.

l Intestata. Titia: vt infra patet. Accursius.

m Semproniam. & facit infra ad Tertyl. l. 2. §. pe.

DE SVCCESSORIO EDICTO.

Hoc edictum est de capite in caput, supra si tab. test. nul. l. 1. in prin. Item de gradu in gradum: vt infra eo. l. 1. §. quibus. quæ plene no. C. eo. super rit.

ADDITIO Quia in bono. pos. vnde liberi, vnde agnati, de qbus dictû est. plerumq; locus est successorio edicto, ponitur tit. de suc. edic. quando locum habeat, & cesset, videamus. Et locum habet iue. duobus modis: aliquando de gradu in gradum, aliquando de capite in caput. De gradu in gradum est locus, quâdo plures sunt in eodê capite in diuersis gradibus habeo filium, ex eo nepotem,

nepotem, & ex eo nepote pronepotẽ: omnes isti sunt in eodem capite in gradibus diuersis. si decedo intestatus, filius potest succedere per vnde liberi, & pater repudiat, vel tempore excluditur, sed succedet per vnde cognati, tanquã nepos, postmodum tanquã pronepos. facit ĩ. vnde legi. l. 1. & ĩ. e. l. 1. §. Largius. Est sue de capite in caput, & agnatorum est vnum caput, cognatorum aliud: vnde vir, & vxor est aliud. exclusis agnatis vocantur cognati. exclusis cognatis vocãtur vir & vxor. C. vnde vir. Vxuis.

de rep. bon. pos. l. si. & facit de offic. procu. Cæs. l. 2.

c Seruum. Quia seruus sit institutus.

d Potest. Secus in patre: vt modo dixi. & supra, de acquir. hære. l. is qui. in fi.

e Sed ille. Scilicet pupillus.

Svccessoriũ edictũ idcirco ꝓpositũ est, ne bona hæreditaria vacua sine domino diutiùs iacerent, & creditoribus longior mora fieret. Bene igiť prætor putauit præstituere tempus ijs, quibus bonorum possessionem detulit, & dare inter eos successionem: a vt maturiùs possint creditores scire, vtrum habeant, cum quo congrediantur: an verò bona vacantiã fisco sint delata: an potius ad possessionem bonorũ procedere debeant, quasi sine successore defuncti. Vnusquisque enim suam bonorum possessionem repudiare potest: alienam non potest. Proinde ꝓcurator meus sine mea volũtate meam bonorum possessionem repudiare non potest. b Per seruum c delatam bonorum possessionem dominus repudiare potest. d Tutor impuberis an possit repudiare bonorum possessionem, videamus. Et magis est, ne possit: sed ille e ex authoritate tutoris f repudiare potest. Furiosi curator nequaquã poterit repudiari, g quia necdũ delata est. h Qui semel noluit i bonorum possessionem petere, perdidit ius eius, & si tempora largiantur. vbi enim noluit, iam cœpit ad alios pertinere bonorũ possessio, aut fiscum inuitare.

Decretalis k bonorum possessio an repudiari possit, videamus. † Et quidẽ diebus finiri l potest, sed repudiari eam m non posse verius est, quia nondum delata est. nisi cùm fuerit decreta. n rursum postea, quàm decreta est, sera repudiatio est: quia quod acquisitum est, repudiari non potest. o Si intra p centesimum diem mortuus sit q prior, statim sequens admitti potest. Quod dicimus, Intra dies centum bonorum possessionem peti posse: ita intelligendum est, vt & ipso die centesimo bonorum possessio peti possit: quem-

Svccessoriũ edictum. CASVS. Diceret aliquis. quare positũ est successorium edictum? Respond. ne bona hæreditaria remaneant vacua. vnde si defertur bono. poss. alicui ex liberis primi gradus, debet petere intra certum tẽpus: alias erit exclusus, & creditores mittentur in bona. Vnum sciatis, si bonorum possessio defertur pupillo, tutor potest acquirere, non repudiare: similiter curator furiosi. verum si alicui est delata bo. pos. eo ipso quòd repudiat eam à bon. posses excluditur.

Decretalis. Nõ potest bon. poss. decretalis repudiari. nam aut iam decreta est: & non potest repudiari: aut nõdum est decreta, & similiter non potest repudiari: quia futurum ius nõ repudiatur. Vnũ sciatis, si cui defertur bon. pos. & decedit intra centũ dies, qui proximus est, admittitur. Vnum sciatis: si alicui defertur bo. pos. & repudiat eam ex vna parte edicti, admittitur ex alia parte edicti: quia si quis est exclusus per vnde liberi, admittitur per vnde agnati & cognati. quod quidem in honorem sanguinis est statutum.

Largius. Liberis in bonis parentum datur bon. poss. intra annum vtilem: cæteris collateralibus intra centũ dies vtiles. Vnum sciatis, si quis excluditur à bon. poss. aliquãdo admittitur, aliquando non: nunquid si aliquis est substitutus filio impuberi, intra annũ poterit petere bon. poss? non, sed intra centũ dies. Vnũ sciatis: liberis datur annus. Sed qd si pater emãcipauit filiũ? nunquid bo. pos. cõtra tab. filij poterit petere intra annũ? certè sic.

a Successionem. Id est successorium edictum. & facit Insti. de bono. pos. §. cum igitur. & infra eo. §. Largius. & C. qui admit. ad bon. pos. l. quandiu. Accursius.

b Non potest. Adeo vt nec pater filio delatam: vt C.

f Tutoris. Facit ĩ. de bo. pos. l. tutor. & C. de iure delibe. l. potuit. sed contra ĩ. de autho. tuto. l. si ad pupillum. Sol. ibi.

g Repudiare. Supra, de autho. tuto. l. si ad pupillum. cõtra. Sol. ibi.

h Delata est. Imò est delata: vt curator accipiat: vt supra, de bono pos. fu. compe. l. 1. circa prin. sed dic delata est ad cõmodum. vt ibi: non ad hoc, vt possit repudiari, vt hic. & eodem modo respõ. ad illud contra. C. de cur. fu. l. si. §. sin autẽ. vbi plene no. in glo. vel non &c. facit supra, de diuor. & repud. l. Iulianus.

i Qui semel noluit. Repudiando. & loquitur de edictali nec sit contra infra pro xi. §. & facit C. de rep. hæred. l. sicut. & infra, quia ordo in bon. pos. ser. l. 4.

k Decretalis. Sic dicitur, quia prætor viuus eam decernit & dat: hodie non dat: vt C. qui admit. ad bono. pos. l. si. sed tamen idem est, vt non possit etiam hodie repudiari ante agnitam coram iudice nec post, vt hic. nec obstat, quod hæreditas potest repudiari: vt supra, de acquir. hæredi. l. is qui. quia sola voluntate potest adiri, & similiter repudiari: sed bonorum possessionem non. sed aliqua solennitas in agnoscenda etiam hodie est necessaria, vt præsentia iudicis: vt dicta l. C. qui admit. ad bonorum possessio. l. si.

l Finiri. Ius petendæ decretalis.

m Eam. Scilicet decretalem. secus in edictali: vt ĩ proxi. §. quia edictali repudiata: & ius petendæ decretalis est amissum; an autem pacto hæc decretalis possit remitti ante agnitam? Respon. sic argumen. C. de pactis. l. fina.

n Decreta. A iudice.

o Non potest. Sicut nec hæreditas: vt C de repu. hæredi. l. sicut. & supra, de nego. gest. l. Pomponius. ibi, nam quomodo enim &c. & supra, de acquiren. hæreditate. l. qui superstitit.

p Si intra. Hæc successio est de gradu in gradum: sed infra proxi. §. de capite in caput.

q Mortuus sit. Vel aliàs exclusus: vt ĩ. §. quibus.

a P. Flo. E re.

† Contra cõmunẽ intellectũ ad istum tex. q hic fuerit institut' seruus, quia quãdo alicui deferẽ hæreditas nõ dicitur deferri p eũ, sed ei: nam si legetur seruo nõ dicitur legari domino, sed seruo. l. legatũ. ff. de lega. 1. ita & hic p seruũ delatã bo. pos. i. media persona serui, quia nõ diceret bo. pos. delata per seruum, sed seruo. nã seruus nomine procuratorio potest bonorũ possessionẽ agnoscere. l. seru'. ĩ. de bon. poss quod not. p lja, qa dicũt Moder. in l. seruũ. de lega. 1. patet iste intellect' ex verbis præceden. vbi fit mentio de procuratore.

† Sic etiã facit gl. in c. ecclesia vestra ante mediũ, super verbo, adijcere. extra de elect.

† Hũc locũ eleganter tractat Alc. in comen. ad l. delata. ĩ. de ver. & rer. signi.

Si

admodum intra calēdas [f] etiam ipsæ calendæ sint. idem est, & si in diebus [a] centum dicatur. Quibus ex edicto bonorum possesio dari potest, si quis eorum aut dari sibi noluerit, [b] aut in diebus statutis non admiserit: tunc cæteris bonorum possesio perinde competit, ac si prior ex eo numero non fuerit. Sed videndum est, an inter cæteros ipse quoque, qui exclusus est, admittatur: vt puta filius est in potestate: delata est ei bonorum possesio ex prima parte, vnde [c] liberis defertur: exclusus est tempore, vel repudiatione: nec [d] cæteris [a] defertur. Sed an ipse sibi succedat ex hac successoria parte? Et magis est, vt succedat: [e] vt vnde legitimi posit petere: & post hos suo ordine ex illa parte, vnde proximi cognati vocantur. & hoc iure vtimur, vt admittatur. poterit igitur ex sequenti parte succedere ipse sibi. [f] Itē hoc dici poterit & in secundum tabulas bonorum possesione: vt si secundum tabulas non petierit [g] bonorum possesionem is, qui potuit ab intestato succedere: ipse sibi succedat. [h]

Largius tempus parentibus, liberisq; petendæ bonorum possesionis tribuitur, in honorem sanguinis: [i] videlicet quia artandi non erant, qui penè ad bona propria [k] veniunt: ideoq; placuit, eis præstitui annum, scilicet ita moderatè, vt neque ipsi vrgerentur ad bonorum possesionis petitionem, neq; bona diu iacerent. Sane nonnunquam vrgentibus creditoribus interrogādi sunt in iure, an sibi bonorum possesionem admittant: vt si repudiare se dicant: sciant creditores quid sibi agendum sit. si deliberare se adhuc dicant: præcipitandi non sunt. [l] Si quis autem à patre suo impuberi filio [m] sit substitutus: nō intra annum, sed intra diem centesimum bonorum possesionem petere poterit: Non solùm autē cùm suo nomine veniunt liberi, parentesque, hoc eis tribuitur, verum etiā si seruus eius, qui ex liberis parentibusque est, hæres institutus sit: intra annum competit bonorum possesio. [n] persona enim ea est, quæ meruit hoc beneficium, quæ petat. Sed & si pater emancipati filij bonorum possesionē contra tabulas accipere velit: anni tempus ei competere constat. Et generaliter [o] ait Iulianus, ex omnibus causis liberis parentibusque intra annum bonorum possesionem competere.

Papinianus lib. vj responsorum. II.

Nferioris [†] gradus co

---

[a] Si in diebus. Hæc ergo sunt paria, intra centesimum diem vel etiam centesimo die: vt Insti. de verbo. obliga. §. omnia.

[b] Noluerit. Id est, repudiauerit. quod potest etiam suus de iure prætorio, vt insti. de hære. qua. & diff. §. sui.

[c] Vnde. Id est, ex qua parte.

[d] Cæteris. Id est, agnatis, vel cognatis. Accur.

[e] Succedat. Si non sint aliqui, qui possint venire per vnde liberi. nam illi istis præferuntur. vt Inst. de hære. ab intest. §. admonendi. & supra tit. 1. l. legitimis. Sed quid si simpliciter repudiauit? videtur in totū repudiasse. Argu. supra, de inter ro. actio. l. si sine. §. qui interrogatus. & de acquirenda hære di. l. in plurium.

[f] Ipse sibi. Sic ergo admittitur vt alius: vt argu. supra, de adoptio. l. emācipatum. § fina. & supra vnde libe. l. 2. in princi. & C. de adulte. l. iure mariti. & supra qui po. in pig. habe. l. 1. in princ. Sed arg. contra C. de codi. l. fin. in princi.

[g] Nō petierit. Id est, repudiauit. & sic cō cor. supra, de acquir. hæred. l. in plurium. Sed contra. in eo. titu. l. illud. Solu. ibi delata est successio vtrique de iure ciuili. quod patet: quia institutus ab intestato potest adire licet incidat in edictum, si quis omis. cau. testa. hic autem iure prætorio non est delata ex secundo capite; nisi repudiet ex primo: vt j. quis or in bonorum possessio. seru. l. 1. & supra si quis omis. cau. l. 1. Vel dic q òd hic repudiauit ex primo capite tantum: illo ex vtroque: vel indistincte. & facit supra, de acqui. hære. l. in plurium.

[h] Succedat. Ab intestato.

[i] Sanguinis. Sic & supra tit. 1. l. 2.

[k] Propria. Sic & supra, de libe. & posthu. l. in suis. & infra, de bon. dam. l. cum ratio. in prin. Accursius.

[l] Non sunt. Sic & ff. de inter. actio. l. qui interrogatur. & l. seq. & facit insti. eo. §. liberis.

[m] Filio. Qui erat frater eius. & tunc est ratio: quia vt collateralis ei succedit quasi ex testamento impuberis fratris quod fecit pater pro eo. vt insti. de pup. substitu. §. igitur. Alij dicunt, quod pater fuit substitutus suo filio impuberi ab auo instituto & tunc est ratio quia vt quilibet substituitur, non vt filius. sed nonne filius instituitur à patre vt quilibet: & tamen habet annum: vt infra § si. imò vt filius: & quia hoc necesse habet facere.

[n] Bonorum possessio. & sic non interest: vt supra, de petit. hæredit. l 2. & 3. Sed argu. contra supra, de lega. præstan. l 5. § 1. & de inter. act. l. si sine. §. illud. Accursius.

[o] Et generaliter. Sic infra. quis ordo in bonorum possessio. ser. l 4. in fin.

Inferioris gradus. CASVS. Or sciguens, ista l. reputatur difficilis: in veritate glossæ faciunt eam difficilem: & dominus Azo eam exposuit in trib. locis: & nunquam in vno loco sicut in alia. ego dicam veriorem lecturam. pona mus ita, Aliquis decessit: ego, & tu eramus de agnatione, vel de cognatione sua: sed tu eras proximior in gradu: quia frater defuncti: ego remotior, quia patruus. primo vocatur frater, quàm patruus. C. de legi. hære. per. authen. post fratres. vel tu proximior frater vterinus: ego auunculus defuncti. tu eras minor xxv. an. ego maior: tu quid fecisti? repudiasti bonorum possessionem vnde agnati, vel vnde cognati. quia repudiasti, ego qui eram in sequenti gradu, vocatus sum ex successorio edicto. ego vocatus, sum exclusus tempore. vel repudiaui. me exclusu tu minor restituimur in bonorum possessionem. an delatam repudiatā potes petere videns damnosam? Secundo petis restitui. an possis repudiare, si restitutus es? Et dicitur quòd potes supra,

---

[a] Gellius libr. 12. c. 13.

[c] Gl. not. repudiatio simpliciter facta trahit ad causam testati, & in testati. & hanc glo. dicit alibi non reperiri Paul. Cast. in l. quamdiu. ff. de acq. hæred. vide Cyn. in l. accusationem. C. q. accus. non poss.

[a] In P. Fl. deest negatio: & adfirmatiuè legitur cæteris defertur.

[†] Vide in hanc l. Al. e. parte 4. cap. 4.

supra, de min. l. & si fine. §. restitutus. nunquid ergo vocabor ad successionem defuncti secundo loco? certè non: quia inferioris gradus cognatus non habet beneficium successorij edicti. si agnatus, vel cognatus prioris gradus abstinuerit per in integrum restitutionem ex bonor. possess. quam prius admiserat. sed fiscus ea bona tanquam vacantia occupabit.

a Cognatos. Multo magis in agnato, vbi hoc iure non habet locum successorium edictum de gradu in gradum, licet hodie contra: vt Insti. de legitima agn. succes. §. placebat.

b Accepisset. Sic C. de impu. & alijs substitu. l. post aditam. & supra, de acquirē. hæredita. l. si minor. Sed contra infra ad Tertyl. l. 2. §. si quis adita. & l. 2 §. si bonorum. & supra, de vulga. substitu. l. 2 §. interdum. & supra, de bonis libertu. l. & si ex modica. §. si filius. quibus dicitur, quòd sequens admittitur, si præcedens petit restitui, vt dimittat. Solu. ille de æquitate: hic de rigore, vnde & hic de æquitate admittitur. nam cum præcedens petit restitui, vt deserat, ex quadam consequentia & hic debet restitui, vt accipiat saltem vtiliter argumeo. C. si aduersus transactionem. l. 1. & 2. Placentinus autem dixit nullo modo admitti. nam ex gradu cognatorum non, à quo est exclusus per petitionem primi: vt Institut. de hæreditatibus ab intestato. §. admonendi. & supra titul: t. l. legitimis. item sequens caput nullum, est nisi vir, & vxor, & postea fiscus. ex quibus capitibus cognatus non vocatur. Dic ergo, quod hic de merè cognato dicit, cui ideo postea non dat prætor, ne videatur auferre, quod dederat priori, & sic esset ludibrio. at in contrarijs iure ciuili veniebat vt agnatus per l. xij. tabularum. vt in §. si quis adita vbi dicit ius antiquum, vel quasi agnatus vt per senatusconsultum: vt in dicto §. si bonorum posse mo. vel per testamentum, quod & ipsum est iuris ciuilis: vt dicta lege, de vulgari substitutione. l. secunda. §. interdum. Item & patronus iure ciuili vocatur: vt dicta l. & si ex modica. quo casu nuda voluntate fit hæres: vt & institutio. de hæred. quali. & differ. §. finali. quod in iure prætorio non fit, sed facto prætoris est opus, quod esset contra ius prioris. Vel dic casum quod hic prior ab initio repudiauit. & cum sequēs posset petere, repudiauit, vel tempore fuit exclusus: tandem prior petijt restitui, vt adeat, & iterum vt dimittat. tunc sequens vult restitui vt admittatur ad instar præcedentis, qui fuerat minor: sed non potest, obstante sua sibi repudiatione, vel negligentia. & facit supra, de minoribus, l. & si fine. § sed quod Papinianus. & quod ibi not. vel illæ infra ad Tertyllia. in filio loquuntur, in quo fuit speciale, & facit infra, ad Tertyllian. l. filij. l. 2. §. 1. & supra titu. 1. l. octaui. Accursius.

[a] In P. Fl. ob auxiliũ ætatis.

[1] Vide ad hũc titulũ Ant. Aug. lib. 2. c. 15. Emenda.

gnatus[a] beneficium edicti successorij nō habuit, cū prior ex propria parte possessionem accepisset.[b] nec ad rem pertinuit, quòd abstinendi facultatem[a] ob auxilium pietatis prior cognatus acceperat. igitur fisco vacantia bona rectè deferri placuit.

TITVLVS XI.

DE GRADIBVS, & adfinibus, & nominibus eorum.

Caius libr. viij. ad edictū prouin. I.

Gradus[1] cognatiōis alij superioris ordinis sunt, alij inferioris,[c] alij ex trāsuerso, siue à latere. Superioris ordinis sunt parentes: inferioris liberi ex transuerso; siue à latere fratres & sorores, liberique eorum. Sed superior quidē, & inferior cognatio à primo gradu incipit, ex transuerso verò siue à latere nullus est primus gradus: & ideo incipit à secundo. Itaque[d] in primo gradu cognationis, superioris quidem, & inferioris ordinis cognati possunt[e] concurrere: ex transuerso verò nunquam eo gradu quisquā cōcurrere potest. at in secundo, & tertio, & deinceps in cæteris possunt etiam ex transuerso quidam concurrere, & cum superioris ordinis co-

DE GRADIBVS, ET ADFINIBVS & nominibus eorum.

ADDITIO. Iste titulus bonus est, & tamen debetis scire vt hic scriptum est. vnde nō cōsueuit legi: tamen legemus lecturā vsq; ad l. iurisconsul. in princi. Veruntamen si intelligatis cōtinuationē, & expositionē titu. cætera alia intelligatis, quæ de bon. poss. habuistis. verò qa inter agnatos, & cognatos multi sunt grad⁹, ponitur tit. de gradibus: & qa iure affinitatis aliqua bon. pos. defertur (nā & vir, & vxor sunt caput affinitatis: vt j. proxi. titu. & ā. si ta. test. nulla extat. l. 1.) ponitur de gra cōsangui. & affini. qd dicit de gradibus, quasi dicat, de ordinibus sicut in ascēdēdo, & descēdēdo sunt gradus: ita inter agnatos, & cognatos sunt gradus: quia quidā proximiores. Et debetis scire, q agnatio, & cognatio, diuidit in tres gradus principales. quidam sunt ascēdētes: pater auus, proauus. est secūdus gradus descendentium: filius, nepos, & deinceps. & tertius gradus collateralis: superior in affinitatibus licet non sit. vel propriè graduū diuisio, est tamen graduū separatio. nam aliqua est nurus mea, aliqua pronurus, aliqua est vxor pronepotis mei. Et not, quod propriè agnatio cōtinet in se cognationē, non econtra supra l. 1. & ā. vnde legi. l. inter agnatos. Affines sunt propriè, qui occasione matrimonij nobis coniuncti sunt. vnde vir vxori non est affinis: sed est caput affinitatis. vnde affinitas est coniunctarum personarum causa matrimonij communi carens parentela: vt colligitur j. eod. l. nō facilè. ita dicitur in omnibus legibus huius tituli vbi iurisco. enumerat gradus. Viuia.

Grad⁹ cognationis CASVS. In lege ista nō est videre nisi literā, & notare notabilia. Dicit iurisconsultus, gradus agnationū, & cognationū alius est superior, alius inferior, alius est ex transuerso. Gradus superior est parentū, gradus inferior est filiorum. & in ascēdentibus, & descendentibus est inuenire primum, & secundū gradum: sed in transuerso non est inuenire primum gradum, sed secundum. nam abutendo dicimus fratrem, & sororem in primo gradu. sunt in ascendenti gradu, primo pater & auus, in descendenti, filius, in tertio gradu est proauus, in quatto atauus. Item collaterales dicuntur, qui obtinēt vicem primi gradus fratres, sorores, & veniunt ex linea transuersali amita, & matertera. in quinto gradu dicuntur esse descendentes atauus, atauia. sic isti vocant ad successionem, si sunt agnati iure ciuili: si cognati iure prætorio. h. d. cum l. seq. Viuia.

c Inferioris. Facit Insti. eo. & in authe. de hære. ab intesta. in princ.

d Itaque. Quia sunt parentes.

e Cognati possunt. Vt mater filio, & filius matri.

Progene-

gnatis. Sed admonendi sumus, si quando de hæreditate vel bonorum possessione quæramus: non semper eos, qui eiusdem gradus sunt, concurrere. Primo gradu sunt suprà, pater mater: infrà filius filia. Secundo gradu sunt suprà, auus[a] auia: infrà, nepos neptis: ex transuerso, frater soror. Tertio gradu sunt suprà proauus, proauia: infrà, pronepos proneptis: ex transuerso, fratris sororisque filius filia: & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Quarto gradu sunt suprà, abauus, abauia: infrà, abnepos, abneptis: ex trãsuerso fratris, sororisq; nepos, neptis: & cõuenienter patruus magnus, amita magna, id est, aui frater, & soror: auũculus magnus, matertera magna, id est, auiæ frater soror: itẽ fratres patrueles, sororesq; patrueles, id est, qui quæve ex duobus fratribus progenerantur: [a] item consobrini †consobrinę, id est, qui, quæ ve ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini. Item amitini, amitinæ, id est, qui quæ ve ex fratre & sorore propagantur. sed vulgùs ferè omnes istos cõmuni appellatione consobrinos vocat. Quinto gradu sunt supra, atauus, atauia: infra, [a] atnepos, atneptis: ex trãsuerso fratris, & sororis pronepos, proneptis: & conuenienter propatru[a] proamita, id est, proaui frater, & soror. proauunculus, promatertera, id est, proauiæ frater, & soror. item fratris patruelis, sororis patruelis filius, filia: & similiter consobrini, consobrinæ. Item amitini amitinæ filius filia: [b] propior sobrino, propior sobrina. isti sunt [b] patrui magni amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius filia.

Vlpianus libro xlvj. ad edictum. II.

HOc est patris[c] eius, de cuius cognatione quæritur, consobrinus † consobrina, siue frater patruelis.

Caius libro viij. ad edictum prouinciarum. III.

SExto gradu sunt suprà, tritauus, tritauia: infra, trinepos trineptis: ex transuerso, fratris, & sororis abnepos, abneptis: & conuenienter abpatruus, abamita, id est, abaui frater, & soror, abauunculus, abmatertera, id est, abauiæ frater, & soror. Item patrui magni, amitæ magnæ auunculi magni, materteræ magnæ nepos neptis. Item fratris patruelis, sororis patruelis, consobrini, consobrinæ, amitini, amitinæ, nepos, neptis. item propatrui, proamitæ, proauunculi promaterteræ filius, filia. Item qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis vndique propagantur, qui propriè sobrini vocantur. In septimo autem gradu, quàm multæ esse possint personæ, ex ijs, quæ diximus, satis apparet. Admonendi tamen sumus, parentum, liberorumque personas semper duplari. [d] auum etenim, & auiam tam maternos, quàm paternos intelligemus. Item nepotes, neptesque tam ex filio, quàm ex filia. quam rationem, scilicet deinceps in omnibus gradibus suprà, infraque sequemur.

Modestinus libro duodecimo pandectarum. IIII.

NOn facilè [e] † autèm, quòd ad nostrum ius attinet, cùm de naturali cognatione quæritur, septimum gradum quis excedit: quatenus vltra eum ferè gradum rerum natura cognatorum vitam consistere non patitur. Cognati ab eo dici putantur, [f] quòd quasi vnà communiterve nati, vel ab eodem orti, progenitive sint. Cognationis [g] substantia bifariam apud Romanos intelligitur. Nam quædam cognationes iure ciuili, quædã naturali [a] continent nonnunquã vtroq; iure concurren-

---

[a] Progenerant. Aliàs propagant, aliàs procreantur, & alias progenerantur.

[b] Isti sunt. i. de hoc quinto gradu: filius patrui magni. i. filius fratris aui mei. Acc.

[c] HOc est patris. Accipe consobrinus &c. & est sensus, quod filius patrui mei magni est consobrinus patris eius. i. mei de cuius, scilicet mei, cognatione quæritur. Accur.

SExto gradu. CASVS. Enumerauit q sunt in primo, secundo, tertio, quarto, quinto. Enumerat hic, q sunt in sexto, septimo. & hic dicas sicut per literam enumerantur. Viuia.

[d] Duplari. Nã duos habeo in primo gradu s. s. patrem & matrem, & duos ex inferiori, i. filiũ, & filiã: ergo i secũdo ĩ. sunt quatuor, s. auus & auia paterni: & auus, & auia materni. sic & ĩ. nepos, & neptis ex filio: itẽ nepos & neptis ex filia: & sic deinceps vt subijcis.

NOn facile. CASVS. Licet vltra septimum gradũ difficile sit enumerare personas: tamẽ est septimus gradus, vel octauus, & deinceps. sunt autẽ agnati per lineam masculinam: cognati per fœmininam, & sicut habet se genus, & species: ita habent se agnatio & cognatio: quia omnis agnatio est cognatio, non econuersa. Itẽ sunt affines: & vir, & vxor non sunt affines, sed caput affinitatis. & gradus affinitatis possunt enumerari, sicut in litera apertè continetur. videatis literam. Vnum sciatis quod ex adop. inducitur affinitas: tamen soluta adop. tolluntur isti gradus. item istæ affinitates habent locũ inter liberas personas: non inter seruos, & seruas: nec inter alias personas: q. bus est interdictum aqua, & igni. Viuia.

[e] Non facile. Id est, nullo modo: vt ã. vnde cog. l. i. §. hoc autem. ic ĩ. de procur. l. in causæ. in fine.

[f] Dici putantur. Vi & supra, vnde cog. l. i. §. i.

[g] Cognationis. Facit supra vnde cognati. l. i. §. cognationẽ, & l. capitis. Per

[a] Quis dicatur propior, aut propius sobrino, eleganter explicat Anto. Aug. emẽ. libr. 2. c. 3.

† Consobrini dicũtur quasi consorori ni: hi sunt propriè duarum sororũ filij. sobrini vocantur cõsobrinorũ filij. gl. in ver. consobrinæ. ea. de incest. cõiunctionibus. 35. q. 5.

† Consobrini dicũtur quasi consorori ni: ij sunt propriè duarum sororum filij. sobrini so cãtur cõsobrinorũ filij. glo. in ver. consobrini. c. de incestis cõiunctionib[a]. 35. q. 1

[a] In P. Fl. abnepos abneptis.

† Legem hanc integritati suæ restituit Alciat. partim li. dispũct. 2. c. 23. partim li. prætermiss. 2. ti. de gra.

[a] In P. Fl. cõnectantur. Alias cõnectuntur.

te, & naturali, & ciuili copulatur cognatio. Et quidē naturalis cognatio per se sine ciuili cognatione intelligit, quæ per fœminas [a] descēdit, quæ vulgò liberos [*] pariunt. Ciuilis autē per se (quæ etiam legitima dicitur) sine naturali fit cognatione per adoptionem. Vtroq; iure consistit cognatio, cū iustis nuptijs cōtractis copulatur. Sed naturalis quidē cognatio hoc ipso nomine [b] appellatur. ciuilis aūt (licet ipsa quoq; per se plenissimè hoc nomine vocet) propriè tamen adgnatio vocat, videlicet quæ per mares cōtingit. Sed quoniam quædam iura inter adfines quoq; versantur: non alienum est, hoc loco de adfinibus quoque breuiter differere. Adfines sunt viri, & vxoris cognati: dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, p nuptias [c] copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. namq; coniungendæ affinitatis causa fit ex nuptijs. [d] Nomina verò eorum hæc sunt: socer, socrus, gener, nurus, nouerca, vitricus, priuignus, priuigna. Gradus [†] autem adfinitatis nulli sunt. [e] Et quidem viri pater, vxorisq;, socer: mater autem eorum, socrus appellatur: cum apud Græcos proprie viri pater ἑκυρὸς, [†] mater vero ἑκυρὰ [†] & vxoris pater πενθερὸς [†] & mater πενθερὰ [†] vocetur. Filij autem vxor, nurus: filiæ verò vir, gener appellatur. Vxor liberis ex alia vxore natis nouerca dicitur. matris vir ex alio viro natis vitricus appellatur. eorum vterq; natos aliunde priuignos, priuignasq; vocant. Potest etiam sic definiri socer, vxoris meæ pater: ego illius sum gener. Socer magnus dicit vxoris meæ auus: ego sum illius progener. Et retrò pater meus, vxori meæ socer est: hæc illi nurus. & auus meus socer magnus est: illa illi pronurus. Item prosocrus mihi vxoris meæ auia est, ego illi sum progener. & retro mater mea, vxoris meæ socrus est: illa huic nurus. & auia mea, socrus magna est, & vxor mea illi pronurus. Priuignus est vxoris meæ filius ex alio viro natus: [*] ego illi vitricus. & in cōtrarium vxor mea liberis, quos ex alia vxore habeo, nouerca dicitur: liberi mei illi priuigni. Viri frater leuir est, apud Græcos δαὴρ [†] appellatus: vt est apud Homerum relatum: sic enim Helena ad Hectorē dicit, Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης. [†] Viri soror glos dicitur: apud Græcos γάλως. [*] Duorum fratrum vxores εἰνάτερες dicuntur apud Græcos: quod vno versu idem Homerus significat: [*] δαέρων, [†] ἢ γαλόων, ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων. Hos itaq; [f] inter se qui adfinitatis causa parentum loco liberorumq; habentur matrimonio copulari nefas est. [*] Sciendum est, neque cognationem, neq; adfinitatem esse posse, nisi nuptiæ [g] interdictæ non sint, ex quibus adfinitas coniungitur. Libertini, libertinæq; inter se adfines esse possunt. In adoptionem datus, aut emācipatus, quascunq; cognationes adfinitatesq; habuit, retinet: adgnationis [*] iura non retinebit: [h] sed in ea familia, ad quam per adoptionem venit, nemo illi cognatus est, præter patrem, eosve, quibus adgnascitur, adfinis autem ei [i] omnino in ea familia nemo est. [k] Is, cui aqua, & igni interdictum est, aut aliquo modo capite deminutus est ita, vt libertatem, & ciuitatem amitteret, cognationes, & adfinitates omnes, quas ante habuit, amittit. [l]

Paulus lib. vj ad Plautium. V.

SI filium naturalem emancipauero, & alium adoptauero: nō esse [m] eos fratres, si filio meo mortuo Titium adoptauero: vi-

[a] Per fœminas. Sic Instit. de legit. agnatu. in prin.

[b] Nomine. Scilicet generali quod est cognatio. & sic species assumit nomen generis: vt supra, de adop. l. 2.

[c] Per nuptias. Licitas: vt infra ea. l. §. sciendum. sed secundum canones etiam per fornicationem. & secundum Azo. etiam secundum leges quo ad prohibitionem nup. contrahitur affinitas sine nuptijs: vt supra, de ritu nup. l. & nihil. & extra de eo, q cog. cōsan. vxo. suæ. cap. discretionē. Accur.

[d] Ex nuptijs. Si nuptiæ sunt causa affinitatis: ergo nō sunt affines, [†] id est, vir, & vxor: sed causa cæterorum affinium, vt hic.

[e] Nulli sunt. Verum est propriè. nam gradus dicitur ratione cognationis naturalis, quæ hic non est: Impropriè tamen, & hic possunt dici gradus: vt infra eodem. l. iuriscōsult. in prin. de his dic quoto gradu est vxori meæ iure cognationis, toto erit mihi iure affinitatis. Idem econtra in meis cognatis ad eam.

[f] Hos itaque. Sic supra, de ritu nup. l. nuptiæ.

[g] Nisi nuptiæ. Aliàs est, vbi nuptiæ interdictæ &c. aliàs, vbi nuptiæ sint, ex quibus &c. & facit supra ead. l. §. affines: & quod ibi no.

[h] Non tantum. Id est, perdit. aliàs perdet. Accursius.

[i] Adfinis autem ei. Scilicet adoptiuo.

[k] Nemo est. Imò patris adoptiui vxor est ei nouerca: vt supra, de ri. nup. l. adoptiuus. In princi. sed ibi non consequitur affinitatem in familia adoptantis. nec enim vxor adoptantis est de sua adoptatoris familia, vel dic non est verè affinitas, sed affinitatis locum obtinet quo ad prohibitionem nuptiarum: sicut in ea. l. §. seruiles. secundum lo.

[l] Amittit. Instit. de capitis diminutio. §. quod autem.

SI filiū. CASVS. Filium meum naturalem emācipaui, postea aliquē extraneum adoptaui. nun quid erunt agnati? Non. vnde filio meo mortuo, filius adoptiuus remanet me' filius. Viuianus.

[m] Non esse. Sic Instit. de nuptijs. §. inter eas. in fi.

Arrianus

[*] In P. Fl. peperit.

Affinitas sine nuptijs quandoq; contrahitur.

[*] Cōcor. tex. in ca. t. extra, de spon. lib. 6. & idem dic esse inter spōsos, quod hic dicitur: vt no. gl. in l. quod Seru'. in verbo, affinitas. ff. de cōdict. ob cau. Bart. & Alexā. cōtra. in l. affinitatis C. cōmunia de succes.

[†] Alcia. li. 2. prætermis.

[†] Socer p virum.

[†] Socrus per virū.

[†] Socer p vxorem

[†] Socr' p vxorem.

[*] In P. Fl. ego illorū vitricus.

[†] Aleiat. lib. 2. Prætermis. Iliad. 6.

[†] id est leuir mei canis, omnia mali causatricia horride. [†] Iliad. vlt. legitur σαέρω- νῆγαν.

[*] In P. Fl. duorū fratrum vxores Ianitrices dicuntur apud Græcos. εινάτε- ρες.

[*] In P. Fl. ἤ τινες ἢ γαλόων.

[†] id est siue alicubi in gloriā aut materiam speciosis peplum.

[*] Cōcor. c. coniunctiones cōsanguineorum fieri prohibentur. quare qz has diuinæ seculiq; prohibent leges. eos autem cōsanguineos dicim', quos diuinæ, & imperatorū, ac Romanorū, atq; Græcorū leges consanguineos appellant: & in hæreditatē suscipiunt nec repellere possunt. 35. q. 3.

[*] In p. Fl. iure pdit.

deri eum defuncti fratrē fuisse, Arrianus ait. [a]

Vlpianus lib. v. ad le. Iul. & Pap. VI.

LAbeo scribit, nepotis ex filia mea nati vxorem, nurū mihi esse. Generi, & nurus appellatione sponsus quoq;, & sponsa continentur. Item [b] soceri, & socrus appellatione, sponsorū parentes [*] contineri [b] videntur.

Scæuola li. iiij reg. VII.

PRiuignus etiā is est, [c] qui vulgò cōceptus, ex ea natus est, q̄ postea mihi nupsit. ęquè & is, q cùm in concubinatu erat mater eius, nat[a] ex ea est, eaq; postea alij nupta sit.

Pomp l. j enchi. VIII.

SEruius rectè dicebat [*] soceri, & socrus, & generi, & nurus appellationem etiam ex sponsalibus acquiri. [d]

Paulus lib. iiij. sent. IX.

STemmata [a] cognationum directo limite in duas lineas separantur: quarū altera superior est, altera inferior. Et superiore aūt, & secundo gradu [f] trāsuersæ lineæ pendent. quas omnes latiore tractatu habito in librū singularē contexuimus.

Idē li. sing de grad. & adfinib. & nomin. eorū. X.

IVrisconsultus cognatorum † gradus, & adfiniū [g] nosse debet: q a legibus hereditates, & tutelę ad pximū quēq; adgnatū redire cōsueuerūt. [h] Sed & edicto p̄tor proximo [i] cuiq; cognato dat bonorū possessionē. Præterea lege iudiciorū publicorū cōtra adfines. † & adgnatos testimoniū inuiti dicere non cogimur. [k] Nomen cognationis à Græca voce dictum videtur. συγγενεῖς † enim illi vocant quos nos cognatos appellam[*]. Cognati sunt & quos adgnatos lex duodecim tabularū appellat: sed ij [l] per patrē cognati sunt ex eadē familia. Qui aūt per fœminas coniunguntur, cognati tantū nominātur: proximiores ex adgnatis sui dicuntur. [m] Inter adgnatos [n] igiť, & cognatos hoc interest, quod inter genus, & speciē. Nā qui est agnatus, & cognatus est. Non vtique autē qui cognatus est, & agnatus est. Alterū enim ciuile, alterū naturale nomen est. Non parcimus [o] his cognationū nominibus, etiam in seruis. Itaq, parētes, & filios, fratresq; etiā seruorū dicimus: sed ad leges seruiles cognationes nō pertinēt. [p] Cognationis origo & p fœminas solas cōtingit. Frater enim est, & q ex eadē matre tantum natus est. Nam qui eundē patrē habent, licet diuersas matres, etiam adgnati sunt. parentes apud Romanos vsq; ad tritauum ꝑprio vocabulo nominanť: vlteriores, qui nō habent speciale nomen, maiores appellantur. [q] Item liberi [r] vsq; ad trinepotem: vltra hos posteriores † vocantur. Sunt & ex lateribus cognati, vt fratres, sororesq;, & ex his prognati, itē patrui, amitæ, auunculi, & materteræ. Nā quoties quæritur, [*] quoto gradu quęq; ꝑsona sit, ab eo incipiēdū est, cuius de cognatione quęrimus: & si ex inferioribus, aut superioribus gradib[a] est: recta linea sursumuersum, vel deorsum [*] tendendo, facilè inueniemus gradus, si p singulos gradus proximū quēq; numere-

a Arrianus ait. Contra s. de ado. l. antep.

b LAbeo ait. Vxor nepotis nati ex filia mea habet loco nurus: sicut etiā si quis habet in vxorē filiā meā, vel neptem ex filio meo, mihi loco generis habetur. Vi.

b Contineri. Alias contineri. & dic impropriè, nō propriè, vt supra, de ritu nup. l. si qua. §. 1. alias nō cōtineri: & tunc dic in sensu proprio: vt supra eo. l. non facile. §. & quidam.

c PRiuignus etiā. Ia est interpretatiuè, non propriè: vt supra l. non facile. §. priuignus.

d SEruius. Acquiri. vt institu. de nup. §. si vxor. & facit supra, de testib. l. in legibus.

e STemmata. CASVS Or feigneurs, l. istā cum l. seq. videbitis p vos, nisi q legemus prin. vsque ad §. parentes. Diceret aliquis, cur iurisconsul. intromisit se tractare de gradibus, & affinibus? certè vtilius est propter tutelas, & hæreditates: & est vtile tractare: quia ratione affinitatis prohibitæ sunt nuptiæ. Item nec agnati coguntur dicere testimonium. & est differentia inter agnationem, & cognationem. & est tantum inter liberos homines, non autem inter seruos. residuum legetis per vos: quia in residuo enumerat gradus. vsque in infinitum. Viuia.

e Stemmata. Id est gradus: vt dicitur supra eo. l. 1. t. respon. & in Iuuenali ponitur pro sanguinis nobilitate: & debet scribi per duo mm.

f Et secundo gradu. Id est, ex linea superiori, & inferiori pendent lineæ transuersales.

g IVrisconsultus. Et affiniū. Scilicet gradus. Sed contra s. e l. non facilē. §. gradus. Sol. ibi.

h Consueuerunt. vt Insti. de legi. agn. tuto. §. 1. & de leg. agn. succes. gradatim. §. 1.

i Proximo. Vt & supra, vnde cog. l. 1. §. gradatim.

k Non cogimur. Vt supra, de testi. l. lege Iulia.

l Sed ij. Scilicet sunt agnati. & facit Insti. de leg. agna. succes. in princi.

m Sui dicuntur. Malè ergo dicunt, qui dicunt suos non esse agnatos. imò sunt & proximi: vt & infra, de suis & le. l. filius.

n Inter agnatos. Cōtra supra, vnde legiti. l. inter agnatos. Sol. ibi.

o Non parcimus. Aliàs vtimur: & aliàs, nunc verò non parcimus his &c.

p Non pertinent. Nisi quo ad nuptiarum prohibitionem, vt institu. de nup. §. seruiles.

q Maiores appellantur. supra, de in ius voc. l. quinque. §. si. contra. Sol. vt ibi.

r Item liberi. Si vis scire de aliquibus nō eodem patre natis, quoto gradu consanguinitatis sibi iungātur, recurre ad stipitem: & si æqualiter distant ab illo: quoto gradu ab eo distant, toto inter se distant. sed si inęqualiter. quoto gradu distat remotior à stipite, toto inter se. cum autē sunt nati ex eodem patre, nō dicuntur gradu inter se distare: cum si duo fuerint: vel etiam mille, vnum gradū faciūt. Et nota, quod esse in eodē gradu, duobus modis dicitur. Primo quod duo faciūt vnū gradū, vt in fratribus eodem patre natis: vel q sint in eadē linea cōsanguinitatis, vt filij duorū fratrū. nā ipsi duos gradus faciunt, & tamen sunt eodē gradu ad stipitem. item secundū canones 14. personę ad minus faciunt

* In P. Fl. soceri, & socrus.

* In P. Fl. contineri nō videntur.

* In P. Fl. socri.

† In hanc leg. multa Ant. Aug. li. emend. 2. c. 5.

† Adde, ne te fallant iura dicentia affinitatē ex illicito coitu contrahi, q illa debent intelligi quo ad matrimonij impedimenta, nō quo ad alia, vt no. in ca. tuæ. de eo qui co. cōsang. vxoris suæ. & in ca. 3. lo. co. extra, de ꝑsum. talis. n. affinitas eorū fidei in affinitate non derogat: vt no. in l. testis idone[*]. §. de testib.

† Locū restituit Al. li. prætermis. t. hoc ipso titu.

† Caligula tū negabat posteros vltra filiorū gradū intelligi debere, vt refert Suet. in eod. Gradu eodem esse duob. modis dicit.

* In P. Fl. quanto.

* In P. Fl. tendētū.

*In ꝑ. Fl. Nanq; ei qui mihi proximo gradu est, proximus est, secundo gradu est mihi. Similiter enim accedētibus singulis, &c.

† Similī metaphora Cic. appellat gradus Officiorū li. 1. de offi. circa fi. &c. gradus rerum li. 2. de natura Deorum.

ciunt sex gradus. sed secundū leges septē. Item no. quòd pater non est in gradu, secundum quosdā: sed malè. nam est in primo gradu ascendentium: filius in primo gradu descendentiū: vt 35. q. 5. c. ad sedē. & Instit. eod. §. 2. Item vbi recurritur ad stipitem, nunquā stipes pro gradu cōputatur. Item secundum leges, quia de successione tractat, computantur 6. & 7. gradus, & etiā 10. vt Insti. de suc. cog. §. 1. sed secundum canones ant. quos vsq; ad septē, ge de nup. tractatur. Azo & H. sed hæc glo. est secundū canones. nam aliter computantur gradus secundum leges: vt infra per hanc leg.

mus. *Nam q mihi proximo gradu ꝓximus est, is secūdo gradu est mihi. Similiter enim ascendentibus, & descendentibus singulis crescit numerus. Idē faciendū est in transuersis gradibus. sic frater secūdo gradu est: quoniā patris, vel matris ꝑsona, per quos cōiungitur, prior numeratur. †Gradus autem dicti sunt à similitudine scalarū, locorumve procliuiū: quos ita ingredimur, vt à proximo in proximū, id est, in eū, qui quasi ex eo nascitur, transeamus. Nūc singulos gradus numeremus. Primo gradu cognationis sunt sursumuersum duo, pater, & mater: deorsumuersum duo, filius, & filia: qui tamen & plures esse possunt. Secundo gradu duodecim ꝑsonæ cōtinentur hæ, auus, hoc est, patris, & matris pater. itē auia, similiter tam paterna, quā materna. Frater quoq; per vtrunq; parentē accipitur, id est, aut per matrē tantū, aut ꝑ patrē tantū, aut per vtrunq;, id est, ex vtroq; eodē parente. Sed hic numerum nō auget: ꝙ nihil differat hic ab eo, q eundem patrē habet tm̄: nisi ꝙ is eosdem cognatos tam paternos, q̄ maternos habet. Et ideo euenire solet in ijs, q diuersis parētibus nati sunt, vt q meo fratri frater est, meus cognatus nō sit. pone me fratrē habere ex eodem tantū patre, illū habere ex eadem matre: illi inter se fratres sunt mihi, alter cognatus non est. Soror similiter numeratur vt frater. Nepos quoq; dupliciter intelligitur, ex filio, vel filia natus. Idē est & in nepte. Tertio gradu ꝑsonæ cōtinentur trigintaduæ. Proauus, q quadrifariā intelligitur. est enim aui paterni, vel materni pater: idē auiæ paternæ, vel maternæ pater. Proauia quoq; quatuor ꝑsonas cōplectitur. est enim aui paterni, aut auiæ paternæ mater. item aui materni, & similiter auiæ maternæ mater. Patruus, is aūt est patris frater: & ipse dupliciter intelligendus est, ex patre, vel matre: puta auia paterna mea nupsit patri tuo, peperit te: aut auia paterna tua nupsit patri meo, peperit me. ego tibi patruus sum, & tu mihi. Id euenit si mulieres altera alterius filio nupserit. nā qui ex his masculi nati sunt, inuicē patrui sunt: quæ fœminæ inuicē amitæ. Itē masculi fœminis similiter patrui, fœminæ illis amitæ. Si vir, & mulier, ille filiā eius duxerit, illa filio eius nupserit: q ex patre adolescētis nati erunt, ex matre puellæ natos, fratris filios: illi eos patruos, & amitas appellabūt. Auunculus matris est frater: eadē significatione, qua in patruo diximus cōtingit. si duo viri alter alterius filiā duxerint: q ex his masculi nati fuerint, inuicē auunculi: q̄ fœminæ, inuicē materteræ erunt: & eadē ratione masculi puellis auunculi, & illæ illis erunt materteræ. Amita est patris soror, sicut supra accipiendi. Matertera, est matris soror, similiter vt suprà. Illud notandū est, nō quemadmodū patris, matrisq; fratres, & sorores, patrui, amitæ, auunculi, materteræ dicunt: ita fratris, sororisq; filios, filias nomē speciale cognationis habere: sed ita demonstrari fratris, sororisq; filios, filias. quod quidē & in alijs accidere, ex posterioribus apparebit. Pronepos quoq;, & proneptis quadrifariā intelligunt. aut. n. ex nepote ex filio, aut ex nepote ex filia descendunt: aut ex nepte ex filio, aut ex nepte ex filia ꝓpagant. Quarto gradu ꝑsonæ cōtinent octoginta. Abauus, cuius intellectus in octo ꝑsonas porrigitur. est enim proaui paterni, aut materni pater, quos singulos duplici modo intelligendos diximus: aut proauiæ paternę, aut maternę pater, q̄ & ipsæ singulæ personæ dupliciter accipiunt. Ab auia, & hæc octies numeratur. est. n. proaui paterni, aut materni, itē proauiæ paternæ, aut maternæ mater. Patruus magnus, is est frater aui. auus itē frater, cū duobus modis intelligantur, quatuor personas id nomen amplectitur. vt sit aui paterni, vel materni frater, q vel eodē patre. i. proauo, vel tm̄ matre eadē: id est, proauia natus est. Qui aūt mihi est patruus magnus, is patri meo, vel matri meæ patruus est. Amita magna, est aui soror. Auus aūt, itē soror (vt suprà diximus) dupliciter intelliguntur: & ideo hic quoq; quatuor personas intelligimus. Similiter q̄ patri meo, vel matri meæ amita est, mihi erit amita magna. Auūculus magnus, est auiæ frater. quatuor personæ huic nomini eadē rōne subiectæ sunt: mihiq; is est auunculus magnus, q patri meo, vel matri meæ auūculus est. Matertera magna, est auiæ soror. Quatuor modis & hæc ob eadē causam intelligitur. ea q̄ matri meæ, vel pr̄i meo matertera est, mihi matertera magna

magna vocatur. Eodē gradu sunt & illi, q vocanē fratres patrueles, itē sorores patrueles, amitini amitinæ, cōsobrini, cōsobrinæ. hi autē sunt, qui ex fratribus, aut sororibus nascuntur, quos quidē ita distinxerunt, vt eos quidem, qui ex fratribus nati sunt, fratres patrueles: item eas, quæ ex fratribus natæ sunt, sorores patrueles: ex fratre autē, & sorore, amitinos, amitinas: eos verò & eas, qui, quæve ex sororibus nati, natæve sunt, consobrinos, consobrinas: quasi consororinos: sed plerique hos omnes consobrinos vocant, sicuti Trebatius. Sub hac nominum appellatione personæ cadūt sedecim, hæ: patrui filius, item filia, bifariam, sicut suprà numerantur. nam patris mei frater esse potest, vel ex eodē patre: vel etiam ex matre sola. amitæ filius, item filia, auunculi filius, item filia. materteræ filius: item filia: amita auunculo, matertera acceptis * dupli ci intellectu, ratione obseruanda secundum patrui nomen. Fratris, sororisq; nepos, ac neptis eodem gradu sunt. Sed & frater, item soror, neposve, & neptis dupliciter accepti continebunt personas sedecim sic: fratris eodem patre nati nepos ex filio: nepos ex filia fratris eadem matre, alio patre nati nepos ex filio, nepos ex filia: fratris eodem patre nati neptis ex filio, neptis ex filia: fratris alio patre eadem matre nati, neptis ex filio, neptis ex filia: Eademq; causa octo personæ efficient, vt aliæ octo accedant, ex sorore natorum nepotes, neptesq;. & similiter numerantur à nobis. Fratris autem mei nepos, neptisq;, me patruum magnum appellant. Fratrum, sororumq; meorum nepotes, neptesq;, item mei, inter se consobrini sunt. Abnepos, abneptis, hi sunt pronepotis, proneptis filius, filia: nepotis, neptisve nepos, neptis: filij filiæve pronepos, proneptis. nepote, vel ex filio nato, vel ex filia: nepte, vel ex filio nata, vel ex filia, acceptis vt ad singulas personas gradu descēdamus, sic: filius, nepos, pronepos, abnepos. filius, nepos, pronepos, abneptis. filius, nepos, proneptis, abnepos. filius, nepos, proneptis, abneptis. filius, neptis, pronepos, abnepos. filius, neptis, pronepos, abneptis. filius, neptis, proneptis, abnepos. filius, neptis, proneptis, abneptis. similiter hæ personæ numerabuntur proposita filia, & sic fiēt sedecim. Quinto gradu personæ continentur clxxxiiij. Atauus, scilicet, & atauia. * Atauus est abaui, vel abauiæ pater proaui, vel proauiæ auus, aui auiæq; proauus, matris, vel patris abauus. huius appellatio personas complectitur sedecim, enumeratione facta, tam per mares, quàm per fœminas, vt sic ad singulas perueniamus. Pater, auus, proauus, abauus, atauus. Pater, auus, proauus, abauia, atauus. Pater, auus, proauia, abauus, atauus. Pater, auus, proauia, abauia, atauus. Pater, auia, proauus, abauus, atauus. Pater, auia, proauus, abauia, atauus. Pater, auia, proauia, abauus, atauus. Pater, auia, proauia, abauia, atauus. Similiter matris persona præposita enumeratio fiet. Atauia totidē personas cōtinet eadē ratione numeratas, id est, sedecim. Patru* maior, est proaui frater, patris, vel matris patruus magnus Sub hoc nomine erunt psonæ octo, & sic enumerabūtur. Pater, auus, proauus, abauus, frater proaui. Pater, auus, proauus, abauia, frater proaui. Pater, auia, proauus, abauus, frater proaui. Pater, auia, proauus, abauia, frater proaui. totidē erūt matris persona, & proauo eius præpositis. Ideò aūt fratrem proaui enumerantes, ante abauum ponimus, quod (vt supra significauimus) non aliter peruenietur ad eum, de quo quęritur, nisi p eos transitū fuerit, ex quibus nascitur. * Auunculus maior, is est proauiæ frater, patris, vel matris auunculus magnus. Eadē dinumeratione hic quoq; octo personas cōputabimus: hoc tantū immutato, vt his frater proauiæ ponatur. Amita maior ea est proaui soror, patris, vel matris amita magna, quò ad numerū, & expositionē personarū, eadem erūt, immutato hoc, vt proaui soror ad extraneū ponatur. Matertera maior hæc est soror proauiæ, patris, vel matris matertera magna. numerus personarū idem est, vt in nouissimo ponatur proauiæ soror. Hos oēs à patruo maiore, quos retulimus quidam appellant ita, Propatruus, proauunculus, proamita, promatertera: quos tamen ego ita nomino, illi contrà fratris, vel sororis pronepotē me demonstrant. Patrui magni filius, filia. hi sunt fratris aui filius, filia, proaui aut proauiæ nepos, neptis ex filio filia, patris, vel matris cōsobrinus, cōsobrina. Octo psonas & hic cōputabimus, quod auus, & frater (vt iam dictum est) dupliciter accipiuntur: & ideò patrui magni filius quatuor implet, totidē filia. Amitæ magnæ filius, filia. hi sunt aui sororis filius, filia, proaui proauiæ, nepos neptis ex filia, pris, vel matris cōsobrinus, cōsobrina. numerus personarū idē, qui suprà. Auunculi magni filius

* In P. Fl. duplici intellectu secūdū eandem rationem.

1 Conc. c. primo gradu. ibi, quo gradu veniūt supra quidē atauus atauia. infra atnepos atneptis. 30. q. 5.

* In P. Fl. Abauunculus maior.

filius,filia. hi sunt auiæ fratris filius,filia. proaui,aut proauiæ, nepos,neptis ex filio, patris,vel matris cõsobrinus,cõsobrina.numerus idẽ.Materteræ magnæ filius,filia.hi sunt auię sororis filius,filia,p̃aui,proauię, nepos,neptis ex filia,patris, uel matris cõsobrinus,consobrina cõputatio eadẽ * per sonarũ,quas enumerauimus. Patrui magni filius,ei,de cuius cognatione quęritur,pro prius sobrino uocatur.nã (ut & Massurius ait) eũ quis appellat propriorẽ sobrino,q̃ est patris matrisve cõsobrinus, aut cõsobrina:ab eo cosobrini cõsobrinæve filius filia nominatur. Patrui nepos neptis.hi sunt aui paterni,uel auię paternæ pronepos pronepis ex nepote vel ex nepte filio natis,cõsobrini cõsobrinę fili⁹ filia. personas octo cõtinebũt:quatuor nepos, quatuor neptis:q̃a & patruus dupliciter accipit̃, & nepos uel neptis sub singulis patruorũ personis duplicatur. Amitæ nepos, uel neptis. hi sunt aui paterni vel auiæ paternę pronepos pronepis ex nepote, vel nepte filia natis.consobrini consobrinæ filius filia. numerus idẽ est. Auunculi nepos neptis hi sunt, cui materni vel auiæ maternæ p̃nepos proneptis. cętera eadẽ,q̃ in patrui nepote vel nepte. *(Materterę nepos neptis. hi sunt aui materni,vel auię maternę p̃nepos proneptis ex nepote vel ex nepte filia natis. p̃sonarũ numerus idẽ,qui suprà) ijs omnibus,quos a patrui nepote proposuimus, is, de cuius cognatione quęrit̃, proprius sobrino est. nã patris vel matris eorum cõsobrinus est. Fratris pronepos proneptis: hi continebũt p̃sonas sedecim: fratre dupliciter, & pronepote,ac pronepte singulis quadrifariam (ut suprà demonstrauimus) acceptis. Sororis pronepos proneptis, similiter sedecim personas cõtinebunt. Atnepos,atneptis.hi sunt abnepotis,uel abneptis filius filia,pro nepotis,vel proneptis nepos neptis, nepotis,vel neptis pronepos proneptis,filij,vel filiæ abnepos,abneptis. Numerabũtur sub hac appellatione trigintaduæ † p̃sonæ: q̃a abnepos sedecim habet, & totidem abneptis. Sexto gradu cõtinentur personæ quadringẽtæ quadragintaocto,hæ: Tritauus.is aũt † est patris, & matris atauus, aui, vel auiæ abauus, proaui,p̃auiæ abauus, abaui vel abauiæ auus,atavi,uel atauiæ pater dictus quasi tertius auus. personas aũt cõplectit̃ triginta duas.geminetur.n.necesse est, qui in atauo fuit numerus,immutatione p̃ singulas p̃sonas p̃p̃ atauũ iã facta,ut sede cies tritanus intelligatur atani pater, & toties atauiæ. Tritauia similiter enumerata faciet personas trigintaduas. Patruus maximus, is est abaui frater, ataui, & atauiæ filius.patris,vel matris patruus maior. per sonas continebit sedecim, sic. Pater, auus, proauus,abauus, atauus, frater abaui. Pater, auus,proauus, abauus, atauia, frater abaui. Pater,auus,proauia,abauus, atauus, abaui frater. Pater, auus,proauia, abauus. atauia,frater abaui. Pater, auia, proauus, abauus, atauus, abaui frater. Pater, auia, proauus, abauus, atauia, frater abaui. Pater, auia, proauia, abauus, atauia, abaui frater (* Pater auia,proauia, abauus, atauia,abaui frater) totidem erunt matris appellatione proposita. Auũculus maximus. is est abauiæ frater, patris uel matris auunculus maior,& numerus idem, & personarum expositio eadẽ quę suprà,hoc du ntaxat immutato,ut pro abaui fratre, abauiæ fratrem ponas. Amita maxima,est abaui soror, patris, uel matris amita maior,cætera ut in patruo maximo: hoc tantùm immutato, ut ibi est abaui frater, ponatur abaui soror. Matertera maxima.ea est abauiæ soror,patris vel matris matertera maior:cætera ut suprà ad extremum duntaxat pro abauiæ fratre posita abauiæ sorore. Hos omnes,quos a patruo maximo posuim⁹, q̃dam his nominibus designant: abpatruus, abauunculus, abamita, abmatertera. Itaq; & nos indifferenter hos ponemus. Quos autẽ ego appello abpatruos, abauunculos, abamitas, abmaterteras: illi demonstrant me fratris,sororisq; abnepotẽ. Patrui maioris filius, filia.hi sunt proaui fratris fili⁹, filia.abaui,abauiæ p̃ proauũ nepos, neptis ex filio. Personæ sub hoc erũt sedecim:enumeratione sic ducta,ut in quinto gradu,cũ patruum maiorem demonstraremus, fecimus,adiecto duntaxat filio,filia: quia filius patrui maioris totidẽ necesse est personas complectatur,quot patruus maior, id est, octo,totidemque ex filię persona computatis,is numerus efficietur,quẽ suprà posuimus. Amitæ maioris filius, filia. hi sunt p̃aui sororis filius,filia,abaui abauiæ per proauum nepos neptis ex filia. Et hic eadem ratione personas dinumerabimus totidem. Auunculi maioris filius,filia: hi sunt proaui,proauiæ fratris filius,filia. abaui,abauiæ per proauiam nepos,neptis ex filio. Eadem hic dinumeratio faciẽda est, quæ in patrui maioris filio,filia. Materterę maioris filius, filia,

* In P. F. personæ, quas enumerauim⁹ a patrui magni filio,ei,d̃ cuius cognatione quęritur, pro prius sobrini uocantur.

* Quæ parenthæsi hic inclusa sunt,nõ habentur in Pã. Fl. nec in ue. exemplis manuscriptis.

† P. Flo. duo, & tũc ad imitationem Gręcorũ hic idecli nabiliter duo ponatur: ut apud illos nonnunquã δύο & sic in sequẽtibus.

† Cõcor. c.1.gradu. ibi, Sexto gradu ueniũt supra tritau⁹ tritauia: infra trinepos trineptis.15.q.5.

* In P. F. sunt hæc, quæ parẽthesi sunt inclusa.

filia, hi sunt proaui, ꝓauię sororis filius, filia abaui, abauiæ per proauiā nepos neptis ex filio. Circa numerū personarū & expositionem ut s. Hi oēs, quos proposuimus à patrui maioris filio, auo auię esse ei⁹, de cuius cognatione quærit, fratribusq; & sororibus eorū, consobrini cōsobrinęve sunt: at patri matrisq; eiusdē, fratribusq; & sorori bus utri⁹ eorū propri⁹ sobrinis. Patrui magni nepos uel neptis, amitæ magnę nepos uel neptis, auūculi magni nepos vel neptis, materteræ magnæ nepos uel neptis. hæc singula nomina cōtinent personas sexagintaquatuor. Nā cū patrui magni (uerbi gratia) persona quadrifariā intelligat, neptis bifariam: geminat is numerus, nepote duntaxat adnumerato, & quadruplatur is, qui geminatus erat. duplicatur et nepte cōputata. ac tantū unius denumerationem proponimus exempli gratia. Pater, auus, proauus, frater aui, qui est patruus magnus, fili⁹ eius, nepos eiusdē ex filio, itē neptis. Pater, auus, proauia, frater aui, qui est patruus magnus, filius eius, nepos eius ex filio, item neptis. Pater, auus, proauia, frater aui, qui est patruus magnus, filius eius, nepos eiusdem ex filia, itē neptis. * (Pater, auus, proauia, frater aui, qui est patruus magnus, filia ei⁹, nepos eiusdem ex filia, item neptis) totidē & eadē ratione exponūtur matris nomine anteposito, id est, ut aui materni fratres, nepotes & neptes computemus. itē in amita magna, id ē, aui sorore nepotes neptesq; ęnumerauim⁹. idemq; in auūculo magno, id est, auiæ fratre. eadē ratio materteræ magnæ, id est, auiæ sororis. ex quibus uniuers⁹ numerus completur sexagintaquatuor. Hi omnes proaui, aut proauiæ eius de cui⁹ cognatione quæritur, pronepotes & proneptes, eiusdem aui auiæve, * fratris sororisve nepotes, neptesve. & cōtrà horum eiusdem auus auia patruus magnus, amita magna, auūculus magnus, matertera magna. erunt autem pater materve eiusdem, fratresq; & sorores utrius eorum sobrini: ipse his sobrinus est, & inuicē huic illi sobrini. Patrui pronepos proneptis continent personas octo. nam utriusq; sexus fiūt sedecim sic: Pater, auus, patruus, fili, patrui, nepos eiusdem ex filio, pronepos eiusdem ex nepote filio nato, item proneptis. Pater, auia, patruus, filius patrui, nepos eiusdem ex filio pronepos ex nepote filio nato, itē proneptis. Pater, auus, patruus, filia patrui, nepos eiusdē ex filia, ꝓnepos ex nepote filio nato. item proneptis. Pater, auia, patruus, filia patrui, nepos eius ex filia, pronepos ex nepote filio nato, & ꝓneptis. Pater, auus, patruus, filius patrui, neptis eiusdē ex filio, pronepos ex nepte filio nata, itē ꝓneptis. Pater, auia, patruus, filia patrui, nepos eiusdē ex filio, pronepos * ex nepte filio nata, item proneptis. Pater, auus, patruus, filius patrui, neptis eiusdē ex filio, pronepos ex nepte filia nata, itē proneptis. Pater, auia, patruus, filius patrui, neptis eiusdē ex filia, pronepos ex nepte filia nata. * item proneptis. Amitæ pronepos proneptis. totidē personas eadem ratione & is continet, tantum ꝓ patruo amita sumpta. Item auunculi pronepos proneptis. item pro patruo, auunculo posito. Materteræ pronepos pro neptis. & hic ubi patruus positus ē, matertera numerata eundem numerum personarum inueniemus. Hi omnes eius, de cuius cognatione quæritur. cōsobrinorum nepotes neptesve sunt. Fratris sororisque abnepos abneptis efficiunt personas sexaginta quatuor. ut ex suprascriptis apparere potest. Trinepos trineptis. hi sunt filij filiæve atnepos atnepis, nepotis neptisve, abnepos abneptis, pronepotis proneptisve pronepos proneptis: abnepotis abneptisve nepos neptis: atnepotis, atneptisve filius filia. Hæ appellationes demōstrant personas sexaginta quatuor. nam trigintaduo trinepos complet, totidem trīs neptis. Abnepote enim numerus quadruplatus in se, efficit trigintaduo: ipso nepote duas significante, pronepote: quatuor, abnepote octo, atnepote sedecim: His accedunt trinepos trineptis * uni ex atnepote, alteri ex atnepte nati. Per singulos autem gradus ideo geminatio fit, quia maribus adijciuntur fœminę, ex quibus proximus quisque progenitus: & enumerabuntur sic: Filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos, atnepos trinepos, item trineptis. Filia, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. filia, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius,

neptis

* In P.F. non habētur hæc, q̄ sunt inclusa parenthesi.

* In P.F. fratres sororesve.

* In P.F. ex nepote filio nato.

* In c. r. hoc loco adduntur hęc: pater, auia: patruus, filia patrui neptis eiusdē ex filia pronepos ex nepte filia nata.

* In Pan. Flo. una. & paulò post, altera.

nepos,pronepos,abneptis, atnepos, trinepos,item trineptis.Filia,nepos, pronepos, adneptis, atnepos, trinepos,itē trineptis. Fili⁹,nepos,proneptis,abneptis , atnepos , trinepos:item trineptis.Filia,nepos,proneptis,abneptis,atnepos,trinepos,item trineptis. Filius,neptis,proneptis, abneptis, atneptis,trinepos,itē trineptis. Filia, nepos, proneptis,abneptis,atnepos, trinepos , itē trineptis. Fili⁹,neptis,pneptis,abneptis, atnepos,trinepos, itē trineptis Filia,neptis, proneptis, abneptis,atnepos,trinepos , itē trineptis.Filius,nepos,pronepos, abnepos atneptis,trinepos,item trineptis Filia, nepos,pnepos,abnepos, atneptis , trinepos, item trineptis.Filius,neptis, pronepos, abnepos,atneptis ,trinepos,itē trineptis.Filia,neptis,pronepos,abnepos,atneptis, trinepos,item trineptis. Filius,nepos,proneptis,abnepos, atneptis,trinepos, itē trineptis.Filia,nepos,proneptis, abneptis, atneptis,trinepos,item trineptis. Filius neptis, proneptis,abneptis, atneptis, trinepos,itē trineptis.Filia,neptis,proneptis, abnepos, atneptis,trinepos,item trineptis.Filius,nepos,pnepos,abneptis, atneptis , trinepos, item trineptis.Filia,nepos,pronepos,abneptis,atneptis, trinepos,itē trineptis Fili⁹, nepos,proneptis,abneptis, atneptis, trinepos,item trineptis. Filia,nepos,pronepos, abneptis , atneptis , trinepos , item trineptis.Filius,neptis,pronepos, abneptis, atneptis,trinepos , item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abneptis, atneptis , trinepos,item trineptis. Filius , neptis, proneptis,abneptis,atneptis , trinepos,item trineptis. Filia,neptis proneptis, abneptis, atneptis,trinepos,item trineptis.

* Septimo gradu personæ continentur mille uigintiquatuor, hę tritaui, itemque tritauiç pater mater, personas efficiunt cētum uigintiocto . tritaui enim patres tot sunt,quot ipsius tritaui. item eiusdem matres totidem,fiunt sexagintaquatuor. idem numerus tritauię patris matrisque . Ataui atauia frater soror.hi sunt tritaui filius, filia:abaui abauiæ patruus,auunculus,amita matertera,proaui proauiæ patruus magn⁹, auunculus magnus,amita magna, matertera magna:aui auięve,propatruus , proauũculus, pamita,pmatertera:patris,uel matris abpatruus,abauuncul⁹, abamita, abmatertera.Fiũt personæ ataui fratris triginta duæ.nam sedecim,quas atauus explet,accedunt totidem propter fratris duplicē personam necesse est.nā sedecim fratres ataui ex parte computātur,& sedecim ex matre. similiter ataui sorores,triginta duę , fiunt sexagintaquatuor,& totidē atauię fratris, item sororis. Patrui maximi filius, filia hi sũt ataui nepos,neptis ex filio,abaui fratris filius,filia. Amitę maximæ fili⁹,filia. hi sũt ataui nepos neptis ex filia,abaui sororis filius,filia. Auunculi maximi filius , filia. hi sunt * a auię nepos,neptis ex filio * abauię fratris filius filia. Materteræ maximæ fili⁹, filia.hi sunt * atauię nepos,neptis ex filia, abauiæ sororis filius,filia. Hæ omnes personæ,quas à patrui maximi filio enumerauimus,proaui proauięque eius, de cuius cognatione quæritur,consobrinæ sunt:aui,auiæque eiusdem propius sobrinis. Singulæ appellationes cōtinent personas sedecim: quia cùm patruus maximus sedecim efficiat,filius eius eandem habet enumerationem, totidemque filia : & sic ex omnibus ijs,quas à patrui maximi filio comprehendimus,ductis per octo sedecies , fiunt centum uigintiocto. Patrui maioris nepos personas continet sedecim. Est enim abaui, ab bauiæve pronepos . & cum abauus octies numeretur , nepotes bis octies computati supradictum numerum efficiunt. Patrui maioris neptis,auunculi item maioris nepos neptis eadem ratione personas complebunt trigintaduas . amitæ maioris nepos,neptis,eadem ratione:item materteræ maioris nepos neptis.Item.& sic ex omnibus colliguntur centum uigintiocto . His personis auus, auia eius,de cuius cognatio ne quæritur propius sobrinis sunt: pater, mater,sobrinus,sobrina:is , de cuius cognatione quæritur sobrino natus est . hic proximo nomine definitur parenti suo sobrinus,† ut Trebatius ait.rationem quoq; nominis hanc reddidit:quòd ultimi cognationum gradus sobrinorum sint. Itaque * sobrini filius rectè proximum nomē ab eo ipso, * cuius sobrini filius est,dicetur. & ideo eos,qui ex sobrinis nati sunt,inter se proximum nomen appellare.hos enim nullũ proprium habere nomen,quo inter se uocent. Patrui magni pronepos proneptis:auunculi magni pronepos,pneptis:amitæ magnæ pronepos,proneptis:materteræ magnę pnepos proneptis:ex his omnibus centũ uigintiocto personæ efficiuntur : qa singulæ appellationes sedecim complent. Nam cũ (exempli gratia) patruus magnus quadrifariam intelligitur:ad singulorũ * patruorũ

* In P.F. hoc loco adduntur hæc:filius, neptis, pneptis,adnepos,trinepos, itē trinepus. filia , nepus , proneptis , at neptis, atnepos. itē trineptis.

* In P.F. ataui.
* In P.F. abauię orum.
* In P.F. ataui.

†Sobrino legendum censet Anto. Aug. li br. 2. c. 5.
* In P.F. sobrini filium.
* In P.F. huius sobrini fili⁹ dicetur.

* In P.F. patrũ maiorum.

VNDE VIR ET VXOR.

Licet uir uxori, & econtra succedãt, tamẽ ultra iura affinitatis secus est: ut C. cõmu. de succes. l. affinitatis.

magnorũ personas quadruplicatus pnepos, itẽ pronepotis trigintaduas psonas reddet: totq; quater numeratæ, illam, quę pręposita est, summã efficiunt, horum patres, matresq; ei, de cuius cognatione quærit̃, sobrini, sobrineq; sunt, ipse autẽ ijsdem sobrino, sobrinæve natus, Patrui abnepos, abneptis: auunculi abnepos, abneptis. amitę abnepos, abneptis: materteræ abnepos, abneptis. hæc singula uocabula senas denas cõtinent personas (uerbi gratia) patrui abnepos sic enumerabitur: ut bifariam patruo accepto, quater pronepos, toties pneptis ducatur, & sic ad eorũ filios ueniat sedecies computatos. eadẽ ratione ad filiã, itẽ in cæteros. & p hoc ex omnibus perficietur numerus pessonarum centum uigintiocto. Hi sũt ei, de cuius cognatione q̃ritur, a consobrinorum pronepotes, pronepteſq;: his ille, de cuius cognatione quęritur, patrui maximi: auunculi maximi, amitæ maximæ, materteræ maximæ, filius, filia, itẽ paui, proauię, cõsobrinus, fratris, sororisq; abnepos, abneptis psonas cõtinẽt centũ nigintiocto. Trinepotis filius, itẽ filia, trinepotis filius, itẽ filia, hi centum uigintiocto fiunt, quod cùm trinepos, trineptisq;, ut s. demõstrauimus, sexaginta quatuor impleant: filius eorũ eadem enumeratione, totidéq; filia computabitur.

TITVLVS XII.

VNDE VIR ET VXOR.

Vlp. lib. xlvij. ad edi. I.

Vt bonorũ possessio peti possit, Vnde uir, & uxor: iustum esse matrimonium oportet. Cæterũ si iniustum fuerit matrimoniũ: nequaquã bonorũ possessio peti poterit: quéadmodũ nec ex testamẽto a adiri hæreditas. uel sm tabulas peti bonorũ possessio potest. nihil enim capi b propter iniustum matrimoniũ potest. Vt autẽ hæc bonorum possessio locũ habeat, uxorẽ esse oportet mortis c tempore. Sed si diuortiũ quidem secutum sit, ueruntamen iure durat d matrimonium: hæc successio locum non habet.

Cõtinuatio secundum Vitianum.

a In P.F. sobrinorũ nepotes neptesq; eorum, de cuius &c.

ADDITIO. De tribus bonorum possessionibus, quæ deferuntur ab intestato, supra habuisti. uerum quia aliqua deferuntur non ratione agnationis, & cognationis, sed ratiõe matrimonij: ideo quia uir, & uxor nõ sunt affines s. tit. 1. nõ facilè. & illa uocatur bono. poss. Vnde uir, & uxor, & duę sunt bonorũ possessiones: una est, Vnde uir, quæ datur uiro in bonis uxoris decedentis ab intestato, alia Vnde uxor, quę dat̃ uxori in bonis uiri decedentis ab intestato. unde de bo. poss. quę cognominat̃, Vnde uir & unde uxor, uideamus quando locum habeat, & quando desinat: de quo l. i. una dicit̃. Et debetis scire si uir decedit intestatus sine descendentibus & ascendẽtibus & collateralib. uxor succedet ei excluso fisco, & econtra C. e. l. una. Et nota, quia ista bonorum possessio, Vnde uxor, olim fuit necessaria, & hodie est: quia uxor non succedit uiro l. 12. tabul. per unde liberi: quia nõ est de numero liberorum: per unde legitimi, non: quia nõ est agnata. per unde cognati, non: quia non est cognata, sed æquitate prętoris: quia sunt affines. C. de crimine expila. hæred. l. aduersus. succedunt per unde uir & ux. Viuia.

Vt bonorum. CASVS. In lege ista tractatur, quando habet locum ista bon. poss. & quando cessat, & certè locũ habet, si matrimoniũ fuit iustũ, & de iure tenuit. si p decedit uir, uel uxor, sine descẽdẽtibus, siue ascendentibus uel collateralibus uocat̃ uxor. si decedit testatus, cessat. ita uocat uir & uxor per unde uir, & uxor, si tempore mortis illius durabat matrimonium. cessat tamen, si non fuit licitum matrimonium cõtractum: quia ubi matrimonium nõ tenuit, nõ potest succedere nec ex testamẽto: aliquando tamẽ quo ad quid durat matrimoniũ, & quo ad quid nõ: & inde nõ erit locus huic bon. poss. si liberta est nupta patrono, non potest diuertere ab eo inuito. si diuertit licet duret matrimonium, quia nec uidentur habere uoluntatem, nõ succedunt per unde uir, & uxor: sed & si diuortium, est celebratum non ritè. licet duret matrimonium, nõ est locus huic bono. possess. Or ista l. habet cõtra. ponamus: Ego uolo nuptias contrahere, uado in partes extraneas: credo aliquam solutã, non est: contrahitur cũ ea illicitum matrimonium, si instituit me: ista l. uidetur uelle, quòd non possum ei succedere ex testamẽto, uel per contra tab. idem uidetur econtra: pone, scio me habere uxorem: cõtraho cũ aliqua soluta, matrimonium est illicitũ, C. ad leg. Iul. de adu. l. cum qui. Instituo eam: ista innuit qđ nõ potest succedere secundum tab. uel p contra tabul. istud est falsum: quia ll. dicunt cõtrarium, qđ ille qui scit matrimonium iniustum, non põt institui hæres ab eo, qui ignorat matrimonium tenere. unde si sciam me non esse uirum, & ipsa nesciat. non potest me instituere: sed ego eam. sic s. de leg. i. l. fi. & s. de ijs qui. ut indig. l. post legatum. s. de usufr. leg. l. uir, & uxor. sic de facto, sed non de iure duraret. Viuia.

a Ex testamento. Talia iniusti uiri, uel uxoris: ut supra de ijs quibus ut indignis. l. Claudius. & s. de usufructu lega. l. uxori.

b Capi. Ex testamento. uel ab intestato. sic repellitur mulier si nubat intra annum: cum nec legitimas habeat hæreditates ultra tertium gradum: ut C. de secundis nuptijs. l. 1. in fin. Item præferuntur uxoris omnes consanguinei: ut C. eo. l. 1, Item quidam alij qui sunt C. de hæred. decu. per totum. Item socius liberalitatis imperialis: ut C. si imperi. lib. so. l. 1. alias ipsi inuicem succedunt excluso fisco: ut C. eo. l. 1. hoc iure ueteri: sed iure authen. est aliquid plus: ut C. eodem. authentic. præterea. Accursius.

c Mortis. Sic s. de reb. dub. l. si cognatis. & s. unde cog. l. capitis. & in auth. de nup. § quia uerò. collat. 4.

d Durat. Quo ad quædã, ut nõ possit alij nubere: ut s. subijcit. uerè tamẽ solutũ est, ut s. de diuor. l. fi. in prin.

Retinet

[a] Retinet. Vt & ſupra de diuor.l. patrono. & C. de oper.liber.l. libertæ. & ſecundum hoc dic retinet quo ad quædam ut ſupra dixi.
[b] Inuito patrono. Vt & ſupra de diuor. l. fin.in princ.
[c] Certo modo. Puta per uerba apta ad hoc: ut ſ. de diuor.l. 2. & facit j. de adult.l.pen.

Hoc autẽ in huiuſmodi ſpeciebus procedit. liberta ab inuito patrono diuertit. lex Iulia de maritandis ordinibus retinet [a] iſtam in matrimonio, dum eã prohibet alij nubere inuito patrono. [b] Item lex Iulia de adulterijs, niſi certo mõ [c] diuortium factum ſit, pro infecto habet.

De hac lege Iulia pulchrè Alex. ab Alex. lib. 4. Genia. dierum c. 21.

DE VET. ET mili.ſuc.

ADDITIO. De bono.poſ. quę datur in bonis paganorũ, nõ militum ſ. dictum eſt. ſed quia bon.poſſeſ. interdum petitur in bonis eorum, qui deſierũt militare, & aliquando in bonis militũ, ideo ſubiungit tit. de uet.&c. Vi.

Militi q. CASVS. Miles I militia iſta, q̃a princeps diligebat eum, multa quæ fierat. dum uidit quod multa quæ fierat, In cœpit falſus eſſe: ꝓpter qd' damnatus fuit de crimine capitali. nunquid iſte poterit facere teſtamẽtum ſi impetrat a principe? ſic,& ex illo teſtamento petetur ſecundum tabul. ſi non impetrat a principe, agnati, & cognati poterunt ſuccedere ab inteſt. ſi damnatus eſt crimine militari, non communi. Viuia.

TITVLVS XIII.

DE VETERANORUM & militum ſucceſsione.

Marcel. li.ij de re mil. I.

Militi, qui capite puniri meruit, teſtamentum facere concedendum, [d] Paulus, & Menander ſcribunt, eiuſque bona inteſtati, ſi punitus ſit, ad cognatos [e] eius pertinere: ſi tamen ex militari [f] delicto, non ex communi, punitus ſit.

Papinianus libro xvj. reſponſorum. II.

Bona militis inteſtato defuncti caſtrenſia [g] fiſco non uindicantur, cũ hęres legitimus [h] ad finem quinti gradus extitit, aut proximus cognatus eiuſdem gradus intra tempus bonorum poſſeſsionem accepit.

[d] Concedendum. Super bonis caſtrenſibus tantũ & iure militari: & ſi hoc ſit conceſſum a principe, uel a iudice, & ſit damnatus de militari crimine: ut habetur C.eod.l. & militibus. & ſupra de mil.teſta.l.ex militari. in princ.& de inuſt.teſt.l. ſi quis ex. §. quoties. & j.l.2.in fin. huius l.
[e] Cognatus. Vſque ad quintum gradum, non ultra: ut infra l. proxim. Itẽ hoc in caſtrenſibus. ſed paganica fiſco applicantur: ut C.eo.l.militibus.& dic ut ibi.
[f] Ex militari. Quę multa ſunt ∫. de re mili. per totũ.

Bona militis. CASVS. Miles qui erat in expeditione,& nullum crimen commiſit, deceſſit in expeditione: nunquid bona caſtrenſia fiſcus occupare poſſit? non, imò debent ſeruari ſuccedentibus ab inteſtat. uſque ad quartum gradum, & quintum. Viu.
[g] Caſtrenſia. Secus in paganicis: ut not. ſ. l. proxi.
[h] Legitimus. Scilicet agnatus. Sed contra Inſtit. de ſucceſ. cogn. §. ſi. ubi aliter agnati, & aliter cognati: imò ambo in alio gradu, quam hic: & ſic in duobus eſt contra. Solut. hic ſpeciale. Accur.

TITVLVS XIIII.

QVIBVS NON competit bonorum poſſeſsio.

ADDITIO. De iſtis quibus defertur bo. poſ. ſ. dictũ eſt, uerũ quia quibuſdam nõ defertur, ponit hic tit. qui ſunt iſti, dicitur in l.una.

Continuatio ſecundum Viu.

Iulianus libr. xxviij. digeſtorum. I.

Seruo meo hærede inſtituto, dolo feci, ne teſtamentũ mutaretur, eumque poſteà manumiſi. quæſitum eſt, an actiones ei denegandæ eſſent? Reſpondi, hic caſus uerbis edicti nõ continetur. ſed æquũ eſt, ſi dominus dolo fecerit, ne teſtamentũ mutaretur, quo ſeruus eius hęres ſcriptus erat (quãuis manumiſſus adierit hæreditatẽ) ei denegari: [i] cũ etiam emancipato [k] filio denegentur: ſi pater dolo fecerit, ne teſtamentũ mutaretur.

Seruo. CASVS. In l.iſta ponitur talis caſus: Tu inſtituiſti ſeruum meũ hæredẽ, nolebas mutare teſtamentũ, doloſè te coegi ut non mutares, nõ debeo petere bon.poſ. & ſi me uiuo illum manumiſi. idem ſi filiũ meum inſtituiſti: & dũ uolebas mutare teſtamentũ, nõ permiſi. nõ debeo petere ſm tabul. q̃a rem illicitã egi. Idẽ dicetis, ſi ſum inſtituius, & ille qui inſtituit me, prohibeo mutare teſtamentũ, ſ. ſi qs aliquẽ teſta. prohibue. l. 1. §. ſi filius. Idẽ intelligatis ſi pater uelit teſtari, & prohibui teſtari eũ. hæc ẽ cã, quare filius põt exhæredari, uel præteriri, in auth. ut cũ de appella.cog.no. §. cauſas. & ſ. ad Trebell.l. Marcellus. §. ulti. Viu.
[i] Denegari. Scilicet actionẽ. de hoc eñ quęritur: & habes ſ. ſi quis aliquẽ teſt. prohib.l.j.§.1.& facit eo.ti l.2.in prin. & l. 2. & 3. & C. ſi quis aliquẽ teſt.prohib.l.a.
[k] Emãcipato. Poſt, ſed ipe ꝓhibitionis erat in ptãte. arg. C. ne filius pro patre.l. ne contra. & facit ſupra de acquiren. hæredi.l. ſi ſeruus eius qui capere.

TITVLVS XV.

VT EX LEGIbus ſenatuſve conſultis bonorũ poſſeſsio detur.

Vlpianus libro xlix. ad edictum. I.

ADDITIO. De bon.poſ. quæ datur, cum quis non uocatur ad ſuc.leg. uel ſenatuſc. ſed datur, cum quis uocatur ad ſuc.iur. pręto. dictum eſt. emancipatus uocatur iure præto. & cognatus. uerum quia bo. poſ. datur ei qui uocatur lege, uel ſenatuſc. ponitur Tit. & poteſtis ita dicere ex leg. & ſenat. datur bo.poſ. per Vnde legitimi

gitimi agnati.l.12.tab.uocantur ad suc. ab intesta. per Vnde leg.mater succedit,filio. per Orfic. iure ciuili. ff. unde leg.l.2.in fi.& l.seq.uel potestis ita dicere: hic loquitur de septima extraordinaria bo.pos. quę defertur ex leg.& senatusconsul.interdum:& ponetis ita exemplum:Septima dicit extraordinaria, quia uaga est. aliquando est ex testamēto. & posuimus duo exempla:Si mater habens duos filios iā natos hodie instituit eos, elapso anno concepit:ipsa cogitauit, si pariā, mutabo testamentū, & instituā eū, qui nascetur.decessit in puerperio: istud testamentum non censetur uitiosum. Sed iste qui natus est matre mortua,quomodo uocatur per extraordinariā bo.pos.quæ non est directa,sed utilis ex testamento:quia lex fingit institutū, qui nō fuit. C.de inoffi.test. l. si mater. Itē est exemplū. Pater filium instituit. iuit ad bellū,captus est,fingitur ante captiuitatē decessisse: & filius succedit per secū tabu.aliquando & ab intest. si pater filio dimisso domi capitur ab hostib⁹. Item ex sen.con.potest dici, quod deferatę matri per Tertyl. in bonis filij.filio per Orficianum in bonis matris.hoc uult dicere iste ti.licet per alia uerba.V.

† Bonorū possessor dicitur ille, qui succedit de iure prætorio, §. restitutoria. & no. in gl. super uer. quod de recuperanda.c.pastoralis.extra de cau.pos sess. & ꝓprie.

† Cicer.in præsu. ur. postea quā ius prętorium cōstitutum ast, tempore hoc uere usi sumus, si tabulæ testamentū non proferrētur, tū unūquēq; potissimū hæredem esse oporteret, si is intestatus mortuus esset, ita secūdum eum possessio daretur &c.

Prętor ait, Vti me,quaque lege,senatusvecōsulto bonorum possessionem dare oportebit, ita dabo. a Nunquam bonorum possessio, quæ ex alia parte edicti agnita est, impedit b istam bonorum possessionē. † Cùm ex lege duodecim tabularū quis habet hæreditatem,hinc non petit:sed inde, c Tū quem ei hæredem esse oportet. quippe cùm nō aliàs hinc d competat bonorū possessio, quàm si lex e specialiter deferat bonorum possessionem

TITVLVS XVI.

QVIS ORDO in bonorum possessionibus seruetur. †

Prętor. CASVS. Dicit prętor ubicunq; lex uel se.cons. dicit dandā bonorū possessio. dabo eā.ista bo. pos. aliquādo erit ex testamēto,aliquādo ab int.& ideo danda est,ea quo specialiter dari uult. Viuia.

a Dabo. Hęc est illa bo.pos.septima extraordinaria quę optima ratione inducta dicitur, ut Inst.de bo.pos. §.septima.& habet locum nunc ex testamento,& nūc ab inte.ut patet in defuncto apud hostes.qui le. Cor. habet hęredē.ut ff.d test.l.lege.& C.de cap.l.nec nos. item exemplum ex testamento.ut C.de inoffi test.l.si mater.Item aliud ff.de bo.pos.l.sed cum patrono. itē pone in casibus illis tribus, in quibus est hodie necessaria secundum tab.ut not. C.unde legitimi.l.fi.

b Impedit. Quasi dicat alia suo loco competens non impedit hanc:quin suo loco detur. uel dic,quòd si ille cui hæc competit,& non alia,agnoscat aliam:non nocet illa agnitio,sed nec huic præiudicat.arg.ff. si mensor.fal.mod.dix.l.s.§.ideo autem.

c Sed inde. Id est,unde legiti.ut & supra unde legi.l.2. & l. generaliter.

d Hinc. Id est, ex hoc edicto.

e Si lex s.noua post leg. 12. tab.si aliā deferet lex nouā hęreditatē tm̄,tunc habet locū Vnde legitimi.sed hoc raro inuenitur, quòd deferat bo.poss.inuenitur. tn̄ quęque.ut C.de cap.l.nec nos.sed in antiquis libris fortè hoc erat etiam in alijs exemplis ff. positis.

QVIS ORDO IN BONOrum possessionibus seruetur.

ADDITIO. Quia in bonorum poss. deferendis seruatur ordo,ponitur hic Tit.Viua.

Modestinus libr. vj.Pandectarum. I.

INtestati † gradus hi uocantur. Primū sui hęredes.Secundo legitimi. Tertiò proximi cognati, deinde f uir & uxor. Siue tabulæ testamenti non extent,siue extent; si secundum eas, uel contra eas bonorum possessionem nemo accepit, intestati detur bonorū possessio. Intestati patris liberis bonorū possessio datur, g non tantùm ijs, qui in potestate parentis,usque in mortis tēpus fuerunt, sed & emancipatis. h

INtestati. CASVS. Diceret aliquis, quo ordine deferuntur bo.pos. dicit Iuriscon. hoc ordine, Quidā sunt sui,quidam legitimi, quidā cognati, quidā sunt uir, & uxor. si decedit aliquis intestatus, primo uoco suos per Vnde li.eis deficientibus, uel exclusis, uoco agnatos per Vnde leg. eis deficientibus uoco cognatos, & eis deficientibus uoco uxorē per Vnde uir & uxor. Viu.

f Deinde. Vt & ff. si ta.test.l.1.I prin. & Insti.de hæ.quę ab intesta.§.admonendi.

g Datur. Vt & sup. si tab.testa.l.1.§.ita demum.& C.qui ad mit. ad bo.poss.l.5.

h Sed & emancipatis. Vt & Insti.de hære.quæ ab intest. §.emancipati.

† Eosdem ferè successionū gradus, uide apud Plat. dialog. 11. de legib.

Vlp.lib.xlix.ad edic. II.

VTile i tempus est bonorum possessionum admittendarum.ita autem utile tempus est,

VTile tempus. CASVS. Tempus statutū ad petēdas bo. pos est utile non cōtinuū:unde ad hoc ut currat; necessaria sunt ista:quod aliquis sciat defunctum, etiā bo.poss.delatam esse. siue hoc sciuerit ab initio,siue ex postfacto,alias non cedit tempus.

Dies bo.pos. Vos habetis, quòd dies statuti ad pet. bo.pos.sunt utiles:dic mihi,nunquid omnes sessiones, quibus sedet prætor pro tribunali, currunt ei cui delata est bo.pos.dominus prætor singulis diebus nō feriatis intrat prętorium:audit petitiones.nūquid tempus currit mihi?nō, quia dominus prætor potest sedere pro tribunali, tamen nō defertur hæredi possessio:quia nescio forte illum mortuū,uel mihi delatam. uerum sciatis bo.pos quę tribuunt ius,petuntur a prætore decerni. quid erit?dictus prætor nō sedet pro tribunali: scio, & sentio bo.pos.mihi deferri, non habeo eius copiam: non currunt mihi dies.quid si prætor non est pręsens: debeo adire,si scio ubi sit. centesimus dies non currit mihi.sic debeo ire ad eum,non ipse ad me. Si uenter. Mulier prægnans uenit ante prætorem,dicens,Fui uxor talis uiri:uideatis, sum prægnans: decernatis mihi bo.pos.uētris causa.libēter:ueni huc, & decernā tibi. quod potest prætor facere.ff.de uen.in pos.mit.l.1.§. & effigitur.ff.ad Car.l.3.§.sed & si.is tēpus,quod agnatis constitutum est ad pet.bo. pos.non currit illis interim dū uenter est in possessione.Scientiam. Currit tempus ad petendā bo.pos. quādo scit bo.pos.delatā. Accipimus scientiā quādo scit per se,uel quādo cōsuluit peritiores.nō accipimus scientiā,quæ radit in iurisprudētes.

i Vtile. ut Instit.de bon.possess.§.penul.

Non

ut singuli dies in eo utiles sint scilicet ut per singulos dies & scierit, & potuerit admittere, cæterùm quacunq; die nescierit, aut non potuerit nulla dubitatio est, quin dies ei non cedat. [a] Fieri autem potest, ut qui initio scierit, uel potuerit bonorum possessionē admittere: hic īcipiat nescire, uel nō posse admittere: scilicet cū initio cognouisset eum intestatū decessisse, postea quasi certiore nuntio allato dubitare cœperit, nunqd testatus decesserit, uel nunquid uiuat, quia hic rumor posteà perrepserat. Idem & in cōtrariū accipi potest, ut qui ignorauit initio, postea scire īcipiat. Dies bonorū possessionis utiles esse palam est: sed nō sessionum [b] numerabuntur, si modò ea sit bonorum possessio, quę de plano [c] peti potuit. quod si ea, quæ causæ cognitionem pro tribunali desiderat, uel quæ decretum exposcit: sessiones erunt non bis computandæ, quibus sedit is, qbusq; per ipsū pretorem factum nō est, quò minus daret bonorū possessionē. In bonorum possessione, quę pro tribunali [d] datur, illud quæritur, [e] si dederit quidē prætor pro tribunali, sed postulationibus non dederit responsum? Potest dici tempus ad bonorum possessionem nō cedere, cùm pręses alijs rebus, aut militaribus, aut custodijs, aut cognitionib[us] fuerit occupatus. Si præses puinciæ in proxima fuerit ciuitate: accedere [e] debet ad utilitatē temporis [f] spatium itineris. scilicet numeratione uiginti milium passuū facta. nec enim expectare debemus ut præses prouinciæ ueniat ad eum, [f] qui bonorum possessionem petiturus est. Si uenter iu possessionē missus sit: bonorum possessionis tēpus non cedere sequentibus, nequaquam ambigendum [g] est: nec tantū intra centesimum diem, uerumetiam quādiu nasci possit. nam & si natus fuerit, antè [h] ei deferri bonorum possessionem sciendum est. Scientiam [i] eam obseruandā Pomponius ait, nō quæ cadit in iuris prudētes: sed quā qs, aut per se, aut per alios adsequi potuit: scilicet consulendo prudentiores, ut diligentiorem patremfamilias consulere dignum sit.

Paulus lib. xliiij. ad edictum. III.

CIrca tempora bonorum possessionis [a] patris scientia ignoranti filio non nocet.

Idē li.xxviij.dige. IIII.

SI cohæredi tuo substitutus fueris, & bonorum possessionem acceperis: quandoq; cohæ-

[a] Non cedat. Sed continuum cedit etiam ignoranti factum: ut s. de ijs qui no. infa. l. genero, §. sed cū tempus. Sed contra huic l. C. de resti. mi. l. s. Sed ibi in militia potuit petere: ei tamē negligenti restitutio datur: cum absentiæ iustissima causa interuenit. R. & facit j. de diuer. & tempo. pręscrip. l. s. & s. de secun. tab. l. pe. § filius. & s. de ędi. edi. l. cum mancipium. & l. cum sex. & s. qui. ex cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. ait prætor. Et no. quod quatuor sunt necessaria ut tēpus currat, s. quòd sciat sibi delatam. alias secus, ut hic, & supra, de iur. & fact. igno. l. 1. Item quod possit agere. Item quòd sit copia rei, itē iudicis: sed hoc casu in reo non est opus, cum sine aduersario agnoscat. ut no. s. de bo. pos. l. 3. §. bonorum. sed quædam sunt utilia quo ad scientiā tantū: ut s. de ædil. edi. l. cum sex. & de calumn. l. annus. & j. qu. a. p. sit. l. 1. § dies & de excu. tu. l. quinquaginta. & l. scire. & sunt dicta tēpora utilia quo ad principium tātum secundum quosdam.

[b] Sessionum. Scilicet dies, in quibus sedit pro tribunali, nō numerātur: qa sedeat, uel nō sedeat pro tribunali, cum adiri possit, currunt dies quo ad istas bo. pos. quę nō tribuūt ius in proprietate, ut Carb. & uentris: ut s. de uen. in poss. mit. l. 1. §. si ea. & l. ubicunque. §. interdum. & de his etiā diebus feriatis cognoscitur: ut s. de fer. l. s. Itē illa quæ datur gratia agnoscendæ litis: ut s. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. 1. & est sic j. de adult. l. miles. §. sexaginta. Accursius.

[c] De plano. Id est, quæ nō sedente iudice datur. sic C. de dila. l. à procedēte. Sed nūquid libellus dabitur? Respon. nō uidetur. ut C. de nauf. l. de submersis. cū nec in figura iudicij agnoscatur: alias sec[us] puto, ut patet C. de Car. edicto. l. 1.

[d] Pro tribunali. Scilicet iudice sedente. quales sunt: exigere, quę tribuunt iustum, s. de bo. pos. l. 3. §. si causa. & superiores possunt delegari, istæ non: ut s. de off. ei[us] cui man. est. iurisdic. l. pe. §. ut possessio bonorum. & de offi. proconsul. l. nec quicquam. §. ubi.

[e] Accedere. Ut habeat ultra annū, uel cētum dictum spatium &c. sed qd si non in proxima? uidetur quod ire nō teneatur: & interim non currat tempus. ut hic, & argu. C. de iudi. l. fina. in principio.

[f] Ad eum. Ut & C. de episc. & cleri. l. iubemus. in fi.

[g] Ambigēdum. Ut & supra uñ cognati. l. 1. §. si qs proximo. & si pars hereditat. petat. l. antiqui.

[h] Ante. Scilicet q̄ sequētibus. alias est non fuerit, ut quia exectus: ut s. unde cogn. l. 1. §. si qua prægnans

[i] Scientiā. Scilicet iuris. & dic, ignoranti factum nō cedit, tempus: ut supra in prin. huius legis: sed ignoranti ius cedit quia qlibet debet scire ius. quod qualiter intelligatur, hic dicit, ut s. de bo. possessio. l. in bonorum, & supra, de iur. & fact. ignor. l. hæc regula. §. sed iuris.

CIrca. CASVS. Si filio deferatur bonorum possessio, & ignorat delatam: pater scit, scientia patris non nocet filio ignoranti. Videtur contra, quia dies quibus p[ate]r filio succedit computantur. s. de bonorum possessio. l. seruus. in fine. Respondeo, cedit quātum ad utilitatem eius, non quantum ad lęsionem eius, ut hic: sicut repudiatio patris nō nocet filio. sup. de bonorum possessio. l. prima & secūda. Viuianus.

Non nocet. Sic s. de iuris & fac. ignoran. l. iniquissimū. Sed contra supra de bonorum possessio. l. seruus. Solu. ibi. Itē cur secus econtra: ut infra eodem, l. cum filio.

SI cohęredi. CASVS. Tu & ego fuimus instituti & ego tibi substitutus. tu omittis bo. poss. nunquid

In P. F. ratio. factum, spatio.

In P. F. si se dedit qdē prętor pro tribunali, sed postulationibus nō dedit potest dici, &c. Alias si sederit.

In P. F. patri sciētia, ignorantia filio nō nocet.

res tuus constituerit nolle petere bonorum possessionem, tibi tota [a] delata intelligetur,[a] & cohæres tuus amplius petendæ bonorum possessionis facultatem non habebit. [b] Filius non solum si tanquã filius, sed & si tanquam adgnatus, uel cognatus ad bonorũ possessionem uocaretur, annuum spatiũ habet: [c]. sicut [d] si filiũ [e] manumisisset pater, quamuis ut manumissor bonorũ possessionem [a] accipiat, tamen ad bonorum possessionem accipiendam annuum spatium habet.

Marcellus libro ix. digestorum. V.

Cvm filiofamilias bonorum possessio delata est. dies quibus certiorare patrem non potest, ut uel iubeat agnosci bonorum possessionem, uel ratam habeat agnitionem [f] bonorum possessionis, nõ cedunt. Fingamus statim primo die, quo fuerit delata, agnouisse eum bonorum possessionem: certiorare patrem, ut comprobet, non posse. Non cedent dies centum. [g] incipient autem cedere cùm certior [h] fieri potuerit. præteritis [i] autem centum diebus frustra ratum habebit. Quæri potest, [k] si cùm posset filius petere bonorũ possessionẽ, patre ita absente ut certiorare eum non possit, uel etiã furẽte petere neglexerit: an peti amplius nõ possit? Sed q̃d noceat nõ petitã bonorũ possessionẽ, quę si petita esset, tamẽ nõ antè acquireret quã pater cõprobasset? [l] Si seruus alienus hæres institut⁹ uenisset? [m] quæritur, an posteriori domino dies bonorũ possessionis petendæ imputari oporteat? Et placet, quantum priori domino superfuerit, ei imputari.

TITVLVS XVII.

S Iue ingenua. CASVS. Si mater decedat inteſtata,ſi ingenua, vel libertina, liberi eius ſuccedunt ei ex ſenatuſconſ. Orficiano. Vnũ ſciatis,ſuccedit filius matri, ſi dubitatur de ſtatu mulieris: quia fortè tenetur, & eſt capta ab hoſtibus: & dubium eſt, an ſit mater, an filiatam. Vnum ſciatis, interim dum dubitatur de ſtatu eius, ſucceſſionem tranſmittit,& ſuccedit filius per Orficianũ. interdũ ſi dubitatur mater ſit libera,vel nõ, ſuccedit filius. pone filius eſt natus ex matre captiua.& ſuccedũt matri nati filij ex legitimo matrimonio, & vulgo concepti. Vnum ſciatis, ſi tempore mortis erat filius liber, ſuccederet matri: ſi in ſeruitutem reuocatur, non ſuccedit: niſi reſtitutus ſit à princ. Sed ſi ex ſecto ventre naſcatur,ſimiliter matri debet ſuccedere. nam ſi inſtitutus haberet ſecundum tabu. & ab inteſtato haberet bonorum poſſeſſionem.

Vnde cognati. Vnde ex Orficiano ſimiliter debet ſuccedere. h.d. vſque ad §. qui operas.

Qui operas ſuas. Habuiſtis ꝙ liberi ſuccedunt matri per Orficianum:quod eſt verum de liberis, qui non locauerunt operas ſuas, vt pugnarent cum beſtijs: vel non ſunt damnati.ſed hoc tamen corrigitur ibi, ſed humana &c. Sed ſi mater cum plures filios habuit, vnum ſcripſit ſub conditione: ea deficiēte oẽs admittuntur. & licet capitis diminutio interueniat: non excludit tamen liberos à ſucceſſione matris.nã quæ deferuntur l. vel ſenatuſcon.illæ non pereunt ca.di.ſed leg. 12. tabu. ſic. Sed quid erit ſi decedit mater relictis liberis: nullus vult ſuccedere,admittetur agnat⁹. Quid ſi alter adiuit, alter

Vlpianus libro duodecimo ad Sabinũ. I.

Iue inge-

nua, [a] siue libertina mater est: admitti possunt liberi ad hæreditatem eius ex senatusconsulto Orficiano. Si ea sit mater de cuius statu dubitatur, verum materfamilias sit, an filiafamilias: vt puta quoniam pater eius ab hostibus captus sit: [b] si certum esse cœperit matrẽfamilias esse, liberi admittuntur. Vnde tractari potest, an medio tempore, dum status pendet, succurri eis [c] per prætorem debeat: ne si medio tempore decesserint, nihil ad hæredem transmittant? Et magis est, vt subueniatur: vt in multis casibus placuit. [d] Sed & vulgò quæsiti admittentur ad matris [e] legitimã hæreditatem. Interdũ & in seruitute quæsito [f] erit concedenda legitima hæreditas: veluti si post morã fideicõmissariæ libertatis matri suę factam natus sit. Certè si post manumissionẽ matris fuerit natus, licet in seruitute cõceptus: ad legitimã eius hæreditatem admitteť. Sed etsi apud hostes cõceptus, à captiua procreatus, cum ea [g] redijt: secundũ rescriptũ Imperatoris nostri, & diui patris eius ad Ouiniũ Tertylliũ, poterit ex hoc senatusconsulto admitti, quasi vulgò quæsitus. [*] Filio, qui mortis matris tempore ciuis Romanus fuit, si ante aditam hæreditatem in seruitutẽ deducatur: legitima hæreditas non defertur, nec si posteà [h] liber factus sit: nisi fortè seruus pœnæ effectus, beneficio principis sit restitutus. [i] Sed & si matris exsecto ventre filius editus sit: magis dicendum est, hũc quoq; ad legitimam [k] hęreditatem admitti: nam & instituitus secundũ tabulas, & ab intestato. Vnde cognati, [l] & multò magis Vnde legitimi bonorũ possessionem petere potuit. argu. est, quòd venter in possessionem ex omni parte [m] edicti mittitur. Qui operas suas, vt cũ bestijs pugnaret, locauit: quive rei capitalis damnatus, neq; restitutus est: ex senatusconsulto Orficiano ad matris hæreditatẽ nõ admittebatur: sed humana interpretatione [n] placuit eũ admitti. Idem erit dicendum, & si hic filius in eius sit potestate: qui in causa suprascripta sit, posse eum ex Orficiano admitti. Sed si matertestamento facto filiũ hæredem vnum scripserit sub conditione, cum plures haberet: si conditione pendẽte bonorum possessionem petierit, [p] & postea conditio defecerit: æquum est, cæteris etiam filijs legitimã hæreditatẽ nõ auferri. quod & Papinianus libro xvj. quæstionum scripsit. Capitis minutio saluo statu contingens [q] liberis nihil nocet ad legitimam [r] hæreditatem. nam vetus sola hæreditas, quæ ex lege xij. tabularum defertur, capitis minutione [s] perimitur: nouæ vel ex lege, vel ex senatusconsulto delatæ, non perimuntur [t] capitis diminutione. Proinde siue quis ante delatam, siue post delatam capite minuatur: [t] ad legitimam hæreditatem admittetur: nisi magna [u] capitis deminutio interueniat, quæ vel [x] ciuitatem adimat: puta si deportetur. Si natus filiorum, eorumve, [y] quibus simul legitima hæreditas defertur, volet ad se eam hæ-

alter non? portio nõ adeuntis accrescit adeunti. Sed quid erit? si filius est restitutus vt repudiaret matris hæreditatem damnosam. nũquid ius antiquum vendicabit sibi locũ? sic. Vnum sciatis, quia senatusconsultũ Orficianum vocat liberos ad successionem matrum. si contra fuerit iudicatum vel transactum, rata maneant: quod est intelligendum de iudicatis ab eo qui habuit iudicandi potestatẽ: de transactis bona fide, vel definitis cõsensu, vel longo silentio. Vin.

[a] Siue ingenua. Sic econtra: vt j. l. proxi. in princi. & facit: vnde legiti. l. 3. in fi. Accursius.

[b] Captus sit. Quid iuris sit, quæro. & respon. cum certũ, &c.

[c] Eis. Scilicet filijs. Accursius.

[d] Placuit. & vt C. de ijs quibus, vt indig. l. penul. & supra de bono. possess. contra tab. l. illud. in fi. & ad Syllania. l. 3. §. eleganter.

[e] Ad matris. Nisi sit illustris: cui non succedunt spurij cum legitimis, sed naturales cum legitimis sic: vt C. ad Orfic. l. si qua: & facit Inst. ad Orficia. §. nouissime. Accur.

[f] Quæsito. Et ingenuo nato. Azo. vt C. ad Orficia. l. fina. & facit s. titu. i. l. 1. §. quæri poterit: & j. l. proat. §. sed si in seruitute.

[g] Cum ea. Tantum. vt j. de capt. l. dinus. in fi. & C. de ca. l. 1.

[h] Si postea. Sic Inst. de cap. di. §. quod autem. & §. proinde. & j. l. proat. §. 2.

[i] Restitutus. Vt & j. de sent. pas. l. fi.

[k] Ad legitimã. Et etiam ad testamentariam: vt C. de inoffic. testam. l. 1.

[l] Vnde cognati. Sic supra vnde cog. l. 1. §. si qua, de inoffi. te

[*] Sic in P. Flor. Hal. autẽ scripsit, quasi vulgo quæsitus filius. sed nõ rectè. vide An. Aug. emend. li. 1. cap. 9.

stam. l. posthumus.

[m] Ex omni parte. Hæc verba expone, vt not. s. de vent. in possess. mit. l. fin.

[n] Interpretatione. [s] interpretor .i. corrigo, vt hic. Item verbum apertius exprimo: vt C. de legi. & con. l. fin. Item arrogo. item prorogo: vt s. de orig. iur. l. 1. sed econtra corrigo. id est, addo: in authen. quibus mod. na. effi. leg. in prin.

[o] Placuit, eum. Qui locauit operas suas, vt eum bestijs pugnaret: de alio enim non loquitur: quia alius nõ admittitur: vt j. §. capitis.

[p] Petierit. Secundũ tab. vt supra de secun. tab. l. 2. §. 1.

[q] Contingẽs. Quia fuit minima.

[r] Legitimam. id est, quæ ea Orficiano defertur: quæ legitima dicitur: vt Institu. de perpe. ac. in princ.

[t] Non perimuntur. facit s. titu. 1. l. capitis. cum concor. & Institu. de leg. agn. tut. §. fi. & s. ead. l. § qui mortis.

[t] Minuatur. Minima ca. di. & hoc verum, cum per senatuscons. defertur. secus in bon. poss. vbi distinguitur ante vel post: vt s. vnde liber. l. fi. & de contra tab. l. nõ tãtum §. si emancipatus filius:

[u] Magna. Id est, non minima. sic s. de dolo. l. nõ debet. in fine.

[x] Vel. Pro saltem. [z]

[y] Eorumve. Id est, cæterorum descendentium, & datorum

[s] Adde qualiter sit interpretatio facienda. uide glo. in l. in tradendis. s. com. prædi. & in c. Inter dilectos. extra, de fide instr. & in c. utile. de reg. iu. lib. 6.

[z] Vel pro saltẽ. Mandot in Gl. Facult. §. Actam. in uer. uel uaceroganté, col. fi. & ibidem quot alijs modis sumatur.

[**] In P. Fl. peremit.

rum curiæ, & ex concubina post ea vxore facta: vt Instit. de hæred. quæ ab intesta. §. 1. non dicas, quod omnes descendentes simul succedant: vt in co. ii. §. ita tamen. sed simul, id est, ante transuersales. vel dic etiã nepotẽ, quandoque cum filijs vocari: vt Instit. de hær. quæ ab intest. §. cum filius.

reditatẽ [a] pertinere: ius antiquum [b] esto. Hoc ideo [c] dicitur, vt quãdiu, vel vnus filius vult legitimam hæreditatem ad se pertinere: ius vetus locum non habeat. Itaque si ex duobus alter adierit, alter repudiauerit hæreditatẽ: ei portio adcrescet. & si fortè sit filius, & patronus: repudiante filio, patrono defertur. [d] Si quis [†] adita matris hæreditate, per in integrũ restitutionem fuerit abstentus, an ius antiquum possit locũ habere? Verba [e] admittuntur, vt possit. Si volet [f] ad se, inquit, eam hæreditatem pertinere. Nam & hic non vult, [g] & si aliquãdo voluit, & dico, posse ius antiquum [h] locum habere. Vtrum autẽ ei defertur successio, qui tunc [i] legitimus deprehenditur, an verò ei, qui tunc fuit, cùm filio defertur, [1] vt puta, ponamus suisse defunctæ consanguineum, [k] eiusque filium, deliberante filio, defunctæ consanguineum obijsse: mox filium repudiasse matris [l] hæreditatem: an consanguinei filius admitti possit? Et Iulianus rectè putat circa Tertullianum locum esse succedenti [m] agnato. Quod ait senatus, [n] quæ iudicata, transacta, finitave sunt, rata maneant: ita intelligendum est, vt iudicata debeamus ab eo accipere, cui iudicandi ius fuerit: [o] transacta, scilicet bona fide, [p] vt valeat transactio finita: [q] vel consensu, vel longo [r] silentio sopita.

Idem libro xiij. ad Sabinum. II.

Siue ingenua sit mater, siue libertina habebit Tertylliani com-

[a] Hæreditatem. Scilicet maternam.

[b] Antiquũ. Id est l. 12. tabul. quæ vocat agnatos tantum exclusis filijs per Orf.

[c] Hoc ideo. Id est, verbum nemo, ideo ponitur.

[d] Patrono defertur. Etiã postposito fratre liberti, secundũ quosdam: quod dic, vt supra de bo. liber. l. liberto.

[e] Verba. Scilicet supradicta, scilicet si nemo &c.

[f] Volet. Scilicet si nemo filiorum.

[g] Non vult. Si pœnitet: vt j. de verb. oblig. l. si quis stipulatus.

[h] Ius antiquum. Id est, legem 12. tabu. scilicet vt agnati admittantur. Sed contra s. de succ. edic. l. si. vbi semel exclusus per acceptionem primi, postea nõ admittitur. Solu. ibi idem quod hic dicam in testamento: vt abstinente hærede per in integrum restitutionem, qui iam adiuerat, admittatur substitutus si velit. nec enim cogitur nisi sit de necessarijs: quia tunc distinguitur si soluendo hæreditas, vel non: vt supra de acquir. hæred. l. si minor. & de mino. l. & si sine. §. sed quod Papinianus: & facit j. l. proxi. §. si bonorum, & §. sed & si mater. & §. quod autem diximus.

[i] Qui tunc. Cum filius non vult.

[k] Consanguineum. Id est, fratrem.

[l] Matris. Scilicet defunctæ.

[m] Succedenti. Per successorium edictum.

[n] Quod ait senatus. Per Orficia. cuius verba non habemus plenè: sed fortè erant, quæ iudicata sunt contra filium pro agnatis, &c.

[o] Ius fuerit. Aliàs sententia non valet: vt C. si à non compet. per totum. & j. de re iudi. l. si se. §. condẽnatũ.

[p] Bona fide. De hoc dic: vt C. de transactio. lege, sub prætextu.

[q] Vel consensu. Pacto gratuito de non petendo.

[r] Vel longo. Id est, longissimo: vt C. de iure deli. l. licet, & l. si curatoris.

[†] In hõc §. vid. Al. li. parad. 4. c. 13.

[1] Adde qđ in credito, vel tolerato gl. & doc. in l. Barbari⁹ Philippus. j. de offic. præfect.

Siue ingenua. CASVS. De vltima parte tit. dictũ est, nunc de prima parte tit. tractatur. & certè, siue mater est ingenua vel libertina, poterit succedere. liberos intelligimus filios, & filiam. Sed si filij sunt liberi, mater nõ vocatur per Tertyllianũ ad eorũ successionẽ. & si serua concepit, deinde manumissa edidit: ad successionem admittitur. idem dicendum, si libera concepit: deinde serua effecta peperit, mox manumissa est, & succedit mater filio puberi. sic ergo mulier succedit liberis per Tertyl. Vnde sciatis, si liberi sunt adoptiui: nihilominus vocabitur mater ad eorum successionem.

Si vero. Si filius est apud hostes, & spes est quod redeat de cap. hostium. vel nasci speratur, ius matris in pendenti est. Sed si patris successio defertur filio, & filius abstinet: videtur mater vocari. Sed si aliquis decessit relicta filia, & matri filia data sit in adopt. mater simul cum filia vocatur: & vocatur mater si descẽdẽtes, nõ sint: sed si filius est emancipatus, & decessit mater, poterit ei succedere. sed si emancipatus est, & successit patri, mater nihil habebit, nisi filius esset abstentus. Quid enim vxor filij defuncti missa est in possessionem ventris nomine, nõ natus est posthum⁹, aut natus prius decessit, quam bonorũ possessionẽ peteret: succedet mater patris huius posthumi. sunt quædã personæ, quæ obstant matri, puta descendentes filij: aliæ personæ non obstant regulariter. Cætera sunt plana vsque ad §. si sit agnatus.

Si sit agnatus. Decedit filius relicto patre naturali, & agnato. nũquid mater vocabit? sic. Sed nunquid soror consanguinea excludit matrẽ? & certe sic. nam consanguinei fratres matrẽ excludunt. Sed quid erit cũ mater est, & soror consanguinea: & nepos ex alia filia in ado. data, & pater naturalis. quis præfertur? si soror repudiat, pater, & mater vocantur. Vnum sciatis, si mater nõ potest succedere per se. con. Tertyl. vel petere bo. poss. vnde cognati, alij agnati vocantur: vnde si non repudiat hæred. ipsa tanquã proxi. vocatur ad bo. poss. h. d. vsque ad §. si mater non petierit. Si mater non petierit tutores. §. iste tractat de eadẽ materia vsque in fi. & est verbosus §. iurisconsultus potuisset dixisse tribus verbis: habuistis supra, quod mater succedit filio per Tertyl. ab intest. quædam persona obstat matri, puta si habet patrem, vel mater est damnata crimine capitali, non refistimus. Sunt quædã alia, quæ obstant matri, si mater filio impuberi tutorẽ idoneũ non petierit, repellitur à successione filij, siue non petijt tutorẽ: siue in locũ excusati non petijt alium: & est intelligendũ non petierit, siue apud prætorẽ, vel præsidem, vel magistratũ: non repellitur aũt, si petierit sine aliqua compulsione: quia si cõpulsa petierit, repellitur etiã s se. con. Quid si iure non petijt tutorẽ, quia pater prohibuit, quia instituit filiũ impuberẽ, & dixit nolo quod mater petat tutorem, sed administret eius bona: nũquid est ignoscendũ matri? nõ, quia ipsa nõ potest dari tutrix in testamento: secus si mulier erat absens: tũc nõ excluditur. Sed quid erit? mater nõ petijt curatores liberis: patietur istã pœnã? certè si est curator, qui petitur impuberi, sic. Quid est si prægnans

modum. [a] Filium autẽ vel filiam accipere debemus, ſiue iuſtè ſint procreati, ſiue vulgò quæſiti. [b] idq́; in vulgò quæſitis & Iulianus libr. lviij. Digeſtorum ſcribit. Sed ſi filius, vel filia libertini ſint effecti: [c] mater legitimam hæreditatem vendicare non poterit: quoniã mater eſſe huiuſmodi filiorum deſijt. Idq; & Iulianus ſcripſit, & conſtitutum eſt ab Imperatore noſtro. Sed ſi in ſeruitute concepit filium, & manumiſſa edidit: ad legitimam eius hæreditatem admittetur. Idemq́; & ſi ſerua [d] pœnæ concepit, & reſtituta edidit. hoc idem & ſi libera [e] concepit, & edidit ſerua pœnæ, mox reſtituta eſt. Sed & ſi libera concepit, & in ſeruitutem redacta edidit, mox manumiſſa eſt: ad legitimam hæreditatem eius admittetur.

Itẽ ſi adhuc [f] prægnans manumiſſa eſt: dicendum erit ꝓdeſſe. In ſeruitute editi filij ad legitimam hæreditatẽ mater admittetur. vt puta, ſi poſt moram [g] factã in fideicommiſſa libertate peperit: vel apud hoſtes, [h] & cũ eo redijt: vel ſi redẽpta [i] edidit. Si mulier ſit famoſa, [k] ad legitimam † hæreditatem liberorum admittetur. Impuberem, cui pater ſecundas tabulas fecit, tunc certum eſt inteſtatum deceſsiſſe, [l] cùm omiſerint ſubſtituti hæreditatem eius. Quare & ſi impubes ſit adrogatus: dicendum eſt, matrem ad bona eius admitti, [m] quæ haberet, ſi inteſtatus deceſsiſſet. Liberi [n] defuncti ſui quidem obſtabunt matri † eius [o] tam virilis ſexus, quàm fœminini, tam naturales, quàm adoptiui: [p] matremq́ue excludent. bonorum verò poſſeſſores [p] etiam non ſui, [q] & quidem ſoli naturales. [r] adoptiui autẽ liberi poſt emancipationem ita admittuntur, [s] ſi ex liberis naturalibus fuerint: vt puta, nepos naturalis ab auo adoptatus. nam licet ſit emancipatus, bonorum poſſeſsione accepta matri obſtabit. Si verò apud hoſtes eſt filius, vel naſci ſperatur: pendet ius matris, donec redierit, vel naſcatur. Sed ſi ſint ſui hæredes, verum hæreditas ad eas non pertineat: videamus, an mater admittatur: vt puta, abſtinuit ſe hæreditate. Aphricanus, & Publicius tentant dicere in caſu, quo ſe abſtinent ſui, matrem venire: & tunc ei obſtent, quoties rem habent: ne nudum nomen ſui hæredis noceat matri. quæ ſententia æquior [t] eſt. Sed ſi quis deceſsiſſet relicta filia, quam in adoptionem legitimè dederat, relicta & matre: Diuus Pius decreuit, ceſſare ſenatuſconſultum Tertyllianum, & ſimul eſſe admittendas ad bonorum poſſeſsionem Vnde proximi cognati, matrem, & filiam. [u] Sed quòd idem Iulianus ſcripſit, matrem

---

gnans: non petijt curatorem dari bonis: nunquid incidit in Tertyl. ſic. repellitur ergo mater à ſucceſſione filij impuberis, ſi tutorem non petijt. Quid ſi petijt priuilegio munitum, vel oneratum tribus tutelis? nõ videtur petijſſe. Quid ſi petijt indignum? non videtur petijſſe. Quid autem ſi nullo modo petijt, quia non inueniebat idoneũ? nunquid poteſt ei imputari? nõ. Sed nunquid tenetur dicere tutorẽ ſuſpectum: vel ſi ſcit vocari, & latitet, debet facere cogi? & licet verba orationis non contineant, tamẽ tenetur. & repellitur mulier, ſi confeſtim non petijt. cõfeſtim, id eſt, quam primum potuerit, ita ꝙ annale tempus non excedat. verum ſi eſt iuſta cauſa, vt infirmitatis non repellitur. h.d. vſque ad §. tractari. Tractari. In §. iſto quæritur, ponamus, pupillo eſt relictum amplum legatum, ſi mater nõ petierit tutores, ne perderet legatum, mater non petijt: nunquid mater excuſatur? ſic ſi minus damnũ patiatur pupillus: licet videretur accuſanda, cur non adminiſtrauit, vel cur non petijt à principe remitti conditionem: vel curatorem non petierit. Quid ſi habet tutorem, & mater non petijt, vel ille ſatiſdat? ſi eſt impubes, imputatur matri: aliàs non. Quid ſi filius eſt arrogatus & deceſſit? nunquid mater habebit vtilem actio. ex ſtipulatu. quo caſu repellitur ab eius ſucceſſione ab inteſtato per Tert reſpõ. quòd non contra patrem arrogatorẽ. hoc dicit vſq; ad §. videndum. Videndum eſt. Si mater tutorẽ intra annum non petijt: excluditur à ſucceſſione, nunquid alij qui ſciunt mortem, debent illi ſuccedere? ſic. vel ſi poſt matrẽ non eſſet aliquis vel agnatus, vel cognatus, ſuccedit fiſcus. hoc dicit vſque in finem legis. Viuia.

† Cõcor. c. ſi pater. §. licet. vbi dicitur, licet filius teſtamento ſuo matrem portione iure naturæ debita priuare nõ poſſit. Et gl. I verb. poſſit. I prin. de teſtib. lib. 6.

Siue ingenua. Lex præcedens principaliter de Orfi. hic de Terty. l. dicit. Accurſius.

[a] Commodum. Vt ſuccedat filio.

[b] Vulgo quæſiti. Sic Inſtitu. ad Tertyl. §. fin. & ĩ. vnde cog l. 2. niſi ſit mater illuſtris: vt argu. C. ad Orfic. l. ſi qua illuſtris.

[c] Sint effecti. Quia facti ſerui, & poſtea manumiſſi: vt ſupra l. proxi. §. qui mortis. & ſupra vnde cogna. l. is qui. Accur.

[d] Et ſi ſerua. Infra de ſenten. paſ l. fina.

[e] Et ſi libera. Facit ad hoc Inſti. de inge.

[f] Item ſi adhuc. Retinet eundem caſum. aliàs eſſet idem, quod ſupra ibi, ſed ſeruitute.

[g] Poſt moram. Supra l. proxi. §. interdum. cum cõcordantibus.

[h] Apud hoſtes. ſ. l. proxim. §. ſed & ſi apud hoſtes.

[i] Redempta. Vt C. de cap. l. præſes.

[k] Famoſa. Id eſt, infamis.

[l] Deceſſiſſe. Et ſic mater admittitur.

[m] Admitti. Ipſa enim arrogatione irritatur pupillare teſtamentum: vt ſ. de ado. l. nec ei. §. corñ. & dic admitti ex ſenatuſconſul. ſi factus ſui iuris deceſſit: ſi autem in familia adoptiua, tunc ex ſtipulatione expreſſa vel tacita: vt ſupra, de ado. l. nõ aliter. & l. his verbis. Accur.

[n] Liberi. Liberi, nominatiuus: defuncti genitiuus caſus. Accurſius.

[o] Eius. ſ. defuncti.

[p] Poſſeſſores. Vt emancipati.

[q] Non ſui. Subaudi excludunt matrem.

[r] Naturales. Subaudi & legitimi.

[s] Admittuntur. Et non ſi fuerunt extranei: quia emancipati deſinunt eſſe liberi. Accurſius.

[t] Æquior. Facit ĩ. de fideicom. lib. l. cũ quaſi. §. fina. & in §. ſed & ſi quis.

[u] Et filiam. Filia enim non vt ſua, nec agnata poteſt vocari: quia mutauit familiam: reſtat ergo. vocetur vt cognata.

Cõcor. c. prædicator. ibi, nõ debent filij theſaurizare parentibus, ſed parentes filiis & gl. I ver. theſaurizare. in fi. ibi, quia ſuccedunt parẽtes filiis, niſi in deſec. 6. q. 1.

Sic in P. Fl. Haloã. aũt legit, matrẽque eius excludẽt bonorũ poſſeſſione, etiã non, &c.

ex senatusconsulto non posse admitti, si filia in bonorum possessione petenda cessauerit: [a] verùm non erit: succedit [b] enim filiæ. & ideo dicendum erit, matrem, donec filia bonorum possessionem petere potest, [c] bonorum possessionem accipere non posse: [d] quoniam succedere quasi legitima speraret. [e] Si bonorum possessione accepta, filius emancipatus abstinuerit [f] se hæreditate per in integrum restitutionem: verum est, senatusconsultum posse locum habere. Sed si rursus fuerit immixtus: [g] rursus debet mater abstinere. Si quis ex liberis, dum est in vtero, in possessionem missus sit, [h] mox natus sit, & ante bonorum possessionem [i] acceptam decesserit, an matri noceat quasi bonorum possessor, videndum est. Et puto non nocere, si non suus patri adgnascitur. [k] Neque enim sufficit mitti in possessionem, nisi natus quoque acceperit bonorum possessionem. Igitur & si furiosi decreto petita sit bonorum possessio, [l] & prius, quàm ipse mentis compos factus bonorum possessionē petierit, decesserit: matri non obstabit. Sed si quis cum status controuersiam pateretur, Carbonianam [m] solā acceperit, an noceat matri bonorū possessio [n] quæsitum est: quidem sed cū hæc [o] tēpore finiatur, dicendū est, matri post tēpus non nocere: aut si impubes decesserit, matrem posse admitti. Sed si infanti [p] per tutorē petita sit possessio: licet statim decesserit: dicendū erit, matri obstitisse. nō enim similis [q] est ei, quæ furioso datur. Ita demum autem mater senatusconsulti beneficio excludit̄, si filius adijt legitimam hæreditatem: cæterum si omiserit legitimam hæreditatē, mater ex senatuscōsulto Tertylliano admittet̄. Sed si non sit solus iste filius legitimus hæres, sed sint qui cum eo admittā-tur: [r] nec in partē eorū mater ex senatusconsulto erit vocanda. Obijcitur matri pater [s] in vtriusq; bonis tam filij, quā filiæ, siue hæres, [t] siue bonorū possessor [u] existat. Sed neq; auus, neq; proauus in Tertylliano matri nocent, quāuis fiduciam [x] contraxerint. [*] Pater autem tantum naturalis, non etiam adoptiuus [y] matri nocet. verius enim est, cùm pater [z] esse desierit, [a] matre eum excludi: sed nec ad bonorum possessionē contra tabulas eum admitti, cùm pater esse desierit. vndecunque autem acceperit bonorum possessionem pater naturalis, siue vt legitimus, [b] siue cōtra tabu-

[a] Cessauerit. Id est, repudiauerit, sed tantum per vnde cognati, cum sit adoptata ab alio.
[b] Succedit. Successorio edicto.
[c] Petere potest. Vnde cognati.
[d] Non posse. Differtur ergo etiam pro sua parte: vt infra. §. etiam si sit.
[e] Sperasetur. Scilicet mater per senatusconsul. si filia repudiauit. & facit s. de bon. lib. l. si filius. §. cum filius.
[f] Abstinuerit. Abstinet hic hæres extraneus. alibi dicitur q repudiat suus: vt C. de le. hæ. l. defunctis. & vtrunque impropriè: vt in titu. de hære. qua. & differē. §. extraneis. & facit supra eo. l. 1. §. si quis adita. Sed contra supra, de success. edict. l. fi. sol. vt ibi.
[g] Immistus. Per in integrum resti. quod potest: vt supra, de min. l. & si sine §. restitutus.
[h] Missus sit. Scilicet mater nomine ventris: quæ poss. eo non tribuit ius.
[i] Bonorum possessionem. Vnde liberi, quæ tribuit ius in ꝓprietate.
[k] Adgnascitur. Quo modo potest non adgnasci: cum si viueret pater tempore quo hic nascitur, in potestate sua esset? vt Instit. de tut. §. fi. Respon. non adgnascitur, id est, non sit eius hæres, vt filius, qui & agnatus est: vt supra eod. tit. l. filius. oportet ergo quod vel adeat de iure ciuili, vel petat bo. poss. vt excludat matrem a Tertyll. & secundum hoc collige hæreditatem nō aditam non transire ad superiores: sed quidam contra. & hi dicunt loqui de nepote nato ex emancipato, qui si est suus: vt quia ante emancipationem fuit conceptus, transmittit etiā nō aditam, aliàs nō. sed certe his obstat: quia dicit patri: sed possunt dicere l parenti. & pro eis C. de suis & leg. hæredi. l. apud hostes.
[l] Bonorum possessio. Per procuratorem eius, quod fieri pōt: vt C. de cura. fur. l. fi. §. 1. sed habetur pro non petita, si in furore decedat: vt C. de cur. fur. l. fi. §. sinaūt.

[m] Carbonianam. Nec hæc tribuit ius, sicut nec ventris: vt supra §. si quis.
[n] Possessio. Carboniana. Accur.
[o] Sed cum hæc. Scilicet Carbo. finitur enim petenda anni cursu, ex quo scit controuersiam sibi fieri: vt s. de Carbo. edic. l. 3. in fi. Item petita ea finitur pubertate: vt in ead. l. 3. §. puberi. hic ergo vel non fuit petita, & eodem tempore anni finita est cū ordinaria: quia sciuit sibi eam deferri, & hæc extraordinaria: quia scit sibi controuersiam referri: vt supra, de Carbo. edi. l. 3. §. fin. & ita mater admittitur. vel petijt Carbo. adueniente pubertate pronuntiatum fuit eum non esse filium: vt supra, de Carbo. edicto. l. 4. in fine.
[p] Sed si infanti. Aliàs in li. domini Accur. est, vel si impubes &c.
[q] Non enim similis. Secundum hoc intellige C. qui admit. ad bono. possess. l. infantis.
[r] Admittantur. Puta alij filij: qui licet repudient, quandiu vult, mater non admittitur: vt s. eo. l. 1. §. si nemo. vel dic, sunt nepotes ex alio filio qui in locū sui patris cum patruo vocantur: vt Institu. de hæredita. quæ ab intest. to deferūtur §. cum filius.
[s] Pater. Qui emancipauit: aliàs non haberet filius hæredem secundum hæc iura.
[t] Siue hæres. Quis contracta fiducia emancipauit.
[u] Siue bonorū possessor. Quia non contracta: vt s. titu. 1. l. si ad patrem. & instit. ad Tertyll. §. præferuntur. & C. eod. l. 2.
[x] Fiduciam. Id est, emancipauerunt cōtracta fiducia.
[y] Etiam adoptiuus. Nisi in casu: vt infra eōdem l. æquissimū. §. 1.
[z] Cum pater. Semper dicas post emancipationem vt modo notaui.
[a] Desierit. Adoptiuus. post emancipationem: vt supra, vnde libe. l. liberi.
[b] Legitimus. Puta per vnde legitimi: quādo contracta fiducia

[*] Id est fiduciario patre non emeriat, & sic mias misenat tertio mācipetū ab eo tūc succedebant. aliàs fiduciarius pater successisset. Cai' lib. 1. insti tu. capi. 6. Sed Iustinianus in l. fin. C de emācip. li. significat nunc fiduciā contrahi, cū manumittendo legitimā sibi reseruat manumissor.

las, a ex quauis parte excludit matrem. Si sit adgnatus defuncti, & naturalis pater in adoptiua familia sit, & mater, matrẽ admittimus: quoniã patrem adgnatus * excludit. b Si sit consanguinea c soror defuncti, itẽ mater, & pater adoptatus, vel emancipatus. d si consanguinea velit habere hęreditatẽ: matrem ex senatusconsulto voa cum ea venire, & patrem excludi e placet. Si consanguinea repudiet: matrem ex senatusconsulto propter patrem non venire. Et quamuis aliàs non solet mater expectare consanguineam, velit necne adire hæreditatem. f * nunc tamẽ expectaturã: cõsanguinea enim est, q̃ patrẽ excludit. Repudiãte ergo consanguinea, bonorum possessionem habebit mater cũ patre quasi cognata: sed & in hac moram g patietur: nec antè accipiet bonorũ possessionẽ, quàm pater pętierit: quoniã omittẽte eo potest ex senatuscõsulto succedere. Sed & si ipsa h eadẽ mr̃ sit, & soror consanguinea (vt puta, quoniã pater matris nepotẽ suum ex filia adoptauit) sit præterea & pater naturalis: hæc mater, si quidẽ quasi cõsanguinea veniat i excludet patrẽ, si ius cõsanguineæ repudiauit, k vel capitis deminutione l amisit: ex senatuscõsulto venire ꝓpter patrẽ nõ potest: repudiãte verò patre, rursus ex senatusconsulto põt venire. Si mater hereditatẽ filij, filięve nõ adierit ex senatuscõsulto Tertylliano: * in bonorũ possessione m antiquum ius seruãdum est. n Cùm enim esset prælatio: matre omittente senatuscõsulti beneficiũ, ius succedit vetus. Sed si mater repudiauerit bonorum possessionẽ, de adeũda n aũt hæreditate deliberet: dicendum erit, agnatũ non succedere, quoniã nondũ verũ est nõ adijsse matrẽ. Quòd autem diximus, o ius antiquum seruari matre nõ adeunte, cui persona deferatur hæreditas, videndum est, vtrum ei, quæ nunc proxima inuenitur, cũ mater repudiar: an ei, quæ fuit cùm intestatum decessisse certum esset, vtputa fuit patruus, p cum intestatus decederet: q & patrui filius, cũ mater repudiasset. Patruo nondum delata hæreditate, atq; ideo defuncto eo matre deliberante, patrui filium vocari.

Dictum est suprà qualiter mater excludatur à successione filii propter filios, vel consanguineos: modo est videndum, quando priuetur successione propter tutorem non petitum. & primò ponit mentem cuiusdam constitutionis. secundo incipit illam constitutionem exponere. secunda ibi. Et quidem. Bartolus.

Si mater non petierit tutores † idoneos filijs suis, vel prioribus excusatis reiectisve non confestim † aliorum nomina ediderit: ius non habet vindicandorum r sibi bonorum intestatorum filiorum. Et quidem si non petijt, * in constitutionem incidit. Ait enim, s vel non petierit. Sed à quo non petierit? Loquitur quidem de prætore constitutio: sed puto & in prouincijs locum habere, etiam si à magistratibus municipalibus non petat: quoniam & magistratibus municipalibus dandi necessitas iniungitur. t Quid ergo si petijt, sed admonita vel à libertis, vel à cognatis, an incidat in senatusconsultum? & puto eam incidere, si compulsa fecerit, non si cùm petere non cũctaretur, u admonita est. Quid si pater eis peti prohibuerat tutorem: quoniã per matrem rem eorum administrari voluit? incidet, si nec petat, nec legitimè x tutelam administret. Quòd si penitus egenis

fiducia emancipauit.
a Contra tabulas. Quando cõtracta fiducia, vel non emancipauit.
b Excludit. Si vinco vincentem &c. vt hic, & in ſ.., de diuer. & temp. præscri. l. de accessionibus. t
c Consanguinea. Scilicet ex eodem patre.
d Emãcipatus. A patre naturali, vel etiam adoptiuo. Accursius.
e Excludi. Per sororem: cum extra familiam est pater.
f Adire hæreditatẽ. Quia statim pro sua parte accipit mater vt insti. ad Tertyl. §. soror.
g In hac moram. Facit supra eod §. sed si quis decesserit. in fi.
h Sed & si ipsa. Scilicet mater.
i Veniat. Fuit ergo nepos à patre adoptiuo emancipatus. alias nõ haberet hæredem secũdum hæc iura. vel secundum hoc videtur desinere esse & soror: vt instit. de nup. §. inter eas. sed respond. hic non desinit habere ius sororitatis, quando ab auo fuit eius filius adoptatus: vt supra ea. l. §. liberi.
k Repudiauit. Repudians vno iure, potest venire ꝑ aliud, vt & C. de iure delib. l. filium.
l Deminutione. Minima: quia ipsa fit emancipata. Sed quare & hic non retinet ius sororitatis post capit. dimi. Respon. ibi erat ciuile & naturale vinculum: hic naturale tantum.
m In bonorum possessione. Vnde legitimi: vt & ĩ. vnde leg. l. 2. in fi. & l. 3.
n De adeunda. Per Tertyllianum.
o Diximus. Supra proxi. §.
p Patruus. Nunc respondet. sic econtra ĩ. eo. l. 1. §. vtrum.
q Decederet. Filius.
r Vendicandorum. si moriat impubes: alias non: vt C. ad Tertyll. l. omnem. & l. matres. & de legi. hære. l. sciant. & hæc omnia ĩ. exponit.
s Ait enim. Constitutio Diui Pij: vt ĩ. qui pet. tut. l. 2. §. idẽ diuus.
t Iniungitur. Vt ĩ. de tut. & cura. da. l. ius dandi.
u Cunctaret. Id est dubitaret. & q̃a pro certo proponebat petere.
x Nec legitimè. Quod potuit petẽdo à principe secundum hæc tempora: vt ĩ. de tut. l. fi. Quid autem si pater eorum matri non mandauit gerere, ipsa tamen gessit, & ideo tutores nõ petijt? item quid si alij gesserunt: sed à iudice tutelam non petierunt, nec inuentariũ fecerunt: an punitur mater? Respõ. apertè hic videtur dicere quod incidat: quia non legitimè gessit, secũdum Azonem.

Exclu-

* In P. Fl. exclusit.
† Et ꝑ Mã dos. in 23. q. 16. Regu. nu. 16.
* Sic in P. Fl. Halo. antẽ scripsit, nunc tamen expectaturã consanguineam, quę patrẽ excludat.
* In P. Fl. in bonis eorũ antiquũ &c.
† Cõcor. c. à non facto. in fi. ibi, quotiescunq; ĩ gestis cõciliorũ discors sententia inuenitur, illius cõcilij sententia magis teneatur, cuius antiquior & potior extat authoritas dis. l.
† Multa huc pertinentia reperies apud Platonẽ dialogo 6. de legib. vbi p̃clarè disserit de pęna cognatorum qui pupillis tutores non petunt.
† Confestim. cũ primũ potuit. sic intelligit gl. super verbo, mox. circa fi. in c. quia propter. extra de electi. & in c. olim causam, in gl. super ver. cũ statim. de restitu. spolia.
* In P. Fl. nõ est, in constitutionem.

filijs non petit: ignoscendum est ei. Sed si fortè absens à libertis præuēta est, vel ab alijs: dicendum est, eā non excludi,[a] nisi forte cùm frustraretur, id contingit. Filijs aūt nō petendo punitur: vtique & filiabus. Et quid si nepotibus? Similiter non petēdo punitur. Quid si curatores nō petit? Verba rescripti deficiunt. sed dicendum est, si quidem impuberibus[b] curatores non petijt: eandē esse rationē: si iam puberibus: cessare debere.[c] Quid si cùm prægnans esset, bonis nō petijt curatorem? dico in sententiam incidere. nam & si apud hostes habuerit impuberē: idem erit dicendū. Quid si furioso tutorem[d] vel curatorem non petijt? magis est, vt incidat. Non solùm autem quæ non petijt, coercetur: sed & quæ defunctoriè[e] petijt (vt rescripto declaratur) vel priuilegio[f] munitū vel oneratū, puta tribus tutelis: sed ita demum, si data opera hoc fecit. Quid ergo si tales petijt, & susceperunt nihilominus, vel detenti sunt? Excusata erit mater. Quid si indignos, id est, minus habiles ad tutelā petierit, cùm sciebat prætorem eos nō daturum. Quid tandē si dedit eos prætor matris petitionē secutus? Iam quidē prætoris delictum est: sed & matris punimus consilium. Igitur si fortè excusati sint illi, vel improbati: debet mater alios sine mora petere. Ergo siue non petierit, siue nō idoneos petierit: punietur, etiā si dati fuerint minus idonei prætore errantè.[g] Idoneos aūt vtrum facultatibus, an & moribus petere debeat: dubitationis esse potest. Puto autem facilè ei ignosci, si locupletes sint ij, quos petijt. Sed & si prioribus excusatis reiectisve, vt non confestim aliorū nomina ediderit, punitur. Quid ergo si non fuerint omnes excusati, vel non oēs reiecti? videndum est, an ei imputet, cùm in locū excusati non petierit. Et puto imputandū.[h] Quid si decesserint quidā? Puto (licet verba deficiant) sententiam constitutionis locum habere. Sed quod diximus reiecti, vtrum sic accipimus, à prætore non dati? an & si suspecti fuerint remoti, vel ob negligentiam, vel ignauiā repulsi? etiā hos quis reiectos rectè dicet: ergo etsi latitent. Sed longū est. Nam nec hoc ei imputatur, cur suspectos nō fecerit: alioquin si latitarent, potuit edicto desiderare, vt eos prætor adesse iuberet, & suspectos eos remoueret, si deessent. Quid si non cōpulit eos miscere se tutelæ? Et cùm plenum officiū[i] à matre desideremus: & hæc ei curanda sunt, ne in hæreditate ei obstent. Confestim autē[k] sic erit accipiendum, vbi primum potuit, id est, prætoris[l] copiā habuit huic rei sedentis:† nisi fortè infirmitate impedita est, vel alia magna causa, quæ etiā mandare[m] eā ad petendos tutores impediret: ita tamen, vt nullo modo annale tempus excederet. Si enim mortalitate filij præuenta est: nihil matri imputetur. Tractari bellè potest, si amplum pupillo legatū sub conditione sit relictum, Si tutores nō habuerit, & (puta) propterea ei mater nō petierit: ne conditione deficeretur, an constitutio cesset? Et puto cessare, si damnū minus sit cumulo legati. quod & in magistratibus municipalibus tractatur apud Tertyllianum. & putat dandā in eos actionem, quatenus plus esset in damno, quàm in legato. nisi fortè quis putet, cōditionem hanc quasi vtilitati publicæ oppugnantem remittendam, vt alias plerasq;:[n] aut verba cauillatus imputauerit matri, cur curatores nō petierit. Finge aūt plenius[o] cōditionem conscriptam: nonne erit matri ignoscendum? aut hoc imputabitur matri, cur non desiderauit à principe conditionem remitti? Et puto, nō esse imputandū.[p] Ergo etiam si mater ei, qui soluendo nō erit, non petierit tutorē: puto ignoscendū. consuluit enim ei, vt minus inquietetur, quasi indefensus. Et si fortè quis vxorē cōmunis filij, matrē hæredem scripserit, rogaueritq; remissa etiā satisdatione, vt filio pubere facto restitueret hæreditatē: nec mater ei petijt tutores: debet dici cessare constitutionē: cū patris volūtatē secuta sit, & nihil habenti-

[a] Excludi. Vt C. de ijs qui. vt indi. l. sororem. & C. de iure fisc. l. edicto. §. cum autem.

[b] Impuberibus. Quod fit quandoq;: vt Instit. de cura. §. interdum.

[c] Cessare debere. Sed ipsi sibimet petāt: vt supra, qui pet. tuto. l. 2. §. curatorē.

[d] Tutorem. Supra, de tuto. l. qui habet. in princi.

[e] Defunctoriè. Procrastinando.

[f] Priuilegio. Sic supra, quod cuiusque vni. no. l. 1. §. fi.

[g] Errante. Nisi statim alios petat: vt j. §. sed si prioribus.

[h] Imputandū. Nisi cùm reliqui sufficiūt administrationi: vt infra, qui pe. tuto. l. credendum.

[i] Plenum officium. vt & C. qui pe. tut. l. cum à matribus, & no. quod quo ad suspectos est hoc consilium, ne sit contra dictā l. ī. qui pe. tut. l. fi. sed quo ad cæteta est necessitas: sic C. de admi. tu. l. fi. §. personas. Accur.

[k] Confestim autē. Hoc est verbum orationis recitatæ ī. §. si mater.

[l] Sedentis. Sic supra quis ordo in bono. pos. set. l. 2. §. in bonorum.

[m] Mandare. Procuratori. s. quod potest: vt C. qui pet. tuto. l. cum à matribus.

[n] Plerasque. Vt C. de condi. insti. l. conditiones. & l. filius.

[o] Plenius. Vt nec curatores petat. Accur.

[p] Imputandum. Et sic non est remittenda.

† Facit iste tex. quod tutoris datio pertineat ad maiorē iudicē, quod patet ponderando verbū prætoris, quod de maioribus magistratibus, vt p Spec. in tit. de iurisd. om. iudi. § ver. medij. de quo est gl. ordin. in Insti. de Atti. tut. §. sed hoc videtur. in glo. in verb. in to.

Alias, sedentis.

filio tutores nô petierit. Quòd si ei remissa satisdatio[†] non fuerit, contra erit: quoniã vel propter hoc debuit tutores habere. Sed si fortè impubes post matris cessationem fuerit adrogatus, & impubes obierit: dicendũ erit, matri aduersus adrogatorẽ nô cõpetere ex stipulatu actionẽ.[a] Videndũ est, matre ꝓhibita ius suũ vindicare, verũ cæteros admittamus, atque si mater non esset: an ipsam hæredẽ dicamus fieri, vel aliud nomen successionis inducere. Sed negauimus ei actiones, & inuenimus rescriptũ ab Imperatore nostro Antonino Augusto, & Diuo patre eius Mammiæ Maximinæ pridie Idus Aprilis, Plautia no iterũ cõsule, matre remota eos admitti,[b] qui venirent si mater nô fuisset, ergo & adgnati, cæteriq; succedẽt. aut si nemo sit, bona vacabunt.

Modestinus lib. viij. regularum. III.

Patrem[c] adoptiuum matri non obesse plerique probant.

Idem lib. ix. regu. IIII.

Matris intestato defunctæ hæreditatẽ ad omnes ei⁹ liberos pertinere, etiam si ex diuersis matrimoniis nati fuerint, iuris est.

Paulus libr. sing. ad Senatuscon. Tertyl. V.

Aequissimum[d] est, omnes filios matri præferri, etiam si per adoptionẽ in familia relicti sint. Sed & nepos ex adoptiuo filio natus, ex verbis senatusconsulti matri obstabit. Si ex filio[†] nepotem auus manumiserit, isq; patre, & auo, & matre superstitib⁹, decesserit: potest quæri, q̃s potior esse debeat. nã si mater exclnserit auum[e] manumissorem, qui patri anteponitur, edicto prætoris[f] inducetur pater defuncti. quo admisso, desinet senatuscõsulto locus esse, & rursus auus vocabitur. itaque rectius est, auo ius suũ conseruare:[g] qui & contra scriptos hæredes bonorum possessionem accipere solet.

Idem libr. singula. ad Senatuscon. Orfi. VI.

Filij[h] mater ex hoc senatusconsulto, etiã si in aliena potestate sit,[i] ad hæreditatem admittitur. Filius q̃ se nolle adire hæreditatem matris dixerit, an possit mutata voluntate adire antè, quã cõsanguineus, vel adgnatus adierit, videndũ ꝓpter hæc verba, Si nemo filiorũ volet hæreditatẽ suscipere. quia extẽsiua[k] sũt. Et cùm verba extensiua sint, pœnitentia eius vsq; ad annũ admittẽda est,[l] cùm & ipsa filii bonorũ possessio annalis sit.

Idem libro singu. ad Senatusconsultum Tertyll. & Orfi. VII.

Si q̃s intestatus decesserit relicta matre, & fratre consanguineo, vel sorore, quamuis per adrogationem quæsitis: eadem iura in persona matris[m] seruantur, quæ & naturalibus extantibus liberis.

---

a Ex stipulatu actionem. Quam aliàs haberet: vt s. ea. l. §. impuberem.

b Admitti s. quo ad hæreditatem: sed an idem ordo in petendis tutoribus, vt prius mater quàm alij audiatur, scilicet vt donec mater vult petere, alius non audiatur? Respond. non: vt supra ea l. §. sed si forte. & qui pe. tut. l. a. in fin. Item no. quòd ipso iure mater esse desinit: vt hic.

Patrem. CASVS. Pater legitimus, & naturalis præcedit matrem in successione ab intestato: sed solus pater adoptiuus non vincit eam.

c Patrem. Pone casum: vt supra l. prox. § obijcitur.

ADDITIO. Bar. arguit contra istam l. quòd ille qui habet patrem adoptiuum, est in eius potestate: ergo non habet hæredem matrẽ, vel alium: vt l. 2. infra, de castren. pecul. Sol. secundum eum: & intellige, quod pater adoptiuus eum emancipauit: vt dicitur in l. 2. §. obijcitur supra eod.

Matris. CASVS. Si mater decedat intestata: omnes eius liberi, siue sint ex eodem matrimonio, vel diuersis, succedunt ei per Orficianum. Viuia.

Aequissimũ. CASVS. Si filius decedit intestatus relictis liberis, liberi obstant matri, siue sint legitimi & naturales: siue legitimi tãtum, puta adoptiui. Si ex filio. Si pater nepotem emancipauit, & emancipatus decessit patre, & matre superstitibus: succedet mater. videbatur, quòd pater excluderet auum ratione gradus, & insuper matrem. & certè licet ita videatur, tamẽ dicendum est, quòd vocatur vel ad successionem ab intestato, vel in bonor. pos. vtilem vnde liberi. Viuianus.

d Aequissimum. Supra eo. l. 2. §. liberi.

e Auum. Vt s. eod. l. 2. § sed neq; auus.

f Prætoris. Vt s. si à pa. quis fue. ma. l. 1. §. nepos.

g Conseruare. Non ergo mater excludit auum, quando pater est in medio. & not. quòd hic fallit regula quam habes j. de diuer. & tempor. præscrip. l. de accessionibus. scilicet si vinco vincentem &c. nam auus vincit patrem: & pater matrem: nô tamen auus solus vincit matrem: vt hic, & s. eo. l. 2. §. obijcitur. nisi pater sit in medio: vt hic dicitur. sic & fallit alias, vt not. C. de natu. libe. authentic. licet.

Filij. CASVS. Mater siue sit materfamil. siue filiafami. vocatur ad successionem filij. Filius qui se. Decessit mater intestata. filius vocabitur ad eius successionem per Orficianum, dixit filius: nolo adire, postea vult mutare voluntatem. & adire poterit ne? sic, adeo quod si mater habebit fratrẽ legitimũ, & naturalem, nô venit ad successionẽ, sed filius per Orficianum. Viuia.

h Filij. Hic puncta.

i Potestate sit. Scilicet mater. sic econtra infra eo. l. penul. Accursius.

k Extensiua. Propter verbum volet, quod formatur à præsenti: vt infra, de verbo. obligatio. l. si stipulatus.

l Admittenda est. Imò videtur quòd non: vt C. de iur. & fac. igno. l. 2. quæ est contra. Sol. ibi aliud iam acceperat, hic non. vt supra de minor. l. quod si minor. §. Scæuola. vel solue vt ibi not.

Si quis. CASVS. Quidam decessit intestatus relicta matre, & fratre, vel sorore quæ fiiis naturaliter, vel per arrogationem. nonquid eadem seruãtur, quæ in filiis legitimis & naturalib⁹? certè sic. Viuianus.

m In persona matris. Volo eis succedere filio. qualiter autem naturales succedant cum matre, habes Insti. ad Tertyl. §. frater.

[†] Solent quære scribẽtes quare satisdatio tutoris per tutorem põt remitti: sed tu accipe duas validas rationes. Prima est, q̃a hoc casu satisdationis loco habetur fides electa, vt no. Spe. in tit. de instru. edi. §. nũc verò aliqua. vers. quid si hæres. Secunda: q̃a de iure nõ est de substãtia tutelæ: vt no. Barto. in addi. ad Specu. in ti. de tutel. versi. satisdatio non est.

[†] Vide q̃ in hũc §. eleganter & copiosè scripsit Al. lib. parad. 11. ca. 8.

† Iulius Capitolinus in Marco philosopho refert eũ addidisse leges de bonis maternis & quãdo filiorũ successionibus pro parte materna.

† Cõcor. gl. in uer. ab apostolo. ibi, beneficiũ enim iuris nemini ẽ auferẽdũ e. cũ sm apostolũ. extra de sec. nu. & gl. in uer. parẽtib'. ibi, & hæreditas pa sentũ qua si debita obuenit nobis c. p̃ dicator. 87. i. q.

IN suspenso. CASVS. Si filius emancipatus decedit relicto filio: & ille deliberat, uelit petere bonorum possessio ius matris est in suspenso. Viuianus.

a De bonorum possessione. Vnde liberi.

Acratissimi. CASVS. Si mater moriẽ intestata liberi succedunt matri per Orficianum, siue erãt sui iuris, uel in potestate constituti. Viu.

b Potestate sint. Sic econtra supra eod. l. filij. in princi. & facit C. ad Orfi. l. 2.

SI filiusfamilias. CASVS. Filiusfamilias miles quæsiuit bona in castris. postea mortuo patre suo intestatus decessit. nunquid mater succedit ei per Tertyllianũ: dicit iurisconsultus, nõ puto in distinctè. in uno puto distinguẽdum: si iste filius decessit intestatus: si nõ habet posthumum, uel filium in captiuitate hostium, uel filium domi: mater succedet ei. sed si habet posthumum: quandiu speratur nasci, mater non succedit ei. sed si nascitur non monstrosus, mater non succedit ei, si redit captiuitate hostium iure non succedit ei, si habet filiũ domi: mater non succedit ei, sed si nascitur filius monstrosus, iste nõ obstabit matri, quin possit filius per Tertyllianum succedere. Viuia.

Caius libro singu. ad Senatusconsultum Tertyllianum. VIII.

IN suspenso est ius matris, si filius defuncti emancipatus deliberet de bonorum possessione a petenda.

Idem lib. singu. ad senatuscon. Orfi. IX.

SAcratissimi principis nostri oratione † cauetur, ut matris intestatæ hæreditas † ad liberos, tãetsi in aliena potestate b sint, pertineat. *

Pomponius libro ij. Senatuscon. X.

SI filiusfamiliàs miles c non sit testatus de ijs, quæ in castris acquisierit, an ea ad matrẽ pertineant, uidendum est? Sed non puto. Magis enim iudicio d militum hoc beneficium cõcessum est, non ut omni modo quasi patresfamilias in ea re sint. Quando in pendenti est, an quædam personæ possint obstare matri, & ca sus tulerit, ut non inducantur: e matri ius integrum erit, quod medio tẽpore * apprehẽderit: f ueluti si filio intestato mortuo posthumus ei filius potuerit nasci, nec natus sit, aut mortuus editus: uel etiam quòd filius, qui in hostium potestate erat, postliminio nõ sit reuersus.

c Miles. Qui manet in potestate. ut insti tutiont. quibus modis ius pat. pote. sol- uj. §. filius.

d Iudicio. Id est, ut testentur si uolent, alias pater occupat iure peculij: ut infra de castren si peculio. l. a. & facit supra, ad legem Falcidiam. l. filius. & de stipulatione seruo. l. si seruus cõmunis. in princi.

e Inducatur. In eo statu, ut succedant filio.

f Apprehenderit. Sed licet de facto apprehend erit: an intetim est hæres considerata ueritate? Videtur quòd non: ut s. eod. l. in suspenso. & not. supra, si pars hæred. peta. l. illud. in principio Accursius Florentinus legum doctor.

* Alci. ll. 4. paradox. c. 3. hoc respõ so probari ait, etiam iure digestorũ bona ad filiumfa. ratione dominarj per tunuisse.

* In P.P. appendit.

F I N I S.

CAPITVM ALIQVOT GRAECE A MODESTINO IVRISCONSVLTO CONSCRIPTORVM, QVAE NOS NVNC PRIMVM SVIS LOCIS INSERVIMVS.

Latina interpretatio ex Antonio Augustino Iurisconsulto clarissimo.

Ex libro xxvj. Digestorum, Titu. iij.

CAP. I. Ἰγναμωδὲ, &c.

VT ne de his quidē tutoribus, qui confirmari possunt omittamus, de his etiam breuiter cōsiderandū est. Sunt quidā, qui rectè dantur testamento tutores, hoc est & à qbus oportet, & qbus oportet, & quo oportet modo, & vbi oportet. Nam pater filijs vel nepotibus, quos habet in potestate rectè dat tutorem in testamento tamen. Si verò ea persona sit, q̄ darę nō pōt, mater puta, vel patronus, vel extraneus quiuis, aut ei, cui datur, dari nō posit: vt à patre filio, vel filiæ, qui non sunt in potestate, aut si scriptum sit, ROGO TE, VT ILLAS RES CVRES, aut codicillis nō confirmatis tutor aut curator datus sit, cōstitutiones pmiserūt quod deest: cōsulari potestate suppleri, & tutores secundum testatoris voluntatē datos cōfirmari. Et si quidem pater erat, qui dedit, plerunq; solet non inquirere Præses, sed simpliciter cōfirmare: si verò alius diligenter inquirit, an idoneus sit. Prætereà scire oportet curatorē testamento à patre quidem rectè dari, sed datum confirmari à Præside solere.

TIT. V. CAP. XXI.

Εἰδέναι δεῖ, &c.

SCire oportet magistratus, non oportere curas minorum mulieribus cōmitti. Si mater ea cōditione scripserit filios hæredes, si liberati fuerint patria potestate, liberaris his, & ob id hæredibus, ipse pater curator creari, etiā si velit, non potest: ne alia via q̄ testatrix fieri noluit, fiat. & hoc ita à diuo Seuero constitutum est. Sed & si quis à parentibus prohibeatur tutor esse, creandus non est. q̄ si fuerit creatus, neq; se excusauerit, prohibendus est existimatione quidem salua tutelam gerere. Qui in legatione sunt, nō sunt à magistratibus tutores aut curatores creandi. nam dum legatione funguntur, ad eos periculum non pertinet. Si prouincialem hominem legatum magistratus Romę dederit tutorem, liberabitur. Inter cæteras causas magistratum oportet creandorum mores animaduertere. neque enim tam facultates, aut dignitas aptę sunt ad fidem eis habendam, quàm vitæ institutum decens, & mores probi. Semper autem hoc maximè magistratus obseruēt, ne creent eos, qui se ingerunt, vt creentur, aut ob id pecuniam dant, quos pœnæ quoque obnoxios esse constitutum est.

TIT. V. CAP. XXII.

Καὶ οἱ μὴ, &c.

ET qui nō sunt Decuriones, Decurionū filijs tutores creantur, sicut & decuriones iis, qui non sunt ex Decurionibus.

TIT. VI. CAP. II.

Ἐὰν οἱ ἀφήλικες, &c.

SI minores nō habeant legitimos defensores: siquidem tutoribus egeant ob impuberem ætatem, possunt cognatione, aut adfinitate propinqui parentibus eorū masculis, aut fœminis petere, vt eis tutores constituantur. Possunt id quoq; parentum amici, & ipsorum puerorum educatores. Sed alij libera voluntate petunt, alij id facere cogūtur, mater puta, & liberti. Nanq; illa, nisi legitimos liberis defensores petat, damno, hi pœena plectuntur. Etenim mater expellitur à legitima filij hæreditate, tanq̄ indigna ex eius bonis legitimam portionem consequi, cui tutorem quærere neglexerit. Neque solum si non petat, sed & si quem petat, defunctoriè petat, vtpote eum, qui se potest excusare, vel eo postea aut excusato, aut reiecto alium non petat, vel dedita opera malos petat. Liberti verò apud Præsidem ob hanc causam accusati grauiter puniuntur, si id negligentia aut vitio omisisse videantur. Quæ de matre scri-

pta sunt, Seueri epistola cõstant, cuius uerba infra scripsimus. Et paulò pòst, Sanè si quis aut creditor, aut legatarius sit, aut quiaIiam habeat necessariam cum pupillo cõtentionem, nõ ipse petet ei tutorẽ, sed eos rogabit, qui petere possunt, ut petãt: aut si ipsi petitionem tardabunt, adito tum Præside rem totam explicabit, ut cõstituto legitimo tutore lis cũ pupillo habeatur. Et hęc quidem de tutoribus. Curatores uerò ipsi sibi minores petẽt, si adsunt per se: si autẽ quis absit, per procuratorem. Sed an alius petere curatorem possit, quæritur? & optimus Vlp. ita scribit, quasi necesse sit ipsum sibi petere, neq; ali⁹ possit. Et paulò pòst, Qui quomodocunque per excusationem tutela liberati sunt, non habent necesse tutorem pupillis petere, ut Seueri & Antonini constitutione continetur.

Ex lib. xxvij. TIT. I.

CAP. I. Ἐρέννιος Μοδεστῖνος.

Herennius Modestin⁹ Ignatio Dextro. Vtilissimum, ut mihi uidetur, opus cõfeci, quod inscripsi De tutelę, & curę excusatione, idq; ad te misi. In quo quantũ potui, apertè eum tractatũ explicaui, docens Græcè nostra iura: quę quàm difficulter uertantur, nõ ignoro. Dumq; ea explico, addo sicubi opus est, ipsa legũ uerba, ut his, qui dicendi, & legendi usum habẽt, hoc desiderantibus perfectum auxilium præstare possimus. Principio igitur dicendum est, quos creari nõ oporteat. Libertinis pupillis magistrat⁹ ingenuos tutores, aut curatores nõ dẽt, præterquam si maxima inopia sit eo loci libertorũ. Iubet.n. Diui Marci oratio, ut libertinis, qui in eodẽ oppido sunt liberti dentur. Sed si detur ingenuus, Diuus Seuerus minoribus cõsulens rescripsit obnoxiũ fore tutelę, nisi intra cõstitutum tempus allegauerit excusationẽ. Non licet sponso spõsæ creatorẽ esse, ut senatus censuit: creatus autem hic, remouẽdus est.

CAP. II. Ἀφίενται, &c.

A Tutela, & cura excusantur, qui septuaginta annos excesserunt. Excessisse autem eos oportet tũ, cũ creãtur, aut cũ hæreditas adita est, aut cũ cõditio testamẽto scripta impleta est, non intra excusationis tẽpora eã ętatẽ implere, q̃ pbatur, aut natalis diei scriptura, aut alijs legitimis pbationis. Liberorũ quoq; multitudo à tutela, & cura excusat. Oẽs tñ liberos legitimos esse oportet, etsi in potestate nõ sint, atq; tũ uiuere, cũ patres eorũ tutores dãtur. Nã q anteà mortui sunt, non numerãtur inter liberos, neq; etiã nocẽt, q posteà moriunt: qđ Diui Seueri constitutione cauet, q̃ quãuis de eo tutore loqui uideat, q testõ datus est, tñ aptari ad quemcunq; alium pôt. Qui in utero est, & si in multis iuris partib⁹ æq parat iam natis, tñ neque in hac q̃stione, neq; in cæteris ciuilibus muneribus pdest patri. Quod etiã Diui Seueri cõstitutione cauetur. Nõ solũ aũt filij & filię uacationẽ tutelæ adserũt: sed & nepotes, & neptes, ex filijs maribus. Iuuãt uerò hi, cũ eorũ pater mortu⁹ est, & ipsi eius locũ supplẽt ano: q licet plures sint ex uno filio, p uno numerãtur. Colligere licet hæc ex cõstitutiõibus, qbus de liberis tractatur. Neq; enim facilè cõstitutionẽ reperies, q̃ de filijs, nõ de liberis scripta sit. Liberorum aũt appellatio ad nepotes extẽdit. Sed numerũ liberorũ constitutionib⁹ decretũ iam tũ esse oportet, cũ creatur, nõ etiã si post creationẽ nati sunt antè q̃ causas excusationis allegauerit. Nã q posteà nati sunt, nihil iuuãt, ut Seueri, & Antonini cõstitutione scriptũ est. Preterea q tres tutelas, aut tres curas habẽt, aut tria onera mixtarũ tutelarũ cũ curis, & hæ non sint ætate minorũ finitæ, habent excusationem, si ad quartã tutelam, aut curam uocẽtur. Sed & si quis nõ minoris, sed furiosi curator sit, huius quoq; curæ ratio habẽda ẽ, ut in numero curarũ cõputet. Quæ ita se hẽre Seueri, & Antonini constitutio docet. Et optimus Vlpia. de tribus tutelis sic ait.

CAP. IIII. Ἔφαμεν,

Diximus tres tutelas habentes ad quartam non esse uocãdos. Quęsitũ igitur est, si quis duas tutelas habeat, & tertia oneratus appellauerit, pendenteque adhuc iudicio appellationis quarta tutela oneret, an in allegatione excusationum quartę mẽtionẽ tertię faciet? aut ea omnino omittet. Et inuenio à diuis Seuero, & Antonino cõstitutum esse, non oportere ad quartam tutelã creari eum, qui à tertia prouocauerit. Sed dũ pẽdet allegationũ tertię iudicii expectare: cuius finis finẽ quartæ excusationibus faciet. Recta sanè ratione. Nã si qs eã, q̃ quarta est, quasi tertiã susceperit, & iniusta appellatio de tertia appareat, quatuor oneribus contra leges onerabitur. Si pater tria tutelarum, aut curarum onera habeat, eius filius nõ grauabitur: ita enim constitutum est à Diuis Seuero, & Antonino. Hoc idem cõtra quoq; est, ut oporteat filij tutelas

las uacationem patri dare, & utriq; cões, hoc est unã filij, & duas patris, aut contra. Quę ita se habēt, cũ uni domui, nõ diuersis onus deferē. Et hoc optimus Vlp. scribit.

CAP. VI. Ἐὰν δύο, &c.

SI duas tutelas habēs, alteris duabus onerētur: quæ tertia erit ordine, inuabit eũ ad quartæ excusationē: licet imperator sit, q quartã detulit, aut etiã tertiã, scilicet si antē q̃ sciret, quid is uellet, antenertit ali' in creatione tutoris. Si uerò ordo nõ appareat, sed eadē die diuersis tabulis duę creationes factæ ꝓponātur: nõ creat', sed creãs eliget q̃ subire eũ oporteat. Grãmatici, Sophistæ, Rhetores, Medici, q περιοδευταὶ (hoc est circumforanei) uocãtur, ut a reliqs muneríb', sic à tutela, & cura uacationem habēt. Sed est cõstitut' rhetorũ numerus, q i unaquaq; ciuitate immunitatē habeãt: diui fiõq; quędã ciuitatũ lege facta est. Qđ ex epistola Antonini Pij apparet, quæ cõmuni qdem Asiæ scripta est, sed uniuerso terrarũ orbi conuenit. Ex ea hoc caput ĵ. scriptũ est. Minores ciuitates quinq; medicos, sophistas tres, grãmaticos totidē ímunes hrē possũt. Maiores septē medicos, quaternos duab' illis disciplinis ꝑpositos. Maximæ uerò medicos decē, rhetores quinque, grãmaticos totidē. Supra hunc numerũ ne maximę qdē ciuitates immunitatē ꝑstare possũt. Et maximo numero vti oportet metropoles prouinciarũ: altero eas, quæ forũ causatũ habēt: tertio reliquas. quē numerũ neq; curię decreto excedere licet, neq; qua alia captiõe q̃sita: minorē tñ cõstituere lʒ. qm̃ id si fiat, ciuilia munera iuuanē Atq nõ aliter hi ea ímunitate fruanē, nisi decreto curiæ numero cõstituto adscribanē. & operã quisq; suã nauet nõ malè. Philosophos quoq; à tutelis uacaē Pau. scribit his uerb.

Idem, φιλοσόφων. De philosophis uerò eadē Diui Pij cõstitutione dicit. Philosophorũ numerus cõstitutus nõ est: rari em̃ sunt, q philosophanē. Et quidē existimo eos, qui diuitijs abundãt, libēter ꝑstaturos auxiliũ patriæ. Quòd si studiosè cõtendãt de re familiari, iã inde ostēdēt facilè se nõ esse philosophos. Est etiã inter Cõmodi cõstitutiones ĩsertũ caput qđ dã ex Antonini Pij epistola, quo cõstat philosophos tutelarũ habere immunitatē, cuius uerba sũt hæc: Oĩbus aũt his, pariter Diuus pater me' statim atq; principatũ adeptus ē, suos honores, & immunitates cõfirmauit. Philosophos, rhetores, grãmaticos, medicos ímunes eē scribēs ꝑfecturis gymnasiorũ, ædilitijs curis, sacerdotijs, hospitũ receptione, frumēti, atq; olei emptionib'. Eosdēq; iudicare, neq; ĩ legationē ire, neq; in militiã cõscribi inuitos. Nullũ deniq; ꝓuinciale, aliudve mun' subire cogēdos. Hoc amplius scire illud quoq; oportet, eum hãc ímmunitatē habere, q in sua patria docet, aut curat. Nã Comanēses sophistę, aut alij si Neocęsareę doceãt, aut curēt, nõ habēt apud Comanēses ímunitatē, & hoc ita à Diuis Seuero, & Antonino cõstitutũ est. Sanè ualde doctos, & ĩ. numerũ, & alienã patriã incolentes, immunes esse Pau. scribit. & refert ita Diuũ Piũ Antoninũ fieri iussisse. Sophistã, qui Romæ docet, sine gratis, siue ob mercedē doceat, uacationē hrē à Diuis Seuero, & Antonino est cõstitutũ, pinde quasi in patria profiteatur. Quorũ sanctioni illã põt q̃s rõnem adferre: qđ cũ cõmunis sit, & existimetur patria regia urbs: æquũ est eũ, q in sua patria se utilē prębeat, hac imunitate frui. Legũ ꝑceptores in ꝓuincia docēses uacationem non habent, Romæ docentes habent.

Paulò post. ἱερεῖς. Prouinciæ sacerdotũ ut Asiarchia, Bithyniarchia, Cappadocarchia præbet à tutelis immunitatem, dum ei muneri quis pręest.

Ibidem Magistratus municipales tutela, & cura uacãt. Dant quoq; à tutela uacationē capitales inimicitiæ inter eũ, q creatus est, & pupillorũ patrē, nisi postea datus tutor testõ sit. Quòd si post scriptũ testm̃ intereos hęc capitalis contentio orta sit, aut prior quidē testõ est, sed ea de cã is tutor testõ datus eē uideaē, ut eo onere, & negocijs uexeē, aliud erit dicēdũ, ut ex Imperatoris Seueri epistola cõstat. pręterea à tutela liberatur, qui status controuersiã pupillo mouit, dum ne id fictē, sed bona fide faciat: qđ Diui Marc', & Verus cõstituerũt. De rusticis, tenuibus, & illiteratis hominibus Paulus ita scribit.

CAP. VIII. Ὁ παλαιστρατιῶται, &c.

VEterani, q honestē militiæ tēpus explenerũt, uacationē hñt à paganorũ tutelis. Sed aduersus liberos eorũ, q in eisdē ordinibus militauerũt, aut quorũcũq; ueteranorũ, ĩtra annũ post militiã exactã, uacationē habēt: post annũ nõ habēt. Fortior em̃ esse credit eiusdē militiæ æqualitas, ipsorũ ueteranorũ priuilegio. Sed hoc ita, si non aliàs causas habeãt excusationis tutelæ, ut annorũ numerũ, aut qd simile, quod solet paganis aduersus oẽs prodesse.

Quæ

Quæ de ueteranorũ filijs diximus, in nepotibus locũ nõ habẽt, quippe q nihilo à cæteris differre videtur. Planè ignominia miſſi perinde habẽtur, ac ſi nũquã militaſſent. Quãobrem neq; ipſi habẽt priuilegiũ, neq; ſi eorũ filijs ueterani tutores denẽ, tenebũtur inuiti. Aliqñ hi, qui nõ explẽt totũ militiæ tẽpus uacationẽ habẽt à tutelis, ut hic expleuerũt. Nam qui uiginti annos militauerit, ſimilis illi eſt, q expleuerit militiam. Qui uerò intra id tẽpus miſſus ẽ, nõ habet perpetuam tutelarũ immunitatẽ, ſed ab eis ad tẽpus habet, ut à cęteris ciuilibus muneribus uacationẽ. Etenim intra qnq; annos militia miſſus nullam ſibi uindicabit imunitatẽ: poſt quinq; vnius anni immunitatẽ habet, poſt octo biẽnij, triennij poſt duodecim, poſt ſexdecim quadriẽnij. Sed q poſt uiginti annos miſſus eſt, perpetuò, ut dicebamus, vacabit. Qui inter uigiles Romæ p militauerit, unius tantum anni uacationẽ habet, ſi habet: ſi honeſtè ſcilicet ẽ miſſus, qđ principio diximus, aut cauſaria (ut uocant) miſſione ualetudinis cauſa: eſt enim etiã hæc honeſta, ſed qui ignominia miſſus eſt, uocationẽ nõ habet. Conuetetanus aũt eſſe creditur non ſolum legionarius, ſed & omnis, q ubicunq; permilitauerit, ſi modò honeſtè hic quoq; miſſus ſit. Nam legionarius eius liberis, qui inter uigiles pmilitauerit, tutor eſſe poteſt. Iam uero militi minori ueteranus curator dabiẽ, ſi pater eius mortuus ſit, ſcilicet, aut ipſe emancipatus. Quarum omniũ rerũ teſtes ſunt principũ conſtitutiones: Vlpianus uero ita ſcribit.

Paulò poſt. Ἐζητήθη, &c. Quæſiũ eſt, utrum unam ſemel tutelã ueterani ſuſcipiãt an eodem tẽpore ſolam unã, qua finita aliã rurſus capiant? Sed ut in paganis finitæ nõ proderũt his, qui eas habuerũt, neq; inter tres tutelas numerabunẽ, ſic ĩ ueteranis nõ prodeſt tutores fuiſſe. Qđ etiã eſt in curis conſtitutũ, ut ex ſacra Seueri, & Antonini cõſtitutione cõſtat. Nihil intereſt, quã ob cauſã egeant cõmilitonis liberi tutore, uel curatore, qđ emãcipati ſint, an quòd pater mortuꝰ ſit. Primipilares ex Imperatorũ cõſtitutionibus à cęteris tutelis excuſantur, pter primipilaris filiorũ tutelas. Hi uetò primipilares eſſe cenſenẽ, q primipilo functi ſunt. Quòd ſi antè moriatur, q̃ pegerint, horum liberis primipilaris tutor non erit.

CAP. XI. Σύμοναι δὲ, &c.

NOn ſolum primipilares, qui in caligatis militijs, aut alijs permilitauerunt, ſed qui quomodocunq; reipu. Romanæ cã abſuerunt, poſtea quã fuerint reuerſi, anni habẽt uacationẽ. Annus tamẽ hic nõ tantũ his, qui conſuetũ militię tẽpus impleuerũt, in reliquis publicis muneribus datẽ, ſed & his, qui quomodocunq; reipu. cauſa abeſſe deſierũt, & ſi minus tẽporis conſumpſerint conſtituto. Cæterũ quas tutelas anteà gerebãt, & ob id reliquerũt, quòd reipu. cauſa abibãt, eas reuerſi ſtatim ſuſcipiẽt. neq; eis annus pderit, qui ad futuras, nouasq; tutelas datur, non ad eas, quas recipere debent. Atq; hic annus cõtinuorũ dierũ accipiẽdus ẽ, ex quo uel reuerſus ẽ, uel reuerti debuit, recta uia redeũdo, nõ ſi circuitiõe uſus ſit. Etiam hi, qui teſtamẽto tutores dati ſunt, iure excuſabunt ſe à gubernatione earũ rerũ, quæ in alia prouincia ſunt, ut infrà ſcripta Seueri conſtitutione manifeſtum eſt.

Paulò poſt. ὁ πριμιπῖλος, &c. Qui primipilo functus ẽ, ſi cum vnius pupilli tutelã ſuſcepiſſet, rurſus ad militaria munera adſumptus ſit, deponet onus tutelæ. Similiter in illius quoq; tutoris locũ, quẽ poſteà adſeſſotem qs ſecũ duxerit, curator dabiẽ, ut ait Diui Seueri conſtitutio. Quã q rectè ad omnia ſimilia capita producet, curatorẽ dari dicet in eorũ locum, qui ad tẽpus uacationem habẽt. Si minor libertus à patrono tutor liberis ſuis dabitur, uel etiã alius, qui minor uigintiquinque annis ſit, dũ minor eſt, nõ grauatur: interim tũ alius curator creabiẽ. Similiter ſi legitimus tutor minor ſit, nãque in huius quoq; locũ intereà curator dabitur. Si quis nõ ita ægrotet, ut oporteat tutela omnino uacare, in eius locũ curator datur. Poſtea uerò, quã conualuerit, tutelam ſuſcipiet, cui ſimilis eſt, q in furorem inciderit, & Vlpianus ita ſcribit.

CAP. XII. Εἰσὶ καὶ, &c.

SVnt alij, qui qnamuis ſint iam tutores, aut curatores, in perpetuum deinceps onere liberantur. Vt qui domicilium aliò mutare ex Imperatoris reſcripto cõſecuti ſũt, ſi modo priceps norit eos tutores eſſe, & apertè mutationem dominij concedat, & utrunque literis ſignificet.

CAP. XIII. Εἰδέναι χρὴ, &c.

SCire oportet, neque creatos tutores, neque teſtamento datos prouocãdi neceſſitatem habere, ut ex cõſtitutione Diuorũ Seueri, & Antonini apparet. Quod etiam obſeruari conuenit in creatis curatoribus. Nam ualde ſunt pauca ea, in quibus curatores à tutoribus differant: ſanè à ſententijs,

quæ

quæ eis excusationes auferũt, prouocare licet. Multa uerò obseruare oportet tutores, uel curatores, ut causas excusatiõis allegare permittantur: nam debent intra tẽpora cõstituta ad iudicem accedere, & cõstituta sunt hæc. Qui in urbe est, in qua creat, aut intra centesimum ab vrbe miliarium, intra quinquaginta dies excusat: posteà uerò nõ permittit ei se excusare, sed oneri obligatus est. Et cũ nihil horũ fecerit, in eadẽ erit cã, ac si suo periculo id contẽnere uisus esset: nulla. n. ei relinquet ad excusationẽ uia. Qui uerò vltra cẽtũ milia ad vrbe abest vicenis milibus ĩ singulos dies enumeratis, ex quo se creatũ cognouerit: nãq; oportet certiorẽ a magistratibus fieri aut corã, aut domi suę, alios deinde triginta dies ad allegãdã excusationẽ habet. Et hoc ad eos quoque pertinet, q testã dati sunt, siue tutores sint, siue curatores, quos curatores a Præside comfirmari cõsuetũ est. Illud uerò inuenimus ex Marci legislatione quæstione dignũ. Nã cũ ei, q in ipsa vrbe est, in qua creatur, intra centũ milia legislator tẽpus quinquaginta dierũ dederit: ei uerò, q vltra cẽtum milia habitat, vicena milia in singulos dies numerari iussit, & amplius alios triginta dies ad se excusãdũ præbuit: euenit hinc, ut si quis centesimũ & sexagesimũ miliare habitat, tẽpus habeat octo & trigĩta dierũ. Octo enĩ dies ob centũ & sexaginta milia cõpetunt, numeratis in singulos dies milibus viginti, triginta deinde dies ad se excusandũ dantur. Itaq; peiori cõditione est, q longius habitat eo, q intra centũ milia est, aut in ipsa vrbe: si quidẽ his quinquaginta semper dierũ tẽpus est, illis paucior̃ũ. Sed & si maximè scriptũ legis eã sententiã efficiat: tamẽ legislatoris mẽs aliud vult. Quãdo & Ceruidius Scæuola, & Paulus, & Domitius Vlpianus iurisperitorum principes scribunt hæc ita oportere obseruari, ut nullo pacto alicui minus detur temporis quinquaginta dierum: tũ ad triginta dies, quos ad excusandum lex dedit, excedit quinquaginta dies. Vt si fingamus aliquẽ ultra quadrigenta & quadraginta miliaria habitare, hic enim habet duos & uiginti itineris dies, excusationis triginta. Hoc autem tempus omnes obseruabunt, qui quomodocũque a tutela, uel cura, uel ab eius parte se excusant. Consequens his esse sciendum est: ut si qua specie excusationis fuerit aliquis usus, nõ aliter audiatur, quàm si seruabit tempus constitutũ, nisi cũ alterius ciuitatis ciuis sit. Sic antẽ necesse est, id tẽpus seruare, vt quamuis ob allegationes liberatus sit, liberũ nõ fieri eum Diui Seuerus, & Antoninus constituant. Idem iubẽt nõ ualere alterius in eius locũ creationẽ, utpote cum datus sit, cum nõ licebat in eius locũ, qui erat adhuc tutor. Sufficit tamen intra tempus saltem adesse, & si posteà inuitus caussam omiserit, non erit præscriptioni obnoxius. Vnde si defunctoriè adsit solũ, neq; permaneat ad allegãdum, post tẽpus in præscriptionem incidet. Atque hoc constitutione imperator̃ũ Seueri & Antonini constitutum est. Sed si ob ualetudinem aduersam, uel aliam necessariam causam maris putà, aut hyemis, aut impetus latronũ, aut alicuius similis rei in tẽpore adesse nõ potest: veniam consequitur. Cuius rei fidẽ facere ex ipso naturali iure est satis: sed tñ hæc eadẽ, Imp. Seueri, & Antonini cõstitutione continentur. Scire etiã oportet nõ sufficere uenisse quem ad ius dicẽtem, sed opus est, speciẽ excusationis testari. quòd si multas habet causas excusationis, oẽs ꝓponet: sin minus, similis ei est, qui principio non uenerit quãuis uenit is quidẽ, nõ tñ causa excusationis dixit. Quinquaginta uerò dies continui numerãtur ob eo tẽpore quo se datum esse cognouit. Vnã autem oportet testari excusationem apud tribunal, aut aliàs apud acta, aut potest supplices libellos dare, ut ijdem imperatores cõstituerũt. Hæc de his, qui obseruare debẽt tempus constitutũ. Age verò de his uideamus, qui huic tempori non subiacent. Qui non legitimè tutores dati sunt, hoc est a quibus non oportet, aut hi, quos non oportet, aut his, qbus nõ oportet, aut qũo nõ oportet, si neq; cõfirmabũtur, neq; suscipiẽt administrationem: immunes sunt. neque eis objicietur, qđ constitutum excusationibus tẽpus nõ seruauerint: cũ excusare se eos nõ sit necesse, vt ex infrà scriptis cõstitutionibus apparet, quas exẽpli gratia subieci: hę enim ad omnes causas trahi possunt.

Paulò post. ὁμοίως. Similiter si non subditum iurisdictioni, quæ magistratus tutorẽ aut curatorem creauerint: ne hic quidẽ habet necesse tempus obseruare, ut si neq; ciuis sit, neque incola.

CAP. XIIII. ἀπελεύθερον, &c.

Libertum, cùm de excusatione tutor̃ũ & curator̃ũ loquimur, sciendũ est non solũ patris pupilli, sed etiã matris intelligi oportere, & cum de patroni liberis quærimus

rimus, ſcire oportet nos non in primo gradu eam appellationẽ ſtatuere, hoc eſt filiũ, filiam, ſed & ad nepotes ex eis, & cæteros poſteros producere. Ille quoque, qui ius aureorum annulorum impetrauit, hac in re in eadem erit conditione, in qua cæteri liberti. Quod D. Antoninus Magnus reſcripſit. Qui de ſua pecunia emptus, & manumiſſus eſt, nullo pacto cæteris cõparatur. Si plures liberti ſint: unus ex omnibus, patroni liberis tutor dabitur, & à tribus tutelis non liberatur.

CAP. XV.

Σπάδοντα, &c.

Spado creari poteſt tutor, neq; enim habet excuſationem, ut conſtat ex conſtitutione Imp. Seueri, & Antonini, q patri pupillorum promiſit ſe futurum tutorem, excuſare ſe hac tutela non poteſt, quamuis aliàs excuſare ſe iure poſsit. Scire oportet dignitatem nemini præbere excuſationẽ. Vnde ſi quis ſenator ſit, tutor erit etiã liberorum eorũ, qui inferioris ordinis ſenatores ſunt. Idque diui Marcus, & Cõmodus reſcripſerũt. Si uerò quis cùm tutor, aut curator eſſet, eius filij q neque ſenator, neq; in alia dignitate eẽt, poſteà ſenator fiat, ꝑpetuò ab onere liberatur. Sin autem, qui ſub eius tutela, aut cura sũt, liberi ſint ſenatoris, non liberatur a tutela. Qui inferioris ordinis eſt, nõ excuſatur a tutela maiorũ. Neque librarios, neque calculatores, quos διαψηφιστὰς dicũt, habere imunitatẽ ſacris conſtitutionibus dicitur. Iam uerò Iudæi quoque non Iudæorum tutores erunt quẽadmodum cætera munera ſubeunt. Nanque eos conſtitutiones ſolutos eſſe uolunt ſolis illis rebus per quas ſuperſtitio eorum pollui uideatur. Rationes ciuitatis ne pro una quidem tutela proſunt. Liberti uxorũ ſenatorum, quamuis eorum res agant, a tutela non liberantur: eſt enĩ id ſolis ſenatorum libertis conceſſum. Magiſtratus municipalis, hoc eſt στρατηγὸς, ſi ob creationem tutoris obligatus ſit tutelæ periculo: eã tutelã cũ alijs nõ computat, quemadmodum neq; fideiuſſor tutoris, neq; tutor honorarius. Qui uectigalia a ciuitatibus cõduxerunt, a tutela nõ excuſantur. Is, qui plures cauſas excuſationis allegare poteſt, quarũ per ſe vnaquæque valida nõ eſt, quæſitum eſt, an poſsit excuſari? ut ſi neq; ſeptuaginta annorũ eſt, neq; tres tutelas habet, neq; quinq; liberos, neq; alia ratione ſe excuſare põt: attamen tutelas duas habet, liberos duos, annos ſexaginta natus eſt, aut eiuſmodi alias cauſas ſe habere dicit, quæ per ſe quidem perfectum auxilium nõ fuerunt, tñ ſi inter ſe coniungantur, non iniuſtæ eſſe uideantur: ſed tñ placuit nõ excuſari. Qui accepit, aut habet immunitatem ciuiliũ, aut publicorum munerum, is a tutela vacationem non habet. Qui tutela, aut cura liberatus eſt, non ſemper eiſdem actis utetur ad excuſationem alterius, niſi maneant cauſę excuſationis. Is, qui ſe ignotũ eſſe dicit patri, aut matri pupilli, ea de cauſa liberandus non eſt. Interdum etiam is, qui tres tutelas habet, aut tres curas, non habet iuſtã cauſam excuſationis, ut puta, ſi qs ut tutor fieret, adſectauerit, atq; is q pauper eſt tutor, adſectaſſe uidetur.

Paulò poſt, Si quis creatus eſt tutor, cũ in patris poteſtate eſſet, neq; pater uelit ꝓ eo cauere, iubent leges etiã patrẽ tutorem creari, ne nullo modo tutelę cautio differatur, ut ex D. Hadriani cõſtitutione cõſtat.

Laus Deo.

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
aA bB cC dD eE fF gG hH iI kK lL mM nN
oO pP qQ rR ſS tT uV xX yY zZ.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM
NN OO PP QQ RR SS.

Omnes ſunt duerni.